6
39/M
8

Google

IHS

IN SACROSAN CTVM EVANGELIVM

DOMINI NOSTRI IESV CHRISTI SECVNDVM MARCVM, LIBRI QVINDECIM.

Fratre Ioanne dela Fuente Toletano auctore: Ordinis Sancti Franciſci Regularis obſeruantiæ Prouinciæ Caſtellæ.

Cum Elencho locupletiſſimo, qui quaſi digito demonſtrat (præter alios duos, ſcripturarum ſcilicet, & rerũ notabilium) quomodo quæ diffuſa, defoſſaq; iacent in his cõmentarijs, ſingulis dominicis anni, & ferijs quadrageſimæ, ſanctorumq; feſtiuitatibus conueniant.

Admodum Illuſtri D. D. Ioanni Mendozio, Archidiacono Talauerenſi, & S. Eccleſiæ Toletanæ Canonico.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

CVM PRIVILEGIO.

Compluti apud Ioannem Gratianum Typographũ.

ANNO. 1582.

DON Philipe por la gracia de Dios, Rey de Caſtilla, de Leon, de Aragon, de las dos Cecilias, de Hieruſalem, de Portugal, de Nauarra, de Granada, de Toledo, de Valencia, de Galizia, de Mallorca, de Seuilla, de Cerdenia, de Cordoua, de Corcega, de Murcia, de Iaen, de los Algarues, de Algezira, de Gibraltar, de las iſlas de Canaria, de las Indias Orientales y Occidentales iſlas e tierra firme del mar oceano, Archiduque de Auſtria, Duque de Borgoña, Brabante y Milan, Conde de Hansburg, de Flandes, Tirol, y de Barcelona, Señor de Vizcaya, y de Molina, &c. Por quãto por parte de vos Fray Iuan de la Fuente, Guardian del monaſterio de Señor Sant Franciſco de la villa de Tordelaguna, nos fue hecha relacion diziendo, que auiades eſcripto vnos commentarios ſobre el Euangelio de Sant Marcos, de los quales hiziſtes preſentacion, y nos ſupplicaſtes los mandaſſemos ver y dar licencia, para que ſe imprimieſſen atento que era obra muy prouechoſa, y en que auiades pueſto mucho trabajo, o como la nueſtra merced fueſſe. Lo qual viſto por los del nueſtro conſejo, por quãto enel dicho libro ſe hizo la diligẽcia, que la prematica por nos agora nueuamente hecha, diſpone. Fue acordado que deuiamos de mandar dar eſta nueſtra carta en la dicha razon, e nos tuuimos lo por bien, por lo qual os damos licencia y facultad, para que por eſta vez podays hazer imprimir en eſtos nueſtros reynos el dicho libro, que de ſuſo ſe haze mencion, ſin por ello caer ni incurrir en pena alguna: y mandamos que deſpues de impreſſo no ſe pueda vender ni venda ſin que primero ſe trayga al nueſtro conſejo juntamente con el original, que eſta enel por do ſe ha de imprimir, que van rubricadas las hojas, y firmado al fin del de Chriſtoual de Leon nueſtro Eſcriuano de camara, de los que reſiden en el nueſtro conſejo, para que ſe vea, ſi la dicha impreſsion eſta conforme al original, y ſe taſſe el precio, porque que ſe ha de vender cada volumen, ſo pena de caer e incurrir en las penas contenidas en la dicha prematica, y leyes de nueſtros reynos, de lo qual mandamos dar e dimos eſta nueſtra carta ſellada con nueſtro ſello, e librada por los del nueſtro conſejo. Dada en Madrid a veynte y tres dias del mes de Agoſto de mil y quinientos y ochenta y vii años.

El Doctor Don Iñigo de Cardenas Çapata.	*El Licenciado Iuan Bachiegra.*	*El Licenciado Don Fernando Niño de Gueuara.*
D. Chumacero de Soto mayor.	*El Licenciado Mardonez.*	*El Licenciado Guardiola.*

Yo Chriſtoual de Leon Eſcriuano de Camara de ſu Mageſtad la fize eſcriuir, por ſu mandado con acuerdo de los del ſu Conſejo.

APPROBATIO OPERIS PER ADMODVM, GRAuiſsimumque patrem fratrem Gabrielem Pinellum, ordinis Sancti Auguſtini.

DE mandato ſupremi Senatus Regiæ Maieſtatis, ad me recepi, & per plures menſes retinui perdoctam enarrationem ad omnia capita Euangelii D. Marci, per admodum Reuerend. patrem fratrem Ioannem de la Fuente, Guardianum Conuentus Diui Franciſci de Tordelaguna. Quod quidem opus ſumma diligentia elaboratũ, cùm ipſe perlegerim, tam libentiſsime quam verè fateor, præter ſanam doctrinam in nullo ſuſpectam, nec dum non temerariam: fore maximè vtilitati omnibus legentibus, pro extraordinaria ſanctorum patrum lectione. Et (quod ſemper prono animo concupiui, in huius calamitoſi temporis gratiam) cum rigide ſenſum, quem vocant ad literam, in omnibus ad id appoſitis locis, Chriſtum induerit, Eccleſiamque perſonet catholicam: licebit, expedietq; meo quidem iudicio, prædicta hæc commentaria typis excudenda mandari. In Conuentu D. Philippi ordinis Sancti Auguſtini, anno Domini, 1581. duodecimo Calendas Decembris.

Frater Gabriel Pinellus.

CONCESSIO REVERENDISSIMI MINISTRI Generalis, pro Commentarijs ſuper Diuum Marcum: elicita ex literis patentibus, authori exhibitis.

FRATER Franciſcus Gonzaga, generalis miniſter ordinis Seraphici patris noſtri Franciſci de obſeruantia, chariſsimo nobis & admodum reuerendo patri fratri Ioanni de Fonte, in hiſce noſtris comitijs generalibus cuſtodio prouinciæ Caſtellæ, ſalutem in Domino. Cùm ſatis exploratam habuerimus etiam ante noſtram electionem, mentem & deſiderium tuum: maximèque ad ſtudia bonarum literarum afficiaris, quarum exercitium virum ſequeſtratum ab vniuerſis curis & tumultibus præſentis ſæculi, & conſortia ſapientium virorum deſyderat: non poſſumus te non diligere, & altiori proſequi dilectione, & toto corde amplecti, & quæ huic negotio perficiendo accommoda ſunt, non curare. Eò præſertim, cùm manifeſtũ nobis ſit te habere egregium volumen Commentariorum ſuper Marcum Euangeliſtam, quod oportet prelo committere. Tenore ergo præſentium tibi concedimus prædictum librum, vbi primùm commoditas occurrerit, typis demandare: facta ante omnia examinatione, prout ſacrum concilium Tridentinum, & ſtatuta regalia diſponunt. Vale. Datis in Conuentu Sancti Franciſci Lutetiæ, decimo ſeptimo Calendas Iulij, Anno Domini, 1579.

Frater Franciſcus Gonzaga,
qui ſupra, manu propria.

APPROBATIO ADMODVM R. PATRIS F. DIOnyſij de Pliego, Guardiani Conuentus Sancti Franciſci Complutenſis.

MVNVS mihi per obedientiã iniunctũ à Reuerendo admodũ patre fratre Ioanne de Bouadilla prouinicali prouintiæ Caſtellæ, de examinãdo & legẽdo libro, qui Commentaria in Marcum Euangeliſtam intitulatur, à Reuerendo admodũ patre fratre Ioanne de la Fuente cuſtodio eiuſdem prouintiæ ædito, vellem detrectare, ne ſub onere cum rubore ſuccumberem. Veruntamen obedientia coactus, onus, licèt impar humeris meis, aſſumpſi. Certè meo iudicio lucubrationes iſtæ & expoſitiones potiùs laudatorem dignum, quàm examinatorem poſtulabant. Sed vt rem agamus, liber hic, quem aſsidua, diligentique operà totum perlegi, conſideraui, & expendi, nulla linea neque verbo intermiſsis: præter doctrinam quam habet catholicæ Eccleſiæ Romanæ conſentaneam, ſolidam, veram, & apoſtolicum ſpiritum vbique reſerentem, theologis omnibus & prædicatoribus magnam pariet vtilitatem. Conſequens ergo eſt, vt imperio prædicto ſatisfacientes, dicamus hunc librum ſatis expenſum & examinatum, deberi non ſolùm ad communem omnium vtilitatem imprimi, & publicè ferri, ſed magna cum laude, & proximorum gratulatione ſuſcipi, & exoſculari, in cuius rei fidem & teſtimonium, noſtrum nomen apponendum decernimus, in hoc cœnobio ſancti Franciſci Complutẽſis, ſeptimo Calẽdas Februarij, Anno Dominicæ incarnationis, 1579.

Fray Dionyſio de Pliego
Guardian.

ADMODVM ILLVSTRI DOMINO D. IOANNI MENDOZIO, ARCHIDIACONO TALAVERENSI, ET SANCTAE ECCLESIAE

Toletanæ Canonico, Frater Ioannes de la Fuente, ſalutem & æternam in Chriſto fœlicitatem.

TESTIMONIVM perhibet huic calamo, Domine admodum Illuſtris, cõſcientia mea (veritatẽ dico, non mentior) quãta cum præmeditatione iam diu animũ obſirmauerã, commẽtaria hæc noſtra ſuper D. Marcũ haud inuitato Mecœnate & Patrono, in publicũ emittere: Etſi neſcius nõ ſim, quàm difficilè nauis ſine dextro magiſtro inter ſpumãtes vndas, vel à lõgè expectatũ portũ ſalutare poſsit: aut miles ſine duce ad victoriã & florentẽ palmam peruenire. Teſtimoniũ perhibet his literis ſequens præfatio, vbi ferè omnia, quæ huic conſiderationi amplitudinẽ & decorẽ deferre poterãt, exaraui (præter nomẽ tuum, quod locũ maximum habet) & abſolutã rationẽ conſcripſi, tum ſcripturę huius, tum etiã vniuerſę intentionis noſtræ. Cylla & Caribdis pauorem ingerere poterant, etiã magnanimo viro & exercitatiſsimo, ſi (vt dixi) ſe & ſua vaſtiſsimo, inſano, & vndiq; minanti mari ſine clauo cõmitteret. Sed cùm hoc epiſtolarũ genus vix vacet mẽdacio & adulatione, quæ abiecti ac ſeruilis animi eſt, vtilius iudicauerã, inermem, ac ſine claua Herculis in paleſtrã proſilire. Sententiã tamen mutaui, vt vterer in hac parte ſapientis conſilio: & id quidẽ duplici ratione. Altera, quia pendentis animi cogitationi venit obuiã vir, cuius virtus, pro ſua magnitudine numerũ vincit: cuius gloria præ nimio ſplẽdore micantes ſtellas obſcurat: cuius nomẽ vniuerſo orbi celebre, & in deſiderio animæ eſt: cuius generoſitas & amplitudo, nulla indiget cõmendatione aut laude, ſicut nec ſol in altitudine cęli: aut certè, ſi Demoſthenes, vel Cicero ipſe id attentaſſent, potiùs contracti animi, & imbecillis calami, quã mẽdacij, aut adulationis crimẽ ſubirẽt. Altera verò, quia incidẽs in locũ ſapientiſsimi Salomonis (oraculũ diuinũ eſt) qui contemplatus ſum (inquit) oẽs labores hominũ, & induſtrias animaduerti patere inuidiæ: & vix me temperans à lachrymis, dixi in corde meo: Quomodo ergo tãto occurris diſcrimini, ſi huic laborioſo operi, & pallidis vigilijs patronũ propitiũ nõ deſideras, & attento animo requiris? Induſtriæ iſtæ tuæ nũquid immunes erunt ab aculeis amarulentæ inuidiæ & cæcæ calũniæ? Iri iannis erat reſpõſio, nec immeritò quidem. Et quid triſte, aut quid anguſtiarũ ab inuidia accidere poteſt? cũ ipſa, aut diuitiarũ, aut generoſi ſanguinis, aut honorabilis ſapientiæ, aut certè virtutis (omnia attrita frõte aggreditur) teſtimonium præclarũ deprædicet: tãtùm abeſt vt obſcuret aut cõmaculet clarũ nomen, vel ex virtute cõparatum honorẽ. Quẽ nihil horũ decorat, nec fores domus eius attingit inuidia, & genus infælicitatis eſt nõ habere, vbi morſum ipſa vilis infigat et tabeſcat præ liuore, iuxta illud Ippalli philoſophi Pythagorici: qui interrogatus quid ageret, reſpõdit: Hactenus nihil: nondũ enim mihi inuidetur. Tuba ergo canit inuidia ante ſe, vt vacantes oculos ad contemplandam gloriam conuertat, clarificat latentẽ virtutem, cùm linguã ſoluit inimicorum, cùm oggannit, cùm oblatrat, cùm ſugillat. At inuidus: Nihil minus curæ eſt vindicibus et cenſoribus, quàm

Eccl. 4. Salomõ impulit animũ ad hæc uerba contra inuidiã, ſed et Theodoret⁹ poſt Hieronymũ linguã maledicorũ ac detractorum timetin proœmio interpretati⁹ is epiſtolarũ pauli apoſ. & multi alij graues authores.

¶ 3 lucem

lucem tenebris ſuffundere, vel veſtẽ candidã maculis ſpargere, quin potius zelo accenduntur, de honore & ſalute reipublicæ, vigilans illis ſolicitudo ſubeſt: aduerſus induſtrias hominum inſurgunt, quia minùs ſapientes, quia minùs vtiles, quia nec nomine, nec gloria dignas. Heus amice, nihil noui facis aut dicis: ſub hoc nomine, ſub hac ſpecie virtutis & vmbra, cæruleũ euomis inuidiæ virus: et coronã auream, vermiculatã argento, et margaritarũ varietate fulgentem capiti noſtro imponis. Cùm tamen rationem hanc in ſuſpiriorum ſolatium et mœroris temperiẽ viri ſapientes aſſumant, et adhuc ſit vnde timere debeant (nec omniũ quidem eſt vim huius rationis penetrare) occurrere oportet inimico ſæuienti: qui ſub ſpecie virtutis, induſtrias, quas debuerat venerari, ac ſublimi loco reponere, intentat et diſpergere et obſcurare. Adſit ergo clarus Mecœnas, adſit patronus omnibus numeris abſolutus, generoſi ſanguinis, præſtantiſſ. ſapientiæ, ac virtutis omnimodæ: quem expaueſcat inuidia, quem dimiſſo in terram collo veneretur: pro cuius amore etiã à malo cogitatu aduerſus hæc commentaria noſtra præter conſuetudinẽ nunc abſtineat, et ea quantũuis tenui amore proſequatur. (Quæ quidem habent intra ſacrum ordinẽ noſtrũ præter plures alios grauiſsimos viros ad nominis honorificentiã, clariſsimũ et ornatiſsimũ virum, germanũ dominationis veſtræ, admodum reuerendum patrem fratrem Antonium Mendozium, qui hiſce diebus in gloriã et honorẽ religionis noſtræ, diuino numine prouinciæ Caſtellæ conceſſus eſt Prælatus prouincialis). Adſis ergo domine admodum illuſtris cõmentariis hiſce tuis, vt generoſus Leo, cuius regale decus, cuius animi conſtantiam, cuius conſilii immobilitatem admirentur omnes, ac ſciãt

Ezec.1. *ſub tua eſſe tutela cõmentaria noſtra. Habuit noſter Euangeliſta Marcus ad dexterã partem ſuã robuſtiſsimum Leonem de tribu Iuda, de inimicis triumphantem dominũ Ieſum Chriſtũ, qui ſuũ Euangeliſtã ab Annabaptiſtis impuriſsimis, et ſtulto Porphirio vindicauit, atq; protexit, ſicut in præfatione demonſtratur. Unde iure optimo ſecundũ locum in hyſtoria Regis Regũ Ieſu Chriſti per vniuerſam eccleſiã obtinuit, & immobili ac intemerata veritate cõſeruat. Ecce cõmentaria hæc ſub vmbra ſanctiſsimi Euãgeliſtæ ſcripſi, et ſub protectione tuæ dominationis nunc in lucem ſecurè prodeunt: & ſub correctione Sacroſanctæ Romanæ Eccle-*

Eccle.4.c. *ſiæ: funiculus enim triplex difficilè rumpitur. Boni ergo conſulat dominatio tua, quòd te tuæ innixus clementiæ, in hanc ſolicitudinem vocauit, qui illam ab hac die confidenter deponit: noua quadã animi tranquillitate, ſecundiq; ſucceſſus oblectatione ſuſcepta: & redimit ſpiritus anxietatem: & iam quaſi de poſſeſſione ſecura, gaudio perfunditur mens mea. Ecce operis noſtri & laboris primum ſtipendium: ecce mercedem ampliſsimam, cordis ſcilicet tranquillitatẽ & ſerenam mentem, quæ apud virum philoſophum non vulgarẽ aut obſcurum locũ inueniunt. Nemo in nouum orbem mercium copiam etiã exilem mittit, etiam flantibus auris ſecundis, etiam ſub fide & cura diligentiſsimi & integerrimi naucleri, qui non pendeat animo, qui non hæſitet, qui non timeat & ſæpenumerò ægritudines & ærumnæ iſtæ magna redimũ-*

Cicero in paradoxis. *tur pecunia. Vnde elegãter dixit Cicero: cui ſpes omnis, & ratio, & cogitatio pendet ex fortuna, huic nihil poteſt eſſe certi. Nihil horum in præſentiarum mihi accidit, accedente numinis tui opitulatione & patrocinio. Ecce iterum operis noſtri, & exigui huius obſequii mercedem precioſam: quam tanti facio, vt vix ab eius commendatione calamus ſe expediat. Ecce ornamentum purpureum libri huius, quòd dominatio tua protector illius es, patronus es, defenſor es. Vale.*

NO-

NOMINA AVCTORVM QVIBVS COMMENTARIA

hęc exornantur & quę in eis ſcribit auctor confirmantur.

Abbas Cluniacēſis.
Adrianus PP.
Alphonſus à Caſtro.
Altiſidiorenſis.
Ambroſius.
Amianus Marcellinus.
Anaximander.
Anaximenes.
Andreas à Vega.
Anſelmus.
Antonius de Corduba.
Apollinaris.
Apollodor⁹ Ezythrę⁹.
Apuleius.
Ariſtæ⁹, ſeu (vt alijs placet) Ariſtæas.
Ariſtoteles.
Ariſtobulus.
Armacanus.
Athanaſius.
Auguſtinus.
Aurelius Victor.

B

Bartholomeus Medina.
Baſilius Magnus.
Beda.
Bernardus.
Bias philoſophus.
Biblia ſacra.
Bonauentura.

C

Caietanus.
Canus epiſcop. Canarienſis.
Caſianus.
Caſsiodorus.
Cicero.
Cornelius Celſus.
Cælius Rhodiginus.
Cyprianus.
Cyrillus.
Chryſoſtomus.
Chriſtianus vthum.
Clemens Alexādrinus.
Clemens Romanus.
Craſſus orator.

D

Demetrius Phalere⁹
Democr. Abderita
Didymus.
Dionyſius Areopagita.
Dionyſ. Alexandrin⁹.
Diogenes Apollonates
Dominicus de Soto.

E

Eleazarus.
Epicurus.
Epiphanius.
Eratoſthenes.
Eucherius epiſcop. Lugdunenſis.
Euſebius Cæſarienſis.
Euſebius Emiſſenus.
Euthymius.

F

Feneſtella.
Fœlix Auguſtinianus.
Frāciſcus Patrici⁹.

G

Gabriel Biel.
Gennadius.
Germanus Conſtantinopolitan. epiſcop.
Gregorius Naziāzenus.
Gregorius Niſſenus.
Gregorius PP.

H

Haymo.
Hegeſippus.
Hieronymus.
Hilarius.
Hippolitus.
Homerus.
Horatius Flaccus.
Hugo.
Hugo Cardinalis.

I

Ignatius.
Innocentius.
Ioānes Damaſcenus.
Ioannes Driedo.
Ioſephus.
Iſocrates.
Iſidorus.
Irenæus.
Iuſtinus Martyr & philoſophus.

L

LActantius Firmian.
Lãpridius hiſtoricꝰ.
Leo PP.
Lucanus.
Lucretius.

M

MAntuanus.
Marcus Aurelius Impera.
Marco Varro.
Marſilius Ficinus.
Mercuriꝰ Triſmegiſtꝰ.
Metaphraſtes.
Michael Medina.
Moyſes Abbas.

N

NAEuius.
Nicephorus.
Nicetas.
Nicolaus Triuentius.
Nicolaus de Lyra.
Numenius.

O

ODDo.
Olaus Gothus Epiſcop. Vpſalẽſis.
Olympicus.
Oecumenius.
Origenes.

P

PAulus Burgenſis.
Parmenides.
Philo Iudæus.
Pindarus.
Pis.
Plato.
Plinius.
Plutarchus.
Pomponius Lætus.
Polemo,
Poſsidonius.
Prudentius.
Pyrrus.

R

RAbanus.
Rabbi Moyſes.
Rabbi Ionatan.
Rabbi Iſaac.
Rabbi Barachias.
Rabbi Salomon.
Remigius.
Ricard. de S. Victore.
Rophenſis Epiſcopus.
Ruffinus.
Rupertus.

S

SAluianus Maſsilienſis Epiſcopus.
Saluſtius.
Seneca.
Silenus philoſophus.
Scotus.
Sibyllæ.
Socrates.
Solinus.
Sidonius Antipater.
Stratonicus epiſcopus Cumarum.
Suetonius Tranquillus.

T

TErentius.
Tertulianus.
Theophylatus.
Theodoretus.
Theodorus.
Thomas Aquinas.
Toſtadus.
Thomas V Valdenſis.
Turrecremata.

V

VAlerius Maximus
Virgilius.

X

XEnophones.

Z

ZEnon.

PRAEFATIO AVCTORIS AD COMMENTARIA SVPER BEAtum Marcum Euangeliſtam.

SVBLIMITAS diuini conſilij & altiſsimæ prouidētiæ in ex
citando ſacros & canonicos ſcriptores ad conſcribendam ſanctam
ſcripturam, ſtatim in exordio originalis mundi, & quidem in fœ-
mina quæ talari adhuc tunica iuſtitię & ſanctimonię ornabatur, de
monſtratur & relucet euidenter. Quippe cùm dominus vniuerſo-
rum primis hominibus demandaſſet genus illud abſtinentię à cibo
arboris ſcientiæ boni & mali, conceſſa in genti arborum multitu-
dine & pomorum pulchritudine, interrogata fœmina à ſerpente,
quare præcepiſſet illis Deus ne comederent de fructu illius arbo-
ris amenißimæ, reſpondit: Pręcepit nobis Deus ne comederemus,
& ne tangeremus illud. Dic mihi obſecro vbi præcepit dominus verbum iſtud: & ne tange-
remus illud? Nunquid tactus arboris, & pomorum illius tranſgreſsio eſſet? Nunquid fue-
rent in baratrum & horribile præcipitium primi illi parentes cum vniuerſa poſteritate, ex
ſolo tactu arboris? Nunquid crimen hoc magnum illis imputaretur ex tactu fructus arboris
tantum? Vbi non eſt lex, nec præuaricatio certè. Nullibi interdixit dominus Deus tactum
arboris aut fructus illius. Vides quomodo doctrina quæ verbo tenus traditur, nec demanda-
tur ſcripturæ fideliſsimi ſcribæ, falſo interpretatur, aliter intelligitur quam à magiſtro fuit
demonſtrata? Cū certè id reuerentiæ & timoris debeatur oraculis diuinæ mentis, & eius præ-
ceptis, vt, non liceat vel diminuere, vel addere iota vnum, aut apicem. ſicut docet lectio ſacrę
Apocalypſis cap. vltimó. Siquis appoſuerit ad hæc, apponet Deus ſuper illum plagas ſcrip-
tas in libro iſto, & ſi quis diminuerit de verbis prophetiæ huius, auferet Deus partem eius
de libro vitæ. Aliunde argumentum hoc non vulgare decus aut citò marceſsibile robur
ſibi conciliat, nimirum ex diligentia & multiplici repetitione decalogi in ſacra veteris teſta-
menti lectione. Quæ nimirum præcepta digito Dei viui exarata erant ſupra latitudinem cor-
dis humani: & adhuc non ſemel ſcribitur Decalogus. Quanto vtilius, & quā arctiori neceſsi-
tate leges poſitiuæ diuini cordis & doctrina pro ſalute totius generis humani ſcripturæ ſum-
mæ & inuiolabilis auctoritatis traditur, & quaſi ſtyllo ferreo in vngue adamantino ſcribitur?
Ecce præceptum poſitiuum in paucis verbis ab ore Dei viuentis in aures viri promulgatum,
& ab ipſo in corde fœminæ repoſitum, nec ad horam cuſtoditum, nec memoriæ traditum:
nec fideliter, interroganti de illo, reſpondetur. Quot opiniones, quot calumniæ, quot mon-
ſtra hæreſum expargerentur & diſsiminarentur ab impuris hominibus circa doctrinam do-
mini Ieſu, niſi ab Euangeliſtis ſcripta eſſet? Adhuc tonantibus tubis aureis ſacrorum Euange-
liorum, obturant aures ſuas Simon & Menander, Marcion & Valentinus, Baſilides & Cer-
do, & Manes aperte negantes humanitatem Chriſti: Arthemō autem & Theodorus Sabel-
lius & Paulus Samoſatenus, Marcelus & Photinus in blaſphemiam ex diametro contrariam
incidunt. Chriſtum enim nudum hominem prædicant: & quæ eſt ante ſæcula, diuinitatem
negant. Arius autem & Eunomius creatam vorant vnigeniti diuinitatem, & ſolum corpus
eum aſſumpſiſſe dicunt. Apollinaris vero animatum quidem fatetur aceptum corpus: ſed
compotem rationis animam, & honore & ſalute in ſuis ſcriptis priuat. Quid dicam de cæ-
teris hærēſibus, quæ ab inimico hominę ſeminatæ ſunt inter ſelectiſsimum triticum ſacræ
doctrinæ? Aduerſus quæ omnia apertiſsima & clariſsima extant Euangelij teſtimonia, &
ſanctorum Apoſtolorum, Quid non excogitaret mens praua, iniquus animus & ſuperbia
hæreticorum? niſi adeſſet ſcriptura ſacra, quæ à domino accepit diuinam auctoritatem, tra-
dente nobis illam ſancta Eccleſia: quæ clauum tenet nauis Apoſtolicæ & flante ſpiritu diuini
oris eam diriget in portum ſalutis.

Geneſi. cap. 2.

Sacræ ſcripturæ neceßitas.

Huius ſentētię eſt B. Ambro. lib. de Parady. cap. 2 1. Et Lyra. ſuper cap. 3. Geneſi. & Abul. eod. loco. q. 4. Et interpretatio Caldaica ſic legit: Ne comedatis, & ne accedatis ad eū. Græca tranſlatio legit, ſicut B. Hieronym. & æditio uulgata.

Nota quod firmius cōſurgit argumentum, ſi Adam addidit uerbo mandati, cū de illo edocuit Euiam.

Hæreſes de Chriſto.

SCIO

SCIO eſſe in Eccleſia traditiones non vnius generis tantum, ſed multiplicis, quæ quidem tant ſibi conciliarunt gloriam, honorem, & auctoritatem, vt ſcripturæ diuinæ germaniſsima veritatę coniugantur. Huiuſmodi traditiones in duplici ſunt differentia. Quaſdam acceperunt Apoſtoli fœliciſsimi illi viri ab ore Chriſti, vt ſeptem eſſe ſacramenta Eccleſiæ inſtituta ab ipſo Chriſto. Licet aliqua habeamus manifeſtiſsimè, ſi me demonſtrata in ſacra ſcriptura noui teſtamenti. Alias traditiones habemus ab Apoſtolis quos familiari ſuggeſtioni ſpiritus ſanctus alloquebatur ad eccleſiarum vtilitatem: vt ieiunium quadrageſimale. &c. De auctoritate omniũ traditionũ lege apoſto. Paulum Epiſt. prima ad Corinthios, & capite primo epiſtolę ad Galatas: & ſecundam ad Theſalonicenſes: capite ſecundo. Et Origenem in Commentarijs epiſtola ad Titum, qui definit hæreticum, ſi aliter credit de veritate Chriſtianæ fidei, quàm docet traditio eccleſiaſtica. Et libro primo Peri Archon, Lege Ignatium epiſtola ad Hieronem, & Irenæum libro tertio aduerſus hæreſes. Tertulianum de corona militis: Baſilium libro de Spiritu ſancto: Auguſtinum epiſtola ad Ianuarium, & in epiſtola ad Caſulam: in quibus ſcripſit inſolertiſsimæ eſſe inſaniæ diſputare, an eiuſmodi conſuetudines ſint ſeruandæ. Parem ergo vim habent Apoſtolica dogmata, pariterque retinenda ſunt, ſiue ſcripto, ſiue verbo ad Eccleſiam peruenerint. At dices, cum tantæ auctoritatis & honoris habeamus traditiones, & dogmata Eccleſiaſtica, cætera omnia in ſimilibus traditionibus committi debuerunt Eccleſijs & perpetuæ Epiſcopum ſucceſsioni & doctrinæ; neque opus erat ſcriptura. Optimè quidem rem expendiſti: ſed ecce tibi reſponſum. Quæ traditione conſtãt in Eccleſia, & numero haud multa ſunt, & perpetuò vſu conſeruantur, quæ vero docentur in ſacra ſcriptura, raro eorum vſus accidit, & multa ſunt, & pro ſua magnitudine excelſa, quæ niſi in codice irrefragabili haberentur, paucis elapſis annis aut ſuperfieret contentio & ſchiſma, aut obliuione obſcurarentur. Verbi gratia. Traditio eſt Apoſtolorum vt vinum ſacratiſsimæ ſinaxis aqua modiciſsima miſceamus. Hæc traditio accepta à Chriſto per manus apoſtolorum, præter hoc quòd eſt perpetua & vniuerſalis, niſi apud Armenos (ſicut conſtat ex concilio Florentino: licet Innocentius libro quarto de officio miſsæ Græcis eundem ritum impingit) habet quotidie apud omnes in Eccleſia Latina vſum inuiolabilem, neque obliuione deleri poteſt, aut controuerſia locum habet. Eſt traditio apoſtolorum quod inter ſacerdotem ſimplicem & Epiſcopum inuenitur maxima diſtantia, accepta à Chriſto per manus diſcipulorum, vnde differentia hæc de iure diuino dici poteſt, ſicut ſanctus Thomas eam appellat. Hanc quidem differentiam & latitudinem diſtantiam, que vſus vniuerſalis Eccleſiæ per ſingulos dies demonſtrat, & manibus offert contractandam in conſecratione ſacerdotum in Epiſcopos, & ex proprijs muneribus & actionibus Epiſcoporum: neque periculum eſſe poteſt niſi circa illum qui ſchiſma diſsiminare intendit & diſcedere ab Eccleſia, vt hæreticus, ſicut docet beatus Cyprianus: Quiſquis ab Eccleſiæ vnitate diſceſſerit, cum hæreticis neceſſe eſt inueniatur. ✠ Item tum præſens, tum vetus Eccleſia ſummo conſenſu docet, commendans nobis pias & venerandas imagines: earumque vſum Apoſtolica etiam traditione commendatum accepimus, & ſacroſancta Synodo Patrum approbatum retinemus. Quæ quidem viſibiles apparent ſub omnium populorum oculos per ſingulos dies, & honore habentur prout vnicuique conuenit. Hæc omnia & alia multa quæ ex traditione ſola habemus, practica ſunt (nota) & ſæpenumero manibus & oculis contrectantur (vt dixi) quæ verò in ſcriptura habet & conſeruat Eccleſia, quam plurima ſpeculatiua ſunt, & ad mentis contemplationem pertinent, quæ communicari vel tradi non poſſunt, niſi in aſsidua doctrina Epiſcoporum & Magiſtrorũ: doctrina autem eadem apud omnes eſſe non poteſt, ſicut infra dicemus, niſi idem ſit magiſter Chriſtus enarrans quæ ſibi placuerunt in ſcripturis principum, qui cum eo fuerũt vel prophetarum, in quibus loquebatur. SS.

OPORTEBAT ergo ad communem omnium hominum admonitionem & Sapientiam, vt non eſſemus vt paruuli fluctuantes omni vento doctrinæ ſpiritum ſanctum ſcribis fideliſsimis, & ſelectiſsimis arduum & diuinum opus hoc demandare. De auctoritate ſcripturæ ſanctæ capit. ſecundo Marci, & deinde diputabimus, fol. 39. D. Aſcendit aliquando mirificus ille vir Moyſes montem, & accepit ab ore Dei omnia verba, quæ in aures ſui

populi

Traditiones Eccleſię quantæ auctoritatis, Lege Alfon. à Caſt. lib 1. aduerſ. hereſ. cap. 5. & And à Vega, lib. 15. cap. 6. & Can. lib. de locis theolog. 3. cap. 6.

Hæretici definitio ab Origene.

Ignatius.

Irenæ. cap. 4. & 43.

Tertulian. lib. de corona militis. Baſil. cap. 27. Lege conci. Grang. epiſt. ad Epiſcop. Armenię, et Epipha. lib. 3. cap. 75.

NOTA.

Honorius. 3. c. perniacioſus. Armachanus. lib. 9. c. 9. aliter docet de quo infra. fo. 582. cum concil. Florenti. cap. 32.

S. Thom. 2. 2. q. 184. ar. 6. Turrecrem. lib. 1. ſummæ Eccleſiæ. c. 69. & ante omnes B. Diony. c. 5. de Eccleſiaſtica Hierarchia.

Cypri. ad Põpeium.

✠ 7. & 8. Syno. 3. ca. Damaſus in uita Silueſt. Athanaſ. de paſſione imaginis. cap. 4.

Auguſt. lib. 1. de conſenſu Euãg. c. 10. Damaſ. lib. 4. cap. 17. Euſeb. lib. 7. Eccleſi. hiſtoria, cap. 14. Nicepho. lib. 2. c. 7. Nicet. de impiot. Manuel. Cõneni, lib. 5. Ionas Aurelian. de imaginũ cultu. Adrian. PP. ad Carolum Magnum.

populi fideli ſermone narrauit:ſicut ipſe teſtatur. Quę alacri & ſatis humili animo ſuſcepit gẽs
illa, dixeruntq;:omnia verba dñi quæ locutus es, faciemus. Nũquid non vnuſquiſq; proximũ
ſuũ verba dñi docere poterat, ſicut docet pſalm.77.a.atq; fidelis cuſtodia integritas doctrinæ
floreſcere? Quid dicit ſcriptura Exodi ſtatim? Scripſit autẽ Moyſes vniuerſos ſermones dñi:
Etiam ſi narrauit quæ ab ore eius audiuit & alacri animo ſuſcepit populus doctrinã, & ſpopõ
dit ſe facturũ omnia quæ præcipiebat dñs. Firmius demonſtratur neceſsitas ſacræ ſcripturæ
ex verbis domini ad eundem Moyſem: Aſcende ad me in montẽ & eſto ibi, daboq; tibi duas *Ibi. Cap.*
tabulas lapideas, & legem, & mandata, quæ ſcripſi, vt doceas filios Iſrael: Scriptura illa deca-
logus erat cuius plura mandata iure naturali erant cognita, & adhuc digito Dei viuentis, ſcri-
buntur, non in membranis, ſed in lapidicijs tabulis, ne facilè deleri poſſent. Lege cap. 24.
eiuſdem libri Exod. Lege cap. 27. Deuteronomij, vbi iterum demandatur à domino Moyſi
ſcriptura ſermonum ſuorum & ſacrorum decretorum: Scribe ſuper lapides omnia verba legis
huius planè & lucidè. Poſt hæc præclara teſtimonia non opus eſt in cõfirmationem adduce-
re ſanctum Dauidem dicentem: Scribantur hæc in generatione, &c. neque Eſaiam cui demã- *Pſalm. 101. C.*
datur à domino ſumere librum grandem, & ſcribere in eo ſtylo hominis nomen Emanuelis: *Cap. 8. A.*
neq; Hieremiã qui à domino audit: Hæc dicit dominus Deus Iſrael dicẽs: Scribe tibi omnia *Cap. 30. A.*
verba quæ locutus ſum ad te. Et iterũ: Tolle volumẽ libri, & ſcribes omnia verba quæ locu-
tus ſum tibi aduerſus Iſrael. Neq; Habacuc qui ſimile mandatũ accipit à Deo: Reſpõdit mihi *Cap. 2. A.*
dñs & dixit: Scribe viſum, & explana eum ſuper tabulas, vt percurrat, qui legerit:

VIDES ab exordio quàm neceſſaria ſit ſcriptura, quàm vtilis ad noſtram ſalutem pro
agnitione diuinarum legum, & fidei doctrina? Nec mihi obijcias locum Hieremiæ: & nõ do-
cebit vltra vir proximũ ſuũ, & vir fratrẽ ſuũ dicens: cognoſce dñm. Omnes enim cognoſcent *Augu. lib. de ſpiritu,*
me à minimo vſq; ad maximũ: quia interprete Auguſt. hũc ſenſum habet litera. Hoc non de *& litera. cap. 24. to.*
teſtamẽti noui prædicatione, quę valde crebreſcebat ſub Apoſtolo, interpretatur, ſed eiuſdẽ *3. fo. 824. A.*
teſtamẽti noui æternã mercedẽ, id eſt, ipſius Dei beatiſsimã contẽplationẽ, promittẽdo cõ- *Theodo. dialog. cum*
iũxit. Sic exponit illũ locũ B. Theodorus Epiſcop. Cyrenſis, & S. Thom. & Nicolaus Lyra- *Eraniſta. Tho. 1. p.*
nus. Frater Michael de Medina vir valde doctus: ſic interpretatur locũ. Ea loquendi ratione, *q. 106. art. 1. ad. 1. ar*
quæ in ſanctis ſcripturis eſt frequentiſsima nõ earundẽ perſpicuitas, ſed Euãgelicę legis, quã- *gument.*
tum ad ſalutẽ attinet, addiſcẽdæ facilitas inducitur. Erat illi antiquo populo, qui ſub Moſe mi *Libro. 7. de recta in*
litauit, præceptorũ onus adeò graue, ꝙ neq; patres, neq; filij deportare potuerũt apoſtolo Pe *Deũ fide. cap. 10.*
tro teſte. Dñs autẽ in duobus verbis, inſtaurauit legem & prophetas: ad quæ præcepta nulla *Acto. 15. B.*
ætas infirma eſt, nec cõditio nec ſexus. Propter hãc facilitatẽ addiſcẽdę legis propheta Hie- *Ro. 13. C. Mat. 7. B*
remias inquit: nõ docebit vir fratrem ſuũ. Vel dic quia ſub apoſtolica prædicatione tãta cor- *Actoris expoſitio,*
ruſcarũt miracula, nõ ſolũ per manus nobiliũ apoſtolorũ, ſed etiã eorũ qui conuertebantur, ꝙ
non videbatur opus virum docere proximum ſuum, nec dicere agnoſce dominum: quia ope
ra mirifica in teſtimonium diuinitatis domini Ieſu teſtificabantur & docebant quod ipſe
certè eſſet verus Deus. Taceo quod de agnitione Dei per fidem erat ſermo apud prophe-
tam, ad quam etiam cæcos manu ducebant opera in nomine Ieſu facta in prædicatione
Apoſtolica, non de doctrina multiplici, quæ maximè neceſſaria fuit ſemper omni populo. *Matth. 28. C.*
Aliter, vt quid præcipit dominus ſacris Apoſtolis: docentes eos ſeruare quæcunque mandaui *2. Thim. 4. A.*
vobis? Et Apoſtolus Paulus vt quid diſcipulum adiurat prædicare verbum opportunè & *Cap. 3. C.*
importune? & ſuos Hebræos admonet: Adhortamini voſmetipſos per ſingulos dies, donec
hodie cognominatur, vt nõ obduretur quis ex vobis fallatia peccati. Vniuerſam cõſideratio-
nẽ ex tribus locis diuiniſsimi apoſtoli cõfirmem⁹, & in quadã prophetia beati & deuotiſsimi *Pſalm. 86.*
regis Dauidis. In exordio prioris epiſtolæ ad Corinthios (fortiſsima argumenta in priori & *Cap. 1. B.*
nouiſsimo loco collocantur) in nouo verborum pondere non ſine adiuratione, & quidem
per rẽ ſacratiſsimã, quærit ab eis vnitatẽ & concordẽ in fide & doctrina eius ſentẽtiã: vt rem
negotio fidei perficiẽdo ſummè neceſſariã: Obſecro aũt vos fratres per nomẽ dñi Ieſu Chri-
ſti, vt idipſum dicatis oẽs, & non ſit in vobis ſchiſmata. Sitis autẽ perfecti in eodẽ ſenſu & in
eadẽ ſententia. Expende vim & vires literæ ad Philippenſes. Si qua ergo conſolatio in Chri- *Cap. 3. A.*
ſto, ſi quod ſolatium charitatis, ſi qua ſocietas ſpiritus, ſi qua viſcera miſerationis, imple-
te gaudium meum, vt idem ſapiatis, eandem charitatem habentes vnanimes, idipſum
ſentientes. Impoſsibile quidem eſt idipſum omnes capere & dicere, niſi adſit doctrina diuini
tus inſpirata, quæ proponatur ab Eccleſia, quæ eſt columna & firmamentum veritatis. Qui

cum

enim fieri poteſt,vt Cyta & Perſa,Parthus,& Medus,Spartha & Elamita,Cretes,& Arabes, Græcus,& Latinus, &c.idipſum dicant & ſapiant citra reuelationem,quæ non eſt omnium, aut ſine doctrina huius ſummæ veritatis & honoris? Quòd ſi id ſine doctrina ſcripturæ fiat, ſtatim ſequuntur ſchiſmata & ſciſſuræ, quæ charitati aduerſantur, quæ eſt ſumma Chriſtiani hominis & vinculum perfectionis. Idem apoſtolus ne in re clara hæſitemus ad Timotheum inquit. Tu vero permane in iis quæ didiciſti & credita ſunt tibi,ſciens à quo didiciſti, & quod ab infantia ſacras literas noſti, quæ te poſſunt inſtruere ad ſalutem per fidem, quæ eſt in Chriſto Ieſu. Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata vtilis eſt ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum,ad erudiendum in iuſtitia, vt perfectus ſit homo Dei,ad omne opus bonum inſtructus. Tandem vaticinatus eſt, & decantauit rem hanc regius Propheta Dauid in pſalmo cantici,cum apoſtolicæ Eccleſiæ deſcriberet robur inuiolabile,& immarceſsibilẽ virtutem,& inquit: Dominus narrabit in ſcripturis populorum,& principum horum,qui fuerunt in ea. Vnde propter hanc ſanctorum principum,id eſt, Apoſtolorum & Euangeliſtarũ ſcripturam omnes ciues nouæ Hieruſalem,in montibus ſanctis fundatæ,inſtar virorũ iubilãtium & chorum ducẽtium,mihi apparent,& iucundiſsimi ſunt vultus eorum,quia intra mœnia & muros ciuitatis huius habitant,hoc eſt intra Eccleſiã, quæ habet ſcripturam,in qua dominus enarrat quæcunque eis vtilia & ad ſalutẽ neceſſaria ſunt; & quia germaniſsima pax & vnanimis ſententia inter eos cōaleſcit & ſurgit vſque ad ſidera: alter niſi hæc ſcriptura ante eorum oculos verſaretur,ecce in ianuis ſchiſmata & ſciſuras,de quo ſit ſatis.

Epiſto.2.cap.3

Pſalm.86.

Scriptura ſacra, quia profundi ſenſus indiget expoſitoribus.

Cap.24.

Pſalm.18.B.

Pſalm.118.O.

Cap.12.

SECVNDO loco videndũ nobis eſt quã profundi ſenſus ſit ſcriptura ſacra & difficilis intellectu,non decem aut centum in locis tantum: ſed paſſim: propter quod valde neceſſaria eſt magiſtrorum & ſacrorum conciliorum & Eccleſiæ expoſitio,ad deprehendendum germanũ & verum ſenſum eius. Sit exordium conſiderationis huius locus ille Eccleſiaſtici, qui elucidant me vitam æternam habebunt. Vbi expoſitoribus veridicis & fidelibus ſacræ ſcripturæ, auctor eius Deus, Dei ſapiẽtia repromittit vitam æternam! Elucidant,inquit, quaſi quia latet ſub velamine multiplicis difficultatis,& quia opus habet ipſa ſcriptura ad certam & exactam ſui intelligentiam,magiſtro, & expoſitore. Præceptum domini in ſe lucidum quidem eſt, & lex lucerna ardens & lucens pedibus viatorum: nobis autem obſcura & intellectu valde difficilis. Vnde labore & opera indiget ad ſui elucidationem: pro quibus repromittitur vita æterna,non tantum in hoc loco, ſed apud Danielem. Qui ad iuſtitiam erudiunt multos,fulgebunt quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates: & qui edocti fuerint,quaſi ſplendor firmamenti. Vt interim taceam quàm difficile & obſcuræ ſunt prophetarũ voces & oracula, quibus obũbrata fuerunt noui teſtamenti myſteria, manifeſta extant teſtimonia de profundioribus ſenſibus Apoſtolicarum epiſtolarum: quos capere haud facilè fuit etiã purgatiſsimis magiſtris. Vñ Petrus Apoſto. de Paulinis epiſtolis. c.3, ait: In quibus ſunt quædã intellectu difficilia, quæ indocti & inſtabiles deprauant,ſicut & cæteras ſcripturas, ad ſuam ipſorum perditionẽ. De quibus hominibus Paulus in prima ad Timotheũ epiſt.c.1.dicit eos non intelligere neq; quæ loquuntur,neq; de quibus affirmant. Et in ſecunda ad Corinth.c.4.dicit,ſuũ Euangeliũ fuiſſe opertum in his qui pereunt. Vides quomodo ſcripturę haud ſunt perujæ, nec cuiuis de media plebe faciles, ſicut hæretici volunt,de quo aduerſus Sadducæos diſputans dominus dicebat eos errare non intelligentes ſcripturas. De quo ſuo loco dicendum eſt.

Prophetæ nomina barbara admiſcẽt, ſicut docet Hieron. ſup Abdiam. Lege eundẽ in præfatio ſup Ezechiel. & Origen. in proœmio ſuper Cantica. Et Hier. ſuper cap.44. Ezech.

MVLTIS igitur de cauſis ſacræ ſcripturæ indigẽt elucidatione & doctore. Primo ratione myſteriorũ: quę myſteria profectò tanta mihi eſſe videntur, vt poſt ingentes diſciplinarũ theſauros,etiam à purgatiſsimis mentibus vix poſsint ad plenum intelligi & exhauriri. Secundò difficiles ſunt ſcripturæ,& præcipuè veteris teſtamẽti ratione linguæ,in qua ab exordio ſcriptæ fuerunt. Nam cum lingua Græca & Latina ſecum & cùm iis quibus Europa vtitur linguis communicent, Hebraica quòd diuerſos tropos, diuerſamq; dictionem conſeruet, cùm nulla communicat. Et quantum à noſtra ratione loquendi Hebraica lingua diſcedat, atque adeò quantum ſit difficilis,cùm apud omnes ſapientes ſit cōpertum, iterum velle oſtẽdere otioſum eſt. In qua lingua vniuerſum vetus teſtamentum fuit ſcriptum, & ex nouo Euãgelium ſecundum Matthæum, ſicut teſtatur beatus Irenæus, & epiſtola ad Hebræos, Cæteri omnes libri idiomate & ſermone Græco. Porro Euangelij Matthæi exemplar Hebraicum teſtatur beatus Hieronymus ſuis temporibus aſſeruatũ fuiſſe in bibliotecha Cæſarienſi,quã Pamphilus martyr extruxerat, ſeque eius deſcribendi facultatem obtinuiſſe à Nazaræis qui

Vniuerſa ſcriptura ſancta Hebræa & Græca lingua deſcripta fuit.

in Beroea vrbe Syriæ commorantes conſimili volumine Hebræo vtebantur. Et Euangeliũ beatiſsimi Ioannis teſte Simone Metaphraſte: Ioſephus Iudæus Tiberinus comes in Hebraicum ſermonem ab incerto interprete tranſlatum in Gazophylacio Tyberiadis inuenit, & Eccleſiæ tradidit anno Chriſti trecenteſsimo ſeptuageſimo: Mira ſunt quæ de ſcriptura huius Euangelij Ioãnis ille Simon Metaphraſtes dicit: Cum ergo Græca & Hebræa lingua omnes libri ſacri canonis ſint ſcripti, non mirum ſi ex hac ratione difficiles ſint ſenſus eorum omnium, atque deſiderent expoſitorem diligentem: neque ex hoc quod Hebræa atque Græca lingua ſint ſcripti omnes libri canonici, ſequitur codicem eorũ incorruptum apud illos eſſe, non autem apud Eccleſiam Latinam, quæ ſtabilis permanet in fide, quam ſemper comitatur vera intelligentia ſcripturæ, & codex incorruptus. De quo infra cum ſapientiſsimo & religioſiſsimo viro Titelmano. Tertio difficilis valde ſacra eſt vtriuſque teſtamenti ſcriptura ex tropis peculiaribus, & denique quartò ex apparenti quadam repugnantia multorum locorum. Sunt enim multa in ſacris ſcripturis quæ in ſpeciem ex diametro pugnare videntur, ad quorum concordiam (ſicut verè inter illas eſt, & germanitas indiuidua) diligenti interprete eoq; edocto opus eſt: vt conciliet omnia, & concordia eſſe oſtendat. Vnde Origenes inquit: Non ſtudium ſolum nobis adhibendum eſt ad diſcendas ſacras literas verum & ſupplicandum domino diebus, ac noctibus, vt veniat agnus ex tribu Iuda, & ipſe accipiens librum ſignatum dignetur aperire. Et Hilarius inquit: Quod à naturæ noſtræ pigro ſtupore, & ad res tuas dñe intelligendas intra ignorantiæ neceſsitatem, ingenij noſtri imbecillitate cohibemur: Sed doctrinæ ſtudia ad ſenſum nos diuinæ cognitionis inſtituunt, & vltra naturalem opinionẽ fidei obedientia prouehit. Lege beatum Hieronymum ſuper illud Pauli: Quid ergo dicemus? Nũ quid iniquitas eſt apud Deum? & deprehendes quantum magnificet obſcuritatem & profunditatem ſenſus Apoſtolici. Lege & beatum Auguſtinum epiſtola ad Ianuarium: & intelliges quàm egrè tulerit emiſſum verbum ab Ianuario: quòd ſcilicet, nihil eſſet quod lateret ipſum Auguſtinũ in ſacra ſcriptura. Apertiſsimè falſum eſt (inquit) & miror quod hoc te lateat, quod non ſolum in alijs innumerabilibus multa me lateant ſed etiam in ipſis ſacris ſcripturis. Lege & Baſilium epiſtola ad diſcipulum Chilonem: & videbis quàm deterreat illum à lectione veteris teſtamenti. Et veteris (inquit) teſtamenti lectione detrimentum accidit, non quòd ſcriptura ſit nociua, ſed quòd eorum qui læduntur mens ſit infirma. Omnis enim panis alimentũ præbet, ſed infirmis nociuus eſt: ſic igitur omnis ſcriptura diuinitus inſpirata vtilis eſt.

De quo. q. 9. pręmiſſi ſup epiſt. ad Hebr. dicimus.

Metaphraſtes in vita Ioannis.

Fol. 266. col. 2. B.

Lib. 1. de Trinitate.

Roman. 9. epiſtola ad Algaſium. Hierony.

Epiſt. ad Chilo.

VIDEAMVS iam quem doctorem in expoſitione ſanctarum ſcripturarũ ſequi debeamus, & quam expoſitionem vt certã regulam amplecti teneamur. Manifeſtum eſt, quod ſicut penes Eccleſiam eſt auctoritas diſcernendi verba Dei à verbis humanis, ſic apud ipſam Eccleſiam ſit diſcretio diſcernendi ſenſum diuinum & verum ab humano & falſo. Aliquin quid vnum ſiue altero prodeſſet? Vnde beatus Hieronymus: Non putemus in verbis ſcripturarum eſſe Euangelium, ſed in ſenſu: non in ſuperficie, ſed in medulla: non in ſermonum folijs, ſed in radice rationis. Quo fit, vt quo iure & lege credere tenemur Eccleſiæ proponenti nobis hanc vel illam ſcripturam vt canonicam & diuinitus inſpiratam, eadẽ lege teneamur credere eidem dicenti hunc vel illum eſſe verum & germanum ſenſum talis ſcripturæ. Confidit in ea cor viri ſui. Eccleſiæ autem ſententia & expoſitio duplici via, aut altera illarum colligitur: aut ex ſacris concilijs, aut ex conſuetudine & doctrina maiorum quibus contradicere nefas eſt. Vnde concilium Lateranenſe ſub Leone decimo præcipit omnibus qui Euangelicã veritatem populum docturi ſunt, vt ſanctam ſcripturam iuxta interpretationem doctorum, quos Eccleſia vel vſus diuturnus approbauit, explanent. Idem demãdatur canone. 19. Synodi Trulanæ: Audi verba Clementis in concilio Vienenſi, Nos ad ſanctorum patrum & doctorum communem ſententiam Apoſtolicæ conſiderationis aciem conuertentes, ſacro approbante concilio declaramus, &c. Lege & teſtimonium Ruphini in gloriam ſanctorum Baſilij magni, & Gregorij Nazianzeni: Diuinarum ſcripturarum intelligentiam nõ ex propia præſumptione, ſed ex maiorũ ſcriptis & auctoritate ſecuti ſunt. Quos & ipſos ex Apoſtolica ſucceſsione intelligentiæ regulam ſuſcepiſſe conſtabat. Viri illi inſtar duorum luminarium cæli fulſerunt: ambo nobiles, ambo Athenis eruditi, ambo collegæ, & operam omnem omneq; ſtudium ſcripturæ & doctoribus tredecim annis dederunt. Denique Paulus iure conſultus inquit: ſi de intelligentia legis quæratur: in primis inſpiciẽdum eſt quo iure ciuitatis retrò in huiuſmodi caſibus vſa fuerit. Optima eſt enim legum interpres conſuetudo. Et caliſtratus

Scripturę ſanctę expoſitor incorruptus.

Hierony. ſuper epiſt. ad Galat.

Cõcil. Later. ſeſſ. 11.

Clement. 1. de ſumma Trinitate.

Ruphin. in hiſt. eccleſ. lib. 2. cap. 9. Lege Theodoret. lib. 4. Eccleſ. hiſt. c. 19. & 30.

Paul. iure conſ. ff de leg. lege ſi de interp.

ff de legib. Nam Imperator.

iure etiam conſultus inquit: Imperator noſter Seuerus ſcripſit: in ambiguitatibus quæ ex le-
gibus proficiſcuntur, conſuetudinem aut rerum perpetuò ſimiliter iudicatarum auctoritatem
vim legũ obtinere debere. At qui, cum id in alijs humanis legibus, quæ ſemper mores ante-

NOTA valde.

ceſſerunt, ſit verum: in Eccleſiaſtica tamẽ repub. cuius mores & conſuetudines non paruo tẽ-
pore præceſſerunt omnes leges, eſt veriſsimum, & fideliſsimum. In hac enim rep. Apoſtoli-
ca leges ipſę, id eſt ſacræ ſcripturæ à moribus & conſuetudinibus, quas Apoſtolorum doctri-
na edocuit populos, neceſſariò dependẽt: adeò vt ſi poſt ſemel Chriſtianæ vitæ receptos mo
res angelus de cælo aliud quàm prius ſolo verbo fuerat prædicatum, euãgelizaſſet ſcripto, nõ
angelus, ſed ſathanas fuiſſet credendus in angelum lucis transformatus.

Magiſtri auctoris.

EGO quidem poſtquam grauiſsimis magiſtris illuſtri admodum & piiſsimo viro domi-
no domino Andꝛeæ à Cueſta Epiſcopo Legionenſi, & ſapientiſsimo patri fratri Mantio de
Corpore Chriſti ordinis prædicatorum, & facundiſsimo patri fratri Cypriano ordinis B. Ber
nardi in academia Cõplutẽſi nobiliſsima & florẽtiſsima primarũ cathedrarũ Scoti & S. Tho
mæ & ſacræ ſcripturę moderatoribus operã dedi, viginti ab hinc annis ad lectionẽ ſanctæ ſcri
pturæ & ſanctorũ patrũ cõuolaui: & eidẽ adhæſi gaudens de inuento theſauro & fulgore ſplẽ
dentis margaritæ: Pro quibus, etiã quod homini charũ eſt & deſiderabile habetur, ſalutem in
quã, liberaliter & quaſi deſpiciẽs vt fænũ, deuotus & hilaris obtuli. Vix enarrare potero quan
tas ſuſtinui infirmitates & imbecillitates corporis, in quibus aut promittebã mihi florentẽ ſa

Sapientia quam deſiderabilis.

Prouer. 8. b. Lege capi. 28. lib. Iob. & altiſsima præconia ſapiẽtiæ inuenies.

Sapi. 7. b.

lutẽ: ſed dicebã in corde meo: O vtinã reuertar in gaudiũ & delitias ſacræ lectionis. Nec mi-
rum ſiquidem ſapientiſsimus ille vir dicebat. Melior eſt ſapientia cunctis opibus precioſiſ-
ſimis, & omne deſiderabile ei non poteſt cõparari. Et iterum. Præpoſui illã regnis & ſedibus,
& diuitias nihil eſſe dixi in comparatione illius. Nec comparaui illi lapidem precioſum: quo
niam omne aurũ in comparatione illius arena eſt exigua, & tanquã lutum æſtimabitur argẽ
tum in conſpectu illius. Super ſalutem & ſpeciem dilexi illam. Lege Platonem & cõproba

Plat. Euthidemus uel litigioſus fo. 177.

Sapientia felices facit non perfectẽ. Et de ratione fœlicitatis eſt quod ſit bonũ pfectũ.

Lege. c. 1. Eccleſi.

bis quàm ſecundũ regulam prudentiæ vir mente humana exornatus perſequi debeat ſapien
tiæ ſtudium & paleſtrã. Sapientia omnibus humanis in rebus fœlices nos efficit. Non certè
dum poſsidetur, ſed dum ea ſapiens vir bene vtitur. Nihil conferunt bona, ſed ſi duntaxat illa
habeamus, non vtitur autem. Veluti ſi epulas multas: Poculaq; habeamus, nõ vtamur aũt,
nunquid iuuant? Præterea ſi artificibus expoſitaq; ſint parataq; ſingula ad opus perficiẽdũ;
non vtantur autem: nũ propter ipſam ſupellectilis & inſtrumenti copiã bene agunt? Seu ſi fa
bro parata ſint inſtrumẽta omnia, materies itẽ, nihil fabricetur autẽ: nũquid (inquã) poſſeſ-
ſione iuuabitur? nullo pacto, inquit. Oportet itaque illum, qui beatus futurus eſt, inquã, non
ſolum bona huiuſmodi poſsidere, ſed vti & bene vti, aliàs infœlicior eſt quia malum eſt, bo-
nis malè vti. Et infra: Poſtquàm beati affectamus eſſe oẽs, beati autem efficimur, vt apparuit
ex eo ꝙ rebus vtimur, & rectè vtimur, rectitudinem verò vſus & confectutionis proſperitatẽ
ſcientia præbet, cæteris omnibus prætermiſsis omni ſtudio niti quiſq; debet, vt ſapiẽtiſsimus
fiat: nõne? Certè inquit. Extimare pręterea quiſq; debet, à parẽtibus & tutoribꝰ; & amicis cę
terisq; illis maximè qui amant, ſeu hoſpites ſint, ſeu ciues, hoc expectandũ potiùs, quã ingẽ-
tes opes: exorãdosq; omnes vt ſapientiã impartiãt. Neq; turpè eſt neq; indignũ, Clinia, ſapiẽ-

Phil lib. q. omnis probus ſit liber.. fo. 228.

Leg. Francis. Patrit. lib. de regno & regis inſtitutiõe. ti. 5. fo. 15

tię gratia cuilibet ſeruire, & honeſtis obſequijs vnũquẽq; demereri. Idne tu ſentis? Idẽ inquã:
Imo ſapiens etiã in ſeruitutẽ diuenditus liber & dñs eſt. Vnde cũ venditioni expoſitus fuiſ-
ſet aliquando Diogenes: interrogatus à liciatoribus, quid ſciret, reſpõdit: Pręeſſe hominibꝰ.
Lege epiſt. prudens lector, Philippi ad Aꝛiſto. & quo loco habenda ſit ſapiẽtia deprehẽdes,
& magnificabis vſq; ad ſidera. Philippus Ariſtoteli ſalutẽ. Scio filiũ mihi genitũ eſſe, qđ qui-
dẽ dijs habeo gratiã nõ proinde quia natus eſt, ſed quia eũ naſci contigit diebus vitæ tuę. Et

Diogen. Cini. quanti habitus ab Alexand.

hic Alexãder Magnus filius Philippi, cũ orbi præeſſet, & cũctis fortunas daret, tãti faciebat
Diogenẽ Cinicũ propter ſapientiam, ꝙ ſæpe dicere ſolebat ſeriò: Diogenes eſſe vellẽ, niſi
eſſem Alexãder: qualis ſe vnũ ex omnibus mortalibus præferret, Diogenẽ autẽ ſecundũ face
ret. Hic ipſe Alexãder dicere ſolebat: Pares gratias Ariſto. magiſtro & Philippo patri debeo.

Alexand. Magnus.

NOTA valde.

Et tandẽ ad magiſtrũ. Alexãder Ariſtoteli ſalutẽ. Quòd ſpeculatiuas ædidiſti diſciplinas, id
nequaquã acceptũ mihi eſt, nec me hercule rectè egeſti. Iam enim rem qua cæteris præſtabã,
iam omnibus dediſti eſſe communẽ: malueram equidem ſingulari diſciplina, quã ingenti po-
tentia cæteris anteire. Vides quanti fecerit ſapientiam Philippus & Alexander? Elegantes

Lege Marſilium Ficinum inde uita Pla-

confirmat hanc conſiderationẽ viri illius ſententia pro liberãdo Platone in Aegina. Quodã
cùm

cùm perueniſſet Siciliam Plato, vt inſulam & ætnea miracula, & crateres videret ſub Dionyſio Hermocratis filio, offenſus tyrannus in verbis Platonis: donauit illum Polidi Lacedemoniorũ legato, qui deductũ Platonẽ in Aeginam, vendidit. Eo tempore Charmander tanquam mortis reum accuſauit Platonem. Sane iuxta peruulgatam apud eos legem, capitale erat ſiquis Athenienſium inſulam adiiſſet. Cæterum cùm à quodam fuiſſet allegatum diſciplinæ gratia eò philoſophum aſcendiſſe, legemque illam de hominibus, nõ de philoſophis, qui ſuper homines ſunt, loqui, abſolutum eum dimiſere: neq; occidendũ, ſed vendendũ decreuere. Elegans verbum certè, legẽ Aeginę prouinciæ de occidendis Athenienſibus aduerſus hoĩes eſſe, non cõtra philoſophos, qui ſupra homines ſunt. Quid obſecro diceret Philipp' nato ſibi filio, ſi ſub Baſilio magno, & Grego. Nazianze. cõtingeret nauiuſtas illius? à quibus ſacratiſsimæ ſcripturæ recõditos ſenſus (quod vere ſapiẽtia eſt) & intelligentiam Euangelii diui Ieſu: & epiſtolarũ Apoſtolicarũ poſſet percipere. Quid Alexãd. iudicaret de fœlicitate magni Athanaſ. & Amphilochij Epiſcopi Iconij, cũ ſic magnificauerit Diogenẽ Cinic. & tanti habuerit Ariſtotelẽ, à quo ſpeculatiuas ſciẽtias didicit? Secũdum quas præire ſe & antecellere omnes iudicabat, nõ ſecundũ imperij potentiã. Demõſtrat rem hanc eleganter B. Auguſtinus & exẽplis & auctoritate. Quanto minor eſt auri, argenti veſtisque, quàm de Aegypto ſecum populus ille abſtulit, in comparatione diuitiarum, quas poſtea Hieroſolymis conſecutus eſt, quæ maximè in Salomone oſtẽduntur, tanta ſit cuncta ſcientia, quæ quidẽ eſt vtilis collecta de libris gentiũ, ſi diuinarũ ſcripturarũ ſcientiæ cõpararetur. Nõne aſpicimus quãto auro, & argẽto & veſte ſuffarcinatus exierit de Aegypto Cyprianus doctor ſuauiſsimus & martyr beatiſsimus? quanto Lactantius? quanto Victorinus? Optatus Hilarius, vt de viuis taceam, quanto innumerabiles Græci? Quod prior ipſe fideliſsimus Dei famulus Moyſes fecerat, de quo ſcriptũ eſt, ꝙ eruditus fuerit omni ſapientia Aegyptiorũ? Lege Philonẽ Iudæorũ diſſertiſsimũ cùm deſcribit gloriã & honorẽ gentis Alexandriæ in Aegypto ſub Marco Euãgeliſta, & agnoſces quanta animi dulcedine viri illi fœliciſsimi & fœminæ ſanctiſsimæ inebriabantur in expoſitione ſanctarum ſcripturarum. Ad communionem vſualis cibi plures eorũ non perueniebant vſque ad ſeptimum diem, de quo infra ad longum.

to. cap. 3. Militis & nauigatio Platonis. Plato non ſemel venditus.

Theodore. lib. 5. hiſt. Eccleſia. cap. 16. & infra de Amphiloch. Augu. lib. 2. de doctr. Chriſt. cap. 42. to. 3. fol. 49.

Superiori lib. Augu. cap. 40.

Philo. lib. de uita contemplatiua. fol. 241. & 242.

EXISTIMO ſatis eſſe demonſtratum qua ratione & quo iure vir prudens totus debeat pendere ab ore ſcripturarũ & ſacrorum magiſtrorũ. Ego quidem alta mẽtẽ repoſui ſtatim ab exordio verbũ illud apud Senecam: à lectionibus receſsi: ſunt aũt vt exiſtimo neceſſariæ. Primò ne ſim me vno contentus: deinde vt cùm ab alijs quæſita cognouero, tum & de incertis iudicem, & cogitem de inueniendis. Alit lectio ingenium & ſtudio fatigatum, non ſine ſtudio tamen reficit. Nec ſcribere tantum nec tantum legere debemus. Altera res contriſtabit, & vires exhauriet, de ſtylo dico: altera ſoluet ac diluet. Inuicem hoc illo commutandũ eſt, & alterum altero temperandum, vt quicquid lectione collectum eſt, ſtylus redigat in corpus. Apes (vt aiunt) debemus imitari, quæ vagantur, & flores ad mel faciendum idoneos carpunt. Deinde quicquid attulere diſponunt, ac per fabos digerunt, & (vt Virgilius noſter ait) liquentia mella ſtipant, & dulci diſtendunt nectare cellas. Nos quoque has apes debemus imitari, & quæcunq; ex diuerſa lectione congeſsimus, ſeparare: melius enim diſtincta ſeruantur. Deinde adhibita ingenij noſtri cura & facultate in vnum ſaporem varia illa libamenta confundere: vt etiam ſi apparuerit vnde ſumptum ſit, aliud tamen eſſe, quàm vnde ſumptum eſt appareat: quod in corpore noſtro videmus ſine vlla opera noſtra facere naturam. Alimenta quæ accepimus, quandiu in ſua qualitate perdurant & ſolida innatant ſtomacho, onera ſunt. At cùm ex eo quod erant mutata ſunt, tum demum in vires & ſanguinem tranſeunt. Idem in his quibus aluntur ingenia præſtemus, vt quæcunque hauſimus, non patiamur integra eſſe, ne aliena ſint, ſed coquamus illa: alioquin in memoriã ibũt, non in ingenium. Ego pro mei ingenij paupertate ſanctorum patrum inherens veſtigijs, imo vt catulus micas excipiens, & lambens de menſa dominorum meorum, poſt aliquot pias lucubrationes, quæ præludia fuerunt huic graui operi, calamum & manum expoſui interpretationi beati Marci Euangeliſtæ.

Senec. epiſ. 35. lectio & ſcriptura alterum altero temperandum.

Similitudo.

Scriptura qualiter diſponenda.

Similitudo.

NOTA.

AT DICES: Et ſi aliqualis tibi literatura adſit, ſermo tamen tuus impolitus eſt & flaccidus, nec eloquentiã exornatus. Tibi ego cum Cicerone tuo. Is à philoſopho nõ eloquẽtiam, ſed eruditionem requirit. Nam libr. de finibus bonorum & malorum, Aepicuri mentionem faciens: oratio (inquit) iſtius philoſophi nõ offendit: nã & cõplectitur verbis qđ vult,

Eloquentia haud deſideràda in philoſopho

& dicit planè quod intelligam. Et tamen à philoſopho, ſi offert eloquentiam, accipio: ſi non
habet, nõ admodũ flagitem. Cùm igitur Cicero à philoſophis minimè expoſcat eloquentiã,
2. Corinth. 15. B. nõ video cur eadẽ à theologis exigi debeat. Quia licèt iuxta Pauli ſententiam imperiti ſint
ſermone, non tamen ſcientia: ſed quantò magis elocutionis elegantia deſtituuntur, tantò
Senec 4 epiſt. 76. magis eruditione præſtant proponentes non picta ſed ſolida, dicentes quæ maximè proſunt.
Vnde Seneca: Neque enim philoſophia ingenio renunciat, multũ tamen opere impẽdere verbis non oportet. Non delectent verba noſtra ſed proſint. Si tñ cõtingere eloquentia
nõ ſolicito poteſt, ſi aut parata eſt aut paruo cõſtare, adſit, & res pulcherrimas proſequamur:
Similitudines propriſsimæ. ſit talis vt res potius quã ſe oſtẽdat. Alię artes ad ingeniũ totæ pertinẽt, hic animi negotium
agitur. Non quærit æger medicum eloquentem, ſed ſanantem: nec gratulatur quòd inciderit
in medicum diſertum. Hoc enim tale eſt, quale ſi peritus gubernator, etiam formoſus ſit.

QVOD ſi iterum dixeris: Multa iam à maioribus noſtris accepimus præclara, ornatiſsima & inſtar ſiderum micantium expolita, quæ ad Eccleſiæ ædificationem ſatis auxilij attulere: vt quid tu nouiſsimè arduũ hoc opus & ſupra vires aſſumpſiſti? Quis tibi hanc demãdauit
Epiſt. 65. prouinciam? Ego tibi: Mihi illa acquiſita, mihi laborata ſunt. Sed agamus bonum patremfamiliæ, faciamus ampliora quæ accepimus: maior iſta hæreditas à me ad poſteros tranſeat.
Lib. adhuc ſcribendi. Capit. 12. Multum adhuc reſtat operis, multumq; reſtabit: nec vlli nato poſt mille ſæcula pręcludetur
occaſio aliquid adhuc adijciendi. Vnde Eccleſiaſtes ſapientiſsimus dixit in fine huius mirabilis operis: faciendi plures libros, nullus finis: frequensque meditatio carnis afflictio eſt.
Sed etiam ſi omnia à veteribus inuenta ſunt, hoc ſemper noui erit, vſus, & inuentorum
ab alijs ſcientia, & diſpoſitio. Multum egerunt qui ante nos fuerunt, ſed non peregerunt. Quam venerationem præceptoribus meis debeo, eandem illis pręceptoribus generis hu
Magiſtri recẽtiores quam utiles reipub. mani debeo, à quibus tanti boni initia fluxerunt. Quoniam & ſi priſci doctrinarum auctores
doctiſsimis quibusq; ac diligentiſsimis magnã diuitiarũ copiã attulere, & quaſi iure hæreditario tranſmiſerunt: at recentiorum inopia docendi facilitate penſatur: qua in rudium & inertium animus artificioſiùs influnt, & quæ fuſe olim diſputabantur ac liberè, ea nunc articulatim preſſeque dicentes, lucem non paruam inuentis priſcorũ difficultatibus & obſcuritati-
Ariſt. 3. Eth. cap. 7. bus afferũt. Taceo quod auctore Ariſt. inuenire nõ niſi ſapiẽtis eſt: explicare cuiuſcunq;.

VIDEBANT igitur ſacroſanctum Euangelium ſecundum Marcum quaſi deſerto loco
iacere, cum à nemine ſuſciperetur interpretandum ex profeſſo. Beatus Hieronymus (ſi ipſius
ſunt cõmentaria illa) vix ad mille verſus protaxit calamum. Nicolaus Lyranus: cui ex ſuſcepto munere interpretandi ſcripturã incumbebat, nec apicem ſine expoſitione pręterire, paſſim remittit lectorem ad Commentaria ſuper Matthæum: Et cæteri qui hanc prouinciam ſuſcipiebant, breui ac præſſo ſermone vſi ſunt. Iudicaui itaque otioſum fore laborem vel inanem, niſi beatiſsimum Marcum interpretarer à prima ſyllaba vſq; ad vltimam, quod indefeſſo
Literalis ſenſus fundamentum ad ſcribendum. &c. pede percurri. Non enim iudico commentatorem agere, qui literalem ſenſum, vt fundamentum non ſternit, ſuper ædificaturus aurum deinde, & lapides pretioſos ſanctarum doctrinarum, confirmatarum ſacris teſtimonijs & ſanctorum patrum ſcriptis. Quod vitium familiare
eſt noſtris his temporibus, non tantum lectoribus & prædicatoribus, ſed etiam viris alioquin grauibus & de republica benemeritis, qui Commentaria ſuper Euangelia ſcripſerunt.
Auctoris intentio in uniuerſo hoc opere. A quibus literalis ſenſus longè abeſt, & obliuioni, tanquam reconditus, traditus eſt. Priori
igitur & ſecundo loco in rigore literalem ſenſum ſacratiſsimi Euangelij proponam: ex quo
omnes hæreſes quæ conuelli poſſunt cum beati Marci ſententijs, & auctores earum refutabo. Literalis enim ſenſus argumẽtatiuus eſt aduerſus hæreſes, & fundamentũ ad ſcribendũ, ad
diſputandũ, & ad corripiendũ & docendũ. Vnde qui ſine illo ædificat, forſan oleũ, & operã
perdet, & lãbens petram nec oleum nec lac ſuget. Tertio loco ad myſticã & moralẽ doctrinam conuertam ſermonem & calamum, vt educam quaſi de abſconditis viſceribus Euangelij, venam aquarum viuentium & ſapientiam: quam teſtimoniis aliarum ſcripturarum ſanctarum confirmabo. Ipſa vero teſtimonia inducta ad confirmationem, ſecundum regulam
à Beatiſsimo Gregorio Papa, obſeruatiſsimam exponam, ne obſcurum per obſcurius interpreter. Quanto quæcunq; dixero ſanctorum vetuſtiſsimorumq; patrũ ſentẽtiis confirmabo
& lucidabo: non diſcedens ab eorum veſtigiis: niſi in aliquibus locis, quæ interpretationem vel annotationem deſiderabant. Hunc locum quartum tenet beatiſsimus diuinuſque
vir ille, qui ab ore Pauli, vt perfectus ſapientiam ſupercæleſtem, glorioſusque martyr &

Apoſto-

Apoſtolus Galliarum Dionyſius, & Athanaſius inuiolabilis aſſertor & defenſor cōeſſentia litatis filij Dei cum patre ſuo: pro quo mille calamitates ſuſtinuit. Magnus Baſilius, Cyprianus eloquentiſsimus & martyr inclitus: glorioſus pater Auguſtinus malleus hæreticorum, & clarum lumen orbis terrarum. Antiquiſsimus & grauiſsimus doctor Didimus: cuius opera beatus Hieronymus tranſtulit in Latinum. Ter ille maximus Hieronymus: Acerrimus propugnator fidei aduerſus Iulianum Cæſarem Cyrillus: ſenior omniq; humana ſapientia ornatus Clemens Alexandrinus: Glorioſus ille diſcipulus Apoſtolorum alter Clemens Romanus: Clariſsimus & conſtantiſsimus vir Ioannes Chryſoſtomus Vetuſtiſsimus Tertulianus: Vir ille magnus Origenes: Beatiſsimus Irenæus hæreticorum flagellum duriſsimum & Polycarpi cōtemporaneus, neſcio an diſcipulus: Beatiſsimus Ignatius omni amori & honore amplectēdus, cuius memoria in deſiderio & dulcedine animæ eſt. Venerabilis Beda clariſsimus Eccleſiæ doctor: Piiſsimus ille vir, qui eloquentia antecelluit Ciceronem, ſanctiſsimus inquam Leo Papa: Ambroſius diadema & ornamentum Epiſcoporum, ornatum omni lapide precioſo. Beatiſsimus Anſelmus qui iure optimo primitias in interpretanda ſcriptura ſancta literaliter obtinet: Ioannes Damaſcenus, cui nunquā ſatis ſchola Theologorū reddet. Beatiſsimus vir Euſebius Emiſenus, Mellifluus Bernardus: & eiuſdem familiæ clariſsimus vir Ricardus de Sācto Victore: Magnificus doctor Iſiderus: Hilari⁹ Galliarum magiſter & mirabilis doctor: Iuſtinus martyr ex philoſophia naturali translatus in diuinā & ſuper cæleſtem, acerrimus aſſertor aduentus Meſsiæ, & quod hic ſit dominus Ieſus aduerſus Triphonē: Gregorius PP. qui iure doctor Eccleſiæ habetur vir ſanctiſsimus & minime ocioſus: Philo Iudæorum diſertiſsimus, in cuius laudem omnes patres Eccleſiæ os ſuū aperuerūt: Euſebius Cæſarienſis omni ſapientia humana ornatus & affluens diuina, Plato diuinus: Ariſtoteles, Seneca & alij plures quos ſequens pagina ordine alphabetico demonſtrat. Quinto loco adductis concilijs generalibus & prouincialibus plura confirmabo ex ijs quæ dicturus ſum. Denique pro loci opportunitate & neceſsitate, conſultis grauiſsimis doctoribus ſcholaſticis, ſcilicet ſancto Thoma, Scoto & alijs reſolutionem theologalem breui & preſſo ſermone proponam, ne quid deſideret lector in hac ſcriptura: ſapientibus enim & inſipientibus debitores ſumus.

Doctores quorum auctoritate exornatur, & confirmatur opus ſuper Marcū Euāg.

Contemporaneum dixi non diſcipulū cum pluribus auctoribus propter uerbum ipſi⁹ Ireneus lib. 3. capit. 3. Polycarpus, &c. quem nos uidimus in prima noſtra ætate, multum enim perſeuerauerat, & ualde ſenex glorioſiſsimè & nobiliſsimè martyriū faciens exiuit de hac uita.

EVANGELIVM SECVNDVM MARCVM.

APVD Græcos habetur hic titulus: in quo magna & ſublimia repoſita ſũt quę domino & ſpiritu eius aperiente, nobis ſunt exponenda. Vox prima, ſummum bonum hominis, perfectamque eius fœlicitatem reportat. Vt ex hoc, quantum eius lectioni oporteat indulgere, & operam omnem, omneque ſtudium impendere, doceat. Euangelium namque (teſte Auguſtino) inter omnes diuinas auctoritates, quæ ſanctis literis continentur, meritò excellit. Quod enim lex, & profectæ futurum prænuntiarunt, redditum atque completum in Euangelio monſtratur. Cuius primi prædicatores apoſtoli extiterũt: Qui dominum ipſum Saluatorem, etiam præſentem in carne viderunt. Cuius non ſolùm ea quæ ex ore audita, vel ab ipſo ſub oculis eorũ operata, dicta facta, meminerãt, verũ etiam, quæ prius quàm illi per diſcipulatum adhæſerunt, in eius natiuitate, infantia, vel pueritia, diuinitus geſta, & digna memoria, ſiue ab ipſo, ſiue à parentibus eius, ſiuè à quibuslibet alijs, certiſsimis, & fideliſsimis teſtimonijs, requirere, & cognoſcere, potuerunt, impoſito ſibi euangelizandi munere, generi humano annunciare curarunt: ſicut docet beatus Lucas in exordio ſui Euangelij. Tradiderunt nobis qui abinitio viderunt, & miniſtri fuerunt, &c. Obſerua quod ſpiritus ſanctus haud immediata reuelatione, quę propriè reuelatio dicenda ſit, ſemper illuſtrabat ſuos ſcriptores: neque ſcriptura ſecundum omnem ſuam partem, reuelatione indiguit, cum plura eorum quæ ſcripſerunt proprijs conſpexerint oculis: & alia à fideliſsimis teſtibus acceperint. Liber Geneſis ſcriptus fuit per reuelationem: Exodus ſecundum maiorem ſui partem in ſola directione Spiritus ſancti. Ad quid opus erat reuelatio Moyſi in ſcriptura interfectionis Aegyptij ab ipſo, vel ad ſcribendum quòd rubus ardebat & non cõburebatur, & ad docendum quòd dominus illuminabat eos in nocte in colũna ignis, & protegebat in columna nubis per diẽ, & ſimile iudiciũ habe de cęteris libris ſecundũ genus ſcripturæ quã exarabant earũ ſcriptores. Sicut docuit beatus Lucas: qui ab apoſtolis accepit & maximè à Paulo quæ ipſe poſtea ſcripto mandauit. Similiter & Marcus, ſicùt docet B. Clemẽs Romanus, lib. 6. diſpoſitionum & apud Euſebium Cæſariẽſem lib. 2. Ecclæſiaſticæ hyſtoriæ cap. 15. & Papias apud eundem Euſebium ibi, & Origenes primo tom. in Matthæ. & eodem Euſebio referente eodem lib. cap. 18. Et ipſe Euſebius lib. 3. cap. 4 & Hierony. de viris illuſtribus: & Irenæus lib. 3. aduerſ. hæreſ. Siue ergo Matthæus, ſiue Ioãnnes, ſiue Marcus, ſiue Lucas, quamuis illi viſa, hi audita referrent, non egebant quidem noua ſpiritus ſancti reuelatione; ſicut neceſſaria fuit Moyſi ad deſcribendum ea, quę remotiſsima erant ab omni hominum cognitione, aut quæ ab exordio mundi geſta fuerant, aut quia futura erant ſuperuenientibus ſæculis: ſic & omnibus prophetis in vaticinando omnia huius generis & figuræ, opus fuit reuelatione ſpiritus ſancti. In illis autem quæ ipſi contrectarunt manibus ſuis, aut oculis, conſpexerunt, vel certiſsimis & fideliſsimis teſtibus referentibus agnouerunt: neq; ipſi, neq; Euangeliſtæ per reuelationem ſunt illuſtrati, quę propriè reuelatio dicẽda ſit: egebant tamẽ omnes peculiari ſpiritus ſancti directione. Habuerunt tamen ſub ipſo ſcripturæ exordio claram reuelationem quod vera eſſet & fidelis ſcriptura, quam ſcribere intẽdebant, ſecundum omnem ſuam partem: & cum occurrebat aliquod myſterium, vel doctrina alicuius ſacramenti, numine diuino illuſtrabãtur, clarè ſcientes eſſe miſteriũ quod ſcribebant vel ſacramẽtum & efficax gratiæ. Hæc pro mei ingenij paupertate ad expoſitionem doctrinæ B. Auguſtini dixi: Sapiens ſapientius indicet, vel doceat. Nihil auctores ſacri cæcis oculis ſcribebant, ſicut

Margin letters: A (at "APVD Græcos" / "tura interfectionis"); B (at "derunt. Cuius" / "ad deſcribendum").

Lib. 1. de conſenſu. Euang. c. 1

Lege beatũ Hiero. in catalog. ſcrip. Eccleſi. & rẽ hanc deprehẽdes cum egit de B. Luc. Lege Iſidorũ in Præfatio libror ũ noui teſtamenti.

Lege magiſtrũ Cano. in de locis theolog. lib 2 c. 11 in reſponſ. ad 4. argu. ubi de ſcriptore lib. Machabæ. dicit Con-

ſtat ſpiritu ſancti affla cum librũ ſcripſiſſe. Idem iudicium habe de omnib. ſcriptorib. canonicis.

de Sibyllis tradit Plato, quas beatus Iuſtinus martyr & Philoſophus valde magnificat oratione ad gentes: de quo cap. 13. agendum eſt. Sed ſcribentis, vel loquentium calamum ipſe ſpiritus attemperabat, ne ſcribendo laberentur. Nec hoc donum ſpiritus ſancti toto vitæ curſu habebant, ſed tantum dum lingua eorum calamus erat velociter ſcribentis ſpiritus ſancti, ſicut ſupra docebat beatus Auguſtinus. Neque mora erat in ſcribendo, aut opus conſultatione auctorum, aut auctoritatum, quas allegabant: ſicut humanus animus minora deſcribens, cùm facile labi poſsit, caſtigare ſolet, & purgare, quæ prius ſcripſit: & pedetentim calamus illius currit: ſacrorum verò auctorum calamus velociter currit in hac directione ſpiritus ſancti, ſibi tunc familiari & certiſsima, aut clara reuelatione, prout ſcripturæ genus illud requirebat. In qua diſtinctione intelliges ſententias beati Baſilij Magni: & Origenis in præfatione ſuper Ioannem, & beati Ambroſij libro. 8. in Lucam capit. 16. qui videntur quaſdam ſententias ſacrorum ſcriptorum infirmare tanquã humano ſenſu & ſpiritu exaratas, neque omnia per ſpiritus ſancti directionem ſcripſiſſe. Ea enim quæ dominus Deus nobis tradidit per manus ſacrorum ſcriptorum, in duplici ſunt differentia, vt dixi, quædã quæ ſupernaturali tãtũ agnitione percipiebãt, alia quidem quæ naturali cognitione, aut per viſum, aut per auditum, vel ex certiſsimis teſtimonijs, vt ſacræ virginis, vel Ioſephi: Cũ ſacra domina de myſterio incarnationis illos edocebat, vel de diſputatione beati pueri cũ duodecim eſſet annorum, vel de eius circumciſione, octaua die poſt natiuitatem, &c. in his non egebant expreſſa reuelatione, ſed directione ſpiritus ſancti: & ſpeciali præſentia ſui numinus, nè laberentur. Error contrarius huic fideliſsimæ ſententiæ: qui ab exordio vires eundo accepit, vſque ad Eraſmũ in annotationibus cap. 2. Matthæi, & cap. primi Marci, & cap. 27. Matthæi demonſtratur à beato Hieronymo in Commẽtarijs ſuper cap. 5. Micheæ. Hic inquam error vim, firmitatem, roburque ſacræ ſcripturæ labefactat ſicut docet beatus Auguſtinus epiſtola octaua, & 15. ad Hieronymum: & refertur nona diſt. cap. ſi ad ſcripturas, & cap. ego ſolis. Quo vno argumento idem Auguſtinus libro. 2. de conſenſu Euangeliſt. cap. 12. fa-

Lib. 5. contra Eun. hom. 6 ſuper Nume ros.

Luce. 2. Matth. 2. Luce. 1.

In procem. in epiſt. ad Philem.

C tis demonſtratum eſſe credit, prophetarum, & apoſtolorum ſcripta nullam omninò habere falſitatem, non ſolum eam, quæ in mentiendo pr mitur, ſed nè eam quidem, quæ obliuiſcendo. Leuibus (inquiunt hæretici) in rebus, & nihil ad ſalutem noſtram pertinentibus, ſacri ſcriptores & falluntur, & fallunt, quod certè impium eſt. Apex vnus, aut iota non inueniuntur in vniuerſo Moyſe prætereunda, vtpotè diuino omnia numine conſcripta. Multò certè magis Euangelium Chriſti, quod eſt myſterium ſpiritus & vitæ: ſpiritu ſuo exaratum conſtat, & omnia ſacri ſcriptores ſcripſerũt ſpiritus ſancti præſentia, vel reuelando, vel dirigendo calamum eorum & linguã. Relinquebat tamẽ ſuos ſcriptores intra naturalis recordationis ſpaciũ in his quæ ad rem nõ pertinebãt: neque in hoc falſitas aut defectus inueniri poteſt, ſicut habes apud Paulum non ſemel. Siue intra corpus: ſiue extra(inquit) neſcio, Deus ſcit. Cęterum neſcio ſi quem alium veſtrum baptizauerim. Et in his verum dicit, non enim recordabatur directionẽ tñ habebat ſpiritus ſancti. Aliquando autem nec numerum, nec rem nec locum determinabant. De primo ex tãt vtriuſque teſtamenti multa teſtimonia. Iudi. 14. cap. ſic legis. Percuſſerunt Moabitidas in tempore illo circiter decem millia. Et infra cap. 16. Erant ibi omnes principes Philiſthinorum circiter tria millia vtriuſque ſexus. Et infra cap. 20. Ita vt proſternerent triginta circiter viros, &c. Et. 3. Reg. 22. Congregauit Rex Prophetas quadringentos circiter viros. Et in nouo teſtamento paſsim offendes ſimiles loquendi formulas. Beatus Lucas Actor. 1. cap. inquit. Erat autem turba hominum ferè centum viginti. Et capit. 2. Appoſitæ ſunt in die illa animæ circiter tria millia. Et capit. 5. Cui conſenſit numerus virorum circiter quadringentorũ. Et ipſe Lucas in euangelio ſuo cap. 9. Erant autẽ viri ferè quinque millia. Et Paul. Roma. 4. cùm poſſet determinatè dicere: Abraham cum nonaginta nouem eſſet annorum, ſicut habetur Gneſ. 17. Elegit dicere: Cùm iam ferè centum eſſet annorum. Et beatus Lucas deſcripturus oblationem datam pro puero Ieſu, eam indeterminatam reliquit, quia nihil ad rem ſpectabat: & vt darent (inquit) pro eo hoſtiã, ſicut ſcriptum eſt, par turturum, aut duos pullos columbarum.

D

2. Cor. 12. 1. Cor. 1.

Lege. cap. 16. Gene. D. & 21. & facies hanc annorum cõputationẽ.

rum. Locum etiam (vt dixi) aliquando mi-
nimè determinabant: ſicut B. Matth. 4. c.
Et cæteri Euangeliſtæ demonſtrãt, deſcribẽ
tes ſacrum ieiunium domini Ieſu, & tertiam
tentationem, & transfigurationem. De pri-
mo inquiunt: Expulit eum ſpiritus in deſer-
tum. De ſecuudo etiam dicit Matth. Iterum
aſſumpſit eum diabolus in montem excel-
ſum valde. Neutrum tamen locum deſcrip-
ſerunt, quis fuerit, aut vbi ſitus: nec etiam lo-
cum trãſfigurationis. Igitur ſpiritus ſanctus
ex parte aliquãdo tãgebat & illuminabat
ſuos ſcriptores, & dirigebat calamũ eorũ ſẽ
per: & aliquãdo etſi plene rẽ deprehẽdebãt
haud tamẽ curæ illis fuit numeros adamuſ-
ſim ſemper, & determinatè demonſtrare:
nec rẽ, nec loca rerũ geſtarũ, hyſtoricũ mo-
rem inſequentes. Cũ vero negotiũ & res fi-
dei agebãt, quæ eſt fundamentũ & initiũ vi
tæ ſpiritualis, tũc & ſpiritus S. pleniſſimè eos
illuminabat ac dirigebat, & ipſi diligen-
tiſsimi extiterunt, determinatè ſcribendo
numeros, & loca, & oblationis materiam.
Caput & arcẽ fidei & religionis obtinet my
ſteriũ SS. Trinitatis, quod ſcribentes ſacri
apoſtoli & euangeliſtæ, nõ dixerunt: Tres
ferè ſunt perſonæ diuinę, aut circiter tres:
ſed determinatiſsimo ſermone docuerunt
tres eſſe diuinas perſonas, & vnum Deum.
1. Ioan. 5. De quo ſacer Ioannes: Tres ſunt qui teſti-
monium dant in cælo, Pater, Verbum, &
Spiritus ſanctus, & hi tres vnum ſunt: &
tres ſunt, qui teſtimonium dant in ter-
ra, &c. De ſecundo habes plura exempla
manifeſtiſsima. Ad fidem ſpectabat ſcire
Mich. 5. 4. locum natiuitatis ducis Meſsiæ, quia in
& Pſalm. prophetis repromiſſus erat Bethleem Iu-
131. Ecce dæ: & hunc locum tùm Lucas, tum Mat-
audiuimus thæus digito demonſtrarunt. Ille dixit:
eũ in Eph. Exiit edictum à Cæſare Auguſto, & cæt.
&c. Aſcendit & Ioſeph à Galilæa de ciuitate
Cap. 2. Nazareth in Iudæam ciuitatem Dauid, quę
vocatur Bethleem cum Maria deſponſata
ſibi vxore pręgnante. Et factum eſt, cùm
eſſent ibi, impleti ſunt dies, vt pareret.
Vbi cùm, IBI, dicit, locum Bethleem de
monſtrat. Similiter & beatus Matthæus
Cap. 2. inquit: Cùm natus eſſet Ieſus in Bethleem
Iudæ.

Minimè neceſſarium erat ad fidem no-
ſtram (vt dixi) determinatè ſcire, quid ob-
tulerint pro puero Ieſu parentes eius, ſatis
eſt quòd fecerunt pro eo ſecundùm legem,

A propter quod indeterminatè ſcriptum eſt.
Quia vero ſacerdotium Chriſti futurum e- Pſal. 109.
rat ſecundùm ordinem Melchiſedec, qui
panem & vinum obtulit, in his materijs
determinatiſsime demonſtrant Euangeli-
ſtæ inſtituiſſe dominum Ieſum nouam ob-
lationem in eccleſia. Matthæus inquit: Cœ Cap. 26.
nantibus autem illis accepit Ieſus panem.
Nec dixit, Accepit Ieſus panem, vel
partem agni aſsi: & deinde inquit: Acci- Ibi.
piens calicem, gratias egit, &c. & demon-
ſtrans liquorem calicis, quòd certè eſſet vi
num, inquit: Non bibam amodo de geni-
mine vitis, &c. Neque in hoc loco dixit,
vinum aut ſiceram, aut genimen vitis, vel
pomorum ſuccum, qui eſt ſicera: ſed deter
minatiſsimè docuit vinum fuiſſe conſecra-
tum in cœna Dominica. Lege Lucam. 22.
& Marcũ. 14. & nouiſsimè Paul. 1. Cor. 11.
Sed reuocemus ſermonem illuc vnde egreſ
ſus eſt. Euangelium quidem æternorum,
atquè incorruptibilium bonorum, quæ cer
tè ſuprema & maxima ſunt, & ex prio-
ribus prædicta temporibus, vt inquit Euſe-
bius, nuper verò ſplendore ſui orbem il-
luſtrans, cunctis hominibus annunciat,
quod non cæcas ſæculi diuitias, neque bre-
B uem hanc calamitoſamque vitam, neque
inſtabilia corporis commoda, ſed anima-
rum, quærenda ſint, vnde vera perfectaque
fœlicitas comparatur: Cuius euangelij, Caput Euangelij.
quaſi caput religio eſt, non illa gentilis fal-
ſa & ficta, erroriſque plena, ſed hæc no-
ſtra, quæ iurè nomen religionis habet &
pietatis: cùm vnum Deum verum colat. De quo. c.
& filium eius Ieſum Chriſtum dominum 14. fo. 315
noſtrum, & Spiritum ſanctum. Hæc eſt, col. 1. A. B
quæ animi ad Deum verum, firmam ſtabi-
lemque conuerſionem & vitam, quæ eius
mandatis peragitur, reportat, quæ etiam
ad nutum & regulam diuini beneplaciti
cor hominis & mentem componit, vnde
amicitia Dei conciliatur: amicitia verò
beatitudinem perfectam & veram conſe-
quitur. Quid namque homini hac amicitia
melius, fœliciuſuè contingere poteſt? De
qua ſaluator ſuis Apoſtolis aliquando di-
xit: Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quæ prę Ioan. 15.
cipio vobis. Vos autem dixi amicos: quia
omnia quæ audiui à patre meo, nota feci vo
bis. Vbi certè viam inueniendi hanc ami-
citiam demonſtrat, cùm inquit: Si feceritis, Mandatorum obſeruatio ami-
quæ ego præcipio vobis. De quo & Paulus

[e]itiam Dei & regnum eius inuenit. de ipſo Chriſto agens inquit. Factus eſt omnibus obtemperantibus ſibi, cauſa ſalutis æternæ, & ſaluator apud Ioannē 1 Et ſcio, quia mandatum eius vita æterna eſt. Deni- *Heb 5.* que iuueni quærenti, quid ſibi eſſet facien- *Matt. 19.* dum ad regni gloriam: reſpondit: Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Eſt igitur Euangelium oratio, quæ bonam & conuenientem rationi, rerum annunciationem habet & continet, quæ lætum reddit auditorem propter vtilitatem, docetque boni præſentiam cuicunque credenti, & affirmat adeſſe bonum, quod expectabatur. De cuius excellentiſsima virtute, ſacratiſsimus Paulus inquit: *Rom. 1.* Non erubeſco euangelium, virtus enim Dei eſt, in ſalutem omni credenti, Iudæo primum & Græco. *Euangelij virtus.* Habes hoc nomen VIRTVS, cùm de rebus ſublimioribus agit ſcriptura, non vno loco tantùm. Dictum eſt ab angelo ad ſacram virginem, cùm fideliter requiſiſſet de modo incarnationis filij Dei: *Luce. 1.* Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſsimi obumbrabit tibi. Virtus ergo altiſsimi, quæ corpori virginis obumbrauit, vt in concipiendo integerrimum, illibatūq; permaneret: hæc eadem euangelium appellatur, quia adeſt eius prædicationi, & lectioni. Concipitur enim in illo Chriſtus dominus ſpiritualiter. *Rom. 10.* Fides namque ex auditu: auditus autem per verbum Chriſti. Idem Apoſtolus compellauit Chriſtum, Dei ſapientiam, & Dei virtutem. *1. Cor. 1.* Prædicamus Chriſtum crucifixum: Iudæis ſcandalum, gentibus ſtultitiam. Ipſis autem Iudæis, & Græcis vocatis ad fidem, iam factus eſt Chriſtus, Dei virtus, & Dei ſapientia. Verbum ergo annuntians Chriſtum crucifixum, Dei filium, virtus Dei eſt: id eſt, diuina virtus, & potentia illi adeſt ad ſalutem credentium. Illa ſcilicet virtus, quæ virgini magnum tribuit honorem, & ſummum in illa operata eſt myſterium. Virtus itaque Dei eſt euangelium, efficax ſalutis veræ, non in gente vna, aut populo, ſed Græcis, & Iudæis, quoad ſufficientiam, per quos vniuerſitas orbis deſignatur, quamuis apud Græcos alia fuerit diſtinctio dicentes: *Gentiū diſtinctio in Græcos et Barbaros.* Vnumquemque vel Græcum eſſe, vel Barbarum. Nam cùm ipſi Græci legibus vterentur, omnes reliquos tanquàm ſine legibus viuentes Barbaros appellarunt. In

C hac interpretatione intelliges dictum apoſtoli ad Romanos: *Rom. 1.* Græcis & Barbaris debitor ſum. Hæc & multa alia facilè comprobant, qualis ſit lectio ſecrorum euangeliorum. Quod ſi auctorem animo fideli cogitaueris, inde quidem ſummam integramq; reuerentiam, & amorem ega eā conciliabis. Ille nimirùm eſt ſupercæleſtis, ſpirius, quo inſpirante & docente loquuti ſunt ſancti Dei homines, ſicut docet beatus Petrus: *2. Cap. 1.* & ſcripſerunt quatuor euangelia: licèt alij multi conati ſint id munus implere: ſicut docet Lucas Euangeliſta, in præfatione ſui euangelij: quos reiecit eccleſia. Non enim humana voluntate, aut ſpiritu conſcribi potuit euangelium. Quis enim excogitaret aduentum filij Dei in mundum, & incarnationis myſterium, *Aduentus filij Dei ſola reuelatione agnitus.* per quod veram hominis naturam Dei verbum aſſumpſit, & cum hominibus (ſecundùm Baruch prophetiam) per multos annos conuerſatum fuit? *Cap. 3.* Non certè Petrus, Pauluſue, aut Matthæus, aut Lucas, aut Marcus, aut Ioannes docere potuerunt Ieſum eſſe Chriſtum in lege promiſſum, Dei filium, patri conſubſtantialem, & coæternum: ſed ſpiritus cæleſtis, ipſeque pater beatiſsimus: ſicut ad Petrum ipſe dominus Ieſus dixit: Beatus es Simon Bar-

D iona, & cæt. *Matt. 16. de quo infra. c. 14.* Caro & ſanguis reuelare non potuerunt Petro, quòd Ieſus dominus noſter eſſet Dei filius Meſsias, & Chriſtus, cùm hoc quidem myſterium, in vmbra conſummatum fuerit, dicente angelo ad virginē: Virtus altiſsimi obumbrabit tibi. *Luc. 1.* Quam vmbram beatus Leo Papa diuinitati refert: *Leo Papa* Vniuerſitatis dominus ſeruilem formam obumbrata maieſtatis ſuæ dignitate ſuſcepit. Non enim manifeſtè & in poteſtate magna, & maieſtate venit Dei filius in vterum virginis, *Incarnationis myſterium in vmbra.* (quæ pro ſecundo aduentu reſeruata ſunt) ſed in vmbra & ſilentio, quod ab Eccleſia apud Salomonem decantatum reperis: *Cant. 5.* Sub vmbra illius, quem deſiderabam ſedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. Sedi (inquit) per aſsiduam & humilem conſiderationem magni myſterij incarnationis, quod in vmbra celebratum eſt, & facta eſt mihi conſideratio eius ſuper mel dulcis, & ſuper fauum, adeò quod omnia mundi delectamenta, ſed & carnis delitias, velut inſulſum cibum, imò vt amarum valde

ſpreui,

ſpreui, & ardenti animo à me, & à cogitatu meo abieci. De hoc aduentu ſcriptum

Cap. 45. eſt ab Eſaia, cùm fidem gentium prædiceret: Vere tu es Deus abſconditus, Deus Iſrael, ſaluator. Sed & Hieremias plorans

Cap. 14. inquit: Expectatio Iſrael ſaluator in tempore tribulationis, quare quaſi colonus futurus es in terra, & quaſi viator declinans

Vmbra incarnationis qualis. ad manendum, &c. Sed & apoſtolus Paulus vmbram & humilitatem aduentus Dei contemplatus eſt profundiùs, vnde & has

Philip. 2. voces emiſit: cùm in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens. Hanc obſcuriſsimam vmbram

Cap. 8. deſcribit in Epiſtola ad Romanos. Miſit Deus filium ſuum in ſimilitudinem carnis peccati. Sed & virgini excellentiſsimæ vmbra illa referenda eſt: dicente ange-

Luc. 1. lo ad ipſam: Obumbrabit tibi. Inde enim

Similitudo vmbra originem trahit, quia luci corpus

1. Ioan. 1. opponitur. Deus lux eſt. Suſcepto ergo ſeruili corpore facta eſt virgini vmbra. Simul enim Dei verbum caro, ſimul animata caro rationalis & intellectualis: nec priùs deſcendit, quàm fuit conceptus: Nudam namque diuinitatem domina ipſa mortalis, vix quidem ferre poſſet in ſe

NOTA valde. deſcendentem. Adde quod virgini certè facta eſt vmbra per manum virtutis altiſsimi, ſiquidem ab exordio ſacratiſsimæ conceptionis non reſplenduit velut ſol, & vt ſplendor firmamenti: ſiquidem intra ſe lu-

De quo infra ad longum. cem increatam contegebat. Ex quibus comprobatur, quomodo caro & ſanguis non potuerunt reuelare magnum myſterium incarnationis: per quæ vniuerſa philoſophiæ argumenta, & orationes demon-

Creaturarum cognitio quid doceat. ſtrantur. Nam vniuerſi cognitio non aliud docet, quàm Dei virtutem & diuinitatem, non perſonarum Trinitatem, ſed neque Chriſti incarnationem. Si enim quæ ſunt diuinitati intrinſeca, & quæ pertinent ad ipſam diuinitatis naturam ex vniuerſa creaturarum etiam perfectiſsima cognitione, cognoſci non poſſunt, multò minus profectò incarnationis myſterium, quod liberè volitum eſt, ac ordinatum à Deo. Fides enim Chriſti, ſiue implicita, ſiue explicita fides eſt: fidem autem ex contemplatione naturæ, quæ non eſt aliud quàm ipſa philoſophia, poſſe deduci, ſtolidum prorſus eſt. Non ergo ca-

A ro & ſanguis reuelare potuerunt Petro, magnum incarnationis myſterium, ſed pater cæleſtis. Latuit & angelicas virtutes: quouſque à domino reſeratum eſt angelis, & hominibus. Habes ergo vnde immortales gratias domino vniuerſorum reddas, qui propter te & propter tuam ſalutem vſque ad formam ſerui deſcendit, vſque ad ſimilitudinem carnis peccati. Habes vnde gratus exiſtas, quia *Caro vera erat, peccati aūt ſimilitudo tantum.* tibi reuelatus eſt filius Dei, & myſterium in vmbra factum, tibi in Apoſtolica prædicatione reſeratum eſt. Tertiò habes, quomodo fructus eius percipitur, nimirum inquiete contemplationis, & meditationis eius. Vix quidē in vniuerſo reperies, quod in tranſitu proſit.

MARCVS à dño electus ad magnificū hoc officium, vt Euangeliſtam ageret, declaratur in titulo, cùm dicitur ſecundùm Marcum. Aduerſus cuius Euangelium ab exordio naſcentis eccleſiæ apoſtolicæ ab Ebione, & Corintho, ac Marcione hæreticis diſputatum eſt, & procacitate multa prorſus illud abiecerunt. Anabatiſtæ *Anabatiſtarum obiectiones contra euangelium Marci.* verò hoc noſtro ſæculo ex parte illud ſuſcipiunt, & quæ eorum ſententias hære- B ſeos conuincere poſſunt, reijciunt. Eorum obiectiones breuiter proponendæ ſunt, & ſecundum patrum vetuſtiſsimorum ſententias diluendæ. Primò obijciunt nobis, quòd cùm ex Malachia adducat teſtimonium Marcus euangeliſta, *Cap. 1.* illud aſcribit Eſaiæ, quod non aliter fieri potuit, quàm à quodam inepto ſcriptore. Secundò quod additum ſit caput vltimum, vbi agitur de reſurrectione, & aſcenſione domini Ieſu, & pugnare videntur ferè omnia illa cum Matthæo: & trahunt Hieronymum in hanc ſententiam. Tertiò inquiunt, quòd quæ inter finem & principium huius euangelij poſita ſunt, tam præpoſterè, confuſè, & inordinatè referuntur, vt quæ Matthæus priùs dicta, factaue ſcribat, Marcus tanquàm poſteriùs geſta commemoret, & ècontra quæ Matthæus multò poſt tempore euēniſſe narrat, hic, id eſt, Marcus longè antea ponat, nulla ſeruata temporum, aut rerum geſtarum ratione. Vnde facilè indicatur euangelium iſtud, non hoc ordine primum fuiſſe à Marco digeſtum, ſed magis ſecundùm ordinem & diſpoſitionem Matthæi, de quo Augu-

Auguſtinus teſtatur abbreuiatum fuiſſe à Marco adeò imitato ab eo ſtilo, vt Eraſmus ſcripſerit eundem fuiſſe ſcriptorem vniuſq; Euangelij, Marci, ſcilicet, & Matthæi: deinde vero poſt aliquod tempus aut negligentia ſcriptorum, aut malitia hæreticorum abſque vllo ordine in aceruum coniectatum. Quibus reſpondentes dicimus, primum eorum argumentum non nouum eſſe, ſed multis retro ſæculis ab impijſsimo Porphyrio Eccleſiæ obiectum. Qui latinam æditionem paſsim ad Græca exemplaria expendunt, non magni ponderis æſtimant hoc argumentum. In quibus legitur: ſicut ſcriptum eſt in prophetis: non ſicut ſcriptum eſt in Eſaia, & ſic ſecundùm eorum ſententiam nituntur hoc argumentum abſoluere librorum deprauatione. Cui ſententiæ ſubſcribit Theophilatus, qui legit non in Eſaia, ſed in prophetis. Cui etiam ſubſcribit beatus Hieronymus ſuper cap. 3. Matthæi, de quo ſtatim. Eraſmus tamen probat lectionem noſtram vulgatam, Græcamque fuiſſe mutatã à Græcis. Hierony. etiã epiſt. ad Pãmachũ de optimo genere interpretãda ſolã hanc quam habemus, lectionem probat; alterius autem eo loco, nec meminit quidem. Sed reſpondens Chryſoſtomus homilia de initijs Euang. ſecundùm Marcum calumniæ Porphyrij, non cauſatur aut codices mendoſſos eſſe, aut ab impio aliquo locum deprauatum. Vnde conſtat ante tempora Hieronymi & Chryſoſtomi, Græcos codices omnes ſic habere, ſicut noſtra lectio vulgata habet. Diuus Hieronymus argumentum ait bifariam poſſe diſſolui, altero quidem modo, vt iuxta veterum Eccleſiaſticorum ſententiam dicamus Marcum, propterea teſtimonium Malachiæ, Eſaiæ tribuiſſe, quia ſtatim poſt illud alterum teſtimonium Eſaiæ ſequeretur; videlicet, vox clamantis in deſerto. Quare Marcus de duobus, & diuerſis teſtimonijs ſcripturarum vnum corpus efficit. Nos autem putamus (inquit Hieronymus) additum ſcriptorum vitio, quod in alijs locis probare poſſumus. Habes ergo ſecundùm Hieronymum duos modos reſpondendi argumento primo hæreticorum. Neque ex hoc ſequitur totum Euangelium Marci eſſe de corruptione & contaminatione ſuſpectum, quia vnicum verbum ex imprudentia ſcriptorum additum ſit, quod additum vel ſubductum nihil de veritate lectionis diminuit. Obſerua quomodo beatus Hieronymus, cùm propoſuit priorem expoſitionem, ſub verbo, putamus loquitur: cùm verò germanam declarationem ſcripſit, ſcilicet de diuerſis teſtimonijs ſcripturarum vnum corpus effectum à Marco, tunc dixit: Aut certè: firmiter tradens hãc fuiſſe Spiritus ſancti & Euangeliſtæ intentionem. Quod autem impij Anabatiſtæ addunt: Malachiæ teſtimonium, non de Ioanne Baptiſta, ſed de Elia debere interpretari: commentitium, ac noſtri temporis Iudæorum fabella eſt: qui per angelum miſſum ante faciem, eundem angelum intelligunt, quem ſtatim Malachias appellat angelum teſtamenti, ſeu fœderis. Sed Chriſtus docet, de quo prophetia interpretanda ſit, nimirum de Ioanne. Et nos infra Malachiam exponemus. Secundæ obiectioni reſpondemus, quò ad vltimum huius euangelij caput pertinet. Anabatiſtæ vt hæreticorum mos eſt, Hieronymi ſententiam truncatam producunt, dempta particula (aut) quæ in principio huius ſententiæ legitur. Sic enim Hieronymus eam non aſſerendo, ſed aliorum ſententiam à ſua diſtinguendo protulit dicens, Aut non recepimus Marci teſtimonium, aut hoc reſpondendum eſt, ſcilicet iuxta noſtram ſententiam. Non enim poterat beatus Hieronymus capitis huius ſcripturam reijcere, quàm de Græco tranſtulerat, Eccleſiæ legendum dederat, & adhibita peculiari expoſitione comprobauerat: de quo redibit ſermo ſuo loco aduerſus illationem Caietani, quam intulit ex hac ſententia Hieronymi.

Eraſmus Apologia ſuo contra Albertum Carporũ principẽ.

Porphyrius li. ſuorum uoluminum. 14

C

D

Hieronymus cap. 3. ſup Marcũ uel Matthæum.

NOTA.

Matt. 11.

Cap. 9.

DE TEMERARIA Eraſmi coniectura falſiſsimum eſt, quod opponunt: cùm ſatis comprobatum ſit, ab eccleſia, & grauiſsimis ſcriptoribus, aliud eſſe euangelium Matthæi, aliud verò Marci, ſicut teſtatur Iræneus, Clemens, Euſebius, Auguſtinus, &c. Cùm autem Anabatiſtę obijciunt non ſeruaſſe beatum Marcum in enarrandis geſtis Chriſti ordinem, quem ſecundùm Matthæum oportebat obſeruare, huic argumento reſpondet Euſebius Cæſarienſis ex Papia Hierapolites epiſcopo. Etiam (inquit) presbiter narrabat (ſcilicet) Ioannes, quòd Marcus interpres fuit Petri, & quæ-

Lege Ire. lib. 3. c. 11. Aug. l. 3. de conſenſ. euang. Bedã ſub fine communis. lib. 4. Marcum.

Iræneus li. 3. aduerſus hæreſes. Cap. 1.

Euſeb. Caſo lib. 3. hiſt. eccleſ. cap. ultimo

& quæcunque meminerat ab eo dicta conſcripſerit. Non tamen per ordinem, ea quæ à domino dicta ſunt, vel facta ſunt, digeſsit: quia non fuit ipſe auditor, aut ſectator domini Ieſu ab exordio, ſed ſub Dominicæ paſsionis tempore, nouiſsimè (vt dixi) Petro adhæſit ad vſum, ac miniſterium prædicandi, non ad conſcribendos domini ſermones. Itaque nihil peccauit Marcus in eo, quòd ita quædam ſcripſit, quaſi quis ſparſim recordari videatur. Et hoc ſolùm ſatis egit, ne quid ex auditis omitteret, aut aliquid falſum ſcriberet.

Aug lib. 1 q. ex Mat. c. 11. to. 4. 370.

Hanc ſententiam confirmat beatus Auguſtinus in hæc verba: Nonnunquàm ſanè alius Euangeliſta contexuit, quod alius diuerſis temporibus dictum indicat. Non enim omnimodo ſecundum rerum geſtarum ordinem, ſed ſecundùm ſuæ quiſque recordationis facultatem, narrationem, quam exortus eſt, ordinauit.

Nota quomodo naturali recordationi reliquit Spiritus S. in ſcribendo euãgeliſtas Hierony. ſuper. 1. c. Marci.

Et beatus Hieronymus: Marcus dicta euangelij in ſemetipſo, non in ſemetipſis diſponens, ordinem hyſtoriæ non ſequutus, myſteriorum ordinem ſeruat. Quis autem fuerit beatiſsimus Euangeliſta ab exordio eccleſiæ, literis demandatum eſt. Fuit illi nomen Ioannes: matrem habuit Mariam, quæ in domo ſua apoſtolos ſuſcipiebat, ſicut teſtatur beatus Lucas.

Marcus, Ioannes dicebatur. Actor. 12

Conſiderans autem Petrus, venit ad domum Mariæ matris Ioannes, qui cognominatus eſt Marcus: vbi erant multi congregati, & orantes. Hic primum ante Dominicam paſsionem (vt refert Origenes) Chriſtum inter ſeptuaginta diſcipulos ſequutus eſt, deinde poſt aſcenſionem coniunctus eſt Barnabæ auunculo ſuo, & Paulo: ſicut enarrat beatus Lucas, & Paulus in epiſtola ad Coloſſenſes, & in ſecunda ad Timotheum: & beatiſsimus Petrus vertex & caput apoſtolorum in ſua prima epiſtola beatum Marcum appellat filium ſuum.

Act. Cap. 5. 2. cap. 4. Cap. 6.

Salutat vos ea quæ in Babylone eſt eccleſia collecta, & Marcus filius meus. Huic magno apoſtolo poſtremò ſe contulit Marcus comitem, diſcipulorum & interpretem: ſicut teſtatur Papias & Clemens. Hic Papias fuit Ioannis auditor, Policarpi verò condiſcipulus, & ſodalis, ſicut teſtatur Iræneus ſcripſit quinque libros, qui adtitulantur verborum Dominicorum explanatio. Non tamen benè audit ab Euſebio Cæſarienſi. Marcus ergo diſcipulus, & filius tanti apo-

Papias li. 1. dominicorum uerborum. Clemẽs li. 6. diſpoſitionum. Euſebius

A ſtoli, hæres paternarum diuitiarum, & ſanctimoniæ, cum Romæ clarum verbi Dei lumen fuiſſet exortum, & ſermo veritatis, & lucis, qui per Petrum prædicabatur, vniuerſorum mentes placido illuſtraret auditu, ita vt quotidie audientibus eum nulla vnquàm ſacietas fieret: à Romanis rogatus, ea quæ Petrus prædicabat, ad perpetuam eorum commonitionem ſcripturæ tradidit. Petrus verò, vt per ſpiritum ſanctum religioſo comperit ſe furto expoliatum, delectatus eſt, fidem illorũ, deuotionemque conſiderans: factumque confirmauit, & in perpetuum legendam ſcripturam eccleſijs tradidit.

Ceſ lib. 3. hyſt. eccleſiaſticæ, ca. ultimo.

Et in hoc diuina Spiritus ſancti prouidentia relucet, ſicut docet Beatus Auguſtinus, quod etiam illi, qui dominum non ſunt ſequuti, electi ſint ad euangelium conſcribendum. At ne putaretur (inquit Auguſtinus) quod attinet ad percipiendum, & prædicandum euangelium, intereſſe aliquid, vtrùm illi annuntient, qui eundem dominum, hîc in carne apparentem diſcipulatu famulante ſequuti ſunt: an ij, qui ex alijs fideliter comperta tradiderunt: diuina prouidentia procuratum eſt per ſpiritum ſanctum, vt qui-

Aug. lib. 1. de conſenſu euang. cap. 1.

Euangeliũ ſcriptum et prædicatũ à diſcipulis qui dominum nõ audierunt.

B buſdam etiam ex illis, qui primos apoſtolos ſequebantur, non ſolùm annuntiandi, verùm etiam ſcribendi euangelium tribueretur auctoritas. Hi ſunt Marcus & Lucas, & infra idem Auguſt. ca. 2. In ſcribendo euangelio, quod diuinitus ordinatum eſſe credendum eſt, ex numero eorum, quos ante paſsionem dominus elegit, primum atque vltimum locum duo tenuerunt, primum Matthæus, vltimum Ioannes: vt reliqui duo, qui ex illo numero non erant, ſed tamen Chriſtum in illis loquentem ſequuti erant, tanquàm filii amplectendi, ac per hoc in loco medio conſtituti, vtroque ab eis latere munirentur.

Iſidorus in præfatio librorum noui teſtamenti.

NOTA ualde.

Et capite vltimo de auctoritate ſcriptorum, & ſcribentium ſacra euangelia, inquit: Quidquid ille de ſuis factis, & dictis nos legere voluit, hoc ſcribendum, illis, tanquàm ſuis manibus imperauit. Hoc vnitatis conſortium, & in diuerſis officiis concordiam membrorum, ſub vno capite miniſterium, quiſquis intellexerit, non aliter accipiet, quod narrantibus diſcipulis Chriſti in euangelio legerit, quàm ſi ipſam manum domini, quam in proprio corpore geſtabat, ſcribentem

Euangeliorum auctoritas.

bentem conſpexerit, &c. Aſſumpto itaq; euangelio, beatiſsimus Marcus, quod ipſe confecerat: perrexit Aegyptum, & primus Chriſtum annuntians Alexandriæ, conſtituit eccleſiam tantæ doctrinæ & vitæ continentiæ, vt omnes ſectatores Chriſti ad ſui exemplum cogeret. De quo Philo Iudęorum diſſertiſsimus teſtimonium perhibuit non ignobile, cùm ſub Marco tantam eccleſia Chriſti conſequuta ſit perfectionem, ſicut à Beato Luca Hieroſolymorum eccleſia deſcribitur. Sed & nomen Chriſtianorum, quod ſub Marco habuit eccleſia Alexandriæ, prout ab ipſo Philone deſcribitur, & interpretatur, perfectam ſanctimoniam Marci Euangeliſtæ, & diſcipulorum eius comprobat. Quippe cùm viri & fœminæ, ad Chriſtum conuerſi, therapeuthæ, therapeutrideſque, id eſt, cultores vocarentur & cultrices. Cauſam verò huius vocabuli ex eo ductam exiſtimo, quod conuenientes ad ſe, tam viri, quam fœminæ vnuſquiſque propriam animam, & alter alterius, tanquàm rudes, & agreſtes excolerent, vel certè quòd erga Dei cultum ex diſciplina & exemplo beatiſsimi Marci pura & integra conſcientia perdurarent. De quo forſan redibit ſermo. Tanta virum illum decorauit humilitas, quod dicitur poſt fidem amputaſſe ſibi pollicem, vt ſacerdotio reprobus haberetur, quod priùs meruerat in genere: cùm in Iſrael anteà ſacerdotium egiſſet ſecundùm carnem Leuita. De ſpiritu eius teſtimonium perhibet Leo Papa huius nominis primus: De vno fonte gratiæ ſine dubio vnus fuit ſpiritus magiſtri, & diſcipuli. De Petro & Marco ſermonem agebat. Mortuus eſt Beatus Marcus octauo Neronis anno, & ſepultus Alexandriæ, ſuccedente ſibi Aniano.

Philo. teſtimoniū pro Marco.

Philo ſub Claudio imperatore Romā venit, & Petrū apoſtolum vidit, eiuſq; adhæſit colloquijs verbum Dei prædicātis

Philo de vita contēplatiua ſupplicum.

Nomē Chriſtianorum apud Alexandriam Aegypti.

Marci humilitas.

Epiſt. 79. cap. 1.

LIBER PRIMVS COMMENTARIORVM IN MARCVM.

INITIVM Euangelij Ieſu Chriſti
filij Dei, ſicut ſcriptum
Eſai.40. eſt in Eſaia propheta;
Ecce ego mitto angelum
meum ante faciem tuam,
qui præparabit viā tuam
Malach.3 ante te. Vox clamantis
in deſerto: Parate viam Domini, rectas facite ſe-
mitas eius. Non paucis aut vulgaribus ver-
bis in exordio huius capituli nobis agen-
dum eſt. Quippè cùm ſacer Euangeliſta
perhibeat teſtimonium Ieſu Chriſti Domi
ni noſtri; eius diuinitatis & aduentus in ſo-
lennem & præclaram manifeſtationē ipſius
in Iſrael. Ab his enim auſpicatur ſuum Euā-
gelium, exordiumq; facit nobiliſsimum:
A prætermittens quæ de admirabili conce-
ptione, & beata natiuitate, ſacraq; infantia
& pueritia Domini Ieſu beatus Matthæus,
& Lucas ſcripſêre. In magnam ergo expe-
ctationem audientium & legentium men-
tes erigit, cùm lætam & optimam annun-
tiationem eius promittit, qui eſt Dei filius,
Domini inquàm Ieſu. Videte quàm præ-
clara, quàm ſublimia, & dicta & acta expe-
ctanda ſint ab eo, qui eſt Dei filius. Atten-
tum ergo & reuerentem inſtituit audito-
rē, & lectorem ſuæ hyſtoriæ Euangelicæ,
Finis & ſcopus Euangelij. ſiquidem de filio Dei, de Chriſto Ieſu pro-
mittit ſermonē. Hùc tendit noui teſtamen
B Cap.20. ti ſcriptura ſicut teſtatur ſacratiſsimus Ioan
nes, vt ſcilicet credamus, quia Ieſus eſt filius
Dei, & credentes vitam habeamus in no-
mine eius. Huius rei magnificum propo-
nit teſtem & teſtimonium: in medium ad-
ducens Ioannem Baptiſtā in prophetis re-
promiſſum, & prædicatum, nimirùm in
Eſaia 40. Eſaia, & Malachia. Iam ex hoc quantus ſit
Malach.3 Ioannes, quàm magnus coram Domino,
quantoq; honore dignus, coram homini-
bus, eleganter declaratur, ſiquidem miſſus
Ioānes Baptiſta quàm magnus. eſt in mundū in teſtimonium filij Dei, vt
omnes crederent per illum, & vt teſtimo-
niū perhiberet de lumine. Tantus eſt Ioan
nes Baptiſta apud ſacratiſsimum Euangeli-
ſtam, tantus erat candor lucis præcurſoris,
vt viſum ſit Spiritui ſancto, & Euangeliſtæ,
quod oporteret dicere, non erat ille lux.
De illo ergo qui eſt Dei filius in lege pro-
miſſus annuntiationem ſolennem, & publi-
cam, proponit ex autoritate Ioannis, in
prophetis prædemonſtrati. Hoc eſt illud
ſublime teſtimonium Spiritusſancti, quod
redditurus erat de Domino Ieſu poſt ad-
mirabilem aſcenſionem eius: ſicut ad diſci-
pulos quondā ipſe Chriſtus dicebat: Cùm Ioan.15.
venerit paraclytus, &c, ille teſtimonium Teſtimonium Spiritus ſancti
perhibebit de me, & vos teſtimonium per- de Chriſto
hibebitis. Quomodo Spiritus ſanctus no- quale.
uum teſtimonium perhibuit de Chriſto?
Familiare quidem illi fuit in omnibus pro-
phetis, vt præconizarent, & proclamarent
aduentum Meſsiæ. Quod facile eſt intelli-
gere, per vniuerſam ſcripturam veteris te-
ſtamenti. De quo ipſe Chriſtus duobus di- Luc.24.
ſcipulis in Emaus contendētibus ipſa die re-
ſurrectionis: & beatiſsimus Petrus inquit:
Huic omnes prophetæ teſtimonium perhi
bent, &c. Quid ergo noui facit Spiritus ſan- Act.10.
ctus perhibens teſtimonium de Chriſto?
Fecit nimirum quod in Saule actum eſt à
Samuele, ſicut legimus in libris regnorum. Li.1.c.10
Erat quippè Saul vnctus in Regem Iſrael
per manus Samuel, latuitque per aliquot
dies ſub humili ſpecie velut homo de me-
dia plebe obſcurus, ſciebatq; ille populus
à Samuele, cùm ipſum congregaſſet, quod
iam certè haberet Regem à Domino. Quis
autem eſſet, penitus ignorabat: quia per
ſortem voluit ipſum demōſtrare. Adducto
igitur in medium Saule, ait Samuel ad om-
nem populum: Ecce videtis quem elegit
Dominus, quoniam nō ſit ei ſimilis in omni
populo. Paria ac ſimilia videntur accidiſ-
ſe in teſtimonio Ioannis, & Spiritus ſan-
cti. Cum in forma ſerui ageret Chriſtus in-
ter homines, ſicut ſuprà dictum eſt, nō agno
ſcebatur etiam ſi expectaretur ab omni il-
lo populo. Teſtimonium itaque perhibuit
Spiritus ſanctus in Ioanne, ac deinde poſt
aſcenſionem Domini Ieſu per Apoſtolos,

quod omnium prophetarum oracula, in
quibus dicta, & acta ſaluatoris deſcripta C
erant, conuenirent Domino Ieſu. Oſten-
dit digito ſuo Ioannes, quæ qualiſuè eſſet
illa perſona indiuidua, & determinata,
quam omnium prophetarum oracula re-
ſpiciebãt, venerabanturq́ꝫ. Et ſic qui olim
teſtimonium perhibuit de Chriſto oſten-
dens, & genus eius & tribum, & locum
natiuitatis, & matrem deſcripſit ſecundum
ſuam integritatem, quæ omnia ſcripta ſunt
in prophetis. Iam nunc teſtificatur, quòd
hic ſit Ieſus Dominus noſter Dei filius,
& Meſsias: & ſic peruenit populus, &
poſtmodum orbis vniuerſus, ad explici-
tam fidem mediatoris, qui tenebatur ſub
fide implicita: Iudaicus inquam popu-
lus, & ſi qui erant ex gentibus fideles
Gen. 22. Domino. Genus oſtendit, cùm Abrahæ
promiſſum ſemen, in quo benedicendæ
erant omnes familiæ gentium, prædicat
per Moyſem. Tribum Iuda, oſtendit cùm
Pſal. 131. Dauidi iurauit: De fructu ventris tui, po-
nam ſuper ſedem tuam: ſicut exponit Pe-
Act. 20. trus Apoſtolus. Sed & locum natiuita-
tis Ducis Meſsiæ repromiſit in prophe-
tis, dicente Dauid: Ecce audiuimus eum D
Michæ. 5. in Ephrata. Hæc eſt Bethleem. & Michea:
Et tu Bethleem terra Iuda, &c. Et matris
integritatem deſcripſit in Eſaia. Ecce vir-
Eſai. 7. go concipiet, & pariet filium. Vt autem
inſtitueret altiſsimus eccleſiam, quæ fidem
explicatam, glorificaret, & retineret, miſ-
ſus eſt Ioannes, qui agnum & redempto-
rem mundi digito demonſtraret, & do-
ceret quæ eſſet illa perſona, cui talia ac
tanta teſtimonia per prophetas decantata
erant. Per hæc intelliges illam diſtinctio-
Diſtinctio Theologorum fidei in implicitã & explicitã declaratur. nem Theologorum, cùm fidem in impli-
citam, & explicitam diuidunt. Hoc itaque
munus implet Spiritus ſanctus, cùm do-
cet Ieſum Dominum noſtrum eſſe Du-
cem in lege promiſſum, Chriſtum, & Meſ-
ſiam. vnctum non materiali oleo, ſed Spi-
ritu ſancto. Hoc itaque eſt teſtimonium
Spiritus ſancti poſt aſcenſionem Domi-
ni, & in exordio manifeſtationis eius per
Sap. 7. Ioannem. In quo ſummè reſplendet hu-
1. Theſ. 6. militas Domini ad noſtram informatio-
nem, & doctrinam. Quippè qui cùm Chri
ſtus ſit candor lucis æternæ, & lumen de
lumine, & inhabitet lucem inacceſsibi-
Nota valde lem, ſub nube noſtræ mortalitatis latêre
voluit propter nos, & propter noſtram

ſalutem, & vix ſuæ maieſtatis argumenta
exhibuit per multos annos. In hoc com-
probatur præter alia, quod ab Apoſtolo
dictum eſt. Exinaniuit ſemetipſum, qui Philip. 2.
factus eſt teſtimonio Ioannis indigens. Et
in exordio cùm illum materna viſcera fu-
derunt ſuper terram, teſtimonium accepit
ab angelis: Natus eſt vobis hodie ſaluator, Luc. 2.
qui eſt Chriſtus Dominus. Valde in hoc Exinanitio Chriſti.
commendatur Chriſti exinanitio, & hu-
militas. Neque in hoc tantum, ſed nimi-
rùm, quia acceptis teſtimonijs ab angelis, à
Ioanne, à cunctis creaturis, denique à pa-
tre cœleſti: adhuc ſub forma ſerui agebat.
Magnum eſt quod iacet in præſepio ſu-
per fœnum Dominus Ieſus, ſed cùm pau-
per mater aſpicitur, neque reſplendens an-
gelus clamat, & dicit: Qui eſt Chriſtus Do-
minus, non expaueſcis ante præſepium,
vel pannos. Cum verò angelorum teſti-
monio declaratur quòd certè ſit Rex cœ-
lorum, Meſsias in lege promiſſus, tunc
quidem vehementer admiraris: tunc expa-
ueſcis quòd pelles pauperculæ non tran-
ſeant in purpureas cortinas. Adhuc ſuper
fœnum iacet, etiam ſi angeli clament: Qui
eſt Chriſtus Dominus. Hanc conſidera-
tionem paſsim habebis in omnibus Chri-
ſti glorificationibus, & maximè in die Pal-
marum: in qua comprobatum fuit: quod
verè eſſet Rex Meſsias: neque habitum
mutauit; imò neque menſam habuit ad ci-
bum in vniuerſa Hieruſalem. Non aſcen-
dit arcem Sion, non conuolauit ad arma.
Imò paucis diebus elapſis crucifixus eſt. In
quo completum eſt quod in propheta ſcri-
bitur: Exaltatus autem humiliatus ſum. Pſal. 87.
Obſtupendum exemplum, & hiſce die-
bus valde neceſſarium. Quis noſtrum di- Note.
cere poteſt: Exaltatus autem humiliatus
ſum? Vbi nota quòd propheta non inten-
dit ſignificare inuoluntariam humiliatio-
tionem, cùm inquit: Humiliatus ſum, ſci-
licet ab alio, quia verè humiliauit ſemeti-
pſum Dominus Ieſus. De quo ſit ſatis. Do- Philip. 2.
cet itaque veram cordis humilitatem, &
exterioris gloriæ contemptum Dominus
Ieſus, qui factus eſt teſtimonio hominum
indigens, per quem facta ſunt omnia. Et
Ioannes Baptiſta fideliter ipſum glorifi-
cat. Qui quidem Ioannes teſtimonium ha-
bet prophetarum, vt teſtis dignus & fide-
lis habeatur: ſiquidem non venit à ſemeti-
pſo, ſed miſſus à Deo, ſicut in prophetis
fuerat

fuerat prædicatum. In his ergo quæ nunc
prælibata ſunt, eſt figendus ſermo noſter. A
Inquit ſanctus Euangeliſta: *Initium Euange-
lij Ieſu Chriſti filij Dei.* Ac ſi apertè dicat:
Hoc eſt meum propoſitum, familiareq; Spi
ritus ſancti conſiliũ, & mandatũ, vt bonam
& optimã annunciationẽ eius, qui eſt Chri
ſtus Dei filius, Ieſu Chriſti Domini noſtri
perhibeã. Duo ergo teſtificatur Sacer Euan
geliſta. Primùm quod Ieſus noſter eſt Chri
ſtus in lege promiſſus: ſecundũ ꝙ hic Ieſus
Chriſtus Dominus noſter, eſt filius Dei na-
turalis. Hæc cõprobat prophetarũ teſtimo
nio, qui de aduentu Ioãnis loquuti ſunt, pro
mittentes illũ ante faciẽ Meſsiæ ſicut mani
Eſai.c.40. feſtè teſtatur Eſaias, & Malachias, quorum
teſtimonia, prout ad rẽ hanc ſpectant, ſunt
Malach.3 exponẽda. Teſtimoniũ inductũ ex Mala-
chia, hoc eſt: Ecce ego mitto angelũ meum
qui præparabit viã ante te. Ad Meſsiam lo
quitur, neq; de hoc quiſquã, etiam veritatis
inimicus, dubitauit. In propheta ſic legis:
Ecce ego mitto angelum meum & præpara
bit viam ante faciẽ meam, & ſtatim veniet
ad templum ſuum dominator, quem vos
quæritis, & angelus teſtamẽti, quẽ vos vul-
tis. Ecce venit, dicit Dominus exercituũ, & B
quis poterit cogitare diẽ aduẽtus eius? Quo
loco Malachias apertiſsimè cõteſtatur Meſ
Meſsias dominator cœli & terræ. ſiam dominatorẽ eſſe, illum ſcilicet ad quẽ
ſermo propheticus in ſapientia dirigitur cũ
inquit: tu autẽ dominator virtutis cum tran
Sap.12. quillitate iudicas, & cũ magna reuerẽtia di-
ſponis nos. Teſtatur inquã dominatorẽ eſſe
cæli & terræ: nec mirùm, cùm naturalis ſit
Dei filius, verus Deus & æternus, quod ſta-
tim docet cùm inquit: venit ad templũ ſuũ.
Manifeſtiſsimũ eſt, & maximè Iudæis, ſoli
diuinitati & omniũ parenti Deo & Domi-
Templũ ſoli diuinitati conſecratũ no noſtro templũ Salomonis fuiſſe conſe-
cratũ, in eiuſq; honorẽ & reuerentiã & teſti
moniũ erectũ. In quo demonſtratur ꝙ Rex
Meſsias verus ſit Deus, cùm templũ Hieru-
ſalẽ ſuum eſſe dicit propheta. Ad templum
Argumentum primũ pro diuinitate Meſsiæ ſuũ ſtatim veniet, inquit: Non auſus fuiſſet
impunè quiſquã mortaliũ, etiã ſi Salomon
ædificauit ſuperbũ, & ampliſsimũ illud tem
plum, etiã ſi millies Salomonis ſit dictũ, nõ
auſus inquã fuiſſet quiſquã dicere conſecra
tum, aut dedicatũ fuiſſe Salomoni. Iã certè
non eſſet ſanctũ, ſed profanũ, & immundũ,
neq; templũ etiã ſi ab illo fuerit dedicatum.
Quod manifeſtè docet Malachias de Meſ-
ſia cùm dicit: venit ad templũ ſuũ. Nõ qui-

dem ꝙ manus eius erexerũt aut ſerui ipſius
A ex mãdato, ſed ſuũ, id eſt ipſi, tanquã vero
Deo cõſecratũ, & in eius honorẽ erectũ, &
ideò ſanctũ, non profanum. Hoc genere de
monſtrationis paſsim vtitur Didymus & Dydimus in de Spiritu ſancto.
Athanaſius ad comprobandã diuinitatẽ fi- Athanaſ. aduerſus Arrianos.
lij, & Spiritus ſancti. Quod autẽ de Meſsia
ſit ſermo in propheta Malachia, ipſemet de
mõſtrat, cũ inquit: Quẽ vos vultis. Hoc ſum
mis votis erat illis priſcis hominibus, & ma-
ximè prophetis, vt Rex Meſsias veniret in
mundũ. Ante faciẽ ergo ſuã mittit hic Rex
Meſsias verus Deus, cæli & terræ domina-
tor, angelũ ſuũ, qui paret viã ante illũ. Hic
eſt Ioãnes, dicente ipſo ad ſacerdotes, & Le
uitas Hieruſalẽ, cũ quærerẽt, quis eſſet. Ego *Ioan.1.*
(inquit) vox clamantis in deſerto. Quod te-
ſtimoniũ inducit Marcus Euangeliſta cum
teſtimonio Malachiæ. Cùm ergo cõprobe
tur auditã fuiſſe vocẽ in deſerto, veniſſeque
angelũ in Malachia promiſſum, ſicut de il-
lo dixit dominus: hic eſt de quo ſcriptũ eſt:
Ecce ego mitto angelum meum: inde ſequi- *ibi.*
tur veniſſe Meſsiam, quẽ digito hic angelus
oſtẽdit, & teſtificatus eſt eſſe Dei filiũ, cùm
dixit: Ego vidi, & teſtimonium perhibui, *ibidem.*
B quia hic eſt filius Dei. Neq; obſtat ꝙ Meſ-
ſias in Malachia angelus dicitur, quia non
ſimpliciter, ſed cum addito magnæ gloriæ,
Angelus teſtamẽti. Vel in Eſaia: Magni cõ *Cap.7.*
ſilij angelus. Per quæ non naturã eius docẽt Meſsias quomodo dictus eſt angelus.
prophetæ, ſed ſummæ rei officiũ, ad quod à
Deo in mundũ eſt miſſus. Quod autẽ Ioan
nes ſit vox in Eſaia prænuntiatus, rei euẽtus
cõprobauit, & teſtimoniũ ipſius Ioãnis, cui
nullus Iudæorũ cõtradixit. Latuit enim à
pueritia ſua in deſerto, vſque ad manifeſta-
tionẽ ipſius in Iſrael, & cùm factũ fuiſſet ver
bum Domini ſuper illum, exiuit in omnem
Iordanẽ prædicãs baptiſmum pœnitentiæ
in remiſsionẽ peccatorũ. Hæc eſt via, per
quã Deus venit ad cor hominis, pœnitẽtia
criminũ. Impœnitentia autẽ, via eſt ad irã,
& vltionẽ. Quòd ſi placet audi aliud argu- Argumentum ſecũdũ pro diuinitate Meſsiæ
mentũ pro diuinitate Meſsiæ. Certè ſi rex
Meſsias purus homo eſſet, licèt magnus
virtute & ſanctitate, & Deo chariſsimus per
excellentẽ adoptionẽ dictus Deus, ſicut Iu Aduentus Meſsiæ vtilis deſcribitur non vtcunque.
dæi fingunt, nõ eſſet per pœnitẽntiã ſternẽ
da via eius: ſoli aduentui Dei, pœnitẽtia pec
catorũ, parat ſternitq; placidiſsimã viã, non
homini puro quantũuis ſancto, & magno.
Malachias autẽ, & Eſaias vocem & angelũ
promittunt ante faciẽ Meſsiæ, qui paret ei

 viam.

viam. Modus autẽ, quem in præparãda via Meſsiæ ſeruauit hic angelus, pœnitẽtia fuit in remiſsionẽ peccatorum: erat ergo verus Deus Meſsias in lege promiſſus. Quilibet angelus etiam Seraphin, ad hominẽ venire poteſt quantũuis peccatorẽ, & criminoſum ſolus Deus eſt, cui per peccatũ via clauditur, & paratur per pœnitentiã. Et ſola diuina natura eſt, quæ hominũ mentibus illabi poteſt, habitareque in cordibus per gratiã, quæ cum peccato ſit cõtraria, inde eſt quòd Ioannes parans viã domino, & Deo vero, pœnitentiã docet, in remiſsionẽ peccatorũ: quæ quidẽ neceſſaria nõ eſſet, ſi qui prædicatur venturus à Ioanne, verus Deus nõ eſſet. Cùm ergo aduẽtui Meſsiæ via per peccatorum pœnitentiã præparatur, inde etiã Meſsiam verum Deum cõprobat: cùm etiã
C
cõſtet de voce in deſerto, cũ cõſtet de prædicatione Angeli miſsi ante faciẽ Meſsiæ, qui ab vtroq; propheta ſtatim promittitur, inde cõſtat veniſſe iam ducẽ Iſrael. Hoc genus demõſtrationis & argumentationis appellat Apoſtolus, oſtenſionẽ ſpiritus & virtutis: quod (interpretãte Origene) ſic intelliges. Diſciplinã noſtrã habere quandã demonſtrationẽ propriã, diuiniorẽ, quàm ſint Græcorum demonſtrationes, quam Apoſtolus nominat demõſtrationẽ ſpiritus & virtutis: vtpote ſpiritu per prophetas fidẽ aſtruẽte, iis quæ de Chriſto feruntur: virtute verò per prodigia, quæ facta credimus, tum argumentis aliis, tum quia ſuperſunt etiam nunc eorum veſtigia, dum taxat apud eos, qui viuunt iuxta voluntatem ipſius. Oſtendit ergo B. Marcus & probat elegantiſsimè ſuum intentum, dum ex prophetarũ oraculis ad vnguem cõpletis probat Ieſum eſſe Meſsiã filium Dei. *Initium euangelij Ieſu Chriſti filij Dei.* Nõ aliunde pro hoc loco petenda nobis ſunt argumenta in hac materia: licèt ſint multæ rationes in ſacris prophetis: ex quibus aliquas proponam cùm confeſsionem beatiſsimi Petri expoſuerim. Inquit Euangeliſta. *Sicut ſcriptum eſt in Eſaia propheta.* Quanquàm ad Malachiã adducat, à digniori denominat, cùm inquit: ſicut ſcriptum eſt in Eſaia propheta. Dignior namq; Malachia, Eſaias habetur. Ecce firmam petram quam ſacer Euangeliſta in fundamento poſuit ad confirmationem rei ſummæ & maximè, quòd ſcilicet dicta & vaticinia prophetarum cõpleta fuere in domino Ieſu. Quid inquit? *Initium euangelij Ieſu Chriſti filij Dei.* Vnde

1. Cor. 2.

Orig. lib. 2. cõtra Celſũ To. 2. fol. 747. & 768.

Oſtẽſio Spiritus qualis.

Cap. 3.

Prophetarum oracula cõpleta firmum argumentum pro Chriſti aduentu.

habes teſtimonium huius rei ſublimis, quã vniuerſa philoſophia non poteſt attingere, vt tibi credamus, quòd Ieſus eſt filius Dei? *Sicut ſcriptũ eſt in Eſaia propheta*, inquit: Hæc eſt oſtenſio Spiritus, cui nullus poteſt cõtradicere. Et in mille argumentis per vniuerſum hoc Euang. oſtenſionem virtutis per prodigia & ingentia miracula à Ieſu facta coprobabo, & ex prophetica prænuntiatione & præuiſione. Solus Deus aut ab eo inſtructus aliquis ea, quæ ſunt aliquando cõtingenter futura, maximè verò quæ ab humana vel diuina volũtate dependent, poteſt cognoſcere, & in reuelando nec fallere, nec falli. Cùm autem omnia prophetarum oracula in Ieſu cõpleta ſint, inde quidem irrefragabile conſurgit argumentum, quòd ipſe ſit Meſsias. Neq;
C
tacenda eſt præſenti loco confirmatio, quã Beatiſsimus Petrus apud Clementẽ proponit pro ſuperiori ſententia, ſed attentis oculis inſpicienda eſt. Magnificentia prophetiæ in hoc cõprobatur, quòd nihil ſecundũ conſequentiã rerum de futuris dixerunt prophetæ: alioqui ſapientes viderentur, in eo quod rerum cõſequentiã prædixerunt. Quòd autem dicit Petrus ſic interpretatur. Chriſtum ſuſcipi à Iudæis, ad quos venerat, & credi ei, qui expectabatur ad ſalutẽ populi, ſecundum traditiones patrũm, conſequens erat. Et hoc prædicere ſapientis animi videretur, & veridici, ſi ſic contingeret, & prædicere gentes alienas ab eo fore, quibus promiſſum quicquã de eo, neq; annuntiatũ fuerat: imò quibus nec nomine ipſo aliquando innotuerat, hoc cõſequens videbatur. Et ta-
D
men prophetæ contra ordinẽ & conſequẽtiã rerũ prædixerunt eũ expectationẽ gentiũ, & nõ Iudæorũ futurũ. Itaq; deniq; & geſtũ eſt. Cùm enim veniſſet, ab his, qui eũ expectare videbãtur ex traditione maiorum, receptus nõ eſt. Hi verò qui nihil penitus de ipſo audierãt & vẽturum in oĩbus ad iuditiũ ſperãt: & ita prophetia fidelis apparuit. In quo ergo oracula prophetarum cõpleta fuerunt, ille certè habendus eſt Meſsias & Chriſtus. Hic autem eſt Ieſus dñs noſter: cùm in ipſo omnes prophetiæ cõpletæ ſint. Et licèt à prophetis habeat teſtimonium dñs Ieſus, magnificum tamen illis beneficium contulit, & inſtituens illos vates, & veraces, ac fideles demonſtrans. De quo Eccleſiaſt. Da mercedẽ ſuſtinentibus te, vt prophetæ tui fideles inueniãtur. Firmiſsima ergo ratione vſus eſt S. Euangeliſta cùm inquit: Initium

Lib. 1. recognitionum ad Iacobũ.

Magnificentia prophetiæ.

Nota valde.

Eccl. 37.

euang

euangelij Ieſu Chriſti filij Dei. Sicut ſcriptū eſt in Eſaia propheta. Ac ſi diceret: hæc eſt ſufficiens probatio q̄ Ieſus eſt Chriſtus Dei filius, ſiquidē quę Malachias & Eſaias prædixerunt, in ipſo & per ipſum cōpleta ſunt. Probat ergo aduentum Meſsiæ, ex audita voce in deſerto, & ex aduētu angeli in Malachia promiſsi. Qui dño inſpirante futura cognouerunt & prædixerunt: vnde & infallibilem habent veritatem. Habes ergo ex his & alijs quæ ſtatim ſequuntur, Ieſum dñm noſtrum eſſe Chriſtū Dei filium, ad quē nobis ſermo: à quo nobis & redēptio & recōciliatio reſurrectio, regnū, & nomē. Hęc oia ab eo qui eſt Chriſtus Dei filius expectāda erāt & quęrēda. Chriſt⁹ ergo eſt ver⁹ Deus, à patre genitus ęternaliter, ei cōſubſtantialis, imago bo-

Col. 1. nitatis illi, ſpeculū ſine macula, per quē oia

Sap. 7. facta ſunt ſiue poteſtates, ſiue principatus, Cherubin quoq; & Seraphin: cuncta deniq; viſibilia & inuiſibilia. Eſt & verus homo ex ſubſtātia matris in ſęculo natus de ſacra virgine per Spiritum ſanctum, ex anima rationali & humana carne ſubſiſtens. Aſſumpſit enim Dei verbum veram & integram hominis naturā; ſibiq; in vnitatem perſonę vniuit. Hic verus Deus & homo eſt vnus dñs Ieſus Chriſtus: vnctus oleo lætitiæ prę partici-

Pſal. 44. pibus ſuis, ſicut in propheta prædictū erat: vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ. In quo teſtimonio cùm primò inquit, Deus, vocatiuus caſus eſt: ac ſi diceret: O Deus, De⁹

Vnctio Chriſti. pater tuus vnxit te. Vnctus eſt itaq; noſter Meſsias nō oleo materiali, ſicut olim Saul à

1. Reg. 10 Samuele, & Dauid. Sed Deus pater ipſe, nō

& 16. ſummus Hieruſalē ſacerdos, aut aliquis propheta ab eo miſſus, ſed ipſemet pater Deus, vnxit dñm Ieſum oleo lętitię & Spiritu ſancto; vnde verus Meſsias, Chriſtus, vnctus habetur & prædicatur. Vnctus quidē in regē & ſacerdotem magnū, nō ſicut Aarō, & Da-

Gen. 14. uid, ſed ſicut Melchiſedech. Hic enim Melchiſedech in diuinis voluminibus ſacerdos Dei ſummi refertur: ſed qui nō oleo cōmuni perunctus ſit, neq; qui ex ſucceſsione generis ſuſcepit ſacerdotiū, ſicut apud Hebræos

De quo infra, cap. 14. mos erat. Et ideò ſecundū ordinē ipſius Melchiſedech, Chriſtus promittitur futurus ſacerdos. Qui regnum diaboli poſſet dirūpere, & vaſa eius tollere. Qui reconciliare poſſet vniuerſum hominum genus, per oblationē

Heb. 10. ſui corporis, ſicut per eundem prophetam

Corp⁹ Chriſti aptū ad ſacrificium decantatur: Ingrediens mundū inquit: Corpus aptaſti mihi. Corpus inquàm aptiſsimū ſacrificium ſuauiſsimi odoris: vnde & recō-

A ciliationē repręſentauit. Aptū quidē fuit corp⁹ dñi Ieſu ad ſacrificiū cum eſſet impollutū, ſegregatū nō ab hominum carne & natura, ſed à culpa: plenum diuinitate, neq; per hoc alienū à mortalitate. Hinc aptū, quia ex innocētia efficax ad ſalutē, ex mortalitate, verè & realiter mortuū. Hæc omnia & ſi quæ alia ſunt: ſicut certè ſunt, ſub nomine Chriſti

claudūtur. Ab eo q; genus noſtrū traxit originē & nomē. In quo etiā diuinitas eius de- Chriſtus.

monſtratur. Cùm enim apud Hebreos multi cōſecrati ſint oleo communi ſiue reges, ſiue prophetæ, ſiue ſummi ſacerdotes, nullus tamē eorū vel genti vel diſcipulis aut ſectatoribus, ſuo vocabulo nomē dare potuit, & appellare diſcipulos Chriſtianos niſi hic ſolus qui verus Chriſtus eſt, & nō oleo humano, Argumentū 3. pro diuinitate Chriſti.

ſed paterno ſpiritu perūctus. Hic ſectatorū Nota valde

ſuorū ciuitates, & vniuerſam per totū mundū ſui nominis gentē, ex veri Chriſti vocabulo appellare fecit perenni nomine Chri-

ſtianos. Quod nomē primo Antiochiæ au- Act. 11.

ditū eſt, prout refert B. Lucas. Vocabātur aliquādo diſcipuli, & fratres, & (ſicut dixi) cultores & cultrices Alexādrię ſub Marco. Quæ quidē nomina, licèt ſublime quoddā

B præ ſe ferrēt, nomē tamen Chriſtianorum pręter hoc quod diuinitatē & potentiā Chriſti crucifixi indicat, ſicut ſupra probatū eſt: bonū quod ſuis ſectatoribus ſibiq; obtēperātibus pręſtet, incredibiliter & vſq; ad ſummū indicat. Eſt nanq; Chriſtianiſmus ſimilitudo Dei, quantū poſsibile eſt humanę naturæ per oēs virtutes, & maximè per charitatē, quā ſuper omnia dns Ieſus Chriſtus docuit & commendauit. Beatiſs. Petrus docet, Chriſtianiſmus quid ſit ſecundū Baſiliū, exē. Homil. 10.

quā obligationē nomē Chriſtianorū ipſis

adducat. Nemo veſtrū patiatur vt homicida 1. cap. 2.

aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor: ſi autē vt Chriſtianus, nō erubeſcat: glorificet autē deum in iſto nomine. Quomodo

autē debeamus glorificare Deū, ipſe dns Ie- Cap. 5.

ſus apud Matthæū docuit: videāt veſtra bona opera, & glorificēt patrē veſtrū qui in cęlis eſt: ècōtra verò iniqui & ſceleratiores de-

honeſtāt nomē Dei ſanctum ex malis operi- Cap. 25.

bus ſuis, ſicut in Eſaia legimus. Habes ergo ex his omnibus q̄ Ieſus dns noſter, eſt Chriſtus in lege promiſſus, naturalis Dei filius, Patri cōſubſtantialis, verus Deus & homo ex illibata virgine natus, ſacerdos ſecundū ordinē Melchiſedech, redēptor & ſaluator omniū, & maximè fideliū. Cui via ad homines, vt fructuoſus eſſet aduētus eius, præparata fuit à Ioāne per doctrinā pœnitētiæ, Qui ergo

fidē in dñm Ieſum Chriſtū & pœnitentiam in Deum docet, hic nimirum cū magno Ioāne parat dño viam in deſerto: & qui ſine pœnitentia ſibi permittit aduentum ſpiritualē Dei, aërem verberat, & incaſſum laborat: de quo in ſequētibus. *Sicut ſcriptū eſt in Eſaia proph.* Habes magnum & firmū fidei noſtræ

Argumentum firmum pro fide.

argumentum: quippe cum nō humana voluntate, aut vana & ſtulta impiorum hominum inuentione, quod nobis prædicatum eſt, fuit adinuentū, ſed in ꝓphetis lōgè antea ꝓmiſſum, qui per Spiritum S. ſunt locuti: ut quo Apoſt. Pau. ſeruus Ieſu Chriſti vocatus apo

Rom. 1.

ſtolus ſegregatus in euangelium Dei, quod antea ꝓmiſerat per prophetas, in ſcripturis ſanctis de filio ſuo. Nō enim ſubitum aut improuiſum eſt, quia ante eius prædicationem promiſerat illud Deus: & pedes euangelizā

Eſai. 52.
Rom. 10.

tium pulcherrimos decantauerat: vt cum deſiderio expectaretur, & veniens, deuotè & abſq; vllo ſcrupulo ſuſciperetur. Promiſerat illud Deus, nō per prophetas alienos, ſed ſuos, quos ipſe miſit, ſicut Eſaiam, Ieremiam &c. Et hoc nō verbis tantùm, ſed in ſcripturis fideliſſimè cuſtoditis, nō ſecularibus, ſed ſanctis. Quod euangelium prius à Chriſto, deinde ab Apoſtolis & electiſſimis diſcipulis prædicatum eſt. Ad cuius obſeruantiam

Heb. 2.

& obedientiam nos vocat Apoſtolus cùm inquit: Propterea abūdātius oportet obſeruare nos ea quę audiuimus, ne fortè pereffluamus. Si enim qui per angelos dictus eſt ſermo, firmus factus eſt, &c. De qua ſententia infrà ad longum agendū nobis eſt. *Sicut ſcriptum eſt:* Habes vnde doctrinæ veritatem cōprobes. Sacram nimirum ſcripturā vtriuſq;

Regula pro veritate doctrinæ.

teſtamenti, nō propria voluntate & libidine expoſitam, ſicut hæretici faciunt, ad ſuā ipſorum perditionem, & multorum aliorū interitum: ſed ſecundum eccleſiæ magiſterium & cathedram, quæ eſt columna & fir-

1. Tim. 3.
Samaritanę prudētia imitanda.
Ioan. 4.

mamentum veritatis. Ex hoc cōproba Samaritanæ illius prudentiam admirabilē, quę licèt experimento cognouerit & cōfeſſa fuerit dñm Ieſum eſſe ꝓphetam, cùm tamē nōnam adorationem Dei ei prædemōſtrabat, licèt non cōtradixerit propter honorem loquentis Ieſu, ad Meſſiā tamen cōuolauit inquiens: ſcimus quia Meſſias venit qui dicitur Chriſtus, qui docebit nos omnia. Hinc

Voces nouæ in eccleſia vnde dānari debeāt

nouas voces impiorum hominum dānabis: ad quarum repudium ſatis eſt nō in prophetis, neq; in euāgelijs, neq; in Apoſtolis, neq; in traditionibus eccleſiaſticis, neq; in concilijs, neq; in ſanctis patribus & magiſtris re-

periri: *ſicut ſcriptū eſt in Eſaia propheta. Ecce ego mitto angelū meū ante faciē tuā.* Vox eſt pa

C

tris ad filium de Ioanne: per quam incredibiliter & valde cōmendatur magnus hic pręcurſor dñi. Qui licet natura verus ſit homo,

Ioānes Baptiſta.

angelicā tamen in mortali carne habens vitam, & repræſentans innocentiam, officium angelorum habuit, qui de ſublimitate cælorum nuntij à dño mittuntur, vt referant mādata ipſius, doceantq; diuinos cogitatus & voluntates. Nam angelus Græcè, latinè nū-

Angelus nūtius interpretatur.

tius dicitur. Inter omnes mortales magnum & ſummū myſterium nuntiauit Ioannes: ſacram. ſ. incarnationē verbi Dei, aduentumq; eius in mundum. Demōſtrauitq; digito faciem Chriſti: vt omnes ex eius teſtimonio crederent. Videte quantus ſit iſte qui ingrediens mundum plenus Spiritu ſancto, & cōſecratus, vnctuſq; in maximū vatē, de vtero matris clamat; intraq; ſecreta viſcera ex pręſentia & cognitione ſaluatoris exultat. Dignum quidē erat, vt talis ac tantus angelus dñi, & nuntius diuini conſilij inſtitueretur, qui veniebat ante faciem dñi, ſicut quōdam in Aegypto Præco regis ante Ioſeph clamabat, ꝙ eſſet ſaluator Aegypti. Ioannes verò

Gen. 41.

clamabat ꝙ dñs Ieſus vere eſſet mundi ſalua

D

tor. Inter illa quæ valde decorarunt Ioannē vt tantum nomen in terris haberet, quod angelus ſit dictus, quod nomen magnę dignitatis pro tempore coronæ ſanctis in alia vita (hoc eſt) in regno cælorū promittitur: puriſſima virginitas præcipuum fuit. In re-

Nota.

ſurrectione, neq; nubent, neq; nubentur: ſed ſunt ſicut angeli Dei in cælo. Hoc habuerunt reſponſum à dño Ieſu Saducæi. Vbi vi-

Matt. 22.
Ioan.

des qualis ſit Ioannes in carne cōſtitutus, cā eam dignitatem, quæ alijs ſanctis in regno promittitur, nimirum ꝙ erunt ſicut angeli, hic poſsidere in mortali corpore incipit. Miſſus eſt Ioannes à Deo, nō à ſe venit, per

Ioan. 20.

quod apoſtolicam excellentiam habuit. Dixit Apoſtolis ſuis dñs Ieſus: Ego mitto vos. Nō minor eſt filio pater ęternus: imò vtriuſq; vna eſt ad extra operatio: per quod demōſtratur quomodo Ioannes in hoc quod miſſus ſit, nō ſit minor Apoſtolis. Mittitur ergo Ioannes à Deo nō à lōgè ſicut cęteri prophetę qui de aduentu Meſsiæ præconizabant: ſed ante faciem Chriſti: hoc eſt de pro

Ioan. 1.
Matt. 11.
Ioan. plus quam propheta.

ximo, & quaſi ad latus eius vel ante faciem, digito demōſtrans ipſum Chriſtum. Quod cōpletum fuit cùm dixit: Ecce agnus Dei. Propter quod dictus eſt plus quā propheta à ſaluatore: qui ſimul prędixit venturū mundi

di

di ſaluatorem, & illum demonſtrauit. *Qui*
præparauit uiam tuam ante te. Præparatur via
materialis ꝑ aduētu temporalis regis: ne ſit
Quomodo parabat viā domino. locus vbi pes eius impingat, vel patiatur ſcā
dalum. Ioannes verò parat viam ſpiritalē ꝑ
aduentu Meſsiæ: quod munus ſtrenuè & mi
rificè exercuit. Prędixit vēturū poſt ſe ipſum
dn̄m Ieſum. Prædixit diuinā illius excellē-
Mat. 3. tiam, cùm dicebat: cuius nō ſum dignus pro
cumbens, corrigiam calciamentorum eius,
Marci. 1. &c. Prædicebat ſummum bonum quod ab
Marci. 1. illo vniuerſus orbis erat accepturus, cùm di
cebat: Ille vos baptizabit in ſpiritu ſancto.
Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi.
Prædicebat tribunal tremendæ maieſtatis
Matt. 3. Chriſti, ꝓ iudicādis cunctis hominibus. Cu
ius ventilabrū in manu ſua, & permundabit
areā ſuam, & cōgregabit triticū in horreum
ſuum, paleas autē comburet igne inextingui- A
bili. In quibus omnibus & alijs multis, nimi
rum in doctrina pœnitentiæ, & baptiſma-
te, deſiderabilē faciebat faciem ſaluatoris: vt
cùm primò hominibus appareret, pretio ha
beretur & honore. Audiat prædicator Euā
Prędicator gelij & videat Ioannē in cunctis, in quibus
dn̄o Ieſu parat viā, & ab eo diſcat quā doctri
nam plebibus dn̄i debeat infundere. Prępa
randa eſt itaq; via cordis noſtri ante aduen-
1. Reg. 7. tū Dei in illud. Hæc aūt præparatio cor &
opera hominis habet. Sic quondā docebat
Samuel: Si in toto corde veſtro reuertimini
Via domini quomodo præparatur ad dn̄m, auferte deos alienos Baalim & Aſta
roth: & præparate corda veſtra dn̄o, & ſer-
uite ei ſoli. Hæc præparatio viæ dn̄i vtiliter
ex timore eius trahit originem ſicut Ioānes
Matt. 3. docebat Saducæos. Quis demonſtrabit vo-
Cap. 2. bis fugere à vētura ira? Et Eccleſiaſticus: qui
timent Deum, præparabūt corda ſua. Quid
eſt, qui timent Deum? Qui ſummū & infini
tā eius bonitatē & tremendā maieſtatē re-
ueretur, hic parat & ornat cor ſuum omni-
bus virtutibus aduentum Dei deſiderans.
Præparauit rex Salomō ſummis & pretio-
ſis ornamētis templum, ſed ſuper oīa ſancta
ſanctorum, vt ibidē reponeret arcā fœderis
2. Paral. 5 dn̄i. Intulerūt (inquit Scriptura) ſacerdotes
arcā fœderis dn̄i in locū ſuum, id eſt, ad ora
culum tēpli, in ſancta ſanctorū, ſubter alas
Cherubim. Ita vt Cherubim expāderēt alas
ſuas ſuper locū in quo poſita erat arca. Quā-
ta erant quæ ſancta ſanctorum ornabant &
magnificabant pro reuerentia arcæ fœde-
ris, quanta & quàm præclara? Omnia auro
& pretioſis gemmis fulgebāt. Nec tamē Deus
ſanctificantem gratiam, aut ſuæ naturæ di-
uinæ participium faciebat, aut concedebat
inanimatis illis rebus, ſicut verè ſuæ diuinæ
naturæ conſortē reddit ſanctificatā animā
per gratiā & charitatē. Habes ergo timorē
dn̄i, qui pręparat viam ante faciem eius. Sed Cap. 16.
Eſaias ꝓpheta aliud prębet ornamentū, & Miſericordia præparat ſolium Chriſto.
quidē valde pretioſum ꝑ aduentu magni re
gis Meſsię. Præparabitur in miſericordia ſo
liū eius, inquit. Cùm ſit rex magnus & omni
potēs, habere decet ſoliū & thronū maieſta
tis. Hic in miſericordia præparatur, pro pri
mo eius aduētu, ſicut docebat Eſaias & Za- Luc. 1.
charias magni Ioannis pater: Per viſcera mi
ſericordiæ Dei, in quibus viſitauit nos. Qua
ſi miſericordiæ viſcerib⁹ inuolutus naſcitur
ſaluator mūdi & in eis cor noſtrū præpara-
tur ꝑ eius aduentu. Quod Apoſt. manifeſtè
docet. Induite vos, ſicut ſancti & electi viſce
A ra miſericordiæ. Timor ergo dn̄i & miſeri- Coloſ. 3.
cordia ꝗ vero corde parāt dn̄o viā. Quo me
dio vſus eſt Ioānes (ſicut dixi) in Saducæos Mat. 3.
& Phariſęos, cū dicebat: Progenies vipera-
rū quis demōſtrabit vobis fugere à ventura
ira? Iā enim ſecuris ad radicē arborū poſita
eſt. Oīs ergo arbor quæ nō facit fructū bo-
nū, excidetur, & in ignē mittetur. Sic inſti- Superbi quomodo docēdi ſint ab euangelico oratore.
tuēdi ſunt ab Euāgelico oratore ſuperbi &
irreuerētes. Feriendi quidē ſunt gladio timo
ris magni iudicij: vt tandē à facie iræ dn̄i cō
cipiāt, & ſpiritū ſalutis pariāt ex dilectione. Cap. 26. c
De quo Eſaias ꝓpheta: Dn̄e in anguſtia re-
quiſierūt te, in tribulatione murmuris do-
ctrina tua eis. Sicut quæ cōcipit, cùm appro
pinquauerit ad partū dolēs clamat in dolo-
rib⁹ ſuis: ſic facti ſumus à facie tua dn̄e. Quis
dolores parturientis dānauit, cū viā naſcēti
ꝓli aperiāt? De quo lege Hieronymū. Teſti
B moniū Eſaię ſimile eſt Malachiæ, pręter hoc Ioānes quare dictus vox.
quod qui in Malachia vocatur angelus, in
Eſaia vox clamātis dicitur. Propter hoc ꝓ-
culdubio, quia ſpiritus S. clamabat in Ioan 2. Cor. 13
ne: ſicut de ſemetipſo dicit Paulus. An expe
rimentum quęritis eius, qui in me loquitur
Chriſtus? Nō oportebat de diuina volūtate
dubitare, cū magnus Ioānes clamabat. Inſi-
gniter & ſpecialiter demōſtrabatur adeſſe
Ioanni diuinus ſpiritus cū clamabat, ſiue do
cens pœnitentiā, ſiue digito demōſtrans filiū
Dei, ſiue baptizās. Talis ergo ſit Euangelij
prędicator, qui viam parat dn̄o in cordibus
fideliū. Obſerua ꝙ in Malachia ad Ioannē
defertur mandatū, vt paret dn̄o viā. In Eſaia Cap. 3.
nobis præcipitur huiuſmodi præparatio ab Cap. 40.
eodem Ioanne, quia nō ſufficit vox prædi-
catoris: ſed neceſſarium eſt ſubinde noſtri

cordis exercitium,noſtraq́; cooperatio.De
Cap.2. quo Paul.ad Rom.Nõ auditores,ſed facto-
res iuſtificabuntur.Et in omnibus qui libe- C
ro donati ſunt arbitrio;verùm eſt etiã quod
Auguſt.inquit:Qui creauit te ſine te,nõ ſal-
uabit te,ſine te:ſic ferè omnia,quę à dño no
bis ſunt concedenda,nobis etiã præcipiun-
tur: vt gratiæ eius auxiliũ doceat ſcriptura
promptum adeſſe,& noſtri arbitrij bonum
Auxiliũ gratiæ & vſus bonus liberi arbitrij. vſum eſſe ſubinde neceſſarium. A domino
quærẽs ſanctus Propheta animi munditiã,
orat & inquit:Amplius laua me.Et à domi-
Pſal.50 no mandatum habemus in Eſaia: Lauamini,
Cap. 1. mundi eſtote.Cõuerſio noſtra demonſtra-
Pſal.84. tur a dño eſſe,cùm inquit Propheta: Con-
Ierem.31. uerte nos Deus ſalutaris noſter: Conuerte
me domine,& cõuertar ad te.Sed hæc eadẽ
demãdatur nobis: Cõuertimini filij reuer
tentes:& ſanabo auerſiones veſtras. Et plu-
ra alia huius figuræ paſsim offendes in ſacra
ſcriptura. Habes in hoc non vulgare,ſed ma
Beneficium magnificũ Dei. gnificum Dei beneficium. Conſulit quidẽ
mirum in modum,& noſtræ ſaluti & coro-
næ:cùm non ſolum ad noſtram iuſtificatio
nem & glorificationem,gratiam ſuam pro-
ponit neceſſariam ſed & noſtri arbitrij co-
operationem fœlici⁹ multo eſt coronari ex
meritis,quàm ex ſola gratia. Sed & maxi- D
2. Cor. 3. mè ex gratia corona iuſtorũ cõſtat.Quippè
qui ſufficiẽtes nõ ſum⁹ cogitare aliquid à no
Humilitas. bis,tanquã à nobis:ſed ſufficiẽtia noſtra ex
Deo eſt. Qui dat omnibus affluenter,ficut
Iacob.1. ſcriptũ eſt: Diſperſit dedit pauperibus:iuſti
Pſal.111. tia eius manet.ſ.integra,etiãſi det tanta ac tã
magnifica dona,pauperibus:manet inquam
in ſęculũ ſæculi.Potens enim eſt Deus om-
nem gratiã abundare facere in vobis, vt in
2.*Cor.9.* omnibus oẽm ſufficientiam habeamus. Ha
bes ergo vnde humilies cor tuũ,quantumuis
magnis fulgeas virtutibus. Et quidẽ vſq; ad
martyrium ſufficientia tua ex Deo eſt.Imò
tunc maximè,cùm grandia operaris. Hinc
dñs Ieſus docebat poſt magna opera humi-
Luc.17. litatem,dicens:cùm feceritis oĩa quæ præci
piuntur vobis: dicite, ſerui inutiles ſumus,
quod debuimus facere,fecimus. Aſcribe ô
homo liberalitati altiſsimi & magnificentiſ
ſimi Dei tui quæcunq; habes bona,neq; glo
rieris, quaſi non acceperis,quia certè acce-
Cap.26. piſti illa à dño,etiã ſi tibi pręcipiantur.Hãc
humilitatẽ docẽs & ſeruans Eſaias cõfiteba
tur: oĩa opera noſtra operatus es in nobis
dñe. Vox *clamantis in deſerto*.Obſerua quod
nõ tantũ in Eſaia repromiſſa eſt hæc vox,
ſiq; prędemonſtrata,ſed etiã in carminib⁹

Sybillæ Perſicæ,quę ex Perſis fuit oriũda.
Cuius teſte Lactantio Firmiano mentionẽ
facit Nicanor. qui res geſtas Alexandri ma
gni cõſcripſit. Hæc prædixit baptiſmũ &
prædicationẽ præcurſoris. Tũc quoq; vox
quędã veniet p deſerta locorũ. Nũtia mor-
tales miſeros, quę clamet ad oẽs, vt rectos
faciãt calles,animoſq́; repurgent,à vitijs &
aquis perluſtrentur corpora mũdis.De hac
Sybilla & de cæteris lõgiori ſermone cũ an
tiquorũ patrũ authoritate agendũ in ſequẽ-
tibus.Cõſidera obſecro,vnde & ꝓpter quid
vox magna eſt Ioãnes.Propter quid clamo
re magno vocat ad pęnitentiã.Latent qui- Clamor ſurdis & longè errantibus.
dem magnæ philoſophię præcepta.Surdis,
vel lõgè à via errantibus clamor magnę vo
cis eſt neceſſarius, vt audire poſsint. Ideò
Ioãnes,qui venit parare dño viam & plebẽ
perfectam,vox dicitur:vt ſimul affectũ ſa-
cri cordis inuocãdo, & diſtantia peccatorũ
à via dñi,& ſurditas eorũ demõſtretur.Hoc
mandatũ habet Euãgelicus pręḋicator apud
Eſaiã: ſuper mõtem excelſum aſcẽde tu qui
Euangelizas Sion, qui euangelizas Hieruſa *Cap.40.*
lẽ:Exalta ſicut tuba vocem tuã,annũtia po-
pulo meo ſcelera eorũ, & domui Iacob pec
cata eorum.Hoc verè adimpleuit dñs Ieſus,
qui ſæpè clamaſſe in ſacris euangelijs deſcri
bitur. Clamabat dicẽs. Qui habet aures au
diendi, audiat. Quo verbo vſus eſt B.Ioan-
nes in ſacra Apocalipſi. Et qui Ioanni Ba- *Luc.8.*
ptiſtæ præcepit clamare, affectuq; magno
vocare errantes à via dñi & mandatorũ ei⁹,
iuſsit in Eſaia ipſis peccatoribus.vt audiret. *Cap.42.*
Surdi audite:& cæci intuemini ad videndũ.
Sed in Dauide inquit: Audi filia & vide.
Vtrobiq; verbo audire, videre adiungitur. *Pſal.44.*
Audire & videre,de quibus nobis ꝓponitur
ſermo valde neceſſariũ eſt in noſtra ad dñm Audire & videre.
cõuerſione:iudiciũ & cõſideratio adhibẽda
ſunt diuinę doctrinę. Sed & comedẽdi ſunt
diuini ſermones,ſiquidẽ Hieremias illos co *Cap.15.*
medẽs factus eſt gaudẽs in dño. Inuẽti ſunt
ſermones tui & comedi illos:& facti ſunt in
lætitiã & gaudiũ cordis mei. Clamor igitur Clamor prædicatoris qualis.
prædicatori præcipitur,nõ ille qui riſum &
ſtomachũ excitet:ſed qui timorẽ & reuerẽ-
tiam erga legẽ,& ſanctã obedientiam. Vox
clamãtis in deſerto.Clamat Ioannes,clamat &
prædicator,& vocat eum qui lõgè errat per
deſerta loca & deuia. Clamamus voce ma-
gna,cũ ſermonẽ agimus ad eum qui longè à
nobis eſt. Tàm lõgè abeſt peccator à Deo Peccator quàm longè à Deo.
quantum à bonitate eius, iniquitas noſtra.
Quæ enim cõuentio Chriſti ad Belial? aut 2.*Cor.6.*
quæ

quę ſocietas lucis ad tenebr:? Hinc ſuſpiria
illa, fœliceſq; gemitus Dauid: De profundis
clamaui ad te dñe. Deus qui in altiſsimis ha A
bitat, à quo lõgè eſt iniquitas, à peccatore in
uocatur in pfundis iacẽte. Lõge ergo pecca
tor à Deo, ſicut in filio pdigo Chriſtus de-
Luc.15. mõſtrat: de quo inquit: Abijt in regionẽ lõ-
ginquã, lõgè inquã ab eius miſericordia, vt
veniã mereatur & gratiã, lõgè à corona & à
regno. Nõ tamen lõgè à iuſtitia. Scriptũ eſt
Nota valde enim: Ne dicas: miſeratio dñi magna eſt: mul
Eccleſ.5. titudinis peccatorũ meorum miſerebitur.
Miſericordia enim & ira ab illo citò pxi-
mãt: & in peccatores reſpicit ira illius. Et Da
uid inquit. Quo ibo à ſpiritu tuo? &c. Et alio
Pſal.138. loco: Dextera tua inueniat oẽs qui te ode-
Pſal.20. runt. Pones eos vt clibanum ignis. Heu quã
tum malum hoiem per peccatum expectat.
Illud magnificabat Apoſt. & iure quidem:
Epheſ.2. Qui eratis lõgè, facti eſtis propè in ſanguine
Chriſti. Imò cõiunctiſsimi: caput enim no-
ſtrum eſt: noſq; mẽbra corporis eius, quod
1. Cor. 6. eſt eccleſia. Et qui adhęret Deo vnꝰ ſpiritus
eſt cum eo. Et qui manet in charitate, in Deo
1. Ioan. 4. manet, & Deus in eo. *Vox clamãtis.* Ad ſur-
Eſai.42. dos fit etiã clamor vt audiãt. Qui aũt ſint ſur
di iſti, pphეta docet. Quis ſurdꝰ, niſi ad quẽ
miſi prophetas meos? His ſurdis opus eſt di-
gitus Dei viuẽtis, & vox magna vt audiant
vocem dñi Dei ſui. Propter hęc oĩa clama-
re mãdat dñs Ioãni & euãgelij prædicatori:
& cùm officium hoc perfectiſsimè cõpleſ-
ſet Ioannes dictus eſt à ppheta vox clamã-
tis. *Parate viã dñi, rectas facite ſemitas Dei no-
ſtri.* Idem ſunt parate viã, & rectas facite ſe-
mitas: niſi qꝛ ſemita anguſtior eſt quàm via.
Sed ſignificãtiùs per ſecundum dicitur. Via
recta cõtra obliquã diſtinguitur & declinã
tem: Rectas facite ſemitas, quas. ſ. incurua-
Via recta quæ. ſtis declinando ad dexteram vel ſiniſtrã. Via
recta ambulat, qui graditur & incedit in mã
Pſal.118. datis & lege domini. Vnde Dauid orat. Le
gem pone mihi dñe viam mandatorũ tuo-
rum. Lex igitur dñi via eſt iuſtificationum
ſuarum. Hæc eſt via domini pulchra vt ad
mentem hominis deſcendat, obſeruatio ſan
ctę legis eius. Et Dauid cùm deſcriberet bea
Pſal.1. titudinẽ viri iuſti, hoc vt neceſſarium decã-
tauit. Beatus vir qui nõ abijt in cõſilio impio
rum, & in via peccatorum nõ ſtetit, &c. Illę
ſunt obliquę vię: hęc aũt recta, per quam ad
mentem & cogitatũ hominis deſcendit al-
tiſsimus. Declinatio ergo à ſancta lege dñi
obliquã facit viam, per quam nõ dñs, ſed dia
bolus venit, & finis hominis erit in cõbuſtio
nem: quia ſcriptum eſt: Maledicti qui decli Pſal.118.
nant à mandatis tuis. Illa. ſ. maledictione Mat.27.
A quæ aduerſus impios ore Chriſti prædicata
eſt. Ite maledicti in ignem æternum, qui pa
ratus eſt diabolo & angelis eius. Neque per Declinare à lege domĩni quã graue.
hoc quod audis declinare à lege domini, le-
ue aut facile aliquid excogites. In magno il
lo peccato duriſsimi & rebellis populi Iſrael
cùm adorauit caput aureum vituli ſpreto
dño, qui in manu valida & brachio extento
eduxit illos de duriſsima Pharaonis ſeruitu
te, in illo inquàm flagitio horribili, verbum
recedere à via domini ſcribitur. Vade, de- Lege Clementẽ lib. 2. recognition. ad Iacobum.
ſcende, peccauit populus tuus, quem eduxi-
ſti de terra Aegypti. Receſſerũt citò de via
quam oſtendiſti eis. Vbi vides manifeſtè,
quomodo nõ leue aut facile eſt recedere à
lege dñi, cùm ſcribatur recedere in idolola Exo.32.
triæ crimine, quod conſtat eſſe magnũ. Hãc
viam facit peccator rectam per pęnitentiã:
quo medio vſus eſt Ioãnes, cũ docebat: Agi
te pęnitentiam, & appropinquabit regnum Matt.3.
cælorum. Hæc via arcta quidem eſt, & vix Arcta via pœnitẽtiæ & ampliſsima.
peccator ambulat in ea in exordio ſuæ ad
Deum cõuerſionis. Sed cùm ſpes veniæ &
regni dilatat cor eius & vnctio cæleſtis gra-
tiæ: tunc quidem nõ ſolũ ambulat per viam
B dñi, verũ etiam currit, ſicut ſcriptũ eſt. Viã Pſal.118.
mandatorum tuorum cucurri, cum dilataſti
cor meum. Spes veniæ & claræ viſionis Re
gis gloriæ in decore ſuo, & alas illi cõcedit,
qui grauis cordis erat, & volat velut aquila.
Mutat nanq; fortitudinẽ quã in multis pec
catis oſtendit, in eam fortitudinem quæ ma
num propriã armat ad flagella, & ieiunium,
& cineris ſtratũ, & cilicium, & ſingulũ ſacci:
Sicq; volare deſcribitur à ppheta, qui vt la- Eſai.40.
pis grauis iacebat in ſtercore peccatorũ ſuo
rum. Huic aperit dñs ſenſum, vt intelligat à
mandatis ſuis cum Dauide, & oderit omnẽ
viã iniquitatis. Quid obſecro intellexit Da Pſal.118.
uid à mandatis dñi? Quod in Ioanne ſalua- Cap.12.
tor dixit: Ego ſcio quia mandatum tuũ vita
æterna eſt. Ex hoc aduerſus omnẽ viam ini
quitatis odium ſanctum & zelus cõcipitur,
grãdiſq; indignatio cõtra ſemetipſum. Vbi
non ſolùm dicitur: Odiui iniquitatem: ſed
omnem viam iniquitatis. Impletur quod
etiam ab eodem propheta dicitur. Ab om-
ni via mala prohibui pedes meos, vt cuſto-
diam verba tua. Sed & Salomon filius eius Prou.2.
hanc docet ſapientiã. Si intrauerit ſapientia
cor tuum, & ſcientia animæ tuæ placuerit,
conſiliũ cuſtodiet te, & prudẽtia ſeruabit te
vt eruaris à via mala, & ab hoĩe qui peruerſa

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

loquitur: qui relinquunt iter rectum,& am
bulãt per vias tenebroſas,&c.Horũ vię,vię
inferorũ ſunt.Obſerua,ꝙ certè illis qui per
vias perditonis & mortis ambulant,nõ diffi
cilę eſt oſtendere qualis futura eſt eorũ per
Prou. 16. ditio,mors & interitus. Illis verò qui ambu
lant per viã quæ videtur homini recta,& no
Doctrina difficilis quibus. uiſsima eius ducunt ad mortẽ: heu quã diffi
cilis doctrina, quã difficilis & emendatio.
Lege homiliam.14.autoris ſuper pſal.50. mira ibidem dicit de rectitudine cordis. Vtriſq; tamẽ dicitur: Rectas facite ſemitas
eius. *Fuit Ioannes in deſerto baptizans.* Natus
fuit Ioãnes in domo patris ſui Zacharia,for
ſan cõmorante adhuc ibidẽ ſacra dña inte-
gerrimaq; virgine Maria. Super ipſum tam
admiranda & ſtupẽda prodigia apparuerũt
vt oẽs qui audierũt, poſuerint in corde ſuo
Luc. 1. dicentes: Quis putas puer iſte erit? Poſuerũt
(inquit Euangeliſta) alta mẽte cõſiderãtes,
quæ audierunt & viderunt Dei magnalia& C
mirabilia ſuper puerum natũ,& octauo die
circũciſum. Rationemq; reddit diuinũ elo-
quiũ in hunc modũ. Etenim manus dñi erat
cum illo. Illa nimirum manus quæ omnipo
tẽtia ſua cælos condidit, cunctaq; de nihilo
Manus dñi cũ Ioanne. creauit, diſtinxit & ornauit. Illa manus om
nipotens erat cũ Ioanne adhuc infantulo.
Quid ergo miraris de mirabilibus Ioannis?
Manus omnipotẽs erat cũ illo. Vnde factũ
Ioannes. eſt, vt tẽpus infantiæ eius ab Euangeliſta ta
Ambr.lib.2 in Lucam. ceretur: nõ tamen ſiluit præſentiam matris
Dei: eò ꝙ à dño in matris vtero roboraba-
tur, qui infantiæ impedimẽta neſciuit. Neq;
enim vllã infantiæ ſenſit ætatẽ: qui ſupra na
turam ſuper ætatem, in vtero ſitus matris, à
menſura cœpit perfectæ ętatis plenitudinis
Chriſti. Etenim manus dñi erat cũ illo. Cũ
aũt quintum aut ſextũ annum ageret, duct⁹
eſt ab ſpiritu in deſertum; qui matris curã &
ancillarum miniſteriũ habebat neceſſariũ.
Sed qui duxit illum dñs Deus, tradiditq; va
ſtiſsimę eremo,& mõtium rupibus,& cauer
nis terræ, ſub ſua habuit cura. Ita vt iure di-
cere poſſet Ioannes: In te proiectus ſum ex
Nota. vtero. De ventre matris meæ Deus meus
Pſal. 21. es tu. In deſertis itaq; abſcõdebatur vſq; ad
manifeſtationẽ ipſius Iſrael. Decebat vt ab
ſcõderetur, vt etiã expectaretur: & eſſet ani
mæ in deſiderio & nomen eius & memoria-
le ipſius. Vt cùm primo appareret, ſumma
haberetur reuerentia, magniq; apud oẽs &
honoris,& authoritatis eſſet. Erat man⁹ dñi
cum illo, propter quod ab ineunte ætate in
deſertis agebat. Quantæ obſecro oportuit
eleuationi mentis donari Ioannẽ, qui plen⁹
Spiritu ſancto ab vtero matris, ab omni ho

minum tumultu,& colloquio abſcõditus in
deſertis latebat? Huic nõ coru⁹ ſicut quõdã 3.Reg.1.
Eliæ miniſtrat. Venit nimirùm nõ mandu-
cans neq; bibens, qui pleno hauſtu, ſuprà cũ
ctas angelorum acies cõſcendens, dulcedinẽ
in ſuo fonte bibebat. Vnde locuſtæ & mel
ſylueſtre ei ſufficiunt in cibum & potum.
Iure quidem Ioannes appellatus eſt, id eſt,
in quo eſt gratia Dei. Non dixit, vocatur Luc.7.
Ioannes, ſicut cùm nõdum cõceptus eſſet Ioannes.
ab angelo dictum eſt: Ioannes vocabitur no
men eius: ſed Zacharias qui de illo qui iam
erat, loquebatur, verbo ſubſtãtiuo vſus eſt.
Ioannes eſt nomen eius, inquit. Illo nimi- Luc.1.
rum verbo, quo dominus ad Moyſen, cum
quæreret quod eſſet nomen eius, reſpõdit:
Dices ad filios Iſrael: Qui eſt, miſit me ad Exo.3.
vos. Ille cuius eſſe inuariabile & incõmuta-
bile eſt, alienum à tranſmutatione & viciſsi
tudine,& habet eſſe immenſum, intermina
bile & infinitum. Hoc verbo ſubſtantiuo
vtitur Zacharias, per quod declaratus Deus
Moyſi eſt: & ſignificatur qualis eſt gratia, Ioannis gratia qualis.
quæ repoſita eſt in Ioanne: nimirùm per-
manens: cùm cõfirmatus in illa, licèt poſſet
incrementum accipere, non tamen minora
tionem. Propter quod ad deſertum ducitur
etiam infantulus corpore, ſed vir perfectus
mente & ſpiritu: ne leui ſaltem maculare vi
tam famine poſſet. In deſertis itaque erat Deſertum quã vtile.
Ioãnes, vbi ad cor hominis loquitur Deus: Oſeæ.2.
& dulcedine internæ ſuauitatis lactat & re-
ficit mentem. In deſerto, vbi per ſuſpiria
quæritur domini ſpiritus, & inuenitur, &
dulciter poſsidetur. Iuſſus eſt Pharao di- Exod.3.
mittere filios Iſrael, vt Deo & domino pa-
D trũm ſuorum deſeruiret in deſerto. Non ſer
uiebat ad ollas carnium inter Aegyptios, &
abominationes idolorum. Sed in deſertum
vocatur ad cultum & pietatem in Deum.
Locus nimirùm aptus & accommodus con
templationi,& ſilentio, & ſpei, vnde ſpiri-
tuale robur & fortitudo mentis concilian-
tur. Scriptum eſt enim: in ſilentio & in ſpe
erit fortitudo veſtra. Sed & Moyſes regiam Eſa.30.
domum Pharaonis & delitias menſæ & ia-
ctantiam ſeruorum dereliquit, & fugit in
deſertum (Regaliter quidẽ fuit educatus)
in terram Madiam. Ibiquè per multos an- Moyſes.
nos, habitauit vſque dum apparuit ei Deus.
Non eſt locutus dominus cum Moyſe in Exo.2.
Aegypto ante tempus iſtud: ſed cùm in de-
ſertum conſcendit, & ibi trahit longiſsi-
mum tẽporis ſpatium. i. quadraginta annos:
ſicut Baſilius magnus docet, tunc loquitur Hexaemeron. Hom.1
ad il-

ad illum Deus. Et qui talis ac tantus erat, nō
accedit calciatis pedibus ad rubū ex mādā-
Exo.3. to dñi. In deſerto itaquè vidit dnm, intelle- A
xitq; in rubo & igne nō cōburente illum, ꝙ
certè nō præualeret Pharao aduerſus popu
lum Dei, ſicut neq; ignis cōtra rubū. In de-
ſerto accipit mandatū à dño ad educendos
De hoc ad longum Philō in de vita Moſis. lib.1.fol.11. & nos infra c.12.&.14. filios Iſrael de dura ſeruitute. In deſerto vi-
dit mirabilia: ſed & gloriā Dei, protegente
illum dextera altiſsimi. Et Eſaias fugiens in
deſertum manus & minas impijſsimæ Ge-
zabelis vxor Achaz, vidit dnm. Inde egre-
ditur & vnxit reges & prophetā. Per deſer-
tum quadraginta annorum purgat Deus re-
bellis illius populi peccata, & iter breuiſsi-
mum quod fert ab Aegypto in Iudæam re-
linquens, per lōgos eremi ducit anfractus,
& tot annorum exercitijs, mala, quæ eis ex
Aegyptiorū morib⁹ viu lōgi tēporis inole
uerant, in nouatione mutatæ cōſuetudinis
aboleuit. In deſertum ducitur cōmoraturq;
Ioannes vſq; ad annum circiter trigeſimum.
Quanta obſecro in illo deſerto vidit? Quot
ſunt ei reſeratā myſteria: Quàm fa̅m liariter
loquebatur cū hoc dñs & ſpiritus eius? quo
ties dñm gloriæ vidit, quantum licet homi-
ni in carne cōſtituto? Moyſes, Elias & Ioan
nes in deſerto ſummas agunt delitias. Neq; B
aliquādo pœnitet eos, neq; reuertuntur in ci
Multitudo inepta ad deſertum. uitates niſi iniuſſu dñi. Multitudo tamē edu
cta de ciuitate & vanis hominum gaudijs tę
dium habet, & dolore afficitur. Murmura-
uit (inquit ſcriptura) omnis cōgregatio filio
Exo.16. rum Iſrael cōtra Moyſen & Aaron in ſoli-
tudine; dixeruntq; filij Iſrael ad eos: vtinam
mortui eſſemus per manū dñi in Aegypto,
quando ſedebamus ſuper ollas carniū, & co
medebamus panē in ſaturitate. Hæc dixère
impuriſsimi illi homines, quibus quotidie
angelicus panis cōcedebatur: mānā ſcilicet.
In plateas & vicos Aegypti deſcendere deſi
derabant: vbi nō inuenitur vel vir vnus fa-
ciens iudiciū & iuſtitiam: ibi ſtatera doloſa,
menſura & menſura, blaſphemiæ & periu-
ria, &c. In deſertis videtur Deus à Moſe
& ab Aelia: cōmoratur ibidē Ioannes vſq;
ad manifeſtationē ipſius Iſrael. In deſerto di
uinæ reuelationis. In deſerto claræ cōtem-
Tren.3. plationis & quietæ. In deſerto aſsidui aſcen
ſus mentis in Deum: ſcriptum eſt enim: ſede
bit ſolitarius & tacebit, & leuabit ſe ſuper ſe.
In ſumma, quæq; magna & ſublimia præo-
ſtenſa ſunt in ſolitudine & deſerto. Quid re-
ferebat quod in magno ſacrificio Abrahæ
duo illi iuuenes ſerui eius aſtarent, & ſolus
Abraham & Iſaac in mōtem viſionis aſcen
dunt? Præ demonſtrandum erat in Iſaac &
A ariete ſicut cap.14. dicendum eſt, magnum
myſterium humanę redemptionis: ad cuius
conſiderationem inepta fit quotidie multi
tudo & indigna ciuitas. In ſolitudine verbū
fit ſuper Ioannem. Et qui in deſertis inter be
ſtias, dracones & aſpides incolumis & ſecu
rus morabatur, veniens in ciuitatem, paſſus
eſt Herodiadis inſidias, carcerem, vincula,
deniq; & mortem. Vide quanto ſecuriùs co
lebat Ioannes eremum, quàm ciuitatem &
populum. Sed & hoc egit iuſſu domini ad
noſtram ſalutem. *Fuit Ioannes in deſerto.* Ve
rax in hoc etiam cōprobatur ſcriptura pro
phetarum. Et certè hunc eſſe de quo Eſaias
& Malachias tam magnifica prçconizarūt.
Euenire impleriq; oportet oia quæ ſcripta
ſunt. Non tamen oīa quæ ſcripta ſunt, ideò
euenerunt & cōtigerunt, ſed multa ſcripta
ſunt & prophetata, quia futura erant: & ne-
mine prædicēte fierent. Huius generis ſunt
quæcunq; contra dñm Chriſtum à perfidis
Iudæis acta ſunt. Licèt enim prædicta in-
ueniantur in prophetis, libera tamen volun
tate impiorum hominum acta & completa
ſunt. Vnde meritò pęnas dederevſq; ad mor Lege Athanaſ. inde
B tem. Vera itaq; ſunt, quęcunq; ſcripta ſunt cruce & paſ
& implebuntur citò, ſiue illa quæ aduerſus ſione dñi. &
malos impuroſq; homines decernit ſcriptu Orig.lib 7.
ra, quę multa & dura valde reperiuntur: ſiue in.8.c.Ro.
illa quæ ad triumphos & coronas iuſtorum & cōtra Cel
ſunt decantata: quorum magnitudinem & ſum. 2. lib.
ſublimitatem neq; oculus vidit neq; auris au Tom.2.fol.
diuit, &c. Sicut teſtatur Eſai. c.64. Neq; illa 780.& ho-
quę circa Ioannem acta ſunt per omnem ei⁹ miliam no-
vitam illum tantùm decorarunt, ſed per oīa ſtram.9.ſu-
cęleſtis ſpirit⁹ noſtræ ſaluti cōſulebat. Quip per Pſal.50.
pe qui ante manifeſtationē Chriſti, & pręd fol.92. 2. b.
cationē, vocem hanc promiſit, hoc eſt Ioan c.
nē: qui ipſum digito demōſtraret, & teſtimo
nium perhiberet, vt homines crederent
per illum. Vides quomodo ſanctorū opera Ioan.1.
in noſtrā ſalutem cedunt? Cōſydera & alta
mente reuolue erga noſtrā ſalutē diuino co
gitatus, vt vel ſic quātus ſit Ioannes intelli- Ioā.Bapt.
gas. Ab exordio naſcentis peccati & inobe
dientię ꝓmiſſum eſt ſemē mulieris, filius in Gen. 3.
quā virginis (Mulier enim appellata eſt Eua Mulier virginem ſignificat.
cū eſſet virgo, & virgo Maria dicta eſt mu-
lier ab ipſo Chriſto; de quo. c.8. hui⁹ operis)
quòd ſemē caput ſerpētis cōtereret. Promiſ
ſus eſt & pręparat⁹ generis humani redēptor
in ore omniū ꝓphetarū. Quibus reliquū vul
gus credēs, in fide vni⁹ mediatoris detineba
tur.

tur. Cùm aũt ſacrũ myſteriũ coplebatur, virgo regia eligitur & deſponſata: cui angelus mittitur qui ei nũtiat incarnationis arcanũ.

Luc.1.

C

Hæc ſola diuina reuelatione gaudet. quę in domo Zachariæ ad Ioannẽ primò omnium mortaliũ extẽditur, & ei reſeratur myſteriũ: & ſtatim ad matrẽ ipſius, dicente Eliſabeth: vnde hoc mihi vt veniat mater dñi mei ad me? Sed & Zacharias in Spiritu ſancto decãtauit: Benedictus dñs Deus Iſrael, &c.

Ioan. primus poſt virginem cognouit incarnationẽ

Luc.1.

Mat.2,

Dein de Ioſeph in ſomnis admonetur ab angelo de incarnatione verbi Dei, cũ fugã iã pararet dimittereq; vellet vxorẽ. Nato aũt dno angelus nũtiat paſtoribus ſacrã eius natiuitatẽ.

Luc.2.

Adducũtur reges ab Oriente ad præſepe, & procidentes ſuper terrã adorant vagiẽtem infantulũ.

Matt.2.

Poſt aliquot dies Simeon iuſtus & Anna vidua ac religioſa valde, de ſalutari Dei admonentur & cõfitentur in templo.

Luc.2.

His omnibus facta eſt de Chriſto reuelatio. Sed (vt dixi) omnium primò Ioãni intra materna viſcera ſextũ menſem agẽti, Totus mundus in fide Ieſu Ieſu Chriſti dñi noſtri ſaluãdus erat. Nõ tamẽ oportebat vt ſingulis fierent reuelationes, cùm ſtatum fidei fundaret manus altiſsimi. Ad teſtimoniũ m ergo Chriſti pro omnium gentium ſalute, vnus Ioãnes eligitur, dignuſq; eſt inuentus:

D

imo dignus à dño factus eſt, qui teſtimoniũ perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum. Decebat vt in deſerto abſcõderetur hic Ioannes, vt ibi ſupra naturę vires angelicã vitã duceret, fieretq; admirabilis ab exordio ſuæ cõceptionis & natiuitatis vniuerſo populo, & in expectationẽ eſſet Iſraeli. In prodigiũ & portentum auſteritas vitæ ipſius, vt cũ primo appareret, dignus haberetur. cui credere deberẽt, etiã nullis æditis miraculis: dignuſq; erat vt ſummo honore haberetur, & exciperetur, de quo dicitur: Egrediebatur ad eum omnis Iudæa regio. *Fuit Ioannes in deſerto baptizans & prædicans baptiſmũ pœnitentiæ in remiſsionẽ peccatorum.*

Baptizabat magnus Ioannes, & prædicabat pęnitentiã in remiſsionẽ peccatorũ. Nõ erat baptiſmus Ioannis in remiſsionẽ peccatorũ, ſed pœnitẽtia.

Qua docebat. Hæc enim ab initio peccati fuit in remiſsionẽ. Nobiliſsima proinde virtus: de qua docendus eſſet aſsiduè populus, cũ (proh dolor) aſsiduus ſit etiã in peccatis: in quibus præ cõſuetudine, cameli duritiem traxit, & lapidis grauitatem. Oẽs prophetæ vſq; ad Ioannem: Ioãnes & Chriſtus Ieſus dñs noſter ab hoc themate ſuam auſpicati ſunt prædicationẽ. Agite pœnitentiã.

Mat.3.4.

Oẽs inquã prophetæ & Apoſtoli, & dñi diſcipuli ſemper prædicãuẽre pœnitentiam, docueruntq; eius neceſsitatem.

Pœnitẽtia.

Ad docendã pęnitentiam venit dñs in paradiſum delitiarum, cùm primò pater orbis terrarum & cunctorum viuentium mater diuinum mandatum transgreſsi ſunt: & vix reſipiſcentiã extorquere potuit ab eis.

Gen.3.

Sed cùm verè pœnituerunt, eduxit illos à delicto ſuo: vnde & ſeruati ſunt. Forſan neq; ad horã, dulcedo diuini pectoris moram traxit: quin potius ſtatim venit ad aurã poſt meridiem, nõ tam vt in exiliũ illos eijceret (quod in auræ gracilitate demõſtratur: nõ enim venit in turbine) quàm vt pœnitentiam doceret.

Sap. 10. Adã & Eua pęnituerũt.

O certè miſericors & clemens. Scit enim Deus quantũ malum ſit cor impęnitens, qualeq; præcipitium impœnitentibus præparatur. Peccatũ enim quod per pœnitentiam non diluitur: ſuo pondere in grauiora præcipitat.

Nota valde

Solicitus ergo Dñs Deus de primis illis hominibus, qui grauiter impinxerant, vt nobis permaneret in doctrinã, ſtatim correptionem adhibuit, pœnitentiã docuit in remiſsionẽ peccatorum. Venit ſecundo, nõ poſt multos annos ad docendum pœnitentiam, cum fratricida ille peſsimus tam miſerabiliter in immane illud flagitium incidiſſet, ſundens innocentem ſanguinem Abel. Nec ſic confeſſus fuit delictum ſuũ.

Gen.4.

Venit iã tertiò in vera carne noſtra humana: & prima vox, quæ ab ore ſapientiæ Dei humana auris audijt: hæc eſt: pœnitentiã agite: appropinquauit enim regnũ cęlorum, vt vel ex his quãta ſit & quã neceſſaria pęnitentia cõijcias.

Matt.4.

Cuius ſermo nec gratus noſtris tẽporibus, nec pretiò habitus: adeò q neque in quadrageſima ter aut quater de ea ſermonem agere, etiam ad rudes & agreſtes liceat.

Pęnitentiæ ſermo non gratus.

De Ioane dicitur q erat baptizans & prædicans pœnitentiã. Sicut non ſemel baptizabat, ſed millies, ſic nimirum millies ſermonem pœnitentię inculcabat. Familiaris ſermo Ioannis hic erat. Agite pœnitentiam: appropinquabit regnum cœlorum. Aderat illi dni ſpiritus, qui plenitudine ſuæ gratiæ mentem eius vnxerat & repleuerat: magnum vatẽ agebat: myſteria oia nouerat, & cunctas prophetarum ſcripturas. Et tamen ſermo eius hic erat: agite pœnitentiam.

Nota valde

Benè de illo S. Lucas: Factum eſt verbum dñi in deſerto ſuper Ioannẽ filiũ Zachariæ, & venit in omnem regionẽ Iordanis, prædicãs baptiſmũ pęnitentiæ in remiſsionẽ peccatorũ.

Cap,3.

Super quẽ ſit dñi verbũ, hic hominũ perditioni cõdolens, cõſulenſq; eorum ſaluti, os ſuũ in ſummo deſiderio aperit, docetq; aſsiduè pęnitentiã: nõ ſemel in anno. Et heu, impletur verè in no-

bis hiſce diebus, quod à Paulo ſcriptum eſt
2. Cor. 4. aduerſus malos prædicatores. Habentes
hâc miniſtrationem iuxta ꝙ miſericordiã
cõſecuti ſumus, non deficimus, ſed abdica-
mus occulta dedecoris, non ambulantes in
aſtutia, neq; adulterantes verbum Dei. Et
Adulterare verbũ Dei quid ſit. cap. 2. dixerat. Nõ ſumus adulterãtes verbũ
Dei ſicut plurimi. Adulter in carnali coitu
nõ prolem, ſed voluptatem quærit. Et per-
uerſus quiſq; ac vanæ gloriæ ſeruiens, rectè
adulterare verbum Dei dicitur: quia per ſa-
crum eloquiũ nõ Deo filios gignere, ſed ſuã
ſcientiã deſiderat oſtentare. Quem enim li-
bido gloriæ ad loquendum trahit, volupta-
ti magis quàm generationi operã impendit.
Epiſcopi Ad vos ergo ô Epiſcopi & paſtores eccleſię
cõuerto ſermonem hunc, & obteſtor vobis
hodierna die, ꝙ certè de manu veſtra requi C.
ret dñs oues ſuas: neq; vnus de mille prædi-
catoribus, in quibus habetis fiduciã verbum
pœnitentiæ docet: & vix vnus inter multa
millia ruſticorũ virorũ aut fęminarum ver-
bum hoc intelligit: neq; neceſsitatem illius,
aut pœnitẽtiæ ſcopum & partes. Vnde im-
pœnitentes accedunt ad ſacrã exomologe
ſim & beatiſsimã ſinaxim: & rei fiunt cor-
poris & ſanguinis dñi. Ego ſcio quã vera ſint
hæc & vos pęnas dabitis in die viſitationis,
cum dñs viſitauerit oues diſsipatas. Cõſulite
de hac re oẽs ſacerdotes, qui illis ſunt à ſacris
confeſsionibus: imò interrogate multa illa
millia, & experimentũ facite clariſsimæ ve
ritatis. Clamat in aures dñi exercituũ ingra
titudo veſtra, negligentia veſtra, ignorantia
ſubditorum, & adulteriũ prædicantiũ, quod
Anſel. ſuper. 2. ad Corinth. cap. 6. verbũ iã expoſuimus cum B. Anſelmo. Ve
rè ad hanc rẽ ſpectare videtur quod in Iere- D
mia legimus. State ſuper vias & videte & in
terrogate de ſemitis antiquis, quæ ſit via bo
na: & ambulate in ea, & inuenietis refrigeriũ
animabus veſtris. Stare & videre, & interro
gare præcipit dñs. Hæc dicit dñs: State, &c.
Præcipitur itaque Euangelico prædicatori,
apertiſsimiſq; oraculis prophetarũ Ioãnis,
dñi Ieſu, & Apoſtolorũ ipſius, acta & vias
circũſpicere, vt ſic ad patrum regulas, vero-
rumq; magiſtrorũ oracula doceat. Hæc eſt
via, pęnitentia à peccatis, per quã ad mentẽ
& cor hominis deus deſcẽdit. Hęc eſt via, per
quam verũ & immaculatũ in æterna requie
refrigerium inuenitur, pœnitentia. Hæc eſt
antiqua eccleſię ſemita, de qua à dño edocti
Pœnitẽtia via arcta ac latiſsima. ſumus, anguſta quidẽ in principio (propte-
rea ſemita dicitur) quia amarũ gemitũ & cõ

feſsionẽ habet: ſed latiſsima efficitur ex re-
frigerio indulgẽtiæ, quæ à dño promittitur
lugentibus & pœnitentibus. Anguſta quidẽ
ſemita pœnitentiæ, inſulſa & deſerta corpo
ri, quod caſtigatur ieiunijs, maceratur vigi-
lijs, flagelliſq; redditur liuidũ: ſed ampliſsi-
ma & delitioſa animæ, quæ refrigeriũ gra-
tiæ & indulgentiæ inuenit, & fructũ pacatiſ
ſimũ. Hęc eſt ſemita antiqua, quã docẽt pro
phetæ, & Ioannes, & Chriſtus, & Apoſtoli.
Docendus quidẽ eſt populus de caſtitate,
deterrenduſq; à voluptatibus ventris, & eo-
rum, quæ ſub ventre ſunt, propoſitis gehẽna
libus flãmis, quæ carnes eorũ deuorabunt,
nec tamen cõſumentur. Docendus eſt popu *Populus in quibus eſt docendus.*
lus de vera humilitate, per quã ad exaltatio
nem & coronã peruenitur, & fit placẽs Deo
C. tremens anima. Docẽdus eſt dñi populus de
omnibus virtutibus. Sed in primis aſsidueq;
de pœnitẽtia cum Ioanne & dño Ieſu: vt ſic
eiuſdẽ prophetę doctrinã inſequens doctor
Euangelicus nõ in vanũ laboret. Nouate (in *Iere. 4.*
quit) vobis nouale, & nolite ſerere ſuper ſpi *Oſe. 10.*
nas. Et Oſeas eandem docet ſapientiam,
quam & rudis agricula in ſeminibus frumen
ti & ordei ſeruat. Quid inquit? ſeminate vo-
bis in iuſtitia, & metite in ore miſericordiæ:
innouate vobis nouale. Inter ſpinas ſerit qui
ſermonẽ caſtitatis & humilitatis docet, obli
uioni tradens doctrinã pęnitentiæ, cũ cor-
da audientiũ, ſpinis quæ altiſsimas traxerũt
radices ſcateant. Nemo enim poteſt nouã vi
tam inchoare, niſi veteris pœnituerit. Ioan.
ergo baptizat & prædicat pœnitentiã. Euã
gelicuſque prædicator Ioannem habet
imitari. *Et egrediebatur ad eum omnis Iudea*
D *regio & Hieroſolymitæ uniuerſi, & baptizaban*
tur ab illo in Iordanis flumine, cõfitentes peccata
ſua. Hyperbolica eſt oratio, quam & ſacra
ſcriptura amplectitur, ſicut & alias figuras.
Vtinã talis inueniatur populus noſter, qua
lis à beato Marco Iudaicus deſcribitur ſub
Ioanne, & prędicatione pęnitentiæ. Loque
batur Ioãnes, & verbũ eius vt facula ardebat,
grauiter inuehebatur in Phariſęos, & Pha
riſæos & Saducęos, progenies viueperarũ
cõpellebat. Terribile tribunal iudicis, flam
maſq; ignis æterni comminabatur: deniq; ad
curanda grauiſsima hæc vulnera, & docen-
dam viam, vt tam ingentia mala fugerent,
pœnitentiam docebat. Et adhuc, cum tam
rigidus eſſet ſermo oris illius, tota Iudeæ re
gio Hieroſolomytæ omnes confluunt ad
eũ, cõfitentes peccata ſua: & de illis quę ſub

prædi-

prædicatione Domini Ieſu contigerũt,alibi dicitur: Properabant de ciuitatibus, & C turba multa conueniebat. Ecce qualis inuẽtus fuit antiquus ille populus in audienda prædicatione Ioannis & Domini Ieſu. Sed quæ ante hæc aurea fœlicisſimaq; tempora quã erat illi populo familiaris inuiolabilisq; obſeruantia ad audiendã Moyſi legẽ,&prophetarum doctrinã conſidera, De quo audiendus eſt Philo Iudæorum diſertiſsimus inuiolatusq; teſtis. Septimis enim diebus, hoc eſt ſabbatho congregari voluit Moyſes vniuerſum illũ populũ ſingulis ciuitatibus & caſtellis,vt conſidentes ſcripturã audirent,ne quis ſe ignoratione poſſet excuſare. Ita conueniebãt ſemper & ſedentes magno cuncti tenebantur ſilentio:niſi ad laudem dictorum verbũ aliquod ſimul proferebant. Sacerdotes autem, vel vnus de ſenioribus legem recitabat & exponebat:hocq; inuiolabiliter contingebat per totum diem ſeptimum vſque ad crepuſculum veſpertinũ. Inde vnuſquiſq; cum gaudio in propriam remeabat, & legis peritior, & virtutis ardentior amator. Magna proinde emolumenta lucrabãtur:itaq; non obſcuro loco iacet quod quemcunq; Iudæũ ſi de Moſi le D ge interrogares, facilius omnia præcepta percurreret,quã nomen ſuum proferre poſſet. Quamobrẽ mirabilẽ gẽs illa cõparabat concordiã. Nã quia & eadẽ omnes de Deo ſentiebant, & quia in viuẽdi moribus nulla differẽtia erat,ſumma omnes cõcordia coniungebat. Nõ audiebatur apud illos diuerſa de Deo ſentẽtia. Sed quàm ſub B. Marco Alexandriæ in Aegypto floruit eccleſia,& auiditatẽ audiẽdi verbũ doctrinæ & ſapientiæ cõſidera. Chriſtiani in Alexandria continentiã,velut fundamentũ quoddam collocabãt primò omnium:& itademũ reliquas ſuper hanc pergebant ædificare virtutes. Cibum potumq; nullus eorũ capiebat ante ſolis occaſum: videlicet tẽpus lucis cũ philoſophiæ ſtudijs,curã verò corporis cũ nocte ſociantes. Nonnulli etiã poſt triduũ in communionẽ cibi:quos ſcilicet edacior ſtudiorum fames perurgebat. Iam verò qui in eruditionibus ſapientiæ, & in profundiori intelligentia ſacrorũ voluminum conuerſabantur,tanquã copioſis dapibus,inhiantes expleri nequibãt:& contuendo, acrius inflammabãtur,ita vt nec quarto,nec quinto, ſed ſexto demùm die, non tam deſideratũ, quã neceſſarium corpori indulgebãt cibũ.

Philo in de vita ſupplicum virtutibus.

Verbũ Dei quomodo audiebatur à Iudæis.

Nota quod certè Chriſtianorũ familiam ſub Marco deſcribit:non Iudæorum.

Emolumenta in auditione legis aſsidua.

Chriſtiani in Alexandria quales.

Tractatus autem ſacrorum voluminũ huiuſmodi habebãt,vt magis alegoricis opinionibus vtebantur. Quoniã quidẽ lex viris illis videbatur animali ſimilis: quod corpus habebat ipſam literã, & ea quæ ſub litera deſignantur,animã verò, occultã intra literã ſpiritualem & inuiſibilem ſenſum:quem illi ab authoribus ſuis edocti ſublimius & nobiliùs,velut inſpicientes per ſpeculũ, contemplabantur. Ex ipſis etiam nominibus admirandas quaſdam ſpecies intelligentiæ proferentes. Hæc de eccleſia Alexandriæ. Obſerua quæ à maioribus noſtris, & præcipuè à beatiſs. Petro inſtituta, & literis mandata ſunt ad cõmonitionẽ noſtrã. Diaconi Eccleſiæ tanquã oculi ſunt Epiſcopi, obſeruantes & circũluſtrantes cum verecundia actus totius eccleſiæ,& perſeuerantes diligentius,ſi quẽ videant vicinum præcipitio fieri,& proximum eſſe peccato, vt referant hæc ad Epiſcopũ, & commoneri poſsit ab eo,is qui in præcipitio lapſurus eſt, vti reuocetur,& nõ corruat in peccatũ. Negligẽtiores quoq;,& eos qui rariùs ad audiendũ verbum Dei accedũt, nec ſolicitè ad Epiſcopi tractatũ cõueniunt,ipſi cõmoneant & hortentur, ſi enim aſsidui ſunt ad audiendũ,nõ ſolùm vitæ æternæ ex ſalubri cõmonitione capiunt lucra verũ & quæcunq; illæ ſunt triſtitiæ vel mœrores,quæ ex præſentis vitæ neceſsitatibus,& cladibus temporũ veniũt, quęcunq; ſermonibus ſuis in corde velut iacula defixa circũferunt, omnia prædicatione veritatis,& vitę æternę doctrina & reuelatione purgãtur. Alioquin ſi multo tẽpore ſubtrahãt auditũ à verbo Dei, & remaneant in cultu vitiorũ, ſine dubio ſpinis ac ſentibus vitiorũ erunt occupati. Et quid ad aliud niſi ad ignem hæc terra præparatur? Alio loco docens de hac eadem re idem Apoſtolus dicebat, affirmante aquila eius diſcipulo: Verè aſsidua doctrina opus eſt, vt de ſingulis poſsit quis ſcire rationem. Ad quem Petrus: Quis eſt qui aſsiduus ſit erga doctrinam, & ſtudioſè ſingula quæque perquirat, niſi qui animam ſuam diligit ad ſalutem, & omnibus renuutiat huius mundi negotijs, vt ſoli verbo Dei vacet, quem ſolùm prudentem iudicat verus propheta, vendentem omnia quæ ſua ſunt, & ementem vnam veram margaritam & intelligentem quæ ſit differẽtia à tẽporalibus ad æterna, paucis ad magna, hominibus ad Deum? Quis autem eſt qui diligit Deum, niſi qui ſapien-

Nota valde.

Lex Moyſi animali ſimilis.

Clemens Rom epiſt. 1. ad Iacobũ

Diaconi officium.

Verbũ Dei quantã vtilitatẽ conferat.

Mala multa non audientiũ verbum Dei aſsiduè

Lib 3. recognitionum. Clement. Ro.

ſapientiam eius cognouit?quomodo autem quis agnoſcere poterit ſapientiam Dei, niſi aſsiduus fuerit ad audiendum verbum eius? Ex quo accidit vt amorem eius concipiat, digno cũ honore veneretur, hymnis & orationibus fuſis, & in his libentiſsimè requieſcens: ſummumque deputans detrimentũ, ſi quid aliquando aliud, vel ad momentum temporis loquatur, aut agat: quia reuera, nec poteſt anima, quæ Dei amore repleta eſt, aliud aliquid intueri niſi quæ ad Deũ pertinent: nec ſatiari poteſt præ amore eius, ea, quæ ipſi ſcit eſſe placita, meditando. Hi verò qui affectum eius minimè concepêre, neq; illuminatam luce eius gerunt mentẽ, velut in tenebris poſiti, lucem videre non poſſunt. Et ideò priusquàm incipiãt requirere de Deo quaſi labore oppreſsi, ſtatim deficiunt: ac tædio repleti continuò à propria conſuetudine rapiuntur. Nam de Deo audire aliquid talibus tœdioſum eſt & moleſtum, pro eo quod mens eorum (vt dixi) nullam dulcedinem diuinæ charitatis accepit. Hæc erat antiquo illi populo, & noſtro in exordio naſcentis eccleſiæ, & per multa annorum curricula deinde, & maximè ſub Ioannis prædicatione inſatiabilis cupido ad verbum vitæ & ſalutis. De quo non ſemel redibit ſermo. Quòd ſi his adijcias quæ beatus Lucas de oratione & deuotione turbarum, tempore Zachariæ ſacerdotis deſcribit, procul dubio in magnam rapiêris admirationem. Quippè cùm Zacharias ſacerdos Dei altiſsimi, incenſum ſuper altare Domini offerret, omnis populus ſtabat foris orãs hora & tempore incenſi. Verè deuotus religioſuſque tunc temporis populus ille, propriæ ſalutis amator, qui conueniebat ad orationem, cùm ſacerdos pro illo deprecabatur: qui ad audiendum verbum vitæ & ſalutis properabat, & quaſi præceps ab alto ruebat, velut lapis ad centrum quærens requiẽ. CONVENIEBAT *omnis Iudæa regio.* inquit ſanctus Euangeliſta. ET *Hieroſolymitæ uniuerſi ad Ioannem, confitentes peccata ſua.* Inde credo in genere confitebantur peccata ſua, nam coram magno Ioanne in in camelorum pellibus & duritia agente, cogebantur propria & magna facinora, & cognoſcere & confiteri. Illuminante quippe Deo à montibus ſanctitatis, & perfectionis magni Ioannis, turbantur omnes inſipientes corde. Coram magna & clariſsima luce Ioannis cognoſcebat vnuſquiſque tenebras

Cognitio Dei ex auditu verbi.

Nota.

Luc. 1.

Ioannes.

Pſal. 75.

A cordis proprij, mentiſque, & pectus percutiebat, confitebanturq; peccata ſua. In hũc modum mulier illa materfamilias, cuius filius præ fortiſsimo dolore defecit, Eliæ dixit: Quid mihi & tibi vir Dei? Ingreſſus es ad me vt rememorarentur iniquitates meę, & interficeres filium meum? Sic & Petrus coram Domino Ieſu in magna piſcium captura: Exi à me Domine (inquit) quoniam homo peccator ſum. Iam ex his cognoſce quod apud ſanctum Iob legis: Reſpiciet homines, & dicet, peccaui, & verè deliqui, & vt eram dignus non recepi. Quod aut præ ſe ipſum facit altiſsimus, ſicut in Petro cõprobatum eſt, de quo beatus Lucas: Reſpexit Dominus Petrum, non quidem corporalibus oculis, ſicut ſuo loco dicendum eſt, ſed luce gratiæ ſuæ: & conuerſus Petrus, exiuit foras, & fleuit amare. Reſpicere enim Dei beatitudine eſt plenum. Reſpicit etiã Deus, cùm iuſtorum vitam ſub oculis noſtris proponit. Condemnat enim vita iuſtorum impiorum facinora, & inquiunt: Peccauimus. Quod in Ioanne & hiſce turbis factum exiſtimo. Quis enim vitæ illius ſanctimoniam, Angelicam puritatem, pœ-B nitentiam & corporis mortificationem vix homini credibilem conſiderabat, aut nunc excogitat, & non dicit: peccaui? Quis non erubeſcit? Quis non aduerſus ſemetipſum & carnem ſuam vindictam meditatur, flagella, ieiunium, confeſsionem, & fructus dignos pœnitentiæ: Quis coram Ioanne non dicit: Peccaui, & verè deliqui? De hoc legis etiam apud eundem Iob. Inſtauras teſtes tuos contra me, & multiplicas iram tuam aduerſus me, & pœnæ militant in me. Teſtes ſuos contra nos inſtaurat Deus, quia bona, quæ facere ipſi negligimus, hæc ad correctionem noſtram fieri ab alijs demonſtrat: vt qui præceptis non accendimur, vel exemplis excitemur: atque in appetitu rectitudinis, nil ſibi difficile mẽs noſtra exiſtimet, quod perfectè peragi ab alijs videt. Vnde cùm beatus Paulus ſanctorũ patrum veteris teſtamenti magnifica geſta receſeret, tandem dixit: Ideoque & nos tantam habentes impoſitam nubem teſtium, deponẽtes omne pondus & circunſtans nos peccatum, per patientiam curramus ad propoſitum nobis certamen. Protegimur quidem ſanctorum exemplis & geſtis, tanquam nube aduerſus ſolis æſtum, ſicut olim ille populus, quem Dominus per diem nube protegebat,

3. Reg. 17.

Luc. 5.

Cap. 33.

Cap. 22.

Ioannis viſta quàm potens ad exemplum.

Cap. 10.

Teſtes Dei contra nos quales.

Heb. 12.

Exẽpla ſanctorũ quàm vtilia.

Exo. 13.

tegebat, & per noctem illum nabat in co-
lumna igni. Hoc eſt quod in lectione Apo
ſtoli ſequitur. Aſpicientes in autorem fidei
noſtræ, & conſummatorem Ieſum qui pro-
poſito ſibi gaudio, ſuſtinuit mortem, confu-
ſione contempta. Nubes teſtium fuêre ſan-
cti patriarchæ & prophetæ, & beatiſſimi il-
li martyres, quorum patientia, fides, obe-
diêntia miſericordia, &c. excitát corda tor
pentium. Sed Chriſtus columna ignis illu-
Ioan. 5. minde nauijs & accendit. Sic & Ioannes qui
erat lucerna ardens & lucens. Iam ex his in-
tellige quantum iuſtorum & pœnitêtium vi
ta, & maxime doctorum, etiam ſine verbo,
valeat ad compunctionem & dolorem ho-
minibus impijs, qui in luxu & delitijs, de-
nique in peccatis ducunt dies ſuos: vel ad
erubeſcentiam inuitat, imo cogit. Væ no- C
bi qui hæc omnia deſpicimus. Ad ludos,
ad nugas tragediarum ad peſtifera verba &
ad decipiendum compoſita, ad atria & au-
las Regum confugimus vitam in otio & va
nitate agentes, dum interim Euangelicus
prædicator ignobilis quidem præ paucita-
te audientium clamat, proponitque noſtræ
ſalutis ſermonem. Et omnis Hieroſolyma
venit ad Ioannem &c. Heu quantas & qua
les dabimus pœnas: qui tantum negligimus
ſalutem. De hoc iam quondam dixit ſcri-
Prouerb. 1 ptura: Sapiêtia foris prædicat, in plateis dat
vocem ſuam in capite turbarum clamitat,
in foribus portarum vrbis profert verba ſua
dicens: Vſque quo paruuli diligitis infantiā,
& ſtulti ea quæ ſibi ſunt noxia cupient, &
imprudentes odibunt ſcientiam? &c. Sed
quoniam dura in vltionem aduerſus diuinę gra
tiæ irriſores decernat, conſidera: quia voca-
ui & renuiſtis, extendi manum meam & nõ
fuit qui aſpiceret. Deſpexiſtis omne conſi-
lium meum, & increpationes meas negle-
xiſtis: ego quoque in interitu veſtro ride-
bo, & ſubſannabo vos, cum vobis, id quod
timebatis, acciderit. Sed de hoc ſatis. *Et ba-
ptizabantur ab illo in Iordanis flumine, confiten-
tes peccata ſua.* Præparabat baptiſmo ſuo
Ioannes baptiſmum Chriſti, in quo regene
ramur, & mundamur ab omni macula deli-
ctorum, exuentes veterem hominem cum
Eph. 4. actibus ſuis, & induentes nouum qui ſecun
Col. 3. dum Deum creatus eſt. Quæ omnia vnico
ſermone complexus eſt idem Apoſtolus di
Gal. 3. cens: Omnes qui in Chriſto baptizati eſtis,
Baptiſmus Chriſtum induiſtis. Non ſanctificabat ille
Ioā. qualis. baptiſmus Ioannis, nec gratiam ex operę
operato, ex vi baptiſmi cõferebat. At verò
quia confitebantur peccata ſua, & ſpem in
venturum Chriſtum reponebant, cum ve-
ra contritione iuſtificabantur. Obſerua q. Myſteria Chriſti figura ta antequā exhibita.
ſanctiſſima quæque myſteria Chriſti, non
ſubito apparuerunt, & inſtituta ſunt: ſed lon-
gè anteà prælibata in lege & prophetis,
adumbrata figuris, & preconizata: vt in de-
ſiderio haberentur, cum nondum concede-
bantur, & pretio & honore tum exhibita.
Sic datum eſt manna patribus, in figuram Exo. 16.
tremendi ſacramenti euchariſtiæ: ſic coram 25.
Domino erant ſemper panes propoſitio- 12.
nis: ſic agnus paſchalis immolatus in quo os Leut. 8.
eius comminutum: in figura veri ſacrificij
Chriſti, cuius crura milites non fregerut in
cruce, ſicut eorum qui cum ipſo crucifixi
C fuerunt. Sic plura in lege inſtituta ſunt ba- Ioan. 19.
ptiſmata in emundationem carnis: vt cum
Ioannes in Iordane baptizaret, iam proxi-
mum oſtenderet baptiſmum Chriſti. Pro- 1. Cor. 10
ptereà quod merito Apoſtolus de illis omni-
bus dixit: Omnia in figura contingebant il
lis. Et in eodem loco inquit: Nolo vos igno
rare fratres, quoniam patres noſtri omnes
ſub nube fuerunt, & omnes mare tranſie-
runt, & in Moyſe baptizati ſunt in nube &
mari: & omnes eandem eſcam ſpiritualem
manducauerunt, & omnes eundem potum
Spiritualem biberunt, (bibebant autem de
ſpirituali conſequente eos petra: petra autē
erat Chriſtus) ſed non in pluribus eorum
beneplacitū eſt Deo &c. Hæc autē omnia
in figuram contingebant illis. Iure de Ioan
ne dixit Pater cæleſtis: Præparabit viam Luc. 1.
tuam ante te, ante faciem tuam. Et Zacha-
D rias in cantico: Et tu puer propheta altiſsi-
mi vocaberis: præibis ante faciem Domini
parare vias eius. Parabant viam Domini Ioannes.
omnes prophetæ: Sed Ioannes ante faciem
Domini, quem non ſolum prædixit ventu
rum, ſed & digito demonſtrauit oſtenditq;
verum eſſe mundi ſaluatorem: ego vidi, &
teſtimonium perhibui, quia hic eſt filius
Dei. In Iordane baptizabat Ioannes, vbi Ioannes.
antiqua Dei magnalia oſtenta ſunt ſecun- Iordanis flumen.
dò Iudæorum ſcilicet populo, vt tandem
ibidem conſummarentur ad noſtram rege-
nerationem in Chriſto. Ingreſſurus popu-
lus terram patribus eorum promiſſam per
uenerunt tandem ad Iordanem in quo Do Ioſ. cap. 2. De quo infra. c 14. mira dicit author.
minus ſtatuerat magnificare Ioſue Ducē
puli ſui coram filijs Iſrael. Ibidem nanq;
prodigia operatus eſt, Iordanis aquis quæ
inferio

inferiores erant, decurrentibus, atquè deficientibus, quæ autem deſuper veniebāt, in alta mole conſiſtentibus. A deò quòd aquæ inferiores decurrerunt vſque ad mare ſolitudinis, quod vocatur mortuum: & ſuperiores vndæ intumuerunt, velut mōtes, & procul videbantur, ab vrbe quæ vocatur Edō,
Exo. 14. vſque ad locum Sarthan. Tranſiuitque populus ſicco veſtigio, ſicut quondam ſub Moſe mare rubrum. Quod ſignum in magnæ rei expectationem, conceſsit dominus dicens: In hoc ſcietis ꝙ dn̄s Deus viuens in medio veſtri eſt, & diſperdet in conſpectu veſtro Chananæū, & Ethæū Hęueū, & Pheræzeum, Gerſæum quoquè & Gebu-
Memoriale diuinorū operum. ſæum, & Amorrhæum. Et memoriale perenne tam magnifici operis inſtituit dominus, eductis duodecim lapidibus duriſsimis de alueo Iordanis, erectiſque in locum caſtrorum. Et quando interrogauerint vos filij veſtri (dicit dominus) quid ſibi volunt iſti lapides? Reſpōdebitis: Defecerunt aquę Iordanis ante arcam fœderis domini. Idcirco poſiti ſunt lapides iſti in monumentum filiorum Iſrael vſque in æternum. Quę omnia in figuram noſtri contigerunt: ſicut ſtatim demonſtrabimus, cùm de ſacro baptiſ- B
mate Chriſti egerimus. De quibus mirabi-
Pſal. 113. libus Sanctus Dauid: Quid eſt tibi mare ꝙ fugiſti, & tu Iordanis, quia conuerſus es retrorſum? Sed & ſub Elia mirabilia apparuerunt in Iordane. Cùm tolleret eum dominus in cælum, percuſsit pallio ſuo aquas Iordanis, & diuiſæ ſunt in vtranq; partem, tran-
4. Reg. 2. ſieruntque ſicco veſtigio Elias & Eliſæus. Ibidem, id eſt, cū pertrāſiſſent, repromiſit Elias Eliſęo duplicem ſpiritum ſuum, id eſt,
Spiritus Eliæ duplex conceſſus Eliſæo. quem ipſe duplicem habebat. Sed & Eliſæus palliō Eliæ percuſsit eundem Iordanem, poſtquàm tulit dominus Eliam ab eo, & diuiſus eſt, pertrāſijtq; per medium eius. In hoc flumine baptizat magnus præcurſor domini Ioannes: vt ibidem, & oſtendantur in Chriſto maiora ſublimioraq;, & promittantur nobis, & præparentur in ipſius baptiſmate. Non ergo caſu aut fortuitò baptizat Ioannes, prædicatq; in Iordane: ſed ſingulari Dei conſilio eligitur & locus, &
Iordanis ſacramentū. fluuius, cuius alueus à duobus fontibus trahens originem, Ior, ſcilicet & Dan, Iordanis nomen efficit, vt ab eo, qui eſt verus Deus & homo, vnus Chriſtus Ieſus dominus noſter, vnda regenerans in vitam æternam, expectaretur concedereturque. Hæc de loco baptiſmi, & prædicatione Ioannis.
A Commendatur ſtatim ab Euangeliſta magnus domini pręcurſor ab auſteritate vitæ, perfectiſsimaque pœnitentia. *Et erat Ioannes veſtitus pilis cameli, & zona pellicea erat circa lumbos eius, & locuſtas & mel ſylueſtre edebat.* Hæc maximè decent prædicatorem, & ſacri baptiſmatis miniſtrum. Sed de Ioanne ſit in primis nobis ſermo. Magnificentiora longeque ſublimia tacet Euangeliſta de Ioannes.
Ioanne: & illa commemorat, quæ in admirationem & prodigium, oculos videntium & aures audientium rapere poterant. Mirabile quidem eſt à cunabulis, ab infantilibus membris Ioannem talia, tam ardua, & ferè impoſsibilia, imò certè impoſsibilia carni & ſanguini attentaſſe, & ad perfectionem ſummam perduxiſſe. Per quæ omnia & ſingula ipſe fit admirabilis, & mirificus, & iure ore domini laudatur, vſque ad vocem hanc:
Inter natos mulierum non ſurrexit maior Matt. 11.
Ioanne Baptiſta: ac ſi diceret: Præcellit cæteros, eminet vniuerſis: antecellit prophetas: ſupergreditur patriarchas, & quiſquis de muliere natus eſt, minor eſt illo, inferior eſt Aug. & Simon Cananæus apud Clem. lib. 1 recognitionum.
Ioanne. In Ioanne omnis noſtra vita quàm
B obſcura ſit, quàm reprehenſibilis, & flagello duriſsimæ animaduerſionis digniſsima demonſtratur. Ille qui plenus erat Spiritu ſancto, adhuc ex vtero matris, ille qui prædicatus à prophetis, & mundo promiſſus à domino, & tandem ad noſtram ſalutem cōceſſus, cūctis prophetis maior & excelſior, per quem ſalutare Dei Chriſtus Ieſus de- Lege Ambro. ſuper Lucam lib. 2. Et Plinij lib. 11. Naturalis hiſto. cap. 29 per totum. & li. 6. cap 30. vbi aſſerit quod certè pars quædā Aethiopū locuſtis tantum viuit, fumo & ſale duratis in annua alimenta: qui quadrageſimum annū vitæ non excedunt. Forſan propter cibum.
mōſtrabatur mundo & cōcedebatur, hic talis ac tantus pilis camelorū induitur, Zona dura pręcingit lumbos virginalis carnis, & angelicæ puritatis: locuſtas in cibum habet, non ſine myſterij ſignificatione magna, & in potum mel ſylueſtre: humum nudam in lectum delitioſum, lapidem in ceruical molle, beſtias camporum & rupes montium in ſocias & familiares, antra deſerti in aulas principum. Propter quæ omnia admirandus cunctis, tremenduſq;, cùm primo è deſertis iuſſu domini egreditur, pœnitentię honorificus & meritiſsimus prædicator, & doctor inuenitur. Hæc ſunt quæ de Ioanne Sacer Euangeliſta enarrat, & mens noſtra intueri & conſiderare potuit. Quis autem exceſſum mentis eius, altitudinē contemplationis, ſupra cunctas angelorum acies humiliſsimum volatum, diuinas ad eum reuelationes: angelorū & cæleſtium virtutum

C eloquia

Ambroſius expreſſè tenet locuſtas fuiſſe Ioan. in cibũ, quas elegãter deſcribit à naturę ꝓprietatibus, & à myſterij ſignificatióe, Cęterũ enim ſignificabãt cibus quoq; prophetici cus index officij, nuntiiq; myſterij eſt &c. vtique ignoraret.

eloquia, denique & ſupra cunctos mortales enarrare poterit vitæ curſum? Quis hęc C operatus eſt? quis tanta circa ipſum & in ipſo magnificauit prodigia? Pilis camelorum inuoluitur tenera caro pueri, & candor virgineus non ſub hominum oculos, & laudes: ſed in deſertis, ſed in montium abditiſsimis antris: ſolo Deo auctore & inſpectore. Nunquid caro eius, corpuſq; ſanctiſsimum corripiendum, coanguſtandumque erat ſub flagello & ferula tam dura? Quis camelum puero dedit in deſerto? Quis zonam contexuit, & ad menſuram puerilis corporis diſpoſuit? Taceas obſecro, ne talia obijcias. Quis pucro conuerſationem in cœlis, imò ſupra cunctos cælos conceſsit? Quis corpus infantile locuſtis, & melle, vſq; ad annum trigeſimum in magnam proceritatem perduxit? Supra naturam omnia ſunt, quæ in Ioanne reſplendent: nec numeris aut viribus naturæ cõputanda veniunt. Deus eſt qui prędixit. Deus qui conceſsit, Deus eſt qui ad finem & perfectionem perduxit. Omne

Iacob. 1.

datum optimum, & omne donum perfectum de ſurſum eſt, deſcendens à pa-

Act. 17.

D tre luminum. In ipſo viuimus, mouemur & ſumus. Pilis camelorum veſti-

3. Reg. 17

tur, vt ſimilis Heliæ appareret, ſed locuſtas edit, vt maior demonſtretur, & ſit. Helias, coruis miniſtrantibus: iuſſu domini meridie & veſperi panes & carnes manducabat per aliquot dies. Quibus tranſactis cùm torrens ſiccaretur, vbi abſcondebatur, præcepit ei Dominus vt iret in Sareptha Sidoniorum, vt apud viduam, ædito magno miraculo, ſuſtentaretur pane & oleo. Ioannes verò per multos annos in deſertis agens locuſtas, quæ immundæ non erant ſecundum legem, & mella ſylueſtria ſumebat. Vnde non legitur neque aquam frigidam neque in magnis ardoribus ſolis bibiſſe. O mundi miraculum. O diuinæ potentiæ priuilegium. O noſtræ luxuriæ, & delitiarum incorruptus iudex, & ſententia. O certè ſalutaris ſcientiæ magiſter & parens,

Luc. 1.

ſicut quondam à Zacharia dictum eſt: Et tu puer propheta altiſsimi vocaberis: præibis ante faciem domini parare vias eius. Ad dandam ſcientiam, &c. Quis vnquàm talia vidit? quis tam magna ſcripſit? Et certè vera. Quis tam ſublimia operatus eſt? Deficeret mihi tempus & calamus ad ſcribendum, quia verè deficit mens in eorum conſideratione. *Et erat Ioannes veſtitus pelis cameli, & zona pellicea circa lumbos eius.* Elias, referentibus ſeruis Achaz, vir piloſus erat & accinctus zona pellicea renibus. Angelus quoque Petro præcepit in carcere cùm vellet liberare eum, vt præcingeretur zona ad lumbos. Sed & de ſacratiſsimo Paulo legitur, quòd haberet ad lumbos ſuos zonam: ſuperuenit quidam vir à Iudæa propheta nomine Agabus: is cùm veniſſet ad nos, tulit zonam Pauli, & alligans ſibi pedes & manus dixit, &c. Et dominus præcepit in ſacris euang. debere nos præcingere lumbos: Sint lumbi veſtri præcincti. Per quod certè docemur carnalem cõcupiſcentiã mortificare. Lumbos enim præcingimus, cùm carnis luxuriam coarctamus. Per quod etiam docemur quàm verè prompti & parati debeamus eſſe ad omne opus bonum. Sic enim de ſe ipſo inquit dominus Ieſus: præcinget ſe & faciet illos diſcumbere: & tranſiens miniſtrabit illis. Quòd ſi hæc ad omnem populum ſpectant, & omnibus ſunt neceſſaria, quanto magis euangelicis prædicato- D ribus & pœnitentiæ magiſtris? Sic verè prædicatorem euãgelicum agent, eorumq; ſermo erit in poteſtate & virtute, efficax ad ſalutem. Nec talibus dici poteſt: Medice cura te ipſum. Nec verbum Pauli: Qui prædicas non furandum, furaris. Nec verbum Eſaiæ: Qui vides multa, non cuſtodis: & qui apertas habes aures, nonne audies? Prædicatorem decet pœnitentia, & gloriæ ſæcularis contemptus, & voluptatum animoſa abdicatio. Aliter continget illi, quod matri, quæ lactabat filium quem dormiens interfecit. Lac euangeliorum doctrina eſt: ſomnus mala vita magiſtrorum. Aduerſus quos præter illa quę iam diximus, eſt ſermo domini in Dauide: Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras iuſtitias meas? &c. Aduerſus quos eſt doctrina & exemplum Pauli. Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, ne cùm alijs prædicauerim, ipſe reprobus efficiar. Aduerſus quos eſt ſermo in Zacharia: O paſtor & idolum: & multa alia in hunc modum. Obſerua quòd iam præmonitus eſt dominicus populus, & grex eius, vnde nullam excuſationem habere poterit in nouiſsimo die. Super cathedram Moyſi, &c. Facite quæcunque dixe-

4. Reg. 1.
Act. 19.
Act. 21.
Luc. 12.
Luc. 17.
Euãg. prædicator qualis.
Luc. 4.
Rom. 2.
Cap. 42.
Mal⁹ prædicator.
3. Reg. 3.
Pſal. 49.
1. Cor. 9.
Lege Ambro. de paradiſo cap. 15.
Zach. 11.
Mat. 23.

dixerint vobis: ſecundùm opera eorum, nolite facere. Vtinam tales concedat dominus populo ſuo magiſtros & doctores, quales Elias, qualis Ioannes, Petrus & Paulus. Ij quidem verè erant operarij miſsi à domino in meſſem ſuam, cum falce verbi acutiſſimi, & penetrabilioris omni gladio ancipiti, pertingentiſque vſque ad diuiſionem animæ & ſpiritus: quorum fructus manet multus, & ſublimis. Quod ſtatim declaratur in Euangeliſta. Egrediebatur ad eum omnis Iudæa regio, & Hieroſolymitæ vniuerſi, & baptizabantur confitentes peccata ſua. De talibus prædicatoribus dicitur: Poſui vos vt

Ioan. 15. eatis, & fructum afferatis: & fructus veſter maneat. Talem, tam vberem fructum miſſus à Deo Ioannes affert, vt commoueatur vniuerſa regio Iudææ, & egrediantur Hieroſolymitæ vniuerſi ad eum, confitentes peccata ſua. Quis enim in luce magna ardentis lucernæ, & illuminantis, peccatorum ſuorum tenebras non agnoſceret? Quis in bono Chriſti odore & optimo, qui ex vita Ioannis per vniuerſam prouintiã peruolabat, fœtorem ſuorum peccatorũ non abhorreret? Quis in pilis camelorum delitias corporis & ventris non condemnaret? Quis in locuſtis Ioannis & melle ſylueſtri luxuriam menſæ, & vini non deteſtaretur? Cogebantur exemplo Ioannis confiteri peccata ſua, aduerſus ſemetipſos, non bona opera in laudem & gloriam inanem, ſua peccata, non aliena. Talem fructum fert exemplaris vita doctorum. Talemque decebat eſſe Ioannem à Deo miſſum in lucem gentium, in doctorem ſalutis, in demonſtratorem agni, qui tollit peccatum mundi, hoc eſt Ieſu Chriſti domini noſtri: ꝑpter quod in Euangeliſta ſequitur. *Et prædicabat dicens: Veniet fortior me, poſt me, cuius non ſum dignus procumbens ſoluere corrigiam calciamentorum*

Materia principalis prædicatio nis Ioãnis. *eius.* Præcipuum officium ad quod miſſus erat Ioannes, iam deſcribitur, principaliſq; materia prædicationis eius. Ad hoc certe venit, vt teſtimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum. Tria vel quatuor præcipuè teſtatus eſt Ioannes de domino Ieſu. Quòd ipſe eſſet, qui baptizabat in Spiritu ſancto & igni. Quòd eſſet agnus Dei, qui tollit peccatum mundi. Deniq; quòd verè ſit Dei filius. Sed hoc patris teſtimonio cœlitus miſſo conteſtatum & confirmatũ eſt. Et prædicabat dicẽs. *Veniet poſt me fortior me: cuius nõ ſum dignus. &c.*

A O certè magne Ioannes: ô verè iuſte & ſancte, & ſupra cunctos, qui de mulieribus nati ſunt, maior & excelſior. Inter omnes hęroicas virtutes, quæ virum hunc angelicum magnificarunt, & clariſsimum reddiderunt, nõ obſcuro loco iacet humilitas: quæ iam nunc declaratur, & ſole illuſtrior vbique lucis ſuę radios diffundit. Non ſum dignus inquit, procumbens in terram ſoluere corrigiam *Ioannis humilitas.* calciamentorum eius, qui poſt me veniet in publicam & ſolennem prædicationẽ pro ſalute cunctorum hominum. Ac ſi diceret: Ego qui apud vos magnum locum & opinionem habeo, imò & longè maiorẽ quàm decet: ego talis ac tantus in conſpectu veſtro, non ſum dignus procidens ſuper faciẽ meam, ſoluere corrigiam calciamentorum eius, qui ſtatim poſt me veniet. Ex ſeruorũ *Similitudo* nobilitate, apparatu, & gloria coniectari ſoles, qualis & quantus ſit eorum dominus & rex. Talis ac tanta eſt celſitudo glorię & maieſtatis eius, quod ipſum in patris æqualitate trementes, ac venerantes cæli virtutes adorant: & ante thronum altiſsimæ & incomprehenſibilis bonitatis eius mittunt coronas ſuas quicunque in cęlo ſunt potentes, ſublimeſque glorioſique. Talis ac tantus eſt qui inter vos ambulat, ſedet & loquitur, quem vos nec ex facie ipſa ſcitis: ſed neq; ego, niſi in Spiritu ſancto: cui non ſum dignus in viliori humilioríque officio procumbens ſuper terram ſeruire. Hæc eſt Ioannis fidelitas ad Chriſtum & ad ſpõſam eius Eccleſiam, cui ſecuriſsimè honorem ſuum, mundique ſalutem altiſsimus commiſit. Non rapuit diuinam Meſsiæ autoritatem, etiam offerentibus Iudæorum primatibus, imò totus igne diuino ſuccenſus, ardenſque conſtanter negat ſe eſſe Chriſtum, & nunc ſub pedibus Ieſu iacens, vt canis domeſticus domino ſuo blanditur, & iacens ſuper terram nõ tam propriam profitetur humilitatem, quàm Meſsiæ excellentiam & gloriam. Non ſum dignus (inquit) procumbens ſoluere corrigiam calciamentorum eius. Non dixit in corde *Eſaie 41.* ſuo: Aſcendam ad montem teſtamenti: & ero ſimilis altiſsimo, &c. Sed quid inquit? Non ſum dignus procumbens ſoluere corrigiam calciamentorum eius: propter quod honorari meruit à Chriſto, & præcellere cunctos mortales. Non enim ſurrexit maior Ioanne Baptiſta. Sic Paulus & Barnabas, cùm ſacerdotes Iouis, qui erant Lyſtris

offerre vellent eis victimas, tanquam Dijs (appellabant enim Paulum Mercurium, & Barnabam Iouem, ędito magno miraculo à Paulo) dixerunt clamantes: viri fratres quid hæc facitis? Et nos mortales ſumus, ſimiles vobis homines, annunciantes vobis, ab his vanis conuerti ad Deum viuum. Vere fidelis ſeruus & prudens magnus Ioannes, qui non rapuit diuinum honorem: ſed confeſſus eſt & non negauit, quòd ipſe non eſſet Chriſtus. Cuius famulatus tanti erat habendus, vt neque ipſe, dignus aut ſufficiens iudicari deberet, ad ſoluendam corrigiam calciamentorum eius. Magna virtus fidelitas. Vide ex his quantum Ioannes commendatur. ſed quàm magna ſint, quæ nos doceat obſerua. Docet in primis timorem & reuerentiam, humilemque mentis & corporis habitum ad Chriſtum Ieſum dominum noſtrum, ante eius celſitudinem & maieſtatem: & conſequenter vitæ viam & ſalutis demonſtrat. Scriptum eſt enim: Ad quem aſpiciam, niſi ad humilem & trementem ſermones meos? Nō *ſum dignus inquit procūbens ſoluere corrigiam calciamentorū eius.* Cum ſatis humiliabat cor ſuum Abraham ad dominū dicebat: Loquar ad dominum meum, cum ſim puluis & cinis. Sed & Moyſes & Aarō corruentes ſuper facies ſuas in tabernaculo domini, orabant pro populo ſuo. Noſter Ioannes inquit: Non ſum dignus, &c. Verè ſublimior & præſtantior humilitas Ioannis, quàm horum patrum. Non in præſentia Chriſti, ſed coram magna multitudine, quæ exiſtimabat ipſum Ioannem eſſe Chriſtum: iam procumbit profeſſione & mente ad pedes domini Ieſu & profitetur quòd non ſit dignus ſoluere corrigiam, &c. Verè in hoc parauit viam domino: dum docet quanta cum humilitate & tremore ſtare: imò procedere debeamus coram domino Ieſu, & miniſtrare coram ipſo. O certè magiſter paruulorum, eorum ſcilicet quos amplexatur dominus Ieſus; ſuper quos imponit manus ſuas: de quibus dicit: niſi conuerſi fueritis & efficiamini ſicut paruuli. qui exaltandi quidem ſunt in ſublimibus thronis. Docet itaque humilem mentis & corporis habitum coram domino Ieſu: ſed maximè in tremendo altari eius: vbi ſub ſpeciebus panis & vini latent res eximiæ. Chriſtus totus, caro & ſanguis eius, Deus & homo. Sit ergo Ioannes magiſter quotidianus ſacerdotibus (filius quidem eſt ſacerdotis) ſit inquām magiſter timoris & reuerentiæ: ſit & omni populo; per quæ omnia diuinum ſuffragium conciliabit. Docuit Regius propheta magnam hanc ſapientiam. Venite adoremus. Quo obſecro mentis habitu? Nunquid aſtantes? Procidamus ante Deū. Quæ eſt ratio tantæ humiliationis, cum genus Dei ſimus, naturæque ſublimis? Quia eſt dominus Deus noſter. Nos autem populus eius, & oues manus eius. Sic & magi procidentes adorauerunt puerulum Ieſum in præſepio decubantem. Sic tandem dominus Ieſus coram patre ſuo in nocte benedictæ paſsionis oraturus procidit ſuper faciem ſuam. Denique ſcriptum eſt: Humiliamini ſub potenti manu Dei: vt vos exaltet in die viſitationis. Quanta ſint quæ ad veram humilitatem etiam inuitos nos trahant, nec locus, nec tempus enarrandi ſupereſt. Puluis & cinis es ô homo, qui ante faciem venti diſpergitur: vermis & horribilis putredo, cæcus, nudus, pauper, denique & peccator: de quo ſtatim redibit ſermo. Dic ergo cum Ioanne: Non ſum dignus procumbens, &c. Sed quo nomine compellauit illum, de quo ſermonem agebat, cùm profitebatur celſitudinem eius propriamque paupertatem? *Fortior me* (inquit) veniet poſt me. Fortem appellat Meſſiam & dominum Ieſum. Obſerua quomodo non ſtatim nomen, aut genus, aut tribum, aut familiam illius deſcribit & indicat: Sed obſcurè & indeterminatè profert teſtimonium de illo, quem paulò poſt digito demonſtrauit. Fortior (inquit) veniet poſt me, præclarum quidem verbum (neque inuenio vbi clarius Ioannes magnificetur, quàm in ablatiuo hoc Me. Fortior me) per quod declaratur quis ſit Chriſtus, & quæ ab illo mundus vniuerſus deberet ſperare aut timere. Cum beatæ illæ & ſupernæ mentes in ſublimi triumpho Chriſti Ieſu ſupra omnes cœlos, requiſiſſent quis nam eſſet, Reſpondit magnificus inferni & mortis triumphator: Dominus fortis in prælio. In quo prelio? Nunquid copias militum & ducum ſtrenuitatem aliquando habuit in prælio & certamine dominus Ieſus? Imò quando illum multitudo hominum rapere cupiebant, iam iamque parabant diadema regium, vt eum ſibi regem conſtituerent, fugit in deſertum. Tantum abeſt vt rex temporalis, materiale bellum aduerſus magnum principem aliquando

Marginal notes (left): Actuo. 14 — C — *Timor & reuerentia erga Chriſtū à Ioanne docetur.* — Eſaie. 66. — Gen. 18. — D — Num. 20. — *Ioannes humilitas.* — Matt. 18. — *De quibus ad longum cū Clemente Alexandrino. c. 9.* — *Timor & reuerentia erga ſacramentū altaris.*

Marginal notes (right): Pſal. 94. — Mat. 2. — ibi. cap. 26 — 1. Petri. 5. — *Humilitatis cauſæ multæ.* — *Nota valde.* — *Ieſus fortior Ioāne.* — Pſal. 23.

quando inſtituerit. Accingere (inquit ad
eum pater ſuus Dauid) gladio tuo ſuper fœ- A
mur tuum potentiſsime. Majus nomen hoc
eſt. Potentiſsimus enim dicitur. Fortior
appellatur à Ioanne: potentiſsimus à Daui
de. Potens ergo in prælio & fortis. Aduer-
ſus principem huius mundi non gladio ma-
teriali, ſed iuſtitia, & obedientia mortis di-
micauit, & fecit victoriam. Propter hoc po
tentiſsimus, & fortior dominus Ieſus, quia
obediens vſque ad mortem, mortem autem
crucis. De quo propheta in eodem loco:
Propter veritatem & manſuetudinem & iu
ſtitiam (quæ non ſolent de inimicis trium-
phare: ſed mendatium, furor & dolus imma
niſque ira) deducet te dextera tua. Quò de-
ducet illum dextera ſua? vſque ad trium-
phum aduerſus diabolum, ſerpentem anti-
quum: vſque ad ſedem dominicam, &c. *For*
tior me uenit poſt me. Ac ſi diceret: Ego qui-
dem dono & gratia eius parare poſſum viã
illius: ipſe autem opus redemptionis & re-
parationis mundi perficiet: in quo diabo-
lus, mors, & peccatũ ſub pedibus eius erunt:
Quæ ſpera denique & infernus. Hæc omnia ſperare
re debea- habes & debes à Chriſto: victoriam aduer-
mus à Chri ſus diabolum: reſurrectionẽ aduerſus mor- B
ſto. tem: remiſsionem & gratiam aduerſus pec-
catum: regnum cœlorum aduerſus infer-
Ioan. 12. num. Scriptũ eſt enim: Nunc iudicium eſt
mundi, nunc princeps huius mundi eijcie-
Ioan. 11. tur foras. Scriptum eſt etiam. Ego ſum reſur
Rom. 5. rectio & vita. Et alia ſcriptura inquit: Per
vnum hominem peccatum, &c. Et ſicut in
1. *Cor.* 15 Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto
omnes viuificabuntur. Gratia & veritas per
Ioan. 1. Ieſum Chriſtum facta eſt. Denique Pau-
Colo. 2. lus magnificè de hoc triumpho & poten-
tia Chriſti inquit, & de cæteris quæ modo
commemorauimus: Vos cum eſſetis mor-
tui in delictis & præputio carnis veſtræ,
conuiuificauit cum illo; donans vobis o-
mnia delicta. Delens quod aduerſus nos
erat, chyrographum decreti, quod erat con
trarium nobis, & ipſum tulit de medio: affi
gens illud cruci: expolians principatus &
poteſtates, traduxit confidenter, palam,
triumphans illos in ſemetipſo. In his poten
Triũphus tia eximij ducis Chriſti comprobatur. De-
Chriſti ad leuit ſanguine ſuo atramentum Euæ, & chy
inferos. rographum quod erat contrarium nobis,
De quo in etiam aduerſus iuſtum Abel, aduerſus ſan-
fra cap. 15 ctum Abraham & dilectum Iacob, &c.

Tunc expoliauit principatus & poteſtates:
A quia eduxit animas ſanctorum, quæ ex in
obedientia Adæ tenebantur in limbo. Et
traduxit palàm non furtiuè, aut in noctis
ſilentio dormientibus cuſtodibus ſicut la-
tro aut imbecillis: imò cunctis videntibus
& frementibus dæmonibus cum principe
ſuo. Triumphauit in ſemetipſo. Non in
brachio Michaëlis, ſicut olim in cœlo, qui *Michael.*
aduerſus ſerpentem fecit victoriam. Hic
verò triumphus cùm ad redemptionem
ſpectet, non angelorum aciebus, aut milli-
bus committitur, non enim angelis ſubie- *Heb. 2.*
cit orbem terrę futurum, de quo loquimur:
ſed in ſemetipſo triumphat. In exilium
mittere, aut in carcerem conceditur Mi-
chaëli, traducere autem vinctos, qui erant
in lacu ſine aqua, nulli eorum contigit,
ſed ei, cui dicitur: Tu quoque in ſanguine *Zach. 9.*
teſtamẽti tui, emiſiſti vinctos tuos de lacu,
in quo non eſt aqua. Hic eſt dominus Ie- *Exponitur*
ſus Chriſtus. Attende obſecro quàm ma- *hæc pro-*
gna & ſublimia ſub vno verbo complexus *phetia c. 8.*
eſt, magnus Ioannes, cùm dixit: Fortior *& cap. 15.*
me, veniet poſt me: quæ à domino per ſan *ad longũ.*
ctos ſuos Apoſtolos nobis ſunt reſerata:
B Quòd ſi ad potentiam diuinitatis, qua con-
dita ſunt omnia, cœlum, terra, & cũcta quæ
cœli & terræ ambitu continentur, referre
vis verbum Ioannis, *Fortior me*: vide &
conſidera cui contradices ô homo in pec- *Peccator*
catis tuis. Iam dictum eſt per prophetam. *contra om-*
Væ qui contradicit factori ſuo: teſta de ſa- *nipotẽtem*
mijs terræ. Et Dauid dixit. Pones eos vt cli *ſe rebellat.*
banum ignis. Dominus in ira ſua contur- *Eſaiæ 45.*
babit eos & deuorabit eos ignis. Ego tamẽ *Pſal. 20.*
puto quod de fortitudine iuſtitiæ Chriſti,
quæ in morte ſua inuenta eſt, ſermonem a-
gat Ioannes. Nec ſic infirmum eſt argumen
tum, quod ad comprimendam audaciam
peccatoris multam ex verbo Ioannis con-
fecimus. Iuſtitiam enim mortis Chriſti con
temnere, capitale crimen eſt. Et ſcriptum
eſt. Qui autem verba eius quæ loquetur in *Deute. 18*
nomine meo, audire noluerit, ego vltor
exiſtam. Docet Ioannes debere nos maio
ribus & ſapientioribus ſubijci, et eis cedere.
Illa ſententia mihi probatur, cum de re-
demptoris virtute apud Ioannem ſit ſer-
mo: & cùm ſibi ipſi Chriſtum præponat,
dicens. *Fortior me.* In Chriſto namque po
ſuit Deus opus reconciliationis, in Ioanne
autem verbum illius. Vide quantum diſtet

opus à verbo reconciliationis, tantùm longeque fortior Ioanne inuentus eſt Chriſtus. Quòd ipſemet exponit, cum dicit. *Ego baptizaui vos aqua, ille baptizabit vos Spiritu ſancto.* Hoc eſt ſecundum teſtimonium, quod perhibuit Ioannes de Chriſto. Magnum quidem eſt & ſublime. Probat in illo eleganter quantò fortior ſit Chriſtus, cùm inquit: Ego baptizaui vos aqua: Ille autem de quo mihi eſt ſermo grandis & verus, qui poſt me veniet in ſolennem & publicam prædicationem, & manifeſtationem, baptizabit vos Spiritu ſancto. Baptiſma meum corpus abluit, non mētem, & ſpiritum. Baptiſmus autē illius, de quo teſtimonium perhibeo, qui poſt me veniet, corpus tanget, & cor abluet. Continet enim gratiā, & dignè ſuſcipientibus confert eā. Baptiſmus meus initiat ad Chriſtū. Baptiſmus Chriſti cōſecrat Spiritui ſancto templū, in quo deinde inhabitat per gratiā. Incōparabiliter ergo fortior me eſt ille, qui ſtatim veniet poſt me: nec vanè aut colens adulationē, hęc de illo prædico: tanquā beneficiū aliquod recepturus ab eo, cùm certiſsimè ſciam & prædicem poſt me, poſt curſum miniſterij huius, quod à domino ſuſcepi, illum eſſe venturum, non in gloria & temporalis regni diuitijs, imò in multa humilitate & paupertate: à quo crucem potiùs vt fidelis ſeruus debeam ſperare: baptiſmus ergo illius longè præſtantior erit, quàm hic meus, quia baptizabit vos Spiritu ſancto. Obſerua obſecro in quo comprobare inſtituit Dei filius, quòd fortior præſtantiorque eſſet Ioanne: nimirùm in conſecratione noſtræ mentis, per inhabitantem ſpiritum ſuum in nobis. In hoc comprobare ſtatuit quòd maior Ioanne ſit habendus, in ſummo dono, in donatione Spiritus ſancti. Bone Deus, quàm clemens & miſericors es erga nos, & genus noſtrum. Fortitudinem tuam comprobaſti in Aegypto contra Pharaonem & exercitum eius: cùm tandem in mari demerſiſti eos: In nobis autem comprobas fortitudinem bonitatis tuæ, cùm in aqua baptiſmatis tui, & Pharaonē iterum ſubmergis, & veri Iſrael filij ſicco veſtigio tranſeunt, non in Hieruſalem, quæ in Paleſtina inuenta fuit, ſed in cœleſtem, vbi vera fœlicitas, perfectaque beatitudo, & vbi mergitur Elephans, id eſt diabolus, natat agnus, id eſt vnius diei infans in Spiritu ſancto regeneratus: & in templum ipſi, vt vero Deo & domino noſtro conſecratur. De quo Apoſtolus: Neſcitis quia corpora veſtra templum ſunt Spiritus ſancti? Baptiſmus ergo Chriſti penetrat animam, ipſamque ſanctificat, mundatque ab omni ſorde & peccato. De quo Apoſtolus: Chriſtus dilexit Eccleſiam. In quo dilexit? In quo dilectionem ei oſtendit? Et tradidit ſemetipſum pro ea. Quid conſecuta eſt ex morte Chriſti? Vt illam ſanctificaret. Quo dic nobis medio, & ordine, vel inſtrumēto? Mundans eā lauacro aquę in verbo vitę. Hoc verbū eſt: Ego te baptizo in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti. De quo in fine operis ad lōgum cum Athanaſio. Quāta eſt hæc munditia? Qualis decet ſponſam Chriſti: non habentē maculā neq; rugā, neq; aliquid huiuſmodi. Per omnia mūdat lauacrū aquæ in verbo vitæ in ſacro baptiſmate: quod regulariter in alijs ſacramētis non inuenitur. Vnde habet baptiſmus tantam virtutem, præcipuè cùm non inueniatur in eò abundantior gratia, quàm in confirmatione, vel ſacra communione? Rem aperit Apoſtolus ad Romanos: An ignoratis fratres quia quicunq; baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte eius baptizati ſumus? Conſepulti enim ſumus cū illo per baptiſmū in mortē: vt quomodo Chriſtus reſurrexit à mortuis per gloriā Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus, &c. Vt deſtruatur corpus peccati, vt vltra nō ſeruiamus peccato. In qua ſentētia illud verbū nota. In morte eius baptizati ſumus. Dnm gloriæ in hoc Chriſtū Ieſum cōfitemur, & cruce pro tropheo aduerſus diabolū vtimur: Chriſtiq; virtus, noſtrū ſigillū eſt ad ſalutē, vnaq; cum Chriſto crucifixi, pluſquā lex, pluſquam iuſtitia legis ſanctificat. Atq; ideo in mortem eius baptizamur, quia mors illius nō pœna peccati, neq; comparabilis cū morte Adę, ſed peccati mortiſque per peccatū obnaſcentis expiatio fuit. Sic Athanaſius. Ex hoc quidem ſacrū Chriſti baptiſma, tam efficax, tantæq; virtutis: de qua Ioannes: Baptizabit Spiritu ſancto, id eſt, in baptiſmo ſuo baptizatis dabit Spiritum ſanctum. Quod ſolius eſt Patris aut filij ei conſubſtantialis: à quibus tanquam ab vno principio procedit Spiritus ſanctus: propter quod ab eis mittitur & datur. In quo apertè docet, quòd Meſsias ſit verus Deus,

Teſtimonium ſecundum Ioānis de Chriſto.

Baptiſmatis Chriſti & Ioannis differentia.

Clementia Chriſti in nos.

Exo. 14.

C

1. Cor. 6.

Epheſ. 5.

Mat. 28.

Baptiſmus potentior cunctis ſacramētis regulariter.

D

Cap. 6.

Nota valde.

Athan. in de incarnatione verbi Dei.

Meſias Deus.

Deus, ſiquidem dat Spiritum ſanctum, remittitq; peccata; de quo in remiſsione peccatorum illius paralytici: Quis poteſt dimittere peccata niſi ſolus Deus? Conſidera ergo quanta quàmque magnifica ſint, quę tibi à domino conceduntur. Conſecratus es in templum Spiritus ſancti. Sanctificatus es in illo: mundatus ab omni inquinamento peccati, regeneratus in Dei filium & hæredem regni. Sed attentius obſerua, quam aduerſus diuinæ gratiæ irriſores decernit ſcriptura pœnam. Neſcitis (inquit Apoſtolus) quia templum Dei eſtis vos, & ſpiritus ſanctus habitat in vobis? Si quis autem templum Dei violauerit, diſperdet illum Deus. Et alio loco inquit, Quanto magis, exiſtimatis deteriora mereri ſupplicia, qui filium Dei conculcauerit, & ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit, in quo ſanctificatus eſt, & ſpiritui gratiæ contumeliam fecerit? Scimus qui dixit: Mihi vindictam: & ego retribuam. Horrendum eſt incidere in manus Dei viuentis. Obſerua iterum quàm multa bona tibi promittit Ioannes, dum docet Chriſtum baptizare in Spiritu ſancto: per quem conſecrantur baptizati & regenerantur in ſpem viuam, immarceſsibilem conſeruatam in cœlis. Habes ab ingratitudine tua, & iniqua voluntate tormenta præparata vſque ad inferni nouiſsima, & ignem æternum, cùm facias in præſenti ſæculo contumeliam Spiritui ſancto, & violes, præcipuè ex luxuria, templum habitationis eius: hoc eſt, corpus tuum. Amanda ac valde diligenda illa ſunt: & hæc timenda & fugienda, reparandaque per pœnitentiam & per baptiſmi flaminis: de quo aliquando Chriſtus ſuis diſcipulis dicebat: Ioannes quidem baptizauit aqua: vos autem baptizabimini Spiritu ſancto. Vide ex hoc teſtimonio quàm fidelis eſt Ioannes domino ſuo: eadem ſunt verba Chriſti & Ioannis. Non gloriabatur vanè & ſtultè, nec iactabat ſemetipſum, aut ſuum baptiſmum, vt in ipſo ſperarent homines, qui certatim ad ipſum Ioannem confluebant, ſed Chriſtum deſiderare docebat, & in illum omnem ſpem collocare, dicens. Ego baptizo vos aqua: ille autem baptizabit vos in Spiritu ſancto. Ac ſi diceret: Videte quanto illum, cùm apparuerit, debetis proſequi amore, & reuerentia, cùm poteſtatem habeat concedendi Spiritum ſanctum cuicunquè voluerit, cùm nimirùm ſit verus Deus. Hoc eſt ſecundum teſtimonium Ioãnis de Chriſto Ieſu. Tertium mutuabimus à beatiſsimo Ioanne: cùm reſtanta debeat omnibus numeris ſuis abſolui. Propter hoc quidem hanc prouinciam magnam delectabiliter aſſumpſimus, propter teſtimonium inquam Ieſu Chriſti domini noſtri. Dixit etiam Ioannes, demonſtrans Ieſum, dominum noſtrum, iam declarando perſonam ſingularem, quam oracula omnium prophetarum reſpiciebant, & teſtimonia ipſius Ioannis: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi*. Per quod immolationi oſtendit deſtinatum, cùm agnum eum compellat: ſed & ſalutem & vitam æternam, quæ nobis per ipſum contingunt, indicat, cùm inquit: Dei. Non nouum verbum hoc eſt in ſacra ſcriptura veteris teſtamenti. Familiare ſiquidem erat Eſaiæ, cum de illo inquit, ſicut ouis ad occiſionem ducetur, & ſicut agnus coram tondente ſe obmuteſcet. Quanta autem ſit agni manſuetudo, per ſe eſt manifeſtum. Nec propter hoc minus nobile eſt nomen hoc, minoriſue authoritatis, quàm cum Leo de tribu Iuda dicitur, aut gigas ad currendam viam exultans, & huiuſmodi, quæ paſsim oſtendes in libris prophetarum. Eſaias namque agnum hunc, quem Ioannes Dei agnum appellat, dominatorem vniuerſæ terræ profitetur. Emitte domine agnum dominatorem terræ de petra deſerti ad montem filiæ Sion. Mirabile quidem eſt, quòd agnus, terræ ſit dominator. Quod ſi hoc Leoni concederet, potentiæque eius, non tantum locum admiratio haberet. Quod autem hoc tribuat agno, nunquid non mirabile? Et quid mirabilius? Dominantur ſuper terram principes & tyranni, vi & potentia armorum, inſatiabilique cupiditate regnandi. Superbia, ambitio, ira, furor immanis & crudelis, honoris & faſtigij dignitas, & ſitis regnãdi, arma & calores belli miniſtrãt vſq; ad victoriã. Quæ omnia quã aliena ſint à natura agni, ipſa docet experientia. Manſuetus ſiquidem ſupra cuncta terræ animantia inuenitur. Paucis contentus ſub gladio patiens & tacens. Non dixit hæc ſcriptura: Emitte Leonem, dominatorem terræ, aut gigantem potentiſsimum: Sed cùm ad agni contemplationem aſcendit mens prophetæ, dum ſpiritus ipſum illuminabat, dominatorem terræ eum agnoſcit & confi-

Marginalia: Luc. 9. — Dona in baptiſmo. — Timor domini. — 1. Cor. 3. — Heb. 10. — Deut. 31. — Act. 1. — Teſtimonium 3. Ioan. de Chriſto. — Ioan. 1. — Agnus Dei Nota valde — Cap. 53. — A — Apoc. 5. — Pſal. 18. — Cap. 16. — Agnus dominator terræ. — B

& confitetur. Illum ſcilicet dominatorem
Cap.3. de quo Malachias:ſtatim veniet ad templũ C
ſuum dominator, quem vos quæritis. Qui
iure redēptionis dominator eſt, non ſolum
terræ, ſed cæli: ſicut ipſe dominus Ieſus
poſt ſacram reſurrectionem Apoſtolis di-
Matt.28. cebat: Data eſt mihi omnis poteſtas in cœ
lo & in terra. Iure ergo redemptionis, per
quam mundum à duriſsima peccati ſerui-
tute liberauit, dominator eſt agnus Dei
vniuerſæ terræ: vt interim cætera iura ta-
Amb.lib.2 ſuper Lucam. ceam. De quo beatus Ambroſius: Plus do-
mine Ieſu tuis iniurijs debeo, quòd redem-
ptus ſum, quã operibus, quod creatus ſum.
Hic eſt agnus dominator vniuerſæ terræ:
per cuius redemptionem totus mũdus ſub-
Rom.3. ditur Deo, ſicut comprobat Paulus: Ob-
ſtruatur omne os, id eſt, obmuteſcat, cum
non habeat vnde glorietur: non inueniens
quod de meritis ſuis iactet. Quia omnes de
clinauerunt, & facti ſunt inutiles: & ſub-
ditus fiat dominatori vniuerſæ terræ, om-
nis mundus. In nominibus ergo Leonis
& Gigantis potentiam intuere Meſsiæ: in
nomine autem agni, miſericordiam & cle-
Exo.12. mentiam mediatoris. Agni enim immo-
latione liberatus eſt Iſrael à dura ſeruitu- D
te Aegypti ſub Pharaone. Vnde ſanguis
eius datus fuit in ſignum: Quod nimi-
rum præter ſpeciem, quam ſenſibus inge-
rit, aliud repræſentat: ſignabat ſiquidem li-
Rom.3. berationem omnium hominum à tyranni-
de & ſeruitute peccati. De qua Beatus Pau
lus: Omnes peccauerunt, & egent gloria
Dei, iuſtificati gratis per gratiam ipſius per
redemptionem, quæ eſt in Chriſto Ieſu:
Eph.1. Quem poſuit pater propitiatorem per fi-
dem in ſanguine ipſius. Et alio loco in-
quit: Gratificauit nos in dilecto filio ſuo,
in quo habemus redemptionem per ſangui
nem eius redemptionem peccatorum, ſe-
cundum diuitias gratiæ eius. Et in eadem
epiſtola poſt multa, quæ ad hanc rem ſpe-
ctant per totum caput ſecundum, tandem
Sanguis Chriſti effuſus nõ caſu, &c. ad hoc peruenit. Nunc autem in Chriſto,
vos qui aliquando eratis longè, facti eſtis
prope in ſanguine Chriſti. Qui non caſu,
aut fortuitò effuſus eſt in remiſsionem pec
catorum: ſed ab æterno præordinatus, &
Apoc.13. ab initio peccati præmonſtratus, promiſſus,
& præparatus. Propter quod dicitur agnus
Gen.4. occiſus ab origine mundi, id eſt, præparatus
ad occiſionẽ, & prædemõſtratus in oblatio
ne Abel iuſti, qui de pinguibus agnum offe

rens, Deo placuit. Vnde in rei huius ſignũ 3.Reg.18
C inflammauit Deus ſuper eum, & ſuper mu-
nera ſua, ſicut poſtmodũ ſuper ſacrificium
Eliæ. Habes multa ex his, ad noſtram ædifi
cationem & ſalutem. Primum, quòd ſicut
dominus Ieſus dictus eſt agnus, ſic & popu
lus eius, pretioſo ſanguine ſuo acquiſitus:
Dicente ipſo ad Petrum: ſi diligis me,
paſce agnos meos. Eſto tu agnus man- Chriſtiani agni ſũt.
ſuetudine in iniurijs, ſicut agnus Dei Chri
ſtus: Qui cùm malediceretur, non male-
dicebat, cùm pateretur, non commina- 1.Pet.2.
batur. Imò pro crucifixoribus orabat.
Eſto tu agnus innocentia, ſicut & agnus
Dei Chriſtus, qui peccatum non fecit, Luc.23.
neque inuentus eſt dolus in ore ſuo. Caue
ne ſis hœdus. Collocandi enim ſunt hœdi Eſaiæ.53.
in nouiſsimo die ad ſiniſtram iudicis: cu-
ius labia indignatione plena, clamabunt: Mat.25.
Ite maledicti in ignem æternum. Obſer-
ua ſecundò quod certè obnoxius es agno
Dei iure redemptionis: de quo beatus Pe- 1.Pet.1.
trus. Non corruptibilibus auro & argen-
to, &c. ſed pretioſo ſanguine agni imma-
culati, & incontaminati Chriſti: O no-
ſtram ingratitudinem. Væ nobis, qui tan-
D tam negligimus ſalutem. Nonne legiſti,
quæ vera fide dixit Ambroſius: Plus do-
mine tuis iniurijs debeo, &c. Tua nanque
creatio imperio ſuæ voluntatis perfecta
eſt: redemptio autem ſanguinis pretio &
turpiſsima crucis morte. Iure optimo lo- Nota.
cum hunc ſibi vendicat ardens conſidera-
tio prophetæ, cùm inſatiabili animi deſi-
derio dicebat. Quid retribuam domino Pſal.115.
pro omnibus quæ retribuit mihi? nil ſuffi
ciebat grato animo Dauidis, niſi & mar-
tyrium ſubiret, oppeteretque mortem pro
Deo: vnde in deſiderio multo dicebat: Ca Ricardus de S.victo. in de gradibus charitatis. parte.1 cap.1.
licem ſalutaris accipiam, &c. Admirantes
enim animæ religioſæ, & amplexantes
in Chriſto illum amoris exceſſum (de quo
Moyſes & Elias cum ipſo Ieſu in mon-
te) quo propoſito ſibi gaudio, ſuſtinuit
mortem, & crucis ludibria, confuſione & Matt.17.
ignominia eius contempta: vicem non re- Heb.12.
pendere confunduntur: atque paſsionis eius
ludibrijs, quaſi quibuſdam aculeis incita-
ti, feruntur efferænes in amoris abyſſum.
in profundum charitatis: id omninò & ſo-
lum modo quærentes & dicentes: Quid re-
tribuam domino pro omnibus quæ retri-
buit mihi? Sicq; quadam ſana inſania, men-
te tranſlati, parum amare ſe reputant, ſic
amati.

amati. Hæc denique docẽs Paulus dicebat:
1. Cor. 6. Empti eſtis pretio magno, glorificate Deũ
in corpore veſtro. Magnitudinem redem-
ptionis per agnum Dei factæ, ex parte co-
gnouiſti: iam quid tibi ſit agendum in lau-
dem, & gloriam authoris ſalutis tuæ audi:
Glorificate (inquit Apoſtolus) & portate
Deum in corpore veſtro. Hoc ſummę curę
Glorifica- debet eſſe Chriſtianis, glorificare & porta-
re Deũ in re Deum in corpore. Quid eſt in corpore?
corpore, In oculis, ex vera mortificatione. In auri-
quid ſit. bus, ex aſsidua auditione verbi Dei: obturã
Eſaie. 33. do eas, ne audiant ſanguinem, hoc eſt, mur-
murationis ſermonem, & opprobrium ad-
uerſus proximum ſuum. In lingua quæ ſolũ
Deum laudare, & benedicere, & proximum
deuia ſalutis inſtruere ſciat. Nihil turpe aut
inhoneſtum, aut criminoſum loquẽdo con
tra fratrem. In manibus, quæ puræ contra
cælum eleuentur, & ad miſericordias paupe
rum & egenorum extendantur. Hęc omnia
docet ſcriptura mille locis. Hoc eſt glorifi-
Mat. 5. care & portare Deum in corpore. Sic imple
tur domini pręceptum: lux veſtra luceat co
ram hominibus, vt videant opera veſtra bo
na, & glorificent patrem veſtrum qui in cœ
lis eſt: Hæc & cætera omnia vſque ad mar-
tyrium, ſi opus fuerit, debemus agno Dei,
qui immolatione ſua tulit peccatum mũdi.
Vtrumque dixit Ioannes: *Ecce agnus Dei:*
ecce qui tollit peccatũ mundi. Bis dixit. Ecce, ac
per hoc licet vnam perſonam, & vnum do-
minum noſtrum Ieſum Chriſtum demon-
ſtrauerit, duo tamẽ de illo prædicauit. Ecce
Agnus agnus Dei: Ecce qui tollit peccatum mũdi.
Chriſtus *unde.* Aliud ergo eſt hoc ſecundum. Primum per
incarnationem & diſpenſationem magni
myſterij factum eſt. Immortalis nanque &
diuina natura expers eſt doloris & paſsio-
nis. Vnde ſi Chriſtus agnus eſt, hoc à no-
ſtra mortali carne habet per ſuam incarna
tionem. Qua factum eſt ex ſumma erga
nos, & genus noſtrum dilectione, vt mor-
talis & paſsibilis permaneret: neque eſſet
Leo ex immortalitatis fortitudine: quod
pro ſancta reſurrectione reſeruatum eſt: ſed
agnus ex noſtra infirmitate: quod pro no-
ſtra reparatione actum eſt. Hoc in prima
parte teſtimonij huius declaratur, cùm Ie-
ſus Chriſtus dominus noſter agnus Dei di-
citur. Iam ſecundo loco inquit: Qui tol-
Beda. lit peccata vel peccatum mundi, prout le-
S. tho. 3. *p.* git Beda, & Sanctus Thomas: Verbum
q. 1. *ar.* 2. præſentis temporis eſt. *Qui tollit*, inquit:

Non dixit, qui abſtulit, aut tollet pecca-
A tum mundi. Et certè ſic eſt: peccatum *Peccatum*
enim mundi, per quod inobediẽtiam Adę *mundi quis*
intelligimus, per mortem Chriſti deletum *le.*
fuit. De quo ſupra Apoſtolus: Delens *Col.* 2.
quod aduerſus nos erat chyrographũ decre
ti, ipſum tulit de medio, affigens illud cru-
ci. Et mundi redemptio, nõ ſolùm ex mor-
te Chriſti conſtat: verùm ab exordio incar
nationis ſuæ inchoata eſt, conſummata ve-
rò in morte. Propter hoc proculdubio Ioã-
nes dixit: qui tollit peccatum mundi, vtens
verbo præſentis temporis. Quod ſi peccata
prout lectio communis habet, legas, ad-
huc proprietatem ſeruat ſermo Ioannis, &
eius interpretatio. Tulit nimirùm domi-
nus Ieſus mundi peccata, & eorum fa-
ctus eſt redemptor ab vtero & ab vbere
matris ſuæ vſque ad crucem. Et ſic elegan-
ter dicebat: Animam meam pono pro oui- *Ioan.* 10.
bus meis. Et alio loco. Opus conſummaui,
quod dediſti mihi: de morte ſua certè
agebat. Vnde in cruce: conſummatum
eſt: quia principaliter & perfectè ſangui-
ni crucis adſcribit ſcriptura noſtram re-
demptionem. Pacificans per ſanguinem *Heb.* 9.
B crucis, ſiue quæ in cælis, ſiue quæ in ter-
ris ſunt. Sine ſanguinis effuſione non fit
remiſsio. Propterea in calicis conſecratio-
ne dixit: Hic eſt ſanguis meus, qui pro mul- *Mat.* 26.
tis effundetur in remiſsionẽ peccatorum.
Obſerua ꝙ certè ſanguis Chriſti ante quàm
funderetur erat in remiſsionem peccatorũ.
In hoc ſanguine fundẽdo eductus eſt à deli
cto ſuo generis noſtri primus parens: & ſan
ctificati ſunt quicunquè domino ante legẽ, *Author ho*
& ſub lege placuerunt. Habes ergo perſe- *mil.* 1. *ſuper*
uerantem virtutem agni Dei, ſanguiniſque *pſal.* 50. *ad*
eius pretioſi, pro ſalute totius mundi, ab ini *longum cũ*
tio peccati, vſque ad finem omnis carnis. *B. Cypria*
Tollit inquit Ioannes. Patet ergo cui- *no & Am*
cumquè locus ſalutis, dum ei ſuper mun- *broſio.*
dum conceditur reſpirare. De quo infra.
Habes ex his, quomodo verum ſit quod in *Locus ſa*
propheta ſcribitur: Apud dominum miſeri *lutis uſque*
cordia, & copioſa apud eum redẽptio. Cùm *in finẽ uitæ*
legis, Apud, non externam, aut alienam, *Nota ual-*
& illi aduentitiam conſideres miſericor- *de.*
diam domini, vel redemptionẽ: ſicut neq; *Pſal.* 129.
filium, cùm Ioannes inquit. Et verbum
erat apud Deum, quod nimirùm de pa- *Cap.* 1.
tris ſubſtantia genitum eſt æternaliter. Et
in Ioanne, Apud, diſtinctionem realem
Patris & Filij ſignificat. Germaniſsima

itaque & propria eſt Deo noſtro miſericor
dia,& redẽptio ,quæ copioſa dicitur,& cer C
tè ſic eſt:cùm per omnem vitam ſuam do-
minus Ieſus illam ſit operatus. Vide ergo,
quàm liceat,quàm decorum ſit vſque ad ſe-
nectam,illius obſequium dimittere:& inte-
rim luxuriari,interim ſecundum carnem vi
Eſaiæ 43. uere. Ille quidem tibi ſeruiuit in peccatis
tuis ab vtero matris ſuæ ,ſecundum dictum
prophetę, ideſt,in opere redẽptionis pecca
torum tuorum: tu verò ab vtero tranſgreſ-
ſor,& ſtatim regeneratus in Dei filium , de
honeſtas patrem tuum in mille iniquitati-
Iren.3. bus. Propter illud dicebat propheta:Bonũ
eſt viro cum portauerit iugum ab adoleſcẽ-
tia ſua, vt vel ſic gratus domino ſuo inuenia
tur : qui ab adoleſcentia opus redemptio-
nis noſtræ egit . Quartum teſtimonium
Ioannis hoc eſt : Ego vidi & teſtimonium
perhibui,quia hic eſt filius Dei:quod certè
poſt ſacrum baptiſma cõtigit:vnde illic ex-
planandum eſt : ad noſtrum Euangeliſtam
accedamus. *Et factum eſt in diebus illis uenit Ie
ſus à Nazareth Galilææ, & baptizatus eſt à
Ioanne in Iordane.* Hoc præclariſsimũ opus;
quod vnum de Cardinalibus eſt, deſcribit
Sanctus Euangeliſta: licèt non omnia quæ D
ibidem contigerunt,ſed præclariora.In die
bus illis,ſcilicet cùm omnis Iudæa regio &
Hieroſolimitæ omnes veniebant ad Ioan-
Humilitas nem, & baptizabantur ab illo. Non ſeor-
ſaluatoris. ſum à peccatoribus,venit Chriſtus ad Ioã-
nem. Sed vnus inter illos. Mirabilis humili
tas ſaluatoris,& in omnibus imitãda.Quod
Ioan.1. quàm verum ſit,audi hunc Ioannem dicen
tem. Medius veſtrum ſtetit, quem vos ne-
ſcitis.Inter peccatores ſtabat,ac ſi vnus eſ-
ſet ex illis,qui mundi peccata purgabat. In
ter peccatores veniebat ad Ioannem agnus
Dei,neque ab ipſo Ioanne agnitus aliquan-
do,vnde nec honoratus: vſq; dùm Spiritus
ſanctus illi demonſtrauit, quòd verè eſſet
rex Iſrael & ſaluator mundi. Tunc quidem
ſumma humilitate & tremore multo prohi
bebat eum dicens.Ego debeo à te baptiza-
Luc. 2 ri:& tu venis ad me:Ego(inquit)neſciebam
eum. Nec mirùm , cùm natus dominus in
Bethlẽ,poſt quadraginta dies ductus fuit
in Hieruſalem:deinde in Aegyptum aſpor
Matt.2. tatus:vbi parentes eius per multos dies pe-
regrinati ſunt vſque ad obitum Herodis,cũ
ibi. beatiſsimo puero.Admonitus autẽ Ioſeph
ab angelo,vt rediret in Iudæam,venit & ha
bitauit Nazareth, vt ſcripturæ impleren-
tur,quoniam Nazaræus vocabitur.Ibidem
C autem vſque ad annum ferè trigeſimum ha
bitauit cum ſacra matre ſua & ſponſo.Ioã-
nes verò à pueritia ſua in deſertis vaſtiſsimę
ſolitudinis agebat:vſque ad manifeſtationẽ
ſuam in Iſrael. Indeque ex mandato domi- *Luc.3.*
ni venit in omnem regionem Iordanis præ
dicans, &c. Vides quomodo verum eſt ꝙ
Ioannes neſciebat Ieſum ex facie,quem ex
matris vtero adorauit in aula virginali iacẽ-
tem? Veniebat itaque non ſemel inter pec- *Luc.2.*
catores agnus Dei innocens,impollutus,ac
ſi vnus eſſet ex illis.Cõproba ex his,aliiſq;
multis quàm verè dixit Apoſtolus:Humi- *Humilitas*
liauit ſemetipſum dominus Ieſus vſque ad *Chriſti.*
mortem,mortem autem crucis. Vbi verbũ *Philip.2.*
humiliauit cum illo aduerbio temporis,vſ-
què,continuam eius humilitatem, indiui-
duamque,& perſeuerantem ab vtero ma-
tris vſque ad crucem ſignificat. Nonne hu-
miliauit ſemetipſum , qui natus in ſtabulo, *Luc.2.*
iacebat in præſepio, quia non erat ei com-
modior locus in diuerſorio, cùm haberet
requietionis ſuæ in æternitate ſinum patris?
Nonne humiliauit ſemetipſum, qui ſub cir *Ioan.1.*
cuncisionis ſanguine de gladio vagiebat,
D qui de Spiritu ſancto ex ſacra virgine con-
ceptus fuit? Nonne humiliauit ſemetipſum, *Luc.2.*
qui inter peccatores veniebat ad Ioannem,
qui baptizabat & docebat pœnitentiam in
remiſsionem peccatorum? Væ nobis, qui
ſuper aſtra cæli reponere curamus cathe-
dram noſtram & nomen. Quid ſuperbis ci
nis & puluis? Recogita natiuitatis tuæ ini- *Humilia-*
tia, & ſequentem temporum curſum, & vi- *tionis no-*
de ſi habes nobilia,ſi habes ſtẽmata à proa *ſtræ mate-*
uis vſque ad te ipſum iure hæreditario, & *ris.*
tunc liceat tibi ad aſtra conſcendere. Natu-
ra te nudum & in nuda humo natali die ab-
iecit ad vagitus ſtatim,& ploratum. Ab hoc
lucis rudimento, quæ nec feras quidem in-
ter nos genitas, vincula excipiunt , & om-
nium membrorum nexus:itaquè fœliciter
natus iacuiſti,manibuſpedibuſq; deuinctis,
flens, animal cæteris imperaturum:& à ſup
plicijs vitam auſpicatus es: Heu dementiam *Plin.li.7.*
ab his initijs extimantium ad ſuperbiam ſe *de naturali*
genitos. Extat Sileni Philoſophi ad Midã *hiſt.cap.1.*
tyrannum,cupiditate & auaritia notiorem, *Silenus phi*
quam virtute aliqua , dictum celeberrimũ. *loſophus*
Maximum munus homini à Deo eſſe,non *Midas ty-*
naſci. Proximum autem in primo vitæ li- *rannus.*
mine occidere. Hac ſententia ducti Getæ
puerperia lugent , funera autem cantu lu-
ſuque

ſuaque celebrant. Quibus opinionibus admonemur vt imbecillitatis humanæ conditionem conſiderare velimus, & cognoſcere hominem, qui tanta ſe iactantia effert, ac tanta ſuperbia exultat, dominatoremq́; orbis terrarum ſe eſſe putat & dominum, animal quidem eſſe mortale, caducum, & omnium infirmiſsimum, qui ſolus inter omnia animantia alienis ſe tuetur opibus. Et expoſitus eſt ad vagitum, ploratumque, qui niſi manibus pedibuſque vinciatur, contrahitur quàm primùm, & quaſi truncus, inutilis fit, vel ſtatim moritur.

Lege apud Homerum ſequētia in hoc dicto Vliſſes.

Lege Frāciſcū Patriciū Senēſ. De regno, &c. tit. 8. & Pliniū, ubi ſupra.

Sed & de donis cæleſtibus quid gloriatur caro noſtra? Quid habes quòd non accepiſti? quid gloriaris quaſi non acceperis? Sapientiſsimè ergò idē Apoſtolus cùm de ſumma humilitate Chriſti diſputaret, ne inanis, minúſue vtilis eſſet tantæ rei inquiſitio, præmiſit: Hoc ſentite in vobis, quod & in Chriſto Ieſu. Hoc eſt humilitatem & patientiam in vobis veraciter ſentite. Vſque ad eam certitudinem, quam per ſenſus acquirimus, & maximè per tactum, certate pro humilitate: quæ valdè cōmendat apud Deum ſuum cultorem: ſitque vobis exemplum Chriſtus Ieſus, qui cùm in æqualitate patris eſſet, &c.

1. Cor. 4.

A

Et inter peccatores, qui pœnitentiam agebant, ad Ioannem non ſemel venit. *In diebus illis:* Cùm primò Ioannes baptizabat, & prædicabat pœnitētiam in remiſsionem peccatorū. Vt ex hoc doceat infirmos quærere ſalutem à medico ſtatim cùm in infirmitatem ceciderint.

Salus ſpiritualis ſtatim quærenda.

Hæc eſt noſtrorum temporū generalis peſtis, temeritas & deſpectio ſalutis ſpiritualis: in ſequentē annū relinquitur lætale vulnus peccati curādū. Vnde impletur quod in pſalmo gemens Dauid inquit: Corruptæ ſunt cicatrices meæ, & putruerunt, &c.

Pſal. 37.

Eccleſiaſticus ſuaue ſalutiferū, paternumq́; conſiliū & diſciplinam tradit in hæc verba: Fili peccaſti, ne adijcias iterùm. Et certè adijcies, niſi per pœnitentiam curaueris cor tuum ab externo peccato. De præteritis deprecare, vt tibi dimittantur. Quaſi à facie colubri fuge peccata. & ſi acceſſeris ad illa, ſuſcipient te. Dentes Leonis dentes eius, interficientes animas hominum.

Cap. 21.

Vide quàm malum & amarum ſit, poſt peccati infirmitatem, medicum, & medicinam abijcere & contemnere. Non ne ſi carni tuæ morſum infigeret Leo rugiens, aut lupus rapax, ſtatim quæcunque dura & amara, vſque ad ignis combuſtionem pro ſalute ſuſtineres? Et quid vel difficile vel pretioſum iudicares? Non parceres, quamuis auarus, auro vel argento præ deſiderio ſalutis. Et heu, lætale vulnus peccati in ſequentem annum dimittis curandum. Væ tibi inſipienti. Audi & intellige: qui veniam per pœnitentiam repromiſit, diem craſtinam ad pœnitentiam non promiſit. Quære ergo ſtatim à medico tuo ſalutem, ne fortè promittens tibi ipſi in longanimitate Dei, & ſuaui patientia ipſius remiſsionem & veniam, in tormentis æterni cruciatus ſequenti nocte inueniaris.

Similitudo

Venit ad Ioannem. Non egens lauacro, aut ſanctificatione, cùm fons perennis ſanctitatis & gratiæ ipſe ſit: ſed propter multa, & præcipuè vt miniſtri ſacramentorum in eccleſia commēdarentur ab eo. Quippe qui bonus & malus eadem miniſtrare & perficere poſſunt: quoniā remiſsionē peccatorum, ſiue per baptiſmū, ſiue per alia ſacramenta donetur, propriè & principaliter Chriſtus operatur. Miniſtri inſtrumentum ſunt, attingentes effectum ſacramentorum. Et poteſt homo, qui obſcurator multis vitijs, conſummatū eſſe ſtatuarium.

Miniſtri ſacramētorum honorabiles.

B

Vnde accidentaria eſt qualitas miniſtri ꝙ ſit bonus aut malus, ſicut quòd hortorum aqua per lapides tranſeat, aut per canales aureos, nihil obeſt, quo minùs fructus eoſdem proferat.

Similitudo

Prouidit ergo dominus ex benignitate paterna eccleſię ſuę: ne vlla præſumptio quenquam ſibi vendicaret, vt ipſe dominus Ieſus baptizaretur à ſeruo, ne conſeruū cōſeruorum miniſterium detractaret. Quoniam ſiue Iudas ſiue Paulus baptizet, Chriſtus peccatum lauat, abſoluit, & delet, principaliter & authoritatiuè. Sic Rachel, & Lia, & Balam, & Celpham maritis accōmodant, & liberos accipiunt ex vtere ancillarum. Obediunt dæmones exorciſtis: Chriſtum (inquit) ſcimus, Paulum nouimus, & in nomine Chriſti, quem Paulus prędicat, adiurati egredimur: vos autē ignoramus.

Gen. 30.

Act. 9.

Ecce in nomine ſuo quæſtuarij nihil peragunt exorciſtæ, neque ſe eis deferre ipſi dæmones profitentur: ſed nomen Chriſti etiā per lucrorum ſectatores ſuæ gloriæ retinet poteſtatem: & fiunt in talibus cauſis miniſtri mercenarij, ſicut naues onerariæ, quæ per vaſtiſsimum mare euehunt inſtitores, quarū rectores potiùs eorū quos ducunt, pecunijs inhiant, quàm ſaluti. Malus ergo miniſter nō obeſt, quin ſacramentū perficiatur & cōſummetur. Vnitas ergo ſeruetur in eccleſia & ho-

Nomē Ieſus.

Ioãnis humilitas.

& honorentur omnes miniſtri eius. *Et baptizatus eſt à Ioanne in Iordane.* Non ſtatim cùm venit ad baptiſmum dominus Ieſus, baptizauit illum Ioannes. Nõ aſſumpſit ſibi magnum hunc honorem, etiam oblatum a domino: ſed ex obedientia. Horrebat Ioannes accliue ſibi eſſe domini caput: & prohibebat eum dicens: Ego debeo à te baptizari, quia maiorem à minore benedici antiquis regulis refragatur: & criminalis ei viſa eſt vſurpatio poteſtatis. De plenitudine Chriſti omnes accepiſſe, & ſeipſum, prædicauerat Ioannes: ideoq; Deo hominem manus imponere iudicabat temerarium: lauare eũ in quo nullum erat peccatum, iudicabat ſuperfluum. Imò & ad ſoluendam calciamentorum corrigiam confeſſus fuit ſe eſſe ineptum & reprobum: formidabatq; eſſe prælatum, ſi ipſe in magiſtro ſine cauſa tentaret hoc agere, quod ipſum ſuſcipere ab eo rogabat. Ideò tremebũdus humili ſatisfactione poſtulãti miniſterium, negat aſſenſum, Nõ quod obedientiam detrahat imperanti, ſed quod iudicio ſuo, ſubdi non conueniat maieſtati. Tu (inquit) venis ad me? Ego debeo à te baptizari. Non patiebatur humilis Ioannes ſe eſſe electum ad magnum hoc officium, cùm ſciret ex vtero matris, Ieſum eſſe Chriſtum domini: ipſumque ſuper ſtratum maternorum viſcerum procumbẽs, tremenſque adorauit, & velut alter Dauid coram arca domini ludebat & exultabat. Videas nunc obſecro quid meritis, quidue habitus in Ioanne remanſere, cùm peccatorũ rex cæli exigebat baptiſmum. Quid tibi ô domine Ieſu cum Phariſæis & Sadducæis venientibus ad baptiſmum Ioannis? Quid tibi cum illis, qui adeò grauiter & inſigniter erant nequam, & filij Belial, id eſt, ſine iugo, quod ab hoc Ioanne progenies viperarum compellati ſunt? Bone Deus, quibus ſe ſotiat in Iordãe altitudo cæleſtis, bonitas immẽſa, filius virginis, & ſplendor patris. Quomodo nõ obſtupeſcis? quomodo nõ admiraris? Sed quomodo fugis talẽ doctorem humilitatis? Verè in hoc impletur quod ab Apoſt. dictũ eſt de Chriſto. Miſit Deus filiũ ſuũ in ſimilitudinẽ carnis peccati. Caro, caro vera eſt: peccati tantũ ſimilitudo, cũ mortalis & paſſibilis fuerit, & peccatorum medicinã ſuſceperit, ſicut circunciſionem, baptiſmum pœnitentiæ: in quibus comprobatur perfectiſſima humilitas Chriſti. Væ nobis qui multis & grauibus peccatis vulnerati, fugimus

Theodoretus. q. 84. in lib. Numerorũ, et q. 1 in Ieſum Naue.

2. Reg. 16

Matt. 3.

Humilitas Chriſti mirãda.

Rom. 8.

C medicinam & medicum ſalutis. Præ ſuperbia fugit peccator contritionem & confeſſionem ſuorum criminum, cùm regem maieſtatis & gloriæ patri æqualem, ſecundum carnem ſanctum, impollutum, celſiorẽ cunctis cælis, ad Ioannis baptiſmum inter peccatores humiliter accedere videat, & ambire baptiſmum egenum, & circunciſionem ſanctitatis expertem ſuſcipere. Et certè erat ipſe qui ſanat contritos corde, & alligat cõtritiones eorum. Hic talis ac tantus accedit ad baptiſmum peccatorũ: homo verò mortalis caro, & peccator fugit ſacram Dei eccleſiam, fugit ſacerdotes & miniſtros ſacramentorũ. Vide quanta ſit mentis humanæ arrogantia, quam humilitas vix erudit, & ab arce ſuæ ſtultitiæ deijcit. Hoccine eſt ſicut ille ambulauit, & te ambulare? Chriſtus pro nobis paſſus eſt vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius. Et dominus ipſe ad cunctos ſiue iuſtos, ſiue iniquos: Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde. Baptiza me Ioannes, baptiza me, dicebat dominus. Mirabatur præcurſor diuinæ diſpenſationis arcanum, & mirabundus, & tremebũdus, prohibebat eum dicẽs:

Superbia peccatorũ.

Pſal. 146.

1. Ioan. 2.

1. Pet. 2.

Matth. 11

D Ego debeo à te baptizari. Exclamauit quõdam mater huius magni præcurſoris in ingreſſu virginis ad ſalutandam eam, & iure dixit: vnde hoc mihi, vt veniat mater domini mei ad me? Stupebat Petrus, & præ admiratione prohibebat dñm Ieſum accinctũ ad lauandũ eius pedes. Sed neq; Eliſabeth, neque Petrus ſupra Ioannẽ illuminati erãt; neque actiones illæ huic valent comparari. Altiùs multo in cognitione filij Dei aſcenderat Ioannes, quàm Eliſabeth, vel Petrus, & eximie Chriſtum venerabatur: & baptiſmi ſuſceptio longè indignior erat Chriſto, quàm ſalutatio Mariæ virginis, vel lotio pedum diſcipulorũ. In ingreſſu virginis omnia ſanctificantur, myſteria panduntur altiſſima: in lauandis pedibus apoſtolorũ, etiam ſi valde humilis apparet Chriſtus, nõ tamẽ ſimilitudinẽ peccati tũc gerit, ſicut cùm ad Ioannem inter Saducæos & Phariſæos, progenies viperarũ accedit. Quàm graue hoc eſſet Ioanni, qui dudum dixerat: Medius veſtrum ſtetit quem vos neſcitis: cuius non ſum dignus corrigiam calciamentorum ſoluere? Quã ſuo officio contrarium videbatur Ioãni, qui venerat vt teſtimoniũ perhiberet de lumine, & demõſtraret agnũ tollentẽ mũdi crimina, inter peccatores & tenebras eorũ bapti-

Luc. 1.

Ioan. 13.

Ioãnis Baptiſtæ admiratio unde.

Ioan. 1.

baptizare? Omninò contrarium videtur &
indignum filio Dei, quòd baptiſma pecca- A
torum ſuſcipiat: Sed certè humilitas nun-
quam ſacramētum redēptionis obſcurauit:
imò illud cōſecrauit dum diuina virtute in-
ter officia illa, omnia cōfirmantur, & clareſ-
cunt. Vide ex his quàm decebat Ioannem
prohibere Chriſtū, & admirari, & tu deſine
admirari, & incipe imitari. *Ego debeo à te ba-
ptizari*, dicebat. Ego ſanctificatione tua in-
digeo & conſecratione, & manuum impoſi
tione: & tu ſanctificator cælorū & hominū
venis ad me, ad baptiſmum meū, gratiæ ina
nem? Obſerua quod religioſus animus nihil
eorū, quæ ſunt in eccleſia aut dimittit, aut
Animus religioſus. contēnit: non panē benedictum, nō aquā,
non cinerem in capite ieiunij. Omnia amat,
cuncta veneratur, quæ per manus ſacerdo-
tum in noſtram ſalutē, ſiue corporalem, ſiue
ſpiritualem, benedicuntur. Quamuis talis eſ
ſet baptiſmus Ioannis egenus & infirmus,
quamuis tantus eſſet dñs Ieſus, qui erat fons
perennis gratiæ, & donorū dator optimus,
ad Ioannem tamen accedit, & repulſus pro
hibituſq;, reſpondet. *Sine modo. Sic decet nos*
Iuſtitia quomodo impletur. *implere omnē iuſtitiā.* In hoc nimirū omnem
implere iuſtitiam docet, ſi doctrinā præce- B
dat exemplum, & honore ſe inuicem præ-
ueniant, qui maiorē & qui minorem obti-
nent locum: & qui maior eſt fiat ſicut mi-
nor, & præceſſor ſicut miniſtrator: ſi in
Luc. 22. veritate ſacramentorum omnes ſimul cōue
nientes pacis eccleſiaſticæ fœdera non di-
Ioannes humilitatis et obedientiæ exemplū. rumpant. *Et baptizatus eſt à Ioanne in Iorda-
ne.* Omnia propter nos ad noſtrā ſalutem &
exemplum. Habes in Ioāne humilitatis do
ctrinam, habes obedientiæ meritum, etiam
in præclaris operibus. Habes deniq; in Chri
ſto totius philoſophiæ Chriſtianæ magiſte
rium. Propter decentiā ſolam ex parte ſua
ad Ioannis baptiſmum acceſsit, ad perfectiſ
ſimam humilitatis commendationē. *Bapti-*
Nota valde. *zatus eſt à Ioanne in Iordane.* Neque vltra cō
uertitur retrorſum. Aruerunt vnctiones Iu-
Baptiſmus Chriſti aquas ſanctificauit. daicæ, ceremoniæ putruerunt: perpetuo la-
pſu baptiſmi gratia emanat ad poſteros: ne-
que vlla vetuſtate ſiccatur, vim regenerati-
uam cunctis mūdi elemētaribus aquis cōtu
lit Chriſtus: vt ſit vbiq; terrarum & gentiū
fons ſalutis ad regenerationem in vitā æter
nam. Nullibi enim eſt hominum habitatio,
quin ibidem ſit vſus aquarū. Ab illa die fuit
in vniuerſo mundo ex tactu aquarum mun-
Zach. 13. dę, & viuificatricis carnis Ieſu Chriſti domi
ni noſtri fons potens domui Dauid, & habi
A tatoribus Hieruſalem in ablutionem pecca
toris & mēſtruatæ. *Et erit in die illa* (inquit
Zacharias) diſperdā nomina idolorū de ter
ra, & non memorabuntur vltra, &c. quod
maximè in prædicatione baptiſmi conſum
matum videmus: in quo ſanctæ Trinitatis
Patris ſcilicet, & Filij, & Spiritus ſancti fit
profeſsio & inuocatio, & renuntiamus ſa-
thanæ & pompis eius, &c. Omnes ergo mū
di aquæ elementares iam ex hoc tēpore ſan
ctificatæ vim regeneratiuam habuerunt in
verbo vitæ. Propter hoc inter alia, verè di- *1. Tim. 2.*
citur: Deus vult omnes homines ſaluos face
re, & ad agnitionē ſui nominis venire. No- *2. Tim. 2.*
uit tamen qui ſunt ſui, & diſcedat ab iniqui-
tate, qui inuocat nomen dni, & vnuſquiſq;
cum tremore & timore ſuam ſalutem ope-
retur, ex bonis operibus certam faciens ſuā
electionem & vocationem. Bonam Dei vo
luntatem ad tuam ſalutem noſti, accedat li-
beræ voluntatis tuæ bonus vſus & obedien
tia cum Dei adiutorio. Obſerua quàm ma-
gna mirabilia operata ſit manus altiſsimi in *Mirabilia*
aquis ante ſacram inſtitutionem baptiſmi, *multa in a-*
& quidem in eius ſymbolum & figurā & va *quis à dño*
B ticiniū. In exordio originalis mūdi ſpiritus *facta.*
dñi ferebatur ſuper aquas. Nō eſt intelligē- *Gen. 1.*
dum quòd Spiritus S. colūbę ſpecie apparuerit,
ſicut à Ioanne in Iordane viſus eſt baptiza
to dño, & quòd volitauerit ſuper aquam. Neq;
eſt intelligendū quòd Spiritus S. ſtans, aut
ſedens, magnū anhelitū ſuper aquas efflādo
emiſerit, ſed neq; quòd ſpiritus creator, de quo *Cap. 1.*
ſcribitur: ſpiritus dñi repleuit orbem terra- *Spiritꝰ do-*
rum, poſitione loci, his, quæ erant creanda, *mini quo-*
ſuperferretur: ſed intelligendū potiùs quòd *modo ſuper*
virtute diuina præcellebat cūctis creaturis, *aquas.*
habens in propria poteſtate quando aqua-
rū illuſtraret abyſſum, quādo in locū eas ſe
cerneret vnū, quomodo & quādo creaturas
cæteras diſponeret, in ſimilitudinē artificis: *Similitudo*
cuius volūtas his quæ fabricādæ ſunt rebus, *Exam. ho-*
ſolet ſuperferri. Baſilius ex quodā Magiſtro *milia. 2.*
Syrio exponit, ferebatur, id eſt, cōfouebat,
& incubabat aquarū naturā, ad ſimilitudinē
volucris aut gallinæ ouis incubantis, & vi-
talem quandā vim his, qui confouentur im
mittentis. Aquis diluuij purgauit originalis *Gen. 7.*
mundi crimina: delens omnem carnem ab
homine vſque ad pecus, & reptile, quod re-
ptabat ſuper terrā: præter Noe & filios eius
& vxores eorū. In quo beatiſsimus Petrus
magnum myſterium baptiſmi intellexit:

octo

1. cap. 3. octo animæ ſaluæ factæ ſunt per aquam.
Quod & vos nunc ſimilis formæ ſaluos fa- C
cit baptiſma,&c. Et per aquā ſaluauit popu
lum de manu Pharaonis & cuncti exerci-
tus,iter faciens per mare rubrum. In quod
Exo. 15. ingreſſus Pharao & populus ſuus multus,
ſubmerſi ſunt,& deſcenderunt vt lapis in a-
1. Cor. 10 byſſum. De quo etiam Paulus: Nolo vos
Exo. 15. ignorare fratres, &c. & oēs baptizati ſunt
in nube & mari. Aquæ Mara quæ erant a-
mariſsimæ, miſſo in eas ligno, cōuerſæ ſunt
in dulcedinem, factæque ſunt potabiles
populo illi præ ſiccitate deficienti. Mi-
rabilis iā ligni, per quod fit ſalus, præſigni-
ficabatur virtus: Per quod factum eſt vt
vnda baptiſmi ex virtute Chriſti,ſit dulciſ-
ſima,cuius dulcor & ſuauitas penetrat ani-
mæ viſcera, cum ſanctificatur & cōſecratur
per gratiam. In aquis huius Iordanis cœpit
Ioſue 3. dominus Deus magnificare Ioſue in figurā
Lege beatum Hieronimum in Epiſto. ad Occeanū. tom. 2. fol. 322. & infra cū Ambroſio iterum de aquis diſputabimus. domini noſtri Ieſu Chriſti:cuius imaginem
vir ille nobiliſsimus gerebat. Quod in Euan
geliſta declaratur, cum dicit. *Et ſtatim aſcen-
dens de aqua uidit cœlos apertos, & Spiritum
ſanctum tanquam columbam deſcendentem, & ma
nentem in ipſo: & uox facta eſt de cœlis. Tu es
filius meus dilectus: in te complacui.* Quis vidit D
cœlos apertos? Ioannes, an ſolus Chriſtus?
Vtrunque ſignare poteſt verbum illud *Vi
dit*. Sed certè de Ioanne inquit ſanctus Euā
geliſta quòd vidit cælos apertos. De quo ni
mirum dicitur quòd viderit Spiritū ſanctū
tanquam columbam deſcendentem, de eo-
dem certè dicitur quòd viderit cœlos aper-
tos. Sed illud quod antea diximus, de Ioan-
ne eſt interpretandum, ergo & hoc quod
Ioan. 1. quærimus. Datum eſt ſignum hoc magno
Ioāni familiari allocutione Spiritus ſancti,
vt ſuper quem videret columbā deſcenden
tem,ille eſſet Chriſtus. Quo completo,in-
quit Ioannes: Ego vidi,& teſtimonium per
hibui,quia hic eſt filius Dei. Vidit ergo Ioā
nes cœlos apertos,& Spiritum ſanctum tan
Ioannes ſolus uidit cœlos apertos. quam columbam deſcendere,& manere ſu-
per caput domini Ieſu: ſolus inquā Ioannes
vidit, licèt ibidem alij ex diſcipulis ſuis &
pœnitētibus aſtarent. Quod & Danieli con
Danie. 10 tigiſſe teſtatur ſcriptura. Die autē. 24. men
ſis primi eram iuxta fluuium magnum, qui
eſt Tigris,&c. Vidi autem ego Daniel ſo-
lus viſionem. Porrò viri qui erant mecum
non viderunt. Apparent enim cæleſtes vi-
ſiones,quibus vult Deus,& quomodo vult,
& vni tantùm, etiam inter multos aſtanti.

Ioannes ergo ſolùs vidit cęlos apertos,non
C diuiſos. Neq; otioſè cæli aperiuntur bapti-
zato Chriſto,licèt ad columbæ deſcenſum *Columba ubi, & ex qua materia formata.*
non fuerit neceſſarium,cùm ex præiacente
materia infra cælos fuerit formata. In quo
magnū euangeliū,& certè euāgelium,quod
lætā & bonā habet annuntiationē,prædica
tur ſuauiſsimè. Clauſū fuit cælū cūctis Adę *Cælorum apertio qd ſignificet in baptiſmate Chriſti.*
filijs,ꝓpter eius inobedientiā. Imò nec terre
ſtris paradiſus eis,aut nobis amplius cōcedeba
tur. Expulſi enim ſunt,miſsiq; in exiliū, &
poſuit dn̄s Deus Cherubin,& flāmeum gla
dium,atq; verſatilē,ad cuſtodiendā viam li Gen. 3.
gni vitę. Diſperſitq; Adā ſuper faciē vniuer
ſæ terræ,diſſeminauitq; cūctas nationes or-
bis. Nunc autē in Chriſti obediētia & humi
litate aperiūtur cæli:vt verè dicatur:ſicut in
Adā oēs moriuntur,ita in Chriſto oēs viui-
ficabūtur:vt redeāt ad ſoliū regni,& diuinā
amicitiā & honorē. Primus ergo homo de 1. Cor. 15
terra terrenus: ſecundus de cælo cæleſtis.
Terrenus dicitur nō ꝓpter carnē: hāc enim
& dn̄s Ieſus,qui ſecūdus Adā dicitur, habuit *Adā terrenus quare.*
verā. Sed terrenus dicitur eò ꝙ per inobe-
dientiam cecidit. Tūc nimirū audiuit,terra Gen. 3.
es,puluis es,& in puluerē reuerteris. Secun-
D dus verò Adā Chriſtus dn̄s,nō cecidit:ſed de
ſcendit de cælis,& incarnatus eſt de Spiri-
tu S. ex Maria virgine,& homo factus eſt.
Nobis igitur primi Adā imaginē gerētibus *Regeneratio noſtra qualis.*
clauditur cælū:aperitur verò regeneratis in
aqua & Spiritu S. Regeneramur quidē ad ſi
militudinē Chriſti ex virgine & Spiritu S.
Virgo quidē eſt ſancta mater eccleſia,cuius
aluus fœcundatur ab Spiritu S. & clauſo ge
nitali eius,naſcimur. Vnde vēter eius acer- *Cap. 3.*
bus tritici appellatur ab ſpōſo in cāticis. Iā
ex tunc imaginē gerimus cæleſtis Adā, qui
eſt Chriſtus Deus benedictus. Scriptum eſt
enim: Omnes qui in Chriſto baptizati eſtis, Col. 3.
Chriſtū induiſtis. Quid eſt Chriſtū indui-
ſtis? id eſt, Chriſtū pro veſte accepiſtis, vt in
dumēto iuſtitiæ illius circūdati, nō oſtēda
tis vltra iam ab vlla parte quicquā in operi-
bus & conuerſationibus, niſi ſanctitatem
Chriſtianitatis. Heu qualis muneris inueni-
mur irriſores & ingrati,& noſtrę ſaluti ve-
rè hoſtes. Cælū,quod in ſacra baptiſmi vn-
da nobis aperuit Chriſtus: vbi vox patris ſu
per baptizatos auditur, Vos filij mei eſtis
dilecti: claudimus nō ſolū nobis per ꝓpria
peccata atq; crimina: verū & alijs, quibus ſcā
dalū ſumus in recta via vitæ. Sicut olim ſub
Moſe filijs Iſrael ad terrā promiſsionis con
uolan-

Nu. 25. lantibus, mulieres illæ Moabitæ, vel Madianitæ ſcandalum fuêre: quibus cùm fornicati eſſent, excelſum dominũ contra ſe irritauerunt, iuſtiſsimamque eius iram & vltionem. Obſerua quòd certè non vocauit nos Deus in immũditiam, ſed in ſanctificationẽ
1. Theſ. 4. in Chriſto Ieſu domino noſtro. Videat ergo vnuſquiſq; quomodo per bona opera certam faciat ſuam vocationẽ. Curramus ergo
Heb. 12. ad propoſitum nobis certamẽ depoſita in ſacro Iordane omni ſarcina peccatorũ, aſpiciẽtes in authorem & conſummatorẽ fidei noſtræ Chriſtũ Ieſum. Qui pro omnibus mortuus eſt: vt qui viuunt, iam ſibi non viuant, ſed ei, qui pro ipſis mortuus eſt, & reſurre-
1. Cor. 5. xit. Sibi viuit, qui veteris renouationis & ſanctificationis, per quam fuit cælum aper-
Viuere ſibi quid. tum oblitus, ſibi, id eſt, deſiderijs carnis & ſanguinis Adæ deſeruit: quibus clauditur cælũ. Sed Chriſto viuit, qui ſecundũ ſuæ beneplacitũ voluntatis, omnes vias ſuas moderatur & regit. Aperiuntur ergo cæli baptizatis, ſed poſtmodùm operantibus, ſi viuere contingat: non otioſis, non immũdis. Tales enim regnũ Dei non conſequentur. Qui enim baptizatur à mortuo, & tãgit mortuũ,
Eccleſ. 34. quid ei prodeſt lauatio eius? Permanſit colũba ſuper caput domini Ieſu: per quã Spiritus ſanctus deſignabatur, & noſtræ actionis perſeuerãtia in bono, ad introitũ ſanctorũ in regnũ. Baptizato etiã Chriſto confeſtim aſcendit de aqua in campum certaminis: ſicut bonus athleta & ſtrenuus dux: quod perfectè rei exitus comprobauit: cùm illũ idẽ ſpiritus qui ſuper ipſum deſcendit, expulit in deſertũ, ad ſacrum ieiunium & Sathanæ pugnas multorũ dierum: ſicut ſtatim docet Euangeliſta. Ad Chriſti honorẽ & magnificentiam reuertamur: cui calamus noſter, vox, mens, & manus inſeruire deſiderat. *Vidit cælos apertos.* Humiliauit ſemetipſum dominus Ieſus vſq; ad formã ſerui, & vſque ad ſimilitudinem peccati, cùm deſcendit in Iordanem ad baptiſmũ pœnitentiũ. Oportebat vt exaltaretur, magnificareturque ex præſentia Spiritus ſancti, & voce elapſa à magnifica gloria: vt quis eſſet mũdi ſaluator & redemptor certiſsimis teſtimonijs cõprobatum haberemus: in ipſumq; omnis noſtra ſpes cõuolaret, & reponeretur. Deſcẽdit er-
Chriſtus quando unctus. go Spiritus S. corporali ſpecie, & mãſit ſuper caput domini Ieſu: vt oſtenderet illum eſſe, quem anteà iam vnxerat plenitudine
Cap. 61. gratiæ ſuæ: ſicut in Eſaia legimus: Spiritus domini ſuper me, eò quòd vnxerit me, non
A quidem nunc cùm in ſpecie columbę deſcẽdit: ſed tunc cùm in vtero virginis cõceptus eſt. Tunc quidem vnctus eſt Spiritu S. de cuius plenitudine omnes accipimus. Oſtenditq; hoc ſigno Ieſum à Ioanne baptizatũ eſſe vnctũ in regem & ſacerdotẽ, & verum Meſsiam totius mundi ſeruatorẽ: per hũcq; *Gen. 8.* redditam mundo pacem & ſalutem: clauſis iam cæli cataractis, & cunctis abyſsi fontibus, ſicut olim in diluuio. Attulit enim ramum oliuæ folijs virentibus reddita mũdo pace ex magno cataclyſmo manſueta colũba. In ſpecie ergo columbæ videtur Spiritus S. à Ioanne ſuper caput Chriſti: ac ſi digito demonſtraſſet hunc eſſe à Deo patre miſſum ad noſtrã redemptionem & pacẽ. Quis enim melius & fidelius Chriſtum Dei filium demonſtrabit, quàm qui ab illo procedit Spiritus S.? Qui à patre procedit filius æternus, manifeſtauit nomen eius hominibus, & qui ab illo procedit Spiritus ſanctus demonſtrauit Ioanni Ieſum eſſe, apud quẽ *Cyprian. in de baptiſmo Chriſti & Aug. in de cõſenſu Euang. lib. 2. cap. 15.* baptiſmi maneret auctoritas, qui mũdi peccatum tollebat, & verè erat filius Dei. Sed & pater æternus ante ipſum hoc teſtificatus
B eſt. Nos teſtimonio Ioannis confirmati, credimus, qui vocẽ patris nõ audiuimus: cui reuelatus eſt filius Dei, & ipſe miſſus, vt teſtimonium perhiberet, vt omnes crederent per illum. Videte quantus ſit iſte, cui datur teſtimonium perhibere de Chriſto, vt vniuerſus mundus per illum credat. Vnde omnibus credentibus adeſt Ioannes digito de- *Ioannes.* monſtrãs agnũ Dei. Et meritò de Ioãnis generatione eccleſia ſumit lætitiã. per quẽ ſuę regenerationis cognouit authorẽ dñm noſtrum Ieſum Chriſtũ. Ecce aduerſus omnes *Colũna veritatis aduerſus omnes hereſes.* hæreſes, & impijſsimorũ hominum blaſphemias firmum & inexpugnabile argumentũ & fundamentum, & veritatis columnam: Ioannis ſcilicet teſtimonium. quia hic eſt qui tollit peccata mundi, & filius Dei. De quo Sanctus Euangeliſta. *Et uox facta eſt de cælis: Tu es filius meus: in te complacui.* Dubitare forſan quis poſſet, an ab angelis, ſicut olim in lege & prophetis, hæc vox facta ſit: an verò immediatè ab ipſo Deo patre, nõ aſſumẽte in miniſtrũ vocis quenquã angelorum. Solebat enim angelos mittere Deus, dicereq; ad homines (oẽs enim admini- *Heb. 1.* ſtratorij ſpiritus ſunt in miniſterium miſsi, propter eos qui hæreditatem capiunt ſalutis) dicebantq; angeli: Ego ſum Deus

Abra-

Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob, &c.

Exo.3.

C

Neque in hoc mendacium inueniebatur, cùm in nomine domini loquerentur. Hanc autem vocem, Tu es filius meus à paternitate tua delatam, nemo eſt qui ambigere debeat. Non eſt qui ſibi hoc verbum audeat arrogare. Non eſt in cæleſtibus agminibus, qui dominum Ieſum, ſuum audeat filium nominare. Beata & ſemper virgo benedicta Maria genitrix iure optimo maternitatis, Dei filium, ſuum appellabat. Facta eſt vox. Si qui per angelos dictus eſt ſermo, firmus factus eſt, quantò magis, qui per patrem & vniuerſorum dominatorem? Pater ergo de Ieſu domino noſtro baptizato in Iordane inquit. *Tu es filius meus dilectus, in te complacui.* Per ſingula verba locus eſt exponẽdus.

Cyprian⁹ in de baptiſmo chriſti. lege Philonem in expoſitione decalogi in principio.

Vox in Iordane à deo immediate non ab angelo.

Heb.2.

Tu, pronomen eſt demonſtratiuum. Ieſum dominum noſtrum demonſtrat: ſuper quẽ patris vox fiebat, quod cõprobabat Spiritus ſanctus ſuper ipſum manẽs ſicut columba. Hoc ſigno filius Dei demonſtratur: & quicunque per gratiã facti ſunt conformes primo genito, tali etiam declarantur ſigno. Demonſtrabat ergo columba quòd ad Ieſum vox de cælis ferretur: & quòd ipſe eſſet ſummus Dei ſacerdos: ſicut olim comprobatus fuit Aaron admirabili ſigno: dũ Moyſes inuenit virgam Aaron germinaſſe, & turgentibus gemmis erupiſſe flores, qui folijs dilatatis in amigdala deformati ſunt. Et ab illa die habitus in ſacerdotem ſummum ſine murmuratione filiorum Iſrael. Quantò ſublimiùs comprobatur quòd Ieſus noſter ſit Dei filius? Super quem cæli aperiuntur, non terra, vt deglutiat Core, &c. ſuper quẽ vox patris intonat, & quem columba demonſtrat? ceſſet, ceſſet murmur filiorum Iſrael contra Ieſum dominum noſtrum, qui certè non ſibi ſumpſit honorem, non ſemetipſum clarificauit, vt põtifex fieret: ſed qui locutus eſt ad eum: Filius me⁹ es tu, &c. Et Spiritus ſanctus in ſpecie columbæ illud comprobauit. Pronomen ergo, Tu, demõſtrabat Chriſtum, non ſolùm ſecundum ꝙ per diuinitatem, conſubſtantialis eſt patri, verùm & ſecundùm humanam naturam, per quam conſubſtantialis eſt matri. Et ſecundùm hanc eſt Chriſtus filius Dei naturalis. Vna eſt enim eius perſona, vnum ſuppoſitum in duabus naturis, diuina ſcilicet & humana. Secundùm illam æqualis eſt patri: ſecundùm hanc minor eſt patre: ſecundùm illam ęternaliter eſt genitus ex vtero patris:

Colũba ſignũ filij & Sanctorũ.

D

Num.18.

In hac uirga intelligit B. Gregorius reſurrectionẽ dñi Ieſu lib. 23. in 12. ca. Iob cap.28.

Num.16.

Heb.5.

Chriſtus filius Dei naturalis.

ſecundùm hanc in vtero virginis in tempore eſt conceptus de Spiritu ſancto. & natus: cõſubſtantialitatẽ ſui filij volens oſtendere pater cæleſtis ad has voces deſcendit, quæ eius naturæ haud germanæ ſunt, eidemque repugnant, vt ex his quæ nobis ſunt manifeſtiora, in tantæ rei fidem erigeret & vocaret. Dixit enim: Ex vtero ante luciferũ genui te. Nũquid vterum beatiſsima illa natura patris habet? Nunquid humana membra ei concedimus; qui eſt ſuper omnia Deus benedictus? Abſit. Sed vt oſtendat quod non extrinſecus, non aliunde ſubſtitutus, ſit filius: ſed à ſe ipſo, id eſt, de ſua ſubſtantia, filium generaſſe doceret. Ideò fatetur ex vtero genuiſſe filium: quia non aliunde, nõ ex nihilo, non ex ſubiacentibus, vel præcedentibus materiarum qualitatibus, ſed propriè Deum de ſe ipſo Deo, lumen de lumine, ſapientiam de ſapientia genuit. Vnde cõſubſtantialis comprobatur, coæternus, & omnibus anteſertur. Ante luciferum enim cõprobatur genitus, patris teſtimonio, qui alibi, principium viarum Dei dictus eſt: ergo cum filius ſit ante luciferum genitus, æternus erit cum patre ſuo. Nihil enim eſſe poteſt ante illud, quod eſt principiũ viarum Dei, quod æternum & Deus non ſit. Reprehendit meritò beatiſsimus Athanaſius expoſitionem illam, quæ ad partum honorabilem virginis, hunc locum trahere nititur: quaſi magnum aliquid ſublimevè ſit, ſacram virginem in lucem ædidiſſe puerum Ieſum pignus ſibi chariſsimum, ante ortum ſtellæ, quæ Lucifer vulgo appellatur. Quid igitur garriunt de genitura ante luciferum? Ego libens dixero. ſi illud de genito ante luciferum, partum Mariæ mirabilem demõſtrat, multos etiam alios ante exortum eius ſtellæ in lucem eſſe æditos. Quid igitur mirì in his verbis, vbi tamen quaſi de eximio aliquo mentionem facit, cùm illa ratio naſcendi vulgaris ſit? Eſt quoque diſcrimen inter gignere, & ædere: nam gignere principium iacti ſeminis indicat: ædere autem nihil eſt aliud, quàm quod iam eſt, in lucẽ producere. Ex vtero ergo genitus à patre dicitur, vt conſubſtantialis demonſtretur. Vna ſola relatione alius a patre: nullo modo aliud à Patre. Per quod deſignatur quòd ſit alia perſona realiter à patre diſtincta: & eadem natura nullo modo à paterna eſſentia diuerſa. Per omnia ergo ſibi æqualem pater genuit filium: quod vna duntaxat ſcripturæ

Conſubſtãtialitas filij & patris.

Pſal.109.

Iob.40.

Argumentum eſt B. Greg. ſuper illũ locum, li.32. cap.12.

Oratione cõtra Arianos Ath. in hoc dictũ.

Ex Deo Deus eſt uerbum.

Expoſitionẽ illã non abijcit Auguſt. quamuis non determinet eſſe germanã Tom. 8. folio.12.83.

pturæ ratio demonſtret. Vocatur Dei fi-
Filius patri æqualis. lius, candor lucis æternæ, id eſt, lux lucis
æternæ. Quid enim cãdor luris eſt, niſi lux?
Et ideò coæterna luci, de qua lux eſt. Ma-
Nota valde. luit autem dicere, candor lucis, quàm lux lu
cis, ne obſcurior putaretur iſta, quæ manat,
quàm illa de qua manat. Cùm enim audi-
tur candor lucis eſt, facilius eſt per hanc lu-
cere illam, quàm ꝙ hæc minùs lurere rre-
datur. Sed quia cauendum non erat, ne mi-
nor lux, quæ pater eſt, putaretur, qui iſtam
genuit (hoc enim nullus hæreticus auſus eſt
dicere, nec credendum eſt aliquem auſurũ)
illi cogitationi occurrit ſcriptura, qua poſ-
ſit videri obſcurior lux genita, quæ manat,
quàm illa de qua manat. Si enim lux genita
minor eſt, obſcuritas illius eſt, non candor
eſt eius. Si autem maior eſt, non ex ea gigni
tur, nec manat. Nõ enim vinreret, de qua ge
nita eſt. Quia ergo ex illa manat, nõ eſt ma
ior quã illa: quia verò non obſcuritas illius,
ſed rãdor illius eſt, nõ eſt minor, æqualis eſt
ergo. Aequalis nimirũ, cùm per modũ in-
tellectus generetur filius. Qui quidẽ intelle
ctus paternus infinitus eſt, & infinitũ obie-
ctum capere & cõprehendere poteſt. Hoc
obiectum diuina eſſentia eſt, quæ terminũ
neſcit: vnde infinita per omnẽ modum. Et
cùm ab obiecto & potentia oriatur notitia,
nec minor quàm illa ſunt, inde filius patri
eſt æqualis, qui eſt verbum patris. Nõ enim
inuidus, aut impotens eſt pater, quæ duo
aliena ſunt ab illius natura, ergo æqualẽ ge-
nuit filium. Ad quem: Tu es filius meus di-
lectus: mihi æqualis, coæternus, conſubſtan
tialis, & naturalis etiam ſecundùm humanã
naturam. Pro har re multis ſcripturis, gra-
uiſſimiſque authoritatibus ſacrorum docto
rũ, actũ eſt ab Adriano PP. huius nominis
primo, contra Elipandum Archiepiſcopũ
Toletanum, in ſynodo Frãcofordiæ. Qui-
Tom. 3. folio 331. bus omnibus dimiſsis, ſolummodo illa quæ
ſuper hanc eandem ſententiã Marri ſcri-
bit, notanda ſunt. Patris teſtimonio nõ rre
ditis filio perhibentis, qui dixit: Hic eſt fi
lius meus dilectus? Spiritus ſancti oſtenſio-
nem in ſpecie columbæ, quia ipſe eſſet dile
ctus filius, nihili penditis? Super quem pu-
tatis Spiritum ſanctum in ſpecie columbæ
deſcẽdiſſe: ſuper Deũ an ſuper hominẽ? An
propter vnã perſonã Chriſti, ſuper Dei ho
miniſq; filiũ? Spiritus nanq; ſanctus, cùm ſit
inſeparabiliter amborũ, patris videlicet & fi
lij, & ex patre filioq; eſſentialiter procedat,
quo pacto credi poteſt ſuper Deũ deſcen-
A diſſe, à quo nunquã rereſſerat, & à quo ineſ
fabiliter ſemper proredit? Dei enim filius,
ſecundũ id quod eſt Deus, ſanctum Spiri-
tum cũ patre nunquã à ſe recedẽte inenar-
rabili modo mittit: & ſecundũ id quod ho-
mo eſt, ſuper ſe venientem ſuſcipit. De eo
ergo, id eſt, de hominis filio, ſuper quẽ ſpiri
tus ſanctus deſcendit, lirèt vnus ſit Dei ho
miniſq; filius, vox patris intonuit, dicens:
Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi be
nè cõplacui. Si ſecundũ diuinitatẽ dixiſſet,
nequaquam diceret: In quo mihi benè cõ-
placui: ſed tantummodò: In quo mihi benè
cõplacuit. Sed dũ dirit: Complacui: totam
ſimul trinitatem romprehendit, quia in ho
mine Chriſto tota rõplaruit trinitas. Ani-
maduertite, quia nihil vobis reſtat, vt ſecun
dùm diuinitatẽ tantũmodo credatis dixiſ-
ſe patrem: Hic eſt filius meus: ſed potiùs ſe-
cundũ humanitatẽ, ſuper quẽ Spiritus ſan-
ctus dicitur deſrendiſſe, &c. Ipſe vtiq; vni-
cus, proprius, & dilectus, & non ſeruus, &
adoptiuus. Vnde Auguſtinus ſuper illud *Aug. tract. in Ioã.*
Ioannis: Teſtimonium perhibui, quia hic
eſt filius Dei. Oportebat (ait) cum capituli
B huius myſterium exponendo reuelaret, vt
ille baptizaret qui eſt filius Dei vnicus, nõ
adoptiuus. Adoptati filij miniſtri ſunt vni-
ci: vnicus aũt habet poteſtatẽ adoptare mi-
niſtrũ. Scriptũ eſt enim: Pater diligit filiũ:
& oia dedit in manu eius. Adoptiuis verò fi
lijs nõ dedit omnia, ſed quædã dona chariſ-
matum. Pater diligit filium: ſed quomodo
pater filium? non quomodo dũs ſeruũ: quo
modo vnicũ, nõ quomodo adoptatũ, &c.
Dilectus. Idem ſignifirat ac vnigenitus. Nõ *Dilectus unigenitũ ſignificat.*
enim quò ſuã in eum dilectionẽ tantũ oſtẽ
deret, eũ dilectũ appellat: ne ea ratione cæ-
teros ſe odiſſe iudicaret. Sed ea voce vnige-
niti naturã oſtendere voluit, quò palã fa-
ceret illũ ſolũ ex ſe eſſe genitũ. Sic Athana *Athanaſi. oratione cõtra Arrianos.*
ſius: Certè Abrahæ demõſtrare volẽs Iſaac
ſe petere vnigenitũ, ita locutus eſt: Offer fi
lium tuũ dilectũ illum. Iam cuius ronſtat *Gen. 22.*
Iſaacum vnigenitũ eſſe ex Sarra. Eſt igitur
filius nõ nuper factus, &c. Obſerua Atha-
naſium nõ legere locũ Geneſ. ſecundũ vul-
garẽ ęditionẽ: ſed prout habetur in Græco:
Accipe filiũ tuũ dilectũ, quẽ dilexiſti. Sic
legis in Biblia Cardinalis. Quòd ethnici li-
terarũ periti ſciunt hãc vocẽ dilectũ, idem *Homerus ſecũda Odyſſea.*
valere cũ hoc vocabulo vnigenito, quũ Ho
merus Telemachum vnigenitũ Vlyſsis di

lectum appellet. Quid nã hæc clare tuo vol
uis ſub pectore filij? An cur nam ſtatuis pere
grinas viſere terras? Solus dilectus ſiquidem
præclarus Vlyſſes, ignotoq; inter perijt, pro
Cap.5. cul vrbe domoq;. Nunc filiũ qui vnic⁹ erat pa
tri ſuo, dilectus appellatur. Huic vnigenito
ſub dilecti nomine propheta Eſaias canticũ
Pſal.28. decãtauit, & intitulauit. Et Dauid, Dilectus
quẽadmodũ filius vnicorniũ. In quibus ſ:om
nibus vnigenitus intelligitur. *Dilectus*. Vn-
de & filius vnigenitus, quia à patre genitus:
& eſt bonitas infinita: ergo infinito amore
dilectus. Quod ſermo Apoſtoli indicare vi
Coloſ.1. detur, cũ inquit: Trãſtulit nos in regnũ filij
dilectionis ſuæ, id eſt, in regnũ filij ſui ſum-
me dilecti. Ne cũ Ario & Ptolomæo Valẽ
tini diſcipulo, filiũ charitatiuũ patris Chri-
ſtum intelligas, & voluntate genitũ: nos qui
Iacob.1. dẽ genuit voluntariè verbo veritatis ſuę: ſed
cũ legis apud Apoſt. filiũ dilectionis ſuæ, fi
lium ſummè & infinitè dilectum confitere.
Dilectus filius à patre quomodo. *Dilectus*. Dilexit æternus pater humanam
Chriſti naturã: volens illi ſingulari naturæ
& indiuiduę ſummũ & maximum bonum:
hoc eſt bonũ incarnationis: qua factum eſt,
vt in diuinæ perſonæ vnitatẽ tranſiret, aſcẽ
deretq; ad altiſsimum faſtigium, & adora- D
tionem latriæ: eadem enim adoratione ado
ratur humanitas in Chriſto, quia Chriſti
eſt, qua æterna diuinitas. Voluit ei bonum
ſummæ gratiæ, & ſummæ gloriæ: non qui-
dem poſt trophæum crucis, ſed ſimul cum
Chriſtus gratiã capitis habuit. creata fuit ſuper benedicta illa anima. Ha-
bet quidem gratiam capitis: quia ipſum de-
dit pater caput ſupra omnẽ eccleſiam. De-
Eph.1. ſcenditq; ex vero Aaron noſtro vnctio gra
Pſal.132. tiæ per barbam eius vſque ad oram veſtimẽ
ti ipſius: hoc eſt vſque ad minimum infantẽ,
qui baptizatur. Vides quàm charus ſit pa-
tri ſuo Ieſus Chriſtus dominus noſter? Iam
germaniſsimè ſequuntur omnes concluſio-
Rom.5. nes Apoſtoli: per quem habemus acceſſum
per fidem in gratiam iſtam, in qua ſtamus.
Epheſ.2. Per ipſum habemus acceſſum ambo in vno
Ibi. ſpiritu ad patrem. Et illud: Deus qui diues
eſt in miſericordia propter nimiam chari-
tatem ſuam qua dilexit nos, & c. conuiuifi
Eph.1. cauit cũ illo. Et illud: Benedictus Deus &
pater dñi noſtri Ieſu Chriſti, qui benedi-
xit nos in omni benedictione ſpirituali in
Chriſto. Et illud: Si quis peccauerit, aduo-
1.Ioan.2. catum habemus apud patrẽ Ieſum Chriſtũ
iuſtũ & c. Et multa alia quę cõfidentiã ſpõ-
dẽt firmiſsimã quantũuis magnis peccato-
ribus: cùm videamus q̃ ad Chriſtũ oĩs ſpes
C noſtra conuolat, quẽ pater ſibi chariſsimũ
teſtatus eſt. Nec minus timorẽ dñi ingerit
verbum illud, *Dilectus*: quippe cùm illius in *Timor domini.*
iurias paratiſsimus ſit cæleſtis pater vindica
re. Ego vltor exiſtam, inquit: Et valde hor- *Deute. 38*
rendum eſt incidere in manus Dei viuentis. *Heb. 10.*
Chariſsimus eſt ergo patri ſuo dominus Ie-
ſus & dilectus: cui voluit, id eſt, illi humani-
tati benedictæ, talia ac tanta bona: tantũ ac
talẽ honorem. Hoc eſt diligere Dei, & ama-
re, benè velle. Qualẽ obſecro honorẽ dece-
bat habere in terris Dei filium chariſsimũ?
Qualẽ angelorum & principũ famulatum?
Qualẽ requiem & abundantiã? Hæc autem
omnia lõgè ab illo fuerunt, niſi per breue
tẽporis ſpatium, vt ſciret vniuerſus orbis de
bita illi eſſe. Vnde verè dicitur: Exinaniuit *Phil.2.*
ſemetipſum: qui mortalis & paſsibilis ꝓpter
nos apparuit, & verè paſſus eſt & mortuus
eſt. Idẽ Apoſt. nos vocãs ad certamẽ labo-
rum & tentationũ in mediũ adducit Ieſum
dñm noſtrũ, qui propoſito ſibi gaudio, ſuſti
nuit mortẽ cõfuſione contẽpta. Quãdo ob- *Heb.12.*
ſecro propoſuit ei pater honorẽ & gaudiũ?
Quomodo propoſuit? Nõne vidiſti angelo *Exinanitio Chriſti.*
D rum exercitus in ſacra eius natiuitate laudã
tes & dicentes: Gloria in altiſsimis Deo? Et *Luc.2.*
quidẽ ſcriptũ eſt à Dauide: Adorẽt eũ oẽs *Pſal. 96.*
angeli Dei: qui nimirũ locus (interpretante
Paulo) de introitu eius id mundũ, intelligi-
tur, ſicut docet ſacra Synodus Tridentina.
Et qui adorabatur à cũctis angelis Dei, va
giebat in materno gremio, & gelu cõtriſta-
batur & dehoneſtabatur ſtabulo. Nõne vi- *Matt.2.*
diſti potẽtes reges ab oriẽte veniẽtes, confi
tẽtes pueri Ieſu imperiũ etiã corã Herode:
& cũ primò eũ inueniũt, ſuper facies ſuas
procidẽtes, offerenteſq; regia munera my-
ſtica ſignificatione ſplendẽtia, aurũ ſcilicet,
thus, & myrrhã? & qui adorabatur a Magis, *Luc.2.*
fœnũ habet in delitias, & vile præſepiũ. Et
cui regia & myſtica munera offerebãtur, ille
ipſe cingebatur faſcia, & inuoluebatur pan-
nis. Nõnè vidiſti angelos Dei miniſtrantes *Matt.4.*
poſt quadragenariũ ieiuniũ huic magno fi-
lio Dei? ſed ipſe quidẽ miniſtrauit paupercu
lis hominibus & obſcuris in cęna: imò pedes *Ioan.13.*
eorũ lauit. Nõne ex his omnib⁹ alijſq; mul-
tis apoſtolicã ſententiã cõprobabis, cùm di
cit. Propoſito ſibi gaudio, ſuſtinuit mortẽ.
Exinaniuit ſemetipſũ. Taceo animę exina-
nitionẽ. grãdis enim eſt hic ſermo & in in-
terpretabilis, & imbecillis ſum ad loquẽdũ.
Quid

Quid retribues domino, pro omnibus quæ tibi retribuit? Quid ad hæc cunctorum con A feſſorum & martyrũ labores, calores, ęrumnas, carceres, ardentes lampades, enſes, claui, cruces, mille deniq; mortes? Sed de his infra. *In te complacui.* Per omnia ſibi pater in filio complacuit: neque vlla ſunt in eo ſerpentis reperta veſtigia: neque ſacerdotij eius eum pœnituit: quoniam ſacrificium quod in cruce obtulit, ſic perpetua virtute conſiſtit, ſic in beneplacito Dei conſtat acceptabile, vt non minus hodie, in conſpectu patris oblatio illa ſit efficax, quàm ea die, qua de ſaucio latere ſanguis & aqua exiuit: & ſemper reſeruatæ in corpore plagæ, ſalutis humanæ exigãt preciũ, & obediẽtiæ donatiuum requirant. Ex duobus, aut ex altero illorum contingit vnum in alio ſibi ipſi placere. Complacet ſibi pater in Chriſto, in benedicta eius humanitate, quia & ſecundum eam (vt diximus) filius eſt naturalis patris. In qua habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, id eſt, ac perinde ſicut anima in corpore: non quod diuinitas ſit actus aut forma corporis in Chriſto: ſed quia plenitudo diuinitatis in humanitate illius habitat eſſentialiter, indiuiſibiliter, & B citra omnem mixturam. Sunt in Chriſto omnes theſauri ſcientiæ & ſapientiæ Dei abſconditi. Quantùm per hæc, & alia, de quibus in ſuperioribus, complacuit ſibi pater in filio? Non ſic complacet animæ ſuæ pater in cũctis ſuis operibus: de quibus ſcriptum eſt: Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valdè bona. Non ſic ſibi placuit in cunctis cælorum angelis & beatiſsimis ſpiritibus, & eorum donis naturalibus, & gratuitis, quæ munifica manu, valdeq; liberali eis contulit, ſicut in Chriſto Ieſu dño noſtro. In te (inquit) cõplacui. Quod iã prædixerat in ore Eſaiæ prophetæ in hæc verba: Ecce ſeruus meus (obſerua quomodo de ſacra humanitate Chriſti agat ſermonẽ) ſuſcipiam eum, electus meus, complacuit ſibi in illo anima mea. Dedi ſpiritũ meũ ſuper eum: iudicium gentibus proferet. Vtrobiq; placere, verbum præteriti tẽporis eſt. In te complacui (inquit) & cõplacuit ſibi in illo anima mea. Quid ante horam hanc cùm in Iordane baptizatur à Ioanne Chriſtus dominus fecit, propter quod teſtatur cæleſtis pater complacuiſſe ſibi in illo? Quale aut quantum fuit eius opus? quale obſequium exhibuit: Dauid (interpretante Apoſtolo) in pſalmo ſic habet: Sacrificium & oblatio nem noluiſti, aures autem perfeciſti mihi. Holocauſtum & pro peccato non poſtulaſti: tunc dixi, ecce venio. Impoſsibile quidem erat ſanguine taurorum & hircorum, illius populi auferri peccata, quibus demandata erant illa carnalia ſacrificia, vt ab idolatria detinerentur, & haberent imagines & figuras futuri redemptoris & redemptionis. Cum ergo plenitudo temporis in diuino conſilio præordinati venit, & miſit Deus filium ſuum in vterũ virginis, Tunc (hoc tempus reſpicit, cùm dicit Tunc) Chriſtus dixit, cùm primò factꝰ eſt homo: Ecce venio, & corpus aptaſti mihi, ad opus redemptionis ſcilicet: quia mortale & impollutum, de Spiritu ſancto, & ex ſancta virgine conceptum. Ecce volũtariè ſacrificabo tibi. Ecce venio ad redimendum humanum genus paratiſsimus, & pono animam meam. Hæc obtulit Chriſtus patri, pro multis & magnis, quæ ab eo ſua accepit humanitas. Hęc erant ſeni illi, longæuoq; dierum gratiſsima cibaria, & hauſtus vini optimi, quibus acceptis filio benedixit. Benedixit nobis in illo in omni benedictione ſpirituali. Benè B pinde pater in Iordane: *In te complacui.* Et in Eſaia. Complacuit ſibi in illo anima mea. Tum ex multis ac magnificentiſsimis donis, quæ ei contulit in ſua incarnatione: tũ etiã ex acceptata paſsione & obediẽtia mortis pro noſtra ſalute. De qua obedientia ingrediens horam paſsionis dicebat: vt agnoſcat mundus, quia diligo patrem: & ſicut mandatum mihi dedit pater, ſic facio: eamus hinc. Et egreſſus eſt cum diſcipulis ſuis trans torrentem Cedrõ. Iam ex his multis comproba, quo iure quondam ad Nicodemum dixit dominus: Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret. Dedit quidem illum præſepio & cruci, & ſepulchro. Cõproba etiam quod in pſalmo ſcriptum eſt: Apud dominum miſericordia, & copioſa apud eum redemptio. Comproba quod in propheta Eſaia legis: Si poſuerit pro peccato animam ſuam, videbit ſemen longæuum (portæ inferi nõ prçualebunt aduerſus eam) & voluntas domini in manu eius dirigetur. Et iure quidem cùm in capite libri ſcriptum ſit, vt facerem volũtatem tuam Deus, quam ad vnguem perfecit. Vt ſciat mundus, quia diligo patrem: & ſicut mandatum mihi dedit pater ſic facio, &c. Comproba ex his verbum Pauli:

Cyprianꝰ in de baptiſmo Chriſti.

Cõplacere in alio quomodo contingat.

Col. 2.

Nota valde.

Col. 2.

Gen. 1.

Cap. 42.

Non video quomodo Adrianus PP. ſupra cõtra Eliпandũ dicere potuit, nullibi Ieſum ſeruũ appellatũ in ſcriptura ſed vbicunq; dicitur ſeruus exponẽdus erat locꝰ et adducẽdus.

Pſal. 39.

Heb. 10.

Sacrificia veteris legis quare data illi populo.

Gen. 27.

Ioan. 14.

Ibi. 18.

Cõcluſiones multæ ex dilectione patris ad filium.

Ionæ. 3.

Pſal. 129.

Cap. 53.

Mat. 16.

Pſal. 139.

Heb. 2. Propterea abundantiùs debemus obſerua-
re nos ea quæ audiuimus. Nõ enim angelus
ſicut olim in lege, locutus eſt nobis: ſed no
Heb. 1. uiſsimè diebus iſtis pater locutus eſt in fi-
lio, quem conſtituit hæredem vniuerſorũ,
per quem fecit & ſęcula: ergo omnipotens:
contra omnipotentem ergo militat puluis
& cinis. Comproba ex his quæ apud eun-
dem Paulum legis: Irritam quis faciens le
Heb. 10. gem Moyſi, duobus aut tribus teſtibus, ſi-
ne vlla miſeratione commoritur: quantò
magis exiſtimatis deteriora mereri suppli-
cia, qui filium Dei conculcauerit? Com-
Cap. 15. proba quòd in ſacra Apocalypſi legis. Di-
gnus eſt agnus qui occiſus eſt, accipere vir-
tutem & diuinitatem, &c. Comproba ex
Ioan. 16. his, quod dictum eſt à domino Ieſu: ſi quid
petieritis patrem in nomine meo, dabit
Ioan. 11. vobis. Cõproba quo iure dixit: Ego ſum re
ſurrectio & vita, qui credit in me, &c. Cõ-
2. Cor. 5. proba quod dictum eſt à Paulo. Erat Deus
in Chriſto, mundum ſibi reconcilians: de
quo cap. 16. agendum eſt. Comproba quo
Phil. 2. iure ſcriptum eſt: Propter quod & Deus
1. Ioan. 2. exaltauit illum. Comproba quod ſcriptũ
eſt: Si quis peccauerit, aduocatum habe-
mus apud patrem Ieſum Chriſtum iuſtũ.
Comprobanda ſunt omnia hęc ex dilectio
ne patris ad filium dominum noſtrum Ie-
ſum Chriſtum: & ex obedientia ipſius ad
patrem: ex dignitate perſonæ, & aſſumptæ
naturæ: vt cum multo timore & tremore
ſeruiamus illi in ſanctitate, & iuſtitia corã
ipſo omnibus diebus noſtris, & ſanctam le-
gem eius & mandata cuſtodiamus: non vt
in licẽtiam & carnis libertatem veniamus.
Matt. 21. Denique comproba an iure exigatur à te,
vt diligas dominum Deum tuum ex toto
corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omni
bus viribus tuis: & proximum tuum ſicut
1. Cor. 8. teipſum: Pro quo Chriſtus mortuus eſt. O
Proximus quàm pretioſus. quam pretioſus eſt proximus noſter ex
hoc quod pro illo Chriſtus mortuus eſt. O
quàm diligendus opere & veritate, nõ ver-
bo tantùm: & nunquam ſcandalizandus:
quod erat Pauli intentũ in verbo illo: Pro
quo Chriſtus mortuus eſt. In his omnibus
noſter Chriſtianiſmus conſummatur: qui
eſt quædam diuinæ naturæ participatio, ſi-
ue ſimilitudo Dei, quantùm poſsibile eſt
humanæ naturæ, ſicut Magno placuit Baſi
Baſili' Hexemerõ homil. 10. lio. Redemptio quæ eſt in Chriſto Ieſu,
aduocatio eius ad patrẽ, dilectio Dei, amor
proximi, reuerentia legis, obſeruantia man-

datorum, timor Dei, ſpes veniæ in peccatis,
C pœnitentia eorundem, nonne noſtrũ Chri
ſtianiſmum conſummant, cum ſacramento-
rum digna participatione? Ecce in baptiſ-
mo Chriſti omnia lucent, & fidelibus men
tibus reſplendent. Teſtatur pater de Ieſu,
quòd verè ſit filius ſuus: per quod Deus de
Deo patre declaratur. In cuius teſtimo-
nium venit Ioannes: & vidit, & teſtimoniũ Ioan. 1.
perhibuit, quia hic eſt filius Dei: deinde im
menſum gratiarum pelagus in eodem Chri
ſto vero homine declarat, dicens, *Dilectus*.
Et tandem explicat omnia opera Chriſti
ſibi eſſe gratiſsima, cùm dicit *In quo mihi
complacui*. In quo & per quem ſanctorum
opera in conſpectu patris omnium ſunt gra
ta, & orationes exaudibiles. Per Chriſtum Rom. 5.
enim acceſſum habemus ad patrem: Per Eph. 2.
Chriſtum reconciliationem & introitum
ad regnum cælorum. Conſule tibi, & tuæ
ſaluti, & caue ne exul fias à communione
ſanctorum, & eccleſiæ vnitate, ſi verè de-
ſideras aſcendere ad hanc animæ & corpo-
ris fœlicitatem. *Et ſtatim ſpiritus expulit eum
in deſertum*. Expulit Spiritus ſanctus domi-
num Ieſum in deſertum, iam quidem ba-
D ptizatum à Ioanne, iam quidẽ a patre ma-
gnificatum, nec nõ ab eodẽ Spiritu ſancto.
Ille dixit: Tu es filius meus dilectus: in te cõ
placui. Iſte corporali ſpecie ſuper ipſum de
ſcendit ſicut columba, quæ & ſuper caput
ipſi' reſẽdit. Hic ergo dominus Ieſus in no-
ſtra infirmitate, qui dudũ reſplenduit diui-
nis honoribus, & in ſimilitudine carnis pec
cati apparuit, mittitur in deſertum ab Spiri
tu ſancto, primũ Adam in exilium miſſum
inſequens, vt eum, tanquàm ouem perditã
requirat, & inuentam ſuper humeros, tan-
quàm magnificus gigas, reponat: & tandem
in ouile, & in cæleſtem manſionem redu-
cat. Mirabilis & inueſtigabilis eſt diuini cõ
ſilij altitudo. Quid ſibi vult quòd Spiritus
Sanctus expulit in deſertum dñm Ieſum ba
ptizatum? Nõne oportuit hũc vniuerſo po
pulo Iſrael glorioſum & mirabilẽ propone
re, cum iam à patre fuerit declaratus primo
genitus, chariſsimus, vniuerſorũ hęres, & ſæ
culorũ factor ſapiẽtiſsimus, & omnipotẽs?
Hoc humana ſapientia excogitaret, deſide-
raret. & ſi poſſet exequeretur. Diuinũ autẽ
conſiliũ aliud, aliudq; diffinijt, ſtatuit firmi
ter, & perfecit. Vnde ſcriptũ eſt: Multa feci-
ſti tu domine Deus meus mirabilia tua: &
cogitationib' tuis nõ eſt qui ſimilis ſit tibi.

Eſaia.55. Et alia ſcriptura dicit: Sicut exaltantur cæli
à terra, ſic exaltatæ ſunt cogitationes meæ
Act. 10. à cogitationibus veſtris. Vnctus fuit domi
nus Ieſus Spiritu ſancto, ſicut teſtator Pe-
trus Apoſt. in ſummũ ſalutis noſtrę ſacerdo
tem. De quo Paulus Apoſtolus ad longum
Cap.5. in epiſtola ad Hebræos: Chriſtus aſsiſtens
pontifex futurorum bonorum, &c. Omnis
nanque pontifex ex hominibus aſſumptus
pro hominibus conſtituitur in his quæ ſunt
ad Deum: vt offerat dona & ſacrificia pro
peccatis: qui condolere poſsit his, qui igno-
rant & errant, quoniam ipſe circundatus eſt
Tentatio- infirmitate. Vſque ad horam hanc, in qua
nes Chriſti Spiritus ſanctus expulit dominum Ieſum
quare. in deſertum, non legimus, à ſathana tenta-
tionibus fuiſſe laceſsitum, expetitúmue.
Heb.4. Oportebat quidem pontificem noſtrũ per
omnia tentari, pro ſimilitudine abſque pec
cato. Tentatus eſt enim in noſtra carne, &
expertus eſt miſerias noſtras præter pecca-
tum: tentatus eſt per omnia tentationũ ge-
nera, quia in tribus illis tentationibus quas
à diabolo pertulit, omnia tentamenta con-
tinentur. Vel in ſola tentatione, qua diabo
lus oſtēdit ei omnia regna mundi & gloriá
eorum, in quibus omnia continentur, de
quibus humana corda tētantur, poteſt dici
per omnia genera peccādi fuiſſe tentatũ. Et
libenter omnia tentationum genera pertu-
lit, nec tamen ſuccubuit, nec delectatus eſt
in aliqua perſuaſione diaboli: & ideò benè
poteſt omnes alios à peccato & tentatione
liberare. Nam cùm Apoſtolus eum dicit tē
tatum per omnia, & non ſuperatum, oſten-
dit, quoniam in eo ponenda eſt fiducia ſub
ueniēdi &c. Et ideò credendum, quia vult
& poteſt ſubuenire tentationibus noſtris,
Heb.3. Debuit per omnia fratribus aſsimilari, vt
miſericors fieret, & fidelis pōtifex ad Deũ:
& repropitiaret delicta populi. In eo enim
in quo paſſus eſt ipſe & tentatus, potens eſt
& eis qui tentantur auxiliari: & quidem cũ
eſſet filius Dei, didicit ex his quæ paſſus
eſt obedientiam, id eſt, experimento co-
Cap.5. gnouit labores obedientiæ. Vnde ſanctus
Cap.4. Matthæus expreſsè inquit: Ductus eſt Ie-
ſus ab ſpiritu in deſertum, vt tentaretur à
diabolo. Hæc eſt finalis intentio huius ope
ris, vt tentaretur à diabolo. Benè quidē &
in noſtræ ſalutis ſuffragium. Obſerua ꝙ do
minus Ieſus nō ſolũ egit redemptorem, ſed
& doctorem & magiſtrum. In noſtrã do-
ctrinam acta ſunt, ſicut in noſtrã ſalutem,
deſertum, ieiunium, tentationes, &c. vt do-
A ceat ꝙ certè non vocauit nos Deus ad otiũ
poſt ſacrum baptiſma eccleſiæ: nō vocauit *Vocatio-*
nos ad forum: vbi mendacia, vbi periuria, *nis noſtræ*
vbi fraudes, vbi frigidum illud verbũ ori *finis.*
omnium adeſt, meũ & tuum: & quidquid
eſt malorum in vitam noſtram inuehens,
innumeraque gignens bella: vbi fur-
ta, vbi menſura, & menſura, vbi pupil-
lus circumuenitur, pauper irridetur, vi-
dua expoliatur, &c. Nec vocauit nos
Deus ad aulas principum: vt qui paulò
antea renuntiauimus ſathanæ & popis eius,
non accedamus ad ſcholam ſuperbiæ, iactã
tiæ, & gulæ, vaniſsimarumq; pomparum,
& denique ad omnis mali magiſtrum otiũ.
Multa mala docuit otioſitas. Et cùm audis *Eccl.33.*
multa, omnia intellige. Imò & hoc fuit vnũ *Ezech.16*
de capitalibus Sodomorum: ſicut teſtatur
propheta: Hæc fuit iniquitas ſororis tuę So
domæ, ſuperbia, ſaturitas panis, & abundã-
tia, & otiũ ipſius, & filiarũ eius. Vixerũt ta
mē in palatijs viri, non pauci virtute orna
tiſsimi: & nunc piũ eſt credere, ſimiles vi-
ros ibidem adeſſe. Sed rara concordia
aulæ & virtutis, &c. Ad luctam cōtra dia *Baptiza-*
B bolum, contra mundi pōpas, denique (& *tus armatu*
hoc valde obſerua) contra carnem noſtram *rã Chriſti*
armauit nos Deus in ſacro baptiſmate & *accipit.*
confirmatione. Ibi armaturam Chriſti ac- *Epheſ.6.*
cipimus, vt aduersùs inſidias diaboli ſtare
poſsimus. Ibi gladium ſpiritus, ibi ſcutũ,
ibi clipeum de manu ducis noſtri accipi-
mus. Cũ ergo vita noſtra ſit militia ſuper
terram, non oportet otiari, nō oportet ſom
no indulgere & cibis &c. In baptiſmate
enim non cōprehendimus: non intrauimus
ad regnum & coronam, ſed ad luctã & cer-
tamen vbi de gloria Chriſti agitur. Arripe *Dauidis*
ergo de ore Dauid ſublime illud verbum, *mirabile*
quod dixit, cũ ſeſe obtulit ad debellandũ *verbum.*
ſpuriũ illum Goliath: vt ſciat vniuerſa ter- *1.Reg.17.*
ra, &c. Ipſius bellum eſt. De honore & glo
ria Saulis, vniuerſiq; eius exercitus ageba-
tur: ſed in primis de honore Dei Iſrael. In
hoc verbo armatur cor noſtrum, & accin-
gitur aduerſus ſathanam, nec magnitudinē
& fortitudinem gigantum timet, vt reſiliat,
non dexteritatē, nō mille nocēdi modos,
non ſeuitiam, & omnia machinamēta dia-
boli, nō deniq; ipſam mortē, ſi occumbere
oportuerit pro Chriſto, cuius bellũ eſt de
cuius honore res eſt in noſtris tentationi-
bus, de quo infra. Nullo ergo tēpore otian-

dum nobis eſt, nec poſt victoriam, nec poſt mille triumphos. Tunc enim maximè ſæuit diabolus, tũc nullum non mouet lapidem; vt ſeruum Dei deijciat, cùm experitur eſſe liberatum. Benè proinde ſcriptum eſt. Fili accedens ad ſeruitutem Dei, ſta in timore domini: & para animam tuam ad tentationem. Scriptum eſt etiam: Cum oratis dicite, Pater noſter, Et ne nos inducas in tentationem. Et Apoſtolus Paulus docet: Euigilate iuſti & nolite peccare. Oratione ergo & vigilijs quærendum eſt diuinæ exauditionis ſuffragium: vt poſsimus ſtare aduerſus inſidias diaboli: quod nos ſuo exemplo docet Chriſtus. Ad tentationem & luctam vocati ſumus poſt noſtrum baptiſmum, vbi auditur: Hic eſt filius meus, in quo nunc iam mihi complaceo: quod ipſe diabolus experitur, cum ſeſe videt in deſertum relegatũ: non tamen in perpetuum: ſed vſque ad tempus, quo rationis vſus oritatur. Tunc iam accedit, tunc iam bellum & nocendi modos; quos excogitauerat proponit: vt capiat, vt decipiat, denique vt perdat. Vide ſi otiandum tibi ſit, etiam in pueritia: etiam in iuuẽtute. Oppugnabit dico mundus, oppugnabit ſathanas: oppugnabit te caro tua: ſemper pugnandum eſt, vt ſemper vincas: Neq; enim prius erit finis pugnæ quàm vitæ: ſed tamen quò ſæpius hoſtẽ tuum viceris, hoc & ille diſcedet a conflictu debilior, & tu robuſtior, &c. *Expulit in deſertum, & erat in deſerto quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.* Iam nunc durius cũ carne ſua agit Chriſtus, vſque ad horam hanc ſub cura ſanctæ genitricis plurimos annos egit. Lectum forſan habuit, & menſam: cibus parabatur & potus: manducauit enim & bibit filius hominis. Iam nunc quadraginta diebus & quadraginta noctibus colit deſertum vaſtiſsimæ ſolitudinis: quod benè notatur in verbo Euangeliſtæ: *Et morabatur cum beſtijs;* vt doceat non eſſe domeſticum deſertum, imò quod ſolis beſtijs pateret. Longè ab hoc loco lectus, & molle ſtratum: imò nuda humus, & proceruicali durus lapis inuenitur. Non cibus, non potus, nulla deniq; requies. Non enim manducauit, neq; bibit, per quadraginta hoſce dies & noctes, quod non ex naturæ dono eius corpori conceſſum eſſe: tum verè aſſumptum eſſet paſsibile & mortale, potu & cibo indigens: ſed ex virtute diuina admirandũ opus apparuit. Poſt baptiſmum itaq; egit dominus in deſerto quadrageſimam. Cuius caro munda per Spiritum ſanctum ex ſacra virgine concepta eſt. Nulla in conceptione libido: vnde nullus in concepta prole peccati fomes aut concupiſcentia: Non carnis ſtimulus reperitur, nõ lucta, nihil deniq; quod ad veterẽ hominem pertinebat. Et tamen caſtigat corpus ſuu Dei filius dñs Ieſus Chriſtus ieiunijs & vigilijs, deſerto & nuda humo pernoctãs in oratione Dei, & luctas importuni inimici ſuſtinens. Quid tibi faciendũ eſt in peccatis concepto, in luxuria & delitijs enutrito, cui adhæret ardens fomes peccati, & peſsima libido inflãmata à gehẽna? Quid tibi faciendũ; cũ totus mundus poſitus ſit in maligno, & lubrica ſit via peregrinationis tuæ? Væ nobis, quos vocauit dñs ad plãctũ, & luctũ, & caluitium, & cingulum ſacci. Et ecce gaudiũ & lætitiã occidere vitulos de armento pinguiſsimos, bibimus vinũ defæcatũ ad ſonũ cytharæ & tympani. Væ nobis, quibus id ſolũ curæ eſt nutrire in delitijs carnẽ noſtrã, quã ieiunijs, vigilijs & lacrymis oportebat liuidã facere. Væ nobis, qui inimico exſpoliato & inermi, offerimus corpora noſtra arma iniquitatis: quæ mortificare oportebat & crucifigere cũ vitijs & concupiſcẽtijs ſuis: vt ad Chriſtũ & beatã reſurrectionem pertineret. Væ nobis, qui de ore dñi accepimus crucis verbũ, cũ dixit: Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucẽ ſuã poſt me: & trophæũ mũdi in fronte (in qua dñicã crucẽ glorificãdã ſuſcepimus) & coronã ſuperbiæ inſerim⁹. Benè proinde ſcriptũ eſt: Et hoc eſt iudiciũ ꝙ lux venit in mundũ ſcilicet Chriſtus, & dilexerũt homines magis tenebras, quã lucẽ. Quid quæris domũ conuiuij ô homo, qui per gratiã baptiſmi factus es hæres regni & coronæ? Quid quæris ludos luxuriæ ô homo, cui parat⁹ eſt angelorũ cœtus, & gloriæ menſa? In deſertum mittitur dñs Ieſus à Spiritu ſancto; ibiq; per cõtinuos quadraginta dies & totidẽ noctes agit in ſolitudine: ſed nõ in otio. De re hac docendus eſſet domini populus, vt ſaltem in quadrageſima (quæ ſumma obſeruantia coli debet) ſecederet in loca ſolitaria, longè à tumultu & hominum vociferationibus: vt vel hoc tempore contemplationi, orationi, lectioni, & carnis mortificationi, & gemitibus indulgeret. Vt qui nomen ſuum ſaluatori dedit, & renuntiauit diabolo, & accepit donatiuum velut arrabonem ſui ſalarij, Spiritum ſanctum, & per-

Marginal notes:

De hoc ad longũ auctor. homi. ſuper pſal. 1. cũ beato Cypriano.

Eccli. 2.

Matt. 16.

1. *Cor.* 15

Nota ualde.

Deſertum ieiunij quale.

1. *Ioan.* 5.

Ierem. 22.

Galat. 5.

Mat. 16.

In quadrageſima quæ ſunt docenda populũ chriſtianũ.

C

D

& perdidit illum, ad palmam, per hæc quæ diximus contendat & perueniat. Non deſcribit beatus Marcus ieiunium Chriſti: nec
Matt. 4. tacuere illud alij euangeliſtæ. Ieiunauit qui
Luc. 4. dem quadraginta diebus & totidem noctibus: in redemptionem & doctrinam noſtrã, Omnis nanque actio Chriſti, & noſtra eſt inſtructio, & noſtra eſt redemptio. Exemplo nimirùm hoc imbuens omnes eccleſiæ filios, vt tyrocinium militiæ ſpiritualis à ieiunijs inchoarent: & pugnaturi contra ſpirituales nequitias, abſtinentiæ arma raperẽt, quibus incentiua vitiorum truncarent. Inuiſibiles enim aduerſarij & incorporales hoſtes nõ erunt contra nos validi, ſi nullis
Ieiunij vis & energia carnalibus deſiderijs fuerimus immerſi. In omni enim tempore, omnique vita huius ſæculi ieiunia nos contra peccatum faciũt fortiores: ieiunia contra concupiſcentiam vincunt, tẽtationes repellunt, ſuperbiam inclinant, iram mitigant, & omnes bonæ voluntatis affectus, ad maturitatem totius virtu
2. Parali. 20. tis enutriunt. Quis docuit regem Ioſaphat, cùm veniſſet contra eum magna multitudo filiorum Moab & Ammon, prædicare in populo ſuo ieiuniũ: quibus potiùs ſuppetias per robur corporale eſſet quærendũ? Et tamen in oratione & ieiunio inuenit à domino auxilium & victoriam. Imò vt ab origine mundi trahamus argumentũ, quod
Gen. 2. dam genus abſtinentiæ & ieiunij demandatum fuit primo parenti in paradiſo: cui omnia poma cõceſſerat manus altiſsimi. Et in illo innocentiæ ſtatu abſtinentia hæc inſtituitur. Quid facere te oportet, cui bellum eſt ſpirituale contra ſpiritum immundum, & in corpore, per quod pleno hauſtu virus crudele concupiſcentiæ & corruptionis bibiſti? Habes in fœmina nobili de re hac fir-
Iudith. 13 mum exemplum, nimirùm in Iudith, quæ dñm deprecatura pro populo ſuo, ieiunauit: & poſt multorum dierum ieiunium Holofernem principẽ militiæ Nabuchodonoſor interfecit: & liberauit populum ſuum.
Ionæ. 3. Niniuitæ in ieiunio & cinere & ſacco dominum placauerunt: & auertit ſe à malo, quod excogitauerat contra eos. Cùm apoſtolus
Rom. 6. docebat: ſed neq; exhibeatis corpore veſtra arma iniquitatis peccato, crapula & ebrietatem interdicebat. Sed exhibete (inquit) corpora veſtra arma iuſtitiæ Deo. ieiunium & orationem docebat, vt per ea quæ inimicus vincere ſolebat, vincatur, nimirùm per corpora noſtra, ex ieiunijs liuida & mortifica-

A ta. Vnde in noſtra pœnitentia primum mãdatum habemus ieiuniũ. Conuertimini ad Ioel. 2.
me in toto corde veſtro, in ieiunio, fletu, & planctu, &c. Cùm enim nouã vitam nemo poſsit inchoare, niſi veteris pœnituerit, niſi gladium arripuerit de manu inimici, inde eſt vt qui per immoderantiam victi ſumus: per abſtinentiam & mortificationem reſurgamus congruum ſit. Quod eccleſiaſticus mi- Quadrage
les, etiam ſi ſpecialibus prælijs poſsit forti- ſimale ieiu
ter facere, tutiùs tamen & fœliciùs dimica- nium quàm
bit, ſi cõtra hoſtẽ palàm in acie ſteterit, vbi efficax.
nõ ſuis tantùm virib⁹ certamẽ ineat, ſed ſub inuicti regis imperio fraternis conſotiatus agminibus, bellum vniuerſale conficiat. Minore enim diſcrimine plures confligunt cũ hoſte, quàm ſinguli, nec facilè patet vulneri, quẽ oppoſito ſcuto fidei, nõ ſua tantùm, ſed etiã aliorum fortitudo defendit: vt vbi eſt vna omnium cauſa, ſit vna victoria. Sic beatiſsimus Leo PP. Benè ſibi, & magnæ Sermone
opulentiſsimæq; ciuitati cõſuluit rex Nini 4. de ieiu-
ue, cùm commune ieiunium prædicauit, nio ſeptimi
vbi cõmunis erat ratio doloris. Et mandatũ menſis.
hoc non ſolùm à rege, ſed à principibus ſuis ortum fuit. Quod ſi in noſtra republica ex
B decreto regis & principum populi, hoc eſt, ſi à rege & ab aula eius & principibus in quadrageſima obſeruabile ieiunium inciperet, reliquus populus ieiunaret, & dñs placabilis redderetur. Hoc eſt malum grande calamitoſiſsimæ noſtræ ætatis: ꝙ omnia illa quæ ad noſtram ſalutẽ inſtituta ſunt, conuertimus in mortale animæ virus, & mortem. Ieiunium, ſacram confeſsionem, pœnitentiã, tremendã altaris cõmunionem omnia hæc, & ſi quæ ſunt alia, cõuertimus nobis in ſempiternum interitum: dum malè & indignè ſacris vtimur, & cõtemnimus ea. Quis locus manet noſtræ saluti? Vbi medicina? vbi oleum? vbi fomentum? vbi medicus? vbi vulnerum ligatura? Hinc ſcriptũ eſt: Quàm pau Matt. 7.
ci ſunt qui ſaluantur. Quia quæcunque ad noſtram ſalutem in æterna diſpoſitione Dei prouiſa ſunt: in noſtrã vertimus damnationem. Væ illis qui pretioſas margaritas, velut ſues pedibus conculcant: & puſillanimes tanquàm à Goliath ante faciẽ ieiunij expaueſcunt. Et quòd illi populo ſub Saule con Ieiunij pa-
tigit, in noſtro ſpiritualiter impletum eſt. uor in im-
Per continuos quadraginta dies veſpere & perfectis.
mane præcedebat Philiſthæus & ſtabat. 1. Reg. 17
Saul verò & ſerui eius ſtupebant. Neque inuentus eſt qui ad ſingulare certamen de-

ſcenderet, niſi vnus Dauid: qui religioſo animo excogitans, quomodo aduerſus C Deum Iſrael eſſet dedecus illud, dicebat: Ipſius bellum eſt. Hic qui ex zelo diuini honoris accenditur, aggreditur gigantem, & in nomine domini proſternens decollauit illum, & reportauit ingentis gloriæ triumphum. In verbo hoc: Ipſius bellum eſt, docendus eſt populus domini in Quadrageſima: vt accendantur & accingantur ad ſacrũ ieiunium cum Chriſto. Tunc fiet illis quòd Sanſoni eunti ad nuptias. Occurrit ei catulus Leonis ſæuis & rugiens. Irruit autem Spiritus domini in Sanſon, & dilacerauit Leonem, quaſi hędum in fruſta diſcerperet. Et reuerſus poſt aliquot dies, inuenit in ore eius examen apum, & fauum mellis. Fiet ſacrum ieiunium, poſt aliquot dies ſuper mel dulce & ſuper fauum. In illo ipſo ore, quod expaueſcit mortalis homo, inuenit fauum mellis. Non ſunt ſingula exponenda: latent quidem in hac hyſtoria eximiæ philoſophiæ præcepta. Dum perfectò magnifico opere à Sanſon, non indicat quicquam patri, aut matri. Et dum ænigmaticè illud reſerat, oleum & operam perdidit. De quo forſan redibit ſermo. Ieiunauit itaque dominus D Ieſus expulſus in deſertum in doctrinã noſtram, *Et tentabatur à ſathana*. Quæ qualéſue fuerint huiuſmodi tentationes, non ſcribitur ab Euangeliſta Marco: Sed apud Matthæum & Lucam aperiuntur: ſuper quos Euangeliſtas magnifica paſsim inueniuntur commentaria. Propter quod ab illis ſuperſedemus. Tentabatur (inquit) à ſathana: vt qui diuina ſcientia quã noſtri theologi viſionis appellant, & infuſa, omnia ſciebat, iam nunc per experientiã diſceret qualis & quantus eſſet inimicus, cum quo aſsiduè nobis bellum eſt & lucta, & noſtris infirmitatibus compateretur: vnde propenſiori animo pontificem magnum agat pro nobis ad Deum, & mediatorem, & aduocatũ, & excuſet noſtram imbecillitatem. Neque hoc tantùm ex eius tentationibus donatũ in nobis eſt: ſed etiam quod vires tentator amiſit, vt mitiùs nobiſcum fiat, & minus violẽtus inſurgat in nos. Per omnia ergo & in omnibus Chriſti operibus, noſtræ conſulitur ſaluti & doctrinæ. Vide ergo quàm ſis ei obnoxius. Vide quàm vere omnia noſtra ſuſcepit, vno dempto peccato. Ab vtero matris veniat conſideratio tua, vſque ad deſertum iſtud, & videbis in illo noſtrã imbecillitatẽ, noſtrã paupertatẽ, noſtros fletus, nuditatẽ noſtram, frigus, ardorẽ coloris, famẽ, ſitum, &c. Iã nunc tentationes parat tẽtator, vt exploret, nũquid Dei filius ſit, & capiat, etiam ſi talis ac tantus ſit. Et ſuſtinet tentationes, nõ quidẽ vt nos interiùs: ſed ſolis exterioribus ſenſibus repręſentatas. Nõ enim mouebat interiorẽ ſenſum dñi, aut phãtaſiã ſathanas in Chriſto, cũ tẽtationes proponebat: ſed obijciebat aut oculis mũdi gloriã, aut aurib⁹ verbũ: ſi fili⁹ Dei es, dic vt lapides iſti panes fiãt. Suſcepit ergo noſtras tẽtationes: & potens eſt in omnibus auxiliari. De noſtra ergo ſalute agitur in Chriſto, & de doctrina noſtra. Docemur quidem in illo quomodo ſtatim poſt domini viſitationẽ, probatur cor noſtrũ ſubito, ne ex fauore extollamur: ne acceptam pecuniam domini abſcondamus: ne in priori gradu iuſtitiæ maneamus: ſed ad ſublimiora extendamus manus, viſcera, & cor noſtrum. Habes ergo in tentationibus multa & præclara bona. Habes humiliationem, de qua Paulus: Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ. Habes diuitias ad negotium & lucrum ampliſsimũ, D tu qui eras pauper & egens. Habes aſcenſum ad perfectionem. Sed ſummopere tibi timendum eſt: Qui enim promiſit Deus vt poſsimus ſuſtinere tentationem: non repromiſit victoriam: aliàs ſemper palmam reportaremus. Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis: ſed faciet cum tentatione prouentum, vt poſsitis ſuſtinere. Poſsitis dixit, non dixit, vt ſuſtineatis. Hoc enim noſtræ eſt libertatis & diuini auxilij. Promiſit quod ſuum eſt Deus, mandauit quod in noſtra ſitum eſt poteſtate: vt ex obedientia coronemur, aut ex contemptu vapulemus in æterno igne gehennæ. Non tentamur ſupra id quod poſſumus aut ſuſtinere aut vincere: propter quod qui cadit excuſationem non habet, & qui vincit, humiliter gratias agat ſuo adiutori, & liberatori Deo: & humiliet cor ſuum. Non enim ſumus ſufficientes cogitare aliquid ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt. Scriptum eſt etiam: In Deo faciemus virtutem: & ipſe ad nihilum rediget inimicos noſtros. Et in alio pſalmo. Non enim in gladio ſuo poſſederunt terram & brachium eorũ non ſaluauit eos. Sed dextera tua, & brachium tuum,

Marginal notes: *Iudic. 14.* — *Ieiunij dulcedo.* — *De quo infra.* — *Cap. 4.* — *Tentationes Chriſti quã vtiles nobis.* — *Tentationes Chriſti quomodo factæ.* — *Matth. 4.* — *Iob. 7.* — *Tentationes quantã nos doceãt & quã vtiles ſint.* — *2. Cor. 12* — *Nota valde.* — *1. Cor. 10* — *Timor in tentationibus.* — *Conci. Mileuit. legit, faciet exitũ: quaſi tẽtatio cor. hominis intercludat.*

tuum, & illuminatio vultus tui, quoniam placuiſti in eis. Et alio loco ipſe propheta
Pſal. 123. Dauid inquit: Adiutoriũ noſtrũ in nomine domini, &c. Qui fecit cælũ & terrã: & hominem, quem diabolus exterminauit in primo parente, manet propterea indigẽs quotidiano Dei auxilio & fauore. *Tẽtabatur* inquit. Vt doceat, non vnam aut alterã fuiſſe tentationem, ſemel aut bis fuiſſe tentatum, ſed per continuos quadraginta dies. De quibus
Heb. 4. tentationibus Paulus: Tentatum per omnia pro ſimilitudine abſque peccato. Per omnia inquit, aut ſingularibus tentationibus, aut in illa, cùm oſtendit ſathanas Chriſto omnia regna mundi, & gloriam eorum.
Matt. 4. In hac tentatione, per omnia dicitur tẽtatus Chriſtus. Omnium regnorum gloria in honore, ſuperbia, in diuitiarũ iactantia, & pompa, & auaritia, in delitiarum dulcedine ſita eſt. In omnibus ergo eſt tentatus: vt tentator minor eſſet in nos. Multas ergo paſſus eſt dñs Ieſus tentationes & importunas, quibus omnibus in verbo ſcripturarũ diuinarũ occurrens, ad nihilum illas redegit, in noſtram etiam doctrinã: vt ſciat quiſq; noſtrũ, vbi opportunũ auxiliũ inuenire debeat in tribulationibus tentationum. Nimirum in ſacra lectione ſcripturarum & fide earum.

Tentationes quomodo ſuperandæ.

Inermis omnis noſtra potentia, imbecillis cuncta cogitatio & timida, infirma caro noſtra, quæ facile à delectabilibus ſenſuũ ſuperatur. Propter quod Paulus Apoſtolus inter alia, gladiũ ſpiritus Chriſti militibus tribuit ad debellãdos inimicos, & ad victoriã.
Epheſ. 6. Et gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei, aſſumite. Hunc gladium habemus à dño Ieſu, qui in verbo ſcripturę deiecit ſathanã, & cõfregit vires eius. Sit ergo lex Dei noſtri in viſceribus cordis noſtri, vt cũ primò tentator acceſſerit, arripiamus gladium ſpiritus, & educamus illum de vagina aduerſus inimicum. Sit in corde tuo verbum hoc: Non mœchaberis, nõ furtum facies. Non iurabis in vanum, &c. Crede quia verba & mãdatũ Dei vita æterna ſunt, id eſt, in eorum obſeruãtia vita æterna ſeminatur, vt cum tẽtatio aduenerit, habeas gladium ſpiritus aduerſus inimicum erectum. Hanc doctrinam habemus à Chriſto dño; & ab Apoſtolo. Sed habes à Chriſto nõ ſolum verbũ Dei nudum,
1. Ioan. 2. verum & ieiuniũ & aſsiduã orationẽ. Hæc ſummopere decent Chriſtianum. Qui dicit ſe in illo manere, debet ſicut ille ambulauit
1. Petr. 2. & ipſe ambulare. Chriſtus pro nobis paſſus eſt: vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius. Via ergo ad egreſſum in anguſtiſsima preſſura tentationis nobis ſternitur in doctrina Chriſti: cùm verbum ſcripturæ, tanquam gladius nobis porrigitur. Demonſtraturq; quàm patiens, quàm humilis debeat eſſe mens noſtra, non murmurans aduerſus dominum: cũ verum ſit quòd ad noſtram humilitatem, ad noſtram probationem, ad noſtram purificationem, ad trophæum & coronam tentationis diſtribuat, & ordinet in ſua erga nos prouidentia. De quo infra ad longum. Probatus fuit vir ille ſimplex & rectus, vir ille qui timebat Deum, & faciebat bonũ & recedebat à malo, ſanctus Iob inquàm: probatus eſt in fornace tribulationis & tentationis, & inuentus eſt aurum mundum, ſeruauit adhùc innocentiam, & auxit. De quo Petrus Apoſtolus commonens inquit: Modicum nunc ſi oportet cõtriſtari in varijs tẽtationibꝰ, vt probatio veſtræ fidei, multò preciſior auro, quod per ignem probatur, inueniatur in laudem & gloriam & honorem in reuelatione Ieſu Chriſti. De quo etiam ſapiens Eccleſiaſticus docet, In dolore ſuſtine, & in humilitate tua patientiã habe: quoniam in igne probatur aurum & argẽtum, homines verò receptibiles in camino humiliationis. Vides quàm multa bona habes ex tentationibus: Sed obſerua diligenter quòd certè plures illarum, fuga ſuperandæ & extinguendæ ſunt. Carnalis tentatio in fuga abijcitur. De qua Paulus: Fugite fornicationem. Ad ſeruandã namq; pudicitiam & cõſeruandam, non ſufficit ſola continentia: Sed vbi ſenſerit quis inſidias, & deceptionem parari, continuò ſicut ab ignis impetu, aut ab incurſu canis rabidi fugiat: nec cõfidat quod huiuſmodi inſidias poſsit facilè aliquis philoſophando, aut palpando cohibere: ſed fugiendum eſt, & longè abſcedendum: non enim incorrupti de illis iudicamur. Sic beatiſsimus Petrus apud Clemẽtem: In ira etiã fugam ſapienter cõſulit ſcriptura. Nõ vos defendentes chariſsimi, ſed date locum iræ. Ille dat locum iræ, qui ſuperbientem iram humiliter fugiendo declinat exemplo Saluatoris. Habet quidẽ gloriam ſuam & coronã fuga huiuſmodi, habet & victoriã ſicut in Ioſue nobiliſs mo Iſi ae lis duce cõprobatur, qui fugiens inimicos vicit. Fuga aliquãdo ad ducis dexteritatẽ ſpectat. Habes & in Ioſeph patriarcha admiranda m

Lege beatũ Cyprianum in de bono patiẽtiæ. fo. 316

Iob. 1.

1. Pet. 1.

Cap. 2.

Carnalis tẽtatio quomodo fugiẽda.

1. Cor. 6.

Clemẽntis lro 7. n ſine.

Rom. 12.

Fuga gloriam habet & victoriam.

randum exemplum pro honoranda fuga
Gen.39. carnalis delectationis. Hic cum humilitate C
victoria quæritur: per quàm & cõſeruatur.
Obſerua diligentiſsimè quale bonum in fu
ga inueniatur tempore tentationis, cum hu
militas comes ſit victoriæ. De quo infra ca
pit. 5. cum Platone & Ariſt. *Eratq; cum be-
ſtijs.* Vt certò ſcias quòd non domeſticum
erat deſertum illud, ſicut ſupra diximus, ſed
quàm longè ab hominum acceſſu, & ſolùm
Nota. beſtiarum habitatio. Per quod non tantùm
auſteritas demonſtratur in pœnitentia, &
commoditas ad orationem (quæ duo in no-
ſtra quadrageſima quærenda ſunt) verũ &
vanam laudis auram, nouitijs tyronibusq;
in colenda virtute fugiendam demonſtra-
Opus bo- uit. Nec velint ſtatim poſt ſuam ad domi-
num occul- num conuerſionem, ſub hominum oculos
tandum in virtutes magnas exordiri. Lateat boni ope
infantia. ris virtus, quandiu cordis intentio, quæ ſoli
Deo deſicieret placere, cõualeat. Quòd ſuo
nos docuit Sanſon exemplo, qui diſcerpens
quaſi hœdum ſæuum leonem: hoc patri aut
matri nõ indicauit, quos in itinere habebat
comites. Et poſt aliquot dies in ore leonis
fauũ mellis inuenit. Et mater Moyſi vidẽs
eũ elegantẽ, abſcõdit illũ tribus menſibus. D
Et ſunt aliqui, qui aperto ſermone magna
opera non demonſtrant, ſed in ænigmati-
bus, ſicut idem Sanſon: & ſic impenſam ope
ram perdunt: ſit ergo ſecretum tuum tibi in
ſinu tuo. Et fuge hominũ oculos, eũ adhuc
tyrunculus es, nec candidatum erga virtutẽ
egiſti, quę mundi contemptũ docet. *Eratq;
cum beſtijs.* Non tamen nocebant ei, imò
magis applaudebant. Dominum ſuum ve-
nerabantur, coram illo procidebant: nec mi
rum cùm Adę domeſticas ſe præbuerint,
Gen.3. dum inobedientia perſtitit. Ad quem do-
minus. Dominamini piſcibus maris & vola
tilibus cœli, & vniuerſis animantibus, quæ
ibidem. 7. mouentur ſuper terram. Quòd & Noe in
Arca contigit, & Danieli in lacu leonum.
Dan.6.14 *Et angeli miniſtrabant ei.* Hoc nimirum poſt
ſacrum ieiunium, poſt tentationum victo-
rias. Dignus quidem dominus Ieſus angelo
rum obſequijs: imò ex dono diuinæ libe-
ralitatis habent angeli ſancti, vt ſeruiant ei.
Heb.1. Tantò angelis excelſior, quantò differen-
tius præ illis nomen hæreditauit. Cui enim
angelorũ aliquando Deus dixit: Filius meus
Pſal.2. es tu, ego hodie genui te? Nulli eorũ. Imò
ipſi mandatum habent huiuſmodi: Et ado-
rent eum omnes angeli Dei. Quòd manda-
tum in gloriam & honorem & benedictio-
C nem ſucceſsit illis omnibus. De honore &
ſublimitate ſeruientium Chriſto domino di
xit ſacratiſsimus Ioannes: Medius veſtrum
ſtetit, quem vos neſcitis; cuius non ſum di-
gnus corrigiam calciamentorum procum-
bens ſoluere. Seruiuit ei decor virgineus, re *Luce. 2.*
giusque, & reclinauit eum in præſepio & a-
dorauit. Vide iterum quantùm deſcendit *Matth. 4.*
Dei filius: qui ab ore ſathanæ paſſus eſt au-
dire. Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens in ter- *Phil.2.*
ram adorauerіs me. Apud ſapientes & ſpiri
tales, magnum locum habet hoc verbum, & *Exinanitio*
in illo Chriſti exinanitionem admirantur, *Chriſti ma*
qui vſque ad has voces diaboli humiliauit, *gna.*
& exinaniuit ſemetipſum. Si cadens in ter- *Pſal.95.*
ram adoraueris me. Bone Deus. Procida-
mus nos ante eum, & adoremus veſtigia pe
dum ſuorum, quoniã ipſe eſt dominus Deus
noſter. *Et angeli miniſtrabant ei.* Habes exem
plar in miniſterio hoc angelorũ, in quo do- *Refectio*
cemur refectionem ſanctam eſſe ieiunanti- *præparata*
bus præparatã poſt ſacram quadrageſimã. *ieiunantib⁹*
Sed & Eliæ miniſtrauit angelus ſubcineri- 3.Reg.19
cium panem, & vas aquę: non ſemel, ſed bis,
& ambulauit in fortitudine cibi illius vſque
D ad montem Dei, quadraginta diebus & qua
draginta noctibus. Ad ieiunandum mini-
ſtrat angelus panem ſub cinericium Elię, &
ad currendam viam quadraginta dierum in
doctrinam noſtram. Vt qui quadrageſimã
in multa obſeruãtia peragere deſiderat, ſub *Cõmunio*
cinericium panem ſacramentalem in capite *ſacra in ca*
ieiunij manducet: vt in fortitudine ſacræ cõ *pite ieiunij*
munionis percurrat viam vſque ad caluariæ
montem, vbi Deus in cruce moriens cerni-
tur in altitudine crucis. Sed obſerua quòd
tam Eliæ quàm Chriſto domino miniſtrãt
angeli poſt victorias. Eliæ quidem poſt cę-
dem ſacerdotum Baal: Chriſto poſt deui-
ctum ſathanam. Vt ex hoc doceat ſcriptu-
ra: quòd non accipiet refectionem hãc ma-
gnam, niſi qui legitimè certauerit. Si ergo *2. Tim. 2.*
angelorum miniſtratio delectat, ama labo-
ris tolerantiam. Contrarium deſiderat caro
noſtra: coronam ante laborem: imò ſine
labore: triumphum ante victoriam: imò
ſine certamine: requiem & menſam regni
ante ieiunium: imò ſine ieiunio. Sed & ali
ter à domino definitum eſt, & verbum eius
manet in æternum. Inquit propheta: Qui ſe *Pſal.125.*
minant in lachrimis in exultatione metent.
Quòd verbum tanquam ab ore domini. ſan
cti arripuerunt ex labijs prophetę: & ſtatim
de

de illis dicitur: Euntes ibant & flebant mit
tentes ſemina ſua. Et in Euãgelio dominus: A
Lucæ. 2. Væ vobis qui ridetis, quia flebitis. Et beati
Matth. 6. qui lugent: quoniam ipſi conſolabuntur.
2. Cor. 1. Paulus Apoſtolus ſimilia docet: Quoniam
ſicut abundant paſsiones Chriſti in nobis,
Ita & per Chriſtũ abundat conſolatio no-
ſtra. Tolera ergo, vt regnes, & certa viriliter
aduerſus mundũ & principem eius: aduer-
ſus temetipſum, quod valde laborioſum eſt:
vt peruenias ad coronam, & angeli ſeruiant
tibi. Quin potius ſcriptũ eſt: Filius hominis
præcinget ſe & trãſiens miniſtrabit illis: ſum
mũ honorem per hoc promittit ipſe dñs Ie
Luc. 12. ſus & abundantiã dulcedinis. Porrò quem
admodum in humana militia, vices rerum
ſunt, & labores otio, dura iocundis recrean-
tur: & poſt diros conflictus celebrantur epi
nitia ſiue cantus pro celebritate præmij vi-
1. Reg. 18 ctoriæ, ſicut apparet in Dauide poſt cædem
gigantis, ita in militia Chriſti ſemper aſpera
lætorum viciſsitudine mitigantur: & poſt la
bores ieiuniorum mentis ſequitur refectio,
ex quo & corpus etiam exultat, ſicut docet
Pſal. 83. propheta: Cor meum & caro mea exultaue
runt in Deum viuum. Adſunt angeli Chri
ſto victori poſt ſacrũ ieiunium: adſunt Eliæ B
& miniſtrant vtrique ad noſtram doctrinã.
*Poſtquam autem traditus eſt Ioannes, uenit Ieſus
in Galilæam prædicans Euangelium Regni
Dei.* Prædicauit dominus Ieſus, miracula
ædidit ampliſsima, diſcipulos vocauit &
inſtituit, ante quàm Ioannes traderetur in
carcerem. Sicut cõſtat ex Euangelio Ioan
Cap. 2. nis: Hoc fecit initium ſignorum Ieſus in
& 3. Chana Galilææ: Ac deinde: Nondum erat
miſſus in carcerem Ioannes, ſed ſimul erat
baptizans Ioannes in Aennon iuxta Sa-
lim, & diſcipuli Domini baptizabant. Pro
pter quòd facta eſt quæſtio inter diſcipulos
Ioannis, &c. Euangeliſta enim Ioannes
cum legiſſet trium Euangeliorum volumi-
na, & probaſſet eorum veritatem: ſed vnius
tantum anni, in quo & paſſus eſt poſt car-
cerem Ioannes, cuius acta à tribus expoſi-
ta fuerant: ſuperioris temporis antequam
Ioannes traderetur, geſta narrauit. Præ-
termiſerunt ergo tres Euangeliſtæ acta &
dicta domini Ieſu, quæ Ioannes enarrauit.
Sed communior, & magis publica fuit præ-
dicatio domini, poſtquam traditus eſt Ioan
nes. Nec fuit traditus ſtatim poſt ſacrum ie
Similitudo iunium Domini. Contigit in hoc quod in
medio veris in cœlo, & cœli dignioribus lu
minaribus ſæpenumero apparet. Antequã
A luna occidat, fulgentiſsima ſolis facies mun
do demonſtratur. Nec pro hoc luna abſcon
ditur, perficit namque conſtitutum iter vſq;
ad occaſum: licèt ſplendor eius paulatim; ex
tinguatur. In hunc modum apparẽte Chri
ſto in ſua prædicatione & mirabilia operan
te circa hominum ſanitates; qui verus ſol iu
ſtitiæ eſt: de quo apud Malachiam: vobis ti Cap. 4.
mentibus Deum orietur ſol iuſtitiæ: quàm
prophetiam ſuo loco exponemus. Hoc in-
quàm ſole in altiſsimis cœli apparente, ob-
ſcurabatur luna, id eſt Ioannes, minuebatur
que, quod illi gaudium magnum concilia-
bat. Hoc ergo gaudium meum impletum
eſt dicebat Ioannes. Illum oportet creſce-
re: me autem minui. Qui de ſurſum venit, Ioan. 3.
ſuper omnes eſt. Obſerua quantus ſit Ioan Ioãnes ba-
nes ex hoc teſtimonio. Cæteri magnificati ptiſta.
ſunt apud homines in prædicatione, qua
prædicabant Chriſtum: hic autem in hoc
ſtudium omne reponebat, vt ipſe minue-
retur, Chriſtus verò in dies augeretur. *Ve-
nit ergo Ieſus in Galilæam prædicans Euange-
lium Regni Dei.* Non humana voluntate lo *Locus præ-*
cus pro exordio prædicationis domini Ie- *dicationis*
B ſu eligitur: ſed qui in Dei beneplacito erat *Chriſti pri-*
ordinatus, prædicatuſque in ſanctis prophe *mum argu-*
tis. Prædictum erat ab Eſaia: Primo tem- *mẽtum ſui*
pore alleuiata eſt terra Zabulon, & terrã *aduentus.*
Nephthali, & nouiſsimè aggrauata eſt via
maris trans Iordanem Galilææ gentium.
Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lu
cem magnam. Obſerua ab hoc loco vſque
in finem hiſtoriæ Euangelicæ, in qua deſcri
bũtur vita & prædicatio, & opera domini
Ieſu, quã perfectè in illo & per illum com-
pletæ ſint prophetarum ſcripturæ: vt ſupe
rius argumentum pro aduentu Meſsiæ, &
quod certè dominus Ieſus ipſe ſit, compro
bes. Prædictus erat in Eſaia locus, qui con-
ſecratus erat pro initio ſuæ prædicationis:
nimirum Galilæa. Ecce ab eadem incipit,
relicta patria Nazareth. Sed & tempus nõ
quod ſibi eſſet propitium aut aduerſum,
ſed in beneplacito Dei ordinatum, obſer-
uauit. Sicut & ad ſacram matrem reſpon-
dit, cum diceret: vinum non habent: Non- Ioan. 2.
dum venit hora mea. In omnibus paternæ
ordinationi conformis & obediens. Et
congruam ætatem deſiderauit pro prædica
tione Euangelij. Annum quippè agebat tri
geſimum, ſicut teſtatur beatus Lucas: vt in
omnibus nobis eſſet exẽplar lucidiſsimũ. cap. 3.
Docuitq;

Prædic torũ doctrina. Docuitq; in omnibus quærendum eſſe beneplacitum diuinum, & oportere expectare temporis & loci commoditatem pro re- C tanta, qualis euangelica prædicatio eſt. Nõ oportet prędicatorem locum & tempus eligere: ſed Dei nutum ſequatur: orationibus illũ & humilitate à domino requirat. Tũc nimirum in Dei laudem & gloriam cedit noſtra prædicatio: tunc à domino mittuntur prædicatores, & veri operarij ſunt, & fructus prædicationis eorum manet. Contraria omnia inter nos inueniuntur quotidie. Ad curias principum & aulas eorum non vocati conuolamus, ſpretis humilibus & pauperculis, qui domino Ieſu ad prædicationem promiſsi ſunt, in Eſai propheta: *Cap. 16.* Spiritus domini ſuper me, eò quod vnxerit me, &c. De quo ipſe ſaluator Ioãni per diſcipulos eius inter alia: Pauperes Euangelizantur. *Prædicans Euangelium Regni Dei.* Bonus quidem & optimus prædicator, qui cœpit facere ante doctrinam. Baptizatus eſt à ſeruo, qui erat omnium dominus: ieiunauit quadraginta diebus, totidem noctibus orauit, pugnauit aduerſus ſathanã, ipſumque vicit. Ordinatè ad prædicationem progreditur. Hoc nobis faciendũ eſt. D *Euangelium regni Dei.* Bonam & lætam annuntiationem habebat ſermo domini Ieſu. Quòd ſcilicet pateret iam aditus & introitus ad regnum cœlorum quod verbũ ſummam lætitiam hominibus afferebat. Nec tantùm vitæ fontem demonſtrabat, ſed etiam viam inueniendi eam certiſsimè docebat: quam vel cæcus addiſcere poterat. Nõ *Prædicatio Chriſti qualis.* docebat philoſophorum ſectas, vias placitaque apud gentes grauiſsima (heu quàm magnum locum in Eccleſia obtinet, qui de his in ſacra Concione diſputat) non proponebat Cæſarum geſta, hæroicaq; & præclara facinora: ſed ſummam perfectamque lætitiam audientibus ingerens regnum cœlorum appropinquare demonſtrabat, & pœnitentiam ad eius ingreſſum. *Similitudines elegantiſsimæ.* Amaritudinem radicis dulcedo pomi compenſat, periculum maris, ſpes portus delectat: dolorem medicinæ ſpes ſalutis mitigat. Qui deſiderat nucleum, nucem frangat, pœnitentiam *Pœnitentia.* agat, qui vult adhærere bono. Hoc erat verbum prædicationis domini Ieſu. *Quoniam impletum eſt tempus & appropinquauit regnum Dei, pœnitemini & credite Euangelio.* Operæ precium eſt cõſiderare, quibus verbis auſpicetur ſuam doctrinam dominus Ieſus.

Huius mũdi philoſophi primùm ea obijciunt auditoribus, nõ quę ſunt vtiliſsima, ſed potius quæ ipſis non vulgaris ſapientię opinionem concilient, illud in primis captantes ad gloriam, vt ab alijs magni nominis doctoribus diſſentiant: indecorum arbitrantes maiorum ſequi veſtigia. Dominus autem Ieſus nec legis auctoritatem voluit antiquare ſtatim, ſed non intellectam interpretatur, & perficit potiùs, quàm deſtruit: nec Ioannis doctrinam, ſed ijſdem exordijs auſpicatus eſt ſuam prędicationẽ, quibus ille cœperat. Quem potiùs iudicares Ioannis diſcipulum quàm magiſtrum: *Nota valde.* ſicut verè erat magiſter eius & Angelorũ, quia Dei ſapientia. Quid autem prædicat? quid clamat verbum Patris æterni? Lege naturæ, quã omnium dominus cordibus infixerat mortalium, abuſi ſunt. Phyloſophorum ſapientia reddit mundum ſtultiorem. Gentiũ religio & cultus, ſumma fuit impietas. Lex Moyſi ſub vmbris & figuris, victimis, & terroribus, & pædagogum egit vſque huc, & promiſit venturum prophetam, qui ſalutem perfectam offerret cũctis gentibus. *Deut. 18.* Ad hãc promiſsionem quoniam diu dilata eſt, mũdus velut obſurduerat: ſed non eſt oblitus dominus promiſsi ſui ſancti. Tempus ergo quod ille huic negotio præfinierat, iam impletum eſt: non eſt quod poſt hac expectetis figuras alias, aut ænigmata legis: ecce iam adeſt regnũ Dei, & deſtruetur regnum ſathanæ. Non eſt quòd cunctemini, non eſt quòd quiſquam ad ſuæ iuſtitiæ præſidia confugiat. Imò oportet omnes ad Euangelium conuolare. *Impletum eſt tempus.* In quo ſcilicet nobiliſsima prophetarũ oracula & Dei promiſſa mũdo in ore eorum exhibita reſplẽdent, & compleri incipiunt. Impletũ eſt tempus prędefinitum in diuina ordinatione, in quo miſit Deus filium ſuum in mundũ, non vt iudicet mundum: ſed vt ſaluetur mundus per ipſum. *Ioan. 3.* Hoc ſummum gaudiũ eſt cunctis mortalium auribus, quod veniat Dei filius ad noſtram ſalutem. Impletum fuit tempus, in Chriſto ſpiritalia promiſſa prophetarum complenda erant. Promiſerat olim dominus Deus antiquo illi populo terrenum & carnale regnum in Patriarchis, *Gene. 12. 13. 15. 18* & quamuis per multa tempora, id eſt, per annos quadringentos & ampliùs, diſtulit verbum ſuum, illud tamen adimpleuit. *Actor. 7.* Deditque filijs Abrahæ terram fluentem

laƈte & melle, ſed nobiliora promiſſa expe
ƈtabant ſpirituales filij Abrahę à dño Deo A
ſuo, ſcilicet regnum cœlorũ. Hoc annun-
tiat dominus Ieſus, quod iã certe appro-
pinquauit, demonſtratq; ianuam ad introi
tum, pœnitentiam ſcilicet & fidem. Vnde
Apoſtolus Paulus de Chriſto & ſtabilita-
te prædicationis eius agens, inquit. Quot-
2. Cor. 1. quot promiſsiones Dei ſunt in illo EST.
Ideo & per ipſum dicimus Amen Deo ad
gloriã noſtrã: id eſt, Quotquot promiſsio-
nes Dei ſunt in prophetis, in Chriſto exhi
bentur, & EST permanens habẽt, id eſt, ve
racitatẽ: & per Chriſtum dicimus Deo A-
Autor ad men, id eſt, fidelẽ & veracem. Nõ enim eſt
longum ex in Deo EST & NON, ſed eſt in illo Eſt. i.
ponit locũ immutabilis veritas. Et alio loco ipſe Apo
hũc Pauli ſtolꝰ: Benedixit nos in omni benediƈtione
homil. 23. ſpirituali in Chriſto. Per quę differentiam
ſuper pſal- noui & veteris teſtamẽti cognoſces. Illud
mum. 50. quidem ampliſsimũ regnũ Paleſtinæ, ter-
Ephes. 1. renęq; Hieruſalẽ promiſſum habuit. Quæ
Hieruſalẽ. quidẽ Hieruſalem primò diƈta eſt Salem:
id eſt, pacifica, ex pace regis Melchiſedech
Iſidorꝰ. 15 qui regnauit ibi in pace. Poſt diƈta eſt Hie
Aetymolo ruſalem: à tempore quo Abraham voluit
ibi offerre Iſaac, quia locũ illũ appellauit: B
Dominus videbit: & ideò Hieruſalem inter
pretatur viſio pacis, quia cũ prima interpre
tatione, addita eſt viſio. In hoc autẽ, id eſt,
in nouo teſtamento cœlorũ regnũ & glo-
riæ ſublimitas in perfeƈta pace & cõcordia
ciuium, repromiſſa ſunt & condonata. Ac
per hoc qualis ſit prædicator Chriſtus, quã
excellentior cũƈtis ꝓphetis, vel ipſo Moſe,
demonſtratur: cũ in primordio ſuæ prædi-
cationis Patris regnũ promittat: non qui-
dẽ gaudentibus, nõ epulãtibus, nõ otioſis,
ſed pœnitẽtibus & credentibus. Cognoſce
ex his, & cõproba quę in ſuperioribus dixi-
mus, ſcilicet, quis ſit dñs Ieſus, quãtus & quã
excelſus, quàm charus patri ſuo, & ſummè
2. Cor. 1. dileƈtus. Obſerua primò quàm verũ ſit ver-
bũ promiſsionis ad pœnitentes. Nõ eſt in
Matt. 24. illo Eſt & Non, ſed eſt in illo Eſt. Cœlũ &
Pſal. 44. terra trãſibunt, verba autẽ mea non tranſi-
bũt. Et propheta in pſal. Propter veritatẽ,
Pſal. 50. &c. Et alio loco: Ecce enim veritatẽ dilexi
Homil. 9. ſti: Super quẽ locum cõprobauimus ad im
fol. 84. mutabilitatẽ Dei pertinere quod ſit verax:
ergo per naturã talis. Ex his animatur & ſti
Pœnitẽtia mulatur peccator ad pœnitentiã: amat la-
unde ama- chrymas, diligit ſuſpiria, nõ erubeſcit con-
bilis feſsionẽ, fruƈtus pœnitẽtiales ampleƈtitur,
cùm ei, ab eo, qui eſt Deus verax & immu-
tabilis regnũ cœlorũ, & puriſsima eius gau
A dia ꝓmittũtur. Obſerua ſecũdò, quo timo-
rè, quantaq; reuerentia ea quæ à dño Ieſu
dicuntur, debeas cuſtodire. Si enim qui per
angelos diƈtus eſt ſermo, firmus factꝰ eſt, &c.
Propter hoc dñs ſæpe in Euãgelio dicebat: *Matt. 5. 6*
Ego autẽ dico vobis, &c. *Pœnitemini & credi*
te euãgelio. Sublimia ſunt hęc duo, & magnũ
bonũ hominis cõtinent. Pœnitentia de prę
teritis criminibus eſt: fides verò, quæ per di
leƈtionẽ operatur, iuſtitiæ perfeƈtionẽ ha-
bet: & ipſa eſt quę apud Chriſtũ locũ habet
& gratiã inuenit. Sine fide impoſsibile eſt *Heb. 11.*
placere Deo. Sine fide in vanũ laborat ho-
mo, cùm fundamentũ ſit, & ſuppoſitũ vitæ
ſpiritualis. Fides informis ſine pœnitentia
peccatoribus parũ prodeſt. Obſerua ergo *Fidem &*
altitudinẽ diuinæ ſapientiæ & philoſophię *pœnitentiã*
Chriſtianæ. Pœnitentiã docet & fidẽ. Ta- *docet Chri*
lis doƈtor paruulis cõceditur: illis de quibus *ſtus.*
Eſaias: vbi eſt doƈtor paruulorũ? Et Dñs in *Cap. 33.*
euãgelio: Abſcõdiſti à ſapientibus, & reue- *Mat. 11.*
laſti ea paruulis. Abſcõdiſti à ſapiẽtibus qui
phyſicã demõſtrationẽ quærunt: & reuela- *1. Cor. 10*
ſti ea paruulis, qui captiuãt omnẽ intelleƈtũ
in obſequium fidei. Dei tamẽ donũ eſt ipſa
B fides, ne quis glorietur, nõ tamẽ ſine nobis
(de adultis eſt ſermo) liberè enim aſſẽtimur *De quo in*
credendis, licèt à Deo infundatur ta magni *fra.*
ficũ donũ. Propterea dicit: *Credite.* Dei eſt
cõcedere, à quo omne datũ optimũ, noſtrũ
aſſentiri cũ eius auxilio. Vnde credẽtes lau *Iacob. 1.*
dantur, iuſtificantur per charitatis donũ, &
coronãtur. Operatur enim multa Deus in *Genadius,*
nobis ſine nobis, ſcilicet: vocationes, illumi *lib. de eccle*
nationes, &c. Vt ſubſequẽte noſtro libero *ſiaſti. dog.*
arbitrio, coronet dona ſua in nobis, ac ſi tã- *c. 3. Conci*
tùm eſsẽt à nobis: imò lõgè ſublimiùs. Nos *liũ Arauſ.*
autẽ in humilitate cõtinere debemus cor no *Canon. 20*
ſtrũ. Non enim ſumus ſufficientes cogitare *Autor. ho*
aliquid à nobis, tãquam à nobis ſed ſufficiẽ *milia. 20.*
tia noſtra ex Deo eſt. Vide quã ſolicitus ſit *ſuper pſal.*
dñs Deus pro horto Eccleſię ſuæ, vt clauſus *50. fo. 21 a*
ſit, ne inimico aditus pateat, ſaltem ex ali- *B.C.*
qua præſumptione. *Pœnitemini & credite E-*
uangelio. Hoc eſt Euangelium Regni Dei. *Pœnitẽtia*
Pœnitẽtia & fides: De his duobus dixit: ve *ad euange-*
nit Ieſus prędicans Euangelium regni Dei. *liũ ſpeƈtat.*
Vides quomodo ad Euangelium nõ ſolum
fides, ſed & Pœnitentia ſpeƈtat? Imò ger-
maniſsima eſt illi. In Euangelio regnum
cœlorum promittitur, in quod nihil coin- *Apoc. 21.*
quinatum ingredi poteſt, & cùm poſt ſa-
crum baptiſma labi poſsit mortalis infirmi
tas, relinquitur familiare & quotidianum
reme-

remedium ad noſtram reparationem, pœnitentia inquam, in qua valde miſericorditer C nobiſcum diſpenſat altiſsimus munera ſua: dum relinquit poſt peccatum tam ſalubre remedium. Quod ſi placet, apertiſsimè hoc conſidera, in illis quæ antiquo populo Iudæorum contigerunt. Peccatum magnum cùm peccaſſet in dominum Deum patrum ſuorum, cum idololatriæ ſcelus peſsimũ perfecerat, iurauit Dominus in ira ſua quod nõ ingrederentur in requiem ſuam. Illa autem requies erat in Paleſtina & in regno illo amplisſimo.

1. Cor. 10.

Ad quàm quid obſecro ſanctitas aut peccatum illorum hominum referebat? At quia in figuram noſtri omnia contigerunt illis, eorum, qui domino peccauerũt cadauera proſtrata ſunt in deſerto: & ex tot millibus vnus Ioſue & alter Caleph ingreſſi ſunt terram promiſsionis.

Ioſue. 14.
Eccle. 16.

Miſericorditer ergo nobiſcum agit dominus Deus, qui peccantes, in æternum exitium non proijcit, ſed per pœnitentiam, quæ dilectionem Dei ſuper omnia habet, & iam nunc ſacramentalem confeſsionem & abſolutionem, ſi adeſt tempus & locus, parat nobis viam, & ianuã aperit ad regnum. Doctrina ergo pœnitentiæ ad prædicatorem Euangelicum pertinet. D Tunc verè ſapiens iudicabitur. Tunc tanquam imbres mittet eloquia ſuæ ſapientiæ. De quo ad longum, per totam homiliã 24. diſputauimus: & alibi multoties.

Eccli. 39.
Super pſalmum, 50.

Et præteriens ſecus mare Galilææ, vidit Simonem & Andræam fratrem eius mittentes retia in mare, (erant enim piſcatores) & dixit ei Ieſus: Venite poſt me, & faciam uos fieri piſcatores hominũ. Solus & ſine ſodalitio & diſcipulis auſpicatus eſt Saluator prædicationem ſuam, ſicut ſupra ſacer Euangeliſta deſcripſit, & beatus Mathæus: ſed oportebat propter multa, vt ſaluator haberet diſcipulos, qui ei adhærerent, vt infra dicendum eſt.

Cap. 4.

Quos iam deſcribit ſanctus Euangeliſta. Obſerua quã ignobilem vitam egit omnium dominus vſque ad hoc tempus: & cum incipit ſeſe manifeſtare corã hominibus, quàm obſcuri ſunt ac viles quos ad ſe vocat. Primores ſunt Petrus & Andræas frater eius, & hi quidem piſcatores. Secundò loco veniunt duo alij fratres Iacobus & Ioannes, piſcatores itidem. De quibus omnibus dicendum eſt. Prætèriens igitur ſecus mare Galilææ. Lacum hebræorum vſu mare appellat, ſecũdum illud Geneſis, congregationes aquarum vocauit, maria, qui lacus duo de viginti paſſuum millibus in longum, & quinque extenditur in latum, C ſecundum Bedam.

Cap. 1.

Lacus Galilææ.
Beda ſuper 6. cap. Ioãnis.

Lyra, Lacus iſte habebat centum ſtadia longitudinis, & quadraginta latitudinis: per quem tranſit Iordanis, ſicut dicit Hieronymus. Diuerſaque nomina ſortitur ſecundùm adiacentes ciuitates. Ambuláns ergo dominus Ieſus in littore huius lacus, vidit duos fratres Petrũ & Andræam fratrem eius. Beatus Marcus deſcribit vltimam vocationem Apoſtolorum ad diſcipulatum ſub magiſterio & comitatu Chriſti. Quam duæ alię præceſſerunt. Primam, deſcribit beatus Ioannes Euangeliſta. Vidit Ioannes Ieſum ambulantem, & dicit, Ecce agnus Dei: & audierunt eum duo ex diſcipulis loquentem, & ſecuti ſunt Ieſum. Vnus ex his erat Andræas, qui poſtmodùm adduxit fratrem ſuum: quẽ ſtatim cœpit magnificare ſaluator. Intuitus eſt eum (inquit Euangeliſta) & dixit: Tu vocaberis Cephas.

Vocationes Apoſtolorũ plures.
Cap. 1.

Secunda vocatio deſcribitur à beato Luca in captura illa magna piſciũ.

Cap. 5.

Iam tertiò vocãtur ad diſcipulatum relictis omnibus. Hanc deſcribit Marcus Euangeliſta: quæ facta eſt in mari. Ambulans nimirum iuxta littus eius, vidit Petrum & Andræam, quos vocauit ad ſe. D Quàm liberalis declaratur dominus in his duobus fratribus, quibus tantam gratiam conceſsit, vocãs eos ad Apoſtolatum, & ad inſeparabile ſuũ conſortium. Quis illorum ante horam hanc (vt vnam deſcribimus eorum vocationes) à domino quæſiuit, aut orationibus & ieiunijs exorauit tale bonum ac tantum? Verè in hoc diuinæ bonitatis conditio & propẽſio ad noſtram ſalutem declarantur: quæ nihil boni agẽtibus, imò ſæpe numerò multa mala meditantibus, ſicut apparet in Saulo, opponit ſe nobis, & obuiam veniens, præuenit nos & vocat gratia ſua ſancta.

Liberalitas Dei in nos & miſericordia.

Magnum donum hoc eſt: & ſummè neceſſarium noſtræ naturæ lapſæ. Sine illo iaceret peccator in ſtercore, ſederet in tenebris, cæcus & nudus & pauper permaneret vſque in ſempiternũ interitum. Pro quo hymnũ magnificæ laudis decantabat propheta Dauid domino in pſalmo. Quis ſicut dominus Deus noſter qui in altis habitat? Suſcitãs à terra inopem & de ſtercore erigens pauperem? Suſcitans inquit. Neque ibi manus eius liberaliſsima quieſcit, ſed vſque ad principũ ſedes & thronos glorioſos illum deducit, vt ſedeat cum principibus, & ſolium gloriæ teneat. Vt collocet eum cum principibus, non quibuſcun

Pſal. 112.
1. Reg.

quo

que, ſed cũ principibus populi ſui, illius quẽ
in cœlorũ ſublimitate coronat & magnifi-
cat. Vide ô homo & conſidera quale bonũ
à Dño inuocatione ſua ſancta habeas, quò
ue eius intentio dirigatur. quouſq; deduce-
re intendat: vſq; ad conſortium principũ cæ
leſtis curiæ: & certè iacebas in ſtercore. Ob
ſerua quòd qui per peccatũ auerſi ſumus à
Deo, per excitantem adiuuantemq; gratiã
noſtræ cõuerſioni liberè aſſentimur, & coö
perando diſponimur: Ita vt tangente Deo
cor hominis per Spiritus ſancti illuminatio
nẽ, & ipſo homine aliquid operãte, ipſamq;
illuminationẽ recipiente, quippe qui illam
abijcere poteſt (heu quantũ malũ ipſi homi
ni) neq; tamen ſine gratia Dei mouere ſe po
teſt ad iuſtitiã ex ſua tantùm volũtate. Hoc
cap. 4. docuit Zacharias propheta: Cõuertimini ad
me, & ego conuertar ad vos. Vbi noſtræ li-
Ierem. 31. bertatis admonemur. Cũ reſpondemus: Cõ
uerte nos dñe ad te & cõnertemur, Dei nos
gratia præueniri confitemur. Propter hæc
proculdubio dictum eſt à propheta Eſaia:
Cap. 16. Omnia opera noſtra operatꝰ es in nobis do
mine. Et Dauid inquit: Miſericordia eius
Pſal. 58. præueniet me. Huius doni & magnę libera
litatis, quicunq; altiſsimi extiterunt ſancti,
qui vſq; ad martyrij palmã & ſanguinis effu
ſionẽ & vitæ, regi ſuo Deo ſeruierũt, debito
res exiſtũt. Humilia ergo cor tuũ ô homo,
& tantò profundiùs, quantò altiùs ex virtu
tũ munere aſcendiſti: O magnificentiã Dei
in nos: O liberalitatẽ: O diuinæ naturæ præ
coniũ. titulumq; magnificũ. Mittunt retia
in mare ad capturam ignobiles & pauperes
homines, obſcuri de media plebe, & vocan
tur à dño Ieſu ſub repromiſsionis aſſeuera-
tione, quòd eis fieret aduocatus ad ſublimẽ
prorſusque diuinum magiſtratum. In quo
à piſcatura piſcium materialium, aſcende-
runt vſque ad hominum capturam. Quod
cap. 47. certè in Ezechiele iam prædictum erat:
Et omnis anima viuens quæ ſerpit, quo-
cunqne venerit torrens, viuet, & erunt
piſces multi ſatis, poſtquàm venerint il-
luc aquæ iſtæ, & ſanabuntur: & viuent
omnia ad quæ venerit torrens. Et ſtabunt
ſuper illa piſcatores, &c. Piſces ergo ho-
mines, mundus mare, piſcatores Apoſto-
li, retia Euangeliorum doctrinæ. Propter
Matt. 13. hoc dictũ eſt à domino Ieſu. Simile eſt re-
gnum cælorum ſagenæ miſſæ in mare. Sed
in arundine & hamo piſcantur piſces. Qua-
lis piſcator extitit Paulus Apoſtolus, qui
in prædicatione crucis, in qua hamus fortiſ- *Piſcatura*
A ſimus diuinitatis Chriſti, & vermis humani *in hamo &*
tatis, & arũdo crucis inuẽta ſunt. Videat ex *arundine*
hoc Euãgelicus prædicator quomodo vni- *qualis.*
uerſum mundũ piſcatus eſt Apoſtolus in no
bili prædicatione crucis, & intelligat quale
ſit eius miniſteriũ & officium, & in quo fir-
miùs & ſecuriùs retia ſuæ doctrinæ extẽdat *Prædica-*
ſuper populos, nimirũ in prędicatione cru- *tio crucis*
cis. De qua Apoſtolꝰ: Nõ iudicaui me ſcire *aßidua.*
aliquid inter vos, niſi Chriſtũ Ieſum, & hũc
crucifixum. In doctrina hac ſummum egit
piſcatorem. *Venite poſt me.* In verbo hoc
vocati ſunt. Nihil apparebat in habitu exte
riori dñi Ieſu, quod inuitaret ad eius ſequel
lam: vnde vel humilis, pauperq; vita iſto-
rum piſcatorũ fælicior iudicaretur & habe
retur. Vnde manifeſtè comprobatur, quòd
non deberent in hoc mundo aliquid quære
re à Chriſto. Totũ ergo erat ſpirituale quod
agebatur, *Venite poſt me. Faciam uos fieri.* Vi *Humilitas*
de humilitatem ſaluatoris vocantis: quam *domini Ie-*
imitandam primò omnium proponit, cùm *ſu.*
dicit, *Faciam uos fieri.* In quo verbo ad Pa-
trem, magnificum hoc opus refert: ne arro
ganter loqui videretur, quod valde crimino
B ſum eſt in magiſtro. Facturus erat ipſe quod
Apoſtolis promittebat: ſed cùm nondum
innotuerat plenè quis aut quantus eſſet, mę
diatorem ſe offert & promittit, de quo infra
cap. 8. ad eundem Petrum. Imò poſtquam
declaratus eſt Dei filius, & originalis fons
omnium munerum & donorum, adhuc no
men aduocati & mediatoris retinuit: vt in
omnibus & pro omni tempore humilitatẽ
doceat. Cùm inquit: *Ego faciam uos fieri*, ac-
ceſſum familiarem ad Deum ſe habere de-
monſtrat: & verè ſic erat. De quo Apoſto-
lus Paulus: Saluare in perpetuum poteſt, ac *Heb. 7.*
cedens per ſemetipſum ad Deum: ſemper vi
uens ad interpellandum pro nobis. In qua
ſententia ſummum locum habet verbum il
lud: Per ſemetipſum, in propria iuſtitia &
virtute. Nos quidem per illum, tanquàm
per mediatorem noſtrum, acceſſum habe-
mus ad Patrem. Ipſe per ſemetipſum ac-
ceſſum habet. Vide ergo quàm primò o-
mnium humilitatem docuit ſuos vocatos
in verbo hoc *Faciam uos fieri.* Benè di-
xit: Diſcite à me quia mitis ſum, & hu- *Mat. 11.*
milis corde. Vt qui faſtigium ſponde-
bat, viam veniendi ad illud demonſtra-
ret ſtatim, nimirũ humilitatem. Et qui *Fa*
ciam uos fieri dicebat, quaſi abſcõdens virtutẽ
ſuæ

ſuæ omnipotentis diuinitatis: ſtatim ipſa declarabatur cum in verbo ſimplicis vocationis, ad ſe traxit illos homines, ad diſcipulatum Apoſtolicum, ad totius mundi contemptum, ad ſemitam anguſtiſſimæ viæ, deniq; ad crucem. Sed non in hoc ſolum omnipotentia eius declarabatur: verùm etiã in hoc quod in æterna prædeſtinatione præparauerat per mundi infirma, per idiotas, & illiteratos. Denique per ea quæ non ſunt, omnes gentes barbaras, Græcorum ſapiẽtiam, Romanorum ſuperbiam domare, & ſuo ſubiugare imperio. Non eligitur Demoſthenis eloquentia, non logica Ariſtotelis ad docendum fidem Trinitatis & vnius veri Dei: ad ingerendum amorem pœnitentiæ, ad ſeminandam ſpem reſurrectionis, ad inferendam doctrinam immortalitatis animæ: Sed Petrus & Andræas, Iacobus & Ioannes, illiterati homines. In hoc omni potẽtia Chriſti, in hoc ſapientia ſuæ diuinitatis apparẽt. Ne aduerſarij dicerent, argutijs & rethorica & ornatu verborũ deceptos eſſe homines, qui conuertebantur. Quin potiùs contrarium comprobatum fuit vbique, & maximè Romæ. Hoc fuit reſponſum beatiſſimi Petri ad Caipham in Hieruſalem, cùm de Ieſu domino noſtro diſputaret cum omnibus Apoſtolis, num eſſet ipſe Chriſtus? Ad quem Petrus: Si verò & idiota (vt ais) & imperitus ac piſcator & ruſticus ſuper presbyteros ſapientes intelligit: hoc tibi inquàm, magis metũ debet incutere. Nam ſi ex eruditione aliqua diſputans, obtinerem vos ſapientes & eruditos, videretur vtique doctrinam hoc mihi contuliſſe longi temporis, & non diuinæ virtutis gratiam: nunc autẽ (vt dixi) nos imperiti vos ſapientes conuincimus, & ſuperamus, cui ſenſum habenti non palam eſt quia hoc non humanæ gratiæ opus eſt, ſed diuinæ voluntatis & muneris? Propoſuit Barnabas populo Romano ſermonem de Ieſu domino noſtro, quod ipſe eſſet filius Dei, quem audiebat beatus Clemens, adhuc in infidelitate agẽs, ſed deſiderans viam Dei & ſalutis: & ſicut ipſe teſtatur nihil dialecticę artis erat in homine, ſed ſimpliciter & abſq; vllo dicendi fuco, quæ audierat de filio Dei & viderat, exponebat: aſſertiones ſuas non argumentorum virtute muniebat. Nec dignos iudicabat reſponſione philoſophos, irridentes ſimplicẽ propoſitionem fidei, & Euangelicæ doctrinæ. Verè in hoc omnipotentia & veritas doctrinæ domini Ieſu comprobatur. Piſcatores vocat ad apicem apoſtolatus, & ſupremi muneris: per quos vniuerſas hominum ſectas, opiniones, & philoſophorum placita: denique cunctã idololatriam à proauis cultu perpetuo cõfirmatam diſpoſuerat radicitus conuellere, & ad ſe conuertere mentes omnium hominum, & ad fidei lumẽ & veritatẽ. Obſerua quod beatus Mathæus bis vocat fratres Petrum & Andręam. Vbi docemur nihil ſufficere fraternitatem carnalem, ſine ſpirituali ad Chriſtum. Fratres erant Abel & Cain. Hic verò abiectus eſt à facie domini: ille quidem placuit in oculis eius. Similiter & Eſau & Iacob: & quod amplius eſt ex vno cõcubitu generati. Sed illum odio habuit, & hunc dilexit dominus. Sed Moyſes & Aaron ad Eccleſiam ſynagogæ ædificandam, vocati ſunt à domino, quia ſecundum ſpiritum & mentem verè fratres erant. Fraternitatem ergo charitatiuam, & per veram dilectionem coalitam deſiderat diſcipulatus Chriſti: & ſuper omnia in prælatis & paſtoribus Eccleſiæ, vt vnitas ſeruetur: quæ maximè ad Chriſti fidem & eccleſiam ſpectat. Hoc ſummopere procurant hæretici, diuiſionem facere. In hoc omnes conueniunt, quamuis in opinionibus & ſectis ſint diuiſi. Hoc docuit viſio illa draconis, qui ſeptẽ capita habebat, cuius cauda trahebat tertiam partem ſtellarũ. Capita multa erant, quia hæreſes multæ. Cauda vna ad perditionem iuſtorum. Aduerſus quos hæreticos conducit fraternitas apoſtolicorũ virorum & epiſcoporũ: per quam vnitas ſeruatur & eccleſia. Nõ eſt diuiſus puer in iudicio Salomonis: licèt quæ dicebat ſeſe eſſe matrem, illud procurauit: ſed integer & viuus reſtitutus fuit verę matri. Vnitas ergo per charitatem in paſtoribus Eccleſiæ & in diſcipulis eſt neceſſaria: pro qua orabat dominus in Cœna. Sint vnum. *Et protinus relictis retibus ſecuti ſunt eũ.* Noli arguere ſacros Apoſtolos, tanquam viros leuis cordis, qui cito crediderint, & ſecuti ſint dominum Ieſum. Cùm iam ab ore Ioannis teſtimonium ſublimiſſimum habuerint, quòd eſſet agnus Dei: expertique fuerint in domo eius, quataq; cum Natanele fuerit locutus, & magnificã confeſſionẽ ipſius Natanelis. Hic omnium primus dixit Chriſto, Tu es filius Dei. Sed ab ore Petri eccleſia accepit confeſſionẽ. Viderant etiam gentium multarum deſiderũ arden-

Chriſti omnipotentia in electione prædicatorum ſui Euangelij.

Idiota.

Clemens lib. 1. recognitionum. Cap. 1.

Nota valde.

Vbi ſupra in exordio. Barnabas Romæ.

Apoſtoli aliqui bis fratres dicũtur.

Gen. 4.

Gene. 25.

Exo. 4.

Quæ fraternitas placeat Deo.

Hæretici quid deſiderent.

Apoc. 12.

Vnitas in eccleſia ſeruanda.

Ioan. 19.

3. Reg. 3.

Ioan. 17.

Leuitatis cordis argui non poſſunt Apoſtoli.

Ioan. 1.

Matt. 17.

Lucæ. 5. b. vnde quòd Ioã. inquit c. 2. hoc fecit initium ſignorũ Ieſus poſt vocationẽ eorũ ad diſcipulatum interpretari debet: quia ipſis vocantis, ſignum aquæ in vinũ mutatæ fuit primũ. Neque contra Lucam exponi debet Ioãnes à Nicolao de Lyra.

ardentiſsimum proauditione verbi regni Dei ab ore dñi Ieſu: & magnum miraculũ in piſcatura piſcium inverbo ſaluatoris. Nõ parua hæc ſunt, aut vulgaria, vt vocante domino Petrum & Andræam, cæteroſq; deinde Apoſtolos, reſponderint, & ſecuti ſint illum. Et certe fulgor ipſe, & maieſtas diuinitatis occultæ, quæ etiam in humana facie relucebat: ex primo ad ſe videntes trahere poterat aſpectu. Si enim in magnete lapide & ſuccinis hæc eſſe vis dicitur: vt anulos & ſtipulã & feſtucas ſibi copulent: quantò magis dñs omnium creaturarũ ad ſe trahere poterat, quos volebat? Mirabilis proinde gratię vnctio quæ vocante Chriſto cõceſſa eſt apoſtolis: & glorificanda obedientia, quam vocati præſtiterũt. Non in craſtinũ vel in hebdomadã ſequentem obedire diſtulerunt, ſed protinus. Circũſtantia pulcherrima in obedientia, quã valde decorat, continuò obedire. Sic Abrahã ſtatim obediuit voci dñi vocantis vt ſequeretur ſe. Et exijt neſciens quo iret. In verbo hoc magnificatur Abrahã ab apoſtolo. Hic idẽ Patriarcha cum accepiſſet diuinum mandatũ de immolatione & holocauſto Iſaac chariſſimi, non expectauit faciẽ auroræ ad obediendũ dño, ſed de nocte cõſurgens, ſtrauit aſinũ ſuum, &c. Ecce magna exempla ante oculos noſtros, in quibus quàm promptè debeamus obedire ſummo Deo, docemur. Magnum in illis fidei & obedientiæ argumentum: valdeque nos Deo cõmendat, & parat ſublimiora dona, protinus obedire.

Obediẽtia unde decoratur.
Gen. 12.
ibidem. 22.

Relictis retibus. Magna remuneratione coronatur huiuſmodi derelictio tẽporalium bonorũ: vnde & præclara cõprobatur etiã. Nam ſicut tu omnia ex inordinato deſiderio diceris habere: & dabis pœnas pro huiuſmodi inordinato affectu: ſic apoſtoli omnia reliquiſſe dicuntur, & pro eorum deſpectu coronantur. In hac nimirùm hora omnem gloriã mundi & pompas eius, lumine diuino quaſi cõſpicientes, & quaſi ſub ſuo habentes imperio, deſpexerunt propter Chriſtum, & arbitrati ſunt vt ſtercora. Omnia ergo dimiſerũt relictis retibus.

NOTA. Nec otioſè in natalitijs Apoſtolorum aliquãdo hæc lectio decantatur in Eccleſia, cùm illa die de conſummata eorum ſanctitate & de corona eorum ſit conſideratio. Quid ergo Eccleſia vocationem, in qua eorum initia conſecrata ſunt, tunc cõmemorat, cum de hęroica virtute & corona ſit ſermo? In hoc quidẽ oſtenditur quòd omnis eorũ gloria, de qua

A tunc agitur, hoc habuit fundamẽtum, & quod vocatio hæc & obedientia fuerit radix tantorũ bonorum. Vt ex hoc certò ſcias quale & quantum bonũ ſit diuinæ vocationi obedire. In apoſtolorum quidẽ vocatione immenſum gloriæ pondus, quod illis erat prædeſtinatũ, latebat. Quaſi veſtigium hominis erat nubes, quæ orante Elia aſcendit de mari, eo quidẽ tempore quo Samaria vniuerſa prę ſiccitate deficiebat (per tres annos & ſex menſes nõ deſcenderunt aquæ ſuper terrã iuſſu Eliæ (& ecce cœli contenebrati ſunt, & nùbes & ventus, & facta eſt pluuia grandis, & terra quæ diu ſterilis permãſit, dedit fructum vberrimum. Quaſi hominis veſtigium, velut nubecula leuis aſcendit de mari Petrus & Andræas: & in ore eorum vniuerſum hominũ genus ab ortu ſolis vſq; ad occaſum, fœcundum fit virtutibus, ornatur floribus, fructuſq; ditiſsimus eſt. De quibus Apoſtolis, & de cæteris ſcriptũ eſt in propheta: Qui ſunt iſti qui vt nubes volant? Vide quantum bonum in vocatione Dei, & obediẽtia noſtra lateat, & præparetur nobis.

3. Reg. 18
Pſal. 112.
Eſaie. 60.

B Vſq; ad regni ſolium inter principes eius dirigit Dei vocatio, ſicut ſupra demõſtratũ eſt cum propheta Dauid & Anna matre Samuelis. Iã intellige quàm durũ & amarum tibi erit nõ audire vocem dñi Dei tui, vocantis ad ſalutẽ. Quia vocaui & renuiſtis, extendi manũ meã, & nõ fuit qui aſpiceret. Deſpexiſtis omne cõſilium meum, & increpationes meas neglexiſtis. Ego quoq; in interitu veſtro ridebo, & ſub ſannabo, cùm vobis, id quod timebatis, aduenerit, &c. Tunc inuocabunt me, & non exaudiã, mane conſurgent, & non inuenient me. Neque iniuria tantum malum peccatoribus præparatur: quia auerterunt oculos ne viderent, & aures, ne audiant Dominum Deum ſuum. Eſt gens quæ non audiuit vocem dñi Dei ſui, nec recepit diſciplinam: perijt fides, & ablata eſt de ore eorum. Et licèt omnia verba hæc loquaris ad eos, non audient te, & vocabis eos & non reſpondebunt tibi. Bene proinde Dauid: Hodie ſi vocem dñi audieritis, nolite obdurare cõr da veſtra. Bene & Eli ſacerdos docuit puerum Samuelem in voce hac reſpondere vocanti domino: Loquere domine, quia audit ſeruus tuus. Et ipſe Dauid: Audiam quid loquatur in me dominus Deus. *Et progreſſus puſillum, vidit Iacobum Zebedæi, & Ioannem*

Prouerb. 1
Ierem. 7.
Pſal. 94.
1. Reg. 3.
Pſal. 118.

fratrem eius, & ipſos cõponẽtes retia in mari, ſtatim uocauit illos. Ecce ad quaternariũ numerum extendit ſolẽnem vocationẽ dns Ieſus. **C** In quatuorq; diſcipulis Petrus & Andræas fratres ſunt, & Iacobus & Ioannes ſimiliter fratres. Sed cum dicit, vidit Iacobum Zebedæi & Ioannem, ſublimiorem rem docet, quàm per verbum videre, ſolet demonſtrari. Non oculis tantum corporalibus vidit, quia ſi hoc ſolum ſignificaret, caſu vocatos eos crederes. Sed cum inquit: *Vidit*, in eo ſenſu accipe verbum illud, in quo ad Natanaelem dixit: Cum eras ſub ficu, vidi te. De quo dixerat: Ecce verè Iſraelita, in quo dolus non eſt. Et in ea ſignificatione, in qua apud Moyſem ſcriptum eſt: vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Vidit complacens ſibi ipſi in operibus ſuis. Sic de Petro inquit Ioannes, cùm adduceret eum Andræas ad dominum: Intuitus autem eum Ieſus dixit: Tu vocaberis Cephas. In quo certe demonſtratur propter aliquid magni Chriſtum intueri Petrum. Ecce quatuor apoſtolos. Hac quadriga vehimur ad æthera, vt Elias. His quatuor angulis conſtituitur Eccleſia. His quatuor literis Hebraicis Tetragrammaton nomen Domini **D** agnoſcitur à nobis: quibus ſimili exemplo præcipitur, vt audiamus vocem dñi vocantis, & obliuiſcamur populum vitiorum, & domum patris diaboli, & in vinculo charitatis ſeruemus fraternitatem. Et res per quatuor nomina apoſtolorum ſignificatas ad ingreſſum regni oportet nos habere. Simõ obedientia: Andræas virilis, Iacobus ſupplantans: Ioannes gratiam in latino ſonant. Quibus quatuor virtutibus & domino coniungimur & viuificamur. Obedientia vt audiamus, virtute vt pugnemus: ſupplantatione vt perſeueremus: gratia, vt coronemur. Obſerua quòd Petrus & Andræas mittebant retia in mare: Iacobus verò & Ioannes cõponunt, ſiue reficiunt retia ſua. Vtrũque ſummopere eſt neceſſarium in Eccleſia: primoq; ad prælatos miniſterium hoc ſpectat: & mittere retia in prædicatione ſuper aquas, id eſt, ſuper populum (aquæ multæ populi multi) & reficere retia, ne captus piſcis egrediatur. A foris quidem procurant hæretici deſtruere retia præceptorum & ſacramentorum & ceremoniarum Eccleſiæ. Aduerſus quos ſemper eſt vigilandum per ſacram doctrinam, & exempla ſanctorum, & traditiones apoſtolorum. Vnde ad illos Paulus: Prædica verbũ, inſta opportunè. **C** Et alio loco. Attendite vobis & vniuerſo gregi, in quo vos poſuit Spiritus ſanctus paſtores & epiſcopos, id eſt, ſuper intendentes. Scio enim ꝙ poſt diſceſſum meum ſurgent lupi rapaces, &c. Aduerſus hos inſtituenda ſunt aſsiduè concilia iuxta decreta ſacrorum Canonũ. Aduerſus hos ampliandi ſunt fauores & honores gymnaſiorũ, & ſacræ Theologiæ magiſtri coronandi. Sed & retia hęc reficienda ſunt intus contra peccata Chriſtianorum, quibus gaudent hæretici, & pater eorum diabolus. Portæ enim ſunt inferorũ ad multas hęreſes. Reficienda ergo ſunt retia intus & foris. Tabernaculũ, non ſolùm intus erat ornatum auro, & cælaturis primis manu artificis variè diſpoſitis, ſed à foris ſupra tectum cõoperiebatur pellibus caprarum. Obſerua ſecundò quod ab Apoſtolo Mathæo, & iſti duo apoſtoli Iacobus & Ioannes bis fratres dicuntur. Hęc eſt illa fraternitas quæ vicit mundi crimina per charitatem, & ſecuta eſt Chriſtum, & inuẽnit inclyta regna cœleſtia. Hoc præceptum ſuper omnia commendauit Dominus Ieſus. Vt diligamus inuicem: nõ verbo tan**D**tùm, ſed opere & veritate. Et de duobus his fratribus dicit noſter Euangeliſta. *Et relicto Patre Zebedeo in naui cum mercenarijs: ſecuti ſunt eum.* Vide quomodo viuus eſt ſermo Dei, & penetrabilior omni gladio ancipiti: pertingenſque ad diuiſionem animæ & ſpiritus. Patrem ſenem, qui tunc iuuandus erat ex miniſterijs validæ prolis, ad vocem domini alacri animo relinquunt: & ſequuntur regni ęterni præmia largientem. Intellige ergo quomodo ſuper omnia diligendus ſit dns Ieſus ſuper patrem & matrẽ, &c. Obedientes voci dñi inuẽti ſunt: neq; veniam à patre prece aut precio emunt. Vnũ ſolũ illis curæ eſt, quo modo ab omnibus expediti diuinũ Chriſti mãdatũ perficiãt. Habes ergo in illis magnum exẽplum: quòd ſcilicet pro Chriſto, vt ipſum lucrifacias, nõ difficile eſt mãdatũ illud: Obliuiſcere populũ tuũ & domũ patris tui. Nõ ergo te retrahat à ſequela Chriſti, vel cupiditas tẽporalis lucri, vel carnalis affectio parẽtũ. *Et ingrediũtur Capharnaũ, & ſtatim ſabbatis ingreſſus in ſynagogã docebat eos.* Hęc ciuitas erat vt opib⁹ florẽs, ita ſuperba ſimul & impia. Quã ornauit dñs Ieſus præſentia ſua, miraculis, & doctrina. Nã ſabbato ingreſſus ſynagogã publicitus docebat iudęos, nõ inania pharizæorum

Marginal notes: *Videre Dei quid ſignificet* — *Ioan. 1.* — *Gen. 1.* — *Hæretici.* — *Epiſcoporũ aduerſus hæreticos vigilia.* — *2. Tim. 4.* — *Act. 20.* — *Cap. 4.* — *Heb. 4.* — *Pſal. 44.* — *Capharnaum qualis ciuitas.*

riſæorum

riſæorum contenta, ſed veram legis mentē explicans. In Galilæa eſt Capharnaum nō ignobilis: imò (vt dixi) ex multis magnifica valde, ſed præcipuè ex doctrina Chriſti & miraculis, quæ ibidem operatus eſt ad comprobandum, quòd verè ipſe rex Meſſias Dei filius. Aduerſus hanc ciuitatem eſt

Cap. 12. ſermo domini in Matthæo. Et tu Capharnaum nunquid vſq; in cœlum exaltaberis? vſq; in infernum deſcēdes. Intellige ex hoc quam iram aduerſum ſemetipſos theſaurizant, qui diuinæ gratiæ ſunt uiſores, nec emendantur ex magnis ipſius Dei muneribus. *Et ſtatim ſabbatis ingreſſus in Synagogam docebat eos.* Congruo ordine omnia diſponit Dei ſapientia Chriſtus Ieſus. Locus & tempus ſapienter eliguntur. Sabbatū requiei dies erat pro lectione, oratione, & auditione verbi diuini inſtitutus. Synagoga etiam locus, vbi conueniebant legiſperiti ad docendum, & omnis populus ad audiendam legem & prophetarum ſcripturas.

Prædicator quando & ubi debet docere. Hæc duo etiam decent euangelicum doctorem & populum domini. Doceat in eccleſia, doceat in ſabbato. Doceat inquam dominicis diebus & feſtis ſanctorum, & ferijs Quadrageſimæ: ſicut ex neceſsitate tantæ rei, qualis eſt doctrina, & ex mandato domini ad diſcipulos: Docete eos ſeruare quæcunque mandaui vobis: & ex doctrina Apo-

2. cap. 4. ſtoli ad ſuum diſcipulū Timoth. multoties ab Eccleſia ordinatum eſt, & nunc nouiſsimè in ſacra Synodo Tridenti. celebrata. Oportunitas ergò temporis & loci quærenda eſt à Doctore: qua inuenta importunè doceat ſecundùm ſententiam Apoſtoli,

Ibi. & exempla domini Ieſu, de quibus infra dicendum eſt. Non deſcribit ſanctus Euangeliſta genus doctrinę, quā Capharnaytis propoſuit dñs Ieſus: ſed ex illis quæ paulò antea dixit: Venit Ieſus in Galilæam prædicans euangelium regni Dei: Pœnitemini & credite Euangelio, manifeſtum eſt docuiſſe in primis fidem & pœnitentiam: quæ duo familiaria ſunt in Euangelio regni Dei, & valde neceſſaria erant illi ciuitati, nec minùs noſtris populis, quibus (heu quantū malum) nihil etiā minus curę eſt, quā pœnitentia. Sed plorabunt quidē amariſsimè in exitu vitæ, & quærunt locū pœnitentiæ, haud

Gal. 6. inuenient. Propter hoc dictum eſt à Pau-

2. Cor. 6. lo. Dum tempus habemus operemur bonum. Ecce nunc tempus acceptabile. Et

Cap. 5. Eccleſiaſticus inquit: De propitiato peccato noli eſſe ſine metu. Senſit ilico populus

A nouum doctorem ac nouum doctrinæ genus. Hominem videbant humilem, raro contemptoq; comitatu ſtipatum, ſed admirabantur ſermonem, vim quādam diuinam ſpirantem. Propter quod inquit ſanctus Euangeliſta. *Et ſtupebant ſuper doctrinam eius. Erat enim docens eos quaſi poteſtatem habens, & non ſicut ſcribæ.* Neque enim ſcribarum in morem docebat frigidas conſtitutiunculas, ſed dictis aderat auctoritas, ac ſermoni veraci fidē aſtruebat miraculorum frequentia & magnitudo. Ex multis ſtupor iſtorū hominum originem habebat, & mirabantur in doctrina Chriſti: ſed maximè; quia ſermo domini erat ſicut poteſtatem habentis. Scribæ docebant quæ ſcripta erant in Moyſe & prophetis, & Rabinis ſuis. Ie-

Doctrina chriſti quo modo in poteſtate. ſus vero, vt Deus & dominus Moyſi, liberè quæ deerant legi adijciebat, vel interpretabatur, vel cōmutabat. Vnde ſæpius in Matthæo legimus. Audiſtis quia dictum eſt antiquis, &c. Ego autem dico vobis: tanquàm dominus & verus Deus poteſtatem habebat ſubſtantialem & propriam. Nec legimus aliquando dixiſſe dominū Ieſum ex

B more prophetarum: Hæc dicit Dominus exercituum, Hæc dicit dominus Deus: Et dixit ſæpe numero: Ego autem dico vobis.

Deut. 18. Quia nimiū erat ille propheta, qui repromiſſus erat à Moſe. Suſcitabit vobis dñs prophetā ſicut me: ſcilicet legislatorem, ſed amplius erat dñs meus Ieſus quā legiſlator. Extitit Moyſes legislator, nō dñs. Ideo dicebat in mandatis ſuæ legis: Hæc dicit dnſ. Ieſus autem legislator, dominus & Deus verus: Ego autē dico vobis (inquit) non ſicut Moyſes aut ſcribæ. Propter hoc proculdubio ſtupebant. Taceo qualis erat maieſtas & ſplendor diuinę autoritatis in facie & verbis ſaluatoris, & energia & pondus ſermonis. Stupebant etiā ex miraculis doctrinam confirmantibus: æditis quidē ab ipſo Dño Ieſu, ſecundùm imperium, non per ſuffragium angelorū aut patriarcharū, cæleſtium uè virtutū. *Stupebant ſuper doctrinam.* Nō tamen recipiebāt eā, aut doctorē colebāt, vt cōuerterētur ad pœnitentiā. Probabāt quidem doctrinæ veritatē & neceſsitatē eius, minimè tamen recipiebant eā. Huiuſmodi probatio doctrinę vel ad naturalē conditionē intellectus, qui veritate aperta cōuincitur, vel ad donum fidei, etiam in formis, per quā diuinis verbis aſſētimur, ſpectat. Liber

tatis tamen & humanæ peruerſitatis eſt, ne-
ceſſaria ad ſalutem reijcere, veritati apertę
contradicere, vel illam non recipere. Pro
pter quòd duriſsimè cum illis, & cùm no-
Luc.12. ſtris agendum eſt in nouiſsima die. Seruus
qui cognouit voluntatem domini ſui, &
non ſe præparauit, & non fecit ſecundum
voluntatem eius, vapulabit multis, ſed
ante hanc vapulationem & plagas multas,
traduntur in quæque grauia flagitia, ſicut
Rom. 1. deſcribit Paulus Apoſtolus: Qui cũ Deum
cognouiſſent, nõ ſicut Deũ glorificauerũt,
&c. Propterea tradidit illos, id eſt, ire permi
ſit in reprobũ ſenſum: vt faciant ea quæ nõ
cõueniũt: repletos omni iniquitate, &c. Vi
de ergo & cõſidera, quale malũ ſit obſtupe-
ſcere, & probare doctrinã magiſtri, & abij-
cere illã, aut diſsimulare, quaſi ad te nõ ſpe-
Flagellum ctet. Grande quidẽ ſcelus, quod irã thezau
Dei in hac rizat pro nouiſsimo die: & aliquãdo in prę
uita aliquã ſenti vita, de quo Eſaias propheta. Abiece-
do contra runt legẽ dñi exercituum, & eloquiũ ſancti
uerbi Dei Iſrael blaſphemauerunt. Ideo iratus eſt fu-
irriſores. ror dñi in populũ ſuum, & extendit manũ
Cap.15. ſuã, ſuper eũ, & percuſsit eum, & cõturbati
ſunt mõtes, & facta ſunt morticinia eorum,
quaſi ſtercus terræ in medio platæarum. In
his omnibus non eſt auerſus furor eius, ſed
adhuc manus eius extenta. Propter hoc di
Heb.2. ctum eſt à Paulo: Abundantiùs debemus
obſeruare ea quę audiuimus: ne fortè peref
fluamus. Propter quid abũdantius oportet
ibi. cap. 1. obſeruare? Quia olim Deus loquens patri-
bus in prophetis: nouiſsimè locutus eſt no-
bis in filio. Et qui ipſum nõ audierit, peref-
fluet. Quid eſt pereffluet? Et quomodo A-
NOTA poſtolus inquit ne fortè? Nunquid nõ cer
ualde. tiſsimè peribunt quicunq; Chriſtũ non au-
dierint? Quomodo ergo ne fortè inquit A-
poſtolus? Ne fortè inquit Apoſtolus, pro-
pter arbitrij libertatẽ: quod reparari poteſt
per pœnitentiã, dum viuit homo, & ei con
ceditur reſpirare ſuper terrã. Qui ſi illã non
egerit, certiſsimè peribit. Imo pereffluet, id
eſt, punietur. Fluimus enim, quia ſicut flu-
uius in defluxu & mutabilitate ſumus, de in
fantia ad pueritiã, de pueritia ad iuuentutẽ,
de iuuentute ad ſenectam, & deinde ad de-
crepitam ætatem. Effluimus cum in mor-
te anima diſſoluitur à corpore. Pereffluí-
mus, ſi à vero eſſe Dei perpetualiter ſepara
ti, per varia tormenta ſine fine deficimus.
Propter grande hoc malum docet Apoſto
lus audire vocem domini Ieſu, & venerari

verba oris eius in perfecta obſeruatione eo-
C rum. *Et erat in Synagoga eorum homo in ſpiritu
immundo, & exclamauit, dicens. Quid nobis &
tibi Ieſu Nazarene? Veniſti perdere nos?* Non
tulit ſpiritum cœleſtẽ in Chriſto loquentẽ
ſpiritus impius: cœpit enim obſtrepere do
ctrinæ cęleſti, vociferans, dicens: Quid tibi
nobiſcũ rei eſt Ieſu Nazarene? An veniſti
perditurus nos ante diem? Exclamauit dæ- *Beda ſuper*
mon de Chriſti doctrina dolens, quæ erat *Marcum.*
ad ſalutẽ hominũ: Quid tibi & nobis? Nõ
eſt volũtatis cõfeſsio, ſed neceſsitatis extor
ſio, ſicut ſeruus fugitiuus viſum dñi timet, *Similitudo*
& de verberibus deprecatur. Dæmones e-
nim in terris dominũ cernentes, ſe cõtinuò
iudicandos credebant eſſe. *Veniſti perdere,*
id eſt, minuere & auferre poteſtatẽ noſtrã
nocendi hominibus. Vel veniſti perdere
nos, dicebãt, quia præſentia Chriſti tormẽ
ta erant dęmonũ. Mirabile erat quot millia *Dæmones*
dæmonũ, genus hominũ inuaſerant, poſsi- *ante Chri-*
debantq; eos. Paſsim per ciuitates & cam *ſti aduẽtum*
pos homines offendiſſes dæmoni obno- *ſãi homini-*
xios, ante aduẽtum Chriſti in carnem. Imò *bus.*
& vnus homo integrã legionem habebat.
Glorians in potentia ſua graſſabatur tan- *Marci. 5.*
D quam fortis armatus diabolus per mũdum
vniuerſum, pacificeque poſsidebat atrium
ſuum, donec fortior illo Chriſtus, qui eſt
Dei virtus, ſuperuenit, & ligauit eũ, & egit
in exilium, diripuitque vaſa eius in quibus
confidebat. Sed & ſacri martyres Chri- *Lege Ori.*
ſti mundauere aërem iſtum à multitudine *ſuper.c.18*
dæmonum. *Scio quòd ſis ſanctus Dei.* In *num. hom.*
Luca legis: Non ſinebat ea loqui, quia ſcie *10. & to.*
bant eum eſſe Chriſtum. In re hac diffici- *9. ſuper Io*
le dubium, quod occurrit, abſoluemus de *annẽ.ca. 4.*
cognitione dæmonum erga Chriſtũ: quia
non vna & eadem eſt ſacrorum Patrum
ſententia. Nam beatus Athanaſius vſq; ad *Athan. in*
commonitionem vxoris Pilati ad ipſum, *de cruce &*
exiſtimat & firmiter tenet non cognouiſſe *paßione do*
diabolum Chriſti diuinitatem. Similiter *mini.*
& beatiſsimus Leo PP. videtur cum bea-
to Athanaſio eandem ſententiam ample- *Leo PP.*
cti, quamuis ſermone nono cum beato *ſermone in*
Gregorio PP. & Beda idem ſentiat. Vbi *de paßione*
inquit: Neque itaque diabolus intellexit, *dñi. 11.*
quod ſæuiendo in Chriſtum, ſuum de- *Dæmones*
ſtrueret principatum: qui antiquæ fraudis *an cognoue*
iura non perderet, ſi ſe à Domini ſanguine *rint Chri-*
contineret: ſed malitia nocẽdi auidus, dum *ſti diuinita*
irruit, ruit, dũ capit captus eſt, dũ perſequi *tem.*
tur mortalem, incidit in ſaluatorem. Sed
infra

Sermo. 11

infra inquit: Qui vt hominum genus vinculis mortiferæ præuaricationis abſolueret, & ſæuienti diabolo potentiam ſuæ maieſtatis occultauit, & infirmitatem noſtrę carnis obiecit. Origenes diſtinctione vtitur in re hac. Conſidera quia minor in malitia nouerit ſaluatorem: qui verò maior eſt in ſcelere, & verſipellis, & nequam, ex eo ipſo quòd maior eſt, impeditur noſſe filium Dei. Beatus Hieronymus ridiculam aſſerit, ex aliorum ſententia hanc diſtinctionem, & ipſe de re hac inquit: tam dæmones quàm diabolus ſuſpicari magis filium Dei, quàm noſſe intelligendi ſunt. Beatus Auguſtinus exponens hunc locum. *Quid tibi & nobis Ieſu Nazarene? uenisti ante tempus perdere nos?* Clarum eſt (inquit) in his verbis quod in eis & tanta ſcientia erat, & charitas non erat. Pœnam quippe ſuam formidabant ab illo, non in illo iuſtitiam diligebant. Tantùm verò eis innotuit, quantùm voluit: tantum autem voluit quantum oportuit. Et poſtquàm expoſuit modum vel differentiam inter cognitionem ſanctorum angelorum & dæmonum, inquit: Innotuit ergo dæmonibus non per id quod eſt vita æterna, & lumen incommutabile, quod illuminat pios, cui videndo per fidem quæ in illo eſt, corda mundantur: ſed per quædam temporalia ſuæ virtutis effecta & occultiſsima ſigna præſentiæ, quę angelicis ſenſibus etiam malignorum ſpirituum, potiùs quàm infirmitati hominum poſſent eſſe conſpicua. Denique quando ea paululùm ſupprimenda iudicauit, & aliquanto altiùs latuit, dubitauit de illo princeps dæmonum, eumq; tentauit an Chriſtus eſſet, explorans quantùm ſe tentari ipſe permiſit, &c. Beatus Chryſoſtomus dicit quod non certam aut firmam aduentus Dei habebant notitiam: ſciebant tamen ipſum eſſe Chriſtum in lege promiſſum. Vnde dicitur: Quia ſciebant ipſum eſſe Chriſtum. Quod autem confiteantur ipſum eſſe filium Dei, magis erat ex quadam ſuſpicione quàm ex certitudine. Et Beda ſuper Lucam. Et dæmonia filium Dei confitentur. Et ſicut poſtea dicitur, ſciebant eum eſſe Chriſtum, quia cùm ieiunio fatigatum eum diabolus videret, verum hominem intellexit. Sed quia tentando non præualuit, vtrùm eſſet filius Dei dubitabat. Nunc autem per ſignorũ potentiã, vel intellexit, vel potiùs ſuſpicatus eſt eſſe filiũ Dei. Nõ igitur Iudæis eũ crucifigere

Origenes. homil. 6. in Lucã, lege cũ hom. 1. in diuerſos, & Baſiliũ concione in ſacrã Chriſti natiuitatem.

Hieronymus ſuper cap. 8. Matthæi.

Aug. lib. 9 de ciuitate Dei. c. 22.

Chriſoſto. ſuper illud Marci: ſcimus quia ſis ſanctus Dei.

Beda ſuper c. 4. Lucæ.

Nota.

perſuaſit, quia Chriſtum filiũ Dei non eſſe
A putauit, ſed quia morte illius non præuidit eſſe damnandum. De hoc myſterio à ſæculis abſcondito dicit Apoſtolus, quòd nemo principum huius ſæculi cognouit, ſi enim cognouiſſent, ſcilicet quòd per mortẽ Chriſti homo erat liberandus, nunquàm Dominum gloriæ crucifixiſſent. Beatus Gregorius. PP. Et quidem Behemoth iſte filium Dei incarnatum nouerat, ſed redemptionis noſtræ ordinem neſciebat. Sciebat enim ꝙ pro redemptione noſtra incarnatus Dei filius fuerat: ſed omninò quòd idem redemptor noſter, illũ moriendo transfigeret, neſciebat. Vnde & bene dicitur: in oculis eius quaſi hamo capiet eum. In oculis quippe habere dicimus, quod coram uobis poſitũ videmus. Antiquus verò hoſtis humani generis redemptorem noſtrum ante ſe poſitũ vidit, quem cognoſcendo confeſſus, confitendo pertimuit dicens: *Quid nobis & tibi fili Dei? Venisti ante tempus torquere nos?* In oculis ſuis itaque hamo captus eſt, quia nouit, & momordit, & cognouit prius quẽ pertimeſceret. & tamẽ poſt nõ timuit, cum in illo quaſi eſcam propriam, mortem carnis
B eſuriret. Expende & cõſidera quàm rationabilis ſit ſententia beati Gregorij. Si ſuperbia diaboli conſideretur, conſentaneũ rationi ſuperbiæ eius apparebit, quòd etiã ſi ſciuiſſet Ieſum Chriſtum eſſe verum Deum, adhuc procuraſſet ipſius mortem. Ex eo enim quod ſcientia illa non eſt ſcientia euidentiæ, ſed fidei coactę ex ſcripturis & miraculis: ac per hoc quod ſciret illum eſſe Dei filium, non inde ſequebatur ꝙ intelligeret finem, & effectum, propter quem apparuit in terris, vel medium per quod illum finem conſequuturus erat. Nam in hoc ſciendi modo non cõſequitur quod in ſciẽtia demõſtratiua: in qua ex vna cauſa cognita deducuntur omnes illius effectus: imò cognita deitate, adhuc reſtabat incognitũ quid futurum eſſet. Vnde rationabiliter ſecundùm ſuperbiam ſuam agens dæmon cogitauit pugnare contra ipſum auferendo illi vitam, honorem, famam, diſcipulos, &c. Cogitans ſi non eſt Deus ſed Meſsias purus homo, iam proſtraui eum, & ſi eſt verus Deus, non parum feci habẽs hanc victoriam cõtra ipſum Deum: & poſtea videbitur quid Deus faciat: tutiorem partem ſe putauit eligere, habere primam victoriam, vincere Deum in hoc mundo,

1. Cor. 2.

Gregorius lib. 33. in c. 40. & cap. 7. ipſius libri.

NOTA valle.

neſciens quid poſtea ſequeretur. Et propte
rea bene venerabilis Beda dixit, & beatiſsi C
mus Gregorius, quòd ſi cognouiſſent latens
myſterium ſequentis fructus, nunquã domi
Pſal.73. num gloriæ crucifixiſſent. Nõ quia ipſum
Deum non auderent aggredi (quoniam ſcri
ptum eſt: Superbia eorũ qui te oderunt aſcẽ
dit ſemper) ſed quia propriũ damnum vita
re voluiſſent, & noluiſſent Deũ habere tan
tam gloriam, vt vinceret diabolum iuſtitia,
& eſſet redemptor ac ſaluator, vt eſt. Ego
quidem in re hac nihil audeo diffinere: eli-
gerem potiùs patrum ſententias coucorda-
Grauiſsima ratio ſi introſpiciatur. re cum altera illarum diſtinctionum. Sed
cùm ſecundùm ipſam veritatem inter dia-
bolum & Chriſtum pro noſtra redemptio-
ne, actum ſit non diuinitatis potentia, ſed iu
ſtitia, & hæc non reſplenderet ita manifeſtè
aduerſus diabolum, niſi ipſe cognouiſſet quẽ
certè perſequebatur Dei filium, inde poteſt
Lege Caietanũ ſuper ar.1.q.44 3.p.ſancti Thom. ubi contrariam ſententiam ex ſancto Tho. determinat. quis exiſtimare fuiſſe illũ certũ de diuinita
te Chriſti. Qui regem iniuria afficit, quẽ cer
tiſsimè ſcit eſſe regẽ, reus criminis ingentio
ris habetur, quã ſi ipſum ignoranter percu-
teret. Et *comminatus eſt ei Ieſus, dicens. Obmuteſce & exi ab homine*. Comprimebat Dñs
Ieſus vires & poteſtatem dęmonis ad tacen D
dũ de ipſo: ne quis aduerſarius diceret fidem
noſtrã à dæmone magiſtro initiũ habuiſſe
vel robur qui mendax eſt & mendacij pa-
ter, & fallere gaudet genus humanũ: nec ve
Silentium diabolo impoſitum quibus de cauſis ra loquens erat audiendus apud populũ, ne
quis illi poſt crederet mentienti. *Obmuteſce.*
Grauiſsimæ nec minus vtiles à doctoribus
excogitatę ſunt rationes ad demonſtrandã
neceſsitatẽ huius mandati aduerſus diabolũ.
Athanaſi⁹ Athanaſius: Propter exemplũ, vt ſciamus
quòd nullo modo etiã vera dicenti fides ſit
ei adhibenda: cũ criminoſum valdè ſit, quòd
habentes diuinã ſcripturã, inſtruamur à dia
Chriſoſt. bolo. Chriſoſtomus: Ideo obmuteſcere im
perabat: quia Apoſtolorũ officium vſurpa-
bat: ac poſtmodũ, qui eorũ doctrinam non
recepiſſent, excuſarentur ideo illis non cre
dere, quia à dæmone hanc doctrinam acce-
piſſent: aduerſus quẽ ipſe Chriſtus dixerat,
quòd erat mendax & pater mendacij. Cùm
Ioan.8. ergo dæmonis & apoſtolorum eſſet vna ea-
demq; cõfeſsio de Chriſto, ſuſpecta habere
Origen. ſuper ca.23. Numeror. tur firmiſsimis demonſtrationibus. Orige-
nes rem hanc abſoluit. Non vult Deus audi
tores nos fieri, & diſcipulos dæmonũ, neq;
vult, vt ſi quid volumus diſcere, diſcamus à
dęmonibus. Melius eſt ignorare quàm à dę
monibus diſcere: & melius eſt à ꝓpheta diſ
cere, quàm à diuinis inquirere, &c. Propter
hoc & dñs noſter Ieſus non dignatur à dæ-
monibus accipere teſtimoniũ, ſed ait: *Obmuteſce & exi ab eo.* Quem etiã Apoſtolus ſuus
Paulus imitatus, dolẽs cõuertit ſe, & ait ſpi *Actor.16*
ritui Phytonis: Præcipio tibi in nomine Ie
ſu Chriſti, diſcede ab ea. Vbi oſtenditur nõ
de blaſphemia doluiſſe Paulum, cùm verũ
dixiſſet diabolus in Phytoniſſa: ſed pro eo
quòd indignum iudicaret ſermoni ſuo ab
ſpiritu Phytonis teſtimonium dari. Beatus
Ambroſius ſuper Lucã inquit: Nec quen- *Ambro. li. 4. ſuper ca. 4. Lucæ.*
quã mouere debet, quòd Ieſu Nazareni no
mẽ in hoc libro diabolus dixiſſe primus in-
ducitur. Neq; enim ab eo Chriſtus nomen
accepit, quod de cœlo angelus ad virginem
detulit. Eſt enim huius impudẽtiæ, vt inter
homines aliquid primus vſurpet, & ad ho-
mines quaſi nouũ deferat, quo terrorẽ ſuæ
poteſtatis incutiat. Deniq; in Geneſi prim⁹
Deum homini nuncupauit. *Et diſcerpens eum immundus ſpiritus, & exclamans voce magna, exiuit ab homine.* Contrarium videtur ha *Cap.4.*
beri apud diuum Lucam. Vbi legimus de
iſto dæmone, quod exiuit ab homine, & ni *Cõcordantiæ Lucæ & Marci.*
hil ei nocuit. Sed cùm dæmones nõ ſolùm
cum afflictione ab obſeſsis corporibus ſo-
leant exire, verùm & cum alicuius mẽbri
mutilatione: per hoc quod Lucas inquit quõ
nihil ei nocuit, intelligendũ eſt quantũ ad
mutilationem alicuius mẽbri. Quod autem
noſter Euãgeliſta inquit, *& diſcerpens eum*,
interpretandũ eſt de afflictione. Maximè
enim cõanguſtauit illũ, cùm exiuit. Et hoc
declaratur Lucæ cap.4. Et cum proieciſſet
illum dæmoniũ in medium, &c. Nota dili-
genter quod hoc eſt primũ miraculũ quod
dominus Ieſus, poſtquã vocauit diſcipulos,
coram eis mũdo oſtẽdit publicè. Iam enim
in Chana Galilęæ ex aqua vinum fecerat,
&c. Lege diligenter Matthæum & Lucã, *Matth. 4. D. Lucæ. Cap.5.c.*
& deprehendes quomodo noſter Euange-
liſta, primo omnium deſcripſit hoc opus
ante curationem ſocrus Petri, & ante mun-
datum leproſum. In hoc inſtituit confir-
mare ſuam doctrinam cum doceret fidem
& pœnitentiam, &c. Quod mirandũ opus
ſapientiſsimè dictum eſt, vt comprobetur
poteſtas Ieſu eſſe diuina, cùm aduerſus il-
lum in imperio ſuæ vocis obtineat victo-
riam, de quo ſciebant Iudæi quòd ſimi-
lis ei non eſſet ſuper terram, ſicut teſta- *Cap.41.*
tur Sanctus Iob. Non eſt ſuper terram
pote-

poteſtas, quæ comparetur ei, qui factus eſt vt nullum timeret. Poteſtas ergo illa quæ ſecundum imperium aduerſus diabolum relucet, diuina facilè iudicatur & comprobatur. Quod vt rudes teſtificati ſunt, qui ibi aſtabant ſicut inquit Euangeliſta. *Et mirati ſunt omnes ita ut conquirerent inter ſe dicentes. Quidnam eſt hoc? quæ nam doctrina hæc noua, quia in poteſtate ſpiritibus immundis imperat, & obediunt ei?* Ac ſi dicerent: Nil tale legimus à prophetis vnquam eſſe factum, vt ſimplici verbo propellerent dæmonia. Aut quænam eſt hæc doctrina noua, quam tanta virtus comitatur. Prædicat regnum Dei, & factis cõprobat poſſe ſe præſtare illud: profert enim virtutem Dei, ſathanæ vires conterens. Neque enim magicæ artis hoc eſt, aut adſcribi poteſt prolixæ flagitationi ad Deum. Imo ſicut dominus, ſicut victor illorum, tanquam poteſtatem habens imperat illis, & coacti exeunt: & deprecatus ab eis

Marci. 5. in porcorum gregem vix abire cõcedit. Obſerua quod præter eam poteſtatẽ, quæ erat in Chriſto cœleſtis & diuina, qua cuncta cõdidit imperio oris ſui, aderat ſuæ humanitati poteſtas faciendi quæcunque mirabilia tanquam inſtrumento coniuncto diuinitati ordinabilia ad fidẽ myſterij incarnationis.

Poteſtas faciendi miracula in chriſto quo modo.

Per hanc poteſtatem in cœlo, in aëre, in mari, in terra, in inferno, in dæmonibus, &c. mirabilia operabatur, vt dominus omnium agnoſceretur. Omnia quidem eius ſeruiebant imperio, & humilem famulatũ exhibebant. Solus homo procax & inuerecundus, propter quem omnia illa facta ſunt, multoque maiora, ab eius imperio ſe ſubducit inobediẽs: vnde pœnas dabit æternas ſub caligine, & igne deuorante.

Miraculorũ Chriſti finis.

Obſerua ſecundo quòd non in propriã gloriã domini Ieſu tantùm cedebant mirabilia, quæ paſſim inter homines operabatur (quod irreligioſa mens forſan excogitaret.) Sed potiùs ad fidem gentium ordinabantur: & inde odium conciliauit Iudæorum vſque ad mortem:

Ioan. 11. Suſcitaturus Lazarum dicebat: vt credant, quia tu me miſiſti, &c. Et in concilio dixerunt impij Iudæi: Quid facimus? quia hic homo ſigna multa facit. Non dixêre: credamus ei, quia verè ipſe eſt Chriſtus, Dei electus, & in lege promiſſus: ſed mortem meditati ſunt & perditionem, & non poſt multos dies ipſum crucifixerunt. Vides quomodo nõ propriam gloriam ex miraculis quærebat dñs Ieſus, ſed eorũ ſalutem, quibus tã magnifica dona concedebat,

A & noſtrã fidẽ deſiderabat? Conſidera hoc in ſingulis miraculis Chriſti, vt ſimul eius bonitatem in nos inſpicias, & noſtrã ingratitudinem & execrabilem malitiam, qui bonis & optimis malè vtimur.

Carnalis homo à dæmone poſſeſſus.

Hic homo qui à Chriſto liberatur, figurã gerit carnaliũ: qui ſi curandi ſunt à peſſimo dæmone, ad cuius volũtatem captiui tenentur, carnis afflictionem ſuſtinere oportet: vt per quæ quis peccauit, per hæc & torqueatur. An non peſſimo dæmonio obnoxius eſt ille, quem totũ poſſidet carnalis cõcupiſcentia? Heu quam durus hic ſermo mortificationis. Non fert illum, torturam intemporaneam arbitratur: quaſi non ſit iudex in ianuis ad vltionem & ſupplicium æterni cruciatus. *Et mirati ſunt omnes.* Accepit omnes timor & admiratio, non tantùm ex magnitudine operis admirabilis (filij enim eorum exorciſtæ adiurantes dæmones immundos, exire cogebant) ſed quàm maximè ex modo & qualitate faciendi miracula, quæ coram oculis ſuis erant obſtupenda. Quòd imperaſſet dæmonibus, & obediſſent voci eius. Hæc eſt ratio admirationis eorum: quòd

B in ſolo imperio talia perficiat Dominus meus Ieſus.

Chriſti & prophetarum collatio in miraculis perficiendis.

Non ſic Elias: ſed ſepties orans, quæſiuit à domino aquam pro ſterilitate terræ ſananda. Suſcitauit filium ſuæ hoſpitis, ſed non imperans, ſed gemens & orãs: Reuertatur obſecro domine anima pueri huius intra viſcera eius, dicebat, qui magnus habebatur apud illos. 3.Reg.19. Dominus autẽ Ieſus imperans & increpans, dæmonia abijciebat. Iuſtè ergo admirantes homines illi, conquiſierunt inter ſeſe: *Quidnam eſt hoc?* Non ſic vnquam apparuit, neq; patres noſtri qui ſui temporis geſta ſcripſerunt, ſimile vnquam viderunt. Non vulgare aut à ſimplici propheta emanat tãtum opus, nunquam hominibus conceſſum. Vnde bene ſequitur quod ſtatim quærunt. *Quænam noua doctrina hæc eſt?* Verè non eſt quod de illa poſſumus ſuſpicari, tanquã mala, aut legi & prophetis contraria, etiam ſi altiora & perfectiora doceat quã Moyſes, cùm in miraculis veris cõfirmetur, & ſub oculis noſtris reſplendeat.

Sigillũ doctrinæ Euangelicæ.

Verè ſigillo ſuæ omnipotentiæ, quã in operando oſtendit dominus Ieſus, confirmauit doctrinam Euangelij ſui. Vnde inexcuſabiles erant quicunq; illud non receperunt. Quid inquiunt? *Quia in poteſtate imperat ſpiritibus immundis?* Non im-

Iude cap. unico.

perauit Michael diabolo cum ſuper corpus Moyſi inter illos quæſtio eſſet: ſed dixit: Imperet tibi Deus. Dominus autē Ieſus immūdis ſpiritibus imperat, vt maior Michaele & cunctis ſanctis angelis comprobetur. Imo vt declaretur quod verè ille eſſet, quem inuocabat Michael aduerſus diabolum. Ergo vt omnium dominus imperat dæmonibus & obediunt ei: non quidem per virtutē obedientiæ, ſed coacti. Cogebantur poteſtate diuina: vnde non volūtarij, ſed neceſsitate conuicti exibant ſpiritus immundi ab hominibus. Propter quod dicitur. *Exclamans voce magna exijt ab eo.* Vide quā iocūdum ei erat intra hominem illū habere ſuum domicilium. Vide quantum mœroris habuit in egreſſu ab eo. Clamans & inuitus exijt. Huic ſunt ſimiles quicunque domino & prælatis obediunt ex timore, qui ſi contradicere poſſent, libenti animo facerent. Tandem in hac admiratione populi iſtius & in verbo: quænam doctrina hæc eſt? docentur Eccleſiæ paſtores & doctores, cum nouas voces in libris & doctrina prædicatorū audierint, diligēter conquirere de illarum veritate: etiam ſi miracula multa patrauerint: & obuiam ire diligenter periculo, quod ex talibus ſuboriri ſolet. De qua re iam olim admonitus fuit à Moſe antiquus ille populus: ſi ſurrexerit in medio tui prophetes, aut qui ſomnium vidiſſe dicat, & prædixerit ſignum atque portentum, & euenerit quod locutus eſt, & dixerit tibi: Eamus & ſequamur deos alienos, quos ignoras, & ſeruiamus eis: non audias verba prophetæ illius, aut ſomniatoris: quia tentat vos Dominus Deus veſter, vt palam fiat, vtrùm diligatis eum an non in toto corde, & in tota anima veſtra. Annotandus locus, nimirum, & maximè noſtris his temporibus. *Et proceſſit rumor eius ſtatim in omnem regionem Galileæ.* Bene quidem & hoc in aliorum ſalutem ordinabatur: cum viri qui ibidem conuenerant ad ſecularia negotia, bonum Chriſti odorem per vniuerſam regionem diffamabant. Quod ſcilicet apparuerit inter illos doctor ſublimioris philoſophiæ, quàm cæteri prophetæ: ſuamque doctrinam altiori poteſtate comprobabat, imperando dæmonibus: quod ſummū genus imperij eſt. Propter hæc & plura alia duo illi diſcipuli qui in Emaus ipſa reſurrectionis die ibant, dixerunt: De Ieſu qui fuit vir prophe-

Nouæ voces examinandæ.

Deut. 13.

Luc. 24.

C

ta potens in opere & ſermone. Quod autē ad ſalutem proximorum & fidei diſpoſitionem rumor & fama conducat huiuſmodi, teſtis eſt Apoſtolus in epiſtola ad Theſalonicenſ. A vobis diffamatus eſt ſermo dñi, non ſolum in Macedonia & Achaia, &c. Vnū ad rem hanc grandem eſt valde neceſſariū, quod diffamator, ſit verax dignuſq; fide: aut ꝙ fama deinde certitudinaliter cōprobetur. Cum ingenti vtilitate ſuæ ciuitatis mulier illa Samaritana in aure totius populi bonam famam domini Ieſu ſparſit. Venite & videte hominem, qui dixit mihi omnia quæ feci. Non tamen auſa fuit dicere: Ipſe eſt Chriſtus: licèt ab ore eius tantum myſterium didicerit: ſed prudentiſſimè eorum dereliquit inquiſitioni. Qui poſt modùm illi dicebant: Quia iam non propter tuam loquelam credimus. Rumor aliqualiter aperuit ſenſum, concuſsit plebem, & conuolarunt ad Ieſum: ex eius autem doctrina confirmati dixerunt: quia hic eſt verè ſaluator mundi. *Et protinus egredientes de Synagoga venerunt in domum Simonis & Andreæ, cum Iacobo & Ioanne.* Non in Bethſaida ſed in Capharnaum erat domus Petri: ſicut quidam male dixerunt, ex eo ſolùm quia Petrus de Bethſaida erat oriundus. Protinus aduerbium temporis non determinat egreſſum à Synagoga poſt curationem hominis illius: ſed ingreſſum in domum Simonis & Andreæ. Vnde certum eſt ab aliquibus diebus Petrum in Capharnao habuiſſe domum ſuam vel ex eo domus illorum dicta eſt, quia ſocrus Simonis ibi habitabat: & gener domum ſocrus, ſuam appellat. Et cum Euangeliſta inquit: *Veniunt in domum Simonis*, noli exiſtimare propriam illorum eſſe. Quia cum plenè & perfectè ad diſcipulatum Chriſti vocati ſunt, renuntiauerunt omnibus: neq; ad vxorem vnquam redijt Petrus, ex caſtitatis voto ſolenni ex licentia vxoris: quæ duo ad perfectionem Apoſtolatus ſpectabant. Vnde beatus Hieronymus contra Iouenianum ex dicto Petri, Ecce nos reliquimus omnia, inquit: Si gratis concedam Ioueniano Apoſtolos vxores habuiſſe, hoc fuit ante ſuā vocationē: ſed poſtquā aſſumpti ad Apoſtolatum fuerunt, reliquerunt officium coniugale: Et loquens de Petro, Cū reti & nauicula eam dereliquit. *Cum Iacobo & Ioanne.* Iā charitatis vinculū tanquā vere fratres ei iūgebat eos, & cōiunctiſsimi magi-

1. cap. 1.

Samaritanæ prudentia iterum. Ioan. 4.

D

Apoſtoli votum caſtitatis habuere.

Hierony. contra Iouenianum.

Lege tho. Valdenſ. tom. 1. cap. 22.

Eraſmus male ſentit de Paulo

ſup verbũ illud: Volo uos manere ſicut ego.

magiſtro dicere potuerunt: quocunq; ieris ſequemur te. Beata mẽs quæ hoc dicere poteſt & opere cõplere. Beata fraternitas quæ ſummas delitias ducit, adeſſe domino: non ſolum mirabilia operanti, ſed etiam cum humile hoſpitium ingreditur, quod in domo pauperculæ mulieris & infirmæ parabatur. Quam multos inuenies qui cum domino in Thabor gaudentes conſcenderẽt: & eum in domo Caiphæ erubeſcerent. Sed aliter definitum eſt. Compati oportet, ad conregnandum. Omnes itaque quatuor diſcipuli, vt nouelli confirmandi erant ex doctrina, & miraculis ſaluatoris. Non dubiũ, quin rogatus dominus à Petro, ingreſſus ſit domum eius. Solicitus erat Petrus pro ſocru. Nam qui ſuorum & maximè domeſticorum curam non habet. *Recumbebat autem ſocrus Simonis febricitans & ſtatim dicunt de illa. Et accedens eleuauit eam apprehenſa manu eius: & continuò dimiſit eam febris.* Magnis febribus cum laboraſſet ſocrus Petri, ſtatim diſcipuli accedunt in humili & deuota deprecatione ad magiſtrum: non in craſtinum dimittunt pro ea ſuffragium, quàm vera charitate diligebant. Neque dominus Ieſus claudit viſcera ſuæ miſericordiæ: ſed ſtatim audit orationem eorum, & ſanat infirmitatem mulieris: & continuò reliquit eam febris. Nec minus perfecta fuit quàm ſubita ſanitas: nam ſubito rediit vigor mulieri ita vt obiens ſolita munia, miniſtraret Ieſu & diſcipulis ſuis. Vide quomodo omnia ſtatim fiunt. Deprecatio apoſtolorum pro infirma muliere, exauditio ſaluatoris, perfecta ſanatio. Vbi ardens charitas erga proximum inuenitur, non trahit moras exauditio diuina: præcipuè in ſpirituali ſalute. Nullo non tempore paratus eſt dominus ad ſalutem animæ conferendam, ſi quis interpellet maxime pro ſe ipſo. Amat ille vel intẽpeſtiuos & importunos interpellatores. Obſerua quomodo relucet virtus Chriſti in ſanitate huius mulieris: quæ non tantùm à febri eſt curata, verùm ſubitò cõualuit: quòd natura ignorat, neque attingere poteſt: ſed ſola diuina potentia. Docemur in deprecatione Apoſtolorum pro hac muliere operari bonum ad omnes, maximè ad domeſticos. Vnde Eccleſiaſticus inquit: Quicquid poteſt manus tua inſtanter operare. Docentur etiam in hoc qui principibus & regibus chari ſunt & familiares pro aliis rogare, non pro ſeipſis tantùm. Rogauit, licèt obliuioſus factus, Magiſter pincernarũ à Pharonem pro Ioſeph, & eductus eſt de carcere. Ad hoc aſſumpti ſunt magnatorum familiares ac fideles ſerui: non ad incitandum irã dominorum ſuorum, & ad vltionem meditandam, non ad odium contra ciues & conſeruos. Væ illis. Dabunt pœnas, meritiſſimumque ſupplicium ſuper eos & domos eorum veniet. Sicut ſuper Aman, qui charus valde exiſtens Aſſuero procurauit Iudæorum necem: & diuino iudicio in eodem patibulo, quod Mardochæo parauerat ſuſpenſus eſt. Eſther verò quæ animã poſuit pro populo, vt rogaret deprecareturq; regẽ multam gloriam conſecuta fuit. Familiare vitium hoc eſt inter principes & ſeruos eorum. Vix ſimiles inuenies ſeruis Naaman: qui cùm iratus eſſet Naaman aduerſum Eliſæum, quia non eo honore ipſum exceperat, prout meditatus fuerat in corde ſuo, & abiret indignans, acceſſerunt ad eum & blãdè locuti ſunt ei. In quorum verbis ſanior redditus, obtemperauit prophetæ & mundatus fuit à lepra. Nõ placet in auribus dominorũ deprecatio, aut excuſatio, aut ſana ſermonis & operis ſubditorũ interpretatio. Væ illis. Cęci ſunt, & cæcorum ductores. Nõ ſic ſacri diſcipuli domini Ieſu: neq; ipſe redemptor. Imò ſtatim apprehenſa manu infirmæ mulieris *eleuauit eam & continuò dimiſit eam febris.* Lucas dixit: Et imperauit febri. Dæmonibus imperabat & exibant clamantia: & febri imperat & dimittit mulierem. Quæ ſtatim cõſurgens miniſtrabat eis. Ecce animum gratum benè vtentem donis conceſſis. Non ſedet mulier poſt ſanitatem inuentam, nõ agit otium: ſed miniſtrat, quę menſæ erant neceſſaria. Magnæ philoſophiæ magiſterium habent omnia hæc. Ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, non ad curioſam diſputationem. Et alterius rei mulier hæc imaginem gerit. Non dixerim minorẽ febrim amoris, quàm caloris. Illa nimirũ animum febris, hęc corpus inflammat. Febris noſtra ſimiliter auaritia eſt. Febris noſtra libido eſt, eò q; ignitæ ſunt cupiditates. Vnde Apoſtolus ait: ſi non ſe continet, nubat: melius enim eſt nubere quàm vri. Vehemẽtior eſt animi febris, quã corporis: & ideò ꝓ animi voluptate, corporis ſalus plęrunq; contemnitur: nec à periculis abſtinet homo, etiam ſi certò ſciat tali febricitans luxuria, ſe aut oculum aut vitam amiſſurũ, ſi libidini indulgeat, præceps tamẽ ruit

Margin notes: 1. Tim. 5. — *Cap. 9. Priuati principũ.* — A — B — *Gen. 41.* — *Eſth. 3.* — *Ibi. cap. 7.* — *4. Reg. 5.* — *Cap. 4.* — *Febris amoris.* — *1. Cor. 7.*

indeſiderata,ſic febri libido flagrantior eſt, grauiuſq; præcipitat & inflammat. Eſt enim C

Libido.

libido appetitus vehemens contra rationē excitatus: vel cupiditas quædam effrænata. Quæ vbicunque dominatur, adeò virtutes omnes perimit, vt nullam locū, nullúmue præſidium ſanctiſsimæ etiam innocentiæ eſſe permittat: vt craſſus orator diſertiſsimus dixit: & improbos probat: probos autē improbat. Sapienter quidem Diogenes Cynicus dicere ſolebat, cupiditatem arcem eſſe omnium malorum. Cupiditati ſubiectæ ſpecies ſunt eiuſmodi, indigentia, ira, iracundia, excandeſcentia, odium, diſcordia, deſiderium, amor. Hæc enim libido ſeu cupiditas (de nomine non laboro: vtrunq; tamen probat Marcus Tulius) coërcenda eſt, antequàm paſsim, diffundatur, & animam omni ex parte innadat. Effrenatus ſiquidem cupiditate animus non facilè virtutis & rationis habenis regitur. Auerſatur enim honeſtos ac ſalutares monitus (vt ait Plato) & velut in frenis equus calcibus morſibuſq; inſultat. & ſeſſorem excutit, atque exturbat. Nam cupiditas abſque ratione quæ ſuperat opinionem ad recta tendentem, rapitque ad voluptatem formæ, & à cognatis voluptatibus circa corporis formam vehementer corroborata peruincit & ſuperat robore & vehementia, &c. Iam ex his intellige quàm proprio ſermone beatus Ambroſius dixit: Febris noſtra libido eſt, &c. & quàm verè Dei auxilium, & noſtrum diligens exercitium ad curationem eius ſiut neceſſaria. Pro liberatione ab hac febri, & extinctione ardētis huius flammæ, quàm neceſſarius eſt ros diuinæ gratiæ? Etenim quaſi quibuſdam clauis ſuſ igitur anima corporeis voluptatibꝰ: & cùm ſemel adhæſerit cupiditatibus demerſa carnalibus, dificile in altum poteſt, vnde deſcendit, ſine Dei fauore reuolare. Hac febri laboranti manus domini Ieſu mirum in modum eſt neceſſaria: quæ infirmū apprehendat & eleuet: ſicut in ſocru Petri à domino actum eſt. Per manum apprehenſam libertatis inordinatæ priuationem intellige. Curaturus dominus alios infirmos, leui manus tactu vtebatur: non aſsiduè apprehendebat: hanc autem mulierem febricitantem apprehendit & manum eius. Vt doceat quàm magnum Dei auxilium his opus eſt, qui libidine exuruntur, ad eorum ſalutem. De quo infra iterū. Manus itaq; illa apprehenditur, quę operabatur male, & cum

Craſſus orator ex Cicerone Tuſculan. quęſt. lib. 4.

Philo eodē uerbo deſcribit auaritiā de qua ſuo loco.

Vbi ſupra

Plato Phædrus circa principiū.

Manus apprehenſa à Chriſto, quid ſignificat.

ingenti licentia: apprehendi ergo debet. priuariq; licentia illa, qua male vtitur. *Eleuauit eam.* Eleuatio mentis in Deum, & in cæleſtem patriam, & gaudia eius poſt ſalutem à carnali libidine & febri hac ardenti, eſt valde neceſſaria. & omni ſtudio huiuſmodi cōualeſcentibus. Niſi enim eleuetur mens ad cæleſtia, eorum dulcedinem non guſtabit: & quibus illa deeſt pro corporalibus ſuauitatibus ſoliciti ſunt: & redibunt ad vomitum facilè. Quod à contrario ſenſu in ſentētia apoſtoli intelliges: Induimini dominū noſtrum Ieſum Chriſtum, & carnis curam ne feceritis in deſiderijs. Adhuc habentibus Hebræis manna omnis ſuauitatis cibū, qui angelorum cibus dictus eſt à propheta: deſiderium inerat carnium, quas in Aegypto vſque ad ſaturitatem manducauerant. Quale eſſet deſiderium eorum, ſi manna defeciſſet? In hoc intelliges, tu qui febri laboras, & ſanatus es à domino, quàm neceſſaria tibi ſit dulcedo diuinæ conſolationis, vt ablactatus ab vberibus aſpidum, iterùm ad ea ne reuertaris. Vide ergo valdeq; ſolicitus eſto pro perſeuerantiæ dono, nec ad vomitum reuertaris, & ad carnis deſideria deſcendas: ne forD tè iratus dominus contra te, te tradat in deſideria cordis tui, & poſtquā ſaturatus fueris, ignitos ſerpentes contra te armet ad vltionem. ſicut legimus antiquo illi populo contigiſſe. Quod etiam ſi hoc contigerit, potēs eſt Deus te iterum ſtatuere per virtutē crucis, & ſuæ ſanctiſsimæ mortis in vera pœnitentia: ſicut & ſerpens æneus illi populo ad ſalutem fuit conceſſus. Vides quanta ſub illa hiſtoria poſſunt conſiderari? Nec ſolùm hæc obſeruabis in ſalute ſocrus Simonis, verū quàm efficax erat Chriſti humanitas ad quæcunq; vellet operandum. Erat quidem organum diuinitatis, caroq; viuificatrix. Habebat nimirùm clauem Dauid ſacra illa humanitas ad condendum magnifica ſacramēta, quæ gratiam continerent & conferrent dignè ſuſcipientibus: & per auctoritatē excellentiæ, quā acceperat, ſine ſacramentis iuſtificare poterat, ſicut cū illis. Et certè quoſdam iuſtificauit, mulierem ſcilicet peccatricem, paralyticum, & latronē in cruce. Fuit hæc virtus humanitatis Chriſti quædā ſpecialis aſsiſtentia diuinitatis, quæ in illa habitabat corporaliter firma promiſsione confirmata. quòd ſemper & quoties vellet, ei ſua diuinitas intenderet, vt opus perficeret quodcunque vellet. Et quantùm ad hoc ſi-

militer

Eleuatio mentis in Deū quàm neceſſaria conualentibus.

Rom. 13.

Exod. 16.

Pſal. 77.

Nota valde.

De hoc ad longum author. hom. ſup pſal. 50

Num. 21.

Humanitas Chriſti quā potens ad ſalutem.

Eſai. 22.

Luc. 7. 9. 23.

Sacramēta Chriſti.

Sacramēta Chriſti. militer loquimur de ſacramentis ab eo inſtitutis. Quia non ex eo lementaris aqua vim regeneratiuam habet ex tactu mundiſſimæ carnis Chriſti, quaſi ex hoc qualitatē aliquam inhęrentem, aut tranſeuntem acquiſiuerit, naturalem aut ſupernaturalem: ſed ex eo certè efficax eſt ad ſalutem, ex tactu mundiſsimæ carnis Chriſti, & ex lege diuina aſsiſtit ei virtus diuina regeneratiua in vitam æternam, cùm verba formæ profert miniſter. Diuina autem munera ſecundùm vniuſcuiuſque rei naturam cōmunicantur. Humanitas ergo Chriſti cùm libera ſit, cōceſſum eſt illi pro ſua voluntate facere miracula quæcunque vellet. Conformabat tamen ſe ſemper diuinæ voluntati. Vnde ad

Ioan.2. matrem dixit aliquando: Nondum venit hora mea: per diuinam ſcilicet ordinationē diſpoſita. Sacramentis verò, cùm ſint res naturales, & ſucceſsiuæ, præter eucharistiam, in vſu eorum communicatur hæc virtus ad iuſtificandum. Sybilla lybica, quam commemorat Euripides in Lamiæ ꝓlogo, hoc protulit vaticinium de Chriſti miraculis. Ille quidem morbis preſſos ſanabit, & omnes læſos, quotquot ei fident: cęciq; videbunt: incedent claudi ſurdis audire licebit: Inſolitas mutis dabitur formare loquellas. Expellet furias oppreſsi morte reſurgent. De quo ſit ſatis. *Veſpere autem facto, cùm ſol occidiſſet, offerebant ad eum omnes male habentes, & dæmonia habentes, & erat omnis ciuitas congregata ad ianuam. Et curauit multos, qui vexabantur varijs langoribus. Et dæmonia multa eijciebat, & non ſinebat ea loqui, quoniam ſciebat eum.* Iam erat multa veſpera, ſolq; occiderat, vt improbū videri poſſet, medicum ad id tēporis interpellare: ſed vicit ſanitatis deſiderium, pudorem. Ex rumore itaq; mirabiliū operū Chriſti, tum in ſynagoga, tum etiam in domo Simonis, cōmota eſt vniuerſa ciuitas: & miſericordiæ viſcera induentes, quotquot habēt infirmos, nulli labori parcentes, adduxerūt ad Ieſum in domum Simonis: inter quos erant ſpiritibus immundis obnoxij: ſed etiā pietatē in Deum habere videbantur: quippe cùm nihil de Chriſti voluntate cognoſcentes, confidenter tamen omnes malè habentes adducāt. Dn̄s Ieſus nihil in contrariū cauſatus, ſanabat oēs. Celer & expedit⁹ erat medicus: qui dicto pelleret morbū. Attamen vt ſublimius haberemus miſericordiæ exemplū, ſingulis manū imponens ſanabat eos. Verè miſericors, verè liberalis, verè magiſter & ſublimioris philoſophiæ

A doctor. Verè langores noſtros ipſe tulit: vnde ſuā miſericordiā ſæculis ſuperuenientibus prædicandā cōmendauit. Nō horrebat infirmitates, nec leproſos quidē. Manū imponebat, & ſanabat oēs. Hoc exemplū Chriſti in nouo teſtamēto ſanctiſsimi viri amplexati ſunt. Et vt interim de multis taceā, neq; tēpus ſufficeret ad ſcribendū de beatiſsimo ac ſeraphico patre noſtro Frāciſco. Hic tantus patriarcha ſupra modū naturali horrore adverſabatur leproſis, quos ſūmo deinde amore proſecutus eſt, ad dn̄m cōuerſus. Adeò ꝙ vlcera & saniē lingua abſtergebat, lābebatque corruptiſsima vulnera. Per quod domabat carnē ſuam, & ad mortificationis culmē aſcendens, dn̄o ſuo gratus factus eſt. Magna virtus pietas in infirmos, gratiſsimū domino vniuerſorum eiſdē obſecundare. Via eſt ſalutis & indulgentiæ. Scriptum eſt enim: Beati miſericordes: quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Promiſsionem habent huius vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ. Scriptū eſt etiā: Quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Eſuriui, & dediſtis mihi manducare, &c. In die irę, & tremēdi iudicij placat

Chriſtus quàm miſericors erga infirmos.

Beat⁹ Frāciſcus leproſorum amator.

Miſericordia ſeu pietas.

Matt.5.

Heb..

Matt.25.

B ardentē iudicis iram. Quàm plenè de re hac ſenior Tobias iuniori ſalutis monita dabat. Omnibus autem diebus vitæ tuæ in mente habeto Deum: & caue ne aliquando peccato conſentias, & prætermittas præcepta domini Dei tui. Ex ſubſtantia tua fac eleemoſynam, & noli auertere faciem ab vllo paupere: ita enim fiet (ô magnū bonū, & ſuper omnia in hac vita deſiderabile) vt nec à te auertatur facies domini. Quomodo poteris, &c. De hoc etiā in Eccleſiaſtico magnā habes doctrinam. Fili eleemoſynam pauperis ne defraudes: & oculos tuos ne tranſuertas à paupere. Animam eſurientem ne deſpexeris, & non exaſperes pauperem in inopia ſua. Ab inope ne auertas oculos tuos propter iram: & non relinquas, quærentibus tibi, retro maledicere: maledicentis enim tibi in amaritudine animę exaudietur deprecatio illius. Exaudiet autem eum, qui fecit illum. Per hoſpitalitatis miſericordiā quidam domino placuerunt, etiam angelis hoſpitio receptis. Et mulier illa, Elia in hoſpitium recepto, filium ſuſcitatum à mortuis recepit. Capharnaum ergo, ciuitas vniuerſa commota fuit in miraculis & doctrina domini Ieſu, adducentes ad eum omnes infirmos. *Et erant oēs congregati ad ianuā.*

Tobias. Cap.4.

Cap.4.

Gen. 18. 19.

3.Reg.17

Hyperbolicus eſt ſermo.

De do

NOTA valde. De domo Petri, id eſt, de eccleſia, in qua Petrus eſt caput & Chriſti vicarius, egreditur dominus ad ſalutem infirmorum. Extra eccleſiam enim nulli poteſt ſalus contingere. Extra arcam Noë nullus ſaluus factus fuit. *Gen. 7.* In illa verò ſeruatæ ſunt octo animæ: De domo Petri egreditur ſal⁹, remiſsio peccatorum, gratia & vita æterna. *Et curauit multos qui uexabantur uarijs languoribus.* *Cap. 4.* Pro multis in Luca legis: At ille ſingulis manus imponens curauit eos. Ergo omnes quotquot adduxerant, tetigit & curauit. Et quod Beatus Marcus inquit: & non ſinebat ea loqui, quoniam ſciebant eum, in Luca etiam legis: Exibant clamantia, quia tu es filius Dei. Porrò dæmonia vociferantia ipſum eſſe Chriſtum Dei filium coërcuit reſpuens teſtimonium ab hoſtibus, & cum quibus noluit ſuis eſſe quicquàm commercij. *Pſal. 8.* A pueris Hebræorum (ſicut in propheta erat prædictum) accepit teſtimonium, & à piſcatoribus: à dæmonibus non ſuſtinuit prædicari, etiam ſi vera dicerent. Lædit enim veritatem improbus autor, & nocentiùs mendax eſt, qui veritate ſibi fidem conciliauit. Nota quod pro eo quod noſter Euang. dixit: quoniã ſciebant eum: Lucas dixit: ſciebant eũ eſſe Chriſtũ. Ex quibus omnibus miror & non parciùs, quomodo verùm ſit, hæc non ſcribi ab Euangeliſtis ſub ſuo nomine proſequentibus hiſtoriæ enarrationẽ: ita quod ab eis habeamus hoc teſtimoniũ: ſed quòd in hunc ſenſum litera præſens ſit accipienda. Non ſinebat dæmones dicere, quod ſciebãt eum eſſe Chriſtum: quia mentiendo hoc dicebant: neſciebant enim eum eſſe Chriſtum. Ego quidẽ pro ingenij mei paupertate verba credo eſſe euangeliſtarũ, rationem reddentium, quare nõ ſinebat dominus Ieſus dæmonia loqui quia ſciebant eum eſſe Chriſtum. Amplius tamen eſt ſcire eum, quàm ſcire eum eſſe Chriſtum. De Ieſu domino noſtro multa ſunt ſcienda, & quòd ſit Chriſtus in lege promiſſus, & quòd verè ſit Dei filius naturalis & conſubſtantialis. Unumque potuit ſeparari ab alio in cognitione illorum hominum & temporũ: Sed de hoc iam diximus in ſuperioribus: & infra dicendum eſt. *Et diluculo ualdè ſurgens, abijt in deſertum locum, ibiq; orabat.* *Doctoris & prædicatoris exercitia.* Poſt varia miſericordiæ genera, poſt multorum curationes, poſt regni Dei doctrinam in deſertũ locum abijt, & orabat, cunctis factus exemplum tam doctoribus, quàm reliquo populo. Cùm igitur multitudo, magna auiditate quæreret ſanitatem corporis, quæ non pari ſtudio inhiaret doctrinæ cæleſti, qua ſanabantur animorum morbi, ſeceſsit ſurgens valde diluculo, neſcientibus etiam diſcipulis, factus eorum exemplũ, vt doceret poſt collatam aliorum beneficentiam oportere ſecedere, ne præmium ab alijs, quibus bene fecimus, videamus expectare. Docet etiam quomodo cũ propheta & opera miſericordię à nobis ſunt exercẽda, & deinde diuinæ laudes & hymni in ſolitudine montium cõcelebranda. In die mandauit dominus miſericordiam ſuam: & in nocte canticũ eius. *Pſal. 41.* Inuicem hoc illo commutãdum eſt. Miſericordiæ, infirmorumque neceſsitatibus, & paruulorum doctrinæ operam oportet impendere. Sed fugienda eſt aliquando ciuitas, & ciues, quo magis irritemus appetentiam animorum, etiam ſi deſiderio afficiantur ad magiſtrum: Conuolandumq; eſt ad orationem, ad illam ſcilicet, quæ deprecationem habet, & mentis eleuationẽ in Deum. Ab hac nimirùm & robur doctrinæ deſcẽdit, & ros cæleſtis gratiæ pro fratrum confortatione. Ab hac perſeuerantia in miſerationibus debilium & infirmorum, miſericordiaque, orationis eſt & contemplationis ſtabilimentum & ſuffragium. Sub alis aquilæ erat manus hominis in viſione Ezechielis prophetæ. *Miſericordia.* Manus ad pauperem extenſa, etiam aquilarum, id eſt, ſublimium cõtemplatorum alas firmat & ſuſtentat. Et à contemplatione alacres, & accincti deſcendunt ad miſerorum conſolationes. *Luc. 6.* Et licèt Iacob Rachelẽ adamet, priùs tamẽ adhæret Lyę; id eſt, laborioſæ, id eſt, vitæ actiuæ. Rachel interpretatur viſum principiũ. lege. B. Grego. lib. 6. moral cap. 18. Legimus paſsim in ſacris euangelijs dominum oraſſe in montibus & deſertis locis. Sed etiam orabat pernoctans in oratione Dei. Et quidem ex alio loco huius Euangeliſtæ intelligimus, quòd pro aliquibus in particulari orabat. *Luc. 22.* Dixit enim Petro in nocte ſuæ paſsionis. Ego rogaui pro te Petre, &c. Nec legimus quo tẽpore aut loco orauit pro illo. Pro illo & certè pro alijs multis orabat in montibus. *Et proſecutus eſt eum Simon, & qui cum illo erant: & cùm inueniſſent eum, dixerunt ei: Quia omnes quærũt te.* Vides quomodo clam Ieſus abiit? etiã neſciente Petro diſceſsit à domo, quod manifeſtè probatur, cùm dicit Euangeliſta: Et cùm inueniſſent eum. Probabat & exa-

minabat

minabat dominus Ieſus nouellam virtutē diſcipulorum: an diligerent eum in veritate, & quærerent in toto corde, cùm ab eis diſceſsit. In menſa & camera erant diſcipuli familiares magiſtro ſuo in his diebus: conſpiciebantque mirabilia manus eius: ſed iā nunc diſcedit ab eis. Vtrunq; tamen ad ſalutem & ſpiritualem profectū conducebat.

NOTA valde.

Nec minus locupletatur mens quærētis dominum in tota amaritudine & deſiderio, quàm cùm per familiarem præſentiā & dulcedinem eidem videtur aſtare. De quo ſpōſa in canticis: Anima mea liquefacta eſt, vt dilectus locutus eſt: quæſiui & non inueni illum: vocaui, & non reſpōdit mihi. Ecce ſuauitatis dulcedinē, quā in verbis dilecti ſancta anima inuenit.

Cap. 1. Quærere Deū quàm utile.

Liquefit ſicut cera ante faciem ignis, & hæc ſuauitas neceſſaria eſt ad requirendum cùm diſcedit. Sed quid cōtigerit liquefactæ animæ, conſidera. Quæſiuit dilectum ſponſum, & inuenerunt illam cuſtodes, id eſt, magiſtri & doctores eccleſiæ, quos cōſuluit pro doctrina, & vulnerauerunt gladio verbi Dei, oſtendentes ei amorem, & charitatis abyſſum ſui ſponſi, nec non & pulchritudinem. Iam quæ liquefacta erat in voce ſponſi, vulnerata deſcribitur, & ecce inquit: Adiuro vos filiæ Hieruſalem, ſi inueneritis dilectum meum, vt annūtietis ei, quia amore langueo. Fortior eſt dilectio, quæ vſq; ad vulnus & langorē cor amantis trahit. Hæc autem in abſentia & inquiſitione & deſiderio eius inuenit. Probatur ergo mēs, cùm ſurgēs valde diluculo dn̄s Ieſus ipſa neſciente abijt, vt maiori ſtudio & ardore requirat, quem amat: ſicut Petrus & cæteri apoſtoli. Vbi obſerua ꝙ Petrus ꝓſequitur dn̄m ſaluatorem, & ipſum ſequuntur alij condiſcipuli. Vtinā ſimile contingat noſtris prelatis, & ſibi cōmiſsis populis. Petrus ſequitur dominum, & poſt ipſum cęteri. Iam ab initio cæteris ardentior inuenitur in dilectione magiſtri, & dignitas eius aliqualiter reſplendet. De illo dicit ſanctus Euangeliſta: Et proſecutus eſt illum Simō, & qui erant cum illo, ſcilicet tres alij apoſtoli. Non dicit proſecutus eſt eum Andræas: qui primo omnium venit ad Ieſum, & fratrem ſuum adduxit ad ipſum: ſed Simō proſequitur, & tres alij diſcipuli Simonem. Ex quo comproba quòd in ſchola Chriſti non tempus, ſed cor & ardēs dilectio locum obtinēt & primatum. *Et cùm inueniſſent eum, dixerunt ei: quia omnes quærunt te.* Vſque huc

quærendus eſt dominus, donec inueniatur,

A ſed inuenitur in monte: non in aula principum profanorum, non in plateis ciuitatis. Non ibi, ſed in mōte inuenitur: a quo longè hominum tumultus & voces, &c. Quęritur ergo dn̄s Ieſus à Petro & diſcipulis alijs, vſque quò inuenitur ab eis. Sic ſponſa ſurgit à lecto, & circuit ciuitatē, quærens dilectū, inuenit, tenet, nec dimittit.

Cant. 3.

Magna ſunt hæc: longiſsimamq; deſiderāt expoſitionē, nec tamē eſt rei præſentis. Inuenire iucundiſsimum eſt: tenere, fortis dilectionis eſt: non dimittere, adhærētis animi. Inuento dn̄o, dicunt ei diſcipuli. *Quia omnes quærunt te.* Qui ſunt iſti homines? Illi nimirùm quos enumerat Sanctus Matthæus. Quærebant dominum, quia videbant ſigna quæ faciebat ſuper his qui infirmabantur.

Cap. 4.

Quærebāt igitur Galilæi iſti dn̄m ſaluatorē in ſignificationē fidei & deuotionis gentiū: quæ ad apoſtolorū prædicationem quæſierunt per fidē & dilectionē dn̄m, quē nō poterāt in terris inuenire: quod ſublimioris philoſophiæ, & lōgè altioris habet magiſterium.

Fides gentiū in prædicatione apoſtolicā.

De quo apoſtolus Petrus. Probatio veſtrę fidei, multo precioſior auro, quod

1. cap. 1.

B per ignem probatur, inueniatur in laudem & gloriam, & honorem, & reuelationem Ieſu Chriſti: quem cùm non videritis, diligitis: in quem, nunc quoq; non videntes, creditis, &c. Videntes autem exultabitis lætitia inenarrabili, &c. Vides quàm ſublimior eſt hæc philoſophia? Quære dominum per fidem, & deuotionem, & charitatem: hoc tibi bonum eſt præſentis ſæculi. Inuenire in monte æternitatis & beatitudinis, præmium eſt iuſtorum perſeuerantium. De quo docebat Paulus ſuos Corinth. Neſcitis ꝙ hi, qui in ſtadio currunt, &c. Sic currite, vt cōprehendatis.

1. Cor. 9.

Vt autem probes parū curare dominum de illis qui ex curioſitate potiùs & propter lucrum temporalis ſalutis, quàm ex afflictione ſpirituali ipſum requirebant, audi quid diſcipulis reſponderit. *Eamus in proximos vicos & ciuitates, ut & ibi prædicem: ad hoc enim ueni.* Ac ſi diceret: Satis cum Capharnaum actum eſt in præſentia, & optimè eorum ſaluti conſului, hæc iaciens fundamenta: cæterum tempus eſt, vt proficiſcamur in propinqua oppidula, vicoſque, vt & illic prædicem regnum Dei. Non enim veni, vt vni prædicem ciuitati: ſed vt omnibus annunciem ſalutē. Peragrabat itaq; dn̄s Ieſus oppida vicoſq; Galilęæ.

Non

Prædicator. Non oportet prædicatorem eſſe otioſum, nec magnatibus & ſæcularibus principibus adhærere: ſed vicos rudis populi adire, ibiq; verbum ſalutis ſeminare. O quot inuenies prædicatores, qui ſectantes auræ inaniſq; gloriæ dulcedinem, aulas principum colunt, & ipſi & populus eorum ſteriles inuenti ſunt: cùm certum ſit vicos ruſticorũ ſummis votis doctrinam regni Dei deſiderare, per quam liberarentur & ſanarentur, &c.

Ioan. 4. Non in oppidulis tantùm docebat dominus Ieſus: ſed & mulierculam vnam, etiam fatigatus ex itinere, etiam præ fame & ſiti coanguſtatus. Sed gratiſsimus cibus ei erat illius animæ curatio ſalutaris, eamque perficere. Verè in hoc prædicatoris charitas comprobatur, ſi relicta ciuitate & honoribus & delitijs, vicos & ruſticos agricolas quærat ad docendum: iſtiq; digniſsimi ſunt honore, quia euangelium honorât cum magiſtro cæleſti in ruſticorum doctrina & ſalute. *Ad hoc veni*, inquit: 1. Tim. 2. Vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem ſui nominis venire. Neminem vult perire, nec volũtatis ſuæ eſt mors impij. Sed magis, vt conuertatur & viuat. Ideò omnes adijt, vicos etiam & ruſticana loca. Bonum fœlixque deſiderium, arma certè miniſtrat & vires prædicatori. Vnde nullum fugiet laborem, non æſtum, non longæ viæ iter, non calores & hoſpitij iniuriam, dum tantum glorificetur dominus in ſalute hominum. *In proximos vicos.* Matt. 15. Marci. 16 Quia nõ erat miſſus niſi ad oues quæ perierant domus Iſrael. Sed miſit deinde diſcipulos ſuos in mundum vniuerſum. Vſque in diem hanc mandatum hoc in eccleſia perſeuerat, docendique ſunt omnes, qui doctrina indigent fidei, neque illam reijciunt. Et quod dixit, adimpleuit. *Et erat prædicans in ſynagogis eorum in omni Galilæa: & dæmonia eijciens. Et venit ad eum leproſus deprecans eum & genu flexo dixit: Si vis potes me mundare. Ieſus autem extendens manum ſuam, miſertus eius, extendit manum ſuam, & tangẽs eum, ait illi: Volo mundare.* Hanc hyſtoriam deſcribit beatus Matthæus poſt prædicationẽ illam in mõte ad diſcipulos tantùm, ac deinde ad turbam. Cùm autem oporteret rudẽ populum potentibus factis firmare, & vt doctrinæ ſuæ fidem adderet: accidit, procurante illud ſapientia Dei altiſsimi, vt deſcendẽti domino Ieſu de monte, vbi multa docuit de perfectione profeſsionis euangelicæ, occurreret quidam lepra, morbo abominabili, pariter & inſanabili infectus. Oderat morbum ſuum leproſus, ac ſummam de domino

C concipiens fiduciam, veramque fidem habens in illo: non veritus eſt turbam, cui ſciebat ſe eſſe abominandum, tantùm bonitatẽ domini habẽs præ oculis, genu flexus orat. In homine iſto conſtituit dominus tertium ſignum. Primum in homine dæmoni obnoxio in ſynagoga Capharnaum. Secundũ in ſocru Petri ibidem. Tertium iam in homine hoc leproſo operatur miraculum. Valde magnifica ſunt omnia quæ in hac hyſtoria deſcribuntur ab Euangeliſta. *Et venit ad eum leproſus.* Leproſus. Num. 5. Secundùm legem extra ciuitatem & hominum conuictum oportebat eſſe hũc leproſum. Mandatum erat in hunc modũ: Locutuſque eſt dominus ad Moyſem dicens: Præcipe filijs Iſrael, vt eijciant de caſtris omnem leproſum. Ideo hic occurrit, domino deſcendenti de monte cum diſcipulis ſuis. Occurrit quidem cum magno ſacrificio orationis & fidei, & humili confeſſione. Venit deprecans, humiliter adorans, & quidem in humili habitu corporis & vocis, genu flexo: prædicator omnipotentiæ domini Ieſu. Dixit nanque. Domine ſi vis:

D Sic legis in Luca: Oſtendit vulnus, remediũ deſiderat: in voluntate Chriſti profitetur poteſtatem, nec dubitat de bonitate ſaluatoris, & clementia, vt incredulus; ſed propriæ infirmitatis conſcius, non præſumit. Excluſus per legem, domini poteſtate curari poſtulat. Supra legem iudicat gratiam eſſe. Vt enim in domino poteſtatis autoritas, ſic in illo fidei conſtantia. Dominus autem miſertus eius extendens manum ſuam per miſericordiæ affectum, & tangens eum ex humilitate, cùm dominus eſſet legis: nec timebat contaminari, qui alios curabat: ait illi: *Volo mundare.* In altero pietas, cùm dicit, volo: in altero poteſtas oſtenditur, cum Pſal. 145. Beda. imperans inquit: Mundare. Nihil medium inter præceptum & opus. Erat nanque ille qui in principio dixit, & facta ſunt omnia, Gen. 1. aſtra, cælum, mare, &c. Voluntas ergo poteſtas eſt: reijciturq; Macharius epiſcopus, Fotinus. cùm voluntatem habeat humanam: & Fotinus, ſimiliter & diuinam. Per illam vult, per Machari. hanc imperat tanquàm omnipotens: quia ſecundùm humanam voluntatem non erat Arius. omnipotens. Cõuincitur Arius in eo quod imperans operatur, tanquàm patri æqualis. Manichæ. Denique & Manichæus confunditur, cùm tãgit leproſum dominus Ieſus: in quo verã

carnem

carnem comprobat ſe habere. Expende ſingula ad doctrinam, quæ in homine iſto vi- A diſti. Cum deprecatione, cum profunda humilitate, cũ vera fide, cum magna confidentia, accedit leproſus hic ad dominum, & deſideratam ſalutem inuenit. Cum his virtutibus accedendum eſt ad dominum. In deprecatione perſeuerãtia eſt neceſſaria: ſic enim Cap. 3. legis in Eccleſiaſtico: Qui diligit dominum, exorabit pro peccatis, & continebit ſe ab illis: & in oratione dierũ exaudietur. Sic Daniel oraturus dñm pro populo ſuo, inquit: Oratio perſeuerans. Cap. 9. Poſui faciem meam ad dominũ (in quo magnã attentionẽ in oratione demõſtrat) rogare & deprecari in ieiunijs, & cinere, & ſacco. Semel in die ieiunat homo, nõ bis, aut ter. In ieiunijs autem orans, perſeuerantiam demonſtrat, & obtinet, quod deſiderat. Humilitas verò mentis & corporis perſeuerantiam comitatur. Non accuſat dominum nõ exauditus in multis deprecationibus verus humilis, reputans ſe indignum. Corpus humiliat, non tantùm genibus flexis, ſed etiã in faciem ſuam procidens. Confidentiam docet agnitio diuinæ bonitatis. Obſecro attendas quis ſis, quantus ſit dominus, & virtus omnipotentiæ eius, vt ſic humilies B animam tuam, & corpus tuum coram ipſo. Sed ſi magna præcepta habes in leproſo, ſublimiora ſunt, quæ in ſaluatore reſplendent. Non auertit oculos ab homine horribilis infirmitatis, quod certè ſuperbus phariſæus totus commotus faceret ſtatim, clamaret: Submouete deteſtabilem, ne vel oculos noſtros inficiat: & lauacrum poſceret, quo ſe ablueret ab hominis afflatu. Mitiſsimus autem dominus tangit eum. Et dicit, *Volo: mundare*. Non inuenimus in vniuerſo euangelio ſimile genus curationis: quale nunc à Marco Euangeliſta deſcribitur. Si vis potes, inquit leproſus: dominus Omnipotẽtia Chriſti ad illum: Volo: mundare. Certè cùm tot ſigna per vniuerſam prędicationem ſuam dominus oſtenderit, nunquàm hoc verbo vſus fuit in aliquo illorum. Hic autem, vt de potentia ſuæ maieſtatis mentem leproſi & populi illius multi firmaret, dixit: Volo: Mundare. Si blaſphemia eſſet quod leproſus cõfeſſus eſt, profitens Chriſti omnipotẽtiam, quæ ſolius Dei eſt, cohibenda eſſet virtus, & operatio Chriſti, quantumuis ſanctus eſſet & iuſtus: ne in cõfirmationem rei illius, quæ erat blaſphemia tantum miraculum appareret, & fieret. Quod non ſic contigit: quin potiùs celeriùs, quàm dici aut excogitari poteſt perfectum eſt opus à Chriſto, in eodem verbo, in quo leproſi huius dicata fuit confeſsio. Si vis, dixit ille. Marci. 2. Ieſus autem: Volo. Manifeſtè confirmauit dominus Ieſus rem hanc in curatione paralytici illius aduerſus illos, qui eum tanquàm blaſphemum vituperabant, rapientem diuinam poteſtatem: cuius eſt dimittere peccata. Quibus ait: Vt autem ſciatis, quia filius hominis habet poteſtatem in terra dimittendi peccata: dixit paralytico: Tolle grabatum tuum & ambula: & ita factum eſt. Impoſsibile erat cooperari dominum Deum ad ſanationem hanc, neque vllo modo concedendum eſſet diabolo, vt procuraretur ſalus iſtius hominis ab eo, in atteſtationem & confirmationem maximæ blaſphemiæ. Cùm autem ſtatim ſecutum fuit miraculoſum prorſuſque diuinum opus, ſatis confirmatum fuit, Ieſum eſſe verum Deum & dominum vniuerſorum. Confirmatio huius al- Luc. 7. tiſsimæ fidei, etiam in curatione ſerui Centurionis reſplendet. Volente domino Ieſu deſcendere in domum eius ad curandum illum, dixit Centurio: Non ſum dignus vt intres ſub tectũ meum, &c. Dic verbo, & ſanabitur puer meus. Dominus autem: Non inueni tantam fidem in Iſrael: Nec NOTA vulgare iudices hoc argumentum omnipotentiæ Chriſti. Quippe quod non tantùm fidei ædificatio eſt, ſed etiam valdè comprimit audaciam noſtram multam in ſoluẽ dis eius mandatis. Contra omnipotentem in noſtris peccatis bellum gerimus, & rebellamus. Væ nobis. Quis auertet manum eius in die vltionis? Quis ſuſtinebit? Dilata & põdera. Oſtendit itaque dominus Ieſus potentiam ſuam, confirmans leproſi confeſsionem: & manum extendit & tetigit eum, in confirmationem tantæ rei: oſtendens ſe dominum legis, & ſuper eam habere poteſtatem. Quòd ſi Deo in hoc opere eſſet Chriſtus dominus legis. contrarius, certè non ſequeretur curatio: quin potiùs contundi debuit. Eliſæus curaturus Nahaman, non auſus fuit deſcende- 4. Reg. 5. re ad illum, cùm hoc prohiberetur lege, neque cum leproſo verbum eſt locutus, etiã ſi audiuit quòd eſſet ex hoc ſcandalizatus: rigorem tamen legis ſeruauit: ſed miſit illum in fluenta Iordanis. At verò Chriſtus, vt oſtendat quòd non ſit famulus, ſed dominus legis, leproſum tangit. Neque ex

ex hoc reddita eſt manus eius leproſa. Aberant inuidi calumniatores Chriſti: ideò non abſtinet à tactu leproſi: ſtatimque fugit lepra & mundatus fuit. Verum leproſus hic imaginem gerit peccatorum, & maximè carnalium: quorum conſortium, quiſquis ſpiritalem ſalutem deſiderat, debet fugere. Sed curandi ſunt à cæleſti medico, ſicut hic mundatus eſt. Agnoſcant in primis morbũ, lætaleque vulnus cordis ſui. De potentia bonitateque domini non dubitent. Dicat itaque peccator in corde ſuo: Potens ille eſt leprã meam pellere, qui præter omne morborũ genus, etiam dæmonia eijcit, & vult, qui paſsim omnibus miſeris opitulatur, ſed mea tanta eſt iniquitas, vt ſolus nõ promerear, quod impetrant omnes. In hac ſpe & fiducia & gemitu dolentis animi cũ ſumma modeſtia, veraque humilitate, orans & clamans impetrabit miſericordiam domini Ieſu. Beatus Hieronymus ad curationẽ noſtræ lepræ, velut efficax remedium, eleemoſynam conſulit peccatoribus. Hæc lepra ſacerdoti ſecundum Melchiſedec oſtenſa, oblatione mundatur, dicenti: Date eleemoſynam, & ecce omnia munda vobis. Clamet in hac humilitate & dicat: Domine ſi vis, potes me mũdare: nec ceſſet ab oratione, donec in excelſis audiatur clamor eius. *Et comminatus eſt ei: ſtatimq́; eiecit illum, & dixit ei: Vide nemini dixeris: ſed uade oſtende te principi ſacerdotum: & offer pro mundatione tua quæ præcepit Moyſes in teſtimonium illis.* Miraculo ædito magnificæ authoritatis, per quod ſupra modum magnificare poterat Chriſtus ſemetipſum, cùm magnum ſignum ſuę omnipotentię, & latentis diuinitatis exhibuerit, illum, qui rei huius fidelis teſtis exiſteret, reiecit à ſe inuitum: & comminatus illi eſt, & iuſsit à ſe diſcedere, præcipiens inſuper, vt nemini quicquàm diceret. In quibus verbis manifeſtè demonſtratur, quòd nulla fuerit præcepti diſsimulatio: ſed ex intimo humilitatis affectu proceſſerit mandatum & deſiderium verum, & vrgens ad fugandum, quantum ex parte ſua erat præconia humanæ gloriæ. Huius enim veracis deſiderij verba ſunt: *Vide nemini dixeris.* Et ideò non erant obligatoria verba hæc ad obedientiæ diſcrimen. Sed manifeſtabant quid verè dominus Ieſus intenderet. Et cõfirmat hunc humilem affectum legi Moyſi delatus honor ab ipſo, cùm Dñs legis ſit auctorque ipſius. *Vade, oſtende te principi ſacerdotum, & offer pro mundatione tua quæ præcepit Moyſes.* Vera humilitas in legis obedientia comprobatur: nam ex ſuperbia, dũ quis propriam voluntatem anteponit diuinæ, inobedientia oritur. Varias ob cauſas mittit Chriſtus hunc hominem à ſe curatũ ad ſummum ſacerdotem. Primò deferens honorem ei, vt principi populi. De qua re Apoſtolus: Reddite omnibus omnia: cui honorem, honorẽ, &c. Secundò ad legis honorem & obſeruantiam. Tertiò in teſtimonium illis, ad inuitandum illos ad fidem: in quem finem ordinabantur Chriſti miracucula: ſicut inquit Ioannes: vt credatis, quia Ieſus eſt filius Dei. Sin autem, contra illos eſſet teſtimonium: vtpotè qui credere noluerunt: & voluntariæ oculos à luce auertentes, in tenebris eſſe elegerint. Denique ne dicerent, & criminarentur fregiſſe legẽ. Non enim dixit: Offer munus, quod ego tibi præcipio: ſed quod mandauit Moyſes: in quo verbo ora inimicorum concluſit. Et ne dicerent rapuiſſe eum gloriam ſacerdotis, ad cuius iudicium de re hac definire ſpectabat, ad ſacerdotem deſtinauit à ſe curatum leproſum. In quibus omnibus ſuæ innocentiæ teſtimonium parabat, & illis accuſationem, ſi non vellent credere ei. *Quæ præcepit Moyſes.* Non tantùm hoc tempore, cùm adhuc lex vim ſuã continebat apud Hebręos, eius præcepta colit ſaluator, verùm & in prædicatione Apoſtolorum cùm euangelium regni Dei vniuerſum mundum luminis ſui charitate illuſtraret, velut ſol in cęlorum ſublimitate: tunc quidem apoſtoli aliqua ex lege Moyſi, & obſeruabant, & alijs indulgebant. Nimirùm propter hoc, quia cùm eſſet Dei lex per manus Moyſi illis hominibus delata, cum honore erat ſepeliẽda: & non tanquàm Deo contraria, & à malo principio (quod nullum eſt) reijciẽda. Obſerua quomodo ſubdi debet legi, qui maioribus fulget miraculis & virtutibus. Per illud ſeruat & cuſtodit cor ſuum in accepta ſanctitate iuſtus, per quod ad illam conſcendit. Factor legis iuſtus factus eſt apud Deũ: non ergo eſt abſque lege iam iuſtificatus. In hoc nimirùm non eſt ſub lege, qui iam ſpiritu Dei agitur, & verè eſt amicus, quia non metu & cöactione legis ſeruit ſanctis mandatis: ſed dirigitur & regitur ab illis velut amicus & filius. Vnde Saluator; Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quæ præcipio vobis. Factor præceptorũ eſt amicus: factor inquã

vſque

Margin notes:

Leproſus ſignificat peccatorẽ carnalem.

Hieronymus ſuper cap. Luc. 11.

Leuit. 14.

C

Inobedientia unde.

Ad Rom. cap. 13.

Cap. 20.

D

Sanct. ſubditus legi.

NOTA ualde.

Rom. 2.

Rom. 8.

Ioan. 15.

vſque ad mortem. Quod manifeſtiſsimũ ha-
Ioan. 14. bes in domino Ieſu. Egrediens ad mortem dixit: vt cognoſcat mundus, quia diligo patrem, & ſicut mandatum mihi dedit pater, ſic facio: eamus hinc. In quo obſecro cognouit mundus, quòd dominus Ieſus diligeret patrem? In eo quod ſtatim ſequitur: Et ſicut mandatum mihi dedit pater, ſic facio. In hoc ergo comprobabitur dilectio hominis iuſti erga Deum: ſi mandata eius
Rom. 2. ſeruauerit. De quo Apoſtolus: Non auditores legis, ſed factores, iuſti ſunt apud Deũ.
Grego. homil. 17. in euang. Labrum æneum, in quo Aaron & filij eius lauabant manus, antequàm accederent ad altare ad offerendum thymiama, figurã tenuit legis: & propterea illud fuit factum
Exo. 38. ex ſpeculis mulierum, quæ excubabant in oſtio tabernaculi, quia ſpecula mulierum ſunt præcepta Dei: in quibus ſanctæ animæ ſemper aſpiciunt, & ſi quæ in eis ſunt
Cap. 1. fœditatis maculæ deprehendunt. De quo Iacobus Apoſtolus: ſi quis auditor eſt verbi, & non factor, comparabitur viro conſideranti vultum natiuitatis ſuæ in ſpeculo, &c. Non enim euangelium nudam & abſolutam habet promiſsionem regni: ſed ſub conditione repromittitur. Si vis ad vitam
Matt. 19. ingredi, ſerua mandata. Quòd ſi hæc doctrina ad omnes homines ſpectat, maximè quidem ad prælatos eccleſiæ & reges: qui ſuper
Antiochus tertius rex Aſiæ. Tulgio autore. alios principatum obtinuerunt, & ſunt ſubditis in exemplum. Legitur de Antiocho rege tertio Aſiæ, quòd ſcripſerit vniuerſo regno ſuo: Si quid in regis literis contrarium legi fuerit repertum, minimè obſeruetur, cùm de rege debeat credi, per incu-
Bias apud Celium Rhodiginum. riam ſcripſiſſe talia. Conſultus etiam Bias philoſophus, quis dici deberet bonus princeps, in hunc modum reſpõdit: Qui legum
Lex regina. eſt cultor, factorque præceptorum. Vnde Pindarus eleganter legem mortalium re-
Pindarus. ginam affirmauit. Perfectiſsimè quidẽ rem hanc docuit, & confirmauit dominus Ieſus, qui cùm eſſet dominus vniuerſorum & lator legis, ad principem ſacerdotum miſit à ſe curatum leproſum: præcipiens vt offerret quæ pro huiuſmodi Moyſes inſtituerat. *Offer.* Quàm multi inueniuntur, qui domino pro ſalute vota magna offerunt, accepta tamen ſalute, omnino deſpiciunt adimplere. *In teſtimonium.* Obſerua quomodo
NOTA. ipſo tempore, cùm dominus honorat inimicos ſuos, & ea quæ non debet, adimplet perfectiſsimè, tunc quidem parat in iudicio

rationem iuſtiſsimę iræ & vindictæ. Et hoc
A latet eos, neque vllo modo recogitant aut conſiderant. Væ nobis, contra quos inſtaurat Deus teſtes & fidele teſtimonium, vt quàm iuſtè nobiſcum in extrema vltione acturus ſit, demonſtret. Ad pœnitentiam & emendationem vitæ vndique & mille modis adducit nos Deus: nec tamen emendamur. Honorat nos, & diſsimulans & tacens grandia ſcelera noſtra, expectat nos in multa patientia: quæ contemnentes, theſaurizamus aduerſus nos iram & indignationẽ multam iuſtiſsimi Dei, qui reddet vnicuique ſecundùm opera eius. In hunc modum *Rom. 2.*
conſidera omnia beneficia Dei & munera altiſsimi. Aut pro tua conuerſione, aut certè in tuam damnationem cõuertentur. Noui dicere, Ordinantur, quia certè in tuã ſalutem ordinantur à Deo, tu verò abuteris muneribus, margaritas conculcas pedibus immundis, diuitias patientię & longanimitatis Dei contemnis: ideoque erunt in teſtimonium contra te. *Beneficia Dei quomodo conſideranda.*
In hunc modum arguit Nathan Dauid regem, propoſitis hinc multis in eum collatis beneficijs, & inde eius adulterio & homicidio. Propter quod *2. Reg. 12.*
B etiã dimiſſa peccata vltus eſt Deus in multis pœnis temporalibus. *At ille egreſſus cœpit prædicare & diffamare ſermonem: ita ut iã non poſſet manifeſtè introire in ciuitatem, ſed foris in deſertis locis eſſe & conueniebant ad eũ undique.* Magnam concilabat auctoritatem erga homines, quod ſacerdotum princeps de perfecta ſanitate viri huius detulerit: qui fortaſſe calumniaturus fuiſſet dominũ Ieſum miraculum, ſi priùs quàm pronuntiaret ſentẽtiam auctor fuiſſet cognitus. Sed conſummato per ſacerdotis ſententiam miraculo, ad Dei gloriam pertinebat diuulgare quod factum erat. Cum igitur Dominus iuſsit ſileri opus hoc, quamuis ſibi nihil eſſet ab inani gloria periculi, ſed propter exemplũ noſtrum, quibus ex bonis operibus plurimum eſt diſcriminis ex ſæculari gloria, nihil certè nihil contempſit homo Chriſti iuſſa ſed immenſa lætitia de ſanitate reddita, & impotens quidam amor, & gratitudo mentis erga ſuæ ſalutis auctorem, non patiebantur illum ſilere. Vide ergo in homine iſto imaginem grati animi, & placeat in oculis tuis. Egreſſus à dño, & probatus à ſacerdote, quod in veritate ſanatus eſſet magnis vocibus & clamoribus in aures omnium per omnem regionem prædicabat, quòd fecit

F ſignum

ſignum Ieſus,& admirandum opus. *Diffamabat ſermonem*, id eſt, opus mirandum pu- C
blicabat, dignum omnipotentia ſaluatoris.
Per multa & varia loca diſſeminabat bonã
famã dñi Ieſu: quod ita diligenter & plenè
perfecit, vt conuenientibus vndique millibus
hominũ nõ poſſet diu latêre. Tanta de
domino Ieſu orta eſt opinio, vt iam ob hominum
turbam affluentium non poſſet palàm
ingredi ciuitatem, quemadmodũ conſueuerat:
ſed cogeretur vitatis vrbibus, in
deſertis locis verſari. Quale aut quàm magnum
eſt opus, quod in hoc leproſo apparuit?
Quale aut quantũ fuit ſibi impẽſum beneficium?
Certe ſanatus fuit à lepra, quam
patiebatur, & gratus valdè inuenitur erga
Gratitudo medicum ſuum, prædicatorque eius & diffamator
operis. Pro his autem, quæ à dño
recepimus ſpiritualibus donis, quas oportet
laudes & gratias reddere? Qualia præconia
1.cap.2. & magnificas laudes? De hoc nos docuit ſanctiſsimus
Petrus, proponens ante oculos noſtros
nõ vulgaria Chriſti beneficia erga nos,
ſed altiſsima. Vos aũt genus electũ regale ſacerdotiũ,
gens ſancta, popul⁹ acquiſitionis,
vt virtutes annũtietis eius, qui vos vocauit
in admirabile lumẽ ſuũ. Qui aliquando non
populus Dei, nunc autẽ populus Dei. Pro
noſtra redẽptione, & vocatione, & illuminatione,
qualẽ animi gratitudinẽ Deo debemus?
Quas reddemus Deo dignas laudes?
Etiã ſi calicẽ paſsionis biberimus, non erit
æquiualẽs. In hoc ſumus populus acquiſit⁹
in ſanguine Chriſti, vt illius bonitatis erga
nos, & magnificentiæ diffamatores, altiſoniq;
præcones inueniamur. De quo Paul⁹:
Coll.3. Grati eſtote. Dicant ſemper: Magnificetur
Pſal. 39. dñs, qui diligũt ſalutare Dei. Verè dignum
69. & iuſtũ eſt, æquũ & ſalutare, nos Deo patri
omnipotẽti gratias agere vbiq; & ſemper:
enarrareq; mirabilia eius & magnalia, magnificeq;
1.Mach.1 gratias agere, ſicut antiqu⁹ ille populus
quondã de magnis periculis liberat⁹,
magnificè gratias egit. Vide & intellige
Magnific⁹ quid ad magnificũ pertineat, vt talis dici debeat
Ariſt. 4. & poſsit, vt quæ deſideramus, intelligas,
Ethicorũ, & opere perficias. Sumptus magnifici
cap.2. magni ſunt, & decẽtes: talia autem & opera
ſunt. Et magnificus honeſtatis cauſa tales faciet
ſumptus. Ex his cognoſcitur, quid ſit
magnificè gratias agere pro acceptis beneficijs.
Quod per exemplũ Salomonis declaratur:
2.Parali. Obtulit quippe in die dedicationis tẽpli
7. in ſacrificio multa millia ouiũ & boum,

abſq; numero. Pro noſtra redẽptione & ſin
C gulis quæ in ea acciderũt, etiã ſi corpus proprium
beſtijs & gladijs, & ignibus, & morti
dederimus, quid obſecro honeſtius? Eſto ô
homo gratus Deo, & liberaliſsimę eius miſericordię,
qui vocauit te in admirabile lumẽ
ſuũ, & ad ſinũ S. matris eccleſiæ adduxit: in
qua oẽs cæli theſauros repoſuit in noſtrã ſalutẽ.
Nec ſuperas, aut nimiũ eſt in gratiarũ
actionẽ, bona cũcta erogare pauperibus,
obedientiã præſtare hominib⁹, propriã ab Laurẽtius
negare voluntatẽ. Maiora his reddidit dño
ſuo beatiſsimus Leuita Laurẽtius, & dũ in
craticula vreretur, orabat: Deus de Deo miſerere
mihi ſeruo tuo. Sentiẽs quale & quàm Miſericordia pro ingreſſu regni celorũ
magnũ bonũ erat ingreſſus in regnũ cælorũ,
ꝙ oẽs mũdi huius labores & calamitates
cõdignæ nõ ſint ad futurã gloriã: & ideò miſericordiæ
ſuffragiũ deſideras, orabat: Miſerere
mihi ſeruo tuo. De quo ad longũ diſputauimus Homil.20 fol.216.e. 211. A.B
cũ B. Auguſtino & Bernardo ſuper
pſal. 50. Quod Dauid cõfirmat in pſalmo
gratiarũ actionis. Benedic anima mea Pſal.102.
dño. Qui coronat te in miſericordia. Quid
ergo retribues dño pro omnibus quæ retribuit
tibi, promiſit, ac præparauit? A gratitu-
D dine magnus ille pauperũ patriarcha ſacer
Frãciſcus incępit. Qua virtute ſtimulat⁹, re Franciſcus unde ad perfectionẽ aſpirauit.
uoluẽs diuina erga ſe munera, & maximè redẽptionis
immẽſam charitatem & ludibria
Chriſti, ardẽtiſsimo animo adorſus eſt apoſtolicã
perfectionẽ. Erat nãq; erga ſibi familiares
& charos gratus valde, etiã paucis acceptis
munerib⁹. Super quo percutiẽs cor ſuũ,
dicebat ſibi ipſi: Nõ ne Deo tuo pro tãtis beneficijs
eris, ſicut hominibus gratus? Et quis
altitudinẽ ſuę ſãctitatis intueri poterit? quis
inueſtigabit? A gratitudine fidelis pectoris
hęc omnia habuerunt initium. Verè ma Gratitudo quàm magnũ bonũ.
gnum animi ornamentum gratitudo. Theſaurus
gratiarum, cuſtodia earum fideliſsima,
lucrũ multiplex, exemplũ aliorũ ad ardorem
mentis comparãdum. Nec ſolùm
pro magnis, verùm & pro minoribus beneficijs
gratiarum actiones Deo debes: & pro
illis, quæ alij receperunt dona, ſi reddantur
Deo laudes, & charitatiuus amor erga
proximum nutritur, & calcatur ſtimulus inuidiæ. Mat. 11.
De quibus omnibus habes doctri- 1.Cor. 1.
nam in Chriſto & apoſtolis. Dominus di- Phil.1.
xit exultans in Spiritu ſancto pro reuelatio Col.1. &
ne facta apoſtolis: Confiteor tibi pater, &c. 1.Theſ.1.
Paulus verò, gratias ago Deo meo ſemper & 2.Theſſa.1.
pro vobis, in gratia Dei, quæ data eſt vobis

in Chriſto Ieſu. Eſt etiam huius virtutis munus, quàm maximam gratiam qui benè de nobis meriti ſunt referre, quam qui omittunt, non modo ingrati, ſed iniuſti habendi ſunt.

Ingratitudo.

Eſt enim ingratitudo peſsima iniuſtitiæ ſpecies, & humani ſocietati inimica. Exhaurit ſiquidem clementiæ vbertatem, & omnem benignitatem perimit.

Perſarum lex aduerſus ingratū.

Idcirco ex Perſarum legibus, ingrati grauiſsimis pœnis afficiebantur: neque iniuria. Inhumanum quippe, barbarum ac ferum eſt.

Cicero.

A Præclare de ſe ipſo Cicero, qui ſe gratū & videri & eſſe volebat, ait: Sed cum omnibus virtutibus me affectum cupiam, tum nihil eſt quod malim quàm me & gratum eſſe & videri. Extat apud gentes magna doctrina de re hac in nobiliſsimo illo principe Pyrro Epirotarum rege, qui omnes ſuę ætatis reges anteiuit.

Sententia Pyrrhi notanda.

B In rependenda namque gratia diligentiſsimus fuit.

Aeſopus.

Vnde cùm de morte Aeſopi, quo familiariter vſus fuerat, accepiſſet nuntium, grauiter indoluit, non quod ille mortuus fuiſſet, humana ſiquidem illum tuliſſe ſciebat, ſed quòd tardior fuerat in referenda ei gratia, dum viueret. Non enim idem eſſe aiebat in eo, qui pecuniam, & in eo qui gratiam debet. Nam qui pecuniam viuo creditori nō perſoluit, ſatis cum eius hæredibus penſitauerit, feciſſe videtur: qui verò benignitatem accepit, niſi viuo accumulauerit, negligentior haberi poteſt, & minùs ſatisfeciſſe videtur, quando mortuus officij recompenſationem non ſenſerit. Et videbatur iam didiciſſe illud Eccleſiaſtici: Ante mortem benefac amico tuo, &c. *Cap. 14.*

A Lege Ariſtotelem nono libro Ethicorum, & Senecam per continuos ſeptem libros de beneficijs. *Cap. 7.* De quibus ſit ſatis. Vide iam noſtrum leproſum à Chriſto curatum, quàm gratus permanet pro ſua ſanitate: & quid ſecutum ſit poſt præconizationem ipſius in illa prouincia. De quo ſanctus Euangeliſta: *Vt iam non poſſet manifeſtè in ciuitatem introire, ſed foris in deſertis locis eſſe: & conueniebant ad eum undique.* Obſeruabat tempus occultum ad ingreſſum in ciuitatem: & plurimum colebat loca deſerta & ſolitaria ad quæ requirentes eum, conueniebant vndique mille viri.

Nouitiorum doctrina.

Habes adhuc nouitie magnam doctrinam, qui in ſpiritus feruore ad dominum es conuerſus. Tibi quidem opus

B eſt occultare virtutem, quouſque veraciter mundi auram ſub pedibus calcaueris. Occultatus fuit puer Moyſes à parentibus per tres menſes: & ſic manus ſatellitum & gladium euaſit. *Exo. 1.* Qui autem manifeſtabantur de vteribus matrum effuſi, peribant. Dominus Ieſus, qui lux venit in mundum, & paruulorum magiſter, in doctrinam noſtram prohibebat, & cōminabatur leproſo, ne quid cuiquam diceret mirabilium, quæ ipſe Ieſus fecerat: & cùm non poſſet latenter, prout cupiebat, & ſine laude hominum multa & comitatu in ciuitatem introire, fugiebat in montes, & ibidem agebat. De multiplici vtilitate, quam affert deſertum ſupra diximus abundè.

Finis Capitis primi, & Libri primi Commentariorum in Marcum.

LIBER SECVNDVS
COMMENTARIORVM IN MARCVM.

ET ITERVM *intrauit Caphar-naũ poſt dies octo, & auditũ eſt, quod in domo eſſet, & conuenerunt multi, ita ut non caperent neque ad ianuã, & loquebatur eis uerbum.* Multa valde que magnifica deſcripſit Beatus Marcus: in quibus ex teſtimonio Prophetarum & Ioannis comprobauit Ieſum eſſe Chriſtum Dei filium: ſed quam maxime ex teſtimonio patris in Iordane audito. Propoſuit qualiter euangelium regni Dei incępit prædicare: ianuam aperiens ad ingreſſum eius per verã fidem, perfectamq; pœnitentiam, quemodo etiam ſuam prædicationem cõfirmauerit Chriſtus per multã miracula, in poteſtate imperãs etiã dæmonibus, & cuicunque infirmitati. Quæ omnia tanquàm ſuo vero dño obediebãt voci oris eius. Vnde quàm plures curati ſunt infirmi. Quod enarrans beatus Matthæus dixit: completam eſſe Eſaiæ ſcripturam. Ipſe infirmitates noſtras accepit, & ægrotationes noſtras portauit. Ex quibus omnibus clarus quotidie ſiebat, & magnificabatur ab omnibus: Quorum laudes & gloriam fugiens, manſit in locis deſertis per aliquot dies. Veram virtutem quocunque fugias, ſua ſequitur gloria, non aliter quàm vmbra corpus. Et quemadmodum quocunque ſe transfert ſpecies ſolis, ibi & claritas eſt iucundiſsima, ita quoquo locorum fugiat vera pietas, ibi celebritas eſt. Non deſijt, quod in ipſo erat fugere theatrum populare, vt doceat quàm periculoſa peſtis ſit, famæ ſitis; ſed eodem reuocat inuitandi, beneque merendi ſtudium. Dominus itaque Ieſus nobis formã exhibens, & fugitandæ gloriæ, & perpetuo bene merendi de proximis, iterũ intrauit Capharnaum poſt dies octo. Quemadmodum Bethleem cunis ſuis nobilitauit, Nazareth educatione celebrẽ fecit, Aegyptum fuga ſua fęlicem reddidit: ita Capharnaum frequenti commoratione, atque inibi proditis ſubinde miraculis, velut adoptauit in patriam. Hùc autem veluti furtim reuerſus eſt, priùs abdens ſeſe in domo ſocrus Simonis Petri, quàm aduentus ſuus innoteſceret vulgo. Sed tamen ſicut ſol latêre non poteſt, ſic nec dñs Ieſus. Rumor ſpargitur, vt fit, a paucis exortus. Nec mora, tanta multitudo hominum cõfluxit, vt non ſolum tota domus impleretur: ſed neq; ea loca, quę erat oſtio vicina, caperent multitudinẽ. In hoc itaq; loco, & ſuperba ciuitate Iudęorũ cõſurgit aduerſus gloriã Chriſti æmulatio, ſcilicet in quatuor caſibus: In paralytici curatione, in qua Chriſti diuinitas magnopere reſplenduit: in Matthæi vocatione ad diſcipulatum: in calumnia aduerſus diſcipulos: denique in miraculo curati hominis manum aridam habentis. In quibus omnibus parauerunt domino inſidias, & odium pro dilectione reddidêre. Vt apertè videas quàm vere dictum fuit à propheta. Odio habuerunt me gratis. Statim in prædicatione Chriſti manifeſtiſsimis ſignis ante eos æditis, priùs quàm eorum mores taxaret, & ſuggilaret, argueretque auaritiam Iudæorum, obſcurare nomen, extinguere gloriam, obuiam ire fidei, per quam ſaluandi erant in charitate, procurauerunt. Quam longè ab eis Dei dilectio & proximi. Venit itaque Capharnaum, iterum dominus Ieſus: *Et cõueniunt multi.* In propheta Ezechiele ſcribitur, quod etiam ſub prædicatione Chriſti completum fuit. Et tu fili hominis: filij populi tui, qui loquuntur de te iuxta muros, & in oſtijs domorum, & dicunt vnus ad alterum, vir ad proximum ſuum loquentes: Venite & audiamus quis ſit ſermo egrediens à domino. Et veniunt ad te quaſi egrediatur populus, & ſedent coram te populus meus: & audiunt ſermones tuos, & non faciunt eos, &c. Et cùm venerit quod prædictum eſt (ecce enim venit) tunc ſcient, quod prophetes fuerit inter eos. Veniunt itaque multi ad Chriſtum, ſacrum Euangelium ab ore eius excipiunt, probãt vſque hodie magiſtrorum doctrinam, & manent adhuc in peccatis ſuis multis. Et *loquebatur eis uer-*

Margin notes: C — D — *Cap. 53.* — *Similitudines.* — *Luc. 2.* *Ibi.* *Matt. 2.* — C — **NOTA** *ualde.* — *Pſal. 68.* — *Calumniæ Iudæorum aduerſus Chriſtum, antequàm eos argueret.* — D — *Cap. 33.*

uerbum. Nemo ex tribus euangeliſtis, qui hiſtoriam hanc ſcripſerunt, tradit qualis materiæ, aut virtutis fuerit thema huius ſermonis. Ego puto de pœnitentia & fide, & de regno Dei fuiſſe, cùm multitudo hæc magna nunc ex vniuerſa prouintia aduentaſſet, quæ omnia illis erant valde neceſſaria. Vt vel ex hoc errorem populorum ne dicam prædicatorum conuellas, qui ſemel de pœnitentia, & de ſanctis mandatis ſermonē ſuſtinent & faciunt, ac ſi æternæ memoriæ populus audita mandauerit, & opere compleuerit: cùm reuera diabolus verbum de corde eorum tollat, ne credentes ſalui fiant. De quo iam ſupra diximus. *Et venerunt ferentes paralyticum, qui a quatuor portabatur. Et cùm nō poſſent offerre eum illi præ turba, nudauerunt tectum ubi erat, & patefacientes ſubmiſerūt grabatum, in quo paralyticus iacebat.* Inter multa mirabilia, quæ dominus Ieſus mundo oſtendit inſignum, & teſtimonium latentis ſuæ diuinitatis, clariſsimè & iucundiſsimè relucet, quòd nunc à beato Marco deſcribitur. Suſcitauit quidem filium viduæ iuxta Naim, & filiam archiſinagogi, & denique Lazarum in Bethania. Vbi cum iam iam morti eſſet proximus ſupra omnia ſigna omnipotentiæ confirmata eſt fides ſuæ diuinitatis, & quòd verè eſſet resurrectio & vita, à patre miſſus, &c. Quę ibidem atteſtata ſunt & confirmata per ſequens miraculum. Vbi lachrymatus eſt: infremuit: turbauit ſemetipſum: in quibus vera humanitas comprobatur, & ſic in ſubſtantia operis maius habetur hoc miraculum, & magna in illo confirmata ſunt noſtræ fidei ſacramenta: iureque celebratur tanquàm principatum tenens: quamuis beatus Hieronymus maius iudicet opus; quod in die ramorum à Chriſto perfectum eſt, eijciente vendentes & ementes de templo, &c. In præſenti quippe opere clarè teſtificatum eſt, quòd eſſet verus Deus: qui ſolus auctoritatiuè poteſt dimittere peccata. In hac lectione ſic legis: vt ſciatis, quia filius hominis habet poteſtatem dimittendi peccata, dixit paralytico: Surge. In atteſtationem & confirmationem huius veritatis, quòd tanquàm verus Deus dimittebat peccata, addidit miraculum coram oculis eorum perfectiſſimum quidem ex omni parte. Hæc prælibata ſint, antequàm ad declarationem accedamus. *Et veniunt ferentes ad eum paralyticum.* In omnibus nos docet dominus Ieſus. A Primò omnium doctrinæ ſuæ radios in mentes illius multitudinis magnæ ſtuduit diffundere. Secundò ad ſalutem infirmi deuenitur. Imò nec illum priùs curat quàm ſanctificet in peccatorum remiſſione. Vides quomodo docet primam habendam eſſe rationem animorum poſteriorem corporum. Ferè totum hominum genus præpoſtero rerum iudicio, vehementiori ſtudio fertur ad ea, quæ corpori conducunt, quam quæ ad animæ ſalutem pertinent. Dominus autem exemplo ſuo commonſtrat nobis, quæ potior eſt hominis pars, eiuſque priorem oportere curam eſſe: priùs docens, priùs ſanans animam à peccato, deinde curans corpus. Homo hic paralyticus erat, totius corporis neruis ita morbo ſolutus, vt affixus lecto viuum cadauer iudicares: baiulabatur à quatuor viris miſericordiæ. Vix vnus, imò nullus inuentus fuit Hieruſalem, qui infirmo illi triginta & octo annorum incurreret, vel ad horam. Capharnaum quatuor inuenti ſunt, & qui damnum denudationis tecti ſuę domus pro ſalute proximi libenter ferat. B Sed & baiuli homines nullum non ſubeūt laborem propter infirmum, dummodò ante dominum Ieſum illum reponant. Obſerua quòd vitæ præſentis ærumnæ & infirmitates variè à domino diſponuntur. Aliquando ad probationem veræ virtutis iuſti; ſicut in ſancto Iob apparet. Dixerat quidem ſathanas de illo: Nunquid fruſtra, Iob timet Deum? Ac ſi diceret: ſi tibi, vt tu dicis, ſeruit, ſuas res agit in primis: ac ſecundo loco te colit & inſeruit. Vt autem vniuerſo orbi innoteſceret, quod vni genti compertum erat, comprobareturq; ſanctitas, deuotio, fidelitaſque ſanctiſsimi viri, & quod certè deſeruiebat Deo ſuo, totus ſuæ gloriæ & honori intentus: conceſſum eſt diabolo, vt affligeret eum ad votum, ſecundum omnem ſuam induſtriam. Aliquando infirmitates & dolores huius vitæ ordinantur ad præſeruationem futuri caſus ſpiritualis: ſicut in ſancto rege Ezechia, eleganter comprobatur. Qui poſt tot virtutes à ſe viriliter factas, in quibus factus eſt Deo ſuo valde gratus, & diuinum zelatus eſt honorem & cultum: denique poſt inuentam in multis lachrymis magnificentiſsimam illam victoriam contra Senacheribum, vbi centum octoginta quinque

Paralytici curatioſiſsimum ſignū diuinitatis Chriſti.

Luc. 7.
Marci. 5.
Ioan. 5.

Ioan. 11.

Hieronymus ſuper Matth.

Miraculū curationis paralytici quàm ſublime.

Animæ ſalus in primis quærēda.

Ioan. 5.

Infirmitates qualiter variè diſponūtur

Iob. 1.

Ezechias rex.

millia hominum interfecta ſunt ab angelo: deciđit tandem in vehementiſsimam infir- C mitatem. De qua ipſe dicebat: Domine vim patior: vt certè diſceret humiliare cor ſuum inter tot præclaras virtutes, & ſanatus eſt mirabiliter. Aliquando autem mala & aduerſa huius vitæ à domino infliguntur, vt æternorum dolorum ſint initia & præludia: ſicut apparet in impijſsimo Antiocho & Herode. De illo inquit ſcriptura: Igitur homicida & blaſphemus peſsimè percuſſus, & vt ipſe alios tractauerat peregrè in montibus, miſerabili obitu vita functus eſt. De Herode autem inquit Lucas: Confeſtim autem percuſsit eum angelus domini: eò quòd non dediſſet honorem Deo: & conſumptus à vermibus expirauit. Aliquando dolores & infirmitates accidunt ad correctionem & emendationem, vt ſpiritus ſaluus fiat in die domini. Sicut comprobatur in hiſce infirmis: qui à domino curati ſunt mente & corpore. De quo habes apud diuum Cyprianum expreſſum teſtimonium & firmum argumentum: In hæc verba: Dominus & iudex noſter ſanato à ſe, & iuſtificato comminatur iam non delinquere, D ne quid ei deterius fiat. Hoc autem ſignum eſt dilectionis Dei erga nos, ſicut in propheta Ezech. legis. Sed & ſi iuſtus auerterit ſe à iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatem, ponam coram eo offendiculum, vel tormentum, ſicut placet Hieronymo, vt in tormento confiteatur ſe impiè egiſſe, qui in proſperitate ſalutis negabat veritatem. Iuſtus non ſtatim moritur: ſed ponitur offendiculum coram eo. Theodocion dixit: Infirmitas, vt torqueatur. Prodeſt enim iuſto cognoſcere delictum ſuum, & dicere cum propheta: Conuerſus ſum in ærumna mea, dum configitur ſpina. Lege Titelmanum, & in annotationibus ex Hæbræo. Habet ergo iuſtus in ſuis doloribus, quod ſibi aſſumat, nimirùm humilem cogitatum, iudicans propter ſuam iniquitatem accidiſſe malum quod patitur, & ſic in humilitate continebit cor ſuum. Habent & proximi quid de fratre laborante in infirmitatibus iudicent: nimirùm quòd ad cumulum & coronam illas patiantur: & ſic charitatem fraternam conſeruabunt. *Qui à quatuor portabatur.* Vix vt dixi inuentus fuit Hieroſolymis, qui miſerabili homini inſeruiret: quem charitate debebant proſequi. C Iſti autem cum ingenti alacritate portant paralyticum ſuum. Sed quid nobis cum Hieroſolymitis qui iam non ſunt? Quid eſt quod in illis accuſemus, & in arguenda eorum crudelitate tempus abſumamus? Cùm certè inter nos tam multi inueniantur, qui clamorem & gemitum infirmantis fratris non audiant, quin potiùs grauiter ferant. Obturantes aures fugiunt, accuſant denique quaſi importunum, & impatientem. Quod ſi ad horam noctis ei deſeruiendum eſt, non adeſt vel vnus qui munus hoc impleat. Cùm certè dicturus ſit Dominus, in die illa magni iudicij: Ite maledicti in ignem æternum. Quare domine? Quia infirmus eram, & non viſitaſtis me. Et in ſapientiſsimo Eccleſiaſtico ſcriptum eſt: Non te pigeat viſitare infirmum: ex his enim in dilectione firmaberis. Magnum præmium, ſublimiſſumque repromittit fructum. In dilectione firmatur, tum Dei, tum proximi, qui in viſceribus miſericordiæ eum viſitat. Et Apoſtolus Paulus dixit: Pietas ſcilicet in proximum, quæ eſt miſeri- D cordia, promiſsionem habet huius vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ. Denique Saluator: Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur. Deſeruiebant homines illi, qui paralyticum deportabant, gloriæ Chriſti; & qui domus patiebatur temporale damnum. Manifeſtum hoc eſt ex doctrina Euangeliſtæ. Quorum fidem videns Ieſus dixit, &c. *Nudauerunt tectum.* Auferendo tegulas, & aliquot tabulas pro lecti magnitudine, & vt infirmum cautè demittere poſſent ante dominum Ieſum. Mirabilis deuotio, & fides horum omnium. Talis eſt ac tanta, quòd certè meritum & locum habuit apud Chriſtum, non ſolùm ad miraculum: ſed quòd amplius eſt multo, ad remiſsionem peccatorum paralytici. De quo Euangeliſta. *Quorum fidem, ut uidit Ieſus, ait paralytico. Fili dimittuntur tibi peccata tua.* Per excellentiæ poteſtatem ſine ſacramento, excitans cor eius ad dolorem, remiſit dominus Ieſus huic paralytico peccata. Meretur aliquando iuſtus peccatori primam gratiam de congruo. Hoc eſt quòd viri iſti meruerunt, nimirùm bonum motum in Deum, vnde gratiam inueniret. Magnus dñs qui aliorum merito ignoſcit alijs

Antiochus 2. Mach. 9

Herodes. Act. 12.

Infirmi & mente & corpore curati à dño Ieſu.

Cyprian⁹ in de oratione dñica fol. 266.

Cap. 3.

Pſal. 31.

NOTA *valde.*

Ioan. 5.

Miſericordia inter Chriſtianos

Matt. 25.

Fructus miſericordiæ

1. Tim. 4.

Matt. 5.

Ambroſ. li.,.in cap. 5. Lucæ.

Orationes ſanctorum, quantũ ualeant apud Deum.

alijs,& dum alios probat, alijs relaxat errata. Vide quem locum apud Deum habent A ſanctorum ſuffragia & orationes: etiam eorum, qui adhuc in terris agunt. Obſerua ſecundo, quantum bonum ſit pro alijs orare. Hæc duo valde in ſacra pagina commendantur. Percuſsit dominus Deus Abimelech & vxorem eius propter raptum Sarai vxoris Abraham. Quo orante pro illis ſanati ſunt omnes a domino, & pepererunt.

Gen.20.

Iob.42.

Et cum præcipiẽte domino oraſſet Iob pro amicis ſuis, qui multa aduerſus eum in ſummis calamitatibus ipſius ſtultè dixerant, ſuſcepit orationem eius,& faciem, ſanctiſsimi inquàm Iob,& dimiſit illis ſtultitiam. Quid dicam de Moſe & Aaron fratre eius? Quoties auerterunt à Pharaone, & tota domo ipſius iram & indignationem domini, & flagellum duriſsimæ animaduerſionis contra eos? Quoties pro populo ſuo, qui in dominum erat rebellis, duriſsimęque ceruicis, orauit, & auertit manum domini ad vindictam iam extentam, nec diſperdidit illos? Et Onias ſacerdos orans pro Eliodoro, quem dominus grauiſsimè percuſſerat, exauditus eſt, & Eliodorus ſanatus. Sed beatiſsimus Leuita Stephanus, dum lapidaretur, orauit B dominum,& conceſſus eſt illi Saulus. O magna vis & potentia orationis iuſtorũ. Propter hoc Paulus agens ſummum officium, locumque habens apud dominum non vulgarem, ſanctorum, qui adhuc in carne erãt, orationes exorabat pro ſe fieri,& pro fœlici ſuæ prædicationis euentu in gentium ſalutem. Nec pro viuis tantùm, vtiles ſunt orationes, quæ ab alijs viuentibus ſanctis fiunt: ſed etiam quæ ab ipſis domino offeruntur pro mortuis, qui adhuc in purgatorio detinentur. Nam ſi fides & ſancta deuotio viuaque dilectio iſtorum quatuor baiulantium paralyticum tantum locum corã Chriſto habuit, vt eidem & ſanitatem corporis & mentis, vitalemque motum de congruo mererentur, cur non fides offerentium ſacrificia poterit prodeſſe defunctis, cùm iſti ſint eiuſdem corporis membra, coram Deo viuentia? De hoc quidem Tobias filium ſuum conſilijs erudiens ait. Panem tuum,& vinum tuum ſuper ſepulcrum iuſti cõſtitue, Quæ nimirùm cùm non ponantur ad paſcenda corpora iuſtorum, cùm iam ſint cadauera mortua, ſed viuentium pauperum,& miniſtrorum eccleſiæ ſint ſubſidia: hinc eſt quòd, vt veræ eleemoſynæ mortuis, pro quibus fiunt, valde proſint. De quo in libris Machabęorum. De re hac reddit A beatiſsimus Athanaſius elegantem ſimilitudinem, ad Antiochum principem. Quid ergo? Num ſentiunt aliqua beneficia peccatorum animæ (peccatores appellat, nõ qui deſcenderunt in infernum: ſed qui nondũ ſunt purgati) cùm ſuper illis fiunt conuentus, & peractiones bonorum operum, & oblationum? Cui quæſtioni reſpondit: ſicut vitis floreſcit extra in agro,& odorem eius ſentit intra vas vinum recluſum, ſicq; cõfloreſcit etiam ipſum: ita intelligemus peccatorũ animas participare aliqua beneficia ab exangui immolatione, (incruentum ſacrificium altaris, nominat exanguem immolationẽ, vt mihi videtur) pro ipſis facta, ſicut ſolus ordinat & præcipit, qui viuorum & mortuorum poteſtatẽ gerit. Et ante hunc Athanaſiũ beatiſsimus Dionyſius Apoſtoli Pauli diſcipulis hanc eandem tradit ſententiam. De qua re habes decretum in concilio Carthaginenſi quarto in hæc verbo: Qui oblationes defunctorum, aut negant eccleſijs, aut cum difficultate reddunt, tanquàm ęgentium necatores excommunicentur. Et in cõcilio Valeuſi ita diffinitur. Qui oblationes B defunctorum detinent, & eccleſijs tradere demorãtur, vt infideles ſunt ab eccleſia abijciendi. Vides quanta authoritate firmatur, quòd orationes ſanctorũ & merita multum locum habent apud Deum? Sed & ipſi vita defuncti orare pro viuis valdeq; prodeſſe nobis, nulli, qui fidelis eſt, dubiũ vel leue eſſe poteſt. De quo ſuo loco agendum eſt. Hæc omnia diximus, cum exponeremus locum illum, Videns fidem illorum,& in ſequentes doctrinam beatiſsimi Ambroſij. *Ait paralytico: Fili dimittuntur tibi peccata tua.* Nimiùm miſerandus videbatur, qui carebat omnium membrorum vſu: ſed longè miſerabilior erat animus vitijs obnoxius. Nihil expectabatur, niſi vt corporis integritas reſtitueretur miſero, quod etiam erat humanis viribus maius. At Ieſus ſumma ingenuitate ductus totum hominem ſanare volens, verſus ad paralyticũ ait: Fili dimittuntur tibi peccata tua. Summum euangeliũ hoc eſt, quòd talis ac tantus ſit dns Ieſus, qui dimittere poſsit, & velit peccata noſtra: inſuper quòd demõſtret hanc tantam poteſtatẽ,& confirmet ſigno viſibili,& irrefragabili. Vt autem ſciatis,&c. Quid fœlicius nobis contingere potuit, quàm in eum

Marginal notes, left column:

Exo.5.

2.Macb.3

Acto.6.

2.Cor.1. & alibi.

Orationes proſunt defunctis.

Cap.4.

Marginal notes, right column:

2.cap.12. Athanaſi⁹ ad Antiochum principem.

Animæ defunctorum.

Dionyſius lib. de eccleſiaſtica hierarchia. c. 7. concil. Cart. cap. 95. & refertur. 13. q. 2. cap. Qui oblationes.

Concilium Valẽſe uel Varenſe, cap.4. ſuorum decretorum.

Euangeliũ ſummum.

ſpem noſtram, & fidem & dilectionem re-
ponere; qui vt verus Deus peccata dimit- C
tere poteſt? Non habemus pontificem, qui
non poſsit compati infirmitatibus noſtris,
aut qui non poſsit curare vulnera & dimit-
tere peccata. Verè fœliciſsimi ſumus, & cũ-
ctis gentibus celſiores, qui talem habemus
reparatorem, & ſalutis veræ medicum. De
quo cùm eſſent in cõſeſſu ſcribæ quidam,
quos eruditio ſacrarum literarũ nihilo red-
debat meliores, ſed potius ad calumniam
propẽſiores ex iniquo animo, & qui ex pro-
phetarum ac Moyſi libris didicerant ſolius
Dei eſſe condonare peccata, dicebant:
*Quid hic ſic loquitur blaſphemias? Quis poteſt di-
mittere peccata niſi ſolus Deus?* Duo horre-
bant ſcribæ, nec ſuſtinere poterant, & rem
NOTA ſcilicet, & modum imperatiuum: & propte
valde. rea opponunt aduerbium *Sic*. In quo vim
rationis eorum perpende. Si enim dominus
Ieſus diceret: orabo ac deprecabor dominũ
Deum meũ, quod verbum familiare erat
ſacerdotibus illius legis, non videretur nimiũ
aut arrogans verbũ domini Ieſu; neq; pro-
Chriſt' au- pter hoc eum blaſphemiæ accuſaſſent. At
ctoritatiuè quia optimè vim verborum ad paralyti-
remittebat cum penetrarunt, quod ſcilicet auctorita- D
peccata. tiuè, & ſecundum imperium, tanquàm ve-
rus & ſolus Deus dimittebat peccata: hinc
in cordibus ſuis dicebant: Quàm nouã vo-
cem profert, quam neque Moyſes, neque
Aaron, neque quiſpiam veterum propheta
rum auſus fuit proloqui? Nimirùm iſte ſibi
vendicans auctoritatẽ diuinam, contume-
lioſus eſt in Deum, ac certè blaſphemus.
Non eſt hominis quod ſibi ſumit: ſolus
Deus poteſt præſtare, quod hic pollicetur.
Obſerua quod optimè in ſententia Chriſti
remittuntur tibi peccata tua, vim legis
Eſaiæ.43. perpenderunt. Legerant nanq;: Ego Deus,
qui deleo iniquitates tuas: quorum inſaniã
curaturus ſaluator, demonſtrauit uſque ſe
non eſſe blaſphemiæ reum, neque Deo cõ
tumelioſum, rapientemq; diuinũ honorẽ;
dum vane, quod ſolius Dei erat proprium,
ſibi arrogabat. propalauit eorum cogitatio
nes, & in medium propoſuit, quæ quidem
ſoli Deo erãt manifeſtæ: & dixit illis: *Quid*
NOTA. *iſta cogitatis in cordibus veſtris?* Obſerua ante
expoſitionem huius ſententiæ quòd certè
Cognitio non eſt euidens argumentum diuinitatis, vt
cordis quo- cunque cognoſcere cogitationes cordis hu
modo ſoli' mani. Poteſt nanque propheta cognoſce-
Dei. re ſecreta cordis per diuinam reuelatio-
nem: ſicut in Samuele habes ad Saul. Quæ-
C rebat Saul aſinas patris ſui, & tandem ve- *1.Reg.9.*
nit ad Samuelem, qui dixit ei: Aſcende an-
te me in excelſum, vt comedas mecum ho-
die, & dimittam te manè. & omnia quę ſunt
in corde tuo indicabo tibi. Non ergo eſt fir-
mum argumentum diuinitatis, cognitio co
gitationum cordis, aut propalatio illarum
vtcunque, ſed cognoſcere per ſe ipſum hu-
iuſmodi cogitationes, quale fuit in Chriſto,
& demõſtrare ꝙ per ſe ipſum haberet talẽ
cognitionis modum, ſufficiens argumen-
tum eſt diuinitatis: ſicut habes in libris Re- *Li.3.Re.*
gum de Paralip. & in pſalmis & Hieremia. *8.d. ſecũdo*
Venit ergo Ieſus ad illud quod eſt infallibi- *Paralip.6*
le argumentum, & ſignum ſuæ diuinitatis, *f. Pſal.7.*
per quod & præcedens argumentum com- *Hieremiæ*
probatur: nimirùm ad miraculum ſupra *17.*
omnem naturæ facultatem & potentiam. *1.Reg.16*
Inefficax eſt enim tota natura ad inſtanta-
neam ſalutem paralytici, & ad robur firmũ
omnium membrorum diſſolutorum ex ta-
li morbo: ita quòd poſſet tollere ſuper hu-
meros ſuos ſtatim grabatum ſuum, qui du-
dum quaſi cadauer viuum iacebat paraly-
ticus. Venit ergo ad miraculum, non vt-
D cunque: ſed confirmaturus, quod neque
blaſphemiam dixiſſet, neque vſurpaſſet
diuinam auctoritatem, cùm verus eſſet
Deus de Deo. In confirmationem ho-
rum & declarationem, mirandum opus
per imperium ſuæ omnipotentiæ perfi-
cit ſaluator. Quæ omnia manifeſta ſunt
ex ſequenti litera. *Vt autem ſciatis, quia
filius hominis habet poteſtatem in terra di-
mittendi peccata, ait paralytico: Tibi dico, ſurge,
tolle grabatum tuum, & vade in domum tuam.* So-
lus Deus dimittit peccata, & filius hominis
habet poteſtatem dimittendi peccata, ergo
idem Deus, & filius hominis eſt. Cogitare
poterant, quòd artificioſè dixiſſet Domi-
nus Ieſus: Dimittuntur tibi peccata tua,
& non dixiſſet: ſurge & ambula: quia il-
lud valdè facilè eſt dicere: nec conſtat, v-
trùm verum vel falſum fuerit, cùm remiſ-
ſio peccatorum ad animam pertineat, quæ
inuiſibilis eſt, & quæ circa ipſam fiunt:
Hoc autem valde difficile, nimirùm dice-
re: ſurge & ambula, niſi dicens de effe-
ctu ſit certus, quod certiſsimè ſequeretur
verbum dicentis: & ſuſpicari poterant il-
lud tanquam facilè dixiſſe Ieſum: hoc autẽ
tanquàm difficile tacuiſſe. Iam autem con
firmaturus (vt dixi) quòd auctoritatiuè di-
mitte-

Ambroſ. alijs,& dum alios probat, alijs relaxat erra-
li. 5. in cap. ta. Vide quem locum apud Deum habent A
5. Lucæ. ſanctorum ſuffragia & orationes: etiam eo-
Orationes rum, qui adhuc in terris agunt. Obſerua ſe-
ſanctorum, cundo, quantum bonum ſit pro alijs orare.
quantũ ua- Hæc duo valde in ſacra pagina commen-
leant apud dantur. Percuſsit dominus Deus Abime-
Deum. lech & vxorem eius propter raptum Sarai
Gen.20. vxoris Abraham. Quo orante pro illis ſa-
nati ſunt omnes à domino, & pepererunt.
Iob.42. Et cum præcipiẽte domino oraſſet Iob pro
amicis ſuis, qui multa aduerſus eum in ſum-
mis calamitatibus ipſius ſtultè dixerant, ſu-
ſcepit orationem eius, & faciem, ſanctiſsimi
Exo. 5. inquàm Iob, & dimiſit illis ſtultitiam. Quid
dicam de Moſe & Aaron fratre eius? Quo-
ties auerterunt à Pharaone, & tota domo
ipſius iram & indignationem domini, &
flagellum duriſsimæ animaduerſionis con-
tra eos? Quoties pro populo ſuo, qui in do-
minum erat rebellis, duriſsimęque ceruicis,
orauit, & auertit manum domini ad vindi-
ctam iam extentam, nec diſperdidit illos? Et
2.Macb.3 Onias ſacerdos orans pro Eliodoro, quem
dominus grauiſsimè percuſſerat, exauditus
eſt; & Eliodorus ſanatus. Sed beatiſsimus
Leuita Stephanus, dum lapidaretur, orauit B
Acto. 6. dominum, & conceſſus eſt illi Saulus. O ma
gna vis & potentia orationis iuſtorũ. Pro-
pter hoc Paulus agens ſummum officium,
2.Cor. 1. locumque habens apud dominum non vul
& alibi. garem, ſanctorum, qui adhuc in carne erãt,
orationes exorabat pro ſe fieri, & pro fœli-
ci ſuæ prædicationis euentu in gentium ſa-
lutem. Nec pro viuis tantùm, vtiles ſunt ora
tiones, quæ ab alijs viuentibus ſanctis fiunt:
ſed etiam quæ ab ipſis domino offeruntur
pro mortuis, qui adhuc in purgatorio deti-
nentur. Nam ſi fides & ſancta deuotio vi-
uaque dilectio iſtorum quatuor baiulan-
tium paralyticum tantum locum corã Chri
Orationes ſto habuit, vt eidem & ſanitatem corporis
proſunt de & mentis, vitalemque motum de congruo
defunctis. mererentur, cur non fides offerentium ſa-
crificia poterit prodeſſe defunctis, cum iſti
ſint eiuſdem corporis membra, coram Deo
viuentia? De hoc quidem Tobias filium
ſuum conſilijs erudiens ait. Panem tuum, &
Cap.4. vinum tuum ſuper ſepulcrum iuſti cõſtitue.
Quæ nimirùm cùm non ponantur ad pa-
ſcenda corpora iuſtorum, cùm iam ſint
cadauera mortua, ſed viuentium paupe-
rum, & miniſtrorum eccleſiæ ſint ſubſidia:
hinc eſt quòd, vt veræ eleemoſynæ mor-
tuis, pro quibus fiunt, valde proſint. De quo 2.cap.12.
A in libris Machabęorum. De re hac reddit Athanaſi⁹
beatiſsimus Athanaſius, elegantem ſimilitu ad Antio-
dinem, ad Antiochum principem. Quid er- chum prin
go? Num ſentiunt aliqua beneficia peccato- cipem.
rum animæ (peccatores appellat, nõ qui de-
ſcenderunt in infernum: ſed qui nondũ ſunt Animæ de
purgati) cùm ſuper illis fiunt conuentus, & functorum.
peractiones bonorum operum, & oblatio-
num? Cui quæſtioni reſpondit: ſicut vitis
floreſcit extra in agro, & odorem eius ſentit
intra vas vinum recluſum, ſicq; cõfloreſcit
etiam ipſum: ita intelligemus peccatorũ ani
mas participare aliqua beneficia ab exan-
gui immolatione, (incruentum ſacrificium
altaris, nominat exanguem immolationẽ,
vt mihi videtur) pro ipſis facta, ſicut ſolus
ordinat & præcipit, qui viuorum & mor- Dionyſius
tuorum poteſtatẽ gerit. Et ante hunc Atha- lib. de eccle
naſiũ beatiſsimus Dionyſius Apoſtoli Pau ſiaſtica hie
li diſcipulis hanc eandem tradit ſententiam. rarchia. c.
De qua re habes decretum in concilio Car- 7. concil.
thaginenſi quarto in hæc verbo: Qui obla- Cart. cap.
tiones defunctorum, aut negant ecclęſijs, 95. & re-
aut cum difficultate reddunt, tanquàm ęgen fertur. 13.
tium necatores excommunicentur. Et in cõ q. 2. cap.
B cilio Valenſi ita diffinitur. Qui oblationes Qui obla-
defunctorum detinent, & eccleſijs tradere tiones:
demorãtur, vt infideles ſunt ab eccleſia ab- Concilium
ijciendi. Vides quanta authoritate firma- Valẽſe uel
tur, quòd orationes ſanctorũ & merita mul Varcẽſe,
tum locum habent apud Deum? Sed & ipſi cap. 4. ſuo-
vita defuncti orare pro viuis valdeq; pro- rum decre-
deſſe nobis, nulli, qui fidelis eſt, dubiũ vel torum.
leue eſſe poteſt. De quo ſuo loco agendum
eſt. Hæc omnia diximus, cùm exponere-
mus locum illum, Videns fidem illorum, &
in ſequentes doctrinam beatiſsimi Ambro-
ſij. *Ait paralytico: Fili dimittuntur tibi peccata
tua.* Nimiùm miſerandus videbatur, qui ca-
rebat omnium membrorum vſu: ſed longè
miſerabilior erat animus vitijs obnoxius.
Nihil expectabatur, niſi vt corporis integri
tas reſtitueretur miſero, quod etiam erat hu
manis viribus maius. At Ieſus ſumma in-
genuitate ductus totum hominem ſanare
volens, verſus ad paralyticũ ait: Fili dimit- Euangeliũ
tuntur tibi peccata tua. Summum euan- ſummum,
geliũ hoc eſt, quòd talis ac tantus ſit dñs Ie
ſus, qui dimittere poſsit, & velit peccata no
ſtra: inſuper quòd demõſtret hanc tantam
poteſtatẽ, & confirmet ſigno viſibili, & ir-
refragabili. Vt autem ſciatis, &c. Quid fœli
cius nobis contingere potuit, quàm in eum
F 4 ſpem

ſpem noſtram, & fidem & dilectionem reponere; qui vt verus Deus peccata dimittere poteſt? Non habemus pontificem, qui non poſsit compati infirmitatibus noſtris, aut qui non poſsit curare vulnera & dimittere peccata. Verè fœliciſsimi ſumus, & cũctis gentibus celſiores, qui talem habemus reparatorem, & ſalutis veræ medicum. De quo cùm eſſent in cõſeſſu ſcribæ quidam, quos eruditio ſacrarum literarũ nihilo reddebat meliores, ſed potius ad calumniam propẽſiores ex iniquo animo, & qui ex prophetarum ac Moyſi libris didicerant ſolius Dei eſſe condonare peccata, dicebant: *Quid hic ſic loquitur blaſphemias? Quis poteſt dimittere peccata niſi ſolus Deus?* Duo horrebant ſcribæ, nec ſuſtinere poterant, & rem ſcilicet, & modum imperatiuum: & propterea opponunt aduerbium Sic. In quo vim rationis eorum perpende.

NOTA valde.

Si enim dominus Ieſus diceret: orabo ac deprecabor dominũ Deum meũ, quod verbum familiare erat ſacerdotibus illius legis, nõ videretur nimiũ aut arrogans verbũ domini Ieſu, neq; propter hoc eum blaſphemiæ accuſaſſent. At quia optimè vim verborum ad paralyticum penetrarunt, quod ſcilicet auctoritatiuè, & ſecundùm imperium, tanquàm verus & ſolus Deus dimittebat peccata: hinc in cordibus ſuis dicebant: Quàm nouã vocem profert, quam neque Moyſes, neque Aaron, neque quiſpiam veterum prophetarum auſus fuit proloqui? Nimirùm iſte ſibi vendicans auctoritatẽ diuinam, contumelioſus eſt in Deum, ac certè blaſphemus. Non eſt hominis quod ſibi ſumit: ſolus Deus poteſt præſtare, quod hic pollicetur.

Chriſt' auctoritatiuè remittebat peccata.

Obſerua quòd optimè in ſententia Chriſti: remittuntur tibi peccata tua, vim legis perpenderunt. Legerant nanq;: Ego Deus, qui deleo iniquitates tuas: quorum infamiã curaturus ſaluator, demonſtrauit vſque ſe non eſſe blaſphemiæ reum, neque Deo cõtumelioſum, rapientemq; diuinũ honorẽ, dum vane, quod ſolius Dei erat proprium, ſibi arrogabat propalauit eorum cogitationes, & in medium propoſuit, quæ quidem ſoli Deo erãt manifeſtæ: & dixit illis: *Quid iſta cogitatis in cordibus veſtris?* Obſerua ante expoſitionem huius ſententiæ quòd certè non eſt euidens argumentum diuinitatis, vtcunque cognoſcere cogitationes cordis humani. Poteſt nanque propheta cognoſcere ſecreta cordis per diuinam reuelationem: ſicut in Samuele habes ad Saul. Quærebat Saul aſinas patris ſui, & tandem venit ad Samuelem, qui dixit ei: Aſcende ante me in excelſum, vt comedas mecum hodie, & dimittam te manè, & omnia quę ſunt in corde tuo indicabo tibi. Non ergo eſt firmum argumentum diuinitatis, cognitio cogitationum cordis, aut propalatio illarum vtcunque, ſed cognoſcere per ſe ipſum huiuſmodi cogitationes, quale fuit in Chriſto, & demõſtrare quod per ſe ipſum haberet talẽ cognitionis modum, ſufficiens argumentum eſt diuinitatis: ſicut habes in libris Regum de Paralip. & in pſalmis & Hieremia. Venit ergo Ieſus ad illud quod eſt infallibile argumentum, & ſignum ſuæ diuinitatis, per quod & præcedens argumentum comprobatur: nimirùm ad miraculum ſupra omnem naturæ facultatem & potentiam. Inefficax eſt enim tota natura ad inſtantaneam ſalutem paralytici, & ad robur firmũ omnium membrorum diſſolutorum ex tali morbo: ita quòd poſſet tollere ſuper humeros ſuos ſtatim grabatum ſuum, qui dudum quaſi cadauer viuum iacebat paralyticus. Venit ergo ad miraculum, non vtcunque: ſed confirmaturus, quòd neque blaſphemiam dixiſſet, neque vſurpaſſet diuinam auctoritatem, cùm verus eſſet Deus de Deo. In confirmationem horum & declarationem, mirandum opus per imperium ſuæ omnipotentiæ perficit ſaluator. Quæ omnia manifeſta ſunt ex ſequenti litera. *Vt autem ſciatis, quia filius hominis habet poteſtatem in terra dimittendi peccata, ait paralytico: Tibi dico, ſurge, tolle grabatum tuum, & vade in domum tuam.* Solus Deus dimittit peccata, & filius hominis habet poteſtatem dimittendi peccata, ergo idem Deus, & filius hominis eſt. Cogitare poterant, quòd artificioſè dixiſſet Dominus Ieſus: Dimittuntur tibi peccata tua, & non dixiſſet: ſurge & ambula: quia illud valde facilè eſt dicere: nec conſtat, vtrùm verum vel falſum fuerit, cùm remiſſio peccatorum ad animam pertineat, quæ inuiſibilis eſt, & quæ circa ipſam fiunt: Hoc autem valde difficile, nimirùm dicere: ſurge & ambula, niſi dicens de effectu ſit certus, quod certiſsimè ſequeretur verbum dicentis: & ſuſpicari poterant illud tanquam facilè dixiſſe Ieſum: hoc autẽ tanquàm difficile tacuiſſe. Iam autem confirmaturus (vt dixi) quòd auctoritatiuè dimitte-

Eſaiæ.43.

NOTA.

Cognitio cordis quo modo ſoli' Dei.

1.Reg.9.

Li.3. Re. 8.d. ſecũdo Paralip.6 f. Pſal.7. Hieremiæ 17.

1.Reg.16

mittebat peccata, quod proprium eſt Dei, inquit: Vt ſciatis, &c. Impoſsibile quidem erat in atteſtationem & confirmationem magnæ blaſphemiæ, quæ vniuerſum prorſus genus hominum id credentium commacularet, Deum concurrere, perficereque miraculoſum opus. Diligit quidem veritatem, & tam longe eſt ab eo mendacium, quàm iniquitas & mutabilitas. In demonſtrationem autem huius quòd ſine blaſphemia dixerit dominus Ieſus auctoritatiuè, & ſecundùm imperium: Dimittuntur tibi peccata tua: operatus eſt magnum miraculum: Sufficienter ergo tum ex his ab eo factis, & dictis, tum etiam ex ſententia inimicorum confirmauit & declarauit ſe eſſe Deum, qui peccata dimitteret. AEdere nimirum miracula vera ad reducendum hominem in Deum per fidē, quod Chriſtus intendebat, ſolius eſt diuinitatis: & diabolus ad hæc concurrere non poteſt. Teſtis enim falſitatis Deus eſſe non poteſt: quòd ſumma ingenuitas eſt ſuæ naturæ. Peccator quidem & male viuens poteſt miracula facere: prædicans autem falſam doctrinam in atteſtationem illius non poteſt facere mirabile opus. Compara quæ erga Eliam vidiſti cum his, quæ apparent in Ieſu ſaluatore noſtro vt ad plenum hanc rem deprehendas. Quid inquit Elias aduerſus cultores Baal, quem vt verum Deum adorabant? Domine Deus Abraham & Iſaac, & Iſrael, oſtende hodie quia tu es Deus Iſrael, & ego ſeruus tuus & iuxta præceptum tuum feci omnia verba hæc. Exaudi me Domine, exaudi me, vt dicat populus iſte, quia tu es dominus Deus, &c. Cecidit autem ignis domini, & vorauit holocauſtum, & ligna, & lapides, puluerem quoque & aquam, quæ erat in aquæ ductu lambens. Non ſic Dominus meus Ieſus: non ſic curat in magno miraculo paralyticum. Non inquit: Exaudi me, exaudi me, Deus Abraham & Iſaac, & Iſrael. Non ſic orat. Quin potius: vt ſciatis quia filius hominis, (id eſt, ego, qui filius Adam ſum, ſimul & verus Deus) habet poteſtatem dimittendi peccata, &c. Et ad imperium in voce oris ſui, ſequutum eſt ſtatim admirandum opus. *Statim ſurrexit ille: & ſublato grabato abijt inde corā omnibus.* Mira domini virtus: ſine mora ſalus in iuſſu eſt. Statim (inquit) vt diuinum mandatum audiuit infirmitas, diſceſsit &

Pſalm. 50.

Lege beatū Clemē. cap. 1. conſtitutionum Apoſtolicarum, de charismatibus Tom. 1. cōcion. 108.

NOTA

3. Reg. 18

A velut fumus diſparuit, cuius non eſt reperire veſtigium: & perfecto robori reſtituta ſunt membra: conſolidata & compaginata ad inuicem quæ antea diſſoluta erant. Statim, non in proceſſu temporis, paulatimuè, ſed abſque vlla mora: quod certè omnis natura non attingit: ſed ſuas diſpoſitiones prærequirit ad operandum, & ad inducendam formam perfectam: vtpote quæ finitæ eſt virtutis in actione. Non ſtatim & inſtantaneè operatur: ſed proceſſum expectat, & viam longam habet. In curatione autem paralytici cum diuinum Chriſti mandatum auditur. *Tibi dico, ſurge, tolle grabatum tuum*, ſtatim ſurrexit & tulit illud. Non dixit dominus, ſanus ſis, aut ex hoc te ſanum facio, aut aliquid ſimile: ſed qui vocat ea quæ non ſunt, ſcilicet iuuenem mortuum, qui à quatuor etiam ad ſepeliendum portabatur, dicens: Adoleſcens tibi dico ſurge, ſic alloquitur hunc paralyticum, tanquàm iam reſtitutum ſaluti. Tolle inquit grabatum tuum. Mirabilis potentia ſaluatoris: mirabiliterque comprobata in hoc ſigno, & curatione paralytici huius, ſed & in duritia B cordis ſcribarum. Qui ſi ad primum verbum, & mandatum domini Ieſu religioſum animum præberēt, non opus eſſet tam præclarum argumentum virtutis ſuæ eis oſtendere. Sed contigit iſtis quod olim Pharaoni: Qui cum duræ nimis ceruicis extitiſſet, nec dimittere vellet populum domini, magnificata & glorificata fuit in illo manus altiſsimi, per multiplicem demonſtrationem ſuæ poteſtatis. De quo in Exodo ſic legis: Ego ſcio quod non dimittet vos rex AEgypti, vt eatis, niſi per manum validam. Extendamque manum meam, & percutiam AEgyptum in cunctis mirabilibus meis. Quod vnico verbo Moyſes decantauit: Cantemus domino, glorioſè enim magnificatus eſt. Simile inuenitur in duriſsimis cordibus ſcribarum. Magnificatus eſt vehementer: non ſolùm in curatione paralytici, ſed etiam in demonſtratione ſuæ propenſiſsimæ voluntatis ad dimittenda hominum peccata, quòd mirum in modum demonſtrauit nobis, cùm inquit: *Quid eſt facilius dicere paralytico: dimittuntur tibi peccata, an dicere: Surge, tolle grabatum tuum, & ambula:* Quod ſi ad ſonum verborum tantummodò attendendum eſt, æquè

Rom. 4.

Luc. 7.

In duritia peccatorū magnificatur Deus.

Cap. 3.

Exod. 15.

facile eſt dicere vnum aut alterum. Si verò
ad factum reſpicias, quod maius eſt opus, ip
ſum erit & difficilius. Dimittere autem pec
Pſal. 144. cata maius omnibus eſt. Miſerationes eius
ſuper omnia opera eius. Maiuſq; & longe
ſublimius eſt impium iuſtificare, quàm cun
Iuſtificatio impij quantum opus. cta de nihilo creare. In potentia obedien-
tiali cūcta erāt ſubdita domino, ante quàm
vocaret ea: & ſtatim vt dixit, fiant, & man-
dauit, creata ſunt. Impium verò hominem
& rebellem, qui contradicit ſuo factori,
ſuiq; eſt iuris & arbitrij, conuertere ad pœ
nitentiam, & iuſtificare, ex termino, à quo
incipit opus, & ex termino ad quem deue-
nitur: maius omnibus eſt. Termini iſti ſunt
rebellis volūtas hominis, quæ mollificatur,
& excontradicente obediens redditur, &
conſortium & participium diuinæ naturæ
NOTA uale. per gratiā conſequitur. Quomodo ergo eſt
facilius dimittere peccata paralytico, quàm
ipſum corporaliter curare? Quod Deo op-
timo & maximo eſt charius, facilius ad ope
randū, debet iudicari. Quid obſecro ita vult
Deus, ſicut impij conuerſionem & vitam?
Ezech. 33 Viuo ego dicit domin⁹ nolo mortē impij,
ſed vt conuertatur impius à via ſua & viuat.
Et vt vnico verbo dicam cuncta quæ in re
hac deſiderantur, nunquam pro infirmorū
curatione aut medicamine mortu⁹ eſt Chri
1. Cor. 15 ſtus: qui nimirū mortuus eſt propter delicta
noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationē
Rom. 4. noſtram. In remiſsionem peccatorum effu
ſus eſt ſanguis Chriſti, non in medicinā pa-
ralytici hominis. Lōgè ergo efficacius vult
remiſsionem peccatorum, quàm corporum
ſalutem. Infirmitates corporales ab eo ſæ-
pè numero infliguntur ad ſalutem ſpiritalē.
Iam diſce quomodo veritatem habet ſer-
mo domini Ieſu: Quid eſt facilius dicere?
Quia certe ardentius noſtram ſalutem ſpiri
tualem amat, quàm corporalem, facilius eſt
illi dicere & facere ex parte ſua noſtram cō
uerſionem, & dare gratiam remiſsionis, &c.
Cognoſce ex hac ſententia, eiuſq; interpre
tatione nobilitatem diuinæ naturæ: & ple-
nam cōſolationem inuenies, & fontē aquæ
viuæ, tu qui ex magnitudine criminum de-
ficiebas. In magnam ergo ſpem erigit men
Spes ueniæ peccatorū. tes noſtras verbum hoc: Quid eſt facilius di
cere? Propter hoc ſcriptum eſt: Et ſperent
Pſal. 9. in te qui nouerūt nomē tuū, multū eſt enim
ad ignoſcendum. Et idem propheta funda-
mentum ſpei, quæ nō confundit, proponit:
Pſal. 113. illudque eſt timor domini: Qui timent dō-

minum, ſperauerunt in domino, adiutor eo-
C rum & protector eorum eſt. Quæramus er-
go in hac hiſtoria venam timoris domini,
vt omnibus ſuis numeris abſoluatur doctri-
na: quia certè inueniemus illam. Nonne ti- *Timor domini.*
more domini concutitur cor noſtrum, cùm
certò ex ſacris vtriuſque teſtamenti ſcriptu
ris conſideramus, quomodo quæq; occulta
noſtra crimina, ſiue operis, ſiue cordis mani *In iudicio omnia manifeſtanda.*
feſta futura ſunt in magno iudicij die, in cō-
ſpectu omnium angelorum & cunctorum
hominum? Nonne iam incipit erubeſcere
mens & facies noſtra, cum attentè hæc me
ditatur, & fideliter in corde reuoluit? Dict⁹
eſt dies ille dies reuelationis, & manifeſta- *Rom. 2.*
tionis occultorū, etiam cordis. Omnes aſta
bimus ante tribunal Chriſti: vt referat vnuſ
quiſque propria corporis, prout geſsit, ſiue
bonum, ſiue malum. Et in eadem epiſtola *Cap. 2.*
dies iræ appellatur. Tunc manifeſta erunt
abſcondita cordis noſtri. Tunc, cum vene- *1. Cor. 17*
rit dominus, illuminabit abſcondita tene-
brarum, & manifeſtabit conſilia cordium:
cum ad rectitudinem diuini iudicij talis ma
nifeſtatio criminum pertineat. Nihil enim
tunc impunitum in ſequentis diei emenda-
D tionem relinquetur, quæ nulla iā erit. Om-
nia ergo ſunt manifeſtanda, quæ nunc diſsi
mulat dominus deſiderans, & mille modis
procurans noſtram pœnitentiam. Ecce er-
go vel paruum veſtigium illius vltimæ ani
maduerſionis, & inſuperabilis vindictæ.
Quid inquit dominus ad hos ſcribas? *Quid*
cogitatis mala in cordibus veſtris? Reuelauit eo *Imago futuri iudicij.*
rum cogitationem peſsimam, licèt cū man-
ſuetudine & lenitate. Cogitationes appel-
lauit, quæ certè erāt definitiones & iudicia.
Blaſphemat, inquiunt. Reuelauit ſecreta
cordium, perculsitque latens vulnus virga
oris ſui, & exiuit ſanies peſsimarum cogita-
tionum, vt quandam futuri iudicij imaginē
iam nobis proponeret ad timorem: ne in va
num ſine illo, & ſine emendatione peccato
rum, ſalutem ſperaremus & regnum. Eccle
ſiaſticus mirabilia de re hac docet. Illa tan-
tùm quæ huic negotio congruunt, conſide-
ra. Qui timetis dominum ſperate in illum. *Cap. 2.*
Optimè quidem. Cognitio enim omnipo-
tentiæ & iuſtitiæ illius puſillanimitatē cor
dis generat, & quaſi deficere facit: ideò ad-
didit: Sperate in illum. Spes ex cognitione
ſummæ illius bonitatis & miſericordiæ ac-
quiritur: & ſtatim inquit: Et in oblectatio-
ne veniet vobis miſericordia. Vides quo-
modo

mittebat peccata, quod proprium eſt Dei, inquit: Vt ſciatis, &c. Impoſsibile quidem erat in atteſtationem & confirmationem magnæ blaſphemiæ, quæ vniuerſum prorſus genus hominum id credentium commacularet, Deum concurrere, perficereque miraculoſum opus. Diligit quidem veritatem, & tam longe eſt ab eo mendacium, quàm iniquitas & mutabilitas. In demonſtrationem autem huius quòd ſine blaſphemia dixerit dominus Ieſus auctoritatiuè, & ſecundùm imperium: Dimittuntur tibi peccata tua: operatus eſt magnum miraculum: Sufficienter ergo tum ex his ab eo factis, & dictis, tum etiam ex ſententia inimicorum confirmauit & declarauit ſe eſſe Deum, qui peccata dimitteret. Aedere nimirum miracula vera ad reducendum hominem in Deum per fidè, quod Chriſtus intendebat, ſolius eſt diuinitatis: & diabolus ad hæc concurrere non poteſt. Teſtis enim falſitatis Deus eſſe non poteſt: quod ſumma ingenuitas eſt ſuæ naturæ. Peccator quidem & male viuens poteſt miracula facere: prædicans autem falſam doctrinam in atteſtationem illius non poteſt facere mirabile opus. Comparaquæ erga Eliam vidiſti cum his quæ apparent in Ieſu ſaluatore noſtro, vt ad plenum hanc rem deprehendas. Quid inquit Elias aduerſus cultores Baal, quem vt verum Deum adorabant? Domine Deus Abraham & Iſaac, & Iſrael, oſtende hodie quia tu es Deus Iſrael, & ego ſeruus tuus, & iuxta præceptum tuum feci omnia verba hæc. Exaudi me Domine, exaudi me, vt dicat populus iſte, quia tu es dominus Deus, &c. Cecidit autem ignis domini, & vorauit holocauſtum, & ligna, & lapides, puluerem quoque & aquam, quæ erat in aquæ ductu lambens. Non ſic Dominus meus Ieſus: non ſic curat in magno miraculo paralyticum. Non inquit: Exaudi me, exaudi me, Deus Abraham & Iſaac, & Iſrael. Non ſic orat. Quin potius: vt ſciatis quia filius hominis, (id eſt, ego, qui filius Adam ſum, ſimul & verus Deus) habet poteſtatem dimittendi peccata, &c. Et ad imperium in voce oris ſui, ſequutum eſt ſtatim admirandum opus. *Statim ſurrexit ille: & ſublato grabato abijt inde corã omnibus.* Mira domini virtus: ſine mora ſalus in iuſſu eſt. Statim (inquit) vt diuinum mandatum audiuit infirmitas, diſceſsit &

Pſalm. 50.

Lege beatũ Clemẽ. cap. 1. conſtitutionum Apoſtolicarum, de charismatibus Tom. 1. cõcion. 108.

NOTA

3. Reg. 18

A velut fumus diſparuit, cuius non eſt reperire veſtigium: & perfectò robori reſtituta ſunt membra: conſolidata & compaginata ad inuicem quæ antea diſſoluta erant. Statim, non in proceſſu temporis, paulatimuè, ſed abſque vlla mora: quod certè omnis natura non attingit: ſed ſuas diſpoſitiones prærequirit ad operandum, & ad inducendam formam perfectam: vtpote quæ finitæ eſt virtutis in actione. Non ſtatim & inſtantaneè operatur: ſed proceſſum expectat, & viam longam habet. In curatione autem paralytici cum diuinum Chriſti mandatum auditur. *Tibi dico, ſurge, tolle grabatum tuum*, ſtatim ſurrexit & tulit illud. Non dixit dominus, ſanus ſis, aut ex hoc te ſanum facio, aut aliquid ſimile: ſed qui vocat ea quæ non ſunt, ſcilicet iuuenem mortuum, qui à quatuor etiam ad ſepeliendum portabatur, dicens: Adoleſcens tibi dico ſurge, ſic alloquitur hunc paralyticum, tanquàm iam reſtitutum ſaluti. Tolle inquit grabatum tuum. Mirabilis potentia ſaluatoris: mirabiliterque comprobata in hoc ſigno, & curatione paralytici huius, ſed & in duritia B cordis ſcribarum. Qui ſi ad primum verbum, & mandatum domini Ieſu religioſum animum præberẽt, non opus eſſet tam præclarum argumentum virtutis ſuæ eis oſtendere. Sed contigit iſtis quod olim Pharaoni: Qui cùm duræ nimis ceruicis extitiſſet, nec dimittere vellet populum domini, magnificata & glorificata fuit in illo manus altiſsimi, per multiplicem demonſtrationem ſuæ poteſtatis. De quo in Exodo ſic legis: Ego ſcio quod non dimittet vos rex Aegypti, vt eatis, niſi per manum validam. Extendamque manum meam, & percutiam Aegyptum in cunctis mirabilibus meis. Quod vnico verbo Moyſes decantauit: Cantemus domino, glorioſè enim magnificatus eſt. Simile inuenitur in duriſsimis cordibus ſcribarum. Magnificatus eſt vehementer: non ſolùm in curatione paralytici, ſed etiam in demonſtratione ſuæ propenſiſsimæ voluntatis ad dimittenda hominum peccata, quòd mirum in modum demonſtrauit nobis, cùm inquit: *Quid eſt facilius dicere paralytico: dimittuntur tibi peccata, an dicere: Surge, tolle grabatum tuum, & ambula:* Quod ſi ad ſonum verborum tantummodò attendendum eſt, æquè

Rom. 4.

Luc. 7.

In duritia peccatorũ magnificatur Deus.

Cap. 3.

Exod. 15.

facile eſt dicere vnum aut alterum. Si verò
ad factum reſpicias, quod maius eſt opus, ip
ſum erit & difficilius. Dimittere autem pec
Pſal. 144. cata maius omnibus eſt. Miſerationes eius
ſuper omnia opera eius. Maiuſq; & longe
ſublimius eſt impium iuſtificare, quàm cun
Iuſtificatio impij quan tum opus. cta de nihilo creare. In potentia obedien-
tiali cũcta erãt ſubdita domino, ante quàm
vocaret ea: & ſtatim vt dixit, fiant, & man-
dauit, creata ſunt. Impium verò hominem
& rebellem, qui contradicit ſuo factori,
ſuiq; eſt iuris & arbitrij, conuertere ad pœ
nitentiam, & iuſtificare, ex termino, à quo
incipit opus, & ex termino ad quem deue-
nitur: maius omnibus eſt. Termini iſti ſunt
rebellis volũtas hominis, quæ mollificatur,
& excontradicente obediens redditur, &
conſortium & participium diuinæ naturæ
NOTA valde. per gratiã conſequitur. Quomodo ergo eſt
facilius dimittere peccata paralytico, quàm
ipſum corporaliter curare? Quod Deo op-
timo & maximo eſt charius, facilius ad ope
randũ, debet iudicari. Quid obſecro ita vult
Deus, ſicut impij conuerſionem & vitam?
Ezech. 33 Viuo ego dicit dominꝰ nolo mortẽ impij,
ſed vt conuertatur impius à via ſua & viuat.
Et vt vnico verbo dicam cuncta quæ in re D
hac deſiderantur, nunquam pro infirmorũ
curatione aut medicamine mortuꝰ eſt Chri
1. Cor. 15 ſtus: qui nimirũ mortuus eſt propter delicta
noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationẽ
Rom. 4. noſtram. In remiſsionem peccatorum effu
ſus eſt ſanguis Chriſti, non in medicinã pa-
ralytici hominis. Lõgè ergo efficacius vult
remiſsionem peccatorum, quàm corporum
ſalutem. Infirmitates corporales ab eo ſæ-
pè numero infliguntur ad ſalutem ſpiritalẽ.
Iam diſce quomodo veritatem habet ſer-
mo domini Ieſu: Quid eſt facilius dicere?
Quia certe ardentius noſtram ſalutem ſpiri
tualem amat, quàm corporalem, facilius eſt
illi dicere & facere ex parte ſua noſtram cõ
uerſionem, & dare gratiam remiſsionis, &c.
Cognoſce ex hac ſententia, eiuſq; interpre
tatione nobilitatem diuinæ naturæ: & ple-
nam cõſolationem inuenies, & fontẽ aquæ
viuæ, tu qui ex magnitudine criminum de-
ficiebas. In magnam ergo ſpem erigit men
Spes veniæ peccatorũ. tes noſtras verbum hoc: Quid eſt facilius di
cere? Propter hoc ſcriptum eſt: Et ſperent
Pſal. 9. in te qui nouerũt nomẽ tuũ, multũ eſt enim
ad ignoſcendum. Et idem propheta funda-
mentum ſpei, quæ nõ confundit, proponit:
Pſal. 113. illudque eſt timor domini: Qui timent do-
minum, ſperauerunt in domino, adiutor eo-
C rum & protector eorum eſt. Quæramus er-
go in hac hiſtoria venam timoris domini,
vt omnibus ſuis numeris abſoluatur doctri
na: quia certè inueniemus illam. Nonne ti- *Timor domini.*
more domini concutitur cor noſtrum, cùm
certò ex ſacris vtriuſque teſtamenti ſcriptu
ris conſideramus, quomodo quæq; occulta
noſtra crimina, ſiue operis, ſiue cordis mani *In iudicio omnia manifeſtanda.*
feſta futura ſunt in magno iudicij die, in cõ-
ſpectu omnium angelorum & cunctorum
hominum? Nonne iam incipit erubeſcere
mens & facies noſtra, cum attentè hæc me
ditatur, & fideliter in corde reuoluit? Dies
eſt dies ille dies reuelationis, & manifeſta- *Rom. 1.*
tionis occultorũ, etiam cordis. Omnes aſta
bimus ante tribunal Chriſti: vt referat vnuſ
quiſque propria corporis, prout geſsit, ſiue
bonum, ſiue malum. Et in eadem epiſtola *Cap. 2.*
dies iræ appellatur. Tunc manifeſta erunt
abſcondita cordis noſtri. Tunc, cum vene- *1. Cor. 17*
rit dominus, illuminabit abſcondita tene-
brarum, & manifeſtabit conſilia cordium:
cum ad rectitudinem diuini iudicij talis ma
nifeſtatio criminum pertineat. Nihil enim
tunc impunitum in ſequentis diei emenda-
D tionem relinquetur, quæ nulla iã erit. Om-
nia ergo ſunt manifeſtanda, quæ nunc diſsi
mulat dominus deſiderans, & mille modis
procurans noſtram pœnitentiam. Ecce er-
go vel paruum veſtigium illius vltimæ ani
maduerſionis, & inſuperabilis vindictæ.
Quid inquit dominus ad hos ſcribas? Quid
cogitatis mala in cordibus veſtris? Reuelauit eo *Imago futuri iudicij.*
rum cogitationem peſsimam, licèt cũ man-
ſuetudine & lenitate. Cogitationes appel-
lauit, quæ certè erãt definitiones & iudicia.
Blaſphemat, inquiunt. Reuelauit ſecreta
cordium, percuſsitque latens vulnus virga
oris ſui, & exiuit ſanies peſsimarum cogita-
tionum, vt quandam futuri iudicij imaginẽ
iam nobis proponeret ad timorem: ne in va
num ſine illo, & ſine emendatione peccato
rum, ſalutem ſperaremus & regnum. Eccle
ſiaſticus mirabilia de re hac docet. Illa tan-
tùm quæ huic negotio congruunt, conſide-
ra. Qui timetis dominum ſperate in illum. *Cap. 2.*
Optimè quidem. Cognitio enim omnipo-
tentiæ & iuſtitiæ illius puſillanimitatẽ cor
dis generat, & quaſi deficere facit: ideò ad-
didit: Sperate in illum. Spes ex cognitione
ſummæ illius bonitatis & miſericordiæ ac-
quiritur: & ſtatim inquit: Et in oblectatio-
ne veniet vobis miſericordia. Vides quo-
modo

modo timentibus Deum ſpei datur manda
tum, & promittitur in oblectatione miſeri- A
cordiæ? Et deinde: Qui timetis dominũ dili-
gite illum, & illuminabuntur corda veſtra.
Iuſtificatio impij ex quibus conſtet. Antea dixerat: Qui timetis Dñm credite
illi, & non euacuabitur merces veſtra: vt ex
his omnibus habeas mirabilẽ doctrinã iuſti
NOTA valde. ficationis impij: quæ nõ ſolum fide, aut ſpe,
aut timore dñi perficitur: ſed quàm maxi-
mè per dilectionẽ. Tria hæc coniungit ſa-
pientiſsimus Eccleſiaſticus ad noſtrã iuſti-
ficationem. Hæc eſt vena theſauri cœleſtis
inexauſtiq;, timor dñi. Per hunc ad fidem,
per hunc ad ſpem, per hunc ad pœnitentiã,
per hunc denique ad dilectionem, & præ-
ceptorũ obſeruantiam deuenitur, & regnũ.
Nã qui ſine timore eſt, nõ poterit iuſtifica-
Timor ſeruilis. ri. Vbi apertè de timore ſeruili agit: q̃ ex
vltimis verbis illius capituli ſecundi cõpro
batur, vbi ſic legis: Qui timent Dñm cuſto
diunt mandata illius, & patientiam habent
vſq; ad inſpectionẽ illius, dicentes: Si pœni
tentiam nõ egerimus, incidemus in manus
Heb. 10. dñi. Horrendũ autem eſt incidere in manũ
Dei viuẽtis. Vides quomodo de timore ſer
uili agat ſermonem, ſiquidem qui timent do
minum, inquiunt: Si pœnitentiã non egeri- B
mus, incidemus in manus dñi. Qui timore
filiali ex charitate naſcentis timet dominũ,
nõ timet cadere in manus, & iam egit pœni
tentiã. Initium ſapientiæ eſt timor dñi, quę
verba ad ſeruilem pertinent. Subdit nanq;
Eccleſiaſticus: Radix ſapientiæ eſt timere
Deum. Et alibi. Initium dilectionis timor
Timor ſeruilis bonus eſt. domini. Non eſt autem radix neq; origo di
lectionis timor filialis, ſed à ſapientia pro-
cedit, & creſcit, creſcente charitate. Proba
ex his quomodo timor ſeruilis bonus ſit, &
conceſſus à Deo hominibus, pro initio ſa-
lutis eorum. In quo habes aduerſus Luthe-
Lutherus in articulo 6. damnato à Leon. 10 rum validum argumẽtum. Timorem hunc
dixit Dauid eſſe à Deo in illa oratione.
Confige timore tuo carnes meas. Timore
tuo inquit, de ſeruili timore agens. Sed &
Pſal. 118. Apoſtolus Paulus. Non accepiſtis ſpiritũ
iterum in timore. Lex autem illa à domino
fuit lata: vt ex conſilio profundæ cogitatio
nis, pro illorum rebellium hominum ſalu-
te, terror illius concuteret viſcera eorum.
Concilium Triden. ſeſſion. 6. c. 6. Canon. 8. Non ergo timor gehennæ per quem ad mi
ſericordiam Dei dolentes de peccatis con-
fugimus, vel à peccato abſtinemus, pecca-
tum eſt, aut peccatores peiores facit. De
quo accipe elegantem ſimilitudinem bea-
ti Hieronimi ſuper illud Eſaiæ: Domine in
A anguſtia requiſierunt te. Sicut ad partum *Cap. 26.*
mulier appropinquans dolore, cogitur ex- *Hieronymus ibi.*
cla mare, ſic nos in anguſtia requirimus te:
& a facie fortitudinis tuæ concepimus: &
parturiuimus, & peperimus non carnis libe-
ros, ſed ſpiritus. Et beatus Auguſtinus aliam *Augu tractatu 3. ſuper Canonicã Ioan. & refertur de pœnitentia. diſt. 2. cap. ſicut ſeta.*
ſimilitudinem de re hac proponit graphicè
huiuſcemodi timorem comparans ſetæ ſu-
toris, quæ linũ introducit. Enimuerò quẽ-
admodum ſeta non eſt ſatis firma, vt poſsit
fruſta corij conſuere, ſed eſt accommoda ad
inducendum filum, quòd intrans, foras ex-
cludit ſetam: ſic timor ſeruilis per ſe non ſuf
ficit amicitiam inter nos & Deum conglu-
tinare, ſeruit autem charitati inducendæ.
Habes itaque ex omnibus his vtilitatem *Lege beati Chriſoſtô. li. 1. de compũctione cordis, & Tertulianũ lib. a aduerſus Marcionẽ*
timoris domini, & bonitatem eius. Ortum
que habuit & originem vniuerſa conſide-
ratio hæc ex verbo illo domini Ieſu adiici
bas, quid cogitatis mala in cordibus ve-
ſtris? vbi quod pro futuri iudicij die eſt re-
ſeruatum, contra hos completur ex parte,
cũ ſecreta cordis eorum manifeſtauit domi
nus. Quòd in Dauide habes perfectiſsimè:
Tu feciſti, abſconditè: ego autem faciam
B verbum iſtud in conſpectu omnis Iſrael, & *2. Reg. 12.*
in conſpectu ſolis huius. Nec per hæc tibi
licet reuelare ſecreta peccata fratrum, quia
dominus vniuerſorũ aliquando hoc fecerit.
Tanquã dñs enim illa operatus fuit, vel ad
flagellum duriſsimũ ingratitudinis Dauid,
vel ad ſuam gloriam, ſicut in his ſcribis cõ-
probatur, vt manifeſtaret ſuam diuinitatẽ
pro noſtra ſalute. *Et ſublato grabato abijt coram omnibus, ita ut mirarentur omnes. Et honorificarent, & glorificarent Deum dicentes: quia nunquam ſic uidimus.* Nõ enim paulatim
ac tandem ægre cœpit ſeſe mouere, ſed ala-
cer ad vocem domini ſe erexit, quaſi nullã
ſenſiſſet paralyſim; ac ſublato in humeros
lectulo per confertam hominũ multitudi-
nẽ egreſſus eſt, nouum & ante hàc inuiſum
omnibus ſpectaculũ exhibens: vt qui pau-
lò antè velut exanime quoddam cadauer
à quatuor baiulis lecto affixus deportaba-
tur, nunc gaudens, tantæ etiã ſarcinæ geſtã-
dæ ſolus ſufficeret. Datur locus exeunti,
qui venienti denegatus fuit. Quotquot au-
tem aderant, præter ſcribas, inſolito miracu
lo ſtupefacti, glorificauerunt Deũ: qui in
oculis eorũ tanta mirabilia operabatur, &
ingenuè confitebantur inter omnia quæ
narrãtur à ſanctis ſuperioribus peracta, aut
quæ

quæ ſuo ſæculo vidiſſent à ſanctis viris fieri, nihil huic operi ſimile extitiſſe. Ex quibus omnibus comprobatur illud opus non phantaſma eſſe, ſed verum & ſolidum, mille teſtimonijs comprobatum. Miraculum enim mendax deficit à ratione vera miraculi, ſicut apparet in præſtigijs: quando per dæmones deluduntur aſpectus, vt aliud videatur quàm eſt: ſicut fecit Simon magus faciens decollari arietem, & poſtea oſtendens illum viuum: & homo decollatus poſtea oſtēſus eſt viuus, & creditum fuit quòd reſurrexerit. Hæc faciebat commutando phantaſmata, & deludendo ſenſus. Hæc autem longe abfuerunt à ſanatione huius paralytici, qui viſus fuit & comprobatus infirmus, ac deinde probata fuit illius ſanitas ab vniuerſa illa multitudine. Appatuitq; effectus ſanitatis: & cauſa agens, & finalis cōprobatæ fuêre, cùm à domino Ieſu & ab imperio ſuæ vocis duxerit originem, & in confirmationem ſuæ diuinitatis illum ſanauerit, dicens: Vt autem ſciatis, &c. In quo ſecunda ratio falſi miraculi deficit. Quando namque apparet effectus, & neſcitur, quòd verè ſit naturalis, cauſa tamen occulta, tunc deficit ratio miraculi. Quod familiare eſt dæmonibus: quia virtutes naturæ ſciunt, & quia habent determinatas efficacias ad ſpeciales effectus. Nota quòd Petrus Apoſtolus apud diuum Clemētem, aliqua de dextris ſignis dicit eſſe admiſcenda ab Antichriſto, ſcilicet vel vt dæmones faciat fugere, vel ægritudines ſanet. De hac re beatus Auguſtinus eſt legendus, & ſanctus Thomas, & beatus Gregorius. Paſsim tamen & communiter Antichriſtus mendacia ſigna faciet ex cauſis naturalibus à ſe ſcitis, cooperantibus dæmonibus ad inſtantaneos effectus, in finem tamen iniquum: vt oſtēdat ſe Deū eſſe, & extollatur ſuper omne quod eſt aut dicitur Deus. Chriſtus autem ad reducendas animas in Deum per fidem ædebat miracula, qui finis debitus eſt, & ſanctiſſimus veris miraculis. Vnde veriſsima comprobata ſunt. Sic paralyticus abijt coram omnibus tollens grabatū ſuum: conualuit enim ſubitò & perfectiſsimè. Quod conſiderantes illi homines, mirati ſunt, & glorificabant Deum dicentes: quia nunquam ſic vidimus. Damnata blaſphemia, ad gloriam Dei vertuntur. Hoc ſummis votis erat domino Ieſu deſiderabile, qui manifeſtare venerat nomen patris ſui hominibus: quanta

Miraculū mendax.

Simon magus.

Lege beatū Clementem li. 1. recognitionū ad Iacobum fol. 20. uſq; 22. per totum.

Clemēs li. 3. recognitionum. fo. 48.

Aug. li. 20 de ciuitate Dei. Tho. 22. q. 113. ar. 1. in reſponſ. ad. 2. arg. Beat. Greg. lib. 32. ſuper Iob. ca. 11

ſcilicet ſit eius gloria, & maieſtas, quantoq; C timore & reuerentia omnes deberent corā illo agere. De qua re proximè dederat mādatum in lege. Luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant veſtra bona opera, & glorificent patrem veſtrū qui in cœlis eſt. Eius quidem gloriæ omnia debent deſeruire, quia omne datum optimum, &c. Nec ſumus ſufficientes cogitare aliquid à nobis, tanquàm à nobis: ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt. Deus eſt qui operatur in nobis velle & perficere. Deſidera ergo ô homo, domini Dei tui gloriam & honorem, in cunctis operibus tuis. Omnia in gloriam eius facito, & eius bonitati quæcunq; habes bona aſcribe. Glorificauerunt illi homines Deum dicentes: *Quia nunquam ſic vidimus.* Cum inquiunt, nunquam ſic vidimus, non tantùm de ſe ipſis hoc teſtantur: ſed & patres ſuos ſuperioris ſęculi comprehendunt. Nunquàm ſic vidit præteritum ſæculū, neque ſub Moyſe, vel Ioſue, aut Elia, & Eliſeo: denique ſub nullo propheta: ū ſic viderunt vnquàm ſui ſęculi homines. Maiora viderunt & acceperunt ſæcula patrum antiqua: Vel cùm Moyſes fecit terribilia in cāpo Thaneos, vel cùm diuiſit mare, vel cùm D aperuit terram & deglutiuit Datham, &c. Maiora fecit Elias ſuſcitans puerum: deſcendereq; faciens ignem de cœlo non ſemel: ſed nunquàm ſic viderunt, neq; illi, neque poſtmodum in Apoſtolis, quibus promiſerat: Maiora horum faciet: Nunquam ſit quiſquam patriarcharum, prophetarū, apoſtolorumue aliquis, & credentes diſcipuli fecerunt. Per propriam poteſtatem nō operabantur mirabilia: non per propriam diuinitatem ſuſcitabant mortuos, aut aperiebāt mare, &c. Cùm Dij non eſſent: ſed nudi homines, & puræ creaturæ. A domino exorabant ſuffragium: à domino obtinebāt virtutes, & quæcunque mirabilia faciebant. Non eorum gloriæ deſeruiebant opera manuum ſuarum. Chriſtus autem: Vt ſciatis quia filius hominis habet poteſtatem, &c. Tibi dico ſurge: & ſurrexit. Nunquàm ergo ſic vidit quiſquam mortalium. In eundem ergo ſenſum in quo accepiſti in ſuperioribus aduerbium illud Sic, quod determinabat modum loquendi, cùm aduerſus dominum dixerunt: Quid hic ſic loquitur? Blaſphemat: ita nimirùm in præſentiarum Sic, aduerbium eſt accipiendum: in hunc ſenſum. Nunquàm ſic vidimus. Ita vt modum in

Luc. 5.

Iacob. 1.
2. Cor. 3.
Phili. 2.

NOTA valde.

Pſalm. 77. 135. 105.
Exo. 14.
Num. 16.
3. Reg. 17
3. Reg. 18

Ioan. 14.

Sic aduerbium exponitur.

In operando demonſtret, non ſubſtantiam
operis. Maiora ſiquidem his in Iſrael ap-
paruerunt ſub patr.bus, & deinde ſub A-
poſtolis: vmbra tantum Petri ſanabat in-
Acto. 5. firmos, ſicut teſtatur beatus Lucas. De quo
& ſimilibus dominus dixerat: Qui credit
in me, hæc faciet, & maiora horum fa-
Ioan. 14. ciet. Non tamen Sic, faciet. Dedit nanque
eis poteſtatem ſuper omnia dæmonia, & vt
Marci. 6. infirmos curarent. Et ipſi vt domino fide-
les ſerui, confitentur vbique mirabilia face-
re, non ſua virtute, ſed in nomine Ieſu: ſicut
apparet in beatiſsimo Petro, cùm ſanauit il-
Acto. 3. lum claudum ab vtero matris. Teſtatus eſt
Petrus ſupremum decus & antiquiſsimorũ
Dionyſius cap. 3. de diuinis nominibus, inde tranſitu uirginis, ſic illũ appellat Theologorum culmen cũ Ioanne dilecto
diſcipulo: Viri Iſraelitæ quid miramini in
hoc; aut nos intuemini, quaſi noſtra virtu-
te & poteſtate fecerimus hunc ambulare,
&c. In fide nominis eius, hunc, quem vos
videtis & noſtis, confirmauit nomen ejus,
&c. Per hæc ergo quæ diximus facilè pro-
babis ſuperiora, & ad ſequentia viam ape-
ruimus, & oſtium ad loquendum. Ad Euan
geliſtam reuertamur. *Et egreſſus eſt rurſus
ad mare, omniſq; turba ueniebat ad eum, & doce*
Miracula Chriſti ſigillum. *bat eos.* Poſt curationem paralytici, in quo
clarum ſuæ diuinitatis oſtendit ſignum tan
to miraculo confirmatum: quod fuit velut
irrefragabilis auctoritatis ſigillum, quod ne
que dæmones, neq; peſsimi eorum diſcipu
li obſcurare potuerunt, poſt curationem in
quàm illam & vniuerſæ ciuitatis doctrinã,
egreditur ad mare: dans locum ſcribarum
odio & calumnijs, fugienſq; laudes & ho-
nores populi illius. Nec ob id ſemetipſos
cõtinent, quin potiùs certatim conueniunt
ad Ieſum: & docebat eos. Deſiderabat eos
ad lumen veritatis, & iugum ſanctæ legis
per fidem & dilectionem trahere: vnde nul
lum non præterit locum & tempus doctri-
næ accõmodum, vbi non diffundat ſemina
ſelectiſsimę doctrinę. Nunquàm aliquis au
ri & argumẽti ſic cupidus fuit, ſicut dñs Ie-
Solicitudo Chriſti in prædicãdo. ſus ſalutis animarũ. Nulli parcebat labori,
in domib⁹, in ſynagogis, in agris, in mari in
nauibus, vbiq; docet de regno Dei. Quod
poſt modũ mandauit Petro, & inſignũ ma-
gnæ dilectionis ab eo exegit: Si diligis me,
paſce oues meas. Habent per hęc, doctrinã
Ioan. 21. & exemplũ prælati, & paſtores euãgelizan
di populis ſibi commiſsis, docendiq; de di-
uina lege & ſacramentis per ſemetipſos, etiã
rudes agricolas, & certè hos maximè: quod
ſummè demãdatum illis eſt. Propter quod, *Reſidentia epiſcoporũ*
A etiam ſi alia obligatio eos non inuolueret,
tenentur reſidere in ſuis diœceſibus, & vi-
ſitare ſuos, & vultum pecorum agnoſcere, *Cap. ſi rector. 43. d. cap. aduerſus. 7. q. 1. niſi de renũtiatione Ezech. 33. 34. Cõcil. Triden. ſeſſion. 6. c. 1,*
& eorũ cuſtodię inuigilare: cum nimirum
de manib⁹ ſuis, ſanguis ouium à domino ſit
requirendus. Eos, qui ad regulam magiſtri
& ſaluatoris componunt, & moderantur
officium paſtorale, ſibi à domino commiſ-
ſum, iam beatificat ſanctus Eſaias in hæc
verba: Beati qui ſeminatis ſuper omnes a-
quas, immittentes pedem bouis & aſini.
Aquæ multæ. populi ſunt multi. Beati er-
go paſtores & doctores qui ſeminant ſuper *Cap. 32.*
omnem populum. Niſi enim per aquas E-
uangelicus propheta populos intelligeret, *Aquæ populos ſignificant.*
vanum quidem eſſet beatificare, imo opor
teret reprobare qui ſeminant ſuper omnem
aquam. Quem obſecro fructum tale ſemen
referret? Quomodo pedem bouis & aſini
immittere poſsint ſuper aquarum fluctus?
Manifeſtè ergo per aquas populos intel-
ligit. Qui ergo ſuper omnem populum
ſeminant cum omni ſollicitudine, quàm
per pedem bouis & aſini deſignat Prophe-
ta: ij nimirum beati ſunt, & conſequen-
B tur coronam gloriæ ſublimis & præcellen-
tis. De ciuitate ergo ad mare egreditur
Saluator ferens rete mirabilis virtutis, &
hamum potentiæ ſuæ inſuperabilis, ad ex-
trahendum magnum piſcem de profundo
maris, negotiationis ſcilicet ſæcularis, in
qua fluctus indies, & aſsiduè intumebant
auaritiæ & cupidinis. Hic magnus piſcis
eſt beatus Matthæus. De quo ſanctus E-
uangeliſta. *Et cùm præteriret, uidit Leui Al-
phæi ſedentem ad Teloneum: & ait illi: ſequere
me. Et ſurgens ſecutus eſt eum.* Non ſatis
mirari poſſum pro rei quidem magnitu-
dine, conſilium intuens, & arcanum cordis
domini Ieſu. Quippe qui veniens ad voca
tionem huius Apoſtoli, quaſi præter om-
nem intentionem, & caſu quodam videtur
vocaſſe illum. Deſcribit ſanctus Euangeli-
ſta aduentum eius ad mare, conuenientes
turbas, & eis conceſſam prædicationem, &
cùm iam diſceſsiſſet, quaſi non veniſſet prin
cipaliter ad ſalutem tanti viri, cùm iam
præteriſſet, vidit Leui Alphæi, & voca-
uit eum. Nonne ad vocationem hominis
iſtius veniebas domine Ieſu? Nonne con-
uerſionem huius viri in æterno tuæ ſa-
pientiæ conſilio decreueras? Nonne ex-
cellenter præordinaueras virum hunc
publi-

publicanum, ad ſublimioris gratię gradum, & apoſtolatum: Quid ergo eſt quod vocaturus eum, quaſi in tranſitu reſpicis in eum, & euocas vt te ſequatur? Moralis eſt hæc lectio, vnde expoſitionem eius à doctrina aggrediar. Certe in hoc docemur quàm ſoli noſtræ vtilitati & coronæ conſulit Deus in omnibu, quæ propter nos facit, & in ſingulis quæ nobis præcipit: bonorum noſtrorum non indigens, neque ex ſalute noſtra, vel laude accreſcens, magna munera cōfert, & ſibi ſeruire obnixe præcipit. Summus, perfectiſsimus, ęternaliter infinitus quid obſecro ex nobis lucrari poteſt? Nihil certè: quin potius vel ſolo oculorum ſuorum intuitu implet omnia gaudio, & exornat pulchritudine, & ditat ſua benedictione. Alacri be ergo ô homo diuinæ liberalitati & magnificentiæ dni, qui nullo modo ſua actione perficitur, ſicut ſol illuminans mundum non redditur clarior, aut venuſtior: alcribe inquam diuinæ bonitati, ſiue tuam vocationem, ſiue tuam iuſtificationem, ſiue magna à te exquiſita ſeruitia & aſsiduum famulatum. Hæc omnia non illum honeſtant, ſed te creſcere faciunt, & exornant. Secundò omnipotentiæ domini Ieſu cognoſce virtutem, qui pertranſiens, ac ſi de illo non curaret, vocat publicanum ad ſui diſcipulatus obſequium, & obedientiam, ad quæ erat neceſſaria perfecta renuntiatio omnium quæ poſsidebat, & deſiderare poterat: non quidem promiſsis factis, aut huius vitæ, aut futuræ bonorum: non videbis obſecrationis verbum, aut compoſitum, & exornatum per artem ad perſuadendum, ſed hoc fuit verbum vocationis: Sequere me, & ſurgens ſecutus eſt eum, relictis omnibus. Qualis potentiæ eſt id opus? Quantum & iure quidem, magnificaſti virtutem Chriſti in paralytici curatione? Quantum admiratus fuiſti? Imò certè obſtupuiſti: ſed attende huic hiſtoriæ, nec minora videbis. Hic Leui Alphæi proprio nomine Matthæus eſt: ſicut ipſe teſtatur in ſuo Euangelio. In quo profundam tanti Apoſtoli lauda humilitatem. Cùm enim Lucas & Marcus propter verecundiam & honorem Euangeliſtæ noluerint vulgatum nomen deſcribere: ipſe ſe publicanum & telonarium profitetur: vt profeſsionem humilitatis perpetuis ſæculis commendam deſcriberet, & oſtendat legentibus, nullum debere conuerſum de ſalute diffidere, cùm ipſe de publicano in Apo-

Liberalitas Dei erga nos.

Similitudo

Humilitas Matthæi Apoſtoli.

C ſtolum, de Telonario in Euangeliſtam ſit repentè mutatus. Id enim genus hominum quanquam vbiq; populis eſt inuiſum, tamē apud Iudæos habebantur abominabiles. Redimunt enim magna ſumma à principe officium tale: eoq; ferè, quò plus lucri faciant, inclemēter extorquent ab omnibus, odioſeq; negotium peragunt, nautis ac viatoribus, quibus ſæpenumerò aliunde ſatis eſt incommodi, moleſtiſsimi erant. Totus ergo cum eſſet intentus Leui negotijs ſæcularibus & pecunijs, longè infirmior ſpiritualiter, quàm credi poteſt inter homines illi⁹ farinæ, vocatus à Chriſto, *Surgens ſecutus eſt eum.* Subitò mutatus, relicta ſella quæſtuaria, & diuitijs, ſecutus eſt pauperem magiſtrū. Mirabilis virtus vocis domini: in qua eſſe illum comprobauit, qui olim Abrahæ locutus eſt: Egredere de terra tua, &c. Et veni in terram quam monſtrauero tibi: & ſurgens ſecutus eſt eum, neſciens quo iret. Sed qui ſublime mandatum dabat his patribus, cor docile, & obediens præparabat ad obſequium. Certè omnipotens, verè miſericors. Magnum iudicauimus quòd piſcatores ignobiles vocauit ad apoſtolatum: ſed D piſcatoria ars nō inhoneſtum habet quicquam, non parat dentes rapinæ, & quæſtibus æſtuat: nō quærit rapere aliena, ſed paucis & ſine diſcrimine proximorum eſt contenta. Teloneum autem multa mala habet: & de illo vocatur beat⁹ Matthæus ad Apoſtolatum. Sed audi diuinæ gratiæ altiora præconia, vt in adorationem miſericordis Dei noſtri ſuper faciem tuam corruas, & laudes diuinam liberalitatem erga homines. Paulus adhuc ſpirans minarum, & cædis in diſcipulos domini, furibundus quidem, blaſphemus ſupra modum, perſequens Eccleſiam Dei, cæſor vinctorum in carcere, iuxta Damaſcum vocatus à domino Ieſu eſt. O verè omnipotentem, O miſericordem. Crimino ſum hominem, aduerſus ipſum dimicātem vocat de ſede maieſtatis in excelſis: cui ſi placeret, ipſa terra eum deuoraſſet, deſcendiſſetq; in gehennam. Nihil horum facit: ſed quærula voce eum alloquitur: Quid me perſequeris? Sicut olim Dauid Saulem, ad indulgentiam inuitat: ad apoſtolatum ſubitò aſcendit, & totius mundi fit clarum lumen, & decus cœlorum. & Eccleſiæ inextimabile ornamentum. Et qui obſcuratis luminaribus cæcū deiecerat, & proſtrauerat ſuper terram, velut piſcem palpitantem, & tremen-

Publicani.

Gen. 12.

Piſcatoria ars.

Act. 9.

1. Tim. 1.

1. Reg. 16

trementem, denique omnibus viribus de-
ſtitutum, ei ipſe cor docile, & obediens
concedit. Vnde ex tota anima ſua, in tota
voluntatis plenitudine reſpondet: Domi-
ne quid me vis facere? Et Matthæus de Te
loneo ſurgens ſecutus eſt eum. Prædictum
Pſalm.67. quippe erat in propheta: Aquam volun-
tariam ſegregabis Deus hæreditati tuæ. In
hac excellentis gratiæ aqua, per quam cor
recipientis fœcundatur, nimis voluntarium
Rom. 8. redditur. Benè etiam à Paulo dictum eſt,
Quos prædeſtinauit, hos & vocauit. Væ
qui contradicit vocanti Deo. Væ qui ob-
turat aures ſuas, ne audiat vocē domini poſt
tergum monentis. Ad duritiam mentis hu
iuſmodi homo currit; qui renuit, qui pro-
Pſal.4. craſtinat, qui deniq; contradicit. Aduerſus
quem eſt ſermo domini in propheta: Filij
hominū vſquequo graui corde. Ecce exem
plum ſublime quod imiteris, *Surgens ſequu-
tus eſt eum.* Vtrunq; eſt neceſſarium, & ſur-
gere, & ſequi vocantem dominum. Sedebat
qui diu male vixerat, qui per multa tempo-
ra auaritiæ ſtudium, omne, omnemq; ſolici
Similitudo tudinem impenderat. Hic ſurgit velut auis,
quæ propter cibum intra laqueum iam iam
tenebatur capta: quæ, relicto cibo, ſumma
velocitate in altum fertur, neque vltra ad lo
cū in multa fame reuertitur. Sic Matthæus:
1.Petri.1. Sic quicunque per diuinā gratiam certam
faciunt ſuā vocationē & electionē per ope
ra bona, non vltra ad teloneum cōuertun-
tur: Et in gratiarum actione concelebran-
do diuinas laudes decātant cum propheta:
Benedictus Deus qui non dedit nos in cap-
Pſal.123. tionem dentibus eorū. Anima noſtra ſicut
paſſer erepta eſt de laqueo venantium. La-
queus contritus eſt, & nos liberati ſumus.
Sed nō noſtra virtute aut induſtria tantùm
Liberatio à peccatis, quale opus & quantū. bonū accidit nobis. Quin potiùs: Adiuto-
rium noſtrū in nomine dñi. Et ſtatim expo
nit quantū bonū ſit talis liberatio à laqueo
venantium, cùm omnipotentiā altiſsimi cō
mendat: Qui fecit cælum & terram. Hic eſt
omnipotens. Adiutorium ad tantum opus
qualis eſt noſtra liberatio, ab eo qui omni-
potens eſt, quæri debet: non à lege, non à
Moſe, non à prophetis, nō deniq; à Ioāne:
Rom. 11. ſed ab eo qui fecit cœlum & terrā. Noli ergo
altum ſapere: ne dicas in corde tuo: Fortitu
do mea & potentia manus meæ fecit mihi
virtutē hanc magnam: ſed memoraberis do
mini Dei tui: quia ipſe dat fortitudinē, & fa
cere virtutem. Adiutorium noſtrū in nomi
ne dñi, qui fecit cælū & terrā. *Surgens ſecu-*
C *tus eſt eum*: Nō ad horā vel menſem: non ad
annū: ſed perpetuò adhæſit dño, nec reuer-
titur vltra ad teloneum, quia ſedile illud
immundū erat, & lucra peſsima habebat: Pe *Ioan. 21.*
trus verò ad mare & rete, vnde vocatus eſt,
reuertitur: & quidem poſt cōprobatam dñi
reſurrectionem & glorificationem: quia
negotium quod ante cōuerſionem ſine pec
cato extitit, hoc etiam poſt conuerſionem
repetere, culpa non fuit. Sic Paulus ſcenofa *Act. 18.*
ctoriam non reliquit poſt ſuā conuerſionē.
In quibus omnibus habes exempla ſanctita
tis & doctrinæ: ſed non minùs conceditur
confidentia magnis peccatoribus ex mira-
bili vocatione Publicani: qui non ſolùm di *Spē nō ſolum ueniæ, ſed & perfectionis ex uocatione Matthæi.*
uinam gratiam, & criminum remiſsionem
debent quærere, verùm & ad altitudinem
perfectionis conſcendere, & mutare forti-
tudinem, quam in multis peccatis exercue-
rant, in eam, quæ ſanctitati & iuſtitiæ de-
ſeruiens, reparat ad plenum anteactæ vitæ
malā, & conſtruit habitaculum Dei inha- *NOTA*
bitationi. Paulus verò apoſtolus tantum à
nobis ad ſeruiendū iuſtitiæ exquirit, quan- *Rom. 6.*
tum immunditiæ exhibuimus in condem-
D nationem. Humanum dico propter infir-
mitatem carnis veſtræ: ſicut enim exhibui-
ſtis membra veſtra ſeruire immunditiæ, &
iniquitati, ad iniquitatem: ita nunc exhibe-
te mēbra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctifica
tionē. Vbi Origenes: Pudorem quendam *Orige. lib. 6. in cap. 6 ad Romanos.*
per hoc incutit Apoſtolus auditoribus, vt
hoc ſaltim obſequij dependant iuſtitiæ &
ſanctificationi, quod prius immunditiæ &
iniquitati detulerant. Quid ergo tam hu-
manum hoc eſt, quid tam leue, quid tam ſi-
ne onere, & quòd nulla ratione prorſus
poſsit infirmitatis excuſari? In glorioſum
quidem eſt, vt ita quis virtutibus, ſicut vi-
tijs inſeruiat, &c. Hoc multæ curæ eſt no-
ſtro inimico, qui modis omnibus diffiden-
tiam ad conſcendendum ſanctitatis cul-
men nobis per multa difficilia, & impoſsi-
bilia proponit, vt faciliùs ad vomitum re-
deamus. Cùm verum ſit quòd viri illi qui
Senatores & magiſtratus fuére in Eccle-
ſia, & magnificantur à Deo, extiterunt o-
lim ſcelerati, & nequam homines. Quis
fuit Dauid? Quis Paulus? Quis Petrus?
Quæ mulier illa peccatrix? Quis Mat-
thæus? Et hi omnes ad culmen ſancti-
moniæ conſcenderunt, & nunc coronis au-
reis magnificātur in cælorum ſublimitate.
Noli

NOTA Noli ergo dicere in corde tuo. ſatis mihi eſt
ſi veniam peccatorum à domino inuenero: C
Num. 13. noli dicere: Populus quem aſpeximus pro-
ceræ ſtaturæ eſt, ibi vidimus monſtra quæ-
dam filiorum Enac de genere giganteo, qui
bus comparati, quaſi locuſtæ videbamur:
ſed dic cum Caleb: Aſcendamus & poſsi-
deamus terram, id eſt, culmen ſanctimoniæ
& perfectionis, nō eſt enim abbreuiata ma
nus domini, &c. Habe in exemplum bea-
tiſsimum Matthæum, qui vocatus ſurrexit,
& ſequutus eſt dominum, non pedibus tan-
tùm, ſed fide, deuotione, obedientia, & di-
Cap. 5. lectione, &c. *Et factum eſt cùm accumberet in*
domo illius, multi publicani & peccatores, ſimul
diſcumbebant cùm Ieſu, & diſcipulis eius. Bea-
tus Lucas inquit: Et fecit ei conuiuium ma
gnum Leui in domo ſua. Matthęus rem ma
gnam & precioſam margaritam ratus ſe in-
ueniſſe, apparat conuiuium ſplendidum, &
magnificum, & rogat dominum Ieſum, vt
ad domum ſuam diuertat. Qui obtempera
uit vocanti, interpellat ad conuiuium. In
quo non vt homini pauperi Chriſto deſer-
uire decernebat, ſed tanquam domino vni-
uerſorum: cuius virtutem in multis fuerat
expertus: ſed in primis in ſua conuerſione. D
Vnde cum audis, fecit conuiuium ei, certò
ſciat, quòd Chriſto vt pauperi inſeruire de
cernebat: cum autem dicit Lucas conuiuiū
magnum, magnitudinem Chriſti Ieſu con-
Mattheus ſiderabat. In vtroque habes doctrinam. Do
quanta do- cet reuerentiam in Deum, & liberalem mi-
ceat in ſua ſericordiam ad pauperes. Iam redimebat
cōuerſione peccata ſua eleemoſynis & miſerationibus
in pauperes. Iam docebat fructus pœniten
tiales, ſacraque exercitia poſt veniam pec-
catorum. Iam eorum, quos habuit in crimi
ne ſodales, deſiderat & procurat ſalutē, cùm
multos alios publicanos adducit ad com-
munem menſam cum Ieſu. Sperabat enim
fore, vt quemadmodum fuiſſet ipſe voca-
tus à domino, itidem & plures, quos habue
rat infamis quæſtus ac vitiorū ſocios, Euan-
gelicæ philoſophiæ, quæ largitur opes cœ-
leſtes, haberet condiſcipulos. Hanc ſpem
præbebat perſpecta Ieſu domini noſtri ſin
gularis in omnes clementia. Docet denique
quod in Petro valde commendatur, ſcilicet
facere certam per bona opera noſtram vo-
1. Pet. 1. cationem. Non enim vocauit nos Deus in
1. Teſ. 4. immunditiam: ſed in ſanctificationē. Quid
NOTA eſt in ſanctificationem? Vt qui per Dei vo
valde. cationem & ſuam conuerſionem ſanctifica
tus eſt, ſanctificetur adhuc. Quid eſt adhuc?
C Amplius & amplius, quotidie, per omniū
virtutū exercitia. Obſerua quàm vere mu
tatio hæc fuit dexteræ excelſi. Qui vecti-
galis exactor importunus, ſitiens præ auari
tia in Teloneo ſedebat, iam erga pauperes
Chriſti diſcipulos eſt liberalis. Siquidē ip-
ſe dominus, qui hunc exterius humana allo
quutione, vt ſe ſequeretur vocauit, intus di-
uina inſpiratione, vt mox vocantem ſeque
retur accendit: ipſe inuiſibiliter quo modo *Signum di*
ſequēdum eſſet edocuit. Habes ergo ſignū *uinæ uoca-*
tuæ vocationis, cùm incipis terrena ac tem *tionis.*
poralia deſpicere, & erogare egentibus. Li
berales facit Dei vocatio: ſpem ſiquidem
ſeminat æternitatis & regni, & fructus hu-
ius ſeminis eſt miſericordia magnifica in
pauperes Chriſti. Spes æternitatis tempora
lia contemnit, & velut ſtercus arbitratur:
omnia mundi gaudia ſpes regni, vt pulue-
rem deſpicit, & vt ruſticorū caſulas luteas.
Sic Apoſtolus ex æternorum conſideratio
ne & inuiſibilium, temporalium & viſibi-
lium iocunditatum docet contemptū. Nō 2. Cor. 4.
deficimus, licèt is qui foris eſt noſter homo
corrumpatur. Non contemplantibus nobis
D quæ videntur, ſed quæ non videntur: quæ
enim videntur temporalia ſunt: quæ autem
non videntur æterna. In magnæ huius phi
loſophiæ præcepto ſumma diuitiarum ſpi-
ritualium repoſita eſt. Nota quod non ſo-
lum miſericors & liberalis inuentus eſt bea
tus Matthæus, ſed cultor pietatis & religio
nis in Chriſtum. Quem ſi vulgarem homi-
nem vel prophetam iudicaſſet, non ita ma-
gnum & ſplendidum conuiuium paraſſet.
Vel panem, vel aliquid amplius in cibum
illius diei apponeret: non ad menſam ſuam
illū vocaſſet: forſan cum ſeruis vel ad oſtiū
domus panem concederet: at cùm conui-
uium regium parat, cunctis excelſiorem re-
putat Chriſtum. Obſerua quàm lætus dies
in domo Leui, propter ſuam conuerſionem
agitur. Non contriſtatur, qui ſtatim ab illa
hora cuncta deberet dimittere, & dare pau
peribus, perſeuerareque in maxima pauper-
tate. Non contriſtatur etiam ſi ab illo tem- *Matthæi*
pore, vſque ad exitum vitæ mille calamita- *gaudiū pro*
tes & miſeriæ illum excipiebant. Sed gau- *ſua conuer*
det, iocundatur, diem agit lætitiæ, & feſti- *ſione.*
uum valde: & epulatur ſplendide, facit ma-
gnum conuiuium in domo ſua præ gaudio
inuentæ pretioſæ margaritæ. Plenam &
perfectam, & ex toto corde comprobat
ſuam

ſuam conuerſionem: cognouiſſeque diui-
næ margaritæ ſplendorem. Vnde cum Da A
Pſal.118. uide dicere poterat: Paratus ſum & nõ ſum
turbatus, vt cuſtodiam mandata tua. Quan
tum eſt hoc ſi noſti? Quales aut quantas
vires requirit? Attende & obſerua dili-
genter quæ legis. Sublime, altum, maxi-
mum eſt, quòd auarus ex multis diebus, qui
cuncta in ſua conuerſione debet relinque-
re, non ſolùm ſit paratus, verùm quòd non
turbetur. Quantum eſt quod delitioſus
homo, riſus & otij amator, audiat ad ſuam
conuerſionem præparatum gemitum, &
flagellum, & non contriſtetur? Quantum
eſt quòd debeat antiquas delitias à ſe, & à
cogitatu ſuo abijcere, & quod non contri-
ſtetur, nec turbetur? Pro magni huius ope-
ris perfectione manus Domini valde eſt
neceſſaria: nec ſine cœleſtis dulcedinis gu-
ſtu fit. Quanta & quàm vtilia ex his quæ
diximus, ad noſtram doctrinam poſsint
Langor conuerſorũ ad dominũ. decurrere, ſatis eſt per ſe notum. Conuin-
citur cor noſtrum quanta langueat infirmi
tate, cùm vel vnius argenti reſtitutio per
miniſtrum pœnitentiæ demandatur: tur-
batur & contriſtatur miſer homo, qui pa-
ratus non erat, ad ſanctæ legis cuſtodiam. B
Turbatur qui audit: Reddendus eſt pro-
ximo honor obſcuratus: & propter ſui
cordis ſuperbiam, Dei gratiam deſpicit.
Hæc & ſimilia cunctis miſerabilior ho-
mo facit, quia amator temporalium, lu-
cem diuinæ gratiæ deſpiciens, tenebras a-
mat breuiſsimæ iocunditatis. Aduerſus quẽ
Cap. 1. eſt ſermo domini in Eſaia: Filios enutriui
& exaltaui, ipſi autem ſpreuerunt me. Et
multa alia huius figuræ paſsim offendes
in ſacra ſcriptura prophetarum. Qui au-
tem velut Matthæus, ſplendentem marga-
ritam recogitat ſe inueniſſe, non turbatur:
parat cor ſuum ad quæque difficilia, amat
vigilias, ieiunium habet in delitias, iniu-
riam alacri animo ſuſtinet, condonat hila-
ri vultu, & propter ſpem regni ad obſer-
uantiam mandatorum accingitur: neque
turbatur cùm adeſt tempus implendi re,
quod verbis pollicitabatur: cùm hora ve-
nit quæ excogitauerat perficiendi, vel quæ
ſibi à domino erant demandata ad vnguem
complendi. Bene in conuerſione Pauli di-
Acto.9. uina illa vox auditur: Domine quid me vis
facere? Paratus ſum & non turbatus. Simili
ter & Matthæus, qui magnum conuiuium
parat domino in domo ſua, cũcta ſtatim re-
licturus. Obſerua tandem magni ſacramen
A ti diſpenſationem in Chriſto: qui tanquam
vniuerſorũ dominus & verus Deus, ad ſuũ
famulatum & conſortium vocabat Leui, &
in omnipotenti ſua virtute traxit illũ ad ſe,
ab eodem in domo ſua, tanquàm pauper &
indigens cibum & potum accipit. Propter
hoc & alia multa Paulus Apoſtolus dixit:
Scitis fratres gratiam dñi noſtri Ieſu Chri- *2.Cor. 8.*
ſti. Qui cùm eſſet diues, egenus factus eſt,
vt inopia eius, vos diuites eſſetis. De quo lõ
gè ante Hieremias gemebundus totus dice
bat: Expectatio Iſrael ſaluator noſter in tẽ *Cap.14.*
pore tribulationis, &c. Quare futur⁹ es qua
ſi vir magnus & fortis, qui non poteſt ſalua
re? Imò inde poteſt ſaluare. Inopia eius
diuitiæ ſunt mũdi. De qua Paulus: Vt ino-
pia eius corporali, vos diuites eſſetis ſpiritu
& mente. Nec ſolum ad menſam cum Ma-
thæo iam conuerſo recumbit dominus, ſed
& benignè publicanorũ aliorũ vſus eſt con
ſortio in mẽſa eadem. De quo ſanctus Euã
geliſta. Et *factum eſt cùm accumberet in domo il
lius. multi publicani & peccatores ſimul diſcum-
bebant cum Ieſu, & diſcipulis eius: erãt enim mul
ti qui ſequebantur eum.* Multi publicani Ma-
B thæo ſimiles, qui publica vectigalia exige-
bant, & ſectabantur ſæculi lucra, & obtine
bant cenſus Romanorum, propter quæ in
fames habebãtur apud Iudæos, & huiuſmo
di exactioni vectigaliũ, viri cupidi ſeſe im-
miſcebant. Hi infames & peccatores homi
nes iam emendati (ſicut inquit venerabilis *Beda ſuper*
Beda) & pœnitentiam agentes, cõmunem *2.ca. Mar*
menſam cum dño Ieſu habent, neque eos *ci.*
aſpernatur, qui propter eos deſcendit de cæ
lis. Gaudet de inuenta occaſione docendi
eos familiariter. Vnde cũ frequenter per- **NOTA**
gere ad conuiuium deſcribatur, nihil refer-
tur aliud niſi quid ibi fecerit, quid docuerit:
Vt & humilitas domini in eundo ad pecca
tores, & potentia doctrinæ eius in conuer-
ſione pœnitentium demonſtretur. Obſer-
ua qualis debeat eſſe ſermo doctorum, & *Sermo doctorũ ſuper*
Epiſcoporum ſuper menſam. Non quidem *menſam.*
murmurationis, aut iocorum, qualis nec va
nis ſæcularibus occurrit: ſed ſit oportet ſer-
mo menſę eorum ad conuiuantium paupe- *Epiſto. 3.*
rum, & ſeruorum miniſtrantium doctrinam *Euſebij. 1.*
& pœnitentiam. Sit in menſa eorum lectio *Cõcil. Tri*
ſacrarum ſcripturarũ, & poſt refectionem *den. ſeſſ. 2.*
affabilis diſputatio de ijs, quæ lecta ſunt. *decreto de*
Obſerua ſecundò quod multi erant ab hac *modo viuẽ*
menſa qui ſequebantur dominũ Ieſum pœ- *di.*

nitentiã agentes: quod venerabilis Beda do
C cet: Neq; enim in priſtinis vitijs permanen
tes publicani veniunt ad Ieſum. ſed pœnitẽ
tiam agentes, vt ſequens Euangeliſtę ſermo
ſignificat, dicens: Ibant multi qui ſequeban
tur eum. Quod non attendentes ſcribæ &
phariſæi, in facto hoc obſcurare Chriſti ho
norem prætendebãt. De quo ſanctus Euan
geliſta: *Et ſcribæ & Phariſæi uidentes quòd
manducaret cum publicanis & peccatoribus, di-
xerunt diſcipulis eius: Quare cum publicanis &
peccatoribus manducat & bibit magiſter ueſter?*
Iam ſunt aduerſus dñm Ieſum cum ſcribis
phariſæi, eosq; ſubſtinet in calũnia. Iã ſunt
contra dominũ, qui religioſi habitu & cæ-
remonijs habebantur à populo: vt iuſtior
appareret perſecutio, quæ à ſapientibus &
religioſis ꝓcedebat. Vt ex altero populus
iudicaret in ſequendo eorũ opinionem nõ
errare, cùm ſapientes in lege perſequerẽtur
Chriſtum, & ex altero non malè facere cre
deret, cum religioſi, amatoresque virtutis in
Chriſti odio illis eſſent duces & magiſtri.
Valde ex his duobus cõaleſcebat opinio.
Phariſæi ergo & ſcribæ cùm conſpicerent
dñm Ieſum cũ publicanis & peccatoribus
D agentem conuiuium, quos ipſi veluti ſancti,
nec alloqui dignarentur: adeunt illius diſci
pulos, rudes adhuc, & qui facilè viderentur
abduci poſſe à præceptore. Quamobrem
(inquiunt) magiſter veſter, quem vos deſer
to Ioanne, vt ſanctiorẽ ſequimini, cum pec-
catoribus edit & bibit? Non ſic Ioannes:
Quin potiùs vehemẽter inſurgebat contra
huiuſmodi, vſq; ad has voces: Genimina vi-
perarũ, &c. An non timet magiſter veſter,
Pſal. 17. quod ſcriptũ eſt, Cum ſancto ſanctus eris,
& cum peruerſo peruertêris? An nõ recogi
tat quòd hac cõſuetudine addit animos pec
catoribus, quos oportebat in verbo terroris
obtundere? Hæc & ſimilia phariſæi & ſcri-
bę vno ac pari animo nocẽdi, Chriſtũ apud
diſcipulos dehoneſtãt: vt ab illis iam no ha
beretur pretio, fugerentq; illius comitatũ,
qui alijs erat ſcandalum. Quare (inquiunt:)
Matth. 3. Serpentinum verbum hoc eſt, parentisque
Gen. 3. euomit virus, meritoq; à Ioanne genimina
viperarum appellati ſunt. Serpẽs primę mu
lieri dixit: Cur præcepit vobis Deus? A ſer
pente habuere ſcribę iſti & Phariſęi verbũ,
& lætale virus inuidię & odij in Chriſtum.
Sed alibi diſcipulos accuſant apud magi-
ſtrum: Quare diſcipuli tui transgrediuntur
traditiones ſeniorũ? Serpẽs vitiũ inuidię &

amarulentiæ in Deum retulit, primoq; fal- I
C ſum teſtimoniũ contra Dei bonitatẽ aggre
ditur: dixit enim: Scit Deus ꝙ in quocunq; *Primũ fal*
die comederitis ex eo, aperientur oculi ve- *ſum teſti-*
ſtri, & eritis ſicut Dij, ſciẽtes bonum & ma *moniũ con*
lum. Ac ſi diceret: Nõ bonus aut munificus *tra Deum.*
eſt Deus vobis, qui interdixit cibum pomi
huius pulcherrimi, ſub quo ſcientia boni &
mali latet. Diſceſsũ à Deo illis procurabat
in verbis iſtis: tanquàm ab eo, in quo mani
feſtum animi vitium demõſtrabat. In hunc
modum Phariſæi & ſcribæ per calumniam
dehoneſtabant Chriſti cõuerſationẽ, vt ſic
diuellerent ab eo ſuos diſcipulos: tanquam
ſtatim nomen malũ apud oẽs populos habi
turos per amicitiam & cõmunem menſam
publicanorum hominũ, quorũ peccatis vi
debãtur ex hoc ſubſcribere. Et ſcriptũ erat:
Curã habe de bono nomine. Deinde nullũ *Eccli. 43.*
nõ mouẽt lapidẽ, vt diſcipulos à ſe deijciat
Dñs, tanquam obſcuratores ſuæ doctrinæ
Euãgelicæ, cùm manifeſtè traditionũ à ſe-
nioribus eſsẽt transgreſſores. Ac ſi dicerẽt.
Totus populus iudicat diſcipulos tuos à te
habere hanc licentiã. Non decet te tales ha
bere diſcipulos. Sic Sathan accuſauit ſanctũ
D Iob: Nũquid Iob fruſtra timet Deum? Ac *Iob. 1.*
ſi diceret. Non ob gratiã tui, & amore ami
citiæ tibi ſeruit, aut timet, ſed ex amore di-
uitiarũ, quibus illum magnificaſti. Vides
quales habent parentes, peſsimi iſti detra-
ctores, & qui eos imitãtur, ſerpentem quidẽ
& diabolum. Neq; ſolum propter mortem *Phariſæi*
Chriſti dicti ſunt filij diaboli, volentes per *& ſcribæ*
ficere deſideria patris ſui, verùm propter de *quare dicti*
tractionem & murmurationem aduerſus *filij diaboli.*
innocentẽ. Primus itaq; detractor fuit ſer-
pens Sathan. Illi ſunt magiſtri & duces de- *Similitudi*
trahentiũ. Non cõſiderabant, aut volebant *nes.*
intelligere lucem increatã ſuper excellere
virtutem lucis creatæ, quæ à nulla immun-
ditia fœdatur aut maculatur. Quãto minus
lux immẽſa Deus benedictus ex conſortio
aut colloquio peccatorũ? Quin potiùs ſicut
ſol immunda purificat, neq; ex floribus
clarior efficitur aut odorẽ mutuat: ſic certè
ex cõuerſatione Chriſti, immũdi peccato-
res pœnitentiã agentes, purgationẽ crimi-
num inueniebant: nec lędere poterat ipſum
medicũ infirmorũ curatio, & miſericordia,
qui erga illos exercebat: nec ex eorũ ſalute
meliorabatur aut creſcebat. Propter quod
tale defert reſpõſum. Nõ *neceſſe habẽt ſani me
dico: ſed q male habẽt. Nõ enim ueni uocare iuſtos
ſed*

Cap.5. *ſed peccatores.* In Luca ſic habes hoc teſtimonium: Non veni vocare iuſtos ſed peccatores ad pœnitentiã. Matthæus verò cuius
Cap.9.
cauſam agebat ſaluator, oculatusque fuit teſtis, dicit. Euntes autẽ diſcite: Quid eſt miſe
Oſee.6.
ricordiam volo & non ſacrificium? Quaſi diceret. Non probaſtis quis ſim ego, aut ad quid venerim in mundũ, neq; qui ſitis vos, aut quales. Ego quidem medicus cœleſtis ſum, verbum miſſum à Patre ad ſanandum infirmos: medicinam de ſinu & corde Dñi, affero ad vulnerũ omnium curationem per ſectam: ſed eorum qui ſe iudicant infirmos: non eorũ qui in oculis ſuis ſani ſunt, & ex omni parte incolumes. Ideò cum infirmis, qui ſalutẽ per pœnitentiam & lamenta quęrunt, familiariter cõuerſor, etiã in menſa: & fugio vos, quia non putatis vos egere. Hos peccatores iuuo, quia pænitendo dant locũ gratiæ, & medicinæ. Euntes diſcite: Quid eſt miſericordiã volo? Quamuis poſſet dicere: Non vidiſtis me modo paralytici membra firmaſſe, peccatorũ nexus diſſoluiſſe, vt hinc probantes meam diuinitatem, ab accuſatione, & detractione abſtineatis? Nõ hoc dixit: ſed per ſcripturã obiectum crimen
Autoritas ſacræ ſcripturæ.
confutat, & reuincit. Habes ex hac Chriſti reſponſione magnã ſcripturarum auctoritatem: quippe qui maluit per eã innocentiã
Matt. 21.
ſuam cõfirmare, quàm ex anteactis mirabilibus & miraculis. Sic morti proximus, cũ veritatis inimici ei obijcerent in die palmarum & dicerent: Nõ audis quid iſti dicunt?
Pſal. 8.
Reſpõdit: Vtiq;. Nũquàm legiſtis: Ex ore
NOTA
infantium & lactentium perfeciſti laudem?
valde.
Vides quomodo honorat ſcripturas: ab eiſque vult purgari & honorari. Quòd ſi ad diſcipulos Ioannis, ex factis miraculis reſpondit, hoc nimirũ, fuit quia illa opera miraculoſa in prophetis erant præconizata, & in rege Meſsia demõſtranda. Vbi potiùs ab ſcriptura accepit teſtimoniũ, vt cõprobaret quia ipſe eſſet, quàm ab operibus miraculo
Regula in fallibilis ueritatis ſcripturæ.
ſis. Miracula nõ tribuunt ſcripturæ auctoritatẽ: ſed ab illa accipiunt. In ſcripturis enim docemur quę debeamus accipere miracula, quæ verò reijcere: & ſimiliter per ſcripturę regulas de ipſis operarijs miraculorũ debes iudicare. Si hoc argumentũ eſſet apud Germaniã & Angliam, nunquã tam periculoſè
Hæreſes grauiores & autores earum.
errаſſent in ſacramẽtis & fide. Si hæc vellet attendere infęlix ille Arius ex Alexandria oriundus, nõ erraſſet in vniuerſalis eccleſiæ turbationẽ, circa cõſubſtantialitatẽ & ęqua-

A
litatem filij & Patris. Nec Macædonius cõtra ſpiritũ ſanctum aſſerens eſſe creaturam, cùm ſit dñs & creator. Neq; Euthyces cõtra Chriſtũ, qui duabus cõſtat naturis, nõ vna ex vtraq;. Nec Neſtorius, qui duas tribuit Chriſto perſonas, cùm vna tantùm ſit eius perſona: Nec Sergius, Pyrrus, & Machari⁹, aſſerentes vnã in Chriſto voluntatẽ, cum habeat duas naturas perfectas, & neceſſariò duas volũtates, diuinã ſcilicet, & humanam. Neq; Neſtorius contra ſacram virginẽ, quę mater Dei iure appellatur. Honora ergo ſcripturã in qua vniuerſorũ dñs cum hominibus locutus eſt, neq; audeas eã pro libidine tua in libertatẽ, id eſt, in propriã ſentẽtiã interpretari. Eſt in Eccleſia cathedra, & magiſterium in ſummis Pontificibus: in cõcilijs, in ſacris doctoribus, in traditionibus Apoſtolorũ, quæ per manus Epiſcoporũ ad nos fideliter cuſtoditæ peruenẽre, & per mundũ vniuerſum ſeruauit cætus fidelium. Ab his quærenda eſt germana & vera interpretatio ſcripturarũ. Cæteri adulterant illã, tam quàm indocti & inſtabiles, & deprauant ad ſuã & aliorũ perditionem. Omnis enim ſcri 1. Timo. 3
B
ptura (ſecundũ Eccleſiæ interpretationem) diuinitus inſpirata, vtilis eſt ad docẽdũ, &c. *De quo id*
Deniq; per ſcripturam deiecit inimicum in *ſupra in*
magnis illis tentationibus dominus Ieſus, *præfatione*
quas enarrat Matthæus & Lucas. Et nunc *huius ope-*
Phariſæis & ſcribis inquit. *Quid eſt miſeri-* *ris.*
cordiam uolo? Quaſi dicat. Cuius rei gratia Cap.4.
incuſatis me, qui peccatores ad virtutem re Cap. 4.
duco? Aut cur Patrem auctorem legis, & doctorem prophetarum per hoc non accuſatis? Vt enim ille, qui prophetarum fuit inſpirator Deus, vult miſericordiã, & docet ſibi plùs placere quàm ſacrificiũ, ſic & ego. Miſericordiam amo, Miſericordiam colo, eamq; prędico. In quibus verbis demõſtrat non eſſe per legem prohibitũ, quod illi criminabãtur: quin potiùs per legem ſancitũ.
Non dixit ſcriptura: Magis volo miſericor *Miſericordia.*
diam, quàm ſacrificium: ſed quid dixit? Miſericordiã volo, & ſacrificium nolo. Quod ſic interpretatur: Si propter ſacrificium, quod etiam in honorem meum altari meo offertur, relinquenda eſt corporalis miſericordia in egentibus: nolo mihi offeratur: imò potiùs egenorum neceſsitatibus conſulite: quanto ergo magis Deo placebit ſpiritualis miſericordia, per quam animæ peccatorum curantur in verbo doctrinæ & conuerſationis meæ? Quantò plus eſt anima

quàm corpus, & ſalus ſpiritualis, quàm panis, quo ſuſtentatur, tantò longè ſublimior illa miſericordia eſt, & debet laudari, quàm hæc, quæ corporis neceſsitatibus ſubuenit. Obſerua quod nō ſolùm ſacrificia veteris illius legis cedūt miſericordię corporali, verum & noſtræ ſanctiſsimæ legis quæcunq; magnifica, etiāſi ad cultū & honorē ſacramentorū pertineāt. Vnde beatus Ambro. determinat etiā initiata vaſa licere confringere, cōflare, & vendere in captiuorū redēptionē, & egenorum ſuſtentationem, &c. Aurū nanq; ſacramenta nō quærunt (in caſibus iā dictis) neq; auro placent, quæ auro nō emuntur. Ornatus ſacramentorū redemptio eſt captiuorum. Et verè illa ſunt vaſa precioſa, quæ redimūt animas à morte. Ille verus theſaurus, qui operatur quod ſanguis eius operatus eſt. Tūc vas dominici ſanguinis agnoſco, cùm in vtroq; videro redēptionē: vt calix ab hoſte redimat, quos ſanguis à peccato redemit. Ad quorū cōfirmationē adducitur beatus Laurētius, geſtaq; eius in miſericordias pauperū. Vnde nimirū cùm dicit Oſea: Miſericordiam volo, & non ſacrificium: nihil aliud quàm ſacrificio ſacrificium prælatum oportet intelligere: quoniam illud quod ab hominibus appellatur ſacrificium, ſignū eſt veri ſacrificij. Porrò autem miſericordia, verum ſacrificium eſt. De quo Paulus Apoſtolus: Beneficentiæ autē & cōmunionis nolite obliuiſci, talib^9 enim hoſtijs promeretur Deus. Audi & Michæam prophetam quomodo inter illa, quæ Deo grata cōmemorat, ſecundo loco miſericordiā reponit in verbo magniſpōderis: Indicabo tibi homo quid ſit bonum, & quid dñs requirat à te. Vtiq; facere iudiciū, & diligere miſericordiā, & ſolicitū ambulare cū Deo tuo. Vbi apertè vides verbū diligere cū miſericordia coniunctū. Per totā ſcripturā præcōnia, laudes & cantica miſericordiæ reperies, quàm grata ſit Deo, quē locum habeat in oculis eius etiamſi irati ſint. Deniq; ſacrificijs antefertur. Eſt ergo miſericordia animi cōdolentis affectus cū additamento beneficij, vt cōpatiamus proximo & largiamur de proprio. Vel ſicut placet Zenoni Stoico, miſericordia eſt animi ęgritudo, ſuſcepta ex alterius miſeria, iniuria laborantis. Cui addidit Cicero ægritudinem eſſe ex alterius rebus aduerſis ſuſceptā, quæ tibi nō nocent. Quæri etiā ſolet an hic affectus cadat in ſapientē virum: Stoici negāt,

NOTA

Miſericordia.

Ambro. 2. officiorum ca. 28. Refertur. 12. q. 2. aurum in decreto.

Auguſt. li. 10. de ciuitate Dei. cap. 5.

Heb. 13.

Cap. 6.

Miſericordiæ diffinitio.

Cicero tuſcula. queſt. lib. 3&4.

Stoicorum falſa opinio.

C

vt qui putent illum nulla animi cōmotione teneri, cū ei ſatis ſit culpa vacare: iniquū eſſe aſſerentes ſapientem alienā culpā luere, vel alieno incōmodo torqueri, cùm nec ſuo aliqua ex parte moueatur. Et heu quot millia hominū huic vaniſsimæ opinioni ſubſcripſerūt, vſq; in diem hanc. Cùm inhumanū ſit in aduerſis amicorū caſibus & neceſſariorū non aliqua miſericordia moueri, etiāſi hi caſus ad nos nihil pertinere videātur. Natura ſiquidem id nobis præſcribit. Cernimus bruta animalia nō mediocriter cōmoueri, cum intuentur aliquod ſui generis verberibus, aut aliquo dolore affectū. Sic etiā exhorrēt cadauera animaliū ſui generis, quaſi interitum illorū aliqua miſericordia proſequantur. Nos igitur, quibus etiā aliena placent, & cōfirmantur per Chriſtū: Peripateticos magis ſequamur, & præcipuè cùm his accedant veteres Academici, qui Platonē philoſophorū ſummū auctorē habent: dicemusq; ſapientē & miſericordia cōmoueri, nō tamen miſerabiliter, aut muliebriter, ſed vt decet virū fortē ac prudentē, & eum maximè, quē humana tāgunt. Quin etiā quibus rebus poterit miſeros ab iniuria prohibebit, illatamq; etiā propulſabit. Hanc miſericordiam Athenienſes nō modo pro virtute habuerunt, verùm etiā pro numine coluērūt, eidē quoq; aram & templū erexerunt. De qua Damaſus P. P. ad Stephanū dixit: Gratū enim admodū eſt ſacrificiū dño, oppreſſis omnibus ſubuenire, quāto magis illis; de quibus ait: Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit. Libat quidē dño proſpera, qui ab afflictis, & oppreſsis pellit aduerſa. De hac magnifica virtute ſuo loco iterum agendū eſt. Qui autē ſpiritualē miſericordia adminiſtrat ducens populū ad fidē vnius & veri Dei, ad eius obedientiā & dilectionē, verè miſericors eſt, & gratū valde offert ſacrificiū. In hunc modū obiectionē ſcribarū & Phariſæorū occurrit; & diſcipulorū nutantia corda cōfirmat, ne turbentur ex calūnijs accuſantiū, dummodo quod tā gratū eſt Deo, & hominibus neceſſariū impleant officiū. *Nō neceſſe habent ſani medico: ſed qui male habent.* Non neceſſe habēt ſuperbi, qui infirmitatem ſuā non agnoſcūt, neq; volunt, nec illam cōfitentur: ſed qui male habent: humiles propriam agnoſcentes & confitentes infirmitatē; & vulnera: his quidem medicus ſuauis eſt & placidus, omnem que pro eorū ſalute impendit curā & artē.

D

Miſericordia à natura inſita cūctis.

Miſericordiæ templū cōſtruxere athenienſes.

Damaſus P P. epiſtola de auctoritate ſedis Apoſtolicæ.

De

Pſal. 146. De quo dicitur in pſalmo: Qui ſanat cõtri-
tos corde, & alligat cõtritiones eorum. De
illis infirmis, qui non agnoſcunt ſua vulnera
Eſaie. 1. dictum eſt per prophetam. A planta pedis
vſq; ad verticẽ capitis non eſt in eo ſanitas.
In ſenſu cõ poſito. (radix inſanabilis vulneris ſuperbia) vul-
nus & liuor, & plaga tumens nõ eſt circum
ligata, neque curata medicamine, neq; fota
oleo: etiam ſi omnia hæc pro eius ſanitate
adhibita ſint remedia. Illorum verò infir-
mitas qui humiliter ſuum vulnus agnoſcũt,
facilè curari poteſt: Vnde propheta: Sanat
contritos corde, & alligat contritiones eo-
Eſai. 38. rum. Ezechias Rex, qui vim doloris ſentie
bat & orabat, miſſo Eſaia curatus eſt à dño.
Qui in humili corde dicebat: Dñe vim pa-
tior reſponde pro me: recogitabo tibi om-
nes annos meos in amaritudine animę meę,
curatus eſt. Quid eſt recogitabo tibi? Quid
datiuus iſte ſignificat? Recogitabo tibi, in-
quit. Tibi, id eſt, in multa amaritudine ani
mæ meæ, ad honorem tuum, dolens nimis
de ante actis peccatis. Huic mittitur medi
cus ſanctus Eſaias. Sunt qui recogitant pec
cata ſua ſibi, cum Dei dehonoratione, glo
riantes in rebus peſsimis, & lætantes in pec
Prouer. 2. catis ſuis. His non eſt opus ſecundum
ſuum prauum iudicium medicus. Imò ſani
ſunt, & locupletes, nullius indigentes:
cum certè miſeri ſint, & miſerabiles, pau-
Ironia terribilis. peres, cæci, & nudi. Terribilis Ironia.
Non eſt opus ualentibus medico. Similis eſt
illi: Ecce Adam quaſi vnus ex nobis fa-
Gen. 3. ctus eſt. Et iacebat miſer vulneratus, &
tantis donis expoliatus à ſerpente, & mil-
le plagis impoſitis. Subſannat illum domi
nus in ira ſua. Sed certè ſanat in multa mi-
ſericordia, in ſua miſericordia, quæ infinita
eſt. Sugillat ergo in verbo illo, Non neceſ-
ſe habent ſani medico, qui iuſtos ſeſe putan
tes, peccatorum conſortia declinabant. Se-
Chriſtus medicus. ipſum medicum dicit, qui miro medican-
di genere vulneratus eſt propter iniquita-
tes noſtras, & liuore eius ſanati ſumus.
Eſai. 53. Nonne infinita eſt huius medici clemen-
tia, qui vt ſanaret ægrotos, ipſe vulnera-
tus eſt? Quis vnquam tale vidit? Quis vn-
quam medicus ad ſuum infirmum ſic fuit
affectus, vt totum corpus ſuum pro illius
ſalute offerret vulneratoribus? Et certè
talis, imò multo maior, & clementior eſt
Ibi. Chriſtus. Scripſit hoc idem propheta, nec
ſine multis lachrymis: Diſciplina pacis no-
ſtræ ſuper eum, & liuore eius ſanati ſumus.

Quare non dicis ó ſacer propheta, & li-
A uoribus eius, qui multi ſatis fuêre, ſanati
ſumus? Quia certè per totum corpus, à plan
ta pedis vſque ad verticem capitis, non erat
in eo ſanitas: ex multisque vulneribus vnũ
conflatum eſt. Vnde idem propheta di-
xit: Non eſt ei ſpecies, neque decor, ab-
ſconditus vultus eius. Quid eſt abſcondi-
tus vultus eius? Nunquid in angulo atrij
Pilati, vel ſub tunica abſcondit vultum
ſuum? Non quidẽ, ſed abſconditus fuit vul *NOTA*
tus Ieſu domini mei ſub alapis, ſub ſangui- *ualde.*
ne, ſub ſputamentis, ſub puluere, ſub tumo
ribus multis, ex percuſsione & conculca-
tione impuriſsimorum nebulonum, ſeruo-
rum põtificum. Ex his atq; alijs abſcõditus
fuit vultus noſtri medici. Vnde nec reputa
uimus eum, inquit propheta. Sanguine quo
tidie ſanat infirmitates humilium. De quo
David: Aſperges me domine hyſopo & *Pſal. 50.*
mundabor, lauabis me, & ſuper niuem deal
babor. Et Apoſtolus: Omnes peccaue- *Rom. 3.*
runt, & egent gloria Dei, &c. Quem po-
ſuit Deus propitiatorem per fidem in ſan-
guine ipſius. Et ad Hebræos inquit: Sedet *Cap. 1.*
in dextera maieſtatis, purgationem pecca-
B torum faciens. Væ nobis ſi tantam negle-
xerimus ſalutem, tantum medicum, talem
medicinam, talesque ligaturas. Audi huic
ſalutis medicum quid dicat Epiſcopo Lao-
diceæ, qui infirm⁹ erat, nec agnoſcebat pro
priam infirmitatem: erat cæcus & nudus, mi
ſer & miſerabilis, & dicebat: Nullius egeo.
Ad illum autem dominus: Suadeo tibi eme *Apoca. 3.*
re à me aurum ignitum, probatum, vt locu
ples fias: & veſtimentis albis induaris, vt
non appareat confuſio nuditatis tuæ, &
collyrio inunge oculos tuos, vt videas.
Sed quomodo à paupere & nudo Domi-
nus vniuerſorum emptionem auri probati,
quod valde pretioſum eſt, exigit? Quin po
tiùs dicendum erat: Accipe gratis à me au-
rum ignitum, vt locuples fias: veſtimenta
alba, ne appareat tua confuſio. Nullum
horum dixit. Sed quid ait? Suadeo tibi eme
re à me. Se ditiorem videtur facere, potius
quàm emptorem, qui ſuadet à ſe emere.
Sed audi quid de hac emptione Eſaias pro- *Emptio au*
pheta dixerit: Omnes ſitientes venite ad *ri igniti.*
aquas: & qui non habetis argentum pro- *Eſa. 55.*
perate, emite abſque vlla commutatione vi
num & lac. Inclinate aurem veſtram: veni *Mactatis*
te ad me & viuet anima veſtra, & feriam *pecudib⁹ ac*
vobiſcum pactum ſempiternum, miſeri- *uictimis gẽ*

 cordias

tes inter ſe fœdera ïn-gebant quē morem uſq; ad Alban. & Romanos reges ex uetuſtiſſima cōſuetudine dimanaſſe Virgilius oſtendit. Aenei. 8.

cordias Dauid fideles. In hoc fideli Dauid, in hoc, cuius morore ſancti ſumus, in hoc, cuius vultus non apparet. etiam ſi eſſet ſpecioſus forma, præ filijs hominum, in hoc inquam eſt noſtræ ſalutis precium, in quo emimus aurum ignitum charitatis probatæ. Parcas obſecro candide lector, ſi in his quæ ſunt noſtræ redemptionis, aliquantulum calamum extendi. Vides quomodo non intendit venditor hic altiſsimus augere rem ſuam familiarem, cùm ſuadet a ſe emere? Quid nanque æternus & infinitus à nobis poteſt accipere? Quid ei poſſumus cōferre? Cùm legis verbum, Suadeo, & magnam neceſsitatem tuam, & ardens diuini pectoris deſiderium pro tua ſalute recognoſce, non ſuum incrementum, cùm nullum poſsit accipere, ſicut dixi, cùm infinitus ſit, & ſecundùm ſuam humanitatem ſummam habeat gratiam & gloriam, & per vnionem hypoſtaticam immenſum honorem. Vnde qua diuinitas adoratur latria, eâdem nimirum à cunctis angelis adoratur benedicta eius humanitas: licèt ex ſe nō habeat tanti honoris rationem: ſed quia diuinitati eſt coniuncta. Quid ergo honoris ei accreſcere poteſt? Ipſi honor & gloria laudis in ſæcula ſæculorum, Amen. Talis eſt noſter medicus, tam ſapiens, tam potens, tam certè noſtram ſalutem ſitiens, & deſiderans, qui dedit precioſum ſanguinem pro noſtra redemptione & ſalute. Nonne tanto medico tibi eſt opus? Certè ſic, voca eum, audi vocē eius. Ecce in Eccleſia ſancta ſua tuæ ſalutis medicamina, magnifica inquam ſacramenta, quę gratiam continent, & eam dignè ſuſcipientibus conferunt. Illis qui per humilitatem ſe ipſos agnoſcunt, proficuus eſt medicus Chriſtus, & medicinæ Eccleſiæ eius: non ſuperbis Scribis & Phariſæis: Quibus merito dixit: *Non neceſſe habent ſani medico*. Vobis qui tanquam iuſti, fugitis peccatores, qui veſtram iuſtitiam ſtatuentes iuſtitiæ Dei non eſtis ſubiecti, non eſt neceſſe medicus: ſed illis, qui ſe peccatores agnoſcunt, & meæ gratiæ colla ſubmittunt. Illos curo & ſano, ad me adduco, illos quæro, illos voco, ad menſam habeo, cum illis manduco, & verbum, per quod ſanentur, miniſtro.

Cap. 5. *Quia non ueni uocare iuſtos, ſed peccatores.*

Iuſti qui. Beatus Lucas dixit: Ad pœnitentiam. Iuſtos appellat quos ſupra ſugillauimus, qui Dei iuſtitiam non agnoſcentes, ſed ſuam volentes conſtituere, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti, & de lege præſumentes, gratiam Euangelij ſpernunt. Peccatores verò qui ſua mala attendentes, neque per legem ſe poſſe iuſtificari, Chriſti fidei pœnitendo de peccatis ſe ſubmittunt, hos venit vocare, non ad conuiuium, in quo tunc erat cum illis, non ad vini gaudium, quod cum illis bibebat: ſed ad luctum & gemitum pœnitententiæ, ad cilicium & ſaccum & cinerem, ad humilem confeſsionem omnium criminum, & perfectam ſatisfactionem per fructus pœnitentiales: quæ omnia pœnitentia Euangelij habet, de qua inquit: Veni vocare peccatores ad pœnitentiam. Obſerua diligenter hæc omnia, & quid à te requirat dominus Deus tuus. Pœnitentiam. Hoc fuit thema ſuæ prædicationis. Pœnitemini, & credite Euangelio. Ad docendum pœnitentiam veniſſe ſe teſtatur, non quidem de Nazareth, de domo matris pauperis, ſed de ſinu patris cœleſti, de regalibus ſedibus. Vide quantùm propter doctrinam huius virtutis deſcendit Dei filius: vt te requireret, vt te inueniret, vt te ad pœnitentiam vocaret, venit de ſinu Patris. Non ergo tanquàm impoſſibilem, aut crudelem carnificem, pœnitentiam fugias. Vinum & lac inueniuntur in illa, propter ſpem veniæ & gloriæ. Audi ne friuolas excuſationes obijcias. Super humeros illius gigantis, qui exultauit ad currendam viam, dum te quęreret ouem perditam, erit via tua (ſuæ potentiæ facinus magnificum) vſque ad ouile nonaginta nouem ouium, hoc eſt vſque ad cætum angelorum, deducet te: vbi lætitia inenarrabili & glorificata ſemper vultui Dei aſtabis: de quo ſcriptum eſt: Habitabunt recti cùm vultu tuo. Non dixit cum poſterioribus tuis, quod olim Moyſi repromiſſum fuit, cùm hunc vultum Dei ſummis votis concupiſceret videre vel ad horam: ſed habitatio æterna cum vultu Dei repromittitur. Pœnitentia quippe rectum facit cor hominis: De quo iam in principio, cùm Ioannes ſecundùm dictum Prophetæ præparans viam Domino, per viam rectam, ſignificauit pœnitentiam. Hac via dirigitur cor noſtrū in Deū. Per pœnitentiam ergo fit rectum cor hominis, quod anteà in terram ſeſe inclinauerat. Venit ergo ad docendam pœnitentiā, & vocādum ad illius cōuiuium peccatores,

Eſaie. 22. *Euangelij pœnitentia* *Marci. 1.* *Pœnitētia quā ſuauis.* *Pſal. 18.* *Luc. 15.* *Pſal. 139.* *Exo. 33.* *Pœnitētiæ rectum cor facit. De quo author hom. 14. in Pſal. 50.*

nec

nec vulgarem laborem in re hac habuit dñs Ieſus: ſed quem deſcribit miſsio Ioſephi à patre ſuo Iacobo ad viſitandos fratres ſuos. In quorum manus incidens, poſt multas & amaras anguſtias, venditus fuit in AEgyptum: vbi ferrum pertrãſiuit animam illius. Quid autem hæc ſi ad obedientiam Chriſti, & ad aduentum eius in mundum, & Iudæorum perſecutionem conferantur? *Et erant diſcipuli Ioannis & Phariſæi ieiunantes: & ueniunt & dicunt ei. Quare diſcipuli Ioannis & Phariſæi ieiunant, tui autem diſcipuli non ieiunant?* Confuſi Phariſæi & ſcribæ aſſumunt Ioannis Baptiſtæ diſcipulos, qui vt tanti magiſtri alumni, magno precio ab omni populo habebantur. Quod facile ab eis obtinuerunt: cùm diſcipuli Ioannis ſupercilio m aduerſus dominũ Ieſum adhuc haberent, neque gloriam & nomen eius ſectis oculis ſuſtinerent: inordinata affectione cõglutinati cum magiſtro. Quàm facile ſocios habet maligna & peruerſa voluntas. Quàm ſtudioſe qœrit, quos aliquando nouit contrarios, ei, quem inſtituit perſequi. Ad hoc amicitias nectũt & firmant. Nouerant peſsimi Phariſæi, non ſoſtinere diſcipulos Ioannis apud omnes Chriſti magnificentiam, ideo vnà cum illis accedunt ad dominum Ieſum, vt crimen apud illos non vulgare ei publicè obijciant, vt coram omnibus confunderetur. Vide quàm religiosè charitatem fraternam colant. Deſiderabant quidem eius dehoneſtationem, non emendationem criminis. Ieiunabant ad lites & contentiones, & voluntas eorum peruerſa in die ieiunij eorũ inueniebatur. Erat deniq; ieiunium eorũ quale à propheta deſcribitur. O quot & quantos etiam filios nuptiarũ Chriſti, ſimiles iſtis Phariſæis ſuſtinemus, de quibus forſãn apertiùs infrà dicendum eſt. Verè ſic erat quòd ieiunabant diſcipuli Ioannis, & phariſæi, nõ tamẽ erat eorum ieiunium quale elegit Dñs. Veniunt nanq; ad Ieſum & dicunt illi. *Quare diſcipuli Ioannis & Phariſæorum ieiunant, tui autẽ diſcipuli non ieiunant?* De ſe ipſis ac de alijs loquuntur, quod ſignificantiùs & maiori cum arrogantia habes in Matthæo. Quare nos Phariſæi ieiunamus frequenter? In quo verbo reos ſe eſſe demõſtrant: quippe cùm maius peccatũ ſit iactantia & ſuperbia ex ieiunio, quàm non ieiunare. Aduerſus hos & ſimiles eis quos multos reperies, eſt verbum Pauli. Propter quod inexcuſabilis es, ô homo omnis qui iudicas. In quo alium iudicas, te ipſum condẽnas. Omnia opera ſua faciebant, vt ab hominibus viderẽtur. Obſerua quomodo gloriæ Chriſti inuidebant, antequam eorũ mores, & vitam criminoſam ipſe reprehenderet. Veniunt itaq; arguere dominũ, cuius vita & doctrina à Phariſæorum inſtitutis deficere videbatur. Hoc eſt in quo peſsimum genus quorundam hominum ſuſtinemus, qui nos exercent, damnantes quæcunque ſecundùm ſua inſtituta, & vt veriùs dicam, ſecundùm ſuas electiones, & vanas oſtentationes non fiunt, grauiterque reprehendunt: O hominum calliditatem, O venenum aſpidum, O execrabilem malitiam. Secundùm Deum eſt vita multorum, quæ nunc à diſcipulis Ioannis & Phariſæorum arguitur. Secundùm ſanctæ matris Eccleſiæ approbationem, & regulas viuunt multi: & ab omnibus propter hos iactatores ſuorum ieiuniorum, propter hos diſcipulos Phariſæorum, ſuſtinent ſuæ famæ, & nominis obſcurationem. Quos ego libenter digito demonſtrarem, nec ſupercilium pertimeſcerem, aut ſybilum, ſi in vtrorunque vergeret vtilitatem. Sed ad doctrinam vtilium redeamus. Deſpiciunt Phariſæi & diſcipuli Ioannis ſacros Apoſtolos, quia ipſi ieiunabant. Aduerſus hãc peſtilentem inſaniam habes mirabile antidotum apud Diuum Clementem. Nemo ex his qui ſigna & prodigia faciunt, iudicet quenquam ex fidelibus, qui faciendi illa poteſtatem non eſt adeptus. Varia enim ſunt Dei dona, quæ ab ipſo per Chriſtum tribuuntur: ac tu quidem accepiſti hoc, ille aliud, videlicet ſermonem ſapientiæ, vel ſcientiæ, vel facultatem ſpirituum ſuperandorum, vel prædictionem rerum futurarum, vel ſermonem ad docendum idoneum, vel patientiam, vel moderatam continentiam. Et tamen Moyſes homo Dei, cum in AEgypto miracula æderet, non eſt elatus ſuper gentiles ſuos, nec cùm Deus vocaretur, cum proprio propheta Aaron ſe iactabat. Et Ieſus Naue, qui poſt Moſem populo præfuit, etiam ſi in in bello contra Iebuſæos in voluntate ſol ad Gabaon, Luna ad vallem Aelon conſtitit, cum dies ad victoriam non ſufficeret: tamen non inſultauit adoerſus Phinees, neque Caleb. Neque Samuel, qui tot mirabilia egerat, deſpexit Deo charum Dauid, quanquam vterque propheta erat, & vnus pontifex,

Marginalia: Gen. 37. — Pſal. 104. — Diſcipuli Ioãnis aduerſus chriſtum. — Eſai. 58. — Cap. 9. — Rom. 2. — Matt. 6. — Clemẽs li. 4. conſtitutionũ Apoſto. cap. 5. — Propter chariſmata propria alij deſpiciendi non ſunt. — Ioſue. 10.

3.Reg.17 & alter Rex. Cumque in Iſrael ſeptem
& 18. millia virorum eſſent, qui non incuruarent C
4.Reg.4. genu ante Baal, tamen ſolus Elias & Eli-
5.& 6. ſeus diſcipulus eius reperti ſunt, qui mira-
cula facerent. Sed neque Elias oeconomum
ſuum eluſit, qui cùm Deum timeret, tamen
miracula non ædebat: neque Eliſæus ſuum
diſcipulum, hoſtem paueſcentem contem-
Danie.10 pſit: neque ſapiens Daniel cum ab ore leo-
& 3. num iterum eſſet ereptus: neque tres pueri
cùm à camino ignis eſſent liberati, reliquos
generis ſui homines deſpexerunt. Sciebant
enim ſe non proprijs viribus à periculis li-
beratos, ſed Dei ope miracula ædidiſſe, &
diſcrimina ſuperaſſe. Quare nemo ſe ef-
ferat ſuper fratrem. Lege quæ ſequuntur
in illo capit. de Chariſmatibus, cautè ta-
men leges verbum illud, Neque verò rex
impius pro rege habendus eſt, ſed tyranus:
neque Epiſcopus imperitia, aut nequitia
cumulatus, eſt Epiſcopus, ſed falſo nomi-
ne gaudet, vt qui non à Deo, ſed ab homi-
nibus conſtitutus ſit, &c. *Quare diſcipuli
tui non ieiunant?* Verè ſic erat quod diſci-
puli domini Ieſu non ieiunabant: ſed non
tam illos accuſant, quàm magiſtrum, cu-
ius remiſsione & indulgentia hoc videba- D
tur illis conceſſum? Vide quàm propriè
Genimina Ioannes hoc genus hominum viperarum
viperarū generationi aſsimulauit. Quodcunque ſer
Phariſæi. pens comederit in mortale virus conuer-
Similitudo titur. Non miracula, non doctrina, non de-
nique exemplum, hoc genus hominum ad
ſaniorem mentem adducunt: imò accuſa-
tionem ex omni parte quærunt: aliquan-
do in magiſtro, aliquando in diſcipulis,
ſed nihil proficiunt. Habent ex hoc iu-
ſti omnes, vnde in perſecutionibus glo-
Ioan.15. rientur, ſeruantes patientiam. Scriptum
eſt enim: Si me perſecuti ſunt, & vos per-
ſequentur. Si patrem familiæ Belzebub
Matt.10. dixerunt, & edacem, potatoremque vini,
quantò magis domeſticos eius? Vnde Pau
2.Tim.3. lus: Omnes qui pie in Chriſto Ieſu viuere
volunt, perſecutionem patiuntur. Accu-
ſat vita iuſti ſine voce, impiorum facinora:
vnde nihil nouum faciunt, qui virtutem,
cultoremque eius perſequuntur. Demon-
ſtraturque amarulenta inuidia, quam pati-
Inuidia co tur iuſti perſecutor. Nam indiuiduus co-
mes honoris. mes honoris eſt inuidia. Inde prauum cor
hominis percutitur & ſtimulatur, iam pa-
1.Reg.17 rat extinguere & omninò delere, quem ſibi
& 18. timet prælatum. Quem Saul dilexerat eum-

tem contra Goliath, Dauidem inquam,
hunc honorificè exceptum à mulieribus,
ſibique præpoſitum perſequebatur, mor-
tem eius meditabatur non ſemel. Sic fra-
tres Ioſeph iuſti & innocentis perſecuti Gen. 37.
ſunt eum: quia per ſomnium viderat ſe cun-
ctis illis anteferri. Aſcenditque ira ex in-
uidia, vſque ad meditationem mortis eius.
Sed ſeruatus eſt à Ruben, & ex conſilio Iu
dæ venundatus in Aegyptum. In hunc mo
dum Chriſtum Ieſum etiam ab ipſis dæmo
nibus rogatum, clarificatum per magnifica
miracula, perſequuntur Phariſæi & Scri-
bæ. Hæc recogitet Dei ſeruus, nec defi-
ciat. De quo Paulus. Recogitate eum, qui Heb.12.
à perſecutoribus talem aduerſus ſemetip-
ſum ſuſtinuit contradictionem, vt non fa-
tigemini, animis veſtris deficientes. Vide
iam quæ dominus reſponderit pro ſuis diſ-
cipulis. Ait illis Ieſus. *Nunquid poſſunt filij
nuptiarum quandiu ſponſus eſt cum illis ieiuna-
re? Quanto tempore habent ſecum ſponſum,
non poſſunt ieiunare. Venient autem dies, cùm
auferetur ab eis ſponſus: & tunc ieiunabunt in
illis diebus.* Dominus noſter Ieſus Chri-
ſtus patrocinans ſuis diſcipulis clementiùs
reſpondet obiectioni ſcribarum & Phari-
ſæorum, & diſcipulis Ioannis. Vos qui ſe-
dulò audiſtis Ioannem baptiſtam, meminiſ Ioan.3.
ſe debetis, quòd ille me prædicauit ſpōſum,
ſe autem amicum ſponſi. Ex hac ſententia
(argumentum eſt ad hominem ex auctori-
tate magiſtrorum deſumptum) grauiſsimæ
rationes originantur. Altera ſe tenet ex
parte temporis quod nimirum erat nuptia-
rum, & thalami & gaudiorum. Ineptum
eſt autē, tale tempus ad luctum & mœrorē:
de quorum numero eſt ieiuniū. Altera, ex
parte perſonæ ſe tenet. Præſentia enim cor
poralis ſponſi, gaudij lætitiæque fons erat
inexhauſt⁹. Ex his duobus probat nō debe
re apoſtolos, qui filijs nuptiarū ſimiles erāt
& ſponſum ſecū habebant ieiunare, aut lu- Eccle.3.
ctui indulgere. Omnia tēpus habent. Tem
pus ridendi, & tēpus flendi: Tempus ieiu-
nandi, & tempus epulandi. Cùm ſponſus
corporali præſentia celebrat thalamum nu
ptialem, nec luctus, nec ieiunij adeſt tem-
pus. Apoſtoli autem hilares ſequeban-
tur Chriſtum, tanquam ſi irent ad nu-
ptias. Cum verò venit tempus quo ſpon-
ſus pro dilectiſsima ſponſa poſuit ani-
mam ſuam, tunc quidem luctus & ieiu-
nij fuerunt dies Apoſtolis. Duplex er-

Ieiuniũ duplex. go cùm ſit ieiunium corporale, alterum
quòd pro refrenanda carne aſſumitur, vt
mens diſponatur ad contemplationem:
iſtud non erat neceſſarium Apoſtolis, quã
diu cum eis erat Chriſtus corporaliter: quia
plus proficiebat eius præſentia, quàm cor-
poralis abſtinentia. Aliud eſt ieiuniũ, quod
ex plenitudine & perfectione contempla-
Exo.24. tionis procedit, quale fuit ieiunium Moyſi
in monte: quantò enim anima altius eſt ſub-
limata per contemplationem, tantò pau-
cioribus eſt contenta caro mortalis. Vn-
de fœlix contemplatiuus pauciſsimis eſt
contentus. Tale autem ieiunium non con-
ueniebat Apoſtolis, adhuc paruulis & in-
cipientibus: ſed priùs innouandi erant per
charitatem Spiritus ſancti, quod perfe-
ctum fuit in die Pentecoſtes, & tunc qui-
dem ieiunauerunt. De quo Euangeliſta:
Ieiuniũ ſpirituale. *Venient dies cùm auferetur ab eis ſponſus: & tunc ieiunabunt in illis diebus.* Et ſic factum
eſt. Tertium ieiunium eſt ſpirituale:
quod tunc verè impletur, cùm ab omni-
Cap.58. bus vitijs ieiunamus. De quo Eſaias pro-
pheta: Nonne hoc magis eſt ieiunium,
quod elegi? Diſſolue colligationes im-
pietatis, ſolue faſciculos deprimentes, di-
mitte eos, qui confracti ſunt liberos, &
omne onus dirumpe, &c. Hoc ieiunium
perfectè ſeruarunt in præſentia magiſtri:
præter quædam humana, quæ paſsi ſunt.
Optima conclusio. Secundùm ergo hæc, quæ à domino ſunt
dicta, ieiunium corporale ad vniuerſam
prorſus eccleſiam ſpectat: ſiquidem ſpon-
Ieiuniũ eccleſiæ ſecũdũ doctrinã Euang. ſus corporali ac viſibili præſentia nobis ab
eſt. Benè ergo, & ſecundùm doctrinam
euangelicam ſacroſancta mater eccleſia in-
ſtituit & mandauit, vt qui verè filij ſumus
nuptiarum Chriſti & Eccleſiæ, lugeamus
Habetur extra de obſeruantia ieiuniorũ. c.cõſil.d.4 c.ſtatuim⁹. de conſecratione. d.3. & ieiunemus ad domandum ſupercilium
carnis, & concupiſcentiæ, & propter ab-
ſentiam ſponſi: vt mens per contempla-
tionem eleuata, quantum poſsibile eſt, ipſi
fiat præſens: & dicere poſsit. Noſtra con-
Philip.3. uerſatio in cælis eſt, ſicut rota, cuius mi-
nor pars terram tangit: & ſecundùm
omnes alias contra cælum reſpicit. Sic iu-
ſtus per corporalem materiam tangit ter-
ram & terrena, cùm verè conuerſetur inter
angelos, & coram ſede maieſtatis in ex-
Mandatũ ieiunij ad apoſtolos a Chriſto. celſis. Nec ſolùm communi ſermone præ-
dixit Chriſtus Apoſtolorum ieiunium:
ſed poſt ſuam reſurrectionem illud man-
dauit, vt ſcilicet ieiunarent, & rationes

ieiuniorum expoſuit. De quo in con-
A ſtitutionibus apoſtolicis habes apud di- Lib.5.ca. 16. Tom. 2.fol.84. cõciliorum
uum Clementem. Præcepit nobis Do-
minus Ieſus, vt ieiunaremus ſex diebus
propter Iudæorum impietatẽ atque ini-
quitatem: admonens nos, vt eos ob interi-
tum lugeamus, atque deploremus. Ete-
nim ille illachrymatus eſt ignorantibus tẽ- Matt.19.
pus viſitationis ſuæ. Et aliud indixit ieiu-
nium in quarta & ſexta feria. In illa ob
proditionem, & hac ob paſsionem. Iuxta
ergo voluntatem ſponſi & rationem, ſan-
cta eccleſia ad paſsionem celebrandam,
currens, ieiunium inſtituit, non poſt re-
ſurrectionem ad Penthecoſtem cum Mon- Hieron.ſuper.9.cap. Matthei.
tano, Priſca, & Maximila. Eccleſia autem
ad paſsionem domini (vt dixi) & reſurre-
ctionem per humilitatem carnis venit, vt
ſpirituali ſanguini ieiunio corporis præpa-
remur. De quo infra contra Eraſmum &
alios agendum eſt. Ad reſponſum Chriſti
Ieſu reuertamur: nam diuitiæ & gloria in
illo ſunt. Nomen nuptiarum, & ſponſi in
eo auditur, nec tacuit filiorum appellatio-
nem. Nomen autem ſponſæ omnino non le-
gis: Sed dixit illud Ioannes: Qui ha- Ioan.3.
B bet ſponſam, ſponſus eſt. Quatuor ergo Chriſtus ſponſus.
has voces, ſponſus, ſponſa, nuptiæ, filij
nuptiarum conſidera, & obſerua diligen-
ter. De primo extat apud prophetam Da
uid manifeſtum teſtimonium in pſalmo: Pſal.18.
Cæli enarrant gloriam Dei. In quo aper
tè (ſicut rei exitus comprobauit) de apo-
ſtolis egit ſermonem, in omnibus linguis
loquentibus: quorum vox in omnem ter- Acto.2. Marci vlt.
ram exiuit, iuxta ſacri magiſtri præce-
ptum: Euntes in mundum, &c. In hoc
ergo pſalmo de domino Ieſu, agens pro-
pheta, ſponſum eum vocat: Ipſe tanquàm
ſponſus procedens de thalamo ſuo. Ne
autem crederes, aut iudicares eum eſſe
delitioſum ſponſum, etiam ſi de thala-
mo ſponſæ deſcribatur egreſſus, ſtatim di-
xit: Exultauit, vt gigas, ad currendam
viam: certè vſque ad mortem crucis. Ecce
ad quid egreditur diuinus ſponſus, & qua
lætitia ex ſummo ad nos amore perfu-
ſus. Vides quomodo non eſt delitio-
ſus ſponſus, etiam egrediens de thalamo
ſponſæ? ſi quidem ab vtero virginis ma-
tris egreditur ad currendam viam, non ad
requiem, &c. In Oſæa deſcripta ſunt ma- Cap.2.
gnifica hæc deſponſalia. Deſponſabo te
mihi in fide. Ergo ſponſus Chriſtus, &

Eccle ia ſpõſa Chriſti.

Eccleſia ſponſa, in fide deſponſata, per charitatem coniuncta. Iam ergo Apoſtoli cre- C debant, ſiquidem filij nuptiarum vocantur à Chriſto. Et in Oſea per fidem repromittit deſponſationem hanc. Sponſus ergo Chriſtus: & Eccleſia ſponſa, per fidem deſponſata: & per ſanguinem ſponſi mundata. Chriſtus dilexit eccleſiã: & tradidit ſemetipſum pro ea: vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam Eccleſiam, non habentem maculam, aut rugã, aut aliquid huiuſmodi: ſed vt ſit ſancta & immaculata.

Apoſtoli credebant cùm Matthæus fuit uocatus.
Eph. 5.

Nuptiæ huiuſmodi celebratæ ſunt intra thalamum & aulam ſacræ virginis. vbi humanam naturam in vnitatẽ perſonæ ſibi copulauit Dei verbum. Et de latere eius in cruce dormientis, inclinato iam capite, educta eſt eccleſia velut alia Eua, mater cunctarum viuentiũ, de latere Adã viri ſui. Noſq; ſumus filij nuptiarum in ſacro baptiſmate regenerati per Spiritum ſanctum.

Nuptiæ Chriſti & eccleſiæ ubi celebratæ.
Gen. 2.

Obſerua obſecro cum gratiarum actione quanta indicauit & repromiſit dominus Ieſus in reſponſione ad Scribas, & Phariſæos, & diſcipulos Ioannis. Non fuit vel ad breue temporis ſpacium commotus, etiam accuſatus. Imò ſummi gaudij & lætitiæ exhibuit reſponſum. Quid iucundius quàm ab D ore eius audire, quod ſit ſpõſus, & quòd credentes ſint filij nuptiarum? Hæredes ergo regni patris ſui. Apud omnes firmũ eſt argumentum. Quòd ſi filij & hæredes. Hæredes quidem patris. Quis eſt pater noſter? Vnus eſt pater veſter, qui in cælis eſt. Hæredes ergo Dei. Quid hoc? Quomodo fieri poteſt? Nonne vnigenitum habet in ſinu chariſsimum cæleſtis pater? Certè ſic. Vnigenitus qui eſt in ſinu patris enarrauit nobis: dixit Ioãnes Baptiſta, qui vocauit ſponſum Chriſtum. Eſt ergo hæres regni patris ſui, quem vt chariſsimum & conſubſtantialem, & coęqualem, habet in ſinu ſuo. Quomodo ergo nos hæredes? In hoc eſt dilectio. In hoc eſt liberalitas. Hæc eſt magnificentia Dei in nos & genus noſtrum. Hæredes regni cæleſtis ſumus, non quidem contra vnigeniti voluntatem: imò per ipſum, per ſanguinẽ crucis eius: tantùm abeſt quòd ei diſpliceat, ꝙ cohæredes ipſius ſumus. Vtrunque dixit apoſtolus: Hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti. Hæc claruerunt in reſpõſione ad inimicos, & repromiſit nobis. In ſequentibus ſimilitudinibus aut exemplis præter hoc quòd adhùc excuſat apoſtolos contra ſcribas, eoſdem apoſtolos ad humilitatem vocat: quod congruo tempore factũ C eſt, cùm filios nuptiarum compellabat eos, & ſecum habebant ſponſum.

Rom. 8.
Gal. 4.
Matt. 23.
Ioan. 1.
Hæc expoſitio eſt Orig. aliter placet Auguſtino.

Nemo aſſumentum panni rudis aſſuit ueſtimento ueteri: alioquin aufert ſupplemẽtum nouum à ueteri, & maior ſciſſura fit. Et nemo mittit uinum nouum in utres ueteres alioquin dirumpet uinum utres, & uinum effundetur, & utres peribunt. Sed uinum nouum in utres nouos mitti debet.

Apoſtolorum humiliatio.

Prudenter ſe egiſſe cum diſcipulis, & ſecundùm regulam rationis, & ſecundùm infirmam incipientiũ conditionẽ per has ſimilitudines oſtendit. Vniuerſum pondus perfectionis non eſt ſtatim imponendum ſuper filios nuptiarum, neq; vniuerſa perfectionis via prædemonſtrãda. Teneri erant adhùc diſcipuli, adhùc veſtimenta vetera, adhùc carnales, nec dum fidei firmitate innouati: propter quod non oportebat ſupra id quod poterant ſuſtinere, trahere onera ieiuniorum. Cùm autem inquit, nemo aſſuit, intellige prudenter agens, & vt aliquid commodi habiturus. Primò quia inutilis eſt mixtura rerũ ſibi non congruentium. Cauſat enim deformitatem, & vnitatem, ſeu pulchritudinem aufert à veſtimento. Secũdò, quia videt futurum, quòd ſi id D faciat, & noui panni iacturam faciet, & vetuſtæ veſtis plagam reddet maiorem, ita vt facilè ruptura antiqua fiat turpior. Tertiò, quia non coniungitur ſolidè cum veteri pãno. Et nemo mittit vinum nouum, quia tũc multum ob vehementiam ſpirituum efferbeſcens, diſrumpit vtres ob vetuſtatem imbecilles: itaque ſimul pereunt & vtres & vinum. Ipſos itaque diſcipulos tanquàm vetera veſtimenta dicit, quibus importunè traderetur tunc doctrina ieiuniorum. Ex quibus omnibus vult concludere, quòd certè ea quæ ſunt perfectionis, non ſtatim imponenda ſunt conuerſis: donec exuant veterẽ hominem cum actibus ſuis, & induant nouum, qui ſecundùm Deum creatus eſt. Obſerua quomodo in exordio & in fine fundat ſuos diſcipulos ſaluator ſupra firmã petram humilitatis. Nunc vetera veſtimenta inepta ad pannum nouum, & vtres veteres eos compellat: in fine autẽ illis dicit. Nõ vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos: acſi apertè tunc & modò eorũ memoriæ infigeret claram cognitionem ſuæ ipſorum infirmitatis, ad propagandam & conſeruandam humilitatem. Maximum omnium eſt Apoſtolatus (non eſt ſermo nobis cum beata virgine) de quo gradu Apoſtolus dixit: primò poſuit

Mandata perfectiõis non ſtatim imponẽda.
Col. 3.
Humilitas
Ioan. 15.
1. Cor. 12

ſuit apoſtolos. Sublimia & altiſsima dona ſecum habet hic gradus: qui primus nō quidem tempore, ſed dignitate annumeratur. A Diſpenſatores munerum cæleſtium inſtituebat eos: propter quod oportebat firmare illos in humilitatis petra, ne tantum bonum cito ex ſuperbia euaneſceret. Propter hoc accipiens eos ad ſe, ad diſcipulatum, vtres veteres, & veſtimentum antiquatum, ineptum ad cōmiſſuram panni rudis, & ad vinum nouum reprobos appellat: qui vino nouo, id eſt, ſpiritualibus præceptis facilius diſrumpi poſſunt, quàm id continere. Ipſi autem facti ſunt vtres noui, in quibus muſtum plenitudinis Spiritus ſancti repoſitū eſt in die Penthecoſtes, &c. Et diſceſſurus ab eis, vocationem & electionem ad ſedes tanti magiſtratus, & gratiam vocantis, & miſericordiam eligentis Dei commemorat: vt humilitatem, quaſi clauum in omnibus firmiter tenerent: ne ſupra ſeipſos extollentes, profundiùs perirent, & impingerēt inſanabiliùs. Hanc doctrinam tradebat apoſtolus Paulus ſuis Corinthijs: Nolite errare: Neque fornicarij, neque adulteri, ne-

1. Cor. 6. que molles, &c. Regnum Dei conſequentur. Et hæc quidem fuiſtis: ſed abluti eſtis: B ſed ſancti facti eſtis, ſed iuſtificati eſtis in nomine dni noſtri Ieſu Chriſti, & in ſpiritu Dei noſtri. Nota quòd agens de alijs, vtitur verbo præteriti temporis quia de peccatis agit: de ſe autem ait in præſenti; quorum primus ego ſum. Neque commemorat

1. Tim. 1. hæc Apoſtolus ad exprobrationem & verecundiam: ſed ad humilitatem, & animi gratitudinem. Hoc ergo verbum ſit in corde tuo, etiam ſi ad culmen virtutis aſcenderis. Hæc quidem fui, adulter, idolis ſeruiens, auarus, &c. Vel ſaltem filius iræ in Adam, & in peccatis conceptus: per quæ gratias reddas domino Deo tuo, & humilitatem ſerues. Iam cum Paulo, qui ſeſe optimè nouerat, neque vnquàm antiquæ conuerſationis ſuæ obliuiſcebatur, dices: Gratia Dei ſum id quod ſum.

1. Cor. 15 Hæc omnia ex reſponſione Chriſti, pro

Humilitas ſuis diſcipulis accepimus. Habes & hanc

Gen. 32. doctrinam in ſancto Iacob regredienti de

NOTA domo Labam ſoceri ſui. Quid inquit: In ba-

ualde. culo meo tranſiui Iordanem iſtum: & nunc cum duabus turmis regredior. Memor erat ſuæ paupertatis, cùm egreſſus fuit de domo patris ſui Iſaac: nec ſuperbit ex mul-

Gen. 31. tis ſeruis, & ancillis, ouibus, camelis, auro, argento, vxoribus, filijs vndecim, deniq; A nec ex Rachel. Sed habens hæc omnia, humiliter orat dominum pro mitiganda ira fratris ſui Eſau, & munera mittit: & quod ampliùs eſt, ſepties coram ipſo adorat. In hunc modum ſancti viri præcellentibus virtutibus ornati, chariſsimam habentes *Humilitas*

Rachelem, id eſt, qui ad culmen contem- *ſanctorum.*

plationis aſcenderunt, qui & multos filios Chriſto per Euangelium genuerunt, ſemper humili corde cogitant, qui fuerint, vnde genus eis prioris natiuitatis: per omnia in vera humilitate ſe exercentes. Habes hoc exemplū in diuo Paulo. Blaſphe- 1. Timo. 1.

mus fui. Perſecutus ſum eccleſiam Dei: nec 1. Cor. 15.

ſum dignus vocari apoſtolus. Abortiuo ſe *Galat.* 1.

aſsimilat, cùm certe in momento temporis vir perfectiſsimus euaſerit, dicens: Domine quid me vis facere? Benè ergo ſa- *De quo in*

luti diſcipulorum per magiſtrum conſuli- *fra.*

tur in doctrina humilitatis. Prædeſtinata namque illis erant in conſilio diuinæ ſapientiæ ſublimiora apoſtolatus chariſmata (quę maxima & excelſa ſunt) oportebat proptereà fidam cuſtodiam adhibere ſingulis eorum, ſanctam ſcilicet humilitatem: ſine B qua, tanquam puluis ante faciem venti, virtutes congregantur. Vnde ſapiens docebat: Antequam conteratur, exaltatur Prou. 18.

cor hominis, & antequàm glorificetur, humiliatur. Propter diſcipulorum ergo glorificationem humiliat corda eorum ſapientiſsimus magiſter, vtres veteres, & veſtimenta antiquata compellans eos. Et in cœna: Non vos me elegiſtis: ſed ego elegi vos: non certè, quia eratis ſancti, ſed vt eſſetis ſancti & immaculati. Nec lilia campi de ſplendore & odore natiuitatis ſuæ gloriari poſſunt: quantò minùs homo? Cuius conceptio immunda, natiuitas intra *Pſal.* 50.

vterum matris ſuæ in peccato, egreſſus eius in lucem hanc, vagitus, ploratus, nuditas, fames, perfectiſsima inſufficientia ad ſui adiutorium, de quo ſupra. Deniq; cogitare 2. Cor. 3.

non poſſumus, quæ ad noſtrā iuſtificationē pertinent: ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt. Hæc conſideratio confirmatur in cantico illo: Deus auribus noſtris audiuimus, *Pſal.* 43.

&c. Neque enim in gladio ſuo poſſederūt terram: & brachiū eorum non ſaluauit eos. Sed dextera tua, & brachium tuum, & illuminatio vultus tui: quoniam placuiſti in eis. Tandē quaſi ſigillo ineffabilis honoris & glorię, cōfirma vniuerſa in cāticovirginis glo-

Luc. 1.

gloriosa: Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. In quo non naturæ paupertatem & vilitatem ineptè conſideres, ſed virtutem humilitatis, per quam ſacra virgo Deo placuit, & ad ſupremu decus honoris & dignitatis aſcendit, quippe quæ mater Dei facta, hunc canticū in Dei gloriā verè humilis & pia decantauit. Quòd ſi quærat aliquis, quid inter vinum nouū myſticè, & veſtimentum diſtet nouum, facilè patet: quia vino intus reficimur & inebriamur, veſtimento autem forinſecus induimur. Cùm verò vtrunque ad ſignificandum aliquid in vita ſpirituali repoſitum ſit, veſtimentum profectò opera noſtra bona, quæ foris agimus, & quibus coram hominibus lucemus, inſinuat. Vino autem nouo feruor fidei, ſpei, & charitatis, quo in cōſpectu noſtri cōditoris in nouitate ſenſus noſtri intus ipſi reformamur, exprimitur. *Et factū eſt iterum cum ſabbathis ambularet per ſata, & diſcipuli cœperunt progredi, & uellere ſpicas.*

Vinum nouum & ueſtimentum nouum.

NOTA valdè. Mirabile dictu, quàm indiſpenſabiliter iura naturæ omnipotens in ſibi neceſſarijs ſeruat: niſi quòd aliquando cibum habuit ab angelis miniſtratum, cùm aliorum neceſſitatibus ſuper naturę vires, omnipotentiæ ſuæ exerceat poteſtatem. Infirmos curat, paralyticos conſolidatis membris priſtinæ reſtituit ſanitati, famelicos ſatiat in deſertis, ſibi verò & apoſtolis in ſpicarum ſubſidio, in magna inedia occurrit. Neque ergo otioſum eſt, quod agit declinans magnam illam multitudinem, & fugiens inter ſata, quæ adeò plena erant, vt oporteret diſcipulos viam inter culmos aperire. Non legis ſaluatorem comediſſe de ſpicis iſtis: ſed ſicut gallina roſtro & clamore vocans, & demonſtrans pullis ſuis ſeminum grana, ſic factus eſt dominus Ieſus erga diſcipulos. Vide quomodo non ſolùm tempus aliquando nō habent ad ſumendum cibum, ſicut infra dicendum eſt, ſed nec vel ordaceum panē vel piſcem habent. Vide in vtroque Chriſti miſericordiam & pauperem vitam. De hoc ſecundo dicit Apoſtolus: Scitis fratres gratiā domini noſtri Ieſu Chriſti: quoniam cùm eſſet diues, egenus factus eſt, vt illius inopia, vos diuites eſſetis. Conſidera quàm diues erat. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum. Cùm legis, apud, diſtinctionem realem à patre

Paupertas Chriſti. — *2. Cor. 8.* — *Ioan. 1.* — **NOTA valdè.**

Deo conſidera, ſicut ſuprà diximus cum

C beato Cyrillo, non inæqualitatem: & cùm legis, erat, æternitatem recogita. Quę enim mens poterit vnquàm, vltra illud erat couolare? Ergo æternus filius Dei: conſubſtantialis patri, diſtinctus ab eo perſonaliter, & creator vniuerſorum. Diues ergo & valdè potens. Vide iam eius paupertatem. Et verbum caro factum eſt. Et vagit infans inter arcta, conditus præſepia: paruoque lacte paſtus eſt, per quem nec ales eſurit. Nō alias diuitias in hoc loco, quàm decorem regiū, & virgineum pudorem inuenies. Hic talis ac tantus vſque ad carnem mortalem, quod ſumma paupertas eſt, deſcendit, & ſui cùm eſuriunt inter ſata cibum quærunt, & inueniunt à domino. Obſerua pro doctrina parſimoniæ, & maximè tempore ieiuniorum, quæ ſumma obſeruantia debent honorari, quod non præparatas epulas, ſed ſimplices habent in cibū tāti magiſtri alumni. Quid ad hæc ſuorum corporum amatores & enutritores etiam cum fratrum ſuorū rapinis, furtis, calūnijs, & oppreſſionibus? Quid ad hæc diuitiarum cupidi & honorum, vſque ad Dei contemptum & legis?

Cyrill. li. 1. ſupra c. 1. Ioan. — *Ioan. 1.* — *Aug. contra Fauſtū Manich. lib. 16. ca. 19.* — *Abſtinētia cibi.*

D Quibus hoc ſolùm curę eſt, quomodo domum domui coniungant, & agrum agro copulent, vſq; ad terminum loci: ac ſi ipſi ſoli terram ſint habituri. Quid ad hæc guloſi, qui ſplendidè quotidie epulantur, tenerum vitulum de armento, non à lacte ablactatum edentes, & vinum defæcatum ad ſonitum tubæ & tympani bibentes? Væ illis, quos extrema expectat & excipiet calamitas: & ſeparati ſunt ad diem malum & vltionis: quos ignis deuorabit æternus: & famem patientur, vt canes, nec inuenient cibum ad refocillandam animam. Habent ergo potentes & glorioſi ſæculi huius magnam doctrinā in filio Dei, qui ſuæ carnis voluntariam neceſſitatem & paupertatem ſæpè mundo oſtendit, neque erubuit in infirmitate apparere, imò in ſimilitudine carnis peccati, & forma ſerui: dum modò noſtram ageret redemptionem, & ad optatum portum deduceret doctrinam humilitatis. Per ſata itaque Chriſtus cum ſuis cōuiuia ſpicarum habet in ſabbathis, id eſt, in ſabbatho. Conſidera altiùs rem hanc, & inuenies gentium poſt modum ad fidem vocatarum myſterium. Meſſis multa, gentes multas ſignificat apud Ioannem: dicente domino ad diſcipulos: Iam albæ ſunt regiones ad meſſem. Rogate ergo dominum

Eſaie. 5. — *Amos. 6.* — *Eſaie. 25.* — *Iob. 21.* — *Pſal. 58.* — *Doctrina magnatū.* — *Rom. 8.* — *Cap. 4.*

meſſis

meſsis, vt mittat operarios in meſſem ſuam. Mittens ergo illos in mundũ vniuerſum cũ falce verbi euangelij penetrabilioris omni gladio ancipiti, in aream ſanctæ matris eccleſiæ adduxit multas gentes. Et grana manducare eſt purgatum quemque per prædicatorum ora in corpore eccleſiæ per charitatem viuum membrum facere. Vides quo modo in facto hoc iam prælibabat dominus meſsis mundi ſalutẽ ex apoſtolica prædicatione? Non ergo otioſum eſt, quòd inter meſſes magiſter cum diſcipulis ambulat: ſed doctrina & myſterio refertum. Aliquãdo quidem verbis, aliquando factis, prophetæ, & dominus prophetarum Chriſtus Ieſus docuerunt magna myſteria; aut gentis vnius, aut mundi vniuerſi. De quo ſatis claras habes ſcripturas in Hieremiæ actis. In cinctorio lineo ad renes, in catenis ligneis, & alijs ferreis. Per quæ Iudæorum reprobatio prædemonſtrabatur, & eorum dura captiuitas in Babylone. In hunc modum dominus cum ſuis diſcipulis ambulat per ſata, quod ęgrè ferentes phariſæi, dicebant ei. *Ecce quid faciunt diſcipuli tui ſabbathis, quod non licet.* Non licebat ſecundùm legem in ſabbatho quicquam præparare ad cibum, ſed præparata in ſexta feria, quę ideò paraſceues appellabatur, manducabant. Vellere autem ſpicas iudicabant phariſæi pręparatorium eſſe ad manducationem: & inter ſeruilia opera connumerabant: propter quod apud magiſtrum arguunt diſcipulos, tanquàm legis & ſabbathorum violatores. Ecce inquiunt, quid faciunt diſcipuli tui. In quibus verbis altioris & ſublimioris mandati, quod in æternum perſeueraturum erat, fractores comprobantur, dum amorem fraternum demonſtrant non habere: Quippe qui digito gaudent demonſtrare peccatum fratrum ſuorum: quod tale ipſi iudicabant: non pro eorum emendatione, ad quam fraterna correctio ordinari debet: ſed ad magiſtri confuſionem, & vt legis demonſtrent contemptorem, qui talia vel doceret diſcipulos, vel permitteret coram ipſo indignè facere. Tui diſcipuli faciunt, inquiunt: Tui, quaſi ad te potius qui legis te demonſtras cultorem & magiſtrum, hæc tranſgreſsio ſpectat, non ad hos idiotas & piſcatores. O quot phariſæos his ſimiles ſuſtinemus, qui fratres ſuos de mane vſque ad noctem vbique obſeruant, nunquid contra legis corticem aliquid faciant, vt habeãt quod accuſent. Sed habuit Daniel ſanctus & iuſtus principes & ſatrapas in Babylone, qui obſeruarent tempus & locum orationis eius: & accuſarunt eum apud regem. Propter quos miſſus fuit in lacum leonum: ſed domino protegente liber & incolumis eductus eſt. Quàm longè à charitate & dilectione obſeruatio & accuſatio hęc? Quid ſcis ô homo, qui iudicem te conſtituis fratris tui, cùm domino ſuo ſtet, aut cadat, quid ſcis, nunquid liceat ei facere, imò neceſſarium illi ſit, quod tu arguis & condemnas, & accuſas? Nunquid menſam & cibum eius in die ieiunij vidiſti? Quid ſi non erat ſufficiens ad integram refectionem? Quid ſcis ſi maioribus indiget alimentis? Hi ſunt qui dicunt: Euge euge viderunt oculi noſtri. Apud quos ſi eſſet zelus diuini honoris, & dilectio fratris, non dicerent Euge euge, ſed Heu. *Ecce quid faciunt diſcipuli tui ſabbathis, quod non licet.* Stulti homines profectò. Magnalia viderant & audierant ex ore domini Ieſu. Sufficienter in curatione paralytici, ſuam diuinitatẽ comprobarat: cùm ex miraculo poteſtatem dimittendi peccata (quod ſolius Dei eſt) ſe habere demonſtrauit, ad cuius demonſtrationem & confirmationem impoſsibile erat Deum concurrere, niſi verum eſſet auctoritatiuè, & ſecundùm imperium illius dimittere peccata, quia pernitioſum mendacium Deum confirmare nullus hominum dixit. Et tamen his omnibus ab heri & nudius tertius coram eis apparentibus, audent in diſcipulis Dei filium accuſare: *Ecce quid faciunt diſcipuli tui.* Obſerua cũ timore magno & attentione multa, quàm plene fraternum odiũ exęcauit corda iſtorum, qui certè cognoſcere poterant ſufficienter Dei filium inter eos conuerſantem ſecundùm dictum prophetæ: & tamen malitia affectata exęcauit corda eorum. Nec per hoc venia digni ſunt: Oculos ſuos luci clauſere, nec videre voluerunt. Timendum tibi eſt valde, ne odium fratris tui barathrum & præcipitium tibi paret in magna crimina. Quod nimirum periculo eſt plenum, cùm ex inuidia trahit originem. Hoc vidiſti in Cain & Abel. Ille quidem cùm conſideraſſet dona fratris ſui accepta fuiſſe domino: ſiquidem inflammauit ſuper illa miſſo cælitus igne ad deuorandum ſacrificium: doluit, & concidit vultus eius. Neq; à do-

Prophetæ & ſaluator verbis et factis prædemõſtrabãt myſteria et res futuras

Cr. 13. 27

Exo. 20.

Accuſatores fratrũ ſuorum.

Cap. 6.

Rom. 14.

Pſal. 34.

Fraternũ odium.

Baruch. 3.

Gen. 3.

à domino in meliorem & ſaniorem ſenſum redactus eſt, etiamſi conſuluit, etiamſi ad-

C

monuit, etiáſi repromiſit ei pro beneactis mercedem, etiamſi comminationem adhibuit. Quin potius omnium horum oblitus, occidit fratrem ſuum, ſanctum & iuſtum. Similia videmus contigiſſe his peſsimis Iudæis aduerſus dominum Ieſum: ſuper quē quotidie inflammabat pater æternus per corruſcationem miraculorum, & in doctrina oris ſui, qui vt poteſtatem habens loquebatur. Et quem adorare & venerari debue-

Pſalm.68.
Ioan.15.

re, odio habuerunt gratis vſque ad mortem crucis. Vſque huc non quieſcit fraternum odium. Quieſce ergo tu ab illo, & fuge velut à facie colubri. Videas iam quid illis reſponderit ſaluator. *Et ait illis: Nunquàm legiſtis quid fecerit Dauid: quando neceſsitatem habuit, & eſuriit ipſe, & qui cum illo erant? quomodo introiuit in domum Dei, ſub Abiathar principe ſacerdotum, & panes propoſitionis mãducauit, quos non licebat manducare, niſi ſacerdotibus, & dedit eis, qui cum eo erant?* In pri-

Quæſtio grauis.

mis expendere oportet, vt ſufficienter Iudæis reſpondeamus: quare Marcus Euangeliſta factum Dauidis, cùm fugeret Saulis

D

iram, & inueteratum odium, ſub Abiathar deſcribat, cùm primus liber regnorum af-

Cap.21.

firmet ſub Abimelech ſacerdote accidiſſe. Variæ fuerunt de re hac patrum & magiſtrorum ſententiæ, & reſponſiones: & eorũ varietas in veritatis manifeſtationẽ potiùs cedit, quàm in calumniam, aut in fugã obiecti criminis contra ſacrum euangeliſtam.

Chriſoſt.

Chriſoſtomus aſſerit binomium fuiſſe Abimelech, qui & Abiathar dicebatur. Theo-

Theophilatus.

philato placet Abimelechum fuiſſe quidẽ ſacerdotem domini, Abiatharem vero ſacerdotum principem: atq; adeò hyſtoriam regum propter ætatis progreſſum, & quòd is Abimelech verè panes Dauidi porrexiſſet, ad parentem, quia ętate ſuperiorẽ: Marcum verò ad filium propter maiorẽ digni-

Hieronymus.

tatem & principatum reſpexiſſe. Hieronymus & Lyranus (quod magis placet) in-

Lyranus.

quiunt Abiatharem cum patre Abimelecho functum fuiſſe ſacerdotio, atque adeò vtriuſque in hyſtoria regum, & Marci euan-

Sententia authoris.

gelio habitam fuiſſe rationem. Vel ſi placet, in eundem modum factum hoc deſcribitur ſub Abiathar principe ſacerdotum, non qui tunc erat princeps ſacerdotum: ſed qui poſt modum à Dauide fuerit inſtitutus: ſicut ipſe Dauid genitus rex deſcribitur in fine libri Ruth, & à Matthæo: non quòd tunc genitus eſſet rex: ſed quia poſtmodũ

C

à domino fuerit electus ad regnum. Et ſic

Cap.1.

vindicabis beatum Marcum à calumnia inimicorum veritatis. Iam ad ea quæ dominus dixit, accedamus. Inquit. *Nunquàm legiſtis quid fecerit Dauid?* Per id quòd vir ſanctus & iuſtus apud Deum & homines cognoſcitur feciſſe: neque ſuo tempore, aut poſtmodum ab aliquo reprehendebatur, excuſat diſcipulorum factum. Si enim Dauidi neceſsitate oppreſſo licuit edere panem propoſitionis, quod ſolis ſacerdotibus & Leuitis licebat: & excuſatur propter famem: neq; apud quenquam veſtrum violator legis habetur: quare in diſcipulis meis iudicatis & damnatis, quod in Dauide & ſeruis eius approbatis? Vbi nota, quòd non ſolus Dauid vſus fuit panibus ſanctis, ne dicerent, tanquàm prophetæ hoc illi fuiſſe conceſſum: ſed & ſerui eius manducauêre ex illis, cùm homi-

Neceſsitatis articulus.

nes eſſent de media plebe. Intendit ergo dominus dicere in reſponſione hac, quod in neceſsitatis articulo licuit tàm Dauidi,

Leuit.24.

quàm ſuis veſci pane ſancto, aliàs ſolis ſacerdotibus licito. Nota ſecundò, quòd argu-

D

mentum hoc ſumptum eſt à maiori facto: vnde eſt de maiori ad minorẽ. Maius enim erat panibus ſanctis veſci laicos, quàm in ſabbatho aliquid operari: quod ex multis contingere poterat: laicos autem veſci panibus ſanctis, ſemel contigit: nec ſine adhibita inquiſitione, nunquid puri eſſent, & mundi, & maximè à mulieribus. In ſabbatho autem licebat circumcidere, & bouẽ vel aſinum de fouea extrahere, &c. Quãto magis confringere ſpicas ad manducandum in extrema neceſsitate & fame? Lex quidẽ diuina poſitiua erat de non præparandis cibis in ſabbathis. Lex autem de ſeruanda vita eſt naturalis, & ex primis principiis deſcendens: vnde omnibus manifeſta, & de qua non per cõcluſiones phyloſophandum ſit. Oportebat ergo, atque licebat legem diui-

Modeſtinus. ff. de legibus, & ſen. conſ.

nam poſitiuã, naturæ cedere. Nulla enim ratio iuris, aut æquitatis benignitas patitur: quæ ſalubriter pro vtilitate hominum inſtituta, & introducta ſunt, duriori interpretatione producere ad ſęueritatem. Cùm ergo

Cõtra legẽ aliquando licet ferre materialiter.

quandoq; lex viri repugnet naturæ in euẽtibus particularibus, licet contra illam facere: neque hîc formaliter quicquàm contra illam fit, ſed materialiter, contra literã eius. Patrocinabatur ergo ſanctis diſcipulis, tum

quidem

Cap. 12. quidem lex naturalis:tum etiam factum Da
uidis,& tertiò, quod in Matthæo legimus à
domino adductum aliud exemplum ſacer-
Num. 28. dotum mactantium tauros & oues,& offe-
rentium ſuper altare domino: propter quæ
omnia apoſtoli digni erant excuſatione, ſi
apud phariſæos locum aliquem haberet fra
terna dilectio: & ipſi inexcuſabiles ſunt in
hoc, quòd accuſant & magiſtrum & diſci-
pulos. Benè proindè edocti ſumus à dño nõ
Ioan. 7. iudicare ſecundùm faciem, ſed rectum iudi
cium. Quid eſt nolite iudicare ſecundùm fa
ciem? Nolite iudicare ſecũdùm ea quæ ocu
Rectum iu- lus carnis videt, ſed rectum iudicium iudi-
dicium iudi- cate. Conferte opus, quod in proximo ap-
care. paret ad ſuperiorem legem,& inuenietis ad
regulam & beneplacitum eius eſſe, quod
ocul⁹ veſtri corporis nequit percipere. Vn
de in vniuerſum ſecundùm charitatis præ-
ceptum, omne indifferens, quod benè & ma
lè, quando fit, fieri poteſt, tenemur boni cõ
ſulere in proximo. Aliter temerarium ha-
Rom. 14. betur tale iudicium. Aduerſus quos eſt ſer-
mo Pauli: Quis es tu, qui iudicas ſeruũ alie-
num? Nec tamen facilè aut paſsim cõtra lite
ram legis humanæ, aut diuinæ poſitiuæ pro
libito, aut ſecundùm proprium ſenſum agẽ
dum eſt, niſi vrgente neceſsitate. Regulari-
ter tamen adhibenda eſt interpretatio præ-
lati, aut regis, aut iudicis, conſulendique ſa-
pientes. Quod feciſſe apoſtolos in præſen-
tiarum,& aliàs ſæpenumero, non eſt mihi
Apoc. 19. dubium. Adderat illis legiſlator Chriſtus
1. *Cor.* 1. Ieſus, rex regum, & dñs dominantiũ, Dei
ſapientia & virtus, quem quidem conſule-
bant, liceret ne hoc aut illud facere, an non?
Quod ex reſponſione Chriſti ad phari-
ſæos licet colligere. Sic legis in Matthæo.
Cap. 17. Si autem ſciretis, miſericordiam volo, &
non ſacrificium: nunquam condemnaſſetis
innocentes. Dominus eſt enim filius homi
nis etiam ſabbathi. Et in Marco: *Sabbathũ
propter hominem factum eſt, & non homo pro-
pter ſabbathum.* Vbi nota, quòd dominus
ſuos diſcipulos in hoc facto appellat inno-
centes,& ſe dominum ſabbathi, qui diſpẽ-
ſare poſſet: etiam ſi tam grauis non vrgeret
neceſsitas. Denique tertio excuſat ſuos di-
ſcipulos, ex hoc quòd finis principalior
eſt, quàm ea quæ ſunt ad finem. Sabbathũ
verò propter hominem à Deo eſt factum,
non homo propter ſabbathum. Non enim
prudenter cum homine fieret, ſi ipſe ad ſab
bathum ordinaretur: cùm contrà ſabbathũ
propter ipſum, ſit inſtitutũ. Præparare ci-
A bos nõ licebat in ſabbatho: ſe ipſum ſeruare
incolumẽ per cibũ, lex naturalis iubet: quo
modo ergo poterat haberi cibus, illum lice
bat manducare ad ſuſtentationem. Sed vi- NOTA
detur intẽpeſtiuè adductũ eſſe teſtimoniũ
ex Oſea propheta, cùm certè apoſtoli in
hoc facto innocentes eſſent ex teſtimonio
dñi. Nõ eſt miſericordiæ opus innocẽtes li-
berare: imò ad iuſtitiã ſtrictiſsimè pertinet:
vnde nõ licet innocentem condẽnare. Ad
iuſtitiã ergo pertinebat non condemnare
apoſtolos, cùm eſſent innocẽtes, neq; vlla
miſericordiæ indulgentia indigebant. Po-
tiùs ergo dicendũ erat: ſi ſciretis, innocentẽ
non condemnabis: ſiquidẽ innocentes erãt
apoſtoli. Sed certè opportunè, & ſecũdùm
impiorum hominũ neceſsitatẽ adducta eſt
ſententia ex Oſea. Et in hoc cõſiſtit vis ra-
tionis & reſponſionis huius. Etiam ſi alia
multò altior obligatio nõ vos conſtringe-
ret ad abſtinendũ ab accuſatione diſcipulo
rũ meorũ (nimirũ iuſtitię ratio, cùm ipſi ſint
innocẽtes) illa tamẽ quę deo chariſsima eſt,
& ſui cordis miſericordia, per quã etiã pec
cata hominũ diſsimulat,& liberaliſsimè cõ
B ſulit, deberet vos ad excuſationẽ diſcipulo-
rũ cõpellere, etiã ſi alij adeſſent accuſatores.
Sed quàm longè à iuſtitia, tã procul eſtis à
miſericordia. Neſcitis ergo quid eſt miſeri-
cordiã volo,& nõ ſacrificiũ. Sed vobis, quos
ſecretũ ſublimioris huiꝰ philoſophiæ latet,
manifeſtũ ſit, ꝙ filius hominis eſt dñs ſabba
thi. Dñs autẽ nõ eſt ſub lege, ſed ſuper le-
gem. Voluntariè factus ſum ego ſub lege,
ſed non propter hoc ſeruus legis debeo iu-
dicari, cùm certè ſim dñs. Et tanquàm dñs, *Chriſtus*
etiam ſi tam vrgens neceſsitas nõ occurre- *dñs legis*
ret, poſſem quodcunque vellem facere, & *Moyſi.*
permittere,& præcipere. Vide quàm aper
tè ꝓfitetur dñm ſe eſſe legis Chriſtus Ieſus.
Nõ legiſlator tantùm, quod nõ ſat erat ad
obtinendũ principatũ ſuper legẽ (teneba-
tur ſiquidẽ Moyſes ad oẽs ſuas leges) ſed ve
rè erat dñs legis, tanquàm lator eius: nõ ſicut
promulgator, ſicut fuit Moyſes. Chriſtꝰ ve-
rò tãquàm naturalis Deꝰ, dñs erat, legis in-
quam Moyſi: ſecundùm ea præcepta quæ
appellantur cæremonialia & legalia: inter
quæ annumerabatur non præparare cibos
in die ſabbathi. Nõ autẽ eſt dñs ſuper illa *Deus quõ*
præcepta ſtrictiſsima iuris naturalis dile- *modo eſt do*
ctionis Dei & honoris eiꝰ,&c. Hęc enim in- *minꝰ legis.*
diſpenſabilia ſunt etiam per abſolutã Dei
poten

Lex æterna. potentiam: Cùm immediatè à lege æterna
dimanent, quæ eſt ſumma ratio in Deo exi- C
ſtens: & per conſequens impoſsibile ſit re-
ctè fieri contrarium, aut ſecundùm rationē:
& cùm immediate & intrinſece contineāt
rationē iuſtitiæ & boni communis: propter
quæ neque à Deo diſpenſari poſſunt, cum
ſint principia practica, ex terminiſque per
Scotus. 3. d. 37. ſe nota. Non ergo Deus eſt dominus legis
naturalis, vt poſsit irritare eam, cùm non ab
Legem irritare. inferiori ſit lata. Irritare enim eſt, legē aut
votum impedire & caſſare, ne vim habeat
obligandi. Vt ſi legem à ciuibus latam, rex
non probaret neque confirmaret, ſed caſſa-
ret. Neque eſt dominus legis, vt poſsit eam
Legem abrogare. abrogare. Eſt nanque legem abrogare, poſt
quàm vim habet, in totum tollere. Neque
Epikeia. legem interpretari. eſt domin⁹ legis, vt poſsit *Epikeia* interpre
tari. Interpretari nimirum per *Epikeiam* eſt
in tali caſu declarare legem locum non ha-
bere. In lege autē naturali nullus vnquàm
Legē diſpēſare. caſus talis contingere poteſt. Neque eſt do
minus legis, vt poſsit diſpenſare. Diſpenſa-
re enim eſt quempiam ſubditorum à lege
excipere: conceſſa alicui facultate contra-
rium faciendi. Contrarium autem dilectio-
nis & honoris Dei, & amoris proximi im- D
poſsibile eſt Deum præcipere, aut diſpen-
ſare. Cùm ergo dominum legis ſe profite-
tur Chriſtus, ſecundùm ea præcepta, quæ
cęremonialia ſunt, aut legalia, debet inter-
pretari: quæ etiam non venit ſoluere, ſed
Matt. 5. NOTA valde. adimplere. Obſerua primò, quantum ma-
lum ſit legem naturalem violare & contem
nere, quam neque Deus per abſolutam po-
tentiam poteſt irritare, aut in illa diſpēſare.
Obſerua ſecundò quàm dignæ ſint pœnæ,
quas aduerſus tranſgreſſores lex decernit: ſi
quidem impoſsibile eſt non eſſe peccatum,
quod contra legem fit: ad cuius ordinatio-
nē pœna decernitur. Obſerua tertiò, quàm
ſapienter dixit dominus Ieſus de his præci
Luc. 17. puè legibus: Cùm feceritis omnia quę præ-
ceperint vobis: dicite: Serui inutiles ſumus.
Obſerua quartò, quanta cum clementia no
biſcum agit Deus: qui pro illis rebus, quæ
ſecundùm noſtram naturam nobis ſunt ob-
ſeruatu neceſſaria, propoſuit ampliſsimum
præmium regnum inquam cælorum. Dila-
ta hæc omnia & pondera, vt cum ingenti
NOTA. fructu illa quæ ſubtilia erant, audiātur. Per
ſuam poteſtatem, quia verè dominus legis
erat dominus Ieſus: tangebat leproſos, neq;
immundus, neque legis violator fiebat. Per
hanc præcipiebat paralytico tollere graba
C tum ſuum in ſabbatho, & ambulare, & cæte
ra huiuſmodi multa. Quod nolentes intelli- *Ioan. 9.*
gere impuri illi homines, dicebant: Hic ho
mo non eſt a Deo, qui ſabbathum non cu-
ſtodit. Imò eſt & Deus & dominus ſabba-
thi in ipſo operans ſine peccato. Obſerua
quod ſecundo loco dominus dixit pro ex-
cuſatione diſcipulorum. *Sabbathum propter* *Sabbathū.*
hominem factum eſt. Non homo propter ſabba-
thum. In primis proponam pro dilucidatio- *Philo Iudeus, lib. de decalogo.*
ne huius ſententiæ Philonis Iudæorum ſa-
pientiſsimi expoſitionē, circa ſabbathi ob-
ſeruantiam. Iuſsit igitur, vt quicunque hęc
inſtituta recepiſſent, ſicut in cæteris, ita in
hoc quoque Deum ſequerentur, operando
per ſex dies, ſeptima verò inter quieſcendo,
vacandoque contemplationi rerum & ſtu-
dio ſapientiæ, retractandoque etiam cogita *NOTA pro Scoto.*
tione acta præterita, & rationem eorum à
ſe repoſcendo, ſicubi à legum pręſcripto ab *Sabbathi opera, quæ Lege beatū Amb. in præfatione pſalm. 37. Tom. 4. fol. 505. pro hac ſententia.*
erratum fuerat, vt impoſterum cautiores eſ
ſent, perſpicerentque ne iterùm impinge-
rent in eadem offendicula. Reliqua alio lo-
co dicenda ſunt. Factum eſt itaque ſabba-
thum propter hominem, vt quemadmodū
D requieuit dominus ab operibus ſuis in re-
rum creatione, qui dies, vel tantæ fabricæ
conſtituendæ ſatis fuerūt, ſic homo requieſ-
cat à laboribus ſuis: ne in deterius vires cor-
porales ex aſsiduo labore abirent, & facilè *Philo. fol. 127.*
deficeret totus homo. Obſerua quomodo
rebus tuis corporalibus, & rei familiari con *Sabbathū augendæ et conſeruandæ rei familiari deſeruit.*
ſulit Deus, vt augeantur & conſeruentur:
cùm requiem imperat tibi in die ſabbatho
rum. Sed præcipuè legiſlatoris ſeruabis be
neplacitum ſi ſabbathum in diuinis benefi-
cijs recolendis, in diuinis laudibus concele-
brandis, in gratiarum actione totum diem
expenderis, & denique in purificanda tua
conſcientia. Per hæc verè ſanctificatur. *Sabbathū.*
Dies ſabbathi enim eſt creationis requies
mundi perfectio, legum inueſtigatio,
gratiæ Dei laus pro his quæ hominibus eſt *Leuit. 23.*
largitus. Ijs omnibus præſtat dies domini- *Dies Dominic⁹ præſtat ſabbatho.*
cus, qui cùm demonſtret nobis ipſum me-
diatorem, legiſlatorem, reſurrectionis au-
ctorem, primogenitū omnis creaturæ, Deū
verbum & hominem natum de Maria vir-
gine, ſine congreſſu viri, conuerſatum ſan-
ctè: crucifixum ſub Pontio Pilato, & mor-
tuum, ac reſuſcitatum, meritò vt dominicus
præcipitur: vt tibi domine pro his omni-
bus gratiarum actio offeratur. Ea enim eſt
à te

à te collata gratia, quæ ſua magnitudine omnia beneficia obſcurat. Hæc apoſtolus apud diuum Clementem. Et paulò antea de ſabbatho Iudæorum: Sabbathum eos ſeruare iuſsiſti, non vt cauſam ceſſandi eis dares: ſed vt occaſionem pietatis haberent, ſcilicet vt potentiam tuam agnoſcerent, & mala vitarent, &c. Propter hæc inſtituerunt apoſtoli ſeruos quieſcere, & in ſabbatho, & in die Dominico: quieſcere nimirùm in eccleſia, propter doctrinam pietatis. Sabbathum enim, vt diximus, habet creationis rationē: dominicus reſurrectionis: ſed requies ſabbathi iam ceſſauit. Inſtituerunt etiam, per totam hebdomadā maiorem & ſequentem, ſerui quieſcant: quoniam illa ad paſſionem pertinet, alia ad reſurrectionem: & eſt opus inſtitui, quis ſit ille qui paſſus eſt, & reſurrexit, & quis hoc permiſerit & reſuſcitauerit. Hæc omnia diximus, vt cùm audis ſabbathum propter hominem factum, quod in Dominicā diem tranſijt, ſcias quibus debeas intendere, & de quibus oporteat te eſſe ſolicitum. Nunquid nobis aut noſtris iſta præſcribuntur? Nunquid pro illis temporibus inſtituta fuere ſolummodò? Quòd ſi abolita eſt requietionis corporalis obligatio, quæ hiſce apoſtolicis conſtitutionibus præſcribitur, non tamen doctrina moralis, ad quam ordinata erat, vel ſuper quam fundata erat. Væ nobis, quibus meritò paratus eſt ſempiternus interitus, & vltio manus omnipotentis. Quibus id curæ ſolùm eſt in ſabbatho corporum comptus & ornatus luxurioſus, otium, conuiuia, iræ, rixæ, contentiones, manifeſtę ſabbathorum violationes. Obſerua quanta obſeruatione Iudæi ſabbatha ſua colebant: neque arma ad corporum ſuorum defenſionem etiam acceptis mille plagis ab hoſtibus aſſumebant. Per totum diem vſque ad veſpertinum crepuſculum lectioni vacabant, & legis interpretationi, de quo iam ſupra. Cùm interim Chriſtianus populus habēs in ſacro die Dominico beneficium recolendum, quod gratia ſua (ſicut apoſtoli dixerunt) cætera omnia obſcurat: habens ſanctum Euangelium gratiæ, quod perſcrutetur, otio indulget, ludo, iocis, potui, & riſui. Et ſi quid ex oratore euangelico ad ſuam ſalutem accipit populus, tanquàm qui ſemen iuxta viam habet, cùm venit diabolus, tollit de corde eius: ne credens ſalvus fiat. Cùm certè oporteret in ſabbathis affligere per penitentiam animas noſtras, & mundare corda ad diuinam inhabitationem. Hanc doctrinam non ſemel tradidit Deus antiquo illi populo. Cui præcipiens corporalem requiem in ſabbathis, animarum afflictionem demandabat. Hanc doctrinam habes cap. 16. Leuitici & cap. 23. in hæc verba. Coram domino mundabimini: ſabbathū enim requietionis eſt, affligetiſque animas veſtras. Et iterum: Sabbathum requietionis eſt: affligetiſque animas veſtras. Hoc magiſterium nihil habet, quod ad legalia vel cęremonialia pertineat, ſed morale per omnem modū videtur. Nec per hæc quæ dicimus neceſsitatem contritionis in feſtis diebus intendimus inducere, ſed quàm ſalubris ſit oſtendere. Nota & relege verba Philonis. Propter hominem factum eſt ſabbathū, & homo propter Deū, vt in illo glorificet auctorem & parentem omnium & vniuerſorum dominū, & te ſanctificet. Itaque dominus eſt filius hominis, etiam ſabbathi. Si, inquit, Dauid rex ſacerdotali cibo paſtus excuſabilis eſt, & iuxta alterius Euangeliſtæ narrationem, ſacerdotes ſabbathum propter templi miniſterium violantes crimine carent, quanto magis filius hominis, qui verus eſt rex & ſacerdos, & ideò dominus ſabbathi, euulſarum ſabbatho ſpicarum noxa non tenetur? Nam & Ioſue muros Hierico ſeptem diebus cum exercitu circuiuit. Et vnus horum neceſſario erat dies ſabbathi. Et Machabæi neceſſitate inſtanti pugnabant. Vnde diſcipulis eſurientibus, quod licitum non erat in lege, neceſsitate famis factum eſt licitum.

Li. 7. Apoſtolicarū inſtitutionū 1. tom. fol. 105. — *Lib. 8. ca. 39.* — *Sſeruorum requies.* — *1. Mach. 2* — *Luc. 8.* — *Num. 9.* — *Ioſue. 6.* — *1. Mach.*

Finis Capitis ſecundi & Libri ſecundi Commentariorum in Marcum.

LIBER TERTIVS COMMENTARIORVM IN MARCVM.

ET INTROIuit iterùm in Synagogã: *& erat ibi homo habens manum aridam, & obſeruabant eum, ſi ſabbathis curaret: ut accuſarent illũ.* Beatus Lucas dixit: In alio ſabbatho. C

Cap. 6. Non ſemel aut bis ſtuduerunt peſsimi viri
Capharnaum obſcurare gloriam & nomen
dñi Ieſu aliquando aduerſus diſcipulos calumniã
meditãtes, aliquando verò in ipſum
magiſtrum inuehentes: deniq; blaſphemiæ
crimen, quod maximum eſt, obijcientes.
Nec tamen bonus medicus inſaniam infirmorum,
& iniurias declinabat, quin potiùs
adhibebat eorum ſaluti omnem curam, &
ſolicitudinem, & maiora ſubinde remedia
exhibebat. Cõproba obſecro erga te, qualis
fuit dominus per multos annos, quàm
verè tuæ ſalutis amator & deſiderator, & in-
1. Timo. 2 tellige quod ſcriptum eſt: Deus vult omnes
homines ſaluos fieri, & ad agnitionẽ ſui nominis
venire. Et ex his intellige, quàm inexcuſabilis
inueniêris in die iudicij, qui tantam
& fortè maiorem abundantioremque D
Heb. 2. gratiam tui medici reiecisti. Bene Paulus:
Abundãtiùs debemus obſeruare quæ audiuimus,
ne fortè pereffluamus. Et Saluator:
Ioan. 3. Et hoc eſt iudicium, ꝙ lux venit in mundũ,
& dilexerũt homines magis tenebras quàm
lucem. Nonne quaſi ſol inter medias aëris
nubes dñs Ieſus reſplenduit vita, exemplo,
& obſtupendis miraculis? Et tamen dilexerunt
homines magis tenebras quàm lucem.
Ad nos etiam iſta conueniunt, imo durio-
Gal. 3. ra, ante quorum oculos Ieſus Chriſtus proſcriptus
eſt, & crucifixus. Vide iam ſaluatoris
clementiam, & impiorum inueteratam
malitiam. Cùm ingreſſus eſſet in ſynagogãm,
illic ex more docturus populũm, obtulit
ſe rurſus, & domino faciendi miſericordiæ
ſuæ opus magnificum, & phariſæis calumniandi
occaſio. Aderat inter illam turbam
quidam, miſerum cũctis ſpectaculum
exhibens, manum habens arefactam, ſuę arti
inutilem & reprobam, erat enim cimentarius,
ex quo etiam miſerabilior, quòd opera
manuúm ſolitus eſſet alere, tum ſeſe, tum
& familiam ſuam pauperculam. Obſeruant *Hieronymus ſuper hunc locũ,*
itaque Phariſæi dominum Ieſum, natura
propenſum ad opitulandum miſeris: an auderet
etiam ſynagaga vniuerſa præſente, Matth. 12
die ſabbathi ſanare hominem, vt ſi id faceret,
accuſarent eum violati ſabbathi, cùm facti
ſynagogam haberent teſtem. Sed ad moralem
doctrinam conuertamus ſermonem,
antequàm ad ſequentia accedamus. In alio
ſabbatho: *Introiuit iterũ in ſynagogam.* Commodus
locus & tempus ſabbathum & ſynagoga
ad docendum & benefaciendum, vt
populus, qui per vniuerſam hebdomadam
rei familiari augendæ & conſeruandæ intendit,
hunc diem habeat ad ſuæ animæ &
cordis ædificationem, reparationemque.
Sed certè inuentus eſt populus noſter his
præcipuè diebus, populus & domus exaſperans,
quæ renuit & dominũ, & prophe Ezech. 2.
tas ſuos audire. De quo dñs ad prophetam.
Nolunt audire te, quia nolunt audire me. Cap. 3.
Maiora & difficiliora negotia pro Dominicis
diebus & feſtis ſeruant tractanda, con
ſulenda, definienda, ad quæ vix totus dies D
ſufficit: vix cor aut mens eorum recogitat,
quid in tanta die agendum ſit pro ſuæ animæ
ſalute. Væ illis. Quid prodeſt homi- Matt. 16.
ni, ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ
verò ſuæ detrimentum patiatur? Aut quàm
dabit pro anima ſua commutationem? Audi
ô homo, qui te odiſti, vt inimicum odio
inueteratum, quid tibi ſaluator dicat. Quærite Luc. 12.
primùm regnum Dei, & iuſtitiam eius:
& hæc omnia adijcientur vobis. Et Paulus
docet: Nihil ſoliciti ſitis: ſed in omni Phil. 4.
oratione & obſecratione cum gratiarum
actione, orationes veſtræ innoteſcãt apud
Deum. In alio ſabbatho venit dñs ad docẽdum,
ad curandum, ad benefaciendum. Et
filij Belial, id eſt, ſine iugo, qui hos ſacros Iudicũ.
dies ad ingentiora crimina deſiderant, obſeruabant
eum. Obſeruabant quidem quẽ *De quo ſupra in fine ſuperioris cap.*
audierant eſſe ſabbathi dñm, quem ſummè
diligere miſericordiam experti fuerant,
cui rei teſtimonium perhibebat Oſęas, de
quo

quo nõ ſemel admonuerat eos. Sed iterũ in: Semel inuocatione Matthæi, & alibi in defenſione diſcipulorũ. Obſeruabãt itaq; mirabilia operantẽ, deniq; vt verũ Deum dimittentẽ peccata, vt accuſẽt, ſi in ſabbatho curet. Cùm nimirum bene facere, & miſericordiã cunctis exhibere in ſabbatho nõ ſit prohibitũ: ſed Deo charũ. Odiſſe aũt fratrẽ, & inſidias parare, deſiderare aduerſus illũ accuſationẽ, hęc nõ exiſtimabãt crimen eſſe. Dñs autẽ Ieſus, quo redderet oẽs attentos, euocauit hominẽ, cuius manus erat manca. Inquit: *Surge in medium*, vt ſcilicet ab omnibus videaris: tũ ad gloriã miraculi, vt ꝓbent nihil adeſſe falſum aut fictũ in hac tua infirmitate: neq; poſt reſtitutã ſanitatẽ dicãt: nõ ſic eſt: neq; vnquàm fuit mancus: & ex hoc gloriã Dei cõmaculẽt & obſcurent, & infament mirabilis potentiæ opus. Ad quod ſicut ad cætera crimina, in magiſtrũ auſcultabant inuidiã. *Surge in medium*, vt ab omnib᷒ videaris, quantã ſcilicet patiaris miſeriã & calamitatẽ, quod ſolet ad miſericordiã etiã rigidos animos inflectere. Sed horũ oculos inuidia clauſit, & adipẽ ſuum concluſerunt contra fratrem ſuum, ex odio in Chriſtum.

Pſal. 16.

B Qua obſecro venia digni ſunt iſti? Imò quo flagello digni non ſunt? *Et dixit illis. Licet ſabbathis bene facere, an male? Animã ſaluã facere, an perdere? At illi tacuerunt.* Vide cornutũ argumentum, quo vtitur Dei ſapiẽtia Chriſtus aduerſus hos impuriſsimos homines. Tale eſt quod etiã imperitũ vulgus, quod longe eſſe ſolet à ſapientia, potuit vim illius penetrare. Neq; fugiebat illos quo tenderet talis percontatio. Si reſpondiſſent ſatius eſſe pro religione ſabbathi pati perire proximum, quàm de relicta religione, & cultu illo carnali ſuccurere periclitanti: nõ quidem tuliſſet abſurdũ reſpõſum, à ſenſu naturę cõmuni abhorrens. Sin reſpondiſſent licere quidẽ curare fratrẽ in die ſabbathi, ſibi adimebant ius calumniandi. Elegerunt ergo tacere. Arguebat itaq; eos quòd praua interpretatione, legis mãdata violabãt, docẽtes à bono feriandũ in ſabbatho, cùm maximè ad illud fuerit inſtitutum. Lex enim ſeruile opus prohibebat, nõ miſericordiam, & maximè, in proximũ & fratrẽ. Dicebatq; illis: Licet ſabbathis bene facere, an male? Quaſi diceret: certũ & inconfeſſo eſt apud omnes, cunctiſq; probatur, quòd licet in ſabbathis benefacere. Deniq; certiſsimum eſt nullo tempore licere malefacere. Bonũ ergo cùm

Sabbathũ ad quid inſtitutum.
Leuit. 23.

A ſit hominem curare ab infirmitate ſua, licet mihi per legem hunc ſanitati reſtituere: vel ex eo præſertim, cùm perficienda ſit eius ſalus per ſolum voluntatis meæ imperium. Non ſunt præparãda medicamẽta aut ligaturæ. Quod ſi adhuc eſſent vtilia ad proximi ſalutem, liceret illa & multa alia cum ingenti labore facere. Malè ergo cogitatis in cordibus aduerſus me, inſidias & accuſationem meditãtes, ſi hunc hominẽ ſeruauero, cùm bonum hoc ſit & expectabile. Recogita quibus tenebris mens ex liuore & inuidia perfunditur, ſuper quã lumen diuini vultus ſignatũ erat: quod oportet argumentationibus & ſyllogiſmis ei demõſtrare & cõprobare, quomodo licet in ſabbatho bene facere. Vide quàm ſtudioſè debeas grauia hæc vitia fugere. Stultus tamẽ non cogitat ꝙ non eſt conſilium, prudẽtia aut ſapientia cõtra dñm. Stultus nõ intelligit, quomodo altiſsimus cõprehendit ſapientes in aſtutia ſua, & ſtultã faciat eorũ ſapientiam. Quod clarè demonſtratur in his phariſæis. De quibus S. Euangeliſta. *At illi tacuerunt.* Bene ſcriptum eſt: Si voluerit cõtendere cum eo, non reſpõdebit vnũ pro mille. Sapiẽs corde eſt, & fortis robore, quis reſiſtet ei, & pacẽ habebit? Obſerua quomodo interrogans dñs Ieſus inimicos ſuos, & volẽs oſtendere, ꝙ ſine peccato curaret in ſabbatho, obmuteſcunt, nec vnũ verbũ reſpondent. Sic habes in euangelio Matthæi: Intrauit aũt rex vt videret diſcumbentes: & vidit ibi hominem nõ veſtitum veſte nuptiali, & ait illi: Quomodo huc intraſti? &c. At ille obmutuit. Etiã amicus appellatus obmutuit, qui fuerat argutus à dño. Quid coram irato iudice ante tribunal tremendæ maieſtatis, cùm ſtatuerit peccata noſtra contra nos in conſpectu totius orbis: quid inquam reſpondebit peccator? Quomodo ſuſtinebit? Quam excuſationem habebit? Scriptũ eſt: Arguã te & ſtatuã contra faciẽ tuam. Arguente autẽ dño, & ſtatuente contra nos ſcelera noſtra, nõ erit qui poſsit ſuſtinere, neq; reſpõdere. Dicẽte: Amice, obmutuit, qui nõ erat veſtitus nuptiali indumento: cùm audierit, Peccator, Fili diaboli, adulter, homicida, qualiter confundetur & obmuteſcet? Benè conſulit Paulus: Si noſmetipſos diiudicaremus, non vtiq; iudicaremur. Dum autem iudicamur, à domino corripimur, ne cũ hoc mundo damnemur. Interrogat ergo dominus Ieſus ſcribas & phariſæos, & conuicta

Vulnus inuidiæ.
Pſal. 4.
Proue. 21.
Iob. 5.
1. Cor. 2.
Sap. 2.
Iob. 8.
Cap. 22.
Peccator conuictus.
Pſal. 45.
1. Cor. 11.

eorũ malitia tacẽt: nõ tantùm, quia cõuicti
NOTA. erãt,ſed nolẽtes cõfiteri veritatẽ. In magno C
aũt iudicio nõ ſic: ſed cõuicti confitebimur
peccata noſtra in omniũ angelorũ, & ſan-
2. *Cor.* 5. ctorũ cõſpectu, ſicut ſcriptũ eſt: Oẽs aſtabi
mus ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſ-
quiſq; ꝓpria corporis, ꝓut geſsit, ſiue bonũ,
ſiue malũ. Modus interrogationis talis fuit
apud Marcũ. Licet ſabbathis benefacere,
an male, animã ſaluã facere, an perdere? Ho
minẽ apertè ſignificat, quod ſcripturę mos
eſt. Vel quia ꝓpter animã hoc faciebat: vel
quia ſanatio manꝰ, animę ſalutẽ ſignificabat.
Curati corporaliter, ſanati ſunt ſecundum animam. Vnde bonus locus eſt ad cõprobandã ſupe
riorẽ ſententiã cũ B. Cypriano, ꝙ oẽs curati
à dño corporaliter, ſecundùm animã ſanati
ſunt ab eo. Sanaturus enim hominẽ hũc, qui
manũ aridã portabat, interrogat dñs, liceat
ne animã ſaluã facere? Sed nota quod in Mat
Cap. 12. thæo ab aduerſarijs traditur huiuſmodi inter
rogatio. Et interrogabãt eũ dicẽtes. Si licet
Cap. 6. ſabbatis curare? Marc. aũt & Lucas inquiũt
Cõcordia euangeliſtarum. ꝙ à dño facta eſt interrogatio. Nõ tamẽ cõ-
trarius eſt Matthæus alijs euangeliſtis. Quia
ſcribæ, & phariſæi primò interrogauerunt
Chriſtũ malitiosè ſuper re hac, ſicut teſtatur
Matthæus. Poſt modũ vero conſtituto ho D
mine in medio eorũ ipſe dñs quæſiuit ab eis
ſi liceret ſabbathis curare? Quaſi repetendo
quæſtionẽ ab eis motã, vt eam ſolueret. Et
hoc ſcribũt Lucas & Marcus, & omittũt il-
lud, quod ipſe expreſsit. Explicat aũt Chri
ſtus quæſtionẽ ab ipſis propoſitã, vt quàm
inſipienter & malitioſe interrogauerint ap
pareat. Eorũ intẽtio huc dirigebatur: quia
deſtructionẽ ſabbathi, quã phariſæi in diſci
pulis arguebãt, ſufficiẽter ratione & exem-
plo excuſauerat, ipſum calũniari volẽtes, in
terrogãt: vtrùm licet curare in ſabbathis, vt
ſi nõ curauerit crudelitatis, aut imbecillita-
tis, ſi curauerit trãſgreſsionis accuſent. Cum
aũt ſecũdò à reſpondẽte quęſtio proponi-
tur ꝓ reſpõſione, quàm ſtulti ſint in interro
gatione apparet. Quis enim mortaliũ vnquã
dubitauit licẽre? imò gratiſsimũ eſſe Deo &
hominibus bene facere in curãdis imbecil-
Cap. 12. liũ infirmitatibus. In Matthęo per ouis exẽ
plum quæſtionẽ abſoluit. Quam ſi in foueã
ceciderit, nullus extrahere iudicat iniquũ.
Quãto igitur oue melior eſt homo? Itaq; li-
cet ſabbathis benefacere. *Et circũſpiciens eos*
Ira & triſtitia omnibus inſunt. *cũ ira cõtriſtatus eſt ſuper cæcitate cordis eorũ.*
Duas has paſsiones animæ rationalis nullus
dubitat cuicũq; eſſe naturales, irã ſcilicet &
triſtitiã. Ex triſtitia enim alicui illata con-
C ſequitur in eo circa ſenſitiuã partẽ appetitꝰ *Ariſtot.* 2. *Rhetori.*
impellẽdi illatã iniuriam vel ſibi, vel alijs.
Et ſic ira eſt paſsio cõpoſita ex triſtitia & ap
petitu vindictæ. Appetitus etiam vindictæ *Ira quãdo peccatum.*
quãdoq; eſt cũ peccato: eo ſcilicet tempore,
cùm aliquis præter rationis regulã iram de-
ſiderat, aut procurat. Aliquãdo talis appeti-
tus eſt ſecũdùm regulã rationis, & tunc qui-
dem laudabilis eſt, & ſine peccato. Talis ap
pellatur ira per zelũ. Ira etiã aliquãdo præ-
uenit rationẽ, & violenter trahit ſecũ ipſam
rationẽ ad operandum. Tunc nimirùm ope
ratur ira: nã operatio principali agenti aſcri
bitur. Aliquãdo aũt ira ſequitur rationẽ, &
& eſt quaſi iuſtitiæ inſtrumentum: & tunc
eius operatio nõ eſt vitioſa, ſed laudabilis, &
tribuitur rationi. Propter quod dixit beatꝰ *Gregoriꝰ*
Gregoriꝰ. Cùm per zelũ animus mouetur, PP. *lib.* 5. *in Iob. cap.* 31. *lib.* 8. *Epiſt. ex regiſtro. Cap.* 51.
curandũ ſummopere eſt, vt ne hæc eadem,
quæ inſtrumẽto virtutis aſſumitur, mẽti ira
dominetur, nec quaſi domina præeat, ſed ve
lut ancilla ad obſequiũ parata à rationis ter
go nũquã recedat. Tũc enim robuſtiùs cõ
tra vitia erigitur, cùm ſubdita rationi famu-
latur. Et in hoc loco ſuper Iob habes, quo-
D modo ira ſaltẽ turbat oculũ mentis etiã illa *Ira.*
quæ per zelũ habetur. Huiuſmodi autẽ tur *De quo infra cap.* 3. *& cap.* 11.
batio nõ eſt peccatũ, licet ſit quędã imperfe
ctio, quæ etiã in viris excellẽtis virtutis in-
uenitur. Manifeſtũ etiã eſt irã cõtrariã eſſe
mãſuetudini. Videamus iã ex his quę dixi- *Philoſo.* 4 *Eth. cap.* 2
mus, quomodo in Chriſto potuit eſſe ira, de
qua manifeſtè dicitur hic: Circũſpiciẽs eos
cũ ira. Et cùm fecit *Ioan.* 12. *Pſal.* 68.
aliquãdo flagellũ ad
eijciendũ de domo dñi, vendẽtes & emẽtes.
&c. Introducitur dictũ prophetæ: Zelus do
mus tuę comedit me de Chriſto decantatũ:
Ex quibus manifeſtum eſt Chriſtũ per irã,
quę eſt zelus, operatũ fuiſſe. Sciendũ eſt ꝙ *De quo etiam infra.*
in Chriſto fuit vera triſtitia, vera ira, nõ enim
aſſumpſit corpus phantaſticũ, ſed naturale. *Ira & zelus in Chriſto quomodo ſine imperfectiõe.*
Fuit aũt ira in Chriſto nõ pręueniẽs rationẽ
aut turbãs, aut redundãs in alias vires, nõ im
pediẽs aut turbãs alias actiones animę. Vn-
de in nobis propter noſtrã imperfectionẽ,
vna ex noſtris potentijs intẽſa in ſuo actu,
alia remittitur: vnde motꝰ irę, qui eſt in ira-
ſcibili parte, quãuis ſit moderatus ratione,
impedit intellectum, retardatque ipſum à
contemplatione veritatis, & ſic turbat ocu-
lum mentis. In Chriſto Ieſu domino no-
ſtro, qui perfectiſsimus extitit ſimul bea-
tus & viator, cùm excitabat in corde ſuo
iram

iram, nulla aderat nebula intellectum obſcurans aut rationem. Nam virtute diuina vnaquæque potentia, alia exiſtente perfectiſſima in ſua actione vel operatione, agebat ſecundum ſuam perfectionem. Sicut gaudium fruitionis in anima eius benedicta nō impedediebat dolorē paſſionis in parte inferiori. Sic ecōuerſo motus iræ in inferiori parte nullo modo retardabat aut impediebat rationem à ſua perfectiſſima operatione. Et ſic fuit in Chriſto ira ſecundum rationem nullo modo turbatam, aut obſcuratā. Quæ vt talis non opponitur manſuetudini: imo de ratione manſuetudinis eſt facere talem moderationem. Diſce iam ex his quanta fuerit manſuetudo cordis domini Ieſu,

Matt. 11.

& quo iure dicere potuit: Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde. Quantum zelum diuini honoris habere oportuit ſacratiſſimam illam animam domini Ieſu: quæ optimè nouerat quam iniuriam obijciebāt Deo impuriſſimi illi homines. Si ira eſt appetitus vindictæ propter illatam ſibi aut alteri injuriam, qualem appetitum iuſtiſſimæ vindictæ cor domini habuit pro illatis patri ſuo iniurijs, quem ſummè diligebat? Sed quem comedebat zelus per iram, ex manſuetudine multa, & excellenti dilectione erga nos, & miſericordia, parcebat nobis.

Zelus dñi Ieſu quantus.

pſalm. 68.

Lege quæ ſequūtur in pſalmo, & deprehendes ſuper quem flagella tantæ & tam iuſtiſſimæ iræ deſcenderunt. Quid inquit? Zelus domus tuæ comedit me, & opprobria exprobrantium tibi ceciderunt ſuper me. Nō ſuper illos. Si enim ſuper illos deſcenderēt flagella iræ tuæ, in æternum perderes illos. Melius tamen in paterna charitate, & miſericordia tua conſultum eſt, vt ſupra me deſcenderent, ad eorum redemptionem, & tuę iuſtitiæ ſatisfactionem. Vnde alio loco inquit.

Pſal. 87.

Omnes iræ tuæ tranſierunt ſuper me. Flagella omnia tuæ iræ ſuper me facta ſunt, non ſuper illos. Vides iam quàm manſuetus fuit dominus Ieſus? Quanta miſericordia hanc iram comitabatur? Statim de illa dicitur in Euangelio. *Et contriſtatus eſt propter cæcitatem cordis eorum.* Contriſtatus eſt ex ſumma clementia & miſericordia. In hunc modum iraſcendum tibi eſt aduerſus fratrem tuum peccantem, comitetur iram tuam pij cordis triſtitia pro ignorantia proximi tui. Sed & aduerſus temetipſum. Hęc eſt iuſta & neceſſaria iracundia, qua vnuſquiſque cōtra illa, in quibus errauit, & perperam geſſit, indignatur, & ſemetipſi in-

Ira aduerſus noſmet ipſos quàm utilis.

A culat: ex qua indignatione accenditur in nobis ignis quidā, qui velut agro ſterili immiſſus, conſumptis & excoctis radicibus peſſimæ voluptatis, bono ſemini verbi Dei fœcundiorem cordis pręparat glebam. Lege ſequentia pro hac cōſideratione apud diuum Clementem. Puto autem inquit ſacratiſſimus Petrus, quòd ſatis dignas habeatis cauſas iracūdiæ, ex quibus iuſtiſſimus ignis iſte coaleſcat: ſi conſideretis in quantos vos errores deduxit ignorantiæ malum, quantoſque lapſus, & quanta præcipitia ad peccandum dedit, à quātis vos bonis abſtraxit, & in quæ præcipitauit mala, & quod eſt ſuper omnia grauius, quòd vos in futuro ſæculo æternis pœnis obnoxios fecit. Nōne pro his omnibus, vbi vobis veritas obfulſit, ignis iuſtiſſimæ indignationis accenditur, & iracundiæ Deo placitæ intra vos conſurgit incendium, quo conſumatur & radicitus intereat omne germen, ſi quod forte intra vos malæ concupiſcentiæ pullulat? Contriſtari te oportet ſuper temetipſum, & iraſci contra teipſum ad correctionem tuam, & vindictam malorum multorum, quæ cō-

Clemens lib. 6. recognitionum. fol. 68.

B miſiſti. *Et circunſpexit eos cum ira.* Ad eorum correctionem & emendationem, vt vel timore ab obſtinatione animi diſcederent, conſiderárentque quale eſſet crimen, propter quod clementiſſimus magiſter, ſuauiſque medicus, cùm ira circūſpiciebat eos, & ſic reſilirent. Ira quippe in oculis relucet: propterea dicitur circunſpexiſſe eos cum ira. Multum conducit terror irę domini ad conuerſionem malorum, qui corda ſua obdurauere in peccatis ſuis. De quo multa diximus in ſuperioribus. Sed obſerua quomodo ad euangelium & euangelicum prædicatorem comminationes pertinent. Et hoc tempore iudico valde neceſſarias, in quo magna vbique ad peccandum licentia inuenitur, & audacia multa: lex domini calce à perditiſſimis hominibus abijcitur. Apud quos non regni deſiderium, non amicitia Dei, non beata reſurrectio locum aliquem habent, aut pretium: quos oportet per iras, & comminationes euangelicas, quas paſſim offendes, deterrere, & à malo abſtrahere. Deſcribitur dominus Ieſus in præſenti loco iratus oculis, ſed contriſtatus & dolens ſuper cęcitate iſtorum hominum. Sed in ſacra Apocalipſi, non ſic, ſed ardens ira eius, ſicut teſtatur propheta, & labia indignatione

Comminationes ad euangelia pertinent.

Scripſit autor integros duos libros de re hac.

Ira Chriſti in iudicio.

H 3 plena,

Eſai.30. plena, & cum domino gaudebunt, & lætabuntur omnes ſancti, videntes vindictam & C manum magnam, quam faciet contra inimicos ſuos. *Apoc.1.* Non erit tunc locus miſerationi, vt cōdolere poſsit. Sed ex ore eius gladius diuinæ vltionis, qui corpus & animam perdet (ſicut infrà dicendum eſt) exibit vtraq; parte acutus. Tunc non cadet ad pedes domini Ieſu peccator infœlix, ſicut Ioāni dilecto contigit. Sed in profundū inferni deſcendet. *2.Cor.6.* Bene proinde Paulus docet: Ne in vanū gratiam Dei recipiatis. Ecce nūc tempus acceptabile, ecce nūc dies ſalutis, in quo dn̄s cū ira reſpiciēs, cōdolet ſuper peccatis, *Ezech.18* & medellā promittit. Nō eſt voluntatis ſuæ, aut naturalis cōditionis mors impij, ſed magis, vt conuertatur & viuat. Et per ſemetipſum iurat, & offert indulgentiā & veniam. O beatos nos, quorū indulgentiā iurat altiſſimus, Væ nobis, ſi tantā neglexerimus ſalutē. Habent magnā doctrinā, tum qui præſunt in eccleſia, tum etiā principes & iudices ſeculares. Duabus enim paſsionibus, vel pro paſsionibus vſus eſt dn̄s Ieſus, ira cōtra vitiū, condolentia erga homines. Vt intelligas nō iratum fuiſſe ſæuiendo, ſed cōdolendo. D

Flagella ſecundùm leges, quomodo infligenda à iudicibus.

Secundum hanc regulā ſunt infligenda flagella in legibus decreta cōtra peccantes à iudicibus. Cōdolere debent de hominum flagitiis, & ex vera triſtitia animi cōdolentis arguere eos & caſtigare: nō gaudētes tanquàm feræ, quæ prædam inuentā lætantes exungulāt, mactant, deuorantq;. Vnde grāde eſt eorū peccatū, qui etiā ſecūdùm legis æquitatē agentes, nō in gratiā & reuerentiā iuſtitiæ malefactores puniunt, ſed ad ſui crudelis animi ſolatiū. *Plato.* Vnde Plato: Vir bonus non lædit: pœna lædit: bono ergo pœna nō conuenit, amore ſcilicet vindictæ: ſed ex zelo iuſtitię.

Ira in iudicibus quàm feralis.

Talis enim ira in iudicibus pluſquàm feralis eſt crudelitas. Solet nanq; ira inflictā iniuriā & triſtitiā repellere, nō gaudere inueniſſe vindictæ occaſionē & neceſſitatē. In his aūt pluſquàm cōtra naturā iræ vitium inuenitur. *Seneca lib. 1. de ira, cap.1.* Errātes per agros ignorātia vię, melius eſt ad rectum iter admouere, quàm expellere. Corrigēdus eſt qui peccat, & admonitione, & vi, & molliter, & aſperè, meliorq; tam ſibi quàm alijs faciundus: non ſine caſtigatione, ſed ſine ira. Quis enim cui medetur, iraſcitur? Et ſi corrigi nequeūt, & nihil in eis leue, aut ſpei bonæ capax eſt, tollantur à cętu mortaliū, & quomodo poſſunt deſināt eſſe mali: ſed hoc ſine odio. Nō odit membra ſua tunc, cùm abſcindit. Non C eſt illa inimicabilis ira, ſed miſera curatio. *Circumſpexit cū ira dn̄s Ieſus.* Sed dolens. Rabidos affligimus canes, trucē atq; immāſuetum bouē occidimus, & morbidis pecoribus, ne gregē polluant, ferrū dimittimus, & apponimus: portētuoſos fętus extrahimus. Nō ira, ſed ratio eſt à ſanis inutilia ſecernere. Nihil minꝰ quàm iraſci punientē decet, cùm eò magis ad emendationē pœna proficiat, ſi iudicio lata eſt. Inde eſt quod Socrates ſeruo ait: Cęderē te, niſi iraſcerer.

Socratis dictum.

Admonitionem ſerui (admonitionē vocat Seneca flagellū) in tempus ſanius diſtulit, illo tempore ſe admonuit. Cuius erit temperatus affectus, cùm Socrates non ſit auſus ſe iræ committere? Ergo ad correctionem errantium, ſceleratorumq; irato nō opus eſt caſtigatore (ſecundùm ſuperiores regulas B. Gregorij hæc ſunt interpretanda) na ira cùm delictum animi ſit, nō oportet peccata corrigere peccantē. Vnde nō culpa caret, ſed grauiter peccat iudex & prælatus, qui gaudio & liuore peccatum ſubditorū caſtigat. Dominus Ieſus iraſcitur, ſed condolet. *Dicit homini: Extende manū tuam: & reſtituta eſt manus* D *illi.* Imperādo dixit homini, tanquā Deus, tanquam omnipotens: vnde ſtatim integræ ſanitati reſtituta eſt manus illius.

Omnipotētia domini Ieſu.

Vide omnipotentiā domini Ieſu, qui affectu humanæ cōdolentiæ ſuper affectatam malitiam phariſæorum contēplatus eſt. Dixit homini: Nō rogauit. Nō inquit Euangeliſta, præcepit. Sed quid inquit? Dicit homini. In hoc verbo tradit Moyſes Geneſim cunctarum rerū. *Gen.1.* Dixit Deus: Fiat lux, & facta eſt lux. Dixit Deus: Fiat firmamentum, &c. Vnde propheta Dauid de cunctis operibus ſex dierum inquit: *Pſal.148.* Ipſe dixit, & facta ſunt. Vt autē oſtēdat ſeſe illū eſſe, qui cunctorū creator à Moyſe deſcribitur, in eodē verbo tradit hanc curationē beatus Marcus, quod ſeruauit B. Moyſes in tradenda Geneſi. Vnde propter hoc exiſtimo Centurionē illū maximè à dn̄o commendatū, quia ex fide cōfeſſus eſt dn̄m vniuerſorum eſſe Ieſum: cùm dixit: *Mat.8.* Non ſum dignus, vt intres ſub tectū meum: ſed tantùm dic verbo, & ſanabitur puer meus. De quo dn̄s: Nō inueni tantam fidem in Iſrael. *Dicit homini. Extende manum tuam.* Sicut dixit aquis. *Gen.1.* Producant aquæ reptile animæ viuentis. Dixit fieri, quod nouerat, certus quòd mandato & voci oris eius obedirent aquæ.

Rom. 4. aquæ. Vocat ea quæ non ſunt, tanquàm ea quæ ſunt. Mādat homini manus aridæ: Extende manum tuam: ac ſi iam eſſet ſanus. Sic *Luc. 7.* ad adoleſcentem Naim: Adoleſcens tibi dico, Surge. *Ioan. 11.* Et reſedit qui erat mortuus. Sic ad Lazarū: Lazare veni foras. Tanquàm viuo, loquebatur mortuo. Nec dormienti dicimus nos: Veni foras, quouſq; excitauerimus illum. Sed prius dicimus: Excitare, ſurge: induere veſtimētis tuis: deinde: exi foras. Mortuo autem quatuor dierū, quem fœtor immanis inuaſerat, & ligato inſtitis, dicit: Veni foras. Benè quidē viri Capharnaum ſupra dixere. *Marci. 2.* Nunquàm ſic vidimus. Et ſeruus pontifici: *Ioan. 7.* Nunquàm ſic locutus eſt homo. Nō ſolùm, quia diffuſa erat gratia in labijs dñi Ieſu, ſicut teſtatur propheta Dauid: *Pſal. 44.* verùm & quia loquebatur tanquā poteſtatē habens. *Mat. 5.* Ego autē dico vobis. Audiſtis, quia dictum eſt antiquis: Ego autem dico vobis. De quo iam ſupra. Sed & oſtendebatur in ſpecie vultus eius vis quædam, per quā præ demonſtrabat ſe certiſsime cōpleturum, ſiue quæ promittebat, ſiue quę cōminabatur. *Loqui Chriſt. tāquam poteſtatē habētē, quid ſit.* Sic legis de Paulo, & vera ſunt: Diſputante Paulo de iuſtitia, & caſtitate, & iudicio corā Fęlice iudice tremebat Felix. *Acto. 24.* Quid credere debes de efficacia verborū dñi Ieſu? Erat quædā ineffabilis gratia in verbis Chriſti, *Cyrillus li. 2. in Ioā. cap. 15.* qua auditorum animæ magna iucūditate alliciebantur, præter hoc quod in labijs perfuſa gratia, perſuaſionē doctrinæ ſignificat. *Gratia in labijs.* Nunquàm ergo ſic loquutus eſt homo, aut operatus eſt. Per quæ omnia ſufficienter cōprobauit ſuam diuinitatē. Licèt enim Moyſes aut Elias & prophetæ ſimilia facerent, (nihil nobis cum apoſtolis aut apoſtolicis viris, cùm in nomine ipſius fecerint mirabilia, ipſique Ieſu domino noſtro illa vt ſerui fideles aſcriberent) non tamē ſecundùm imperium & auctoritatem, ſicut dñs Ieſus. *Miracula Chriſti.* Neq; in numero miraculorum quiſquàm mortalium ei comparari poteſt. Vnde tanquàm à viuo fonte ſalutis & donationis, exibat de illo virtus, & ſanabat oēs. Per quod *Luc. 6.* oſtenditur (ſicut dixit Cyrillus) quòd nō accipiebat alienā virtutē. ſed cùm eſſet naturaliter Deus, propriā virtutem ſuper infirmos oſtendebat: & propter hoc innumerabilia miracula faciebat. *De quo infra.* Et omnes male habentes curauit, inquit Matthæus. Intende ergo quantā multitudinē curatā tranſeunt euangeliſtæ: non vnumquenq; curatū enarrantes, ſed vno verbo pelagus ineffabile miraculorum inducentes. Verè ergo dicitur:

A

Nunquàm ſic vidimus. *Extende manū tuam.* Lazare veni foras. Non ſic Elias, Moyſes, aut Eliſæus, præter quod, hæc propria, quæ in nullo alio narrantur, natus eſt de virgine: reſurrexit à mortuis, aſcendit ad cælos, ſedet ad dexterā patris: hoc Deo qui parūm putat (inquit Auguſtinus) quid plus expectat ignoro. *Aug. epiſt. ad Voluſianum.* Dices forſan: In homine aſſumpto facere debuit aliū mundum. Imo & hoc potiùs a fide eius retraheret, quàm duceret. Oportebat credere illū eſſe, per quem factus eſt mūdus: Omnia per ipſum facta ſūt. *Mund⁹ alius à Chriſto fieri nō debuit.* *Ioan. 1.* Quod ſi alium faceret, non primus mundi creator haberetur: Sed neq; maiorē mundum, neq, iſti æqualē potuit facere. Tibi reſpondeo: Si maiorem faceret, potentior, & fortior, & ſapientior in ſecundo crederetur, quàm in primo oprre. Si minorē, imbecillior & inſipientior, quæ omnia lōgè abſunt ab illa natura, quę ſemper eſt eadem. Vides ergo quomodo ſufficienter cōprobauit ſuā diuinitatem? Se eſſe dominū vniuerſorum comprobauit in miraculoſis operibus circa oēs creaturas. *Chriſtus cōprobatꝰ dñm vniuerſorum.* Dñm angelorū ſeſe oſtendit in admirabili conceptione & natiuitate, &

B

admonitione Ioſeph, quod B. virgo, grauida certè eſſet de Spiritu ſancto: & in mōte vbi ieiunauit: cûm vbique angeli miniſtrēt. *Lu. 1. et 2. Mat. 4. et 1. & 2.* Dominū cælorū ſe oſtendit cum miſſa inſoliti ſplendoris ſtella magos adduxit ad præſepe cum myſticis & regij muneribus. imò ipſum matris vbera lambentē adorauerūt. Et in ſolis defectione, de qua ſuo loco dicēdum eſt cum B. Dionyſio. Dñm maris ſeſe eſſe oſtendit in captura piſciū per verbum ipſius ad Petrum. *Ioan. 21.* Et in ambulatione ſuper ipſum mare, vt ſuper ſolidā terrā, & in inuēto ſtatere à Petro in ore piſcis. *Matt. 17.* Vbi B. Hieronymus: Quid primum mirer in hoc loco neſcio: vtrùm præſcientiam an magnitudinem ſaluatoris. Præſcientiam, ꝙ nouerat piſcem habere in ore ſtaterē, & ꝙ primus ipſe capiendus eſſet: Magnitudinem atque virtutem, ſi ad verbum eius, ſtatim in ore piſcis ſtater creatus eſt, & quod futurum erat ipſe loquendo fecerit. Dominū mortuorū ſeſe oſtendit in Lazaro, & adoleſcente, & filia archiſynagogi. Dñm dæmoniorum ſeſe declarauit, increpans eos, & de obſeſsis corporibus eijciens. Dominum hominum eſſe ſe oſtendit in multi formi curatione infirmitatum eorum, & ſalute condonata multis millibus hominū. Sed & in creaturis ani-

malibus mirabilia operatus eſt, vt eorũ dominum ſeſe comprobaret. Et in plantis, ſicut in piſcibus, & ficu arefacta, &c. Benè ergo decãtat ꝓpheta: Ordinatione tua perſeuerat dies, quoniam omnia ſeruiunt tibi. (Pſal.118.) Dicit homini: *Extende manum tuam, & extendit. Et restituta eſt manus illi.* Vix hæc vox audita eſt, extende manum tuam, & extendit eam ſubitò mutatam: nec aliter omnibus ſuis officijs fungentem, quam fuerat altera, quæ nunquam manca extitit. (*Auar' quomodo curatur.*) In hunc modũ curatur auarus, cuius hic homo gerebat imaginem & typum, ſi manum ſuam extenderit ad miſericordias pauperum. Vnde Ioannes Baptiſta turbis ſciſcitantibus quid facerẽt, vt non veluti arbores aridæ mitterentur in ignem, hoc præcipit. (Luc.3.) Qui habet duas tunicas, det non habenti, & qui habet eſcas ſimiliter faciat. Et in Eccleſiaſtico dicitur: Fili non ſit manus tua ad accipiendum porrecta, & ad dandum correcta. Fruſtra manus ad Deum pro peccatis rogaturus extendit, qui non has ad viduam rogantem, beneficium collaturus extenderit. (Prouer.3.) Vnde in gloriã mulieris fortis dicitur. Palmas ſuas aperuit inopi, & manum ſuam extendit ad pauperem. Vnde prudens mulier Abigail placatura per humilitatem & orationem iratum Dauidem, qui cum quadraginta viris veniebat contra virum ſuum Nabal, & omnẽ domum eius, (1.Reg.25) præcedere fecit ſeruos ſuos cum ducentis panibus, & duobus vtribus vini, & quinque arietibus coctis, &c. Et placatus eſt Dauid in humili oratione ſapientis fœminæ. *Exeuntes autem phariſæi, ſtatim cum Herodianis conſiliũ faciebat, quomodo eũ perderent.* Quẽ illæ rationes nõ abduxiſſent ab errore? Quẽ tam euidens miraculũ nõ excitaſſet ad glorificandum Ieſum? At phariſęi fermẽto inuidiæ cõmaculati & infecti, ad ſceleſtiora flagitia procedunt. Non conueniebat ante hac inter phariſæos & Herodianos: & ad perdendum ſalutis auctorem conſentiebant. O ſceleratam concordiam. O vere deplorandã cęcitatẽ. De ſynagoga exeũt, vbi mirabilia & viderant & audierant, & comprobarant: nec tamẽ reſipiſcunt, aut Dei filium honorificãt: quinimò ſtatim exeũt, ne vel hora vna, in excogitata Chriſti morte, tranſiret, ſed deſiderium complerent, ne eos affligeret. Exierũt de ſynagoga, vt ſimiles quærerent: quia ipſi tantùm opus perficere non poterant propter turbas, quæ Chriſtum honorificabant. Vnde ab Herodis militibus auxilium implorant. Videte magnam inſaniam & inuerecundiam hominum iſtorum. Non ſicut Deum glorificauerunt, quem vt verum Deum diuina operantem cernebant, ſed ſtulti facti ſunt: qui ſalute indigentes, medicum & ſeruatorem occidere curant. Medicus vero cedit populo inſano. Obſerua quod Galilæa ad Herodem pertinebat. In qua non obſcura ciuitas erat Capharnaum: ſed principatum obtinebat. (*Capharnaum.*) Propter quod ducẽ cum militibus ad cuſtodiã ciuitatis & pacẽ tuenda Herodes ibidẽ cõſtituerat. Propter quod cum Pilatus audiſſet, q à Galilæa incępiſſet prædicare dñs Ieſus, remiſit illũ ad Herodẽ. (Luc.23.) Ad hos milites Herodianos accedunt Phariſęi, quos nouerant in adulationẽ Herodis, qui decollauit Ioannẽ, qui magnifica de Chriſto tulerat teſtimonia, eis congratulaturos & præbituros oẽm operã & auxiliũ aduerſus Chriſtũ. Obſerua non tantùm impiiſſimorũ phariſæorũ malitiã, ſed noſtrorum in aduerbio illo tẽporis. *Statim.* Nullũ locum reſipiſcentiæ aut pœnitentiæ prauæ cogitationis relinquunt, vt in meliorẽ ſei ſum cõuerſi, ab incepto reſileãt opere: ſed ſtatim ꝓcurant necẽ dñi perficere. (NOTA valde.) Paſsim his ſimiles oſtendes criminoſos homines, qui ſtatim vt cogitãt malũ, ne fortè reſipiſcant, manus ad illud extendunt. Sed neq; in hoc ſolum noſtra aut illorũ nequitia demõſtratur: verùm & cùm ex timore, qui in ira oculorum domini reſplenduit, debuerint, etiã ab ipſo opere reſipiſcere, tantũ abeſt, vt reſipuerint, q ſtatim illũ perdere excogitauerũt & firmo animo deliberarunt, Cum ira paulo antea aſpexerat eos. Hoc ſignificat cum dicit: Circumſpexit eos cum ira, ſcilicet omnes aſpexit cũ ira. Et certe ille ipſe erat, de quo in pſalmo: Qui reſpicit terram, & facit eam tremere. (Pſal.103.) Ad aſpectum iræ domini corrigi debet peccator, non peius impingere. Vnde qui hoc timore percuſsi agunt pœnitentiã, apud Eſaiam cap.26. inquiunt: ſicut quę concipit, cùm appropinquat ad partum dolens clamat in doloribus ſuis, ſic facti ſumus à facie tua domine. Quòd ſi ira oculorũ domini non deterret, emollire debuit illos, & nos multa illius clementia, qui dolens ſuper cęcitatẽ cordis illorum corrigere mille modis procurat, & tũc deſiderabat. Vides quales ſumus, qui neque ira flectimur, neque miſericordia accendimur? Benè per Eſaiam dicit dominus: Super quo percutiã (Cap.1.)

vos

vos vltra addentes præuaricationem? Et in
in Hieremia. Malitia tua execrabili, eo A
quòd mundare te volui & non es mundata,
ſed neque mundaberis, donec quieſcere faciam
indignationem meam à te. Et in illis
nos quoque docemur ab Eccleſiaſtico. Ne
Cap.5. dicas: Miſeratio domini magna: multitudinis
Cor durū. peccatorum meorum miſerebitur. Miſericordia
enim & ira ab illo citò proximat
& in peccatores reſpicit ira illius. Ne ſias
ex multa compaſsione cordis Ieſu durior
in peccatis. Quia cor durum male habebit
Eccli. 3. in extremis. Væ illis qui perdiderunt ſuſtinentiam,
& qui dereliquerūt vias rectas.
Et quid facient cum inſpicere cœperit dominus?
Rom. 2. Benignitas Dei ad pœnitentiam ad
ducit, non ad duritiam cordis. Vnde his &
Ibi. ſimilibus dicit Apoſtolus. Secundum duritiam
tuam & impœnitēs cor thezaurizas
tibi iram. Quæ obſecro via ad ſalutem iſtis
relinquitur, quos neque ira domini, neque
miſericordia & patientia corrigit. ſed quotidie
inuerecundius impingunt? Fiet illis
2.Reg.13 quod Abſaloni, quem pater ſuus Dauid in
Ibi. 14. ira & flagello exulare paſſus eſt multis diebus:
quem poſtmodum ad Hieruſalem, &
ad priſtinam familiaritatem reuocauit: ſed
cum nihil horum intellectum inſano iuueni
Ibidē. 18. conciliaſſet, tandem pendens de quercu,
confoſſusque multis lanceis, perijt.
Hunc habent ſui interitus ducem, qui neque
in ira, neque in miſericordia Dei emendantur:
imo ſocios in crimine quærunt,
& ſicut Iudæi Herodianos adeunt, & conſilium
ineunt, quomodo perdāt dominum
vitæ. Timebant plebem quæ Chriſtum
honorificabat & diligebat, ex multis acceptis
ab eo beneficijs. Timebant ne lapidarentur,
ſi occiſionem intentarent domini
Ieſu. Propter quod vim armorum & ſæcularem
potentiam in auxilium procurant,
vt ſaluis eorum capitibus, mors Chriſti
fiat certa. Nihil curæ illis adeſt de ſalute
animæ. Non diſputant nunquid homicidium
Gen.4. Deus vlciſcatur, quod in Cain &
2.Reg.12 Abel videre poterant: quod in Dauide &
Exo. 17. Vria declaratur. Non conſiderant nunquid
Deut. 25. Deus curam ſuorum prophetarum habeat,
Gen.20. & ſanguinem eorum vlciſcatur: quod
in Abraham & Amalech, & in Iezabele
3.Reg.21 iniquiſsima & Naboth videre poterant.
4.Reg.9. Hoc vnum infixum eſt cordi eorum, quomodo
aut lateat turbas ciuitatis, aut quomodo
manus illorum fugiant. Nec recogitant

quòd oculi domini in omni loco con- Prouer.15
A templantur bonos & malos, & in conſpectu
eius nox ſicut dies illuminatur. Non Pſal.138.
conſiderant quam horrendum ſit incidere Heb.10.
in manus Dei viuentis: qui citò & horren- Sap. 6.
dæ apparebit, & iudicium duriſsimum his
qui præſunt fiet. Obſerua quantum excæcauit
hos homines inuidia, & fraternum odium,
& fuge ne in idem incidas inerudelitatis
exemplum. *Cum Herodianis concilium
faciebant, quomodo Ieſum perderent.* Faciebant
inquit. Vt certò ſciamus non ſemel
aut bis necem domino voluiſſe, & locum
commodum, & tempus ad grande hoc
ſacrilegium exquiſiuiſſe. Neque erubuerunt
Herodis gentem, etiam ipſi religioſi,
ab alijsque diuiſi. O altitudo diuitiarum Rom. 11.
ſcientiæ & ſapientiæ Dei, quàm incomprehenſibilia
ſunt iudicia eius. Eadem ipſa media
conuertit impius ad ſuam perditionem, NOTA.
& ſempiternum interitum, quæ ſapientia
Dei ad hominum ſalutem inſtituit. In for- Philip. 2.
ma ſerui deſcendit Dei filius, propter nos
homines, & propter noſtram ſalutem: non
in ea quæ decebat ſuam maieſtatē, ſed quæ
noſtræ ſaluti cōueniebat, vt in corpore mor
B tali & paſsibili redemptionem ageret. Sed
oportebat vt ſeipſum manifeſtaret ad propagandam
fidem ſuæ diuinitatis ex miraculis,
quæ inter homines diſpoſuit operari, vt
cognitus ab eis & amaretur, & crederent in
eum, & honoraretur. Et hæc videntes, autorem
ſalutis eorū, & parentem odio habent
& perſequuntur: & quærunt quomodo perdant:
denique crucifigunt & interficiunt.
Nōne magna & tremenda ſunt Dei iudicia?
Nonne iure ſcriptum eſt: Quid debui face- Eſaie. 5.
re vineæ meæ, & non feci? Iure ſcriptū eſt.
Perditio tua ex te Iſrael: tantummodo ex Oſee. 13.
me auxiliū tuum. *Cum Herodianis conſilium
faciebant: quomodo Ieſum perderent.* Miniſtri
Herodis propter inimicitias, quas ipſe aduerſus
Ioannem exercebat, Ieſum dñm noſtrū
inſidijs & maleuolentia proſequebantur,
quē Ioannes prædicabat. Quam familia Serui domi
re hoc vitium eſt ſeruis magnatum qui vt nis adulantes.
gratiā & obſequium dominis ſuis deferant,
eum perſequuntur, quem dominis ſuis inuiſum
didicerunt. De illo in menſa tanquā de
malefactore detractant: pro ratione tantùm
habentes, quia dño ſuo diſplicet. Sed
de his ſeruis Herodis nihil curæ nobis eſt.
Obſerua quale magiſteriū filij diaboli ſuis
ſectatoribus reliquerunt. Quippè qui ſoli-

citi fuerunt in quærendo quos nouerant inimicos amici domini Ieſu: tanquàm iam legem diaboli & inferni ſtatuentes, quòd inimicos perſequendus eſt & inimici amicus, ab eo qui ſæculi huius fœdera amicitiarum non timet violare. Væ illis: quos peccatũ ſequitur ad iudicium, vſque in preſentem diem cùm peſsimũ exemplũ perditis hominibus reliquerint: quod vſq; in preſentem diem vtroque brachio amplectuntur & inuiolabiliter ſeruant.

1.Reg.18

Nõ ſic pius ille & Deo dilectus Ionathas: Imò quem nouerat innocentem Dauidem, amore multo proſequitur, etiam apud patrem furentem excuſat cum vitæ diſcrimine. De quo mandatũ habes apud Eccleſiaſticum.

Cap.6.

Noli fieri pro amico, inimicus proximo. *Et Ieſus cum diſcipulis ſuis ſeceßit ad mare, & multa turba à Galilæa & Iudæa, ſecuta eſt eum: & ab Hieroſolymis & ab Idumæa & trans Iordanem, & qui circa Tyrum & Sidonem multitudo magna audientes quæ faciebat, uenerunt ad eum.* Cum inſidias in ciuitate pararent Phariſęi cũ Herodianis aduerſus dominum Ieſum: cum poſſet, vel ſolo iuſſu imperij ſui in profundum perdere, vel ſi placeret annihilare: vt tamẽ ſuo nos doceret exemplo nõnunquam ad tempus cedendum immedicabili malorum pertinaciæ, ne prouocati reddantur ſceleratiores, ſubduxit ſeſe ab eo loco, & rurſus ſeceſsit ad mare cũ diſcipulis ſuis. Et qui multipliciter oſtenderat ſuæ maieſtatis potentiam in hominum ſanitatibus, & veritatem carnis ſuæ, voluit adhuc pleniùs hanc veritatem confirmare cum magno exemplo in doctrinam noſtram. Hæc demonſtrabit in receſſu ad mare, & multoties deinde declinans inimicorum iram, & fugiens & latens. Fugit ergo vt homo, quia nondum venerat hora eius: imò neq; locus erat aptus paſsioni & cruci. Prædeſtinata erat Hieruſalem ad crucem domini.

Defenſio noſtra dimittenda.

Cedit ergo omnipotẽs odientibus ſe, & imbecillibus hominibus, vt doceat (ſicut dixi) non debere nos defendere, ſed dandum eſſe locum iræ.

Rom. 12.

Ille dat locum iræ, qui ſuperbientem iram, humiliter fugiendo declinat. Quod quàm lõge ſit à natura noſtra per peccatum & ſuperbiam corruptiſsima, ipſa docet experientia.

Puerorum ira corrigẽda à parentibus.

Cùm vel puer paruulus ab ipſa infantia incipiat iram proximi per cõuitia, & defenſionem peſsimam accendere & cõſummare. Quod vitium neque à parentibus conſideratur ad emendationem, & grauem argutionem in

C

domo, & caſtigationem: vſq; dum per experientiam didicerint manſuetudinis ſtudioſos eſſe factos, & amatores iniuriæ per patientiam & dilectionem. Ab hac peſsima educatione ad gladium, ad vulnus, ad verba contumeliæ & doloris, cum ad ſuperiorem ætatem aſcenderint, conuolant.

NOTA ualde.

Hinc odiũ fraternum, hinc inexorabiles ad condonandum fratri: vt certiſsimum pignus habeat diabolus, & chyrographum ſaluti eorum valde contrarium. A pueritia de nobiliſsima hac virtute inſtituendi ſunt à parẽtibus & magiſtris. Propter quod Eccleſiaſticus docet.

Cap.7.

Filij tibi ſunt: erudi illos: & curua illos à pueritia illorum. Et deinde, ne iocunderis cum filijs impijs: ſi multiplicentur, ne oblecteris ſuper ipſos, ſi non eſt timor Dei in illis. Melior eſt enim vnus timens Deũ, quàm mille filij impij. Et vtile eſt mori ſine filijs, quã relinquere filios impios. Ab vno ſenſato inhabitabitur patria: & à tribus impijs deſeretur.

Cap.16.

De quo infra ad longũ. Pertinax enim ira & defenſio quot cædes, & vulnera & vrbium clades, & totarum exitia gentium, & principum ſub ciuili haſta capita venalia fecit, ſi noſti?

Ira pertinax quot mala excitauit.

D

Nec mirum cum immane hoc vitium furoris ſit plenum, à ratione longiſsimum: propter quod à ſapientibus diffinitur. Ira quæ furor breuis eſt, cupiditas eſt reponendi dolorem iniuriæ ſuæ, vel alienæ.

Iræ diffinitio.

Et nemo tã humilis eſt, qui pœnam vel ſummi hominis ſperare non poſsit: ad nocendum enim potentes ſumus.

NOTA ualde.

Quam autem verè dictum ſit iram eſſe furorẽ: quis hoc non confirmabit, ſi quæ ab illa proficiſcuntur cõſpex erit? In cæteris vitijs aliquid quieti placidiq; ineſt.

Ira quomodo furor ſit

Iræ autem ſeruus totus concitatus, & in impetu eſt, humana minime fruens cupiditate: dum alteri noceat, ſui negligens in ipſa irruens tela, & vltionis ſecum reuoluere auidus. Neque enim impotens eſt ac inſania: decoris oblita: neceſsitudinum immemor, in quod cœpit pertinax, & intenta: rationi conſilijsq; præcluſa, vanis agitata cauſis: ad conſpectum æqui verique inhabilis, ruinisq; ſimilima: quæ ſuper id quod oppreſſere, franguntur.

Similitudo

Vt autẽ ſcias inſanos eſſe quos ira poſſedit, ipſum eorum habitum intuere. Nam vt furentium certa indicia ſunt audax & minans vultus, triſtis frons, torua facies, citatus gradus, inquietæ manus, color verſus, crebra & vehementius acta ſuſpiria: Ita iraſcentium eadem ſigna ſunt. Merito itaque humilem fugam in inſania

Furentium inditia, & iraſcentiũ.

ſania inimicorum docturus tantus magi-
ſter, vt extinguatur, cùm eſſet omnipo- A
tens, declinat & fugit, & abſconditur ali-
Fuga quàm gloriosa. quando. Nonne cum duce tuæ militiæ glo
rioſum magis tibi erit fugere populorum fu
Cap. 8. rorem, quàm temerè inter illos verſari? Nō
ne vidiſti Ioſue nobiliſsimum & dextrum
virum fugientem, & terga vertentem viris
ciuitatis paruulæ, quæ appellabatur Hai, &
ſic de inimicis triumphantem? Virorum er
go fortium & dexterorum eſt fuga: & in
illa triumphus & corona. Extende mentis
tuæ aciem per vniuerſam ſcripturam, & ho
norabis magnam hāc philoſophiam, quam
præcellentes viri coluerunt. Neque ſo-
lùm ex venerabilibus viris venerandam iu
dicabis fugam, quæ non ſolum obſcuros
non facit ſuæ diſciplinæ ſectatores, ſicut à
patre ſuo diabolo iudicant filij eius, ve-
rùm confert diuitias & gloriam. Nonne le
Iacobi fuga. gis Iacob ex conſilio matris ſuę fugientem
furorem Eſau & manus eius, & quantū fuit
Gene. 27. & 28. in hoc itinere in reuelatione diuinorum co
gitatuum glorificatus? In domo Patris ſub
cura & blanditijs matris, quæ illum habe-
bat charisſimum, non vidit Deum in ſum-
mitate ſcalæ, neque angelos aſcendentes, & B
deſcendentes. Non accepit in domo patris
ſui magnifica promiſſa Dei, ſed in fugien-
Moyſi fuga. do, & declinando iram fratris ſui. Paria
contigerunt admirabili illi viro Moyſi, qui
Exod. 3. fugiens Pharaonis iram, in deſertis egit,
vſque dum vidit angelum in rubo: ibique
dux populi Domini conſtituitur, & con-
ſecratur. Conſidera magnum Eliam, qui
Eliæ fuga. tantus inuentus fuit, vt cędes quadringento
3. Reg. 17 rum ſacerdotū Baal ipſe perficeret, & mor
3. Reg. 19 tuos ſuſcitauit. Hic minas mulieris vnius
fugiens, & triſtis valde effectus, conforta-
tus tamen per angelum, aſcendens vſque ad
montem Dei, vidit illum ab ſpelunca.
Pauli fuga Quid dicam de Paulo? Quoties fugam ra-
puit, & declinauit ſuperbientem iram ini-
micorum? Et tamen poſt illam fugam,
quæ in facie hominum contumeliæ plena
2. Cor. 12 eſt, aſcendit vſque ad cælum & paradiſum
Dei, & audit arcana verba, quæ non licet
Dauid fuga. homini loqui. Quid ſi Dauid non fugeret
manus ſuperbi Saulis? Quomodo de ſemi-
1. Reg. 20 & 21. ne Dauid ortus eſſet dominus? Vides quan
torum magiſtrorum philoſophia hæc ha-
bet calculum candidum & ſuffragium? Tan
dem dn̄s, qui exemplo ſuo fugam in ira
inimicorū docuit, verbo tradidit dicēs: Si
vos perſecuti ſint in hac ciuitate, fugite in
A aliam. Denique vni ſoli præcepit Spiritus *Matt. 10.*
ſanctus reſiſtere, ſcilicet diabolo. Reſiſti- *Iacob. 4.*
te diabolo, & fugiet à vobis. Cedendum
eſt homini irato, tanquam furioſo & inſa- *De re hac*
no. Glorioſum eſt cum Chriſto, cum Ia- *egimus. c. 1*
cob, cum Moyſe, cum Ioſue, cum Elia, *et infra. c. 5*
cum Dauide, cum Paulo fugere, & decli-
nare ſuperbientem iram. Non ergo adhæ-
reas diabolicis ſęculi huius legibus, quę ho
norant vindictam & vltionem, fugam verò
& manſuetudinem exibilant, indulgentiā
perſequuntur & infamant: & exulem fa-
ciunt ab Eccleſia: vt ipſi & eorum diſcipuli
exules fiant à regno cælorum in æternum.
Ieſus cùm diſcipulis ſuis, per quos omnes
iuſti, & hęredes nobilium promiſsionum in
telliguntur, ſeceſsit ad mare: dum Phariſæi
concilium contra ipſum faciunt. Nullus
mortalium honorificum iudicauit cum inſa
no & furioſo homine contendere. Sed &
per medicinam iudicant dignum hiſce ſuc-
currere. Neque dehoneſtatur aliquis, quan
tumuis contemnatur ab illo. Sed iratus ho
mo, inſanit certè, furibundusque eſt: &
ſtultitiam habet. Non ergo indecorum de-
B clinare ab illo, eò vel maximè quòd tali me
dicina curatur. Fuga enim tua medicina il-
lius eſt. Et ſi eſt tibi verbum reſpōdendum
aliquod, ſale manſuetudinis ſit conditum:
frangit enim iras, & mitigat inimicos. Vi-
de iam in fuga hac cùm ſecedit dominus Ie
ſus, quanta gloria illum committetur. *Et mul
ta turba à Galilea & Idumaea, & trans Iorda-
nem & qui circa Tirum & Sidonem, multitudo
magna audientes quæ faciebat, venerunt ad eum.*
Non erubeſcunt omnis hæc multitudo ve
nire ad Chriſtum, qui fugiebat, & ſeceſ-
ſum quærebat in mari ab inimicis. Nec du-
bium quin hoc de illo etiam audierint. Vi-
des quomodo non indecorum eſt fugere?
Imò gloria inſequitur fugientes, & opinio
magna. Vide ſecūdum leges allegoriæ, quo *Allegoria*
modo in eo quòd egreſſus de Synagoga do
minus ſeceſsit ad mare: ibiq; venientem ad
ſe plurimā populorum multitudinē ſanatu
rus ac docturus excepit: & fidē gentiū cum
reprobatione Iudæorū deſignauit: de quo
ſtatim. Venit ergo multitudo magna ad
Chriſtū, nō ſolū ciuiū & parentū ſuorū, hoc
eſt Iudęorū, ſed & Tyrij & Sidonij, & quod
amplius eſt ab Idumæa: vbi Eſau genus ha
bitabat. In quo fides gentiū deſignatur &
deuotio: iā feruor ſpiritalis in amplectēda
fide

Fides gentium. fide prædemonſtratur, ſicut in alijs multis. In Hieruſalem præcipue, vbi gentiles illi qui venerant adorare, dixerunt philippo. Volumus Ieſum videre. De quibus ſal- *Ioan.12.* uator ſtatim. Venit hora vt clarificetur filius hominis. Nec nouum hoc eſt aut inauditum cùm per os ſanctorum prophetarũ gentium electio prædicta ſit, & Iudæorum reprobatio. De quo magnificè beatus Paulus in epiſtola ad Romanos, ſecũdum datã *Cap. 21.* ſibi ſapientiã. Sed quæ de re hac legis apud ſanctum Eſaiam expende. Infinita enim loca prophetarum paſsim expoſita ſunt à do- *Ricardus de ſancto Victore in de incarnatione uerbi Dei. p. 1. cap. 1.* ctoribus. Ad me clamat ex Seir. Cuſtos qui de nocte, cuſtos qui de nocte. Dixit cuſtos. Venit mane & nox. Si quæritis quærite, cõuertimini, & venite. Mirabilis locus apud Prophetã. Seir ipſe eſt, qui Edon, vel Eſau dicitur. A quo quædam regio Idumæa, quæ ad Auſtrum vergit, nominatur. Sic di- *Seir.* cta ab autore: Seir quippè interpretatur hiſ- *Gene. 25. & 30.* pidus & piloſus, qui Eſau fuit, qui etiam interpretatur Edon. Cuius nominis ratio exprimitur in Geneſi. De hac regione veniſſe *Cap. 25.* viros ad Ieſum Euangeliſta deſcribit. Eſau *Gen. 25.* & Iacob fratres fuere. Ab illo Idumæi, ab *Ibi. 32.* iſto Iſraelitæ dicti ſint. Iacob verò ab angelo qui cum eo luctabatur, Iſrael eſt dictus. De quibus fratribus ſcriptum eſt in Pro- *Malach. 1* pheta: Iacob dilexi, Eſau odio habui. Iacob ergo dilectus fuit: Eſau verò reprobatus. Vnde Iſraelitæ dilecti filij, Idumęi verò reprobi. Sed o mirabilis mutatio dexteræ excelſi. Clamant ad dominum filij alieni: non clamant ad ipſum ij quos elegit in hæreditatem ſuam. Imò facta eſt hęreditas *Hier. 12.* eius ipſi domino, quaſi Leo in ſylua. Ad exprobrationem ergo eorũ qui ſunt in Iudæa dicitur quid actitatur ab illis, qui ſunt in Idumæa. Idumęus clamat, Iudæus tacet. Ille ſupplicat, iſte ſilet. Ex monte Seir clamatur, in mõte Sion tacetur. Illinc clamãt confitendo, iſtinc tacent contemnendo. Et concordis animi deuotio exprimitur, cum in verbo ſingularis numeri hunc clamorem deſcribit Propheta. Ad me clamat inquit. Multos cor vnum & anima vna, vnũ facit. Nec dicit, Orat, ſupplicatúe, ſed clamat. Quæ eſt iſta clamatio, niſi intẽta oratio, niſi deuotionis magnitudo? Bene proinde Iacob moriens prophetauit hunc clamorem in Seir cum dixit: Et ipſe erit expectatio *Gen. 49.* gentium. Ad quos dominus: Si quęritis quęrite: conuertimini & venite. Qui quærit quærat, conuertatur & veniat. De quo iam C repromiſit ipſe dominus Ieſus: Quærite & *Matt. 7.* inuenietis. Et qui venit ad me non eijciam *Ioan. 6.* foras. De Hieruſalem itaq; veniunt, ſed nõ ad fidem & reuerentiam: de Seir, id eſt Idumæa veniunt: quia deſiderabant aduentum Meſsiæ. Erat quidem illis certa expectatio futuri Saluatoris. Vtpote qui ab Iſaac trahebant originem, & ſancto Abraham. Nõ clamarent certè ſi non crederent, & ſperarent. Clamabant ergo per Eſaiam per fidẽ implicitam Chriſti venturi: & patribus eorum promiſsi. Clamabant & deſiderabant, & veniebant ad Chriſtum. De quo beatus *Clemẽs li. 4. recognitionum.* Petrus ante ſolennem prædicationem quã habuit Tripoli ad vniuerſum populum de obduratione Iudæorum, & fide gẽtium dicebat. Eſt ergo proprij muneris conceſsi à Deo hebræis vt Moyſi credant: gentibus autem vt Ieſum diligant. Hoc enim indicabat magiſter vbi ait: Confiteor tibi pater *Matth. 11* cæli & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus, & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. Per quod vtique declaratur quòd Hebræorũ populus, qui ex lege eruditus eſt, ignorauit eum: imò noluit agnoſcere: popu- D lus autem gentium agnouit Ieſum, & veneratur, propter quod & ſaluabitur, nõ ſolum agnoſcens eum, ſed & voluntatem eius faciens. Ex Tyro ergo & Sydone, & Idumęa *NOTA valde.* gentes multæ veniunt ad Chriſtum in ſignum futurę ſuę fidei & deuotionis, quę plenè in prædicatione Apoſtolorum oſtenderunt deoſculantes ſanctum Euangelium, & vtroque brachio amplectentes illud. Denique vide quomodo interim legis magiſtri, & regis miniſtri perſequuntur Chriſtum: & pro loco & tempore hæc omnia prout congruere videris applicabis. *Et dixit Ieſus diſcipulis ſuis, ut nauicula ſibi deſeruirent propter turbam, ne comprimerent eum: multos enim ſanabat: ita ut irruerent in eum ut illum tangerent, quotquot habebant plagas.* Beatus Mathæus, de his infirmis, qui inter has turbas inuenti ſunt, teſtatur quod omnes illos curauit. Mirabilis & importuna deuotio populorum, comprimebant Chriſtum & irruebant in illum præ deſiderio inueniendæ ſanitatis. Nõ adeſt locus accuſandi illos, qui propter ſalutem corporalem irruebant in Chriſtũ, de qua valde ſtudioſus eſt popul⁹: cùm alio *Cap. 5.* loco dicat beatus Lucas, quod irruebant in *Verbi diuini audiendi auiditas.* eum: vt audirent eum. Obſerua quanta cum auiditate deſiderabant verbi Dei cibum & refe-

refectionem: & quantum ab illis honoraba
tur: ſiquidem ſicut lapis ad centrum requie
tionis ſuæ deſcendens, præceps irruit ab al-
to: ſic populi iſti properabant de ciuitatib⁹,
& irruebant in illū, & audiebāt de ore eius
verba vitæ & ſalutis. Non ergo pro ſalutis
corporalis ſuffragio tantùm, quæ à carnali-
bus hominibus ardentiùs deſideratur, & ac
curatiùs procuratur, verū & pro ſacro Euā
gelio irruunt in Ieſum. Vtrunque ergo in
exemplum: ſed ſecundum abundantiùs vi-
tę fontem demonſtrat, & aquā ſalutis admi
Matth. 16 niſtrat. Quid enim prodeſt homini ſi vni-
uerſum mundum lucretur, & inſuper ſalu-
tem corporalem, animæ verò ſuæ detrimen
tum patiatur? Aut quam dabit homo cō-
mutationem pro anima ſua? His opportunè
dicitur. Fili miſerere animæ tuæ placens
Eccli. 30. Deo: vt tu qui corporis mortalis & corru-
ptibilis nimium es ſolicitus, & pro eius ſalu
te ingentes impenſas profundis, pro ani-
ma tua ſis ſtudioſus verbi auditor. Scriptū
Pſal. 106. eſt enim. Miſit verbū ſuum, & ſanauit eos.
Quāto ergo ſtudio perituro corpori procu
ras ſalutē tanto: imò maiori, & abūdantiori
animę immortali deſidera medicamentum
gratiæ. *Irruebāt quotquot habebāt plagas ut illū
tangerent.* Virtus de illo exibat ad curationē
omnium illorū & ſanabantur omnes. Vide
quantam multitudinem ſanitatum & mira-
culorum vnico verbo comprehendunt E-
Caro Chriſti uiuificatrix. uangeliſtæ. Erat viuificatrix illa caro ver-
bi Dei, efficax ad ſalutem quorumcunque,
& organum eius. Tunc quidem ex deuo-
tione & deſiderio recuperandæ ſalutis, non
erat indignum tangere Chriſti corpus: cùm
adhuc in forma ſerui ageret apud illos, &
ipſe permitteret: ſed nunc nec in tremendo
Euchariſtiæ ſacramento non cōceditur po
pulis ipſum tangere, de quo ad longū infra.
Matth. 9. Quod iā iudicauit digniſſimum mulier illa
ſanguinaria, quæ ſolummodò tangens fim-
briam veſtimenti Chriſti curata fuit. Hæc
timens pre multa reuerentia, non audebat
ſe prodere, etiāſi dñs requiſiuit, Quis me te
tigit? venerandū & multo proſequendum
honore iudicabat dominum Ieſum adhuc
mortalē, vnde cupiens ſe abſcondere tace-
Reuerētia magna ad Chriſtum. bat. Per quod magnum habes exemplum
reuerentiæ ad Chriſtū. Sed ſacra virgo nō
audens manibus, aut ſinu cōplecti puerū Ie
Luce. 2. ſum vagientem, repoſuit in præſepio: & ip-
ſum genibus flexis adorauit. Ioannes etiam
non audet tangere ſanctum corpus domini:
ſed prohibet dicens: Ego debeo à te bapti- *Matt. 3.*
A zari. Vnde propter carboni copulatum ig-
nem: tremendus redditur carbo, quem ne-
que Seraph audet de altari, niſi in forci- *Eſa. 6.*
pe abſtrahere. Quid obſecro naturæ illi im
mortali & impaſsibili ignitus carbo doloris
poterat inferre, quia in forcipe & non nu-
da manu ipſum accipit de altari? Habet
ſummæ huius philoſophiæ magnum magi-
ſterium huiuſmodi facinus. Docetque ma *Damaſcenus lib. 3. ort. fidei cap. 8.*
gnam in Chriſtum reuerentiam, quem in
ignito carbone intelligit Damaſcenus. Ob
ſerua ergo quantam reuerentiam exhibere
debeas tremendo ſacramento Euchariſtię. *Euchariſtiæ reuerētia debita.*
Sed maximè hoc intelligant ſacerdotes:
ad quos ſpectat familiaris, & quotidiana
corporis Chriſti, & precioſi ſanguinis tra-
ctatio. Et certè illis dicitur: Seruite domi- *Pſal. 2.*
no in timore, & exultate ei cum tremore.
Coram illo nanque tremunt poteſtates in
ſublimitate cælorum. Oza quidem olim *1. Reg. 6.*
ſub lege percuſſus à Domino expirauit:
quia *irruentem* tetigit arcam fœderis, quæ
minabantur ruinam. Et viri Bethſames
vſq; ad ſeptuaginta nobiles interfecti ſunt,
quia reſpexerunt arcam Domini. Hæc om
B nia in figuram contingebant illis teſte Apo *1. Cor. 10.*
ſtolo, ad doctrinā & correctionē noſtram.
Obſerua quàm humanū ſeſe exhibuit dñs
Ieſus hominibus cum quibus cōuerſabatur: *Familiaritas Chriſti cū peccatoribus.*
ſed quam maximā ſui facultatem & copiā
fecit peccatoribus. Cum Matthæo & Za-
cheo multisq; alijs publicanis menſam ha- *Matth. 9.*
buit cōmunē: & quod amplius mireris, non *Luce. 7.*
abiecit calce mulierem peccatricem deoſcu *Ibi.*
lantem pedes eius: & capillis capitis ſui ex-
tergentē. Bene quidē Paulus: Apparuit be *Titum. 3.*
nignitas & humanitas ſaluatoris noſtri Dei,
vt adimpleret quod fuerat in propheta re- *Baruch. 3.*
promiſſū. Poſt in terris viſus eſt, & cū ho-
minibus conuerſatus eſt. Ad duo mille cu- *Ioſue. 3.*
bitos nō eſt permiſſus popul⁹ Hebræorū ad
arcā fœderis accedere: cùm pertrāſiſſet Ior
danē. Imò neq; in mōte Syna auſi ſunt tan *Exo. 19.*
gere fines illius, cum deſcēderet dñs ad dan
dam ſeruo ſuo Moyſi legē. Iā nunc cū homi
nibus agens, ipſoſq; ſanaturus, tāgit & tāge
batur à cūctis, qui habebāt plagas: & curabā
tur oēs. Obſerua deniq; quantā humanitatē
nobis exhibuit: à quibus tactū man⁹ dene
gauit, in Euchariſtia nō abhorruit os & vē
trē noſtrū. O certè pius, ô verè & ſupra mo NOTA
dū noſtri amator. Magnū eſt quod in hym *ualde.*
no decātamus. Nō horruiſti virginis vterū.
Non

Non tangebatur diuinitas quæ ſub mortali carne Chriſti tegebatur, cum eſſet intra vterum & aulam virginalem. Et tamen cum pondere verborum dicitur. Non horruiſti virginis vterum. Nec horret modo os noſtrum & vētrem ſub Euchariſtia De quo ſit ſatis. *Quotquot habebant plagas, tangebant eum, & ſanabantur.* Quid denegabit in ſacramento? Propter hoc dicit: Qui manducat meam carnē, viuet in æternum. Vbi nota, quòd certè qui irreligioſe & ſine reuerētia manducabāt manna, ad nauſeam trahebantur, & nihil ſuauitatis in illo inueniebant. Paria contingunt his noſtris calamitoſiſsimis temporibus irreligioſiſsimo populo noſtro in menſa domini. Non inueniunt, neq; in fabo mellis dulcedinem, neq; in perenni fonte aquæ viuæ vnde reficiantur: denique neque in igne calorem ſpiritalis vitæ: quia non diiudicant corpus dñi, ſcilicet ab alis cibis: ſed ità incōſulti & irreuerentes ad illud accedunt, ſicut ad mēſam domus ſuæ: & ibi obſeruanda erat reuerentia itidem: ſed de his ſatis. Præcepit ergo dominus diſcipulis ſuis: *Vt nauicula ſibi deſeruirēt propter turbam, ne comprimerent eum.* Non dicit ne tāgerent eum: cùm hoc illis cōcederet. Comprimere non decebat: ideo in nauiculam aſcendit: ſed non diſceſsit lōgè ab eis: ſed ad litus maris ſiſtens, erat cum eis. Seceſſum hunc ad mare, & datum locum iræ phariſæorū enarrans ſanctus Matthæus adducit ſcripturam Eſaiæ, quę hoc in loco completa fuit. Vt adimpleretur inquit, quod dictum eſt per prophetam: Ecce puer meus quem elegi, dilectus meus in quo bene complacuit animæ meæ. Non contendet (propter hoc inductus eſt Eſaias) neque clamabit, neque audiet aliquis in plateis vocem eius: arundinē quaſſatam non confringet, & lignum fumigans non extinguet. In qua ſententia tria tibi obſeruanda ſunt. Primum quòd ſuper illam naturam, quæ in Chriſto dici potuit puer, aut paſſus eſt & cætera huiuſmodi, dicit æternus pater poſuiſſe ſpiritum ſuum. Nō ſuper Dei verbum & ſuper vnigenitū, qui de ſinu patris proceſsit: non quòd perſonam domini ſeparemus, ſed quid vnicuique naturæ conueniat demonſtremus. Super Chriſti hūmanitatem ergo plenitudo ſpiritus deſcendit: ipſeq; ſpiritus domini, qui generationem intra vterum virginis operatus eſt, ſuper Chriſtum erat, non ſuper illam naturam (vt dixi) qua verbum eſt Patris, à qui-

Ioan.6. *Māna ſine reuerentia inſuaue illi populo.* *Num..21.* *1.Cor.11* *De hoc ad longum.* *Cap. 13.* *Cap.42.*

C bus ipſe Spiritus ſanctus, tanquam ab vno principio procedit. Vnde in eodē propheta ipſe ſaluator dicit: Spiritus Domini ſuper me, eo quod vnxit me, &c. Manifeſtè ſecūdò comprobatur non habuiſſe Chriſtum contentionem cum Phariſæis, nec clamorem. Sed aliquando manifeſtis rationibus comprobauit ſe in digito, & virtute Dei eiicere demonia: non tamen cōtendit aut clamoroſus fuit ex ira & indignatione. De quo ipſe propheta. Tanquam ouis ad occiſionem ducetur & nō aperiet os ſuum. Tertiò nota quod verè Iudæi fuerunt arundo quaſſata & lignum fumigans. Iam velut arundo deiecta ſub poteſtate à Romanis: & tamen aliquid retinebat vitæ, in eo quod tēplum habebat & ſacerdotium. Idem etiam populus ratione ſuæ deiectionis lignum fumigans erat, & ratione tenebroſi noxijque ſtudij contra Chriſtum. Ad extinguendam enim gloriam Chriſti cōſtat Iudæos fuiſſe ſtudioſos. Vnde vox eorum in Hieremia hæc eſt: Mittamus lignum in panem eius, eradamus eum de terra viuentium, & nomē eius non memoretur amplius. Ipſum ſtudium nocendi conuenienter comparatur D ligno fumiganti. Inde nimirum quia miſerunt lignum in panem doctrinæ & famę dñi Ieſu. Sed ſicut olim ſub Moſe, aquę Mara, quæ amariſsimæ erant, & verſæ ſunt in dulcedinem, ſic redditum eſt Euangelium ſuper mel dulce, & clarificatum nomen domini Ieſu. Vnde propter crucem meruit ſui nominis clarificationem, &c. Nota quòd propheta Eſaias etiam determinat tempus, quandiu non extinxit Chriſtus lignum fumigans. Donec eijciat ad victoriam iudicium, inquit. Non deſtruxit Chriſtus temporalem Iudæorum ſtatum, neq; ſtudium eorum iniquum ad obſcurandum ſuum nomen & doctrinam, donec ad victoriam deiecit iudicium. Hoc eſt, donec iudiciū quo iudicatus eſt à Iudæis, & Pilato deduxit ad victoriam glorioſæ Reſurrectionis: mittendo Spiritum ſanctum, publicandoq Euangelium, conuertendo electos ex Iudæis: & in ſumma manifeſtando per miracula, tum diſcipulorum, tum etiam eorum qui ad fidē conuertebantur, ſe viciſſe mundum, & principem eius. His factis confregit arundinem quaſſatam, & extinxit lignum fumigans per Romanos principes Titum & Veſpaſianum: tunc nanq; deſtruxit Hieruſalem. Quòd ſi ſpiritualiter volueris præſentem locum

Cap.61. *Cap.53.* *Iudæiorum do quaſſata quando.* *Cap.11.* *Lignum fumigās quid ſignificet.* *Exo.15.* *Arundinē quaſſatam quādo confregit dñs.*

locum interpretari, accommoda erit ſententia, vt per calamum & arundinem quaſſatam intelligas populum Iudæorum, & per lignum fumigans gentiles: quos naturalis legis ardore ferè extincto, fumus erroris amariſsimus, & odoris noxius inuoluit: quos non extinxit, ſed de parua ſcintilla in magnum ardorem ignis Dei ſuſcitauit. Vnde qui peccanti non porrigit manum, nec portat onus fratris, quaſſatum calamũ confringit. Et qui fidei modicam ſcintillam contemnit in paruulis, lignum fumigans extinguit. Quod Chriſtus non fecit: qui venit ſaluum facere, & quærere quod perierat.

Lucæ. 19.

Deniq; vt plenius videas propter quid inducta eſt ſententia Eſaiæ ab Euangeliſta Matthæo in hoc facto ſaluatoris, & in aduentu multarum gentium etiam à Seir, & Tyro, & Sydone, inquit: In nomine eius gentes ſperabunt. Quod iam ſupra declaratum eſt, cum clamorem ex Seir ad dominũ cuſtodem expoſuimus. *Et ſpiritus immundi cum illum uidebant, procidebant ei: & clamabant dicentes:* Tu es filius Dei. *Et uehementer comminabatur eis, ne manifeſtarent illum.* Ne intelligas nudos ſpiritus obuiaſſe domino Ieſu, aut illi procidiſſe: ſed hoc faciebant in obſeſsis corporibus. B Eſt ergo ſenſus. Multi homines qui habebant immũdos ſpiritus, cùm illum videbant, procidebant coram eo. Paſsim (vt diximus) inueniebantur intra corpora humana dæmones (non poterant intra animam ſubſtantialiter ſeſe infundere: quod ſolius diuinæ naturæ eſt: bene tamen ſecundum operationem, & malam ſuggeſtionem, & inſpirationes malas dicuntur eſſe in corde hominis) paſsim inquam ante Chriſti mortem, cum atrium mundi ſub ſuo eſſet principe, ſathanas milites ſuos ad ſui regni ſtabilitatem intra corpora humana habebat.

Dæmones quomodo in hominibus.

De re hac reddit rationẽ beatiſsimus Petrus, ſimulq; mirabilem doctrinã. Dæmones habere deſiderium immergendi ſe corporibus hominum hæc cauſa eſt. Spiritus ſunt habentes propoſitum conuerſum ad malitiam: per cibos ergo & potus immoderatos, ac libidinẽ, perurgent homines ad peccandum: eos tamen qui peccati propoſitum gerunt: qui dum videntur neceſſaria naturæ velle complere, non tenentes modũ per nimietatem, ingrediendi ſemetipſos dæmonibus faciunt locum. Donec autem naturæ menſura ſeruatur, & modus legitimus cuſtoditur, Dei clementia ingrediendi in homines non eis tribuit facultatem. A Vbi verò aut mens ad impietatẽ declinauerit, aut corpus immoderatis cibis ac potibus adimplebitur, tanquam volũtati & propoſito eorũ qui ſe ita negligunt, incitati, quaſi aduerſum eos qui à Deo poſitã legem ſoluerint, accipiunt facultatẽ. Hæc Petrus apud diuum Clementem ad viros Tripol.

Cauſa quare dæmones ſe immergũt corporibus hominum.

Clemẽs li. 4. recog. fo. 54. 55.

Immũdi ergo ſpiritus, qui ſic appellati ſunt aut propter eorum culpam & obſtinationem: aut ab effectu, quia immundas & turpiſsimas cogitationes importunè & opportunè intra hominẽ immittunt: Ij ergo immundi ſpiritus occurrentes Chriſto, nõ ferẽtes eius præſentaneam virtutem, accidentes ad genua illius exclamabant. *Tu es filius* Dei. Non pro Chriſti gloria & honore, vel ad hominum ſalutem, Ieſum dñm noſtrum, cõfitebantur filium Dei. Sed cõtrarium in omnibus intendebant. Impedire mortem Chriſti deſiderabant: quæ maximè ad gloriam Patris ſpectabat, & mundi redẽptionem & ſalutẽ, quæ per Chriſti mortẽ erant à Patre definita. Vnicum & ſibi ſalubre remedium excogitabat diabolus contra hęc, ſi ex ſuo teſtimonio crederent homines Ieſum eſſe filium Dei. B Quod non ſolùm meritorium non eſſet ſalutis & gratiæ, verùm & ſacrilegium graue, & lege prohibitum. Huc diregebat huius confeſsionis intentionem, non vt gloriæ Chriſti deſeruiret, aut hominum ſaluti. Quod inde comprobatur clare quia dominus vehementer cõminabatur eis, ne manifeſtarent illum, ne ex hoc impedirent paſsionem ipſius, aut differretur.

Confeſsionis diaboli quò dirigebatur intentio.

Neque excuſationem aliquam habere poſſunt in peccato ſuo Iudæi, qui credere noluerunt Chriſto, quia ipſe dominus nõ ſinebat dęmonia de ſua diuinitate loqui. Cum fides tanti ſacramenti, non à dæmonibus, ſed à Deo, & ſanctis prædicatoribus eſſet habenda. Quod planè prouidit ipſe dominus Ieſus millies dicens ſeſe eſſe filiũ Dei à Patre miſſum in mundum. Nec nuda fuit vox teſtimonij oris eius. Sed ineffabiliter confirmata per magnifica, & ſublimia miracula omnem vim & poteſtatem naturæ tranſcendentia, quæ in eius rei confirmationem fecit. Taceò teſtimonium Ioannis, quem ſanctum & prophetam comprobarunt, qui de Domino Ieſu dixit: Et ego vidi, & teſtimonium perhibui, quia hic eſt filius Dei. Et habens teſtimonium operum ſuorum, quæ in medio illorũ fecit, dixit;

Iudæi inexcuſabiles, non credentes Chriſto.

Ioan. 1.

Ibi.5. dixit: Habeo teſtimonium maius Ioanne. Opera quę mihi dedit Pater, vt faciam, ipſa teſtimonium perhibent de me. Et de eis operibus, quę ſufficienter comprobant ſuā diuinitatem, dixit: quòd ſi mihi non creditis: operibus credite. Per hæc teſtimonia credendū erat Chriſto Ieſu à Iudæis, quòd certè eſſet filius Dei: non ex teſtimonio & cōfeſsione diaboli: quē mendacem & patrē mendacij didicerant, ex lege, & ex ore ipſius Chriſti. Gen.3. Cōtigit perfidis Iudęis, quod Euæ matri cūctorum morientium: quæ ſerpenti elegit credere, potiùs quàm Deo. Ex propria malitia obcæcati auerterūt oculos à lumine diuini ſplēdoris, quod aſsiduè abūdantiùs ſuper Chriſtū & à Chriſto perfundebatur, & noluerunt credere Deo. *Et vehementer cōminabatur eis, ne manifeſtarent illum.* Cap. 17. Apud beatū Matthęum verbum increpare Cap.4. legis. Similiter & in Luca. Nec ſatis verba hæc duo, cordis dñi Ieſu erga noſtrā ſalutē ardens deſiderium exprimunt, ſed additum eſt aduerbium. *Vehemēter.* Vehementer cōminabatur eis, inquit Euangeliſta. *Chriſtus quātū ſitiebat noſtrā ſalutem.* Non increpauit aut cōminatus vehemēter fuit dñs Ieſus ſathanæ, cum ab eo adorationē exquireret: ſed ſimplici verbo dixit illi. D Vade Sathana. *Matt. 4.* Sed & beatiſsimum Petrū ſathanam *Ibi.* appellauit, cum mortem eius impedire intendebat. Vade poſt me Sathana. Scandalū mihi es, quia nō ſapis ea quæ Dei ſunt, ſed ea quæ hominū. Aſſumpſit Petrus dñm Ieſum in partē, & increpabat eū, quia de morte crucis diſputabat. Mirabilia ſunt hæc. Eſaie.22. Quæ ſi dñs aperuerit, qui clauem Dauid habet, ſummas diuitias cordis Ieſu contuebimur, & abūdantiori gratia mens noſtra perfundetur. *NOTA valde.* Primò omniū nota quomodo cū ſumma iniuria Diabolus afficiebat dñm Ieſum, quem ſuſpicabatur eſſe filiū Dei, trahens illū ad ſui adorationem, exigensq; ab illo per magna promiſſa funeſtū ſcelus: non increpauit illū dñs Ieſus, non comminatus eſt, nō auditur *Vehementer.* Simplex verbū ei dicit, & à ſe expellit. Cum verò ab eodē Diabolo & cæteris dæmonibus procuratur impediri mors eius, vehementer increpantur, & comminatur eis. *Petrus & diabolus ſathanas appellantur.* Et in eodē verbo, in quo diabolū eſt allocutus, reſpondet Petro: quem paulò antea in ſuæ diuinitatis cōfeſsione, principē ſuæ Eccleſiæ demonſtrarat: hic inquit: Vade poſt me Sathana. Sathanas diabolus eſt: & ſathanas Petrus appellatur: non tantū quia dominum auſus fuit increpare, ſed quia mortē illius procuC rabat impedire, & paſsionē, in qua mundi redēptio erat inſtituta. Sed nota ꝙ aliquid amplius dixit Petro, quod diabolus nō audiuit. Scandalū es mihi. Quid hoc eſt Dñe Ieſu? Nunquid nō ſathanas ſcandalum tibi erat, exigēs idololatriā, quæ ſummū ſcelus eſt? *Scandalum* Scandalum ad caſum ordinatur. Si cadens in terram, dixit Diabolus. Vt caderes procurabat, & ſecūdum exteriorem corporis habitū, & ſecundùm mentem in peccato. Quid ergo in Petro inuenitur, quòd tā durè illum increpas? Vade dicis diabolo: Vade & Petro. Diabolus & Petrus ſathanas appellantur. Sed aliquid legis ſingulare & in diabolo & in Petro. Abſolute dicit diabolo: vade, quaſi qui in æternū exilium à diuinitatis luce reijciebatur, ſine ſpe veniç & indulgentiæ. Petro autem, qui corrigere poterat ſuā ſentētiam, dicit: Vade poſt me. Et cum mandatum haberet à Patre moriendi pro mundi ſalute, ſcandalū certè illi erat Ioan.15. Petrus, volēs ipſius mortem impedire. Obſerua ex his qualis fuit voluntas Chriſti erga noſtrā ſalutem. Pſal.39. *Chriſti voluntas erga noſtrā ſalutem.* Cōſidera quo animo verbum illud dixit: Ecce venio. Et illud: D Deſiderio deſideraui hoc paſcha māducare vobiſcū. Luc.21. Et illud: Vt cognoſcat mundus quia diligo Patrē, & ſicut mandatum mihi dedit Ioan.15. Pater, ſic facio, eamus hinc, ſcilicet ad locū paſsionis meæ. Ioan. 10. Et illud: Animam meam pono pro ouibus meis. Luce. 12. Et illud: Baptiſmo autem habeo baptizari, & quomodo coarctor, vſq; dum perficiatur? Hoc vltimū diligenter nota. Ex vno tantum cōiectura fac deſiderij quod Chriſtus habebat moriendi, & coarctationis cordis eius, vſq; dum perficeretur, ꝙ certè ex dilectione ad Patrem, & pro manifeſtatione & clarificatione nominis maieſtatis illius amplectebatur mortē, & ſummè illam deſiderabat. Quanta autem fuerit hæc dilectio humani cordis Chriſti ad Patrem, ex acceptis ab eo beneficijs perpendi poteſt. Diximus nanq; in ſuperioribus ac declarauimus, ad quantam dignitatē & honorē aſſumpta fuerit humanitas Chriſti, quæ in verbo à cunctis angelis, eadē adoratione, qua diuinitas adoratur. Non tamen eadē ratione: Et ſummā gratiā, & ſummam gloriā ex vnione hypoſtatica procedentē inuenit. Qualis ergo erit dilectio Chriſti ad Patrē? Quale ve deſiderū clarificādi nomē eius ſuper terrā? Cùm ergo hæc omnia impedirentur ex increpatione Petri ad Chriſtum,

NOTA valde. ſtum, ſcandalum & Sathanas appellatur: ve
hementer increpantur dæmones, & cõmi- A
natur eis, ne manifeſtarent illum. Obſerua
ex his quo mentis ardore abijciendus eſt à
te, quicunque ad peccatum trahit animam
tuam: etiamſi tam charus & illuminatus ſit,
quàm Petrus. Bene de re hac cœleſtis ma-
Matth. 18 giſter: Si oculus tuus ſcandalizat te, &c.
Væ illis qui firmius pignus ſuæ amicitiæ iu
dicant ampliorem licentiam ad peccan-
dum. Obſerua quanto ſtudio in via Dei am
bulare debeas, & quàm patienter quæ ad
te ſpectant ſuſtinere: quæ verò ad proximo
rum commune damnum, cum ardenti zelo
abijcere: ſicut Dominus fecit cum Petro
& diabolo. Obſerua denique quomodo in
perpetuum reijciendus eſt diabolus, ſaltem
in propoſito & deſiderio nunquam cõſen-
tiendi ei: proximus verò corrigendus eſt,
vt Petrus à dño. *Et aſcendens in montem voca*
uit ad ſe quos voluit ipſe: & venerunt ad eum. Et
fecit ut eſſent duodecim cũ illo: & ut mitteret eos
Cap. 6. *prædicare.* In Luca habes ante Apoſtolorũ
electionem prolixam orationem Dñi, &
plures habuiſſe diſcipulos, quã duodecim;
& ex multitudine illorũ elegiſſe hos duode-
cim. Factũ eſt in illis diebus, exijt in mon-
tem orare: & erat pernoctans in oratione B
Dei. Et cum dies factus eſſet, vocauit diſci-
pulos ſuos, & elegit duodecim ex ipſis, quos
& Apoſtolos nominauit. Beatus Marcus
hoc ipſum indicat, cum dicit. Vocauit ad ſe
quos voluit, alios ſcilicet relinquens: quia ſi
ſoli eſſent duodecim, nõ diceret: Quos vo-
luit. Sed vocauit ex multitudine diſcipulo
rũ quos voluit duodecim. Qui vt Deus no-
Chriſti ſcientia. uerat, quos in æterna prædeſtinatione ad
Apoſtolatũ elegerat: qui vt homo per noti
tiã intuitiuam in verbo, & ſimplicis intelli-
gẽtiæ, & per ſcientiam infuſam omnia cog
noſcebat: ſecundùm ſententiã Apoſtoli: In
Coloſ. 2. Chriſto ſunt oẽs theſauri ſcientiæ & ſapien
De quo infra. tię Dei abſconditi. Hic ergo qui verè dixit:
Nemo nouit Patrẽ niſi filius, ante electionẽ
Matth. 11 Apoſtolorũ orat. Et cùm audis oraſſe filiũ
Orationes Chriſti quomodo interpretandæ. Dei, noli inſidiatrices aures porrigere, vt
putes filiũ Dei, vt infirmum oraſſe, vt impe
tret quod implere non poſſet. Poteſtatis e-
nim autor, obedientiæ magiſter ad præce-
pta virtutis ſuo nos informat exẽplo. Hæc
Ambro. ſuper Lucam Ambroſius, & Auguſt. Poterat quidẽ dñs
Ieſus, ſi opus haberet, in forma ſerui orare
Auguſt. ſuper Ioan. ſilentio: ſed ita ſe Patri exhibere voluit pre
catorem: vt meminiſſet ſe noſtrum eſſe do-
ctorem. Magnam ergo habemus inſtructio
A nem, cùm Chriſtus orat: quia præter hæc, NOTA
quæ diximus, filiũ Dei ſe eſſe oſtendit, &
à Patre procedere. Vnde ipſe dixit apud
Ioannem: Propter populũ qui circunſtat *Cap. 11.*
dixi, ſcilicet verba orationis. Vt credant
quia tu me miſiſti: Vnde Hilarius in de Tri *Lib. 10. Hilarius.*
nitate. Non prece eguit: pro nobis orauit,
ne filius ignoraretur. Vides quàm multa &
ſublimia patres Eccleſię in Chriſti orationi
bus agnouerunt? Neq; ad horã tantùm in
orationibus vigilabat: ſed certè pernocta-
bat in oratione Dei. Docet quidem quàm *Summo põtifici oratio quàm neceſſaria ante prouiſiões dignitatũ.*
oporteat ſummum Pontificem orare ante
diſpenſationem dignitatum Eccleſiaſtica-
rum, & quærere à Dño ſuffragium, & dice-
re in multo mẽtis deſiderio: Emitte lucem
tuã & veritatem tuã. Et ſuper omnia quęrat
à dño ſuæ voluntatis beneplacitum. Et ad
reges & reſpublicas per eos gubernandas
huius generis oratio conuenit: & maximè
in regnis, in quibus omnium Eccleſiarum
prælati à Rege deſignantur, eliguntur, &
præſentantur: qui omnes à ſummo Ponti-
fice confirmantur. Quantam vtilitatem
ex re hac Eccleſia Dei conſequeretur, ipſa
rerum experientia ſatisdocet. Orandus er-
B go eſt Deus, & dñs noſter à Papa, à Regi-
bus, à ciuitatibus & prouincijs, vt rectorẽ
& paſtorẽ ſecundùm ſuum beneplacitum
eis concedat. Pendet ſalus corporis à ſuo
capite. Et contingit ſæpenumero propter
peccata populi hypocritã regem regnare,
ſicut legis apud ſanctum Iob: Qui regnare *Cap. 34.*
fecit hominem hypocritam propter pecca-
ta populi. Vnde Oſeas propheta dicit: Pro *Cap. 8.*
iecit Iſrael bonum: inimicus perſequetur
eum. Ipſi regnauerunt, & non ex me. Et
propter peccatum regis caſtigat Dominus
populũ ſuum: ſicut in Dauide cõprobatur *2. Reg. 24*
ex multis millibus hominum propter eum
à dño interfectis. Multum intereſt ſolici-
tum eſſe populum in electionibus Epiſco-
porum, & maximè Romani pontificis: cu-
ius prima electio à Chriſto immediatè eſt
facta: & tamen cùm eſſet verus Deus & ho
mo, vigilauit per totam noctem in oratione
Dei. Increpatis ergo, & comminatione per
territis dæmonibus, quia dñm Ieſum confi
tebãtur, & prædicabant filiũ Dei, eligun-
tur ſacri diſcipuli: quos ſublimi nomencla
tura magnificauit vocãs eos Apoſtolos: vt
per eos fides ſuæ diuinitatis in vniuerſo or-
be propagaretur: nõ per voces dęmoniorũ.

De quibus Apoſtolis ſanctus Marcus. *Vocauit ad ſe quos uoluit ipſe.* Vides vocantis gratiam & liberalem electionẽ? Noli ergo meritum reſpicere, ſed donum: vnde iure ad il-
Ioan. 15. los in cœna dixit: Nõ vos me elegiſtis: ſed ego elegi vos. Quos voluit vocauit ad ſe. Ad
NOTA. multum familiarem amicitiam. Ad ſe, id eſt ad ſecretiora myſteriorum. Ad ſe, id eſt, ad præſentiã doctrinæ aſsiduã, & ſpectaculum
Vocare ad ſe quid ſignificet. miraculorum. Ad ſe, id eſt, ad cõteſtationẽ & multiformem miraculorũ argumentationem. Ad ſe, id eſt, ad pleniſsimã iuriſdictionẽ ſuper corpus ſuum verũ ex conſecratio-
Lucæ. 22. ne diuini muneris in cœna, cùm dixit: Hoc
Matth. 16 facite in meam cõmemorationem: Et ſuper myſticũ corpus ſuũ: quod eſt Eccleſia. Quibus poſt reſurrectionẽ dedit plenã poteſta-
Ioan. 20. tem dicens: Accipite Spiritum ſanctũ. Quorum remiſeritis peccata. Ad ſe, id eſt, ad re-
Matt. 13. ſerationẽ myſteriorum: quibꝰ dicebat: Vo-
B. bis datũ eſt noſſe miſteriũ regni Dei. Oportebatq; ad hæc omnia aſſumi apoſtolos, qui-
Matth. 13 bus in aſcẽſione ſua dicturus erat Ieſus: Eun-
Marci. 16 tes in mundũ vniuerſum, &c. docentes ſeruare eos quæcunq; mãdaui vobis. Vbi no-
NOTA *ualde.* ta quod ſimplex verbũ legis, Ego autẽ dico vobis, eſt Chriſti mandatũ. Et inſtituendi erant teſtes in Hieruſalẽ & Samaria, & vſq;
Acto. 1. ad vltimũ terræ. Dignus fide eſt teſtis, qui quod vidit & audiuit teſtificatur. Vnde Apoſtoli ſumma cũ authoritate Iudæis reſ-
Acto. 4. ponderunt in cõcilio: Non poſſumus quæ
Teſtimonium Apoſtolorũ quale. vidimus & audiuimus, non loqui. Firmum ergo & inexpugnabile eorũ teſtimonium. Propter quod dilectus diſcipulus hanc formã teſtificandi ſeruauit. Quod vidimus ocu-
1. *Ep.* 1. lis noſtris, & audiuimus, & manus noſtræ cõtrectauerunt de verbo vitæ, & vita manifeſtata eſt, & vidimus & teſtamur, &c. Quę verba iterũ proponit ad firmitatẽ teſtimonij de Chriſto, & de acceſſu ad Patrem per ipſum. Bene quidẽ diſponebat æterna ſapiẽtia, & ſufficienter ſaluti orbis cõſulebat, vt qui per fidẽ iuſtificationem noſtrã diſpoſuit, initiare tales inſtitueret teſtes & prædicatores eiuſdẽ fidei & Euãgelij. Qui vocati & electi à Chriſto vt eſſent cũ illo, oculis ſuis vidiſſent, auribus audiſſent, & manibus cõtrectaſſent: & quod multò ſublimius eſt, mente illuminarẽtur à Patre luminũ, & do-
Cap. 43. cerentur de ijs quę nobis tradiderũt. Quod prædictũ erat in Eſaia: Vos teſtes mei dicit
Ioan. euangeliſta. Dñs, & ſeruus meus quẽ elegi. (De Ioanne Euãgeliſt. interpretari poteſt ſcriptura, licet

de Chriſto principaliter intelligatur) vt ſcia-
C tis & credatis mihi, & intelligatis, quia ego ipſe ſum, ante me non eſt formatus Deus, & poſt me nõ erit. Vnde Chriſtus ad Apoſto-
los in ſua aſcẽſione: Eritis mihi teſtes in Hie- *Acto. 1.*
ruſalẽ, &c. Et cũ Apoſtoli intelligerent quã-
tũ deeſſet huic ſacratiſsimo numero teſtiũ *Ibi.*
ex traditione Iudę ſuſpenſi, quantunq; referebat duodecimũ teſtẽ eligere, verbo hoc
vſi ſunt: Oportet ex his viris qui nobiſcum *Teſtis duodecimus reſurrectiõis*
ſunt cõgregati in omni tẽpore, quo introiuit, & exiuit inter nos dñs Ieſus, incipiens à baptiſmate Ioãnis, vſq; ad diem, quo aſſumptus eſt à nobis, teſtẽ reſurrectionis eius nobiſcũ fieri vnũ ex iſtis. Vbi nota quomodo ex viris qui omni tẽpore quo dñs Ieſus fuit conuerſatus cum illis, eligitur vnus qui teſtimonium prohibeat reſurrectionis Chriſti: per quã declaratus fuit verus Deus: & cætera omnia ab eo ſiue dicta, ſiue facta cõfirmata ſunt. Vnde quę Ioſeph dixit fratribus ſuis in Aegypto, cùm ſe illis manifeſtauit: En oculi veſtri, & oculi fratris mei Benia-
min, vident quod os meũ loquatur ad vos: *Gen. 45.*
Hæc Chriſtus apoſtolis ab hac die quo vocauit eos ad ſe, vt eſſent cum illo, dicere po-
D terat: & præcipuè Ioanni: quẽ in morte chariſsimũ habens, filiũ adoptiuum virginis inſtituit. Ecce filius tuus dixit Matri, de Ioã-
ne ſermonem agens: & ad illum: Ecce ma- *Ioan. euan*
ter tua. Vides quanta & quàm magnifica *geliſta.*
intendebat dñs Ieſus in vocatione duode- *Ioan. 19.*
cim ad ſe, vt cum illo eſſent? De fide mundi & ſalute, iam agebat, vocans eos ad ſe, vt
tecũ eſſent. De quo Apoſtolus. Erat Deus *2. Cor. 5.*
in Chriſto, mundum ſibi reconcilians: & poſuit in nobis verbũ recõciliationis. Vbi
propriíſsima vſus eſt diſtinctione: In Chri- *De quo in-*
ſto opus recõciliationis, in apoſtolis verbũ *fra ca. 13.*
eiuſdẽ recognoſcẽs. Vide quàm vtile & ſecurũ tibi ſit Apoſtolorũ contradicere, aut nolle credere ſentẽtijs & doctrinis: q ab initio fuerunt cũ Chriſto, & ab ipſo inſtituti ſunt teſtes ſuæ in primis diuinitatis & reſurrectionis, & ſacramentorũ, & mãdatorum: quę omnia ab illis accepit eccleſia, & verbo & ſcripto: & vſq; ad diem hanc per manus epiſcoporũ fideliter cuſtodiuit. Vide cui ſit credendum, Apoſtolis, an Luthero: Eccleſiæ Chriſti an Arrio, &c. Erubeſcit mẽs humana de re hac diſputare. *Et uenerũt ad eum.*
Vidiſti gratiã vocãtis & electionẽ: ecce li-
berũ arbitriũ. Et venerũt ad eum. Vtrunq; *Liberũ arbitrium.*
eſt neceſſariũ: nec ſufficit alterũ ſine altero
ad

ad iuſtificationem & gloriam. Et multò mi
nùs liberum hominis arbitrium vulneratũ
ex inobediētia præuaricationis Adę. Imò
neq; in illo innocentiæ ſtatu ipſum ſufficie
Gratia quàm neceſſaria. bat. Semper & in omni ſtatu angelorũ &
hominum verũ fuit:gratia Dei vita ęterna.
Nec antecedit humana voluntas noſtrã iu
Rom. 6. ſtificationem, ſed ſubſequitur. Gratia Dei
præuenit nos, excitat, vocat, illuminat, vt
ſubſequatur noſtrum liberum arbitrium: &
ſic aut coronemur ex obedientia, aut culpa
biliter renuamus, & reijciamus gratiam vo
2. Cor. 3. cantis nos Dei. Non ſumus ſufficientes co-
gitare aliquid à nobis, tanquam à nobis:
ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt: quantò
minus noſtram iuſtificationem facere poſ-
ſumus: quæ diuinæ eſt poteſtatis & mune-
1. Cor. 4. ris? Noli ergo gloriari quaſi non acceperis.
Quid enim habes, quod nõ accepiſti? Pau-
per, cæcus, & nudus, & lętaliter vulneratus
Pſal. 112. in ſtercore iacebas: ſed excelſus humiliauit
ſe, & dextera ſua te erexit, vt cum ſui regni
Epheſ. 1. principibus, ſolium glorię teneas, &c. Ele-
git nos, vt eſſemus ſancti & immaculati.
Non quia eramus ſancti, ſed vt eſſemus.
Epiſcopi optima ordinatio. *Vocauit ad ſe quos voluit ipſe, ut eſſent ſecum,*
& uenerunt ad eum. Optima ordinatio epiſ-
copi, & pro ſui populi ſalute, cum à Deo
vocatur. Epiſcopi enim ſucceſſores ſunt A-
poſtolorũ: & ſimplices ſacerdotes, ſeptua-
ginta diſcipulorũ. De quo lege Epiſtolam
Canone in nouo 2. diſtinct. Anacleti Papæ diſcipuli Petri de patriar-
chis & primatibus & reliquis epiſcopis, &
Iſidorũ in Synodo. Et epiſcopus qui voca
Ioan. 10. tus venit, & intrat per oſtiũ, nõ eſt fur, non
ſibi ſumit honorem, ſed tanquã Aarõ eligi-
Heb. 5. tur à dño. Et Chriſtus nõ ſemetipſum glori
ficauit: vt Põtifex fieret: ſed qui locutus eſt
ad eum: Filius meus es tu. Miniſtri & ponti
fices qui in locũ Apoſtolorũ ſuccedunt, li-
cet non in eiſdem ſedibus (quę vna B. Petri
perſeuerat vſq; in finẽ mundi, in quo prima
tus eius declaratur inter alia multa) quia à
Deo vocantur, & eliguntur, idonei ab ipſo
fiunt, ſicut dicit Apoſtolꝰ: Qui idoneos nos
fecit miniſtros noui teſtamenti. Quod non
tantùm in viris illis canonicis & Apoſtoli-
cis cõprobatur, verùm & in ſacris epiſcopis
vt in B. Martino gẽma ſacerdotũ, & in Am
broſio doctore inclyto, & Nicolao ſanctiſ-
Idoneitas miniſtrorũ Eccleſiæ. ſimo. Quam idoneitatẽ non in ſola iuriſdi-
ctione cõſideres: habet enim illã etiã ma-
lus Epiſcopus, qui venit nõ vocatus, ex ſu-
perbia quærens honorẽ & cathedram: ſed
in dextra adminiſtratiõe & gubernatione,
A & in paſtu ſincerę fidei, & doctrina ſana, &
in cõſilijs optimis, & in dubiorũ enodatio-
ne, in quibus omnibus & alijs idoneitas vo
catorũ à dño conſiſtit. Quem vocauit Deus *Exodi. 3.*
de rubro Moyſem, & miſit, vt educeret de
captiuitate filios Iſrael, hic munus ſuum ad
vnguem perfecit, & illi dicit dñs: Ego ero
tecũ. Propriã infirmitatẽ profitebatur ſan-
ctus vir dicens: Quis ſum ego, vt vadam ad
Pharaonẽ & adducam filios Iſrael de Aegi
pto? Et dñs ad illũ: Ego ero tecũ. Bene qui-
dem vocato à Deo dicitur, Ego ero tecum.
Nã ſine hoc adiutore etiã angelis eſt tremẽ *Munus epiſcopale quàm tremendum.*
dum munus epiſcopale: quantò magis ho-
minibus, de quorũ manibus ſanguis homi-
nũ à ſupremo iudice requirendus eſt? Cum
certiſsimũ ſit nõ admittere paſtoris excuſa *Ezech. 33. 34.*
tionẽ ſupremũ iudicẽ, ſi lupus oues diſper-
dat ex paſtoris negligẽtia & ſomno. Quod
pleniſsimè ponderauit apoſtolus à Mileto
vocans maiores natu Epheſi in hoc verbo: *Act. 20.*
Conteſtor vos hodierna die, quòd mundus
ſum à ſanguine omniũ. Dixerat per Eze-
chielem dñs: Sanguinẽ eorum de manu ve
ſtra requirã. Propter hoc duriſsimè cõmi-
nationis verbũ ad paſtores, cõſiderans Pau
B lus qualiter cõmiſſas oues ad paſcua vitę ad
duxerit, inquit: Mũdus ſum à ſanguine om
nium. Rationẽ reddit quomodo à iudicio
ſanguinis ouium cõtra ſe ſit mundus. Non
enim ſubterfugi quo minus annuntiarẽ om
ne cõſilium Dei vobis. Vigilate memoria
retinentes quoniã per triẽnium (ad exem-
plũ veſtrũ & cõmonitionem) nocte & die
non ceſſaui cũ lachrymis monere vnũquen
que veſtrũ. Bonus paſtor Paulus profecto:
qui cũ lachrymis die ac nocte cõmonebat
de lege dñi, & de regno illius oues ſuas. Iã
ergo inquit: Attẽdite vobis, & vniuerſo gre
gi, in quo vos Spiritus ſanctus poſuit Epiſco
pos regere Eccleſiam Dei: quam acquiſiuit
ſanguine ſuo. Quàm precioſum eſt quod
proprij ſanguinis effuſione acquiritur? Quã
charum, quod nõ niſi chariſsimis, & verè di
lectoribus committitur? Simon diligis me *Ioan. 21.*
plus his? Diligis me? Diligis me? Quid ſibi
vult Dñe talis ac tam importuna interroga-
tio, ab eo quem noueras ſupra cunctos Apo
los te diligere? quem etiã ſciebas cõtriſtan-
dum? Trado ei quod ſummè diligo, quod
mihi eſt cordi, Eccleſiam, quam ſanguine *Dilectio Dei requirenda in epiſcopo.*
meo acquiſiui. De dilectione ergo adamuſ
ſim interrogandus eſt qui Eccleſiæ Dei prę
I 2 ficitur.

ſicitur. Sed interrogāda ſunt opera eius, nō lingua. Quis enim requiſit, an diligat Chriſtum, tota cōfidentia non reſpondebit, Diligo, Amo? Sed probatio dilectionis, exhibitio eſt operis. Quam acquiſiuit ſanguine ſuo, dixit Paulus. Ad diligendam Eccleſiā inuitat epiſcopos ſanctus Apoſtolus, & timore perterret, niſi cōmiſſarum ouium curam habuerint. In hunc modum forte illud argumentum format ſcribens Corinthijs. Et peribit infirmus in tua conſcientia frater, propter quem Chriſtus mortuus eſt. Nō eſt amplius quo poſsit vel ipſe Apoſtolus, qui audiuit arcana Dei, cauſam proximi magnificare. Nec ſi terret aliquid aliud, quàm quod pro fratre noſtro mortuus eſt Chriſtus: vt ſciamus qualem curam & ſolicitudinem pro illo gerere deceat epiſcopum. Magnum exemplū habent de re hac in Ioanne Euangeliſta paſtore Eccleſiæ, ſicut in Paulo. Ille ſacratiſsimus Ioannes cùm cōmendatum iuuenem Epiſcopo cuiuſdam ciuitatis iuxta Epheſum, vt illū erudiret, apprimè ad diſciplinā eccleſiaſticam, inueniſſet poſt aliquod têpus ducem eſſe Sicariorum in câpis, requirebat ab epiſcopo depoſitū in hęc verba. Iuuenem illū repeto abs te, & animā fratris. Deniq; cùm comperiſſet facinoroſum eſſe factum, vellem continuò, qua erat indutus, conſcidit, & cum ingenti fremitu percutiens caput ſuum, & aſcenſo equo illum requiſiuit, nec manus aut minas latronum, quorum iuuenis ille dux erat, reformidauit. Qui cùm Ioannem vidiſſet, equo aſcenſo, fugā arripuit: quem inſequens Apoſtolus clamabat: Quid fugis fili patrē tuū? Quid fugis inermem ſenem? Ego Chriſto rationem reddam pro te. Certe & mortem pro te libenter excipiam, ſicut & dominus excepit pro nobis: & pro tua anima dabo animam meam. Sta tantùm, & crede mihi, quia Deus me miſit. In hunc modum bonus paſtor, qui ab exordio vocatus erat à domino Ieſu, vt eſſet ſecum, requiſiuit errantē ouem, quæ perierat, & inuentam adduxit ſuper humeros ſuos, & ad pœnitentiam recepit: indeſinenter pro ipſo orationem fundens: & cum ipſo pariter ducens crebra ieiunia, indulgentiam à Deo, quam ei pollicitus fuerat, expectabat. Sed obſtupendum eſt quod ante hęc à Clemente prēmittitur. Ille iuuenis audiens Ioannem, reſtitit, ac vultum dimiſit in terram: poſt hoc arma proiecit: tum deinde tremefactus flebat amariſsimè, & accedens genibus ſenis prouoluitur, gemitibus, & vlulatibus, quibus poterat ſatisfaciens: & vberrimis lachrymarum ſuarum fontibus iterum baptizabatur: occultans ſolam dexteram ſuam, qua homicidium patrauerat. Apoſtolus vero iuriſiurandi ſacramento, ei à Saluatore veniam pollicebatur. Simulque genibus eius prouolutus, atque ipſam dexteram (nota valde) ex cuius cædis conſcientia torquebatur iuuenis, tanquam iam per pœnitentiā purgatam, deoſculans, ad Eccleſiam reuocat. Nec priùs abſtitit, quàm eum in omnibus emendatum, etiam Eccleſiæ pręficeret, præbens in hoc ſummum exemplum paſtoribus Eccleſiæ. Hæc didicit à Chriſto, qui ab eo vocatus, permanſit, non obliuioſus factus doctrinæ & exempli ſaluatoris, cum quo fuit per multos annos. Hęc faciūt & epiſcopi qui à Deo vocantur, vt cum illo ſint aſsiduè: & multo tempore. Hæc ſignificat Paulus cùm dicit. Qui idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamenti. Qui idoneum fecit Moyſem, quem vocauit, & miſit ad Pharaonem, vt educeret populum ſuum: & idoneum fecit Ioſue, quem elegit: vt ducatum haberet illum ſublimem poſt Moyſem, & introduceret filios Iſrael in terram promiſſam; & millies poſuerunt animas ſuas pro ouibus ſuis. Idoneos nos fecit etiam, in charitate multa & excellentiori, in cura & ſolicitudine pro fratribus noſtris: idoneos nos fecit in lachrymis & orationibus, & admonitionibus aſsiduis, &c. Hæc ad Epiſcopum ſpectant. Videant qui non vocantur & dicunt: Ecce adſumus: quale onus ſuper humeros ſuos imponant. Qui à Chriſto vocantur, idonei redduntur. Quomodo? Fecit vt eſſent duodecim cum illo: & mitteret eos prædicare. De his omnibus à tanto magiſtro informati ſunt, & edocti. Quos ad Apoſtolatus apicem & culmen aſſumebat, fecit vt eſſent cum illo. Vt ab eo in primis charitatem diſcerēt, & proximorum dilectionem, cōpaſsionem errantium, & ignoratium curā: & myſteria omnia regni ſui illis tradit, quę poſtmodum omnibus infunderent. Ad munus ergo epiſcopale aſſumendi ſunt, qui diu cum Chriſto permanſerunt in ſacris religionibus, in multis vigilijs, in ieiunijs & lectionibus, &c. Non qui in aulas regum frequentant: non qui in luxu, & otio permanſerunt: non qui didicêre rapere aliena, vt proprios

Marginal notes: 1 Cor. 8. — Proximus — Euſ. Ceſ. li. 3. Eccleſiaſt. hiſto. ca. 23. — Ioan. euangeliſta. — Epiſcoporum cura pro ouibus — Ioannis Euangeliſtæ obſtupendū exēplum. — NOTA valde. — C — D — 2. Cor. 3. — Idoneitas iterum. — Exod. 3. Ioſue. 1. — Qui aſſumendi ad munus epiſcopale.

In Epiſcopũ quis ſit eligendus. prius reddidit. Eligendi ſunt quales à Paulo multis locis deſcribuntur, præcipuè epiſtola 1. ad Timotheũ c.3. & Titũ c.1. Vnde cõcilium Lateranenſe: Cũ in cunctis ſacris ordinibus, & Eccleſiaſticis miniſterijs ſint ætatis maturitas, grauitas morum, & literarum ſcientia inquirenda, multo fortiùs in Epiſcopo hæc oportet inquiri: qui ad curam aliorum poſitus, in ſe ipſo debet oſtendere qualiter alios in domo Dei oporteat conuerſari. Ea propter, ne quod de quibuſdam, pro neceſsitate temporis factum eſt, trahatur à paſtoribus in exemplum, præſenti decreto ſtatuimus, vt nullus in Epiſcopũ eligatur, niſi qui iam trigeſimum annum ætatis exegerit, & de legitimo matrimonio ſit natus, qui etiam vita & ſcientia commendabilis demonſtretur. Cum Chriſto igitur ſunt duodecim, vt inde idonei eſſent ad mittendũ illos in prędicatione Euãgelij. Manifeſtè hoc docet ſanctus Euangeliſta. *Fecit ut eſſent duodecim cum illo, inquit, & mitteret eos prædicare.* Hi nimirum fructum afferũt, & fructus eorũ manet. Qui diu cum Chriſto conuerſatus eſt, veram dilectionẽ, integram fidem, profundam humilitatem ab eo didicit (vt dixi:) quæ omnes virtutes ad magiſtrum & euangelicum prædicatorẽ ſpectant. Et in hoc ſummopere vigilãdum eſſet paſtoribus & prælatis Eccleſiæ in inſtituendis prædicatoribus, (quod munus magnificum gradum obtinet in Eccleſia; nec pro libito, aut ſine delectu omnibus eſt committendũ.) Ille prophetã aget à Deo miſſum, ſi quæ ab eo didicerit, alijs erogauerit: ſicut Ezechieli dicit dñs, & Hieremię. Et quæ mandauero tibi loquẽris ad eos. Neque per hæc quæ dicimus prophetarum reuelationes in prædicatore deſidero: ſed vt quomodo oporteat in domo Dei cõuerſari in ſacris vigilijs, & pernoctationibus cum Chriſto prædicatorem Euangelicũ oſtendam. Ioannes in deſertis egit vſq; ad annũ trigeſimũ in admirabili contẽplatione dies & noctes peragens, in ſumma & vix humanis ſenſibus credibili auſteritate cibi & potus, & veſtitus. Poſt quæ omnia factum eſt verbum dñi ſuper illũ, & exiuit in omnem regionem Iordanis prædicans pœnitentiam. Nec verbum pœnitentiæ prædicatorem eius cõfundebat: imò cum ingenti gloria ſacratiſsimi Ioannis ad exemplum illum oſtendebat. Et iure optimo ad hunc & ſimiles ſi qui ſunt, verbum Pauli ſpectat, quod vtroq; oculo prædicatores inſpicere

Extra de elect. cap. cum in cunctis. & ca. cũ à nobis. De elect. cap. graue nimis concilii Sardicenſe, can. 13. Concil. Bracharẽ ſe.1.c.38. Conc. Tridẽn ſeſ. 22 cap.2. ſeſſ. 7. cap.1.

Prædicatores quales inſtituendi.

Cap. 2.
Cap. 1.

Ioã baptiſta.

NOTA *valde prædicator.*

A debent: non tam vt à prædicatione virtutũ abſtineant, quàm vt omnes eas ſummo colant ſtudio. Habeo igitur gloriam in Chriſto Ieſu ad Deum. *Rom. 15.* Non enim audeo aliquid loqui eorũ, quæ per me non effecerit Chriſtus. Non ſolùm de miraculis quę multa operatus eſt inclytus Apoſtolus, verbũ præſentis ſententiæ interpreteris. Impium enim eſſet magnalia enarrare, quæ Deus non fecerit, quaſi noſtro indigeat mendacio. Eſt ergo ad doctrinam & ſermonẽ virtutum trahenda interpretatio, in hunc ſenſum: Non audeo de humilitate aut caſtitate ſermonem proponere: non audeo de miſericordia & patientia diſputando docere, quin per me hæc effecerit Chriſtus. Gratus certe gratiæ Dei, & verè humilis, qui Chriſto omnia bona aſcribebat. Non confundebatur pœnitẽtię prædicator, magnus inquam Ioannes de fructibus pœnitentialibus diſputare, qui tam ſuperabundanter egit pœnitentiam, vt abundanter ditata ſit ſancta mater Eccleſia, ad diſpenſandum magnas indulgentias ex theſauro meritorum præcurſoris. *Indulgẽtiæ ex theſauro meritorum præcurſoris.* Quia certè cum duo habeat bonũ opus, & quod eſt meritoriũ, & quod eſt ſatisfactoriũ, ex ea parte qua ſatisfactoriũ
B eſt, in theſaurũ eccleſiæ cedit & conuolat, cum operator nõ indiget ſatisfactione. Quãtũ per hoc in theſauro ſanctæ eccleſiæ beatus Ioãnes dereliquit, qui talis ac tãtus extitit inter cunctos mortales, quòd iure optimo maior & excelſior cunctis prædicatur? Nõ erubeſcebat de caſtitate ſplendor virgineus & angelicus docere Hieroſolymorum populos: & ſic de alijs. Oportet ergo mirũ in modũ cum Chriſto prædicatorẽ cõuerſari, vt cum honore aduerſus omnia vitia agat cõfidenter: & cũ gloria, tanquã verus virtutum cultor, de illis aſsiduũ ſermonẽ proponat. Ne ſibi dicatur: Amice cura te ipſum. *Luc. 4.* Duodecim ergo diſcipulos vocauit ad Apoſtolatum, & fecit vt cum ipſo eſſent. Hic numerus Apoſtolorũ poſt modũ in noui teſtamenti propheta confirmatus & declaratus eſt, in hunc modũ. Vidit ſanctus Euangeliſta ſanctam Hieruſalẽ deſcendentem de cælo, per quam ſignificabat Spiritus ſanctus Apoſtolicã eccleſiam. *Ioannes euangeliſta propheta noui teſta.* Hæc ciuitas Dei viuentis, *Apoc. 21.* de qua ſublimia nimis in prophetis ſunt decantata, habebat murum magnũ & altum, habentẽ portas duodecim. Ab oriente portæ tres: ab Aquilone portæ tres, ab auſtro portæ tres: & ab occaſu portæ tres, & murus ciuitatis habebat fundamenta duodecim,

decim, & in ipſis duodecim nomina Apoſtolorũ agni. Magnũ ſacramentũ in his omnibus demõſtratur. Primò certũ eſt apoſtolos Dñi, qui à præcurſore & prophetis vetuſtioribus dictus eſt agnus, eſſe portas nouæ Hieruſalẽ, id eſt ſanctæ Eccleſiæ: per quorũ prædicationem & fidem ad regnũ patet nobis introitus in conſortium ſanctorũ. Et qui portæ propter fidei prædicationẽ appellantur, propter eandem dicti ſunt fundamẽta: Vnde Paulus Apoſt. Epheſios fundatos magnificat ſupra fundamentum Apoſtolorum & prophetarũ. De qua ſententia ad longũ cap. 7. huius Euangelij. Et ſic ad principem iſtorum dictum eſt à Chriſto: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meã: ſuper tuam confeſsionem, ſuper fidem quã confeſſus es, ſuper te ędificabo eccleſiã meã. Quæ quàm firmiter ſit ædificata demõſtratur, dũ dicit: & portæ inferi nõ præualebunt aduerſus eam. Omnes mũdi hæreſes & autores earũ, quamuis monarchiã habuerunt adiutricẽ, non pręualuerunt aduerſus Eccleſiã. Imò ſicut vitis, cuius palmites abſcindũtur, vberius fructificat, ſic facta eſt ſancta mater Eccleſia in perſecutionibus tyrãnorum, & hæreſibus. Sunt ergo Apoſtoli & portæ regni cælorũ, & fundamẽta ſanctæ matris eccleſiæ. Sed magnũ eſt etiã myſteriũ Orientis, & Occidẽtis, Aquilonis, & Auſtri, in quibus oẽs mundi plagas oſtẽdit, à quibus omnibus per manus Apoſtolorũ adducendi erant fideles ad ſinum ſanctę matris Eccleſiæ, vt eis pateret introitus in regnũ cæleſte. Tres ergo portę ab Oriẽte. Nõ vna porta ab Oriente, non vna tantùm. Vt certe doceat ſanctus Euãgeliſta in omni loco fidem Euangeliorum prædicaſſe ſanctos Dei apoſtolos. Vnde antequã diuiderentur per plagas mũdi ad prædicandũ Euãgelium, Symbolũ condiderunt, dicentes ſinguli quid vnuſquiſq; ſentiret de fide. Vnde ſymbolum, collatio dicitur. Dicitur & indicium, quaſi per hoc qui rectè crediderint, indicaretur. Lege beatũ Clemẽtem. Propter hoc dicta eſt ſancta mater Eccleſia vna: ab vnitate fidei & cõfeſsionis vnius Dei, vniuſque baptiſmatis. *Duodecim ergo uocauit ut eſſent ſecum*: tanquam duodecim cælorum portas, & duodecim ciuitatis Hieruſalẽ firmiſsima fundamẽta. Figuratus eſt hic numerus & myſtica interpretatio eius per duodecim filios Iacob: per duodecim principes trib⁹ Iſrael. Per duodecim fontes in Helim; & per duodecim lapides ſublatos de Iordane in munimentũ filiorum Iſrael, quod amplius nota. Et per duodecim boues ſuſtentãtes mare æneum. Per duodecim prophetas in vno arctatos volumine. Et per duodecim ſtellas in corona ſponſæ, & (ſicut dixi) per duodecim fundamenta ciuitatis, & per duodecim portas eius. Iã ſpiritũ & veritatẽ, quæ in figuris latebant, intuere. Apoſtoli ſunt duodecim patriarchæ, id eſt ſummi patrũ in nouo teſtamẽto. Sunt duodecim duces & principes à Chriſto inſtituti ſuper omnẽ terrã: ſicut decantauit propheta. Conſtitues eos principes ſuper omnẽ terrã. Duodecim Apoſtoli ſunt duodecim fontes, ex quibus manat puriſsima aqua ſalutaris ſapiẽtię. Quibus dñs dixit, de Spiritu ſancto agẽs ſermonẽ. Ille vos docebit omnẽ veritatem. Aqua iſta rigat militantis Eccleſiæ hortum & areolas eius. Sunt duodecim lapides viui per charitatẽ: ipſi Chriſto cõiunctiſsimi, tã quã primario lapidi exciſſo de monte abſq; manibus: qui ſtatuam magnã & ſuperbam Nabuchodonoſor percuſsit, & vſq; ad fabillam reduxit. Sunt duodecim boues ſuſtentantes mare æneum: per quos ad nos doctrina ſacramentorũ à Chriſto inſtitutorũ peruenit, & ſuſtentatur aduerſus oẽs hæreſes. In quo mari æneo & aqua puriſsima animæ lauantur & mundæ fiunt, vt dignæ ſint videre Deũ. Sunt duodecim prophetæ annuntiantes mundi terminũ. Vnde verbum familiare eorũ hoc eſt: Filioli nouiſsima hora eſt. Hoc vnũ non vos lateat. Qui venturus eſt veniet, & nõ tardabit. Adhuc modicum aliquantulumq; &c. Annuntiant itaq; aduẽtum iudicis, ſicut duodecim prophetę. Deniq; duodecim ſtellæ ſunt illuſtrantes mundum vniuerſum, & ornantes ſanctam matrem Eccleſiam fulgore claritatis ſuæ, per doctrinam, per charitatem, per miracula: de quibus dicitur in Euangelio. *Et dedit illis poteſtatem curandi infirmitates, & eijciendi dæmonia*. Hęc ſic legis apud Matthęũ. Conuocatis duodecim diſcipulis (nota quomodo etiã inſtituti Apoſtoli, nõ relinquũt cõmune nomẽ diſcipulorum: vnde hoc aut illo deſcribũtur) dedit illis poteſtatẽ ſpirituũ immundorũ, vt eijcerent eos, & curarent omnem langorẽ, & omnẽ infirmitatẽ. Hanc diſtinctionem facit Apoſtolus inter ſigna miraculorum & prophetiam. Linguę in ſignum ſunt non fidelibus, ſed infidelibus: prophetiæ autem non infidelibus, ſed fidelibus. Ad confirmationẽ doctrinę, quę eſt ſuper omnem facultatem naturalis intel-

Marginal notes: *Apoſtoli portæ & fundamẽta Eccleſiæ.* — *Matth. 16* — *Eccleſiæ firmitas.* — *Similitudo* — *Symbolum apoſtolorũ* — *Clemens Rom. epiſto. 2. ad Iacobũ. 1. to. Cõc. f. 139 Chriſto reſurgẽte, & aſcendente in cælum, &c. uſque ſymbolum.* — *Apoſtoli.* — C — *Pſal. 44.* — *Exo. 15.* — *Ioan. 16.* — *Ioſue. 4.* — *Daniel. 2.* — *2. Para. 4.* — D — *1. Ioan. 2.* — *Cap. 10.* — *Diſtinctio prophetiæ & linguarum.* — *1. Cor. 14*

intellectus, valde conducunt miracula. Ta
Miracula quã utilia. lis erat doctrina apoſtolorum. In qua Trinitatis Deificę, & incarnationis magna myſteria caput tenebant. Hęc autem ſuper omnem facultatem & virtutem phyloſophiæ ſunt. Tradenda quidẽ in virtute Dei, & confirmãda per miraculoſa opera prędicantiũ. Prophetiæ fidelibus cõueniunt: linguæ & ſigna infidelibus vt credãt, & cõfirmentur. Propter quod mittens dñs Ieſus diſcipulos ſuos ad prædicandum ſanctum Euãgelium, poteſtatem miraculorum conceſsit, vt eis crederent populi, & doctrinã eorum amplecterentur. Sed non tã apertè prædicauerũt nunc in exordio ſanctũ Euangelium, id eſt,
Marci. 16 myſteria illa, ſicut poſt admirabilẽ aſcenſionem dñi Ieſu. Et tunc quidẽ ampliorem poteſtatem cõceſsit nõ ſolum ipſis Apoſtolis, ſed etiam eis, qui crederent per verbũ illorum. Sed attẽde obſecro quàm ſuauiter diſ
Fidei præceptũ ſuauiter diſpoſitum. poſuit dñs præceptum fidei ad ſalutem neceſſariç. Non nudum verbũ cõſtituit in ore Apoſtolorũ: ſed poteſtatẽ ſuper omnẽ languorem, & ſuper omnem infirmitatem conceſsit: vt & mortuos ſuſcitarent. Quibus viſis diuinam intuerentur virtutem homines carnales, & venerarentur cælorũ prędicatores, & ſic inciperẽt credere quæ ab Apoſtolis dicebãtur. Vnde neq; ipſe dñs Ieſus ſine miraculis prædicauit: ex quibus voluit ſibi
Ioan. 10. credi, propter quod Iudæis dicebat: Opera quæ ego facio, ipſa teſtimonium perhibent de me. Sed adhuc ſuauitatẽ diuinæ diſpẽſa-
NOTA ualde. tionis attende erga nos. Per ea quæ hominibus deſiderabiliora erant & chariſsima, ſcilicet per corporum ſanitates, & liberationẽ à vexationibus ſpirituum immundorũ, diſpoſuit amabile facere fidei præceptũ. Nec ſolùm hanc poteſtatẽ conceſsit prædicatoribus Euãgelij, ſed & credentibus per verbum eorũ. Vt ſic allicerentur ad fidem, videntes corporibus etiã prodeſſe, & eorũ ſaluti, quę illis prædicabãt ſacri diſcipuli: imò eorum mortuis ad vitã reuocatis. Bene quidem in laudibus æternæ ſapientiæ decanta-
Sap. 8. tum eſt: Attingit à fine vſq; ad finẽ fortiter:
Cap. 12. & diſponit omnia ſuauiter. Et deinde: Cum trãquillitate iudicas, & cum magna reuerenti diſponis nos. Obſerua ex his quàm ſuaue eſt Dei præceptum in vniuerſo mundo. Vnde dictũ eſt à Dño, cùm Apoſtolos ad
Matt. 10. prędicãdum mitteret: Et quicunq; non receperint vos, neq; audierint ſermones veſtros, &c. Amen dico vobis tollerabilius erit terræ Sodomorũ, & Gomorreorũ in die iudi-
A cij, quàm illi ciuitati. Per quod inexcuſabiles demõſtrantur quicunq; nõ recipiebant Apoſtolos: ſiquidẽ tantis æditis miraculis prædicationẽ ſuam cõfirmabant, & cõmendabant. Et certè Dñs non cõminaretur illis terribile iudiciũ, ſi ſolo & nudo verbo, Trinitatis, aut incarnationis myſteria proponerent. Excuſabiles forſan eſſent gentes. Iã verò neceſſaria non ſunt miracula, cum fides Chriſti per Apoſtolos prædicata, & confirmata ſanguine ſubi & deinde tantorũ martyrũ paſsionibus & morte, radices profundas
per multa annorũ centenaria immiſerit in *Similitudo* corda credẽtium. Et arbuſta nõ indigent irrigatione vlteriori, cùm in profundo ſunt
radicata & fundata. Nõ tamen deeſt dñs no *Miracula hoc tẽpore in fidei prædicatione.* ſter his tẽporibus ſuis prædicatorib⁹ in prædicatiõe ſui Euãgelij in nouo orbe: quin verò mirabilia per manus illorũ operatur: & in cõfirmatione ſanctimoniç ſanctorum, ad eorum clarificationẽ, & canonizationem. Quòd ſi attendas qui ſunt qui ad apicẽ Apoſtolatus, & prędicationis Euãgelij, aſſumun
tur, prout docent Euangeliſtæ, ad plenum *Fidei argumentum deſumptũ ex prædicatoribus.* rem hãc deprehendes: Hi ſunt Petrus, An-
B dræas, Iacobus, Ioannes, Philippus, Bartholomæus, Matthæus, Thomas, Iacobus Alphæi, Simõ Zelotes, Iudas Iacobi, & Iudas alter, qui fuit traditor. Omnes ij viri idiotę erant, obſcuri, & de media plebe, illiterati, ignobiles, imbecilles, & infirmi. Piſcaturã plures & nobiliores illorũ ſectabantur. Per hos elegit Dñs vniuerſum mundũ ad ſe con
uertere, ſicut ſupra diximus. Quod ſi mira- *Lib. 1.* cula ſimul cum apoſtolis Simon Magus fecit, & Magi Pharaonis in Aegypto cũ Moſe & Aaron, illa non ſunt patrata per Dei virtutem & auctoritatẽ. Quod inde oſten-
ditur, quia Simonis magi miracula per hoc *Miraculorum uerorum & falſorũ diſtinctio Clemens li. 3.* oſtendebãtur à malo fieri, quia nulli proficiebant. Illa autẽ quæ per Dei potentiam fiunt, ab eis quos ipſe mittit, hominibus proſunt. Nã quæ vtilitas eſt oſtendere ſtatuas ambulãtes, latrare ęreos aut lapideos canes, ſalire montes, volare per aẽrem, & alia his ſimilia, quæ dicitur feciſſe Simõ? In his miraculis diſcernendis finis eſt attendendus. Vbi enim neq; honor Dei promouetur, neque hominũ, quos ad arctã Dei amicitiam integra vita euexit, gloria cõmendatur, aut credentiũ promouetur vtilitas, diuinã interceſsiſſe virtutẽ non eſt credendũ. Sed & miracula magicorũ Aegypti inde cõuincũtur.

Aug. 3. de Trini. c. 7. & 8. & li. 83. quæſtio num. q. 79. Origenes. Exod. 8.

quamuis fuerint veri ſerpentes, quos ædiderunt. Sed tamen deuorauit virga Aaron virgas eorũ & tandẽ deficiẽtes malefici in ciniphibus, confeſſi ſunt, atq; dixerunt: Digitus Dei eſt hic. Permittebatur à dño Magis Pharaonis grãdia facere, cum autẽ deuentũ ad cniphes eſt, impediuntur vt quis ſit à Deo miſſus pro liberatione Iſrael dignoſcatur. In hunc modũ permiſſum eſt Simoni mago per aëra volare, ſed iuſſu Petri præcipitatus eſt, & miſerabiliter obijt. Permittebãtur idola loqui, nefandaq́ue reſponſa petentibus dare, iuſſu tamen Apoſtolorũ muta facta ſunt, & confracta: vt per hæc omnia aliaq́; plurima diſceret mundus vniuerſus miſſos quidẽ fuiſſe apoſtolos ab eo, qui verus eſt Deus, & dñs vniuerſorũ. Hoc argumentũ abſoluit B. Paulus. Videte vocationem veſtrã fratres quia nõ multi ſapientes ſecundùm carnem, nõ multi potentes, non multi nobiles: ſed quæ ſtulta ſunt mũdi elegit Deus, vt cõfundat fortiam & ignobilia mundi, & contẽptibilia elegit Deus, & ea quæ non ſunt: vt ea quæ ſunt deſtrueret: vt non glorietur omnis caro in cõſpectu eius. Videte vocationẽ veſtram, id eſt per quos vocati eſtis, quia nõ multi ſapiẽtes, neq; omnes inſipientes, neq; omnes ignobiles. Ipſe enim Paulus ſapientiſsimus erat in lege, & nobilis genere: & Dionyſius, &c. De quo infra, cap. 6. Dedit ergo dominus Ieſus apoſtolis poteſtatem ſuper omnia dęmonia, & vt langores & omnẽ infirmitatem curarẽt; vt ex his mirabilibus manu ducerentur homines ad fidẽ diuinitatis illius, in cuius nomine hæc faciebant. Vnde cum gaudio reuerſi ſunt ad Chriſtum Apoſtoli dicentes: Domine in nomine tuo etiam dæmonia ſubijciuntur nobis. Vbi apertè vides confirmat in ſuperiorem ſentẽtiam. Dominus eſt filius hominis, etiam ſabbathi, de qua ſupra. *Et impoſuit Simoni nomen Petrus: & Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem Iacobi, & impoſuit eis nomina Boanerges, quod eſt filij tonitrui.* Præmittuntur ante Andræam Iacobus & Ioannes, propter hoc procul dubio, quia nomina noua accipiebant, ſicut & Petrus. Apoſtolorum nomina ſunt hæc: Primus Simon, qui dicitur Petrus, & Andręas frater eius, Philippus & Bartholomæus, Iacobus Zebedæi, & Ioannes frater eius. In Luca cap. 6. hic ordo ſeruatur. Petrus, Andræas, Iacobus Ioãnes. In Actibus Apoſt. Petrus & Ioannes, & Iacobus & Andręas.

1. Cor. 1.

Vnde beatus Theodoret⁹. li. 5 epitome diuinorũ decretorũ, titulo de diabolo. Eum traduxit dominus, eius imbecillitatẽ coarguens: & iuſſit cõculcari ab ijs qui eũ olim adorabãt. Eius enim uox eſt: ecce dedi uobis poteſtatẽ calcandi ſuper ſerpẽtes & ſuper omnẽ poteſtatem inimici. Lucæ. 10. Cũ inquit: qui eũ olim adorabant, haud intelligas Apoſtolos: ſed gentes: quibus cõceſſũ eſt cõuerſis ad Deũ calcare dæmonis.

C

Non dubiũ quin B. Matthæus agat de prioritate dignitatis: cùm beatus Andręas prior fuerit in familia Chriſti, & familiari eius cõuerſatione: ſicut teſtatur Ioannes. Reſtat ergo ꝙ Petrus ſit primus ex eo quod ſuper reliquos Apoſtolos primatũ Eccleſiæ à Chriſto immediatè accepit: quãuis cæteri Apoſtoli à dño Ieſu plenariã poteſtatẽ & iuriſdictionẽ habuerint: ordinatiq́; ſint epiſcopi, ſicut probat B. Auguſtinus. Nemo ignorat epiſcopos Saluatorẽ inſtituiſſe eccleſijs. Ipſe enim priuſquàm in cælos aſcenderet, imponens manũ Apoſtolis, ordinauit eos Epiſcopos. *Et impoſuit Simoni nomen Petrus: & Iacobum Zebedæi & Ioannem fratrem Iacobi, & impoſuit nomina Boanerges, quod eſt filij tonitrui.* Cùm primò beatiſsimus Andræas adduxit fratrẽ ſuum ad Chriſtum, euangelizans illi aduentum Meſsiæ, inquit Ioannes: Ieſus autem intuitus eum dixit: Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. Vbi nota quòd ſacer hic Apoſtolus aliquando vocatur Petrus, aliquando verò cognominatur Petrus. Quòd verò Dominus tũc prædixit Simoni, nunc implet. Et vocauit Simoni, nomen Petrus. Ad cuius nominis impoſitionẽ præmittitur attenta oculorũ intuitio. Cum creaſſet dñs Adã poſuit coram eo cuncta animalia, vt videret quid vocaret ea. Quid eſt vt videret? Nunquid ipſe Deus, vt ſcilicet expectaret quale vnicuiq; animali nomẽ imponeret? An verò vt videret, id eſt, attentus aſpiceret Adam naturalem proprietatem, & conditiones ſingulorum animalium, ſecundùm quas nomina imponeret? Hoc vltimum magis puto habere propheticum ſermonem. In hunc modum interpretari poteſt locus Ioannis præſens. Ieſus autem intuitus eum dixit. Tu vocaberis Cephas, hoc eſt Petrus. Non eſt intuitus eum ſecundùm naturalem conditionem, aut ſecundùm generationem ex Adam: ſed ſecundùm æternam prædeſtinationem, ſecundùm quam ordinatus erat Petrus ad ſummum principatum in Eccleſia: ſecundùm quam etiam prædeſtinatus erat Petrus ad tantam gratiam, hiſce oculis intuetur Dominus Ieſus Petrum, & quem nouerat ad ſuam familiam ſpecialiſsimè pertinere: cui poſt mortem, imò ante ipſam oues ſuas commiſit, dicens: Tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. Quem locum valde nota, quia ſpecialiſsimè magnificat Petrũ. Cui non ſolum poſt

Petri primatus.

Apoſt. Epiſcopi à Chriſto.

Auguſt. li. de quæſt. noui & uet. teſt. q. 97.

Cap. 1.

Actu. 10.

D

Petrus.

Gen. 2.

Primatus Petri.

Lucæ. 22.

NOTA valde.

reſurrectionē confirmandę traduntur oues, ſed fratres ante reſurrectionem & mortē, hoc eſt apoſtoli ante mortē Chriſti. Vt etiā comprobes inter fratres primatum habuiſſe Petrum: ad quem confirmatio apoſtolorum ex infirmitate in fide ſpectabat. Huic ergo, quem optimè nouerat ad ſuam eccleſiam præordinatum caput & verticem, ſecundum hæc & alia multa nomen impoſuit, dicens: Tu vocaberis Cephas, hoc eſt Petrus. Et nunc inquit ſanctus Marcus. *Impoſuit Simoni nomen Petrus*. Petrus à petra deſcendit. Vnde ad illum dominus, quem elegerat ad confeſsionem ſuæ diuinitatis: *Matth.16* Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ędificabo eccleſiam meam. Confeſſus fuerat iam in exordio Nathanael, & dixerat: Tu es filius Dei. Nec eū beatificat Chriſtus dicēs: *Ioan. 1.* Beatus es Nathanael, quia caro & ſanguis nō reuelauit tibi: Sed pater meus. Nō dubiū quin pater cæleſtis inſpirauerit menti viri huius, & illuminauerit cor illius, qui adeò gratus erat ei, quod teſtimonium perhibuit de ipſo Chriſtus, dicens: Ecce verè Iſraelita, in quo dolus non eſt. Quod verbum *1.Pet.2.* de Chriſto magnificauit apoſtolus. Qui peccatum non fecit: nec inuentus eſt dolus in ore eius. Petrus verò beatificatur ſuper fidei confeſsionē, & ſuper firmitatem eius: cui repromiſit dominus: & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam. Diuinam ergo electionem, & ordinationem intuetur Chri- *Petrus.* ſtus in Petro, quæ ipſum ad ſublimia officia, & dignitatem præordinauerat, & ſe- *NOTA.* cundùm hęc, nomen impoſuit. Vbi nota attentè, quòd apud Ioannem repromiſit dominus Ieſus nomen Petri. Tu vocaberis Ce- *Cap.16.* phas, id eſt Petrus. Apud Marcum impoſuit ei nomen. Apud Matthæum ſic legis: Tu es Petrus. In primo nomen repromiſit: in ſecundo nomen impoſuit: in tertio demonſtrauit rem nominis habere, eidemque conuenire. Tu es Petrus (inquit) & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam. Hoc eſt peculiare in Petro, in quo euangeliſta te attentum reddit dicens, quòd eum dominus ſic cognominauit. Aliter enim putares ſic caſu vocari, non ſingulari prouidentia Dei. Voluit autem Deus ſic *Cephas Siriacè. Petrus iterum.* priùs alio nomine vocari, vt ex mutatione nominis, viuacitas ſacramenti notaretur. Quia Græcè vel Latinè Petrus, quod Syriacè Cephas, in vtraque lingua à petra dictū *1.Cor.10* eſt, de qua: Petra autem erat Chriſtus. Vnde qui proximiùs à petra deſcendit, ab illa A ſcilicet quæ ſtatuam Nabuchodonoſor cōminuit, pleniùs etiam ipſe illam deſtruxit poſt modum in vniuerſo orbe. *Daniel.c.2.* Duobus verò fratribus ab euentu rei futuræ, præordinatæ tamen in diuina ſapientia, nomen etiam impoſuit. Boanerges, id eſt, filij tonitrui. Audierunt nanque vocem à magnifica gloria, quam pater æternus ſuper filium ſuum dominum noſtrum Ieſum Chriſtum *2.Petri.1.* in monte intonuit: Hic eſt filius meus dilectus: quæ vox velut tonitruum magnū deiecit eos in terram: à qua dicti ſunt Boanerges. *Matth.17.* Quæ interpretatio cōmunis eſt Petro cum duobus fratribus: & ex ęquo ei conuenit cum illis, dicente ipſo: Hanc vocem nos audiuimus de cęlo allatam, cùm eſſemus cū ipſo in monte ſancto. Horum trium ſublime meritum meretur audire tonitruum patris per nubem de filio tonantis: Hic eſt filius meus dilectus: vt per nubem carnis, & ipſi ignem verbi, quaſi fulgura in pluuiam ſpargerent in terris: quoniam Deus fulgura in pluuiam fecit: vt extinguat miſericordia, quod iudicium nutrit. *Hierony. ſuper hunc locū pſal. 134.* Quòd ſi aliqu id ſingulare in vno fratrum illorum deſideras, B propter quod ambo dicti ſunt filij tonitrui, certè in Ioanne facilè reperies: quippe qui vocem theologicam emiſit, quam nemo priùs ædere nouerat. In principio erat verbum, &c. Illa ſunt propria Petro, *Ioan.1.* quæ priori loco commemorauimus. Quæ autem ſecundò, communia ſunt tribus apoſtolis. Hoc tertium promiſſum eſt duobus, quia vni eorum conuenit. Quartum ad omnes ex æquo ſpectat. Qui nanque apud Nabuchodonoſor locum ſpecialem & gratiam inuenerunt David ſcilicet, Ananias, Miſael *Dan.1.* & Azarias nomina noua accepêre à prępoſito eunuchorum. Et dictus eſt Daniel Balthaſar: Ananias, Sidrach: Miſael, Miſach, Azarias, Abdenago: tanquā qui ad regē ſpecialiter pertinebāt: & rei euētus cōprobauit. Daniel enim ſummè proficuus fuit regi in reſeratione ſomnij, & conſilio eleemoſynæ pro redimendis peccatis, &c. In hunc modum hi tres apoſtoli nomina accipiūt noua à Chriſto, qui ſingulariter elegit eos ad ſe. Vnde ad excellentiora myſteria, & ſacramenta ſingulariter ſunt vocati. Cum his tribus ſuſcitat filiam archiſynagogi: cum illis aſcendit in montem transfigurationis. *Marci. 6. Matt. 17. ibi.cap.26.* Cum illis tribus ſeceſſit triſtis & mœſtus orare, &c. Ex hoc tracta eſt conſuetudo, in ſa-

in ſacris religionibus, vt nomen nouum accipiat, qui familiæ Chriſti per euangelicæ perfectionis ſolennem profeſsionem aſcribitur. Cui placuerit inuenire aliorum apoſtolorum interpretationes, apud beatum Hieronymum & Bedam eas reperiet. *Et Iudam Iſcarioth, qui tradidit illum.* Iudas Iſcarioth à vico, in quo natus eſt, aut à tribu Iſſachar ſic eſt dictus. Iſachar, merces, precium, ſcilicet perditionis. Iſcarioth. Memoria mortis: quia non repentè, ſed pręmediatè Deum tradidit. Hic prouidè inter apoſtolos eligitur: quia magna vis veritatis eſt, quam neque aduerſarius miniſter infamat. Non timuit dominus Ieſus hunc habere euangelij miniſtrum & prædicatorem, operatoremque miraculorum, cum cæteris apoſtolis: non inquam timet, ne ex infamia eius infatuetur prædicatio in ſæcula futura.

Iudas Iſcarioth.

Veritas euang. quāta.

3.Eſdre.4

Veritas vincens vbique lucet: neque ex Iuda Iſcarioth, quod eſt virtus Dei euangelium, ad ſalutem omnium credentium, efficaciam amittit: neque ſacrum collegium ex eo infamiā ſubijt. Quod aliter (Heu) in noſtra rep. contingit. Quippe cùm procurante ſathana contra omne ius diuinum & humanum, cauſæ perfectiſsimorum virorum apud iudices ſæculares tractentur: non quidem ad emendationem perſonarum particularium, ſed in contumeliam religionum: quæ ferè quadringentis ab hinc annis eccleſiæ Dei fuerunt ornamentum, corona, & gloria, adiutorium indefeſſum, per verbum & exemplum. Et heu decoloratur aurum optimum ex immani hac perſecutione, qua nec hæretici grauiorem deſiderant.

Gen. 18.

Paratus erat dominus Deus, imò & repromiſit fideliſsimo ſeruo ſuo Abrahæ parcere peſsimis illis ciuitatibus Sodomæ & Gomorrhæ, &c. Propter decem iuſtos ſi illos inueniſſet, inter tot millia peſsimorum & nephandorum hominum, qui poſt carnem alteram abierant. Et non parcent iſti quatuor aut quinque peccatoribus propter tot millia iuſtorum, qui ad vnguem euangelicam, quam promiſerant perfectionem, obſeruant? Propter duos aut tres, qui indulgentius, aut libros, aut rem domeſticam habēt, non parcent tot millibus iſti perfectiſsimorum virorum, qui in arctiſsima paupertate, etiam laborantes aſsiduis infirmitatibus vniuerſam vitam patienter & humiliter peragunt? Sed hoc eſt pluſquàm iuſtitiæ terminos tranſire. Audi & lege quæ ſanctus Moyſes de re hac ſcribit. Dixit dominus: Clamor Sodomorum & Gomorrheorum multiplicatus eſt: & peccatum eorum aggrauatum eſt nimis. Deſcendam & videbo vtrū clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint: an non eſt ita, vt ſciam. Qui infallibili ſcientia affirmanter dixerat: Clamor Sodomorum multiplicatus eſt, & peccatū eorum aggrauatum eſt: hic Deus, quem nullum latet ſecretum, ſed omnia ſunt nuda & aperta oculis eius, dicit: Deſcendam, & videbo. Et comprobata malitia eorum, amicū conſulit, quem miſericordem & pium nouerat, ad doctrinam noſtram, ſanctū Abraham de re hac: & ab eo audit patienter: Nunquid perdes iuſtum cum impio? Quaſi dicat, non certè, quod ſequens ſermo indicat. Imò propter decem iuſtos tantæ multitudini impiorum repromiſit indulgentiam. Per quæ omnia mandatū habet homo, qui mille laborat ignorantijs diligētiſsimè examinare cauſas hominum: & conſulere viros tum ſapientes, tum pios & miſericordes, nō vt eorum irrideat conſilium, ſed vt verè ad plenum impleat, quod ab eis fuerit conſultum. De qua re eleganter ſcripſit Chriſoſtomus. Non ſubijt collegium apoſtolicum ex deicidio & magno ſacrilegio Iudę infamiā: neque alios apoſtolos ex hoc vno quiſquā arguit, aut apud ſæculares iudices cauſam dixit: Quanto minùs eadem apoſtolica perfectio, & ſtatus debet ex vno aut ex duobus malis exemplis in tantam perturbationem trahi? At dices: Nihil minus intendimus. Reſpondeo: Sequitur manifeſtè & neceſſario, quod ſatis eſt ad infamiam ſtatus, & hæreticorum ſuffragium. Quòd ſi dominus ſuſcitaret ſpiritum ſapientiſsimi & clariſsimi principis Conſtantini, ſatis eſſet ad erubeſcentiam, & confuſionem iſtorum. Qui in concilio generali accipiens aduerſus epiſcopos & præsbyteros tractatus accuſatorios: omnes illos combuſsit igne: indignum iudicans eorum cauſas audire. De quo ſit ſatis: nō enim facimus apologiam, ſed quàm multa in præſenti hyſtoria poſsint fundari ad hanc rem ſpectantia tetigimus. Dominus quidem quàm citò in re hac prouidebit ad gloriam nominis ſui. *Et Iudam Iſcarioth, qui & tradidit illum.* Multa ad noſtram doctrinā & timorem domini ex apoſtolatu huius traditoris doceri poſſunt. Obſerua primò clementiam, & manſuetudinem ſaluatoris (bonum erit exordium iſtud) quippe qui ſciens

Gene. 18.

Heb. 4.

Iudex inquiſitor veritatis diligentiſsimus ſit.

Sic Theodoretus li. 1. hiſtoriæ Eccleſiæ. cap. 11. cū iure iurando nihil eorum à ſe lectum.

hunc hominem futurum traditorē, & mortis ſuæ ducem & magiſtrum, cùm dixit: du- *Mat. 14.* cite cautè, non repulit eum, non abiecit à ſe & à comitatu ſuo: imo honorauit illum ex apoſtolica dignitate, ex munere prædicationis euangelij, decorauit illum ex gratia miraculorum, vnde ab hominibus veneraretur, & à dæmonibus timeretur. Non unquam eiecit illum, imò domum, menſam, & catinum cum illo habuit communē. Quid debuit facere ad eius ſalutem, quod non fecit? Multa bona repromiſit, multa mala cōminatus fuit, vt eum deterreret & alliceret: nec tamen auaritiæ pepercit, vſque quo magiſtrum vendidit. Quis noſtrum ad horam *Doctrina dilectionis inimicorū.* futurum traditorem ſuſtineret, qui nec verbum leue ſuſtinemus? Quis obſecro melius *Mat. 5.* docere & mandare potuit dilectionem inimicorum, quàm dn̄s Ieſus, qui Iudā Iſcarioth vſque ad apoſtolatū decorauit, & vſq; ad traditionem ſuſtinuit? Docere potuit inimicorum dilectionem ſanctus Dauid, *1. Reg. 24 & 26.* qui non ſemel Saulem ſeruauit incolumē, & pepercit ei: ſed quanta fuerunt illa, ſi conferantur cum his quæ apparent in Chriſto & Iuda. Nec conſideres ſolùm in Iuda magnum hoc clementiæ donum; quia in te millies relucet: ſi tamen habes oculos ſpirituales: quibus diuinum munus intelligas. Hoc ex ſumma admiratione venerabatur *Pſal. 138.* ſanctus Dauid in cantico illo; Domine probaſti me & cognouiſti me, &c. Intellexiſti cogitationes meas de longè, & omnes vias meas præuidiſti. Non eſt ſermo in lingua mea. Nunquid non proprium eſt nobiliſsimæ illius naturę ſcire omnia antequàm fiāt: *Sap. 8.* quæ attingit à fine vſque ad finem fortiter? Quid ergo miraris ſanctè propheta, ſi præuideat Deus vias tuas? Quare non laudas & eructas hymnum in Dei laudem, & gloriam? Sed inquis: non eſt ſermo in lingua? Optimum laudis genus eſt præ ſancta admiratione & ſtupore ſilentium. De quo *Pſal. 64.* alio loco. Te decet hymnus Deus in Sion, vbi ſic legis ſecundùm Hieronymum. Tibi laus Deus in Sion ſilentium. Edíſſere iam quale aut quantum myſterium latet in hoc quòd Deus intelligit omnes cogitationes hominum à longè, & præuidit omnes vias **NOTA ualde.** eorum. Nonne ſumma nobilitas comprobatur in Deo, qui præuidens veſpertinum adulterium, aut periurium, in oratione matutina, & lachrymis dimittit omnia peccata, quæ tunc deplorat homo peccator in pœ-

A nitentia ſua triſtis? Nonne comprobabis ſecundam partem illius ſententiæ: attingit à fine vſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter? O ſuauitas in nos diuinę clementiæ. O inexhauſta dulcedo. Quam ſuauiter diſponis nos, & cum magna rucrētia. *Diſponere ſuauiter.* Præſentia attendis, præſentia acceptas, ac ſi non prævideres cogitationes noſtras: ac ſi lateret te & fugeret oculos tuos noſtra ingratitudo, & futurum ſtatim poſt indulgentiam peccatum. Nonne meritiſsimè dicit ſanctus propheta hæc attendens & confidans. Non eſt ſermo in lingua mea? Certè non eſt ſermo præ magnitudine ſuauitatis diuinæ: non eſt præ ſancta admiratione, qui te laudare & magnificare ſufficiat pro tanto dono. Hoc alijs verbis ſapienter tradunt ſcholaſtici theologi: Deus iudicat ſecundùm præſentem iuſtitiam, non ſecundùm ſuam præſcientiam. Non vtitur ſua præſcientia in noſtra iuſtificatione, ſed ſua bonitate & ſuauitate. Vnde delirium illud Iouiniani, & Vbiclephi damnabis, reprobos à Deo, nunquàm fuiſſe in eius gratia & amicitia. Lauda ergo & dilige Dei bonitatem & clementiam, quæ valde in noſtra iuſtificatione relucet: quorum vias à *Iouinianus & Vbiclephus.*
B longe præuidens, & cogitationes prænoſcens, adhuc iuſtificat, adhuc parcit pœnitētibus, adhuc amicitiam ingerit, & gratiam. Sed timeat quęcunq; ſanctorū ſublimitas, dum in terris agit exilium. Si enim Apoſtolus per tres annos videns miracula Chriſti, *Timor ſanctorum.* audiens euangeliū ab ore ſapiētiæ Dei, aſpiciens manſuetudinē faciei illius, habens mēſam communem, cecidit in perditionis baratrum & immane commiſit ſacrilegium, quomodo ſibi ſecuritatem & perſeuerantiā promittit homo inter malos, & tot ſcandala viuens? Quis ſanctior Dauide, viro ſecundùm cor & voluntatem domini? Hic talis *Acto. 13. 1. Reg. 13* ac tātus poſt mille beneficia à dn̄o ſuſcepta, adulter inuenitur & homicida. Quis lucifero in cælo ſplendidior, ſublimior, & clarior? Et hic de altiſsimo ſicut fulgur propter ſuperbiā cordis ſui multā cecidit in ꝓfundū. *Eſaie. 14.* Si illa ſublimitas cecidit, quis nō poterit cadere? Si in cælo ruynæ, quanto magis in terra? Si in angelis ſuis reperit Deus prauitatē, *Iob. 4.* & qui ſeruire debuerunt, non fuere ſtabiles, quantò minùs homo? Bene proinde poſt caſum ſuum Dauid pſalmum cecinit: Diligam *Pſal. 17.* te domine virtus mea, &c. *Qui et tradidit illū.* Hoc apoſtoli nouerūt poſt traditionē: dn̄s Ieſus

Ieſus(vt dixi)ab æterno præſciuit:& non latuit ſacram eius animam, ſed clariſsimè illud nouit. Quod manifeſtè comprobatur, cùm & prædixerit traditionem,& traditorem demonſtrauerit in bucella panis,quærente Petro, quis eſſet qui tradebat magiſtrum. Vindicandus tantùm eſt Ieſus dominus à calumnijs hominum accuſantiũ,Quare habuit hunc diſcipulum? Quare loculos commiſit: Quare non repulit? Quare dixit: Nonne ego vos duodecim elegi:& vnus ex vobis diabolus fuit?Et hoc quærebat Marcion hæreticus,& omnes canes hæreticorum,qui vetus laniant teſtamentum:& huiuſmodi ſyllogiſmum texere conſueuerũt. An ſciuit Deus hominem in paradiſo poſitum præuaricaturum eſſe mandatum illius, aut neſciuit?Si ſciuit,non eſt in culpa is,qui præſcientiam Dei euitare non potuit:ſed ille qui talem condidit: vt non poſſet Dei ſcientiam euitare.Si ne ſciuit, cui præſcientiam tollis,aufers & diuinitatem. Hoc genere arguendi dominus Ieſus,aut ignorantiæ, aut iniuſtitiæ tenebitur reus,cur in euangelio ſit locutus,nonne ego vos duodecim elegi,&c. Cur ego Iudam elegit proditorem? cur loculos commiſit ei,quem proditorem

Iudas quare apoſtolus Chriſti
Ioan.6.
Marcion.

D & furem eſſe non ignorabat? Ad hæc beatus Hieronymus. Vis audire rationem? Deus præſentia iudicat, non futura. Nec condemnat ex præſcientia, quem nouerat talem fore,qui ſibi poſtea diſpliceat:ſed tantæ bonitatis eſt,& ineffabilis clementiæ, vt eligat eum,quem interim bonum cernit, & ſcit malum futurum dans ei poteſtatem conuerſionis & pœnitentiæ, iuxta illum ſenſum: ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit?ſecundùm autẽ duritiam tuam, & cor impœnitens, theſaurizas tibi iram, &c.Non ergo peccauit Adã, quia Deus illud nouerat futurum:ſed præſciuit Deus, vt Deus quod ille erat propria voluntate facturus.Nec Chriſtus iniuſtitiæ argui poteſt:Quippe qui prę uidens Iudam initium mali habere in amore pecuniæ, & vidẽs animam eius tempore ſuæ electionis, quaſi florentem vineam lædi,capere cupiẽs vulpem paruulam,& abijcere ex eo, commiſit ei pecuniæ loculos,vt poſsidens,à cupiditate eius quod amabat,ceſſaret.Sed ille vtpotè habens ſui arbitrij poteſtatem,non eſt amplexus medici ſapientiam:ſed indulſit ſibimetipſi in eo magis cõſilio,quo exterminabatur anima ſua, quàm quo ſanabatur.

Hiero.lib.3.cont. Peleg.Tom.2.299leg. Irenen li.4.aduerſus hereſes. cap.71.72
Rom. 2.

Nec mala erat natura Iudæ, vt reſipiſcere

C non poſſet:quinimò pœnitentia ductus retulit triginta argenteos, quos à Iudæis in precium redemptoris,quaſi vile eſſet mancipium,acceperat.Sed in fine laqueo ſe ſuſpendit. *Et ueniunt ad domum, & conuenit iterũ turba,ita ut non poſſent, neque panem mãducare:* Tenebantur iam magno deſiderio videndi dominum Ieſum turbæ ciuitatis: & forſan ex clementia ſaluatoris feruẽs ira phariſæorum aduerſus ipſum quieuerat: quòd ſi ita non erat,vt omnipotens,qui mari & vndis eius terminum poſuerat, iterùm ad eos conuenit. Quo audito conuenit iterùm turba. Fœlix exercitium ſaluatoris, fœlix ſtudiũ turbæ confluentis. Ex eo quod apoſtolus elegit,& inſtituit prædicatores, non ceſſat dominus ipſe cum magno feruore docere de regno Dei:imò feruentiori animo conſiderans turbarum deuotionem,opus exequitur diuinum. Videant ex hoc paſtores eccleſiæ & epiſcopi,quomodo per ſeipſos,nõ ſolùm per ſuos prædicatores munus hoc euangelizandi debeant ouibus, tanquàm paſtum animæ impendere. Præceptũ habent ſtrictiſsimum à Chriſto ab eccleſia,

Lege Orige.hom.4. ſuper cant. Athanaſiũ,inde cruce & paſſione domini. Hieronym. to.7. fol. 155. eandem doctrinam habet Orig. lib.7.in.8. cap.ad Roman.lib.2. cõtra Celſum.

Feruor prædicationis Chriſti

D per ſe ipſos prædicandi non ſemel aut bis euangelium regni Dei.Paſce oues meas.Paſce oues,paſce agnos:ter dicitur ſummo paſtori,Paſce:vt ex hoc videant,qui longè inferiores illo ſunt,& aſſumpti in partem ſolicitudinis & poteſtatis,nõ in plenitudinẽ, quomodo per ſemetipſos multoties debeãt paſcere verbo & doctrina agnos & oues Chriſti. Væ mihi ſi non euangelizauero. Neceſsitas mihi incumbit, dicebat ille bonus paſtor Paulus. Vę ergo illis ſi non euangelizauerint:neceſsitas quidem illos inuoluit:quam cùm impleuerint,turbę cõfluent ad eos:quia vocem paſtoris agnoſcent. Et certùm eſt,cæteris paribus,maiorẽ & abũdantiorem, & vberiorem reddere fructum ex verbo paſtorum populos, quàm ex doctrina aliorum prædicatorum. Obſerua quouſque accẽdebat feruor domini in prędicando:nec cibum neceſſarium capere poterat ipſe,vel ſui. Vide iam, quàm ſitiebat animarum ſalutem.Fami ſuæ & ſuorũ haud conſulit,dummodò panem doctrinæ populus eſuriens accipiat.Bonus paſtor,qui animam ſuam dabat pro ouibus ſuis. Quid ad hæc menſa epiſcoporum quæ ſupra reliquũ populum ſobrietatem debet colere,& moderationem ciborum & vini? Fœlix itaque occu-

Ioan.21.
1.Cor.9.
Epiſcoporum menſa conc.Tri. ſeſſ.2.cõc. Tol.3.c.7

Cõcil.Rhenenſe.c.17 Cõcil.Carthã.4.c.15 Cõcil.Tridẽn.ſeſsio.25.maiora inſtituũtur Cap.3.

occupatio ſaluatoris, & epiſcoporũ, & aliorũ prædicatorũ, qui propter doctrinam nec panem tempore famis ſumere poſſunt. Iſ ſunt paſtores illi, quos ꝓmiſit Deus in Hieremia: Dabo vobis paſtores iuxta cor meũ. In quo obſecro ſunt paſtores iuxta cor dñi? Audi prophetã: Et paſcent vos ſciẽtia & doctrina. De quo dñs ad Petrum: Paſce oues meas. Hoc eſt ſecundũ cor dñi. Vbi nota quomodo ad paſtorem prius ſpectat ſcientia, ac deinde doctrina: vtrunq; etiam coniungit apoſtolus. Paſtores & doctores. Vnde epiſcopus paſtor eſt & dicitur, nomẽq; habet à paſcendo. Simul cum ſancto feruore Chriſti in prædicando deſcribit Euangeliſta ſtudium turbarũ in audiendo. De quo iam ſupra. *Et cũm audiſſent ſui, exierunt tenere eum.* Dicebant enim: *Quoniã in furorẽ uerſus eſt.* Ex tribus in hanc ſententiam venerunt, vt affirmanter crederent & dicerent in furorẽ iſſe dominũ Ieſum. Primò ex feruore prædicationis: ſecundò ex fulgore diuinæ claritatis, quæ in facie eius demonſtrabatur: tertiò denique ex altitudine myſteriorũ, quæ docebat: nec capere poterant pro magnitudine & ſublimitate eorum. Vnde talia videntes exierunt aliqui, vel diſcipuli eius, vel ex parentella matris eius ad tenendum eum, & ligandum.

Eph.4. (margin) — *Furioſum iudicabant dominũ Ieſum.* — *Lucæ.4.* — *Luc.23.*

In patria ſua Nazareth ſui voluerunt eum præcipitare de ſupercilio montis: nunc ſtultum, & furioſum iudicant, & ligare volunt. Denique in morte, tanquam ſtultus ab Herode irriſus eſt, indutus veſte alba, & ſpretus à toto exercitu ſuo. Hæc accipit ab hominibus Deus: hæc ab infirmis medicus: hæc à peccatoribus, iuſtus paſſus eſt: neque ſeruus domini à peccatoribus ſperet honorem ampliorem in hoc mundo: & beatus qui cum Chriſto patitur, quia conglorificabitur. Si me perſecuti ſunt, & vos perſequuntur. Si patrem familias, &c. Omnes qui piè in Chriſto viuere volunt, perſecutionem patiẽtur. Ionathas enim innocentẽ Dauidẽ amplectens & defendẽs, à Saule patre ſuo multa paſſus fuit, Vnde & cõfodere illũ cũ pariete lãcea attẽtauit, & improperia multa obiecit. Fidelis verò amicus nullũ horũ formidauit, ſed patrẽ furentẽ blandis verbis demulcẽs, tẽperauit. Vſq; ad mortẽ ergo pro Chriſto & virtute, & ſancta lege eius certandũ eſt. Vnde Eccleſiaſt. Vſq; ad mortẽ certa pro iuſtitia: & Deus expugnabit pro te inimicos tuos. Et Paulus: Certamen bonũ certaui: quia nõ coronabitur, niſi qui legitimè certauerit.

Ioan.15. — *2.Tim.3.* — *1.Reg.20* — *Cap.4.* — *1.Tim.6.* — *2.Theſ.2.*

A Nota ꝙ ab aliquibus factũ hoc propinquorum dñi Ieſu excuſatur, tanquam à pietate profectum. Terminos tamẽ pietatis exceſſiſſe mihi nõ eſt dubiũ. Primò in modo detinendi talem perſonam, quæ ex magnis miraculis claruerat, & ex doctrina magnificabatur ab omnibus populis. Ligare ergo huiuſmodi, non erat pietatis, ſed ſtultitiæ. Secundò diffinire affirmatiuè, quod verſus eſſet in furorem, non conueniebat pietati. Timere illud, forſan concederetur illis ſine culpa. At verò aſſeueranter credere & dicere, mundi eſt, & eorũ qui ſeruũ alienũ iudicãt temerariè. Sed parum curandũ nobis eſt de ſtultitia iſtorũ: nec multũ, aut laboris, aut tẽporis in eis accuſandis, aut excuſandis inſumendum. Ad malitiam & blaſphemiam ſcribarum veniamus. *Et ſcribæ qui ab Hieroſolymis aſcenderant, dicebant: quia* Beelzebub *habet. & quia in principe dæmoniorum* eijcit *dæmonia.* Beatus Matthæus ante blaſphemiam ſcribarum, proponit hominem cœcum & mutum, & poſſeſſum à diabolo: quem curauit dominus Ieſus. Quod ſignum admirabilis potentiæ, in quo tanta ſimul oſtendit &

Lyra ſuper huuc locum. — *Cap.12.*

B operatus eſt ſaluator, obſcurare procurantes, immanem blaſphemiam hanc dixerunt. Hoc ſummæ curæ erat ſathanæ, vt qui eijciebatur ab illo miſero homine, quẽ mutum & cœcum effecerat (inſidijs diaboli mala hæc illi acciderunt) per certiſsimum chyrographum hos ſcribas poſsideret: vnde linguas eorum aperuit ad blaſphemiam in Spiritum ſanctum. Dixerunt enim: *Quia Beelzebub habet.* Duo ſunt notanda ante germanam expoſitionem huius loci. Alterum quod non per L. aut per D. in fine dictionis legendum eſt Beelzebub. Sed B. in fine debet habere. Alterum eſt, quòd Beelzebub vir muſcarum, ſiue habẽs muſcas interpretatur. Ob ſordes certè immolatitij cruoris. Ex cuius ſpurciſsimo ritu vel nomine, principem dæmoniorum cognominabant: quem tanquam Deum Accaronitæ venerabantur, ipſiſque erat idolum. Vnde nota, quòd Rex Niniue Ninus, patri ſuo Bello ædificauit ſtatuam, poſt eius mortem. Hic fuit primus Rex Aſsiriorum. Quam quidem ſtatuam magno munere decorauit, nimirùm quòd liberos à legibus & pœnis maleficos & nepharios homines redderet. Hinc ſtatua illa honore & precio habita eſt, quàm tẽporis pro-

Beelzebub quibus literis debet ſcribi, & interpretatio eius. — *4.Reg.1.* — *Ninus Bello patri ſuo ſtatuã ædificauit.*

progreſſu, vt Deum coluerunt, deferentes munera & ſacrificia, à qua donum recipie- *Lege c.14 ſapientiæ.* bant ſuæ liberationis. Deinde Caldæi ido- lum hoc recipientes Beel appellarunt. Pale- *4.Reg. 1.* ſtina autem Baal. Moâbitæ Beel Phegor: Hebræi verò qui vnius veri Dei cultum ha bebant & fidem, in deſpectum & deriſum idololatriæ & tãti ſceleris, Beelzebub dixe rũt idolũ, ꝑpter occiſorũ animaliũ cruorẽ, qui ibidem idolo offerebatur: & quia fuit primum orbis idolum, principem dæmo- niorum illud appellarunt. Iam ex his quan ta ſit ſcribarum blaſphemia facilè dęprehen- *Lege lyrã ſuper hunc locum.* des. Quippe qui in principem dæmoniorũ opus mirabilis virtutis altiſsimi Dei, & om nipotentię eius, quę clarè relucebat, reijciũt dicentes: In Belzebub eijcit dæmonia. Nũ- *Blaſphemia ſcribarum.* quàm talem & tantum honorem tribuit patri ſuo Bello Ninus, etiam ſi multis vigi- lijs excogitauit eum magnificare: ſicut iſti peſsimi ſcribæ patrem ſuum diabolum ho- norificant. Quòd liberaret homicidas de manu & gladio ſatellitum, quod adulteros redderet à pœnis legis liberos: hæc & ſimi- lia cõdonare potuit Ninus Bello patri ſuo. Et deinde hominem, vt Deum coluerunt, ſicut legis apud librum ſapientiæ. Non ta- D men vt poſsit dæmones increpare, & extra homines abijcere, quod chariſsimum gene- ri humano erat, non inquam hoc contulit Ninus patri ſuo. Hi autem peſsimi ſcribæ Beelzebub Deo Niniuæ & Aſsiriorũ mira- *Cap.14.* bile, & magnificum opus aſcribunt. Nun- quàm ſic reſtiterunt in Aegypto Ioannes & Mambres Moyſi & Aaron fratri ſuo in eductione filiorum Iſrael, & atteſtatione, quòd verè miſsi eſſent à Deo, ſicut iſti ſcri- *Exo.7.* bæ & phariſæi domino Ieſu. Illi quidem in *2.Timo.3* ſigno cinyphum dixerunt: Digitus Dei eſt hic: iſti autem (quum dominus Ieſus in pri- mis docere cupiebat, quòd verè miſſus eſſet *Exo.8.* à patre) videntes Dei gloriam & digitũ ma nus omnipotentis in mirabilibus & prodi gijs, quæ per Chriſtum fiebant, adhuc pe- ius impingunt, & Beelzebub autorem ma- gnalium operum Dei iactitant. In Beelze- bub eijcit dæmonia, inquiunt. Multa erant vnde de domino Ieſu gloriarentur, Iudæo- rum maiores, & congratularentur, etiam ſi tanquàm Chriſtum & Dauid filiũ eum nõ *Iudei quã excuſabiles in perſecutione Chriſti.* reciperet. Apparuit enim in diebus ſuis vir eximiæ ſanctitatis, glorioſæ ſpeciei & de- coris, magnæ auctoritatis, cum ſumma ocu- lorum & vocis clementia: à quo ſcripturæ

Moyſi & prophetarũ eximia ſecreta & my C ſteria diſcebant, qui & in magnis ſcripturis interpretabatur: qui omnes eorum infirmos ſanitati reſtituebat: qui langui dos & imbe- cilles roborabat, qui dæmonia hominibus infeſtiſsima in ſolo maieſtatis ſuæ imperio in exilium reijciebat: denique mortuos eo- rum ſuſcitabat, & omnibus erat vtilis: non aurum aut argentum, non agros aut domus ab aliquo recipiebat, nec templi oblatio- nes interdicebat: ſed pauperem victum & veſtitum habens, contentus erat, & nec lo- cum habebat, ſuper quem caput ſuum recli naret. Nunquid ex his omnibus alijſq; mul *Luce. 9.* tis non erat proſequendus honore dominus Ieſus apud ſcribas Hebræorũ & Phariſæos? Nunquid non erat diligendus? Nunquid non illos oportebat Deum timere, & quem clarum oſtendebat mundo, venerari? O de- mentiam? O perditiſsimorum hominũ ſtul titiam? Quid ergo eſt quod Beelzebub dæ- moniorum principem habere iactitant, & maximam blaſphemiam? vnde tam deplo ratus & deſperatus morbus? Quis auctor & parens eius? Vnde hanc hæreſim & electio- nem peſsimam habuere? A patre ſuo diabo lo, qui tanquàm legitimis filijs ius hæredita tis æterni reatus eis dereliquit. Hoc fuit pec *Inuidia diaboli peccatum.* catum eius in cælo: ipſumque docet ſcribas hos & phariſæos. Inuidebant in Ieſu domi- no noſtro honorem Chriſti: quam inuidiã *De quo in fra.* à patre ſuo accipientes, obſcurare nituntur Ieſu gloriam, & impedire diuinos honores populorum. Sic & fratres Ioſeph, quẽ præ- *Ioſeph & Dauid figura Chriſti. Gene. 37.* oſtenderat Deus præpoſitum & prælatum eorum in ſomnijs manipulorum in agro, & ſtellarum in cælo, ipſum oderunt, occi- dere intentant, & vendunt negotiatoribus Iſmaëlitis in Aegyptum: ſed ex hoc com- pleta ſunt, quæ Deus prædeſtinauerat & præoſtenderat in illo. Sic Saul quem glori- *1.Reg. 18 19.* ficatum à mulieribus vidit Dauidem reuer tentem de cæde gigantis, odit, perſequitur, ad mortem quærit per alta montium, & de- ſerta camporum. Sed ad thronum regni & gloriæ aſſumptus fuit. Vide quomodo ma li & Deo ingrati homines diuinæ ſeruiunt ordinationi, cupientes inanem reddere glo riam proximorum: & ſibi ex peſsima volũ- tate damnationem acquirunt. Inuidia ergo Sathanæ & filiorum ſuorum ſcribarum & phariſæorum, linguas horum mouente, vix expiabilẽ blaſphemiam Chriſto obijciunt. In Beelzebub principe dæmoniorũ eijcit dæmo

Inuidia filia ſupbiæ. *Superbiæ filij.*

dæmonia. Obſerua qualem filiam generet ſuperbia,& propriæ glorię deſiderium. Sed neptem ſuperbiæ conſidera,quæ nō eſt ſterilis,ſed vſque ad blaſphemiam in Spiritum ſanctum partus eius extenditur. Securior eſt aſpidum, aut panterarum,aut certè viperarum progenies vel partus. Valde timendū eſt homini,ne mentem ipſius poſsideat ſuperbia. Valde fugiendum eſt capitale hoc vitium. Inuidiam generat ex gloria aliena cupiditatem extinguendi nomen & gloriā proximi:obſcurat facta maieſtatis & omnipotentiæ:denique ad blaſphemiam in Spiritum ſanctum conuolat. Benè proinde humilitatem & honoris contemptum docet ſcriptura: radicemque curatura, ſuperbiæ ſecurim immittit ne pullulet, & in vanum laboret, cùm in nouas generationes radix ſuperbiæ abeat ſemper.

Ab humilitate incipiendum.

Neque aliud facit, qui aliunde petit ſalutem mentis, quàm ab humilitate,quàm qui ante faciem venti puluerem vellet conſeruare. De illa precioſiſſima virtute dixit Saluator. Diſcite à me,

Matt. 11.

quia mitis ſum & humilis corde. Nolite diſcere à me imperare dæmonibus,ſanare paralyticos, & leproſos: nolite diſcere à me nouos cælos creare,& ſtellarum ornamentum in eis diſponere:& ſolem tantæ claritatis & luminis mundo concedere, &c. quæ omnia ad meam omnipotentiam ſpectant: Sed diſcite à me humilitatem: quam Deus

Eſaie. 14.

reſpicit è vicino,& ſuperexaltat in regni ſolio & corona. Inuidia ſtimulatus Lucifer vulnere inſanabili in profundum laci cecidit vt fulgur.

Chriſ. ſuper ca. 12. Matth. homil. 41. to. 2. fol. 320

De quo Chriſoſtomus:Fornicatores & publicani ad cælos aſcendere potuerunt:inuidiæ autem morbo laborentes, cùm intus eſſent,à regno cælorum ceciderunt, De quo infra cum beato Theodoreto dicendum eſt:& forſan ſententiam eius cōprobabis: quia & mihi probatur: & concordabimus has opiniones. Corruit ſathanas ex inuidia,quia noluit extendere manū ad Ieſum, id eſt ad præoſtenſum myſteriū incarnationis. Deſpexit humilitatem car-

Orig. homil. 30. ſuper Luc. Tract. 30 in Matth. tom. 2. fol. 278. fol. a 14. lib. 5. ſuper c. 6. ad Roma. fol. 639. et 640. Et 1. tom. in Leuiticū. fol. 119. et hom. 5. in lib. Nume. fol. 211.

nis Chriſti: inuidit honori illi præparato & ſibi præoſtenſo,noluit extendere manū ad Ieſum,ideò corruit. Verba ſunt Orig. Non indiget angelorum auxilio filius Dei. Quin potius diſce diabole, quòd niſi Ieſus adiuuerit angelos, offendent pedem ſuum. Et ſi quis angelorum viſus eſt offendere,de quibus dudum lectum eſt, quia angelos iudicabimus, ideò offendit, quia non extendit manum ſuam ad Ieſum,vt apprehenſus ab

A eo non offenderet. Beatus Bernardus ſermone. 22. ſuper Cant. Chriſtum appellat redemptorem angelorum, non propter culpam,quam non habuerunt, ſed propter gratiam:quia omne gratuitum à Chriſto deſcēdere videtur. Et caput illorum eſt etiam, in quantum homo. Et in ſanguine agni vicerunt ſathanam,ſicut dicitur Apoc. 12. Altiſiodorenſis. 3. lib. ſuæ ſummæ,& alij ſcholaſtici contrariū tenēt. Lege Gabrielē in. 3. ſen. d. 13. ſecundum ordinē principij Chriſtus eſt caput necdum hominum,ſed & angelorum, & omnium creaturarum, & hoc ratione deitatis, quæ eſt vniuerſale omniū principium,ſecundum perfectionem & virtutem influxiuam,eſt caput partim ratione diuinitatis,& partim ratione humanitatis, ſicut docet ſanctus Bonauentura. & Caieta. 3. p. q. 7. vbi diſputat,quomodo Chriſtus ſit primum principium in genere habentium, gratiā tandem inquit:Chriſtus habet gratiā à natura, cæteri per adoptionē. Manifeſtū eſt quòd angeli includuntur ſub genere habentium gratiam per adoptionem. Et. q. 7. art. 11. vbi incipit in commento. Nota ſic,

B dicit,quòd Chriſtus eſt vniuerſale principium gratificationis etiam angelorum. Et locum Bernardi ſcitat in opuſculo de conceptione virginis. cap. 3. Inueniuntur ergo Angeli, Adam & Eua, virgo Maria,& cæteri homines,qui iuſtificati ſunt per Chriſtū. Angeli quidem in præuiſa morte Chriſti,& Adam & Eua primò acceperunt per Chriſtum gratiam eleuantem naturas eorū ad diuinum conſortium: & ſecundùm hanc rationem eiuſdem ſunt ordinis. Adam verò poſt caſum iam in ordine cæterorum peccatorum iuſtificatorum annumeratur. Sed virgo Maria in ſpeciali ordine conſtituenda eſt,quia præſeruata, cùm ex genere ſuo obnoxia eſſet peccato,quod angelis non conconuenit. Reſpectu ergo omnium angelorum & hominum, cùm Chriſtus Ieſus ſit caput,& fons & origo omnis gratiæ, non immeritò ab origine,& B. Bernardo, clarius redemptor eorum dicitur. Ad propoſitum igitur redeamus. Et ſuperbus ille Nabuco. per ſeptem annos quaſi bos agri comedit paleas propter ſuperbiam cordis ſui multam. Dan. 4. Vides quanta mala per ſe ſola ſuperbia generat, etiam cùm nondùm illi adeſt filia hæc peſsima,inuidia ſcilicet? Hęc in cælo Dei filium expoliat honore, & in

Inuidia.

terris

Gen.3. Lege authorẽ hom. 16. in pſ. 50. ubi cũ B. Hyrcaneo de peccato. Cayn diſputat.

Hoc nomine utitur Amb. de Cayn diſputans. Quod licèt propriè de eo qui patrẽ uel matrẽ occidit intelligitur, uel de patriæ delatore, lege tamẽ Põpeiana occiſores propinquorũ parricidæ appellantur. Et lege Numi Põpolij ad oẽs homicidas extenditur ſiue mortuus alienus ſit, ſiue propinquus.

terris Beelzebub habere dicit. Hæc primam mundi homicidium patrauit, & exulem fecit à Deo homicidam, & in diuinæ prouidentiæ negationem eum excœcauit, Caynum ſcilicet. Neſcio dicit Deo, quem nullum latet ſecretum, & putat eum eſſe fallendum: & abſcondere intendit ab oculis prouidentiæ fraternum ſanguinem, quem dudum effuderat. Ex inui ha inodium fratri deſcendit. admonitus a domino noluit vocem eius audire: vnde ad parricidiũ iam deuoluitur: & deinde ad prouidentiæ negationem, ac tandem ad deſperationem. Et ſcribæ qui ab Hieroſolyma deſcenderant, Dei filium dicunt habere Beelzebub. Qui aſcendunt Hieroſolymam dicunt in deſiderio cordis: volumus Ieſum videre. Io. 12. Iſti ſunt Gentiles, qui venerant adorare in Hieruſalem. Ab Hieruſalem deſcendunt non de media plebe obſcuri & inſipientes populi, ſed ſcribæ, qui clauem & ſcientiam videbantur habere. Et præcludunt ſibi ianuam & introitum ad regnum, dum Dei filium Beelzebub habere dicunt: quod peccatum, neque in hoc ſæculo, neque in futuro dimittendum erat illis. De quibus ſanè intelligitur, quod ſaluator dixit: Filij autem regni eijcientur foras. O altitudo diuitiarum ſcientiæ & ſapientiæ Dei. Ab oriente & occidente veniunt, qui nõ nouerunt te, & recumbent cum Abraham, Iſaac, & Iacob: filij autem regni eijcientur foras. Lege totum cap. vndecimũ epiſtolæ ad Roman. Caue ne deſcendas de Hieruſalem, quia incides in hos latrones, & expoliabunt te, & multis plagis impoſitis, ſemiuiuo relicto fugient. Vſque ad immanem blaſphemiam præcipitatur, qui ab Hieruſalem, quæ mater eſt noſtra, deſcendit. Deſcendens ab illa, blaſphemiã magnam dixit Arius, & mundum vniuerſum turbauit: creaturam dixit filium, qui patri coæternus eſt, & conſubſtantialis. Ab eccleſia Romana, id eſt, à magiſterio & cathedra eius deſcendit omnis hæreticus: Sed in Ierico in manus latronum. Caue ne audias vocem Rapſaces: qui miſſus à rege Syriæ ad deuaſtandum Hieruſalem, loquebatur ad viros, qui erant ſuper muros ciuitatis: Nolite audire Ezechiam. Facite mecum, quod vobis eſt vtile: & egredimini ad me, & comedet vnuſquiſque de vinea ſua, & de ficu ſua. Periculo plenum eſt ab Hieruſalem exire: etiam ſi Rapſaces

Mat. 12. Matt. 8. NOTA ualde. Luce. 10. Deſcẽdere à Hieruſalẽ graue malum. 4. Reg. 18

C

roget: etiam ſi promittat maiora. Dolus eſt in verbo eius, captiuitatem & necem meditatur. Talis eſt omnis hæreticus. Noli de vinea tua edere, ſed de vinea Chriſti. Hæc eſt eccleſia Romana, &c. *Beelzebub habet*, dicunt phariſæi & ſcribæ. Cæci verò filium Dei compellant ſæpenumero, & dæmones filium Dei, & ſanctum Dei, & Chriſtum. Iudæi verò malunt honorem diuinum miraculorum Zabulo, quam Ieſu domino aſcribere & deferre. Nunquam ante horam hanc talia meditatus eſt ſathanas, nec per ſeipſum auſus eſt diuinitate ſua Deum priuare. Scribæ autem Beelzebub habet, iis quiunt: in eius poteſtate hæc operatur. Nũquam dictum fuit in cælo: In virtute diaboli Michael eijcit dæmonia. Iſti dicunt: Beelzebub habet: in eius virtute eijcit dæmonia. Beelzebub principem dæmonũ dicebant. Patitur ergo ipſe Chriſtus, quod nos pati docuit. Beati eſtis cùm male dixerint vobis homines. Vnde ad ſolatium ſeruorum ſuorum, cùm ſeductores appellantur, & ſaluator ipſe ſeductor appellatus eſt. Quæ & alia multa conſiderans Paulus, & alta mente reuoluens, dicebat: Recogitate

Supra. & cap. 1. & Luc. 4. A

Pati cum Chriſto, beatitudo. Matt. 5.

Heb. 12.

D

eum, qui talem aduerſus ſemetipſum ſuſtinuit contradictionem: vt non fatigemini, animis veſtris deficientes. Et Petrus: Chriſtus pro nobis paſſus eſt, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius. Quæ obſecro veſtigia. Qui cùm malediceretur, non male dicebat: & cùm pateretur, nõ cõminabatur. Summopere neceſſarium eſt populo Chriſtiano ſequi hæc veſtigia: qui ad cõuitia, & cõminationes in prima voce iniuriæ conuolat, & in cubili ſuo & in corde ſuo iam vindicat haud illatam iniuriam, iã vlciſcitur alapam, quam nullus vnquam excogitauit: vſque ad ſanguinem & mortem feruet ira in corde illius. Iam hiſce cogitationibus turbatur, iraſcitur, euaginat gladium, inimicum quærit, & interficit, fugit deinde, latibulum eligit præ meditatione multa, vt manus fugiat ſatellitum. Vnde verè de illis dicitur. quòd ſunt ludibrium peccati & diaboli. Tanta ac tam grauia peccata ſub oculis domini perpetrantur, nemine quidẽ percutiente, nulloque inſpectore. Hoccine eſt Chriſtianum virum agere? Hoccine eſt ſicut ille ambulauit ambulare? Hoccine eſt: Chriſtus pro nobis paſſus eſt, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius? Stulte quis te percuſſit? Quis tibi mendacij

1. Cap. 2.

Iracundia ludibrium diaboli.

dacij crimen obiecit & iniuriam? Quis inhonorauit te? Quid fugis? Quid feciſti? Quid pallidam faciem habes? Quare tremibunda ſunt labia oris tui? Væ qui ludibriũ ſunt diaboli, à quo captiui tenentur, ad ipſius voluntatem. Cùm certè neceſſarium ſit ad ſalutem, in his cogitationibus ſtultis, præparatum cor ad quæque dura & difficilia tollerandum patienter & humiliter. Patitur ergo dominus Ieſus, quod nos docuit pati, & apoſtoli eius ad exemplum eius mẽtem & actiones noſtras componunt. Et beatus Dauid: Tanquam ſurdus non audiebã, & ſicut mutus non aperiens os ſuum. Et factus ſum ſicut homo non audiens, neque habens in ore ſuo redargutiones. Hæc autem cõmuniter ſunt ſeruãda in iniurijs. Cùm verò crimen quod blaſphemiæ, aut hæreſeos, aut idolatriæ ſpeciem habens nobis obijcitur, tunc quidem cum magiſtro redarguere oportet accuſatorem & calumniatorem: & innocentiam patienter demonſtrare. Quid inquit ad illos? *Et conuocatis, in parabolis dicebat illis: Quomodo poteſt ſathanas ſathanam eÿcere?* Minimè in faciem eius crimen hoc obiecerunt Chriſto: ſed vt auerterent multitudinem ab eius amore & reuerentia, dicebant: Beelzebub habet. Conuocatis autem illis, in parabolis dicebat. Fraternam dilectionem in omnibus oſtendit. Conuocat vt arguat eorum malitiam & corrigantur: quod ſi hoc non contigit, propter nos demonſtrauit multis rationibus dæmonium ſe non habere: deſumpſit autẽ ex parabolicis ſermonibus argumenta, ne intelligerent, vſque dum caperentur. Sic olim Nathan ad Dauid, parabolam propoſuit, vt caperet abſcõditè, quem non auderet aggredi manifeſta reprehenſione. Sic vidua illa eundem regẽ, & in parabola reconciliauit Abſalon patri ſuo. Optimum genus doctrinæ aduerſus ſuperbos & arrogantes: aduerſus principatus & reges, parabola. Vt qui nudum & acre reprehenſionis verbum non ſuſtinent, per parabolam aduerſus alterum, qui in parabola manifeſtatur, indignentur & ſententiam ferant: vt capiantur, dum apparuerit quòd verè de illis erat parabolicus ſermo. Primum argumentum Chriſti hoc eſt. *Quomodo poteſt ſathanas ſathanam eÿcere?* Dimiſſo nomine Beelzebub, quod ſibi obijcerant, ad nomen ſathanæ conuolat, vt primam rationem formet. Cuius robur & vis ex duobus conſtat. Primò. Quia eiuſdem virtutis & æqualis non eſt aduerſus alterum victoria & triumphus. Vir robuſtus imbecillem deijcit ad pedes ſuos, non ſe fortiorem, aut æquè fortem. Secundò, quia ad malum ob firmatiſsimam & fœderatiſsimã habent omnes dæmones voluntatem, nec dari poteſt caſus, in quo alius aduerſus aliũ inſurgat. Ab initio homicida eſt diabolus & ſanguinis humani deſiderator, vt quomodo potuerit, bellum aduerſus Deum per hominem agat. Non eſt quod per ſe ipſum machinetur contra Deum, aut intentet, cùm ſit in termino, nec de rebelli illius deſiderio Deus curat. Per hominem ergo, quem creauit ad regnum & coronam, per hũc inquam contra Deum inſurgit, nec aliud curat, aut intentat per ſe, & per omnes inferni poteſtates, quàm vt captum hominem, aut ſecundùm mentem per peccatum mortale, aut ſecundùm corpus per inhabitationem ſecurè poſsideat: tantum abeſt, quòd ſathanas ſathanã eijciat, & aduerſus ſemetipſum inſurgat. Quod eleganter ſub nomine Behemoth deſcribitur in beato Iob. Corpus eius quaſi ſcuta fuſilia (Behemoth caput, corpus eius omnes dæmones) corpus ergo eius ſcuta fuſilia compactum ſquamis ſe prementibus. Vna vni coniungitur, & neque ſpiraculum quidem incedit per eas. Vna alteri adhærebit, & tenentes ſe nequaquam ſeparabuntur. Obſerua obſecro ſummam in malum concordiam totius corporis diaboli, ad perdendum homines. Quod benè in eo quod accidit Petro Tripol declaratur. Conuenientibus obſeſsis à dæmonibus, vt curarentur, procidentibuſque coram Petro, rogabant, vt ſaltem per diem liceret eis ibidem in corporibus hominum permanere. Quod minimè illis permiſſum fuit à Petro, exibantque clamantia & gementia. Non ergo poteſt ſathanas ſathanam eijcere, qui vt non eijciatur, humiles fundit preces, & eiectus clamat, & gemit. Sed non ſatis ſibi eſt ſolum inhabitare in homine, quinimò aſſumens ſeptem alios nequiores ſe, adducit illos, & inhabitant ibi. Sathan contra homines ſemper eſt, nec alteri cedit in bonum & vtilitatem hominis: ſed aſsiduè vigilat, quomodo eum perdat. Quod in Dauide declaratur, cum numerare voluit populum domini. De quo ſcriptura: Conſurrexit autem ſathan contra Iſrael. In quo ſurrexit ſathan contra Iſrael? Nunquid Philiſtæos adduxit,

Præparatio cordis ad patientiam.

Pſal. 37.

2. Reg. 12

2. Reg. 14

Parabola doctrinæ genus optimum.

Ioan. 8.

Studiũ diaboli contra Deũ in noſtra perditione.

Cap. 41.

De quo infra.

Concordia demonum contra homines.

Luce. 11.

2. Parall. 21.

aut alium Pharaonem excitauit ad bellum? Minimè. Sed quid dicit ſcriptura? Et incitauit Dauid, vt numeraret Iſrael. Propter quod ab angelo domini ſeptuaginta millia virorum interfecta ſunt in Iſrael, & iam incipiebat percutere Hieruſalem. *Para. 1. Cap. 22.* In his & ſimilibus diligentiſsimus eſt ſathan, non ad bellandum ſuos, profligandumque de corporibus hominum. Vnde dominus dicit: quomodo poteſt ſathan ſathanam eijcere? ac ſi diceret: nullo modo poteſt. Quod ſi auſus fuit contra Chriſtum inſurgere, & armare corda impiorum Iudæorum, ſciens eſſe Dei filium (ſicut inquit Gregorius) nunquàm tamen cognouit, quòd transfigendus eſſet per mortem ipſius, deſtruendumque regnum ſuum, & perdenda poſſeſsio generis humani. *Supra cap. 1. ad longum de re hac.* In hoc ſummè vigilat, & pertinax eſt, vt firmiùs hominem poſsideat; cogitauitque per mortem Chriſti firmius ius aduerſus hominem habere, potiùs quàm amittere. Nullo ergo modo ſathan ſathanam poteſt eijcere.

Obſerua ex his quæ diximus, & maximè ex ſententia beati Iob, qualis ſit aduerſarius tuus, qui per ſingulos dies, & per ſingula momenta vitæ tuæ militat contra te. *Aduerſarius noſter qualis.* Fortis robore eſt. Mille habet nocendi modos: decem millia ſunt illi præſto in adiutorium ſi oportuerit, ſquama ſquamæ iungitur, & premuntur, nec incedit flatus inter eas: per quæ ſumma concordia poteſtatum contrariarum aduerſus nos deſignatur. Antiquus eſt hoſtis, aſſuetuſq; tentationibus: vide ſi oporteat ſomno, iocis, potibuſque indulgere & cibis. *Lege auctorē hom. 25. in pſal. 50. fol. 275. b.* Propter hæc dixit Ioannes Apoſtolus: Totus mundus poſitus eſt in maligno. *1. Ioan. 5* Propter hæc Paulus: Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem: ſed aduerſus principes & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum, contrà nequitiæ ſpiritualia in cæleſtibus. *Epheſ. 6. Lege Ori. 3. li. Peri Archon, cap. 2.* Et qui talem demonſtrauit inimicum, tribuit nobis armaturam Dei ad debellandum eum. Propter quod inter ſacras orationes, quas magiſter cæleſtis docuit apoſtolos, & vniuerſam prorſus eccleſiam, duas has in fine poſuit: Et ne nos inducas in tentationem: ſed libera nos à malo. *Matth. 6.* In magnam etiam conſolationem omnium ſcripſit Paulus: Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari ſupra id, quod poteſtis, ſed faciet cum tentatione prouentum, ſiue exitum. *1. Cor. 10* Vbi nota quod dixit Apoſtolus: vt poſsitis ſuſtinere, non dicit, vt ſuſtineatis. *Conſideratio in tentationibus.* Per quod etiam cum auxilio gratiæ ſuæ relinquit nos in manu conſilij noſtri: vt vel laudabiliter, ſi ſuſtinuerimus, coronemur, vel ad culpam & pœnam imputetur: & iuſtè quidem, qui habentes à Domino poſſe ſuſtinere, ſubijcimus nos diabolo voluntariè. *NOTA ualde.* Vtinam ad bonum tanta concordia inter nos inueniatur, quanta ad malum inter omnes dæmones poſsidetur. Nullo modo, nulla de cauſa bellum inter eos inuenitur, nec inueniri poteſt. *Perpende uim rationis huius.* Naturæ ſunt immobiliter apprehendentis, & adhærentis, obfirmatæque in malo: Et ſuperbia eorum aſcendit ſemper. Vnde quod ſemel meditati ſunt, & ſtatuerunt contra Dominum, non poſſunt iterùm dimittere. Contra Dominum certè eſt bellum, quod aduerſus nos gerunt: impoſsibile eſt ergo ſathanas ſathanam eijcere. Quòd apertiùs docet Saluator: *Et ſi regnum in ſe diuidatur, non poteſt ſtare regnum illud.* Concordia res paruæ creſcunt, diſcordia maximæ dilabuntur. *Salluſtius in Iugurtino.* Summum ſtudium diaboli in hoc verſatur, vt regnum ipſius perſeueret, & aſsidue augeatur. Ad hoc copias militum, bellica machinamenta, mille nocendi modos habet, circuitus per mundum vniuerſum illi eſt familiaris, & ad manum & nutum. *Iob. 1.* Denique auſus fuit tentare, quem timebat; ne fortè eſſet Dei filius, omnem mundi gloriam illi repromiſit. *Matt. 4.* Quem ſi obtineret, inexpugnabile iudicabat regnum ſuum, & merito quidem. Ad regni ſui propugnationem & firmitatem, ſibi curauit concordari primum hominem, vt Deo fieret inimicus & contrarius: & in illo omne eius genus & poſteritas. *Gen. 3.* Hæc fuit clauis & arx ſui regni. Per hoc peccatum, atrium mundi ſecurè poſsidebat, nec inueniebatur infans vnius Dei, qui ad regnum eius non pertineret. *Arx regni diaboli.* Vnde filij iræ appellamur à Paulo: & eramus natura filij iræ, ſicut & cæteri. *Iob. 25. Eph. 2.* Iam ad ſingularia peccata & perſonalia in cunctis hominibus ſe cingit. Primò in Cain (de Adam & Eua, non legimus aliud peccatum mortale, præter tranſgreſsionē Dominici præcepti in eſu pomi) hunc Cainum ad flagitiū innocētis ſanguinis fratris ſui excitauit *Adam & Eua. Gen. 4.*

Ibi. 19.

ex inuidia. Deinde originalis mundi peccata ſeminauit: propter quæ clataclisſmus venit ſuper terram. Omnis quippe caro corruperat viam ſuam. Quid dicam de Sodoma & Gomorra, & illis peſsimis ciuitatibus quas ignis ardens abſumpſit in momento? In quo non ſolum diuinum flagellum, ſed & humanum conſidera flagitium. Per quod & per alia multa, deinde in ſingulis generationibus, regni ſui ſtabilimētum procurauit. Non ergo contra ſe ipſum conſurgebat ſathan, & Chriſto virtutem eijciendi dæmones concedebat, quia regnū ipſius ſic ſtare non poterat. Eligant ergo Scribæ ab Hieroſolymis venientes, quod volunt, ſi ſathanas ſathanam eijcere non poteſt, nihil habent contra dominum: ſi autem poteſt, in ſe eſſe diuiſus, recedant à regno ipſius, quod diuiſum ſtare non poteſt. Nullus enim ſanæ mentis debet regi tyranno adhærere, cuius regnum in ſe ipſum eſt diuiſum, & deſolatur. Quod comprobat familiariùs ſaluator ex ſecundo exemplo. *Etſi domus ſuper ſemetipſam diſpertiatur, non poteſt domus illa ſtare*. Et demōſtratio eſt totius regni, & partis illius, quæ eſt domus hæc, vel illa. Quæ niſi pax cuſtos eius fuerit, & diſcordiæ concedatur locus, non poteſt diu permanere & perdurare. Eſt enim pax domeſtica ordinata imperandi & obediendi concordia cohabitantium. Imperant enim qui conſulunt: ſicut vir vxori, parentes filijs, domini ſeruis. Obediunt autem quibus conſulitur: ſicut mulieres maritis, filij parentibus, ſerui dominis. Et pax ciuitatis & regni eſt ordinata imperandi, atque obediendi concordia ciuium. Obſerua ex his quantùm debeas in omnibus pacem ſeruare, & colere. Per illam cuncta perſeuerant, & ſine illa aſsiduè indeterius abeunt & pereunt. Sed ô nos infœlices, quibus in bono non adeſt ſtudium concordiæ, quale impuri & nequam homines habent ad malum. Squama corporis Behemoth vna vni iungitur, & ſe premunt, præ concordia ad malum, nec incedit flatus inter illas. Quid nobis ad bonum & gloriam altiſsimi ſuperexaltandam eſſet faciendum? Quam pacē deberet habere Chriſtianus populus? Hoc deſcribit propheta Eſai. ce41. in hæc verba: Vnuſquiſq; proximo ſuo auxiliabitur, & fratri ſuo dicet: confortare. Confortauit faber ferrarius percutiens malleo eum, qui cudebat tunc

Pax domeſtira. lege Auguſt. li. 19. de ciuitate Dei. cap. 14. to. 5. fo. 1170 lege. c. 13

Pax ciuitatis & regni.

Lege Ricardū de S. Victorem de gradib⁹ charitatis. c. 4. in principio.

temporis, dicens glutino: bonum eſt. Quo verbo vſus eſt Moyſes ad Ioſue, cùm ducatum magni illius populi ei traderet. Confortare, & eſto robuſtus: Tu enim introduces filios Iſrael, &c. Et Paulus docet: Videte fratres, ne quando ſit in aliquo veſtrum cor malum incredulitatis diſcedendi à Deo viuo (hoc magnum malum eſt, & de capite agitur, & de morte in illo, eſt enim pax Dei immortalis, & hominis mortalis ordinata in fide ſub æterna lege obedientia) ſed adhortamini voſmetipſos per ſingulos dies. Pondera ſingula verba. In eundem finem tendunt ſequentia verba huius argumenti. *Etſi ſathanas conſurrexerit in ſemetipſum, diſpertitus eſt, & non poteſt ſtare, ſed finem habet.* Priori loco demonſtrauit dominus Ieſus non poſſe ſathanam ſathanam eijcere propter ſummum ſtudium eius ad malum, & obfirmatam voluntatem. Iam nunc dato quod poſſet, probat, quod certè nollet, quia contra ſeipſum non ſurgeret, neque in regnum ſuum, ad cuius ſtabilitatem, nullum non mouet lapidem, vt permaneat. Iam aliunde petit non infirmum argumentum, nimirùm ab effectu eiectionis illius dæmonis ab illo homine, quem proximè curauit. Et hoc argumentum deſumitur ex metaphora bellicæ direptionis. Eſt enim vſitatiſsimum in negotio bellico, quòd dum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, ſalua ſint omnia, quæ poſsidet: ſuperueniente autem fortiore, non priùs diuidit ſpolia & vaſa eius, ſed cùm alligauerit fortem, tunc diuidet & diſrumpet vaſa eius. Et ſic dicit dominus Ieſus: *Nemo poteſt vaſa fortis ingreſſus in domum diripere, niſi priùs fortem alliget, & tunc domum eius diripiet.* Fortem appellat ſathanam, & certè ſic eſt. Imò non eſt poteſtas ſuper terram, quæ ei valeat comparari. Nec Michael fortior eſt illo in naturalibus. Sed ſathana inferior erat. Quòd ſi victoriam fecit in cælo, ſicut certè fecit, & eiecit in tartara diabolum, hoc in brachio & virtute Dei perfecit: non in dextera ſuæ potentiæ. Bene ergo vnus ſolus Deus fortior innenitur ſathana: ſiquidem neque in cælo, neque in terra eius poteſtate eſt alia, præter diuinam, præſtantior. Atrium & domus ſathanæ mundus erat, ante aduentum omnipotentis Chriſti: vaſaque eius homines, quos ad nutum ſuæ voluntatis

Ioſue. 1.

Heb. 3.

Pax Dei & hominis.

NOTA *valde.*

Iob. 41. *De quo infra. cap. 5.* Apoc. 12.

Deus ſolus fortior ſathana.

captiuos tenebat. Et ita paſsim ſicut (ſupra dictum eſt) multitudo hominum à dæmonibus obſeſſorum, inueniebatur. Et firmiſsimo iure inobedientiæ, & præuaricationis primi parentis, omnes homines poſsidebat, etiam iuſtos, & Dei amiciſsimos. De quo Paulus ſub nomine chyrographi contrarij cunctis hominibus, agit in Epiſtola ad Coloſſenſes.

Cap. 2.

Vides qualis erat Sathanas, quàm fortis, quàm vniuerſorum poſſeſſor? Vnus ſolus Deus fortior inueniebatur illo, qui poſſet ingreſſus in domum eius, ligare eum, & vaſa eius diripere. Quod cùm ſub oculis omnium cõprobatum ſit feciſſe dominum Ieſum, inde diuina eius potentia reſplendet: neque ex obiecto crimine, in Beelzebub eijcit dæmonia, obſcurari potuit, eò maximè cum euidentibus rationibus potentiam ſuam oſtenderit, & diuinam virtutem: vnde inexcuſabiles fuere. Euidenter enim erant credibilia illis hominibus myſteria Chriſti, ſufficienterque comprobauit ſuam diuinitatem. Inquit ergo: Vſque ad aduentum meum, & manifeſtationem meam, pacificè poſsidebat ſathanas mundum, imperiumq; ſuum vbiq; exaltabat, & gloriabatur in brachio potentiæ ſuæ: Iam nunc gemens, & vlulans, & ante me deprecans, eijcitur & fugit: ſequitur quòd illo ſim ego fortior, ſiquidem vaſa illius diripio. Non ergo in Beelzebub dæmonia eijcio. Domum fortis dicit ſe dominus Ieſus diripuiſſe, non quòd iam actum eſſet, ſed quia faciebat, & ad conſummationem perducebat. Poſtmodum verò omnes mundi plagàs à diabolo poſſeſſas, apoſtolis & eorum ſucceſſoribus, quaſi diuiſas prouincias, vt populos ad fidem conuerterent, diſtribuit. De quo mandatum dedit diſcipulis ſuis in ſua aſcenſione. Euntes in mundum vniuerſum, &c.

Lege Athanaſ. in de incarnatione uerbi Dei. tom. 1. fol. 56. 57.

Mar. 16.

Vide quam ſecurè te totum debeas, & poſsis domino Ieſu committere, & pro eius honore & gloria vſque ad ſanguinem decertare, qui etiam ſathanam pedibus conculcat, alligat, diripitque domum eius: quantò magis omnes mundi tyrannos & impuros homines, virtutis & iuſtitiæ inimicos? De hoc propheta Dauid: Dominus illuminatio mea, & ſalus mea, quem timebo? &c.

Pſal. 26.

De hoc mandatum habuit Moyſes, cùm à domino mitteretur ad crudeliſsimum tyrannum: Ego ero tecum.

Exod. 1.

Hiere. 1.

Et Hieremias ſimiliter, cùm ad populum duriſsimæ ceruicis illum deſtinaſſet.

C

Ego dedi te hodie in ciuitatem munitam, & columnam ferream, &c. Et bellabunt aduerſum te, & non præualebunt, quia ego tecum ſum, ait dominus, vt liberem te. In fiducia virtutis Dei Dauid paruulus, & paſtor ouium: procerum illum gigantem, & valde ſuperbum in funda & lapide, & in nomine domini deiecit in terram, & proprio gladio detruncauit.

1. Reg. 17.

Quid magni & nominis & famæ non fecerunt, quicunque fiduciam habentes in domino pro eius gloria decertarunt? Denique de ſe hac admonens Chriſtus ſuos, qui puſilli cordis erant, dicebat: Confidite, ego vici mundum: ac ſi apertius diceret: Mihi ſecuriſsimè voſmetipſos poteſtis committere.

Ioan. 16.

Amen dico uobis, quoniam omnia dimittentur filijs hominum peccata & blaſphemiæ, quibus blaſphemauerint, qui autem blaſphemauerit in Spiritum ſanctum, non habebit remiſsionem in æternum, ſed reus erit æterni iudicij, quoniam dicebant: Spiritum immundum habet. Beatus Matthæus dixit: Neque in hoc ſæculo, neque in futuro.

Cap. 12.

D

In magnam ſpem peccatores erigit, cùm veniam omnium criminum per pœnitentiam non ſemel aut bis, ſed millies repromittit, & blaſphemantes diuinitatem ingenti percutit timore: quòd ſcilicet non dimittetur eis, neque in hoc ſæculo, neque in futuro, ſed quòd dabunt pœnas æterni iudicij.

Spes peccatorum.

Altiori iuramento in Ezechiele remiſsionem peccatorum per pœnitentiam annuntiauit cunctis hominibus vſque in finem ſæculi. Viuo ego, dicit Dominus, ibi auditur: vox tamen eius non fiebat ad omnem populum, ſed per prophetam loquebatur hæc & alia omnia. Cùm autem in filio loquitur nobis Deus pater, ſatis viſum eſt ei dicere Amen: & ad integerrimam confidentiam nobis debet ſufficere.

Cap. 18.

Auctor homil. 11. in pſal. 50. fol. 108.

Habes firmum argumentum contra Nouatianum hæreticum, qui lapſis, etiam in martyrio, veniam negat: Chriſtus autem promittit illam, & quidem cum verbo ſeptuagies ſepties: non ergo deneganda eſt lapſis, ſi pœnitentiam egerint.

Cõtra Nouatianum.

Matth. 18

Nec ſub deteriori ſorte ſumus ſub gratia, quàm priſci illi homines erant ſub lege naturæ, aut ſub Moſe, ſed maiorem & abundantiorem oſtendit Deus erga peccatores beneuolentiam,

uolentiam, quàm olim. *Amen dico uobis*, quoniam omnia dimittuntur filijs hominũ peccata, etiam & blaſphemia, quæ in diuini honoris dehoneſtationem immediatè obijcitur: aut detrahentibus diuinitati, quod illi proprium eſt, aut tribuentibus quod ab ea eſt alienum, ſicut ignorationem & corpus. Peccata ergo omnia contra legem, & quod amplius eſt, blaſphemiæ in Deum, dimittuntur filijs hominum, & blaſphemiæ in benedictam humanitatẽ Chriſti: ſicut cùm dicebant: Hic homo vorator eſt, & potator vini: ſpiritus autem blaſphemiæ, vel blaſphemia in Spiritum ſanctum, non vt eſt tertia perſona, in trinitate, ſed vt eſt nomen eſſentiale diuinitati conueniens, non remittetur, neque in hoc ſæculo, neque in futuro, id eſt, non habet remiſsionem, neque in hoc ſæculo, neque in futuro, vel in æternum, ſed reus erit æterni delicti. Hæc blaſphemia non oritur ab ignorantia: qualis fuit blaſphemia Pauli apoſtoli: qui de ſe ipſo dicit: Blaſphemus fui. Neque ex paſsione blaſphemia: qualis eſt blaſphemia iracundorum: ſed illa blaſphemia, quæ ex ſpiritu & inclinatione, & impulſu animæ, & ſupremæ partis eius procedit. Hæc eſt, de qua dicit dominus: quod non habet remiſsionem, neque in hoc ſæculo, neque in futuro: quin potiùs reum conſtituit hominem æterni iudicij & delicti. Ita quod huiuſmodi blaſphemię ſpiritus importat vltra blaſphemiam, pro cauſa promptitudinem mẽtis ad blaſphemandũ: & ſpiritus humanus ſignificatur cauſa blaſphemiæ, non ignorantia, aut iracundia. De hac blaſphemia dicit, quòd non habet remiſsionem in æternum. Nec tamen dicit, quod eſt irremiſsibilis. Sed euentũ prædicit, ſcilicet ꝙ nõ remittetur, ſcilicet regulariter. Diuina nanq; potentia, & ſua miſericordia non eſt alligata ad non condonandum blaſphemiam in Spiritũ ſanctũ: ſed ſecundùm regularẽ curſum nõ inueniet remiſsionem huiuſmodi blaſphemus, quia regulariter comitem habet ſemper obſtinationem: qua ſtante dimitti non poteſt peccatũ aliquod. Eſt ergo generalis concluſio. Nullum eſt peccatum in homine viatore, quod ſit irremiſsibile, id eſt, quod non poſsit remitti. Quod non ſolùm verum eſt ex parte potentiæ & bonitatis diuinæ, verùm & ex parte hominis viatoris: cui proprium eſt habere liberum arbitrium ad bonum & ad malum

Blaſphemia quid ſit

Blaſphemia in humanitatem Chriſti.

Matth. 12

Blaſphemia de qua agit Chriſtus.

1. Tim. 1.

Blaſphemia in Spiritũ ſanctũ non eſt irremiſsibilis.

Peccatum nullum irremiſsibile

A flexibile. Vnde dicere, quòd aliquod ſit peccatum in hac vita, de quo homo pœnitere non poteſt, eſt erroneum. Primò quidem, quia libertas arbitrij tollitur: ſecundò, quia virtus Dei ad numerum & menſuram coarctatur. Benignus certè eſt Deus, & miſericors, & patiens, & multæ miſericordiæ, & præſtabilis ſuper malitia: quæ Dei bonitatem quodãmodo vinceret, ſi eſſet aliqua, quæ dimitti non poſſet. Et Ezechiel propheta hoc conteſtatur in hæc verba: Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis ſuis, &c. ab omnibus inquit. Poſsibilis eſt ergo omnium peccatorum pœnitentia: & per conſequens remiſsio: & ſubditur vniuerſalis promiſsio: Omnium iniquitatum eius quas operatus eſt, non recordabor, ſcilicet ad vindictam æterni ſupplicij. Non eſt voluntatis meæ mors impij in eodem propheta audis: ſed querula voce in Ezechiele legis: Et quare moriemini domus Iſrael? conuertimini & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus veſtris, & non erit vobis iniquitas in ruinam. Et quare moriemini domus Iſrael? Peccatum ſcribarum ergo hoc fuit, quia certè cognoue-
B rant Ieſum eſſe Chriſtum, & magnas & vrgentes habuerunt coniecturas, quibus demonſtrabatur, & comprobabatur, quòd verus & naturalis Deus eſſet: quia tamen cœpit vitia eorum reprehendere, & contra eos publicè prædicare, ideò conceperunt odium & inuidiam contra ipſum: & ex tũc incœperunt in malum omnia opera eius interpretari. Et primò vocauerunt eum voracem, & potatorem, & publicanorum amicum, quo vſque in ſummam hanc inſaniam proruperunt, vt Beelzebub habere dicerent, & in eius virtute, & potentia ædere magnifica quæ fiebant miracula: quæ nullo modo, niſi diuina virtute fieri poterant. Et licèt primum horum graue eſſet peccatum, erat tamen ſolùm contra ſanctam Chriſti humanitatem blaſphemia. Secundum fuit incomparabiliter grauius, nunquam expiatum, quia erat contra eius diuinitatem, & non ex paſsione, aut ira, ſed ex ſolo mentis & voluntatis impulſu agnitam veritatem impugnabant, & obſcurabant opera diuina Chriſti: neque ex hac malitia excœcati excuſabiles erant. De quo peccato Chriſtus: Qui autem dixerit verbum contra Spiritum ſanctum, non remittetur ei, neque in hoc ſæculo, neque

Ioel. 2.

Cap. 18.

Cap. 25.

Scribarum peccatum.

Matth. 12

Luce. 11.

in futuro. Non quòd dimitti non poſsit ex parte Dei, & ex miſericordia eius, quæ C eſt ſuper omnia ſua opera, vel quòd homo non poſsit dolere, aut pœnitere de tali blaſphemia, cùm flexibilis ſit eius voluntas ad vtrunque, & non qualis eſt dæmonum, aut damnatorum hominum: ſed ideò non dimittendum dicit huiuſmodi peccatum, quia præuidit duritiam cordis blaſphemantium & ſubtractionem diuini auxilij ſpecialis, & ſuperexcellentis ad talem pœnitentiam neceſſarij. Neque ex hac loquendi forma: non dimittetur in hoc ſæculo, vel in futuro, maius argumentum inſurgit pro hac materia, quàm quod aduerſus omnes prædictiones prophetarum militat, quæ omnia ſoluit beatiſsimus Athanaſius & Origenes, de quo iam ſupra, & in fine huius euangelij. Prophetæ enim traditionem Iudæ, vel peccatum Iudæorum prædixerunt, quia futura erant à libera hominum voluntate, & licentia: non èconuerſo, quia decantata erant in prophetis, ideò euenerunt: In hac diſtinctione te expedies ab hac grauiſsima difficultate, quæ ex nunquàm dimiſſo peccato in Spiritum ſanctum oritur. Nõ propter hoc eſt irremiſsibile, aut ex parte Dei omnipotentis, aut ex parte hominis obſtinati, qui pœnitere non poſsit: ſed D prædicit dominus nunquàm futurũ. Multaque ſunt poſsibilia, quæ nunquàm fient: & multa non fiunt, quæ tamen fieri poſſunt. Et Ariſtoteles intemperatum vocauit impœnitentem: non quidem, quia reſipiſcere non poſsit, & fieri temperatus, ſed quia difficillimè ad ſaniorem mentem reducitur. Et eodem authore impoſſibile illud appellatur, quod vix aut rariſsimè fieri poteſt. Vnde licet dominus dixiſſet de hac blaſphemia, quod ſit irremiſsibilis, ſecundùm has duas expoſitiones eſſet interpretandum. Non tamen hoc dixit, ſed quod non habet remiſsionem, neque in hoc ſæculo, neque in futuro, & quod reum conſtituit hominem æterni delicti, & iudicij. Et quod beatus Hieronymus bis dicit irremiſsibilem eſſe blaſphemiam in Spiritum ſanctum, & tantum eſſe hoc crimen in Spiritum ſanctum, vt dimitti non poſsit, neque veniam conſequi valeat, qui ſic negaret Chriſtum, vt & eum Beelzebub vocaret, & Magiſter ſententiarum citat hæc verba ex eodem

Hierony. interpretatur ad Marcellam de peccato in Spiritũ S.

Hieronymo. Taliter peccans, dignè pœ- C nitere non poteſt: & ex Auguſtino hoc ſolum peccatum veniam mereri non poteſt: ea omnia piè interpretari oportet: & propterea ab eis hæc eſſe dicta, quia nunquàm tanti criminis rei veniam aſſequuntur: non autem quòd tale crimen irremiſsibile ſit, cùm nullum ſit tale. Neque violenta eſt huiuſmodi expoſitio ſacrorum doctorum. Quippe cùm ipſi & alij grauiſsimi Eccleſiæ auctores, dimittentes rigorem ſcholaſticum & dialecticum, & imitantes ſcripturarum & vulgarem loquendi modum, ſæpenumerò dicant impoſsibilia, quæ nunquàm fient: & neceſſaria, quæ certò ſcimus futura à Deo: vnde fit vt dicant neceſſe impleri ſcripturas, & ſaluari electos & condemnari præſcitos: & impoſsibile eſſe, vt nõ pereant, qui ſunt ſcripti in libro vitæ: & neminẽ poſſe rapere eos, de manu patris: & alia multa in eorum lectione paſſim occurrunt, quæ ſemper piè, & iuxta catholicæ eccleſiæ ſenſum, quem non dubium eſt eos tenuiſſe, dimiſſo rigore dialectico, accipienda & interpretanda ſunt. Vnde obſerua quòd omnes illæ ſpecies peccati, quas doctores enarrant pertinere ad peccatum in Spiritum ſanctum, ſcilicet de- D ſperatio, præſumptio, obſtinatio, finalis impœnitentia, inuidentia fraternæ gratiæ, nõ ſtrictè, & propriè ad hanc blaſphemiam in Spiritum ſanctum ſpectant. Sed ſi in rigore literalis ſenſus interpretãdus eſt beatus Marcus, aut Matthæus, & inquiramus quod ſit hoc peccatum. quod Chriſtus hoc nomine appellauit, & hac nota à cæteris diſtinxit, certum quidem eſt nullum iſtorum, dictum eſſe peccatum in Spiritum ſanctum. Cùm apertè diſtinctionẽ fecerit inter peccatum in filium hominis, & peccatum in Spiritum ſanctum. Et tamen peccatum in filium hominis ex malitia poteſt cõtingere, & in eo poteſt aliquis diſcedere ex hac vita, ſicut probabile eſt aliquos ex illis qui dñm vini potatorem cõpellarunt diſceſsiſſe ſine pœnitẽtia. Deinde ab huiuſmodi omnibus peccatis, quæ cõmuniter vocantur in Spiritum S. plærunq; homines reſipiſcunt, & ad vitam ab eo reuocantur. De quo dicitur in Dauid: Dixit dñs: Ex Baſam conuertam, id eſt, ſi aliquis ſit in profundo malorũ. Et hoc pulcherrimè oſtẽdit Aug. in hęc verba. Neq; veriſimile eſt tot homines cõmittere hoc peccatum in Spiritum S. quot ſunt qui moriuntur

2. ſ. d. 43.

Doctorũ ſacrorũ dicta quomodo interpretanda.

Pſal. 67.

riuntur in peccato ſine pœnitētia. Et ſtatus
A eſt qui impoſsibilē facit remiſsionem, quia
ſcilicet eſt extra terminum, non ipſum pec
catum, ſcilicet adulterium, homicidium, in
quibus omnibus impœnitēs poteſt homo
diſcedere. Dicendum eſt ergo peccatum in
Spiritum ſanctum ad literam Chriſtū vo-
caſſe blaſphemiā, ſicut in principio diceba
mus, qua opera miraculoſa, virtute diuina fa
cta tribuerunt ſiue aſcripſerunt Beelzebub,
Hanc ſententiā docent clari eccleſiæ docto
res Hilarius, Athanaſius, Ambroſius, Hie-
ronymus, Chriſoſtomus. Quod optimè cō
firmatur ex ſubiuncta expoſitione euange-
liſtæ ſtatim poſt illa verba dicētis: *Quoniā
dicebant: Spiritum immundū habet.* Nec video
poſt hęc verba, quid amplius ſit in re hac im
morandum, aut vertendū in quæſtionem.
Cùm manifeſtè euāgeliſta ſit interpretatus:
quæ aut qualis ſit talis blaſphemia, quæ non
habet remiſsionē, neq; in hoc ſæculo, neq;
in futuro: & dicat: Hoc dicebat, quoniā dice
bant, ſpiritū immundū habet. Et vt mihi vi
detur, manifeſta eſt ſcriptura apud B. Matt.
qua demōſtratur, ꝙ vere remiſsibile eſt hoc
peccatū in Spiritū ſanctū. B. Lucas inquit:
B Porrò ſi in digito Dei eijcio dæmonia, pfe
cto peruenit in vos regnū Dei. Quid eſt ſi in
digito Dei eijcio dęmones, cùm certiſsimū
ſit in Dei digito & virtute eiecisse dæmo-
nes? Quid ſibi vult hæc conditionalis: ſi in
ſpiritu Dei: deberet quidē dicere: In digito
Dei eijcio dæmones ego. Cùm aūt dicit: Si
in digito Dei eijcio dæmones: & deinde p-
mittit regnū Dei, hoc intendit: ſi vos crede-
retis quod in Dei virtute eijcio dæmones,
peruenit nō regnū Dei, ſed in vos, id eſt, ad
veſtram ſalutem. Nō enim pendebat ex fi-
de iſtorū, quia crederēt ꝙ in Dei virtute eij
ceret Chriſtus dæmones, quod aduentaſſet
iam regnū Dei. Vtrunq; enim ſine eorū fi-
de abſolutè erat verū & certū. Propterea di
xit: veniet in vos, & non abſolutè: venit re-
gnum Dei. Vides manifeſtè quomodo in-
ter ſæuerisſima cōminationis verba æternę
dānationis, repromiſit regnū per fidē, quæ
per dilectionē operatur. Illis blaſphemāti-
bus contra Spritū S. Manifeſtum eſt ergo,
quod huiuſmodi blaſphemia in Spiritū S.
non ſit irremiſsibilis: & per conſequēs nul-
lū eſt peccatū, quod dimitti non poſsit per
pœnitentiā, & ante baptiſmū, & poſt ſacrū
baptiſma: ſicut hæreticus Nouatianus affir-
mabat. Cōtra quē multū refert ſcire in rigo

NOTA valde.

Lege beatū Hieronym. epiſt. ad Marcellā Ricardū de S. Victore in de peccato in Spiritū S. Alex. Alenſ. S. Thom. 22. q. 14.

Notāda expoſitio. Cap. 11.

Nouatian' hæreticus.

re literę, quod ſit peccatū in Spiritū S. ad cō
A uincendā ei' ſtultitiā, quia dixit: omne pec
catū poſt baptiſma, eſſe cōtra Spiritū S. &
per coſequens irremiſsibile. Vtrunq; tamē
demōſtramus falſum. Primò ꝙ talis ſola blaſ
phemia eſt contra Spritū S. & ꝙ hæc ſit re-
miſsibilis. Nota ex dictis ſaluatoris in hac
ſententia, ꝙ certè eſt aliqua pœna æterna &
iuſta, & quòd aliquod peccatum dimittitur
in futuro ſæculo. Vtrunq; dicit Chriſtus:
Reus erit æterni iudicij, & delicti: & nō di-
mittetur, neq; in hoc ſæculo, neq; in futuro:
ſequitur ꝙ ſit aliqua pœna æterna, cùm deli
ctū ſit æternū, & illa ſit iuſta: & quòd ſit ali-
quod peccatū, quod dimittitur in ſæculo fu
turo. Et cùm duplex ſit peccati genus, nimi
rū originale per generationē carnalem ex
Adā contractū: & actuale, quod propria vo
luntate cōmittitur: Hoc eſt duplex: aut ve-
niale, aut mortale. Mortale à morte, quā ge
nerat ſic appellatur. Veniale verò à venia.
Et veniale quidē ab euētu ſic vocatur: ali-
quādo autē ex cauſa, aliquādo verò ex pro-
pria natura & ratione. Ab euētu dicitur ve-
niale quodcunq; peccatū, quantumcunque
graue, cùm veniā habeat, & illius veniā tan
B dem & remiſsionem inueniamus. In hunc
ſenſum beatus Ambroſius dixit: mortalia
omnia fieri venialia per pœnitentiam. Et
Auguſtinus, & Chriſoſtomus venialem ini-
quitatem vocant, quæ eſt remiſsibilis. Et in
hoc ſenſu accipitur dictum magiſtri: Adā
putaſſe eſum ligni ſcientiæ boni & mali, ve
niale fuiſſe: hoc eſt, remiſsibile, & veniam
habiturum: cùm tamen peccatum eſſet gra
uiſsimum, & mortale. Et in libro de fal-
ſa & vera pœnitentia legimus quædam
peccata eſſe mortalia, & in pœnitentia fie
ri venialia. Peccatum veniale ex cauſa eſt
illud, quod ſic fit, vt multum habeat ex
cauſa, vnde deceat diuinam bonitatem &
clementiam, veniam aliquando concede-
re. Huius generis ſunt omnia peccata ex
ignorantia, vel ex infirmitate. Quæ venia
lia aliquando dicuntur, id eſt, quæ diuina
miſericordia & ſuffragio remiſsionem con
ſequentur. Veniale verò ex propria natu-
ra & conditione ſua eſt peccatū ſuapte na-
tura leue vel exiguum, & minutum parum-
que diſſonans à recta ratione, neque mor-
tem ſpiritualem animæ inferens: ſed omni-
modo dignum venia. Habes ex his aduer-
ſus impuriſsimum Vuiclephum hæreticū,
& impudentiſsimū Caluinum firmas ratio-

Pœna aliqua æterna & iuſta.

Lege autorē homil. 3 in pſal. 50. fol. 25, 26.

Veniale peccatum multis modis dicitur.

Li. 2. ſen. diſt. 22.

Cap. 18.

Vega lib. 14. cap. 2.

Vuicleph' & Caluinus reuincuntur.

nes ad conuincendum eos, quia conuenientem & ſufficientem rationem tradimus, per quam peccatum mortale à veniali poſsit diſtingui, & non omnia peccata eſſe mortalia aduerſus Caluinum eſt manifeſtum ex iam dictis. Iam ergo cum dicimus eſſe aliquod peccatum, quod in alio ſæculo dimittitur, hoc non eſt interpretandum de peccato originali. Cuius vnicum & ſolum remediũ eſt ſacrum baptiſma in re vel in voto. Quod quidem peccatum cùm propria voluntate commiſſum non ſit, ſed aliena, & vnicuiq; proprium, contractumque in propagatione ex Adam, non imitatione, aliena etiam voluntate poteſt curari ex fide eccleſiæ & patrinorum in baptiſmate. De hoc non eſt dubium, quòd non poſsit huiuſmodi peccatũ curari in alio ſæculo: ſed quicunque cum illo diſceſſerit in ęternum exulerit à regno. Nec de ſecundo eſt interpretanda ſententia ſaluatoris. Nullum enim peccatum mortale, ſiue hominum, ſiue angelorum, remiſſionem habet extra vitæ huius terminum. Sed vbicunque ceciderit lignum, manebit in æternum. Et in ſententiam Iudicis vox hæc auditur. Ite maledicti in ignem æternum. Video hoc loco à maioribus & grauioribus doctoribus ſequentibus Hieronymum, accuſatum originẽ, tanquàm qui docuerit terminum pœnarum angelorum malorum ac diffinierit: cùm reuera contrarium locis multis docuerit. Primo extat locus ſuper Ieſu naue ſuper verba illa: Et incendit Ieſu Hai: vbi docet æternas angelorum malorum pœnas, ſed in re hac iudex non ſum. De peccatis ergo venialibus propriè ſumptis, quæ ſecũdùm ſuam naturam talia ſunt, eſt accipienda litera: quę nimirùm poſt hãc vitam dimittuntur animabus iuſtis, in purgatorio, ſiue in exitu animæ à corpore. An verò dimittantur inimicis in inferno pœnæ venialium mortalibus adiunctorum: an puniantur æternaliter cum mortalibus, quæſtio vetus fuit. Indignum tamen diuina bonitate iudicauimus venialia peccata, quę nõ ex ſola Dei miſericordia differunt à mortalibus, ſed ex natura ſua, puniri debere æternalibus pœnis, quantumuis leuibus. *Et uenerunt mater eius & fratres, & foris ſtantes, miſerunt ad eum, uocantes eum.* Vſque ad horam hanc haud ſcripſit Marcus euangeliſta verbum vllum de ſacra matre Chriſti Ieſu. De qua magna valde beatus Lucas, vbi principem locum tenet ſacra & intemerata Chriſti conceptio: quæ per ſpiritum conſummata fuit: ſed vt angelus dixit: in vmbra. Propter quam vmbram latuit myſterium multo tẽpore, præter illos ad quos facta eſt reuelatio, ſiue a domino, ſiue per angelum. Vnde filius Ioſeph, ſine peccato & dicebatur à matre, & à populis, & cognatis credebatur. Non enim vſque huc mortalis mens aliud concipiendi genus ſciebat, quã per carnalem commixtionem viri & mulieris, & vtriuſque corruptionem. Vnde nouum quod promiſerat facere dominus ſuper terram, quod ſcilicet virgo conciperet, & virum circundaret & pareret: abſcondebatur in nuptijs virginis ſacræ & Ioſeph vſque ad congruam manifeſtationem eius. Qua ergo ratione Chriſtus dictus fuit filius Ioſeph & creditus, eadem & fratres habere deſcribitur, cùm ſacra virgo vnigenitum & primogenitum haberet dñm Ieſum, nullumque alium filium cum illo. Dicti ergo ſunt aliqui fratres domini nuda & ſola appellatione, non generatione ex eadẽ matre, aut Ioſeph ex alia coniuge. Dicta tamẽ eſt ſacra virgo Chriſti mater ſubſtantialiter, verè, & propriiſsimè, ipſumque concepit ex puriſsima ſubſtantia ſui corporis. Vnde conſubſtantialis eſt matri ſecundùm humanitatẽ, ſicut & patri ſecundùm diuinitatẽ. Nec decebat ex grauiſsimis rationibus, quas ad rei huius confirmationem adducũt ſacri eccleſiæ patres, beatam virginẽ aliam quærere aut ſuſcipere prolem: quæ Deum & hominẽ cum virginitatis honore concepit: & ſuã naturã æternæ perſonæ copulauit & coniunxit in filio: vnde naturalis appetitus conſeruationis ſui eſſe ad plenum ſatiatus & quietus fuit. Impoſsibile enim erat illam naturam humanam, ſecundùm ſuas eſſentiales partes corrumpi in Chriſto, quæ diuinæ erant vnitæ. Securiori ergo loco pluſquàm Adam in tot millibus generationibus ſuum eſſe collocauit, quæ de Spiritu ſancto concepit, nec finem timere poterat: cùm ſcriptũ eſſet: Nõ dabis ſanctum tuum videre corruptionem. Cùm ergo S. Euangeliſta matrem dñi Ieſu aduẽtaſſe deſcribit, & fratres eius: veram matrem oſtendit: & propinquos ex genere, non fratres ex vtero. Moyſes enim cùm quidam Hebræus aduerſus alterum inſurgeret, pacẽ docens illos, dicebat: Fratres eſtis: nõ quidem ex vtero, ſed ex genere. Venit ergo ſacra virgo cùm audiſſet tanta & tã ſublimia de fi-

Voluntariũ dicitur à B. Aug. li. 1. retrac. ca. 14. 15. uoluntate primi parẽtis. Recteq; ſacrũ cõcil. Trid. ſeſ. 5. nihil peccatorũ in ſemetipſis adhuc cõmittere potuerunt: de paruulis agit.

Eccli. 11.

Matth. 25

Homil. 8. Lege Ori. to 1. to. fo. 337. & a. 697.

Cõtrariũ tenet Ri. de S. Vict. tractatu de differentia uenialis à mortali, et Ricard. de Mediauilla. S. Tho. & alij in 4. ſ. doctor ſubtilis cõtrariũ, in 4. diſt. 22. q. 1. ad lõg. & frat. Vega lib. 14. ca. 15. fol. 366.

Ioſeph filius credi potuit dñs ſine peccato.

Ierem. 71. Eſaiæ. 7.

Fratres domini quomodo intelligendum.

NOTA *ualde.*

Pſal. 15.

Exod. 1.

de filio, licèt ipſa maiora vidiſſet, veniebat
Luc. 2. ad videndum eum. Diu fuit ante oculos
ſuos domi in menſa vſque ad tempus, quo
ad Ioannem abijt: & deinde aſcendit in de-
Mat. 4. ſertum, & iam nunc ad prædicationem re-
gni Dei totus erat intentus. Quæ ad hono-
rem matris pertinebant, ſatis in verbo hoc
Luc. 2. beati Lucæ: Deſcendit cum illis Nazareth,
& erat ſubditus illis, declarantur. Quę verò
ad Patris ſui cœleſtis ſpectabant: in exor-
dio manifeſtationis ſuæ annum agens duo-
decimum, & iam nunc demonſtrauit dicēs.
In his quæ patris mei ſunt oportet me eſſe:
ſicut ab ipſo habeo mandatum. Nec relin-
quēda eſt regni Dei prædicatio, per quā ho-
mines ad Deū conuertūtur, propter matris
carnalis affectum, quę etiam beatior multò
fuit me concipiens mēte quàm corpore, de
quo infra ad longum in fine huius capituli.
Sed nota quòd aliqui graues doctores tra-
dunt non miſiſſe ſacram virginem ad con-
uocandum filium, neque decebat eius pru-
dentiam, neq; reuerentiam, quam filio exhi
bebat. Sed Scribę & inimici Chriſti ad eius
inhonorationem miſerunt, qui dicerent ad
eſſe matrem, & vocare eum, & fratres. Vt
qui tantus ex miraculis apparebat inter il-
los, ſaltem ex paupere matre cōfunderetur.
Virgo exē plum nupterū et uirginum. Obſerua quomodo iter hoc non ſola ſacra
virgo conficit: ſed in comitatu habuit con-
ſanguineos, & adeò proximos, vt fratres fi-
lij ſui vocarentur. Sed & iter illud à Naza-
Luc. 1. reth vſq; Hieruſalem ad ſalutandam Eliſa-
beth, cum feſtinatione abſoluit. Vt doceat
omnes nuptas pudicitiæ teſtimonium ex-
conſortio & comitatu honeſto extra do-
mum: & virginibus magnum præſtet docu
mentum. Quibus, ſi neceſſarium ſit relicta
domo in publicum exire, hoc curæ ſit in
primis, vt cum feſtinatione, ne multo tem-
pore ab hominibus videantur, in propriam
reuertantur domum. Magnum eſt quòd ſa-
lutata ab Angelo ſacra Virgo, non reſalu-
tat, nec verbum cum illo qui hominis ſpe-
ciem tantum habebat, locuta eſt: vſq; quo
de conceptionis modo (quia hoc ad virgini
tatis cuſtodiam ſpectabat) egit. Per quod
docentur virgines, & maximè quæ Deo cō
ſecratæ ſunt, fugere omnes virorum affatus
& deuitare colloquia, nec reſpōdere, etiam
Rebeca honeſta & humilis. Geneſ. 24. ſalutatæ. Sic virgo illa prudens Rebeca,
ſciens eſſe Iſaac, qui in agro deambulabat
tollens cito palium ſuum, operuit ſe. Et quę
veram docuit humilitatem & hoſpitalitatis,

amorem, cum ſeruo Abraham, præbens po
A tum camellis eius, integram verecundiam
etiam erga maritum oſtendit. Non ſic puel *1. Reg.* 9.
læ illæ à quibus Saul quærebat nunquid eſ-
ſet in Bethleem Samuel: cui cùm in verbo
vno reſpondere poſſent, adeſt, plura alia reſ
pondentes, quæ non quærebat Saul, locutæ
ſunt: hoc quidem, vt eſſet amplior copia il-
lis videndi Saulem: qui elegantiſsimæ for-
mæ erat. O tempora, O mores, O noſtri tē
poris nuptas, & virgines. Dilata & ponde-
ra. *Quæ eſt mater mea & fratres mei?* Non re- *Exod.* 20.
futat obſequi matri, qui dixit: honora patrē
tuum & matrem tuam: ſed oſtendit ſe plus
debere paternis miniſterijs, quàm maternis
affectibus, etiamſi ab ea fuerit vocatus. Nec
fratres iniurioſe contemnit: ſed opus ſpiri-
tuale præfecit cognationi: docens meliorē
& expectabiliorem eſſe copulam cordiū,
quàm corporum. Magnum exemplum ha
bes in Ionatha Saulis filio: qui etiam cum *Ionathas.*
vitæ propriæ diſcrimine certiſsimo, pro in
nocente Dauide aduerſus Patrem decerta- *1. Reg.* 19
uit non ſemel. Non oportet in ſententiam 20.
patris ſubſcribere, cum legi aut proximi ſa-
luti aduerſatur. Nūquam aſſenſit Ionathas
B furibundo patri, ſed excuſauit Dauid apud
eum: & deniq; incolumem ſeruauit, etiam
ſi propter hoc magnas contumelias à Patre
ſuſtinuit: & quidem aliquando lanceam ar-
ripuit aduerſus illum Saul, ſicut ſacra hiſto *Lib.* 1. *cap.* 20.
ria libri regnorum enarrat. *Et circunſpiciens*
eos qui in circuitu eius ſedebant, ait: Ecce Ma-
ter mea & fratres mei. Beatus Matthæus de- *Cap.* 12.
ſcribit qui erant, qui ſedebant, quos etiam
circunſpexit: dicens. Et extendens manum
in diſcipulos ſuos dixit: Ecce mater mea &
fratres mei. Turba ſtabat: diſcipuli ſedent
in circuitu magiſtri. Obſerua quanta eſt eo
rum dignitas. Et in monte cum illo ſede- *Matth.* 5.
bant, aſtantibus turbis multis in valle. Iam *Celſitudo apoſtolorū*
prædemonſtratur quantus honor prędeſti-
natus ſit ſanctis Apoſtolis. De quo cœleſtis *Luc.* 22.
magiſter apud Lucā. Sedebitis ſuper thro-
nos duodecim, &c. Qualis erit hęc Apoſto *Cap.* 2.
lorum gloria in magni iudicij die? Quanta
erit exaltatio? cùm qui Cæſarū & imperato
rū monarchiā tenentes inſigniti gnatiq; fue
re ſceptro & corona, ſub pedibus Apoſtoli
cis iacebunt, & ipſi quidē in circuitu throni
maieſtatis ſedebunt ad iudicandum? Ad diſ
cipulos ergò extendens manum, & circun-
ſpiciens eos, qui ſecum ſedebant, ait: Ecce
mater mea & fratres mei. Per hoc ſcimus

etiam nos eſſe fratres Chriſti, ſi fecerimus
voluntatem Patris, quam ſcimus perfeciſ- C
ſe Apoſtolos: & cohæredes ſumus: quia nō
in ſexibus ſed in factis, ſublimitas hæc cōſti
tuitur. Vnde propter viros iuſtos, dixit fra
Prædicatores mater chriſti quomodo. tres: propter fœminas religioſas, dixit ſoro
res, ſed propter prædicatores Euangelij, ad
didit: & mater mea. dum per prædicationē
amor Chriſti, quaſi ipſe, in corde auditoris
generatur. Vere mater Chriſti magnus ille
Gal. 4. prædicator qui dicebat: Filioli mei, quos ite
rum parturio, donec formetur Chriſtus in
vobis. Hic eſt beatiſsimus Paulus, qui ex
humilitate profitebatur ſeſe abortiuū Apo
ſtolum eſſe, & ad hanc peruenit excellen-
tiam. *Ecce mater mea, & fratres mei.* Non vul
Apoſt. fratres Chriſti, & oēs iuſti. garem aut caſualem iudices hanc dignitatē
quòd diſcipulos ſuos appellet fratres, & ob-
ſeruatores paternæ voluntatis, ſiquidē pro-
phetatum erat in Dauide, tanquam magnū
Pſal. 21. & ſublime, & concelebratum à beato Pau-
lo non vulgaribus verbis. Quid inquit Pro-
pheta? Narrabo nomen tuū fratribus meis.
Heb. 2. Quem locum exponens Paulus Apoſtolus
inquit: Non cōfunditur eos vocare fratres.
Qua de cauſa addidit Apoſtolus: Non con-
funditur? Sed quid eſt, propter quod nō de- D
beat dicere, Non confunditur, ille quē prio
ri capitulo Patris ſplendorem & figurā ſub
ſtantiæ eius, portantemq; omnia verbo vir
tutis ſuæ deſcripſit? Quem filium patri ſuo
conſubſtantialem, & coæternum, & vniuer
ſorum hæredem, per quem pater fecit & ſæ
cula, ad quem dicit: Filius meus es tu: ego
hodie genui te, & alia multa ſublimiſsimæ
dignitatis, quæ vero ſermone cùm enarraſ-
ſet, & de idiotis piſcatoribus obſcuriſq; ho-
minibus ageret, quales erant Apoſtoli, quos
fratres dominus Ieſus vocat: nonne debuit
dicere Apoſtolus: Non confunditur? Non
ne confunditur Rex purpura indutus, &
ſceptro inſignitus pauperes homines & pan
noſos, fratres appellare? Imò & ruſticanus
confunditur. Et non cōfunditur Dei filius,
Rom. 8. vt nos tanto honore glorificet, & ius deſcri
bat ad regnum & coronam: manifeſtum eſt
enim quod ſi fratres, & hæredes. Hæredes
quidem Dei cohęredes autem Chriſti. Ipſe
Epheſ. 2. tamen primogenitus in multis fratribus. Et
per eum acceſſum habemus in gratia iſta ad
Patrem. Obſerua quod licet dominus Ieſus
profeſſus eſt Apoſtolos, & quoſcunq; alios
NOTA valde. facientes voluntatem patris ſui eſſe fratres
ſuos, nullo tamen tempore vitæ ſuæ morta
lis, cum illis loquēs, fratres cōpellauit. Sed
C ea ipſa die, qua glorioſus ab inferis reſurre-
xit, hæc vox auditur ab ore eius: Dic fratri
bus meis: Aſcendo ad Patrem meum. Hoc Ioan. 20.
mādatum habuit ſacra illa fœmina nimiſq;
fœlix, quæ diligens, & plorans non diſcede
bat à monumento ſaluatoris: Maria inquā:
Dic fratribus meis. Victor mortis & infer
ni, glorioſa immortalitatis ſtola indutus, fra Matth. 28.
tres compellat abſconditos viros præ timo
re Iudæorum, qui dudum eum negarunt:
ne diceres: Cum mortalis & pauper illis ade
rat, tunc quidem ſic humanè eos tractabat,
vt & fratres ſuos diceret eſſe: & certè in cœ
na ſe eorum magiſtrum & dominum profi- Ioan. 13.
tebatur: glorioſus iam & victor, nunc con-
funditur fratres eos vocare. O clementem
dominum? O miſericordem ſaluatorem.
Non confunditur eos vocare fratres. Ma- Gen. 45.
gnus ille Ioſeph in domo Pharaonis cum
iam non poſſet vltra ſe cohibere, commotis
viſceribus coram fratribus ſuis, præcepit, vt
cuncti foras egrederentur, & nullus intereſ-
ſet alienus agnitioni mutuæ: & eleuans vo-
cem cum fletu, ego ſum (inquit) Ioſeph fra
ter veſter. Non eiecit foras cunctos alienos, NOTA.
D quia cōfunderetur coram ſeruis Pharaonis
fratres profiteri: Sed cum vellet eorum pec
catum, qui ipſum vendiderunt, arguere, no-
luit coram tāta multitudine illud agere: ſed
neque in conſpectu vnius, ſicut horum fra-
trum duritiam cordis, exprobrauit Dn̄s Ie-
ſus in ſuà aſcenſione. Vnde adeò grandis
fuit vox fraternæ agnitionis, vt à cunctis ſer
uis Pharaonis audiretur foris, Ego ſum fra-
ter veſter Ioſeph: & qui obijciebat fratri-
bus antiquæ venditionis crimen, nomē fra-
ternum propoſuit cum proprio nomine: vt
ſic bonas ſpes infunderet, ne in nomine Io-
ſeph deterrerentur: & excuſationem inie-
cit, & confortauit. Nolite pauere, neque vo-
bis durum eſſe videatur, quòd vendidiſtis
me in his regionibus. Pro ſalute enim ve-
ſtra miſit me Dn̄s ante vos, &c. Vide cle- Clementia
mentiam Ioſeph. Magna voce fratres ap- Ioſeph.
pellat mercenarios homines habitu & figu
ra. Sed qualis hæc clementia, ad hanc quam
oſtendit nobis dominus Ieſus? Non cōfun
ditur eos vocare fratres: ſed gloriatur, quia
inde noſtra gloriatio. Obſerua tu qui mag-
nus es & haberis caput in populo, diſce ho-
norare pauperculos & deſpectos homines
affabilitate & dulcedine vocis tuæ. Vide
ne in acceptionem perſonarū incidas dicēs
homini

homini qui præclara veſte induitur. Tu ſe-
de hic bene, pauperi autem: Tù ſta illic,
aut ſede ſub ſcabello pedum meorũ. Quid
Cap. 2. ad hæc beatiſsimus Iacobus? Nonne iudi-
catis apud vosmetipſos, & facti eſtis iudi-
ces cogitationum iniquarum? Audite fra-
tres mei dilectiſsimi. Nonne Deus elegit
pauperes in hoc mundo diuites in fide &
hæredes regni, quod repromiſit diligenti-
bus ſe? Vos autem exhonoraſtis pauperẽ,
&c. Serua ergò in omnes clementiam, &
dulcedinem, nec aduerſus fratrem eleues
cor tuum. Eleua vocem in eius glorificatio
nem, ſicut Ioſeph, & tacite argue eius pec-
catum, & excuſa quantum potueris, & ſicut
fit. Hęc omnia habes in Chriſto & Ioſeph.
Et illi arguuntur, qui cùm ad pinguiorẽ for
tunam veniunt, neque quos fratres habe-
bant, agnoſcunt familiares: quos etiam ali-
quando deprecabantur, vtilesque illis fue-
re, denegãt: vnde eorum ſuperbia compro
batur, & oſtenditur. Hoc vitium propriũ
eſt ambitioſorum: qui accepta cathedra,
ſuperbiunt, & exaltantur, & ſuper omnes
volunt dominari: quorum ſtultitiam arguit
prouer. 30 Salomon. Non ſic Chriſtus: ſed fratres ap-
pellat credentes & facientes voluntatem pa
tri ſui: viuens adhuc inter illos, & glorioſus
iam in regno ſuo. *Qui enim fecerit uoluntatem
Dei, hic frater meus & ſoror mea, & mater eſt.*
Obſerua & vide quo medio, & qua via ad
hãc magnam fœlicitatem peruenitur, vt ſis
frater vel ſoror, aut certè Mater Chriſti. Per
quæ firmiſsimum ius ad regnum cœleſte, &
magnificentiam repromittere videtur dñs
Via ad regnum. Ieſus. Via eſt, impletio & obſeruatio volun
tatis patris cœleſtis. Hæc eſt via, ambulate
Eſaie. 30. in ea, & inuenietis refrigeriũ animabus ve-
Matth. 15 ſtris. Obſecro attendas præſenti argumen-
to & conſiderationi: vt ſemel de re hac diſ-
ſerentes, ad ſequentia planam viam habea
mus: nec ſparſim oporteat dicere, quod col
lectum proficiet. Non vulgare negotium
exiſtimes agnitionem diuinæ voluntatis &
beneplaciti, aut impletionem illius. Vtrun
que magnificum eſt, & beatum conſecrat
hominem, & hæredem regni conſtituit. Ba
Cap. 4. ruch ad ſuos ſermonem agens, inter alia di-
cebat. Beati ſumus ò Iſrael: quia quæ Deo
placent manifeſta ſunt nobis. Docens pro
pheta Dauid populum ſuum laudes diuini
cantici, ex multis beneficijs ab eo accep-
tis, vltimo loco commemorat, quia ſuam
voluntatem Deus optimus Maximus illis

manifeſtauit. Qui annuntiat verbum ſuum
A Iacob. Iuſtitias & iudicia ſua Iſrael. Non *Pſal. 147.*
fecit taliter omni nationi, &c. Quid bea-
tius poteſt contingere homini, in exilio
huius peregrinationis agenti, quàm ſcire
Dei ſui beneplacitum & voluntatem, per
eius impletionem fœlicitatem inueniet æ-
ternam. Iure ergò Baruch fœlicem con-
fitetur Iſraelem, qui Dei ſui voluntatem
agnouit. Sed non in hoc hominis bonum
& ſalus: quinimò durior flagellatio, ſi non
fecerit voluntatem Domini ſui. Non enim *Rom. 2.*
auditor legis (in qua diuina voluntas re-
lucet) iuſtus eſt apud Deum, ſed factores
legis iuſtificabuntur. Hanc orationem ha-
bes apud ſanctum Dauid: Doce me facere *Pſal. 142.*
voluntatem tuam: quia Deus meus es tu:
vt qui docuiſti & manifeſtaſti iudicia oris
tui, doceas implere & facere voluntatem
tuam. Vbi apertè vides non ſufficere ho-
mini agnoſcere diuinum beneplacitum, &
voluntatem, quod ad intellectum perti-
net: ſed neceſſarium ſubinde eſſe ſuffra-
gium diuinæ gratiæ ad faciendam legem
& domini voluntatem. Doce me (inquit
Dauid) facere voluntatem tuam, quia
B Deus meus es tu. Ac ſi diceret: Propheta
aut legiſperitus, docere me poſſunt quæ NOTA
ſit voluntas tua: docere autem facere tu *valde.*
ſolus, qui es Deus meus. Hanc doctrinam
habes à Chriſto domino. Quippe qui in-
ter alias orationes quas docuit Apoſtolos,
& vniuerſam ſuam Eccleſiam, hãc tertio lo
co propoſuit. Fiat volũtas tua, ſicut in cælo *Matth. 6.*
& in terra. A Deo quærendum eſt hoc do-
num: non à noſtra infirma voluntate, aut li
bero arbitrio. Orandus eſt ergo dñs Deus à
nobis, vt doceat nos ſuã voluntatẽ, doceat
facere illã. Mirabile quidẽ videtur quomo
do verũ ſit eſſe neceſſariũ orare Dñm pro
ſuæ volũtatis impletione. Nunquid nõ eſt *Eſaie. 46.*
ſcriptum: Cõſilium meũ ſtabit, & omnis vo
luntas mea fiet? Nunquid ſcriptũ non eſt, *Iudith. 16.*
nõ eſt qui reſiſtat voci tuę? Nõ eſt qui reſi- *Heſter. 13.*
ſtat maieſtati tuæ. Deniq; ſcriptũ eſt. Om- *Pſal. 134.*
nia quæcunq; voluit fecit dñs in cælo & in
terra, & in omnibus abyſsis. Nunquid non
obediunt omnia creatori ſuo ad nutum, &
deſeruiunt ſuæ glorię? Ordinatione tua per *Pſal. 118.*
ſeuerat dies, quoniã omnia ſeruiunt tibi, di-
cit regius Propheta. Et ſi oportuerit, & dñs
ipſe voluerit cõtra inditã creaturis ſuis con
ditionem, chorus cæli vniuerſus, deſeruient
parẽti omnium Deo. Vnde aliquãdo ignis
non

non combuſsit ſacros illos teſtes diuinita-
Daniel.3. tis in fornace. Leones famelici non tetige-
runt beatum Danieem, neque quicquam in
tulerunt moleſtię, præcepto domini obtē-
Pſal.113. perantes. Iordanis conuerſus eſt retrorſum.
Exod. 14. Marę diuiſum eſt ad tranſitū filiorū Iſrael.
Terra aperta eſt & deglutiuit chore, &c.
Pſal.105. Omnia ſuo autori deſeruiunt & famulan-
tur. Quid ergo habet homo, aut quantum
eſt quod iubetur ei, vt per orationem ex
diuino munere debeat implere Dei ſui vo-
luntatem? Duo ſunt, de quibus nobis eſt ſer
mo. Alterum libertas humanæ mentis, quę
imperanti repugnare poteſt, & non obtem
perare iubenti Deo. Alterum eſt mandato
rum excellentia, quæ per gratiam Dei poſ-
ſunt impleri, & non aliter meritoriè, quàm
ipſe repromiſit, ne homo accuſare poſſet
Autor ho. 7. in pſal. 50. Deum, aut ſe excuſare. Propter hæc duo,
& quia per peccatum noſtra natura ſibi eſt
derelicta, & ſuis deſiderijs animalibus gau-
det, quæ cōtraria ſunt legi & Deo, orat ſan-
ctus propheta: Doce me facere volūtatem
tuam. Et Chriſtus inſtituit hanc orationem:
Finis hominis quàm ſublimis. Fiat voluntas tua, ſicut in cœlo, & in terra.
Et finis naturalis hominis tam ſublimis eſt,
& ſuper omnem facultatē virium eius, etiā
ſi in innocentia, qua conditus fuit perſiſte-
ret, vt nullo modo naturalibus viribus & fa
cultate obtineri poſsit. A Deo ergò eſt quę
rendum auxilium gratiæ, vt obtinere que-
at homo, quod etiam neſciens deſiderat.
Omnes enim homines deſiderant beatitu-
dinem: etiamſi ignorent quę ſit illa, aut qua
liter inueniatur. Propter hæc omnia à Deo
quęrenda eſt impletio ſuorum mandatorū,
ſuæq; voluntatis: quæ tamen nō ſine nobis
perficietur, ſed cōoperantibus nobis. Sub-
ſequitur enim liberum arbitrium Dei gra-
tiam, & iuſtificamur. Vbi nota diligenter
quomodo ex noſtra parte eſt, quòd diui-
na voluntas non impletur in nobis. Deus
enim paratiſsimus extat omni tempore ad
noſtram ſalutem. Quod orat ſanctus Pro-
pheta hoc eſt: Doce me facere tuam volun
tatē. Præſupponit velle diuinū: quod aūt
deeſt, noſtra obedientia eſt, noſtrum, face-
re, noſtrum, obedire. Non audis in oratione
hac: Obſecro velis meam ſalutem: ſed doce
me facere voluntatem tuam. De tua volun
tate certiſsimus ſum, qua vis omnes homi-
1.Timo.2 nes ſaluos fieri: quod huic ſaluti meæ deeſt,
mea voluntas rebellis eſt: hanc doce facere
voluntatem tuam. Vnde meritò alter pro-
pheta: Perditio tua ex te Iſrael: tantummo *Osea. 13.*
C do in me auxilium tuum. Et in hoc com-
probatur iuſtitia & æquitas vltionis diuinę
in peccatores: quia noluerunt obedire, quia *Prouer. 1.*
reſpuerunt diuina conſilia, & increpationes
neglexerunt, &c. Cùm ergo talis ac tantus
ſit finis noſter naturalis, cùm tam infirma
ſit caro noſtra, & ad malum prona ab adoleſ *Gen.8.*
centia ſua, cùm tam cęca & obſcurata mul-
ta calligne ſit mens noſtra, propter hæc pro
culdubio rogandus eſt Deus & dominus no
ſter, vt illuminet ſuper nos voluntatis ſuæ
beneplacitum, & nos doceat facere volunta
tem ſuam, & tribuat auxilium gratiæ ſuæ.
Non enim ſumus ſufficientes cogitare ali- *2. Cor. 3.*
quid à nobis, tanquam à nobis: ſed ſufficien
tia noſtra ex Deo eſt. Deus eſt qui opera- *Philip. 2.*
tur in nobis velle & perficere pro ſua volū
tate. De qua dicit tria Apoſtolus: quod eſt *Rom. 12.*
bona beneplacens, & perfecta, ſed non om
nes hæc credunt. Sed quod ſit dura, & ma-
iora præcipiens, quàm infirmus homo per
ficere poſsit: Imò (quod dicere horret lin-
gua) ad malum impellens, & cogens homi *Lutheri hęreſis reuincitur.*
nem. Sed qui hoc dixit, Dei iudicio excęca
tus eſt, vt quàm impius ſit in cæteris ſuis hæ
D reſibus, ſaltem ex hoc vno comprobetur.
Deus enim qui ſumma bonitas eſt, facere
malum culpæ non poteſt, neq; cogere ho-
minem ad operandum malum. Quomodo *Lutherus.*
puniret iuſtè, ſi ipſe cogeret nos vt facia-
mus iniquitatem? Quid aduerſus homines
quæritur, ſi ipſe ad peccatum impellit? *Lege Aug. contra Fauſtum li. 22. & li. de vera religiōe.*
Sed non eſt quod amplius in hac blaſphe-
mia Lutheri immoremur. Sicut enim ho-
mo qui habet guſtum infectum, non poteſt
iudicare rectè de ſaporibus: ſed ea quę ſunt
ſuauia, interdum abominatur: ea verò quæ *Similitudo*
ſunt abominabilia, interdum appetit: qui
autem habet guſtum ſanum, rectum iudiciū
de ſaporibus habet: Sic omnis hæreticus vſ
que ad Dei blaſphemiā aſcendit, quia odio
inſanabili proſequitur virtutes, & præce-
ptorum obedientiam. Propter hoc beatus *NOTA valde.*
Apoſtolus ad probationem diuinæ volun-
tatis & perfectæ, requirit à Romanis etiam
cum obſecratione: Nolite conformari huic
ſæculo: ſed renouamini in nouitate ſenſus
veſtri, vt probetis quæ ſit Dei voluntas, bo
na, beneplacens, & perfecta. Et cùm hære-
ticus infœlix Lutherus, & omnes alij intus
& foris conformati ſint huic ſæculo, & ſen-
ſus eorum in multa malitia antiquati, inde
eſt quod nō probant diuinæ volūtatis æqui
tatem,

tatem, ſuauitatem, innatam bonitatem, &c. Implentibus itaque hanc diuinam voluntatem promittit Chriſtus diis ſuam fraternitatem, & per conſequens ius ad regnum cœleſte, ſicut ſæpe diximus cum Paulo apoſtolo. De quo manifeſtè idem Apoſtolus:

Heb. 10.

Patientia vobis eſt neceſſaria, vt voluntatem Dei facientes, reportetis promiſsionē; Non ſolùm hanc de qua modo nobis eſt ſermo, verùm & omnes, quę paſsim in ſacris literis noui teſtamenti reperiuntur. Quas omnes ex impletione diuinæ voluntatis inueniet homo.

Liberalitas Dei.

Obſerua quanta eſt liberalitas Dei in nos, qui pro illis quæ ipſe operatur in nobis, & dedit noſtro libero arbitrio cōoperari, repromittit magnificū præmium. Nec prima bona cogitatio à nobis eſt: nec ſine illa eſt poſsibile hominem operari: cùm ergo tam parum ſit, quod ex parte noſtra in eius obſequium impenditur: ampliſsimū tamen præmiū præparauit, & repromiſit. Ex hoc ſententiam Apoſtoli comprobabis.

Rom. 8.

Non ſunt condignę paſsiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.

Humilitas

Obſerua ſecundò quàm oportet humilitatem colere etiam in hæroica virtute: ad quā abūdantiorem gratiam cōtulit Deus: quantaque debeat eſſe gratitudo religioſæ mentis, quæ à Deo habet velle & perficere. Obſerua tertiò quàm plenè magnificatur ex hac ſententia Chriſti Mater, quam videbatur abijcere.

Maria uirgo.

NOTA ualde uſq; ad finem.

Quis enim ſiue angelorum, ſiue hominum Dei voluntatem ita perfecit, & adimpleuit, ſicut beata virgo Maria? Audi obſecro. Summa & altiſsima Dei & domini noſtri voluntas inuenitur in myſterio incarnationis: quo factum eſt, vt noſtrā naturā in athomo, & indiuiduam, verbum Patris in vnitate perſonæ ſibi aſſumeret, ad noſtram exaltationem & ſalutem. Hæc eſt illa voluntas quam Paulus apoſtolus appellat myſterium ęternis temporibus tacitum. Ad cuius reſerationem poſt Adam, à iuſtiſſimo Abraham chariſsimi filij immolationem Deus exegit.

Gen. 22.

Vide quantum eſt hoc myſterium: quod vt à longe præuideatur, & ſalutetur, Abraham filium immolat chariſsimum: nec nimium aut durum iudicat precium: dūmodò myſterium tantum, ſibi à Dño aperiatur. Hæc eſt ſumma & altiſsima Dei voluntas ad extra (non eſt nobis ſermo de voluntate, qua ſuam eſſentiam diligunt Pater & filius, & procedit ab vtroq; tāquam ab vno principio Spiritus ſanctus), quam nullus angelorū adimpleuit: ſed ſola ſacra virgo: à qua beneplacitū ex obedientia exigitur ab angelo, vt Deus fiat homo intra viſcera intemerata.

Maria uirgo ſummā Dei uoluntatem impleuit.

Quid opus erat vt integerrima virgo diceret, FIAT, ad myſteriū incarnationis? Nonne ipſa dormiente, poterat Deus in vterū eius deſcēdere, & carnem noſtrā aſſumere? Fœminæ multæ inuitæ matres fiunt. Et filij earum, verè filij ſunt ſuarū matrum: ipſæq; fœminæ matres perfectæ ſunt. Non eſt enim opus hoc volūtatis, ſed naturæ. Non ergo ad rationem & veritatem myſterij incarnationis, & ad veritatem humanæ naturæ in Chriſto, quicquam conducebat, quod ipſa Domina, & ſacra mater voluntariè genuerit, an non. Quid ergo eſt quòd eius fiat, requirit & expectat diuina maieſtas? Myſteriū, propter ſummum & maximum bonum ſacræ matris, hoc ordine peragitur. Vt comprobetur fœlicior & fœliciſsima per completionem ſummæ voluntatis Dei, quàm per eiuſdem generationem in ventre. Et cùm vtrunq; in illa videas, nunquàm ſatis celebrari iudices, quæ mater eſt Chriſti, & corpore & mente, faciens ſummam Dei voluntatem. Quod vt perfectiùs intelligas, nota quòd certè eſſe Dei matrem, dignitas eſt immenſa & infinita: vnde neque ex diuina potentia altiùs in hac parte potuit eleuari virgo, quia habuit quandam dignitatem infinitam: fieri itaque Dei matrem eſt materia obedientiæ ſublimiſsimæ.

Lege. S. Thom. 1. p. q. 25. ar. 6. Ratio eſt, quia bonū infinitū quod eſt Deus, eſt obiectum, & terminus huius maternitatis.

Humili quidem virgini Mariæ aſsimi ad qualemcunq; excellentiam, eſſet obedientiæ actus: quantò magis cùm vocatur à Deo ad dignitatē infinitam, ſuper quam ſolus Deus excelſior & altior excogitari poteſt? Omnes cælorū & ſanctorū dignitates huic non cōparantur. Vnde Anſelmus: Decuit virginē ea puritate nitêre, qua maior ſub Deo nequit intelligi. Quàm humilis fuit hæc ſacra virgo? Spiritusſanctus in cātico eius teſtatur hoc. Quia reſpexit humilitatē ancillę ſuæ, ecce enim ex hoc beatā me dicēt oēs generationes. Vnde Bernar. Virginitate placuit Maria, ſed humilitate concepit. Verè ſumma humilitas purę creaturę poſsibilis in ſacra virgine reperta fuit, ſiquidē ad dignitatem, quam diximus, aſſumitur: quę ab omnibus generationibus cōmendatur, prædicatur, & veneratur. Iam vide ſi ex propria ratione obedientię cōueniat humili virgini velle eſſe Dei matrē, cū infinita dignitas ſit.

Lege beatum Bonauenturā. 1. ſen. d. 44. in gloſ. marginali ſup magiſt. & fratr. Antoniū de Cordoua lib. 1. quęſt. q. 49 fol. 395.

Vnde

Iræneus li. 5. aduerſus hereſ. fol. 350.

Vnde beatus Irænæus multis locis, *fiat*, quod ex ore virginis cum ſummo gaudio C cælorum audiuit angelus, ex obedientia originatum eſſe teſtatur. Quemadmodum illa (Eua) per angelicum ſermonem ſeducta eſt, vt effugeret Deum, præuaricata ſermonem eius: Ita & hęc (Maria) per angelicum ſermonē euangelizata eſt, vt portaret Deū, obediens eius verbo.

Lib. 3. ca. 33.

Et antea cōferens Mariam virginem cum Eua virgine iterum inquit. Propter hoc & Lucas initium generationis inchoans in Adam retulit, ſignificās quòd non illi hanc, ſed hic illos in Euangelium vitæ regenerauit.

NOTA ualde.

Sic autem & Euæ inobedientiæ nodus, ſolutionē accepit per obedientiam Mariæ: quod enim alligauit virgo Eua per incredulitatē, hoc virgo Maria ſoluit per fidem.

Fol. 350.

Et ſuperiori loco iam citato: Et quemadmodum aſtrictum eſt morti genus humanum per virginem, ſoluatur per virginem ęqua lance diſpoſita virginalis in obedientiæ, per virginalem obedientiam.

Auguſti. ſermone de natiuitate domini.

Et beatus Auguſtinus, etiam conferens virginē Mariam cum Eua inter alia inquit: Pro inobedientia obedientia commutatur: fides pro perfidia cōpenſatur. Vides quomodo in ſacra virgine propriè re- D perta eſt ratio obedientiæ, cùm fiat mihi ſecundum verbum tuum, inquit, & facta eſt mater Dei? Commēdantur beatus Ambroſius & beatiſsimus Gregorius, quia latuêre,

Ambroſius & Gregorius.

aſſumptus alter ad Eccleſiam Mediolanenſem, alter ad ſummum pontificatum: laudātur iure, & prædicatur eorum humilitas & obedientia, dum accipiunt dignitates, quas per miracula Deus oſtendebat, & velle & demandare. Quantò magis ſacra Domina noſtra obediens inuenitur domini voluntati per angelum demandantis magnum incarnationis myſterium, in quo ſumma eius voluntas & beneplacitum ſita erant? Sed quia longè ſunt lachrimæ, gemitus & ſuſpiria ab hoc opere, nō magnifacis & venêraris illud: Quid comparari poteſt obediētię

Obediētia virginis.

Virginis ad mandatum paternum de morte filij: quod eſt ſecundum ſummè volitum à Deo, ad noſtram redemptionem, & ſui exaltationē? Quid ad hāc obedientiā illa eſt, quam in Abraham veneraris? Quantus eſt Iſaac vt cum Chriſto conferatur? Qualis eſt paternus animus Abrahæ ad Iſaac, ſi cū maternis viſceribus virginis ad Ieſum comparetur? Quanta aut qualis eſt dilectio Abrahæ ad filium, ſi cum amore matris virginis ad Ieſum componatur? Quæ in Abraham C veneraris & magnificas, non maiora aut ſublimiora ſunt, quàm terra ad cæleſtes orbes comparata, aut centrum ad ſuum circulum.

Diſsimilitudo.

De quo forſan in fine agendum nobis eſt. Magnum hoc præceptum & domini volūtatem ſacra virgo, nō per tres dies ſicut olim Abraham ſuſtinuit: ſed per continuos triginta & tres annos. Magnificat iure optimo Origenes obedientiam Abrahæ in graui illo mandato domini, præcipientis chariſsimi Iſaac immolationem: magnificat & dilatatum dolorem venerādi ſenis: cum tertia die ante immolationem prædictum eſt ei: & offeres illum ſuper vnum montium, quem monſtrauero tibi.

Orig. homil. 8. ſup. ca. 22. Ge. Abrahe obedientia.

Habebat Abrahā in his tribus diebus chariſsimum filium coram oculis ſuis, & in ſinu ſuo dormientem, & in menſa manducantem: exercebatur obedientia ſacri viri, adurebantur viſcera paterna prę dolore: inuictus tamen perſeuerabat amor erga Deum in corde ſacro. Quoties dixit vir hic magnus: propria manu hic chariſsimus filius à me occidendus eſt? Poſſet quippe dominus Deus aliter opus hoc diſponere, & dicere Abraham ſeruo ſuo. D Veni in terrā viſionis & tolle tecum filium tuum Iſaac, & ibi dicam tibi, quid te oporteat facere. Et cum illic eſſent ambo, potuit dicere: Immola hunc Iſaac. Et ſic minus coanguſtiaretur animus paternus ſuper Iſaac. Aliter tamen diuinum conſiliū opus ſuum perfecit. Tolle (inquit) filium tuū vnigenitū, Iſaac, &c. Et tertiò die eleuatis oculis vidit locum procul, &c.

Gene. 22.

Sacra autem virgo non intra trium dierum ſpaciū, ſicut hic Abraham, obediuit Deo imperanti mortē dilectiſsimi: ſed per continuos triginta & tres annos. Statim quidem præuidit moriturum filium pro omnium ſalute. Statim agnouit diuinam volūtatem & obedientiā, & obedire voluit, & ſeruare voluntatē Patris. Audi Simeonem illum iuſtū & timoratum. Conuerſus ad virginem dixit: Ecce hic poſitus eſt in ruinam, &c.

Luce. 2.

Et tuā ipſius animam pertranſiuit doloris gladius. Nonne mortem filij Dei & ſacrę virginis eidem vaticinatus eſt? Nonne mortem & paſsionē prædixit? Quod ſi aliunde hanc mortē non agnouit ſacra mater, certè cùm eſſet cūctis prophetis excelſior & illuminatiſsima ab Spiritu ſancto, ab hora incarnationis, ſaltē ex ore ſenis manifeſta facta eſt illi. Vnde per omnem vitam Chriſti filij ſui, pręcepto

paterno

paterno de morte illius obediuit, & voluntatem patris in ſumma re perfecit: & pluſquàm martyr à ſanctis deſcribitur. Podera & magnifica. 33. annos huius virginis, in hac conſideratione & obedientia, & dolore. Quid ſi ad eam ipſam horam crucis & mortis domini Ieſu accedas, quid dicere poteris de hac beata matre & ſacra virgine? Obediuit certè, & voluntatem patris perfecit vſque ad oblationem chariſsimi filij in cruce. Et de re hac & ſimilibus teſtatur Euãgeliſta: Maria conſeruabat omnia verba hæc, conferens in corde ſuo. Manſit alta mente repoſitum verbum ſenis Simeonis: nec per diem ab eius conſideratione & meditatione ceſſabat. Vides iam qualis eſt crux matris Chriſti? Prouabis certè quàm perfectè voluntatem Patris perfecit in rebus maximis & ſublimioribus & difficilioribus. Qualis & quanta eſt per iſta omnia, ſacra virgo ſi noſti? Quàm beata? Quàm intimè ſoror & mater Chriſti? inde vniuerſus hic ſermo exordium habuit. Dicta eſt ſacra Domini mater, mater dilectionis, timoris, magnitudinis & ſanctæ ſpei. In ſumma dilectione timor de morte filij fundatus erat. Timor de agnita paſsione habebatur. Sed fortis erat & fortiſsima Angelorum, & hominum. Mirabile eſt omne quod fit circa virginẽ. Obediens & volens, & FIAT dicens: celebrat myſterium incarnationis, vt ſummas Dei voluntates perfeciſſe comprobetur ipſa ſola in vniuerſo cælo & orbe: cum etiam per tres & triginta annos inuenta ſit obediens voluntati Patris in mortem Chriſti, quam ipſi virgini reuelauit. Sufficiebant ad hanc obedientiam ante tres dies annuntiare huic matri ſanctiſsimæ crucem & mortem Chriſti: Sicut cum Abraham actum eſt. Sed quæ cunctis prędeſtinata eſt excelſior & ſublimior hominibus & angelis, non ante tres dies, ſicut Abraham, mandatum habet de morte filij (vt dixi) & diuina voluntas ei reuelatur: ſed ſtatim ab exordio ſanctæ natiuitatis. Huic virgini conuenit, propter Sion non tacebo, &c. Vbi manifeſtę de incarnatione verbi Dei agit propheta. Et humanitatẽ Chriſti alloquens, inquit. Eris corona gloriæ in manu Domini, & diadema regni in manum Dei tui. Quæ poſſunt conuenire ſacræ Dominæ & aptari. Corona quidem eſt regni, & diadema gloriæ in manu Domini. Quæ ab hora incarnationis non vocabitur deſerta neque derelicta, ſed terra eius virginalis & generoſi ventris inhabitata fuit à verbo. Iam ad noſtrum propoſitum inquit Propheta: Et vocaberis voluntas mea. Hoc eſt nomen ſacræ Matris Chriſti: Voluntas Patris, quam perfectiſsimè adimpleuit. Ad hæc omnia dictum eſt ab angelo: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te. Vbi beatiſsimus Athanaſius inquit: Spiritus ſanctus cum omnibus ſuis eſſentialibus virtutibus, quæ illi per rationem diuini principatus adſunt, imbuit eam ſua gratia, vt in omnibus gratioſa appareret. In quo verbo ſanctus Doctor excellentiſsimam & præſtantiſsimam gratiam virginis Mariæ expoſuit. Gratia enim quę collata eſt noſtræ Dominæ non vulgaris eſt, ſicut in cæteris ſanctis reperitur: ſed illa quæ Spiritui ſancto præſto adeſt ad magnificam demonſtrationem & comprobationem ſui principatus. Comprobatur principatus Spiritus ſancti ex gratia & donis quæ virgini Mariæ contulit. Quòd ſic intelliges. Dedit Abraham cuncta quæ poſſederat Iſaac: filijs autem concubinarum largitus eſt munera, & ſeparauit eos ab Iſaac filio ſuo, dum adhuc ipſe viueret. Cunctis angelis & hominibus quaſi filijs concubinarũ, dedit Spiritus ſanctus dona magna & ſublimia. In ſacram verò virginem deſcendit cũ omnibus ſuis eſſentialibus virtutibus quæ illi adſunt pro ratione ſui principatus: quã ſeparauit à cunctis Angelis & hominibus: quia Dei mater eſt. Quis ſapiens & intelliget hæc? Certè non ego. *Quæ eſt Mater mea?* Non ergo reiecit matrem vel hîc, vel alibi in Cana Galilęæ, vel vbi dixit: Quinimo, beati qui audiunt verbũ, &c. vel in cruce etiã mulierem cõpellans. Sed per omnẽ modum ſacra virgo eſt mater Chriſti. Neq; eſt in cunctis millibus generationibus hominum, quæ ſic nomenclaturam matris impleat, ſicut ſacra virgo Maria. Ad quam ſolã generatio Chriſti ſpectat, non diuiſim ad ipſam & virum ſuum, quia de Spiritu ſancto conceptus eſt Chriſtus & de ſacra Virgine, quod eſt ſumma pulchritudo, & decus honeſtiſsimum. Nec mihi pigrum, aut tibi inutile candidè lector rem hanc aperire, cùm ſemel de ſacra Domina loqui cœperimus. Lege Euſebium Cæſarienſem libro de demonſtratione Euãgelica. 10. Vbi ſic ſcribitur, cùm exponit locũ pſal. Quoniam tu es qui extraxiſti me de ventre, &c.

Meritò

Maria pluſquam martyr, ſic Hieronymus.

Luce. 2.

Eccli. 24.

Eſaie. 62.

NOTA *ualde.*

Mariæ nomen.

Luce. 1.

Athanaſius in Euãgelio de Deipara virgine.

Marię gratia.

NOTA *ualde.*

Gen. 25.

Ioan. 2. ead. ibi. cap. 11. ibidem. 19.

Euſeb. lib. 10. de demonſtratione Euang. demõſtrat. ultima.

Meritò autem hæc meminit, vt ſeipſum cõſoletur, & à præſentibus malis auertat.

C

Pſal.21.

Nimirum quia conceptus fuit de Spiritu ſancto, & manu Patris de vtero virginis extractus, vbi non ſolum commemorat patris & Spiritus ſancti omnipotentiam in ſua conceptione, quia de ſacra virgine fuit conceptus, & natus illibato clauſtro vteri virginalis: ſed quàm pulchrum & decorum fuerit illi, ſic de virgine concipi per Spiritum ſanctum: vt cùm etiam à Patre derelinquitur: ſaltem ex generoſa, natiuitate & conceptione conſoletur ſe ipſum in cruce. Lege Origenem.

2. tom. ſol. 606.

Tandem ſi placet adhuc verbũ illud, *Fiat*, quod ſacra virgo angelo reſpondit inculcare, excellentiſsimam magnificẽtiæ virtutem in eo inuenies.

Magnific. & magnificentia. *4. Eth. c. 2.*

Ad hanc virtutem ſecundum Ariſtotelem ſpectat magnos ſumptus & liberabiliter, & honeſta de cauſa atque diſciplinata facere. Quæ omnia cum doctores non poſsint cõcedere virgini Mariæ, quæ duxit pauperem vitam, inquiunt non habuiſſe virtutem magnificentiæ formaliter, quoad plenam rationem eius,

D

ſcilicet quoad formale ſimul & materiale, ſeu quoad actus exteriores virtutis huius: Habuit tamen eam eminenter in magnifica exhibitione ſui ipſius vt eſſet mater Dei, & promptiſsimum animum ad magna opera proſequenda.

Lege S. Tho. 2. 2. q. 129. ar. 3. ad. 3.

Ego tamen pro mei ingenij paupertate, virginem Mariam magnificam ſuper cunctos profiteor. Quippe quæ dedit filio Dei: vnde ſumptus magnificentiſſimos ageret, ſcilicet carnem humanam & ſanguinem, quem pro noſtra redemptione fudit, & in qua paſſus eſt mille tormenta. Hæc dedit generoſa virgo Dei filio. Sciens illum ad faciendum hunc ſumptum magnificentiſsimum venire in mundum, & in ea hominem fieri, & cum fundebat ſanguinẽ Chriſtus in ſua paſsione, complacebat ſacra virgo & mater in ſanguinis effuſione pro mundi ſalute. Qui finis ſublimiſsimus eſt, & honeſtiſsimus, nimirum quum homo ſuo reconciliabatur autori, & in Deum reducitur: & diuinę iuſtitię ſit ſatis pro magna inobedientia Adæ. Nunquàm tales ſumptus ſiue in cælo, ſiue in terra, ſiue in rerum omnium conditione fecit manus altiſsimi: ſicut in cruce fundens ſanguinem ex virgine matre, cum eius, FIAT, deſumptũ. Et FIAT hoc, non tantũ vt Deus homo fiat dicitur à virgine: ſed etiam, vt in aſſumpta carne & ſanguine hominem redimat, & in Deum reducat. Nonne ſacram virginem magnificã ex his dices? Nonne comprobabis? ſit ſatis ne in infinitum abeat calamus, ſicut & deſiderium cordis pij & deuoti erga ſacram virginem Chriſti Ieſu Matrem. Ex his intelliges qualis fuit corona in ſacra Aſſumptione, quæ cõceſſa eſt huic matri. De qua in cantico Dauid: Aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaureato.

Pſal. 44. NOTA *valde.*

In ſingulis verbis ſumma nobilitas triumphi & coronæ virg. declaratur: & noſtrum ex ea patrocinium. Quippe quæ ſicut à beato Stephano deſcribitur aſtans Chriſtus, ſic & ſacra mater:

D

vnusquiſque in ſuo ordine. Sedere dicitur propter dignitatẽ & honorem, & regni eius gloriam, dicitur ſtare propter intentum & aſsiduum ad ſuos milites patrociniũ. Sic & ſacra Virgo. In veſtitu, qui non ſimplici & vna conſtat tunica: Sed omnibus quæ ad ornatum aſſumuntur. Deaurato. Quid magni hoc eſt? Quare non eſt aureum veſtimẽtum Virginis matris? Quomodo aut Deo difficile, aut ſacræ virgini oneroſum? Animæ glorificatæ quomodo graue eſſet corpus aureum ex auro puriſsimo? Sed dignior eſt veſtitus deaureatus, quàm ex auro puriſsimo. In veſtitu deaureato virginis à dextris filij, proprium & verum corpus humanum in ea comprobatur: non tamen mortale, ſed deauratum ex gloria reſurrectionis. Illud ergo corpus quod habuit in terra, habet in dextera filij deauratum ex dotibus glorioſis. Dilata hæc omnia.

Finis capitis tertij & libri tertij Commentariorum in Marcum.

LIBER

LIBER QVARTVS COMMENTARIORVM IN MARCVM.

A ET ITERVM *cœpit docere ad mare: & congregata eſt ad eũ turba multa: ita ut in nauim aſcendẽs ſederet in mari, & omnis turba circa mare ſuper terram: & docebat eos in parabolis multa: & docebat eos in doctrina ſua.* In genere, nec deſcendens ad ſingularem doctrinam vſque huc proſecutus eſt beatus Marcus ſuum Euangelium: neq; verbũ ex millibus quæ in Capharnao locutus eſt dñs propoſuit, præter thema ſui Euãgelij, Pœnitemini & credite Euang. &c. & præter aliquas reſponſiones, ad importunas Scribarum & Phariſæorũ quæſtiones, ſiue interpretationes. Hoc tantũ verbo, Docebat eos, aut, Erat prędicãs in Synagogis eorũ, aut Loquebatur eis verbũ: vſus eſt S. Euãgeliſta: tacens, quæ, aut qualia erãt, quæ dñs Ieſus docebat: pter hæc, quæ in fine tertij cap. cõprobaturus Dñs, ꝙ certè non haberet Beelzebub deſcripſit, &c. Iã ergo ad indiuiduã & ſingularem doctrinã ſe accingit

Luc. 8. B

Euãgeliſta: ſicut B. Matthęus, aut Lucas, & inquit. *Et iterũ cœpit docere ad mare.* Tẽpus huius prædicationis ſignat B. Mathæus di-

Cap. 13.

cens: In illo die exiens Ieſus de domo, ſedebat ſecus mare. Vbi apertè vides hanc prædicationem & turbarũ congregationẽ cõtigiſſe ipſa illa die, in qua Scribæ ab Hieroſolymis dixerunt dñm Ieſum habere Beelzebub. Ex quo feruor prędicationis eius com-

Feruor prædicationis Chriſti

probatur: quippe qui nullã requiem habebat: & vix panẽ ſumebat, totus prædicationi & ſaluti hominũ intentus. Nõ parum refert ſcire tẽpus quo dñs omnia hæc operabatur. Nulli parcebat labori, & inediam patiebãtur, tam ipſe quàm ſui, propter inſtantiã prædicationis. Bene de illo ſanctus Pro-

Pſal. 68.

pheta: Laboraui clamans, raucæ factæ ſunt fauces meæ. Et alter propheta: Tota die

Eſa. 65.

expandi manus ad populum contradicentem mihi. Quid eſt extendi manus? Nun-

Cap. 5.

quid ad vindictam, ſicut ipſe Eſaias dicit: Iratus eſt Dñs in populũ ſuum: & extendit manum ſuã? Non certè, ſed ſicut in pſal. legimus: Extẽdiſti manus tuas, & ſaluaſti eos.

Pſal. 137.

Ad eorũ ergo ſalutem extendebat manus ſuas: non in vindictã ex ira. Sic legis extendiſſe Dñm manum cõtra Petrum, cum de-

Matt. 14.

mergeretur in mari, vt ſaluaret eum. Obſerua ergò quàm diligens fuit dñs Ieſus in procuranda noſtra ſalutę: qui non ſemel in die verbum regni Dei proponebat, ſed multoties, & etiã magnis affectus iniurijs. Exulta-

Pſal. 18.

uit nanq; vt gigas ad currendam viam. Ad currendã viam inquit ſanctus propheta. Iu-

Eſai. 5.

dicate inter me, & vineam meam. Quid debui facere vineæ meæ, quod non feci? Magna iuſtitia tua Dñe: qua in die mortis, & vniuerſalis iudicij decertabis contra nos. Noſmetipſos aduerſus nos contra te iudices inſtituis.

Iuſtitia Dei in vltione peccatorum.

Væ nobis qui tantam ſalutem negligimus. Propter hoc in ſapientia aduerſus iudices deſcribitur terribile & tremendũ iudiciũ.

Iudicium vltimum.

Sap. 5.

Accipiet armaturã zelus illius, & armabit creaturã ad vltionẽ inimicorũ. Induet pro thorace iuſtitiã, & accipiet pro galea iudicium certũ: ſumet ſcutũ inexpugnabile, æquitatẽ: acuet autẽ diram irã in lãceam.

De quo ad longũ. cap. 13.

B Vbi vides quomodo omnia arma tremendi iudicis iuſtitia & ęquitas ſunt. Vnde aduerſus ſemetipſum cõuictus homo peccator ſententiã feret, & iudicis irã & vindictã probabit. Inuincibilis potẽtia, & immenſa iuſtitia, quæ reos ipſos iudices conſtituit.

NOTA valde.

Quid debui facere, quod nõ feci? Obſerua attentiſsimè, quod nõ dicit quid potui facere, ſed quid debui.

Timor domini.

Non enim fecit Deus omnia quę poteſt ad noſtrã ſalutẽ. Sic enim omnes homines ſalui fierent: ſed omnia quę ſufficiunt. Vnde time qui bibis ſicut aquã peccatum, nec reſipiſcis in mille vocationes

Iob. 15.

Spiritus ſancti, ne forte iã fecerit Deus quę debuit facere. Peccaſti fili, ne adijcias.

Eccli. 21.

Vidiſti ergo ſummũ ſaluatoris ſtudiũ in prędicando regnũ Dei, & ex hoc pietas eius multa & magna claruit, & deſideriũ eius pro noſtra ſalute. Time ne ex contẽptu in idẽ incidas iudicij exemplũ & flagellũ. In illo die exiens de domo in qua curauit hominẽ mutum & cæcũ & poſſeſſũ à dæmonio, & vbi

ſummã iniuriam accepit ab Scribis Hieruſa
lem, *Iterũ cœpit docere ad mare & cõgregata eſt* C
ad eum turba multa. Reliquit domũ & egredi
tur ad mare. Per illã Iudæorum gens ſigni-
ficatur: & per hoc populus gentiũ. Relicta
enim domo ſua & hæreditate, ad populum,
qui nõ cognouerat eũ, cõuolauit, & vtroq;
brachio fidem eius amplexati ſumus: quod
Lingua ne mille locis prophetarũ prędictũ fuerat. Ob
quã parum ſerua quàm parũ lingua peſsima Scribarum
nocuit chri aduerſus Ieſum Dñm noſtrũ præualuit: Di
ſto. xerunt Beelzebub habet, & in principe dæ
Supra.c.3. moniorũ eijcit dæmonia. Quis vocẽ hanc
non timeret? Quis audiens ab ore Scribarũ
& Phariſeorũ vocẽ illã, non haberet vel ſuſ
picionem aliquã, nunquid doctrina Chriſti
eſſet à Deo, & ipſe magiſter? Et tamẽ tãtus
fuit hominũ concurſus, vt oporteret de do-
mo exire & à ciuitate, & accedere ad mare
& nauim cõſcendere, ne magiſter cœleſtis
à turbis opprimeretur, & cõgruè poſſet do
cere. Vides quod infirmus eſt homo cõtra
Deum? ſed neq; contra ſeruos ſuos præua-
Cap. 1. lere poteſt. De quo dñs ad Hieremiã: Ego
quippè dedi te hodie in ciuitatem munitã,
& in columnã ferream & in murum æneũ,
& bellabunt aduerſum te, & non præuale-
bunt, quia ego tecum ſum, ait Dominus, vt
Exo.7. liberem te, Non præualuerunt Ioannes & D
2.Timo. 3 Mambres in Aegypto aduerſus Moyſem:
quin potius eduxit omnem illum populũ
ad mare Rubrum. Non præualuit Scriba-
rum chorus contra dominũ Ieſum: etiamſi
dixerunt, Beelzebub habet: etiamſi in fu-
rorem conuerſum crediderunt. Noli ergo ó
homo mortale brachium timere: ſed in his
quæ Dei ſunt perſeuera, & pro iuſtitia cer-
tans vſque ad mortem: ipſa quippe expu-
gnabit pro te inimicos tuos. Infinita ho-
minum multitudo ad illũ egreditur ad ma-
re, vt ab ore eius Euangelium regni Dei
4.Reg. 18 audirent. Sic Rapſaces ille ſeruus regis Aſ-
ſyriorum non potuit obtinere à viris Hie-
ruſalem ne crederent Ezechiæ Regi, neque
Cap. 19. fiduciam haberent in Dominum. Et tan-
dem exaudiuit Dominus Ezechiam: & ſer
uauit Hieruſalem, & omnes viros eius: ita
vt neque ſagittam Rapſaces in illam mit-
teret, & miſſo angelo Domini interfecit de
caſtris Aſſyriorum centum octoginta quin
que millia. Sic peſsimi viri iſti Scribę, etiam
ſi maximam infamiam contra Dominum
Ieſum machinati ſunt: non tamen diſceſsit
ab illo deuotus populus: ſed totus ei in-
tendens ſequitur quocunque pergit, & do-
C ctrinæ aſtat religioſus. Vtinam tantam ha
beret populus noſter deuotionem ad Do-
minũ, cui etiam prędicatur quod Dauidi, nõ
eſt ſalus ipſi in Deo eius, cum fideli & de- *Pſal. 3.*
uoto Rege adhuc patientiam ſeruans pro-
pter Dominum, in confeſsione dicat. Tu
autem Domine ſuſceptor meus es, gloria
mea, & exaltans caput meum. Magnæ phi
loſophiæ magiſterium habet hæc ſenten-
tia Prophetæ. Fugiebat Dauid à facie Ab-
ſalon filij ſui, & multi dicebant ei: Non *2.Reg. 15*
eſt ſalus illi in Deo eius: Ipſe tamen con-
uerſus ad Dominum, & totus accenſus in
zelum honoris illius: Tu autem Domine
ſuſceptor meus es, gloria mea, & exaltans
caput meum. Sic in ſuperioribus vidimus
Phariſæos contra Chriſtum, eius diſcipu-
lis dicere: Quare magiſter veſter, &c. Ipſi
tamen non diſceſſerunt ab illo. Quot ſunt
qui patientiam in iniurijs deſpiciunt? Quot
ſunt qui cultores caſtitatis exibilant? Vir ta
men iuſtus & timoratus non diſcedet ab il-
lis. Dilata & pondera. Timeat ergo omnis *Scandali-*
qui procurat auertere ſiue à fide Chriſti, ſi- *zatores fra*
ue à virtutibus ſeruos eius: quia certè diſ- *trum.*
perdet illum Dominus. Quod tam grande
malum eſt, vt Apoſtolus deprecetur: Vtinã *Gal. 5.*
D abſcindantur, qui vos conturbant. Et præ-
dixit ante hæc: Qui conturbat vos, porta-
bit iudicium, quicunq; eſt ille. In quorum *Num. 14.*
figurã exploratores illi qui deterruerũt po
pulum Dñi currentem ad terrã promiſsio-
nis, portauerunt iudiciũ à Dño: & interfe-
cti ſunt ab illo. Inquit ſcriptura: Igitur om
nes viri quos miſerat Moyſes ad contem-
plandam terram, & qui reuerſi murmurare
fecerunt contra eum omnem multitudi-
nem, detrahentes terræ, quod eſſet mala,
mortui ſunt, atque percuſsi in conſpectu
Domini. Vt autem oſtendat quòd nõ ſunt
naturali morte mortui, ſicut illi, qui eis cre
diderunt: ſed quòd certe interfecit eos Do
minus propter ſcandalum quod in populo
ſparſerunt, dicit: & percuſsi ſunt in conſpe-
ctu Dñi. Sit ſatis de re hac. Congregata eſt
ergo ad Chriſtum turba hominum multa,
etiamſi Scribæ dixerunt: Beelzebub habet:
nec diſceſſerunt à Chriſto: & erat tanta illa
multitudo: *Vt nauim aſcendens ſederet in na-*
ui, & ſic omnes auditores ante faciem ſuam *Prædicato*
habebat: nec parum ad doctrinæ perſuaſio *ris. facies*
nem cõducebat videre faciem domini Ieſu. *ad doctrinã*
Diffuſa quidẽ erat gratia in labijs Domini, *conducit,*
& in

& in vultu maieſtatis eius diuina claritas re lucebat, & dulcedo mellifluæ affabilitatis emanabat, quibus trahebat ad ſe corda & mentes audientium. Sed & terrore nimio corripiebantur, cum minas ingerebat in peccatores. Bonum ergo & vtile erit auditoribus ſi prædicantem magiſtrum atten tè inſpexerint. Eſt enim quædam energia & efficacia in vultu & verbis eius, quæ valde ad perſuadendum conducunt. Circa mare erat omnis turba: nauis verò Saluatoris aliquantulum intra mare: quantum ſcilicet oportebat ad illius gubernationem: populus verò proximus mari, nec conſabulantes aut deambulantes erant viri, dum magiſter docebat. Quod vitium familiare multis eſt, etiam dum oportet ſumma obſeruantia & timore aures mentis & corporis doctrinæ apponere. Viri illuſores ſunt, & mendaces, & inuicem ſibi ipſis ſcandalum in confabulationibus, &c. E contra
Cap. 2. Eccleſiaſticus inquit: Qui timent Dominum, non erunt incredibiles verbo illius. Et qui diligunt illum, conſeruabunt vias illius. Qui timent Dominum inquirent quæ beneplacita ſunt ei: & qui diligunt illum replebuntur lege eius. Et in Pſalmo
Pſal. 77. propheta Dauid. Attendite popule meus legem meam, inclinate aurem veſtram in verba oris mei. Et alio loco. Inclina au-
Prouer. 22 rem tuam, & accipe verba intellectus. Vides magnum & ſublime bonum audientium ſanctam legem Domini cum timore
Cap. 30. & dilectione? Obſerua quæ in ſancto Eſaia dominus loquitur aduerſus irriſores doctri
Pœna contra irriſores uerbi. næ legis: Ingreſſus ſcribe ei ſuper buxum, & in libro diligenter exara illud, & erit in die nouiſſimo in teſtimonium vſque in æternum. Quale eſt delictum huius populi quia in eorum condemnationem vſque in æternum deſcribitur ſuper buxum? Populus enim ad iracundiam prouocans eſt, filij nolentes audire legem Dei. Vn-
Cap. 28. de paulò antea ab eodem Eſaia viri illuſores appellantur. Vir timoratus totus pendet ab ore prædicatoris, memoriæ commendat legis Dei ſui mandata & doctrinas, & domi requieſcens de illa interrogat & cogitat, & filijs ad menſam monita ſalutis infundit, & bonam indolem cum illis. *Dominus erat in mari ſedens in naui*, populus
Prædicatorũ pericula in terra. In hoc docemur quantis periculis expoſitus ſit prædicator: & intra portum populus audiens legem Domini. Quis numerabit prædicatorum pericula: perſecu-
A tiones, inuidias, calumnias, riſus? Patienter tamen ferenda ſunt omnia hæc propter electos, vt ſalui fiant: nec diſcedere debent à reprehenſione & commonitione: quia magna gratia illis repoſita eſt, neque infructuoſus eorum labor. Habes magnam doctrinam & exemplum ad rei huius confirmationem apud Diuum Paulum. Labo- 2. *Tim.* 2.
ro in euangelio vſque ad vincula, quaſi male operans: ſed verbum Dei non eſt alligatum. Ideo omnia ſuſtineo, propter electos, vt ipſi ſalutem conſequantur, quæ eſt in Chriſto Ieſu cum gloria cœleſti. Sed quid in re hac alium quærimus magiſtrum & exemplum, cum habeamus dominum Ieſum: qui tantam aduerſus ſemetipſum à peccatoribus ſuſtinuit contradictionem, pro- *Heb.* 12.
pter teſtimonium veritatis & doctrinam euangelij? Propter illud mortuus eſt. Ego in hoc natus ſum, & in hoc veni in mun- *Ioan.* 18.
dum, vt teſtimonium perhibeam veritati: propter quam & mortuus eſt: ſed & omnes prophetæ perſecutionem paſsi ſunt propter doctrinam, & Apoſtoli, &c. quod ſatis prædixit dominus Hieremię & Apo-
B ſtolis ſuis. *Et erat docens eos in parabolis multa.* Parabola eſt rerum natura diſcrepantium ſibi, ſub aliqua ſimilitudine facta com paratio. Vnde moræ ſuæ prudentiæ loquitur: vt qui cœleſtia capere non poterant per ſimilitudinem terrenam auditam, percipere poſſent. Et ſic parabola græcè, latinè ſimilitudo dicitur & prouerbium: ſic interpretatur locus ille: locutus ſum in prouerbijs, id eſt, in parabolis. Et prouerbia Salomonis dicta ſunt parabolæ, quia quod intelligi volumus per aliquas ſimilitudines indicamus. Præter hoc quod ſermo parabolis & comparationibus exornatus, gratior eſt cuncto populo: & tenacius ſeruat quæ ex parabolis didicit: quàm quæ nudo & ſimplici ſermone: ſed aliquando parabola occultat ex diuino iudicio doctrinam, ſicut ſuo loco dicemus. Beatus Matthæus poſt omnes illas parabolas, quas ipſe enarrat, completam teſtatur prophetiam, quæ in pſalmo ſcribitur: Attendite *Pſal.* 77.
popule meus legem meam, &c. Aperiam in parabolis os meum, loquar propoſitiones ab initio. Quis hoc loco non excitetur de ſomno? Quis audeat, velut manifeſtas percurrere parabolas & propoſitiones, quæ nominibus ſuis indicant altiùs

Parabola quid. *Lege Auguſt. quæſtionũ Euã gelij. lib. 2. cap. 45. to. 4.* *Ioan. 16. f.* *Similitudines utiles in contionibus.*

L 2 per-

Aug ſuper hunc pſal. perſcrutari oportere? Parabola quidē alicuiuſrei ſimilitudinē præſegerit: quod licet C
Parabola. ſit vocabulū Grçcū, iam tamen pro Latino vſurpatur. Et notum eſt quod in parabolis quæ dicuntur rerum ſimilitudines, rebus de quibus agitur, comparantur. Propoſitio-
Problema ta. nes autem quæ græce appellantur problemata, quæſtiones ſunt, habentes aliquid, quod in diſputatione ſoluendum ſit. Quis ergo parabolas & propoſitiones tranſitorie legat aut audiat? Quis non his auditis, vigilantiam mentis præſtabit, vt ad earum fructum intelligendo perueniat? Magnum ergò & ſublime eſt quod in parabolis loquitur Dei ſapientia Chriſtus, cùm in tanto verborum pondere per prophetam prænuntiauerit ſeſe loquuturum in parabolis. Attentum ergò & reuerentem inſtituit auditorem. Quod Euangeliſta cum eſſet docturus, poſt illa verba inquit: *Et docebat illos in doctrina ſua.* AVDITE. Certe (vt mihi videtur) non erat tumultus aliquis etiam in magna illa turba hominū: propter quem ad loquendum dominus Ieſus deberet dicere, AVDITE. Sed cum verbum ab ore ſuo ad ipſos iam iam facere deſtinabat, reuerentiam & attentionem, D denique perfectam obſeruantiam in verbo Audite, requirit. Docebat ergo eos
Attentio multa legi & mandatis Dñi. in doctrina ſua. Magna ſunt hæc. Non eſt quod auidius & cum ingentiori attentione debeat, aut poſſit audire mortalis homo, quàm verba doctrinæ ab ore Chriſti. Ad doctrinam hanc totus homo ſeſe debet colligere, & vtranque manum extendere, ſicut ille ſanctus rex David qui dicebat:
Pſal. 118. Et leuaui manus meas ad mandata tua quæ dilexi. Nec hoc ſufficit, ſed quod ſtatim inquit, ſeruandum tibi etiā eſt: Et exercebor in iuſtificationibus tuis. Exercitium per opera vigilātiſſimum tibi eſt neceſſarium.
Rom. 2. Non enim auditores legis iuſti ſunt apud Deum, ſed factores legis iuſtificabuntur.
Heb. 4. Non enim prodeſt ſermo auditus, non admixtus fidei, & in exercitio & obedientia honoratus. Hunc honorem & reueren-
Matth. 17 tiam cœleſtis pater docuit in monte Thabor: cùm imperante ipſo Apoſtolis audire vocem & doctrinam domini Ieſu, ceci-
Timor ad verba Domini. derunt in terrā tremebundi. Quid eſt quod Ioannes Baptiſta audit? Hic eſt filius meus dilectus, & ſtat ſuper ripam Iordanis: & Pe-
Matth. 3. trus ſimiliter audit cum Iacobo & Ioanne,
NOTA. & omnes cadunt ſuper facies ſuas in terrā. Vt mihi videtur in Thabor aliquid dicitur C quod non in Iordane, nimirū AVDITE. Hæc vox eſt quæ penetrare debet omnia viſcera, etiam Apoſtolorū illorum, qui columnæ erant. Hæc vox eſt quæ omnem reuerentiam & timorem debet incutere hominibus: paternum ſcilicet mādatum ad nos, vt filium, qui in doctrina ſua docet, audiamus, & illi obtemperemus: nec malè fortes iam inueniamur cōtra Dñm, ſed exanimes facti atq; imbecilles ad deſideria noſtrę carnis, cum Paulo etiā in terram cadentes, in toto corde dicamus: Dñe quid me vis facere? *Acto. 9.* Optimè, in terrā proſternatus in voce dñi Ieſu, & tremebundus, ex ſummo deſiderio obediendi, & operandi quæq; dura & grandia dixit: Quid me vis facere? Petrus Iacobus & Ioannes cadunt etiam in terram in voce, AVDITE. Et Chriſtus docturus in doctrina ſua, AVDITE, inquit. De quo iterum cap. 9. Iam videat Euangelicus cōcionator, an oporteat ad riſum vocare populum, vel ad reuerentiam & timorem diuinorum eloquiorum. Iam videat num oporteat docere in doctrina Ariſtot. D vel Pitagoræ vel Xenophontis, an in doctrina Chriſti, & Apoſtolorum, & ſacrorū doctorum eccleſiæ. In doctrina ſua docet multa Chriſtus: & ante doctrinam attentionem exigebat in voce AVDITE. Inexcuſabiles in illa inueniuntur, qui audire nolūt, Audite, inquit. De re magna promittit ſermonem, & valde neceſſaria auditoribus: In deſiderio ergo, in timore domini, in præparatione obedientię audiamus quid loquatur dominus Deus. *Ecce exijt ſeminans ad ſeminandum, & dum ſeminat aliud cecidit ſecus viam, & venerunt volucres & comederunt illud: Aliud verò cecidit ſuper petroſa, ubi non habuit terram multā: & ſtatim exortum eſt, quoniā nō habebat altitudinem terræ, & quando exortus eſt ſol, exæſtuauit: & eò quòd nō habebat radicē, exaruit. Et aliud cecidit in ſpinas, & aſcenderūt ſpinæ, & ſuffocauerunt illud, & fructum non dedit. Et aliud cecidit in terrā bonam, & dabat fructum aſcendentē, & creſcentem, & afferebat unū trigeſimū & unum ſexageſimū, & unū centū. Et dicebat eis: Qui habet aures audiēdi audiat.* Hæc eſt parabola; antequā dixit: Audite, & iam nunc dicit: Qui habet aures audiēdi audiat. Magnum ſit oportet, quod latet ſub parabola, ſiquidem Dei ſapientia primò loquitur generaliter omnibus dicens, Audite. Vbi cōmunem volūtatem ad omniū ſalutē decla-

declarat: & propoſita parabola paucioribus dirigens ſermonem (pauci enim ſunt qui habent à Deo aures audiendi) dixit: Qui habet aures audiendi audiat. In qui-

1. Tim. 2. bus probabis doctrinam Pauli Apoſtoli, Deus vult omnes homines ſaluos fieri, &

2. Timo. 2 ad agnitionem ſui nominis venire. Et alio loco dicit: Cognouit Dominus qui ſunt eius, & diſcedat ab iniquitate omnis qui inuocat nomen domini.

NOTA valde. O mirabilis ſapientia Doctoris gentium. Ne quis ſibi vanè promitteret ſalutem, etiamſi notus & prædeſtinatus ſit à Deo, vel quia inuocat nomen domini, quibus duobus videtur repromiſſa ſalus & conſecutio regni, addidit quod ſubinde neceſſarium eſt, & ex libero arbitrio

Sigillum prædeſtinationis quã habeat inſcriptionẽ. cum Dei adiutorio: Et diſcedat ab iniquitate. Non ſufficit notum à Deo eſſe vel etiã inuocare ſanctum nomen eius, ſed oportet diſcedere ab iniquitate, & operari iuſtitiã. Sigillum diuinæ prędeſtinationis ſuperſcriptionem hanc habet: & diſcedat ab iniquitate: nec dicere licet: ſi prædeſtinatus ſum, ſaluabor vtcunque vixero: quia ſigillum hoc in mente æterna, inſcriptionem hanc habet: diſcedat ab iniquitate. De quo Da-

Pſal. 14. uid ad longum in pſalmo: Dñe quis habitabit in tabernaculo tuo? Infra iterũ de hoc agendum eſt. *Ecce exijt ſeminans ad ſeminandum.* Ecce demonſtratiuum eſt: ſeipſum demonſtrat Chriſtus agricolam ſeminantem. Singula verba emphaſim habent: diligentemque magiſtrum & diſcipulum cu-

Pro mille locis Ioannis conſideratio. pidum doctrinæ deſiderant. *Exijt ſeminans ad ſeminandum.* Magnum opus hoc eſt. Vnde obſecro exiuit? Certè à Patre & veni in mundum, inquit ipſe, per myſterium

Ioan. 16. incarnationis exijſſe dicit, & veniſſe ad homines. Quid deerat filio Dei in ſinu patris, quia exijt ad ſeminãdum? Quid poterat colligere? Nunquid fructũ vberrimum ad multos annos pro ſua & ſuorum ſuſtentatione & cibo? Qui ad ſeminandum ſub frigore de lecto & domo exijt, famem videtur timere, & ei occurrere curat, fructum multiplicatum deſiderat, quia quod anno ſuperiori inuenit, antiquatur, &c. Audite qui habetis aures ad audiendum: & intelligite quàm obnoxij ſumus Chriſto propter opus E-

Cap. 1. Filij & Patris æqualitas. uangelij. Qui eſt in ſinu Patris enarrauit nobis, dixit magnus ille Ioannes: per quod verbum, æqualitatem filij cum Patre demonſtrat. Qui in ſinu Patris eſt æqualis eſt, & Deus eſt. Non ergo indiget bo-

norum noſtrorum. Perfectè ergo magni-

A ficus, & ſolus magnificus in hoc opere ſaluator comprobatur. Tria (ſicut ſuper diximus) ad magnificum & magnificentiam ſpectant. Et quod faciat ſumptus grandes, & quòd ſit liberalis, & quod honeſti *Chriſtus magnificus quo modo.*

cauſa & gratia. Vide hæc tria in cœleſti agricola Chriſto. Quales fuerunt ſumptus *Ariſtot. 4. Ethic. c. 2.*

quos fecit in ſeminatione hac? In vno verbo docet nos ſanctus Euangeliſta rem hanc. Docebat multa in doctrina ſua. Et in exordio huius operis vidiſti, quid aut quantum ſit Euangelium: de quo Apoſtolus: Virtus Dei eſt, in ſalutem omni *Rom. 1.*

credenti: Sed & labores multos & ſudores ſuſtinuit in prædicando regnum Dei, quod etiam ex parte vidiſti in ſuperioribus. *Cap. 3.*

Nec panem capiebat in magna inedia propter prædicationem: & aliquãdo apud Samariam fatigatus ex itinere ſedebat ſic, *Ioan. 4.*

id eſt, in illa corporis habitudine & forma, in qua de fatigati ſedere ſolent, nimirum caput habens ſuper brachium, vel manum: neque oblatos cibos à diſcipulis ſumebat: Denique propter Euangelium mortuus eſt. Quales ſunt hi ſumptus?

B Quàm magni ſi noſti? Maius aliquid ex co cogitari non poteſt, quàm quod à præſepio vſque ad crucem pro nobis & prædicatione Euangelij Chriſtus fecit. Conſidera ſecundum ſcilicet quanta fuit liberalitas, quæ in hoc opere reſplendet. Liberali conuenit non ſe perficere ex ſuo opere: ſed alios, propter quos operatur. Sicut ſol illuminans mundum non perficitur ſua operatione, ſed in cuncta fructum refundit. Neque per tot millia annorum mundum fouens, & illuminans, quicquam ſibi lucratur ſplendoris aut luminis. *Ariſtot. 4. Ethic. c. 2. Liberali quid cõueniat. Similitudo*

In hunc modũ & longè perfectiùs Dei noſtri conſidera liberalitatem in aduentu eius in mundũ: quo nihil maius habet aut ſublimius. Aeternum quippe & infinitum ex aliquo augeri non poteſt: non enim eſſet infinitum. Deus autem infinitus & æternus eſt: ſummè ergo liberalis. Deſideras ad plenũ rem agnoſcere? tibi aperiã. Quid tibi videtur de æterna generatione filij Dei? Nunquid non maior & ſublimior eſt quàm omnia quę fecit *Generatio æterna.*

Dominus, per quæ ſeſe creaturis communicauit? Certè ſic eſt. Illa eſt æterna communicatio & infinita: per quam æternus & infinitus generatur & eſt. Hęc autẽ temporalis & exiguæ virtutis. Nec per hoc quod

pater æternus ſuam eſſentiam communicat
filio infinito modo, aut perficitur, aut au- C
getur: quia aliter, aut Deus non eſſet, aut
maior filio. Multò ergo minus per cun-
cta quæ creatis conceſsit, & liberaliter im-
pertiuit perficietur, aut incrementum acci-
piet. Summa ergo liberalitas in aduentu
Cap.1. eius comprobatur & reſplendet. Quòd ſi
in humanitate Chriſti deſideras liberalita-
tis rationem, conſidera quanta fuerunt quę
in myſterio Incarnationis accepit, de qui-
bus aliqua in ſuperioribus diximus, & in-
tegram rationem liberalitatis inuenies in
Eſaiæ.40. prædicatione Euangelij. Nihil enim eſſen
tialis gloriæ additum eſt Chriſti humani-
tati ex noſtra reparatione. Merces illius
cum illa benedicta humanitate erat. Me-
Ariſtot.4. Eth.c.1.2. ruit tamen ſuam reſurrectionem, &c. Ter-
tium quod congruit, & decet magnificum
eſt quod honeſtatis cauſa det & faciat ſum-
ptus grandes. Quid honeſtius excogitari
poteſt quàm per Euangelium & doctrinam
hominem ad Deum adducere? Hominem
cæcum & in tenebris ſedentem illuminare?
Pſal.125. Vnde propheta. Magnificauit Dominus
facere cum eis, magnificauit Dominus fa-
cere nobiſcũ, facti ſumus lętantes. Hęc om D
nia ſub verbo illo EXIIT, latent. Exijt
quidem formam ſerui accipiens, & in nul-
Phil.2. lo indigens cùm ſuæ requietionis ſinũ Pa-
tris haberet, venit in mundum: & docebat
homines in doctrina ſua, & in eorum vtili-
tates omnia ordinabat: non enim bono-
Pſal.15. rum noſtrorum indigens erat. Et qui tantá
concedens hominibus, non eſt inuẽtus bea
tior, infirma ab eis accipiens obſequia, glo-
rioſior nõ erit: cùm multò magis ſit beatius
Acto.20. dare, quàm accipere. Quid ergo dño Deo
noſtro retribuemus pro magnificis donis?
Cap.13. Beatus Matthæus dixit: Ad ſeminandum
ſemen ſuum: quod idem ſignificat, ſicut in
noſtro Euangeliſta legis. Docebat multa
Philoſophiæ Chriſtianæ altitudo. in doctrina ſua. Semẽ ſuum & doctrina ſua
idem ſunt. Obſerua altitudinem huius no-
ſtræ philoſophiæ: cuius autor eſt Chriſtus
Dei ſapientia. Quid ad hanc philoſophiam
1. Cor. 1. omnes mũdi ſectæ & opinionis, viæ, & phi
loſophorum placita diuerſa? Quot peregri-
nationes magni illi philoſophi, qui à mun-
do tãquam clara luminaria habiti ſunt, per-
agrarunt? In quantas academias deſcende-
runt, vt varias philoſophiæ naturalis, aut
moralis addiſcerent diſciplinas? Inter hos
Plato. non piger aut verecũdus fuit Plato (qui diui-
nus appellatur, vt pote de numine cogitabũ
dus ſemper) q & in Aegyptũ perrexit. No-
ſter autẽ magiſter Chriſtus, in quo ſunt om *Col.2.*
nes theſauri ſcientiæ & ſapientię Dei abſcõ
diti, & claruerunt in Euangelij prædicatio-
ne, de ſinu Patris venit in Aegyptũ, vt do-
ceret multa in doctrina ſua, & ſeminator ve
nit ad ſeminandũ ſemen ſuum. Quantùm er
go oportet his quę ab eo dicuntur intẽdere,
& tota mẽte obſeruare? Vide iã noſtri agri
colæ prudentiam & quomodo in omnibus
noſtræ ſaluti cõſulebat. Ante ſe miſit Moy
ſem, & legẽ eius in igne ardenti vſq; ad cæ- *Deut.5.*
lũ, & clangore buccinę, qui ad interiora viſ
cera ingrediens conturbabat magnã illam
multitudinẽ. Adeò vt rogarent oẽs princi-
pes familiarũ Hebręorũ ne ampliùs loque-
retur illis Deus, ſed Moyſes ipſe, ne peri-
rent. Inquiunt: Quid eſt omnis caro, vt au- *Ibi.*
diat vocẽ Dei viuentis, qui de medio ignis
loquitur, ſicut nos audiuimus, & poſsit viue
re? Tu magis accede, &c. Tanquã aratrũ fer *Timor aratrum ferreum.*
reum præmiſit timorẽ hunc magnum in po
pulũ ſuum, vt corda eorũ dura proſcinderet
& araret, vt cùm ipſe veniſſet in mundum,
apta eſſent ex timore dñi corda illorum ad
ſuſcipiendũ cæleſte ſemen. Hoc ſemen eſt
de quo ꝓpheta ſub nomine vineæ dicebat:
Ego plantaui te vineam electã, omne ſemẽ *Hiere. 2.*
verum: quomodo ergo cõuerſa es mihi in
prauum vinea aliena? Cunctis eſt excelſior
& ſublimior doctrina Euãgelij. Aptus diſ- *Diſcipulus Euangelij aptus.*
cipulus ad illã capeſſendã eſt, quẽ deſcribit
propheta Eſaias: Quem docebit ſcientiã, &
quem intelligere faciet auditũ? Et reſpõdet *Cap.28.*
ipſe propheta, & quidem dñs in illo: Abla-
ctatos à lacte, auulſos ab vberibus. Vbera
quippe inebriant, ſicut meretrix dicebat a-
pud Salomonẽ. Veni inebriemur vberibꝰ. *Prouer.7.*
Ebrius autẽ ineptus eſt ad ſcientiã & multò
magis ad Euangeliorum philoſophiã. Do-
cebat multa in doctrina ſua, & ſeminabat ſe-
men ſuum. Docuere illi qui ſapientes &
philoſophi dicti ſunt in doctrinis ſuis va-
niſsimas diſciplinas: quarum deliramenta
aliqua, ſi placet, accipe breuiter, vt videas *Philoſophorum deliramẽta.*
quam ſcientiam etiam de rebus naturalibus
Saluator mundo contulit. De ſubſtantia
mundi Thaleta, primum omnium princi- *Thaleta.*
pium poſuit aquam: ex ipſaque cuncta eſ-
ſe: Anaximander Thaletis Sodalis ipſum *Anaximãder.*
infinitum rerum omnium generationis at-
que corruptionis cauſam dixit: Nã ex ipſo
(ait) cælos congregatos, cæteroſq; mundos

numero

Anaximanes. numeró infinitos,&c. Anaximanes autem
principium rerum aëra opinatur: quorum
condenſatione, atque rarefactione cuncta
gigni arbitratur. Motũ verò ab eterno eſſe
dicit: terram autem ex aëre conſtipato: Só-
Xenophanes. lem verò ac lunam cæteraſq; ſtellas à terra
ortum habere. Xenophanes, Colophonius
Parmanides. à nebulis gigni aſſerit. Parmenides Elata
ſempiternum docuit, atque immobile vni-
Democrit⁹ uerſum. Democritus Abderita infinitum
dixit vniuerſum: quoniam à nullo creatũ:
immutabile etiam eſſe. Eorũ vero quæ nũc
gignuntur nullum eſſe principium. Sed ex
infinito tempore cuncta ſimpliciter, quæ
ſunt, quæ fuerunt, & quæ futura ſunt, neceſ-
Epicurus. ſitate prædeſtinata fuiſſe. Epicurus Neo-
clis Athenienſis filius nihil nouum fieri aſ-
ſerit: vniuerſumq; ſemper ſic ſe habuiſſe.
Finem bonorũ, voluptatem ſtatuit. Cæte-
ras ſcientias excludit, illud ſolum vtile re-
putãs, vt quæras ſi quid domi mali aut boni
Metrodorus. tibi contigit. Metrodorus Chius ſempiter-
nũ eſſe vniuerſum ait: Nam ſi factum eſſet,
eſſet à non ente. Infinitum etiã, quoniam
ſempiternũ, cum non habeat principiũ, vn
de incipiat, neq; exitum, vbi terminetur.
Diem ac noctem inde fieri quod ſol extin-
guatur, ac incendatur. Eclipſim quoq; ex-
Diogenes. tinctione fieri. Diogenes Apollinates mũ-
dos aſſerit infinitos. Hæc omnia Socrates
furoris & inſaniæ plena eſſe putat. Lege
Phęnicũ theologiã & Aegyptiorũ & Grę
corũ, & Atlãtorum & Phrygum, & arcana
myſteria gentiliũ & probabis eorum ſtulti
tiam & inſaniam multã. Lege & Platonẽ in
Timæo, vbi videtur illa corrigere, & aliqua
liter probat. Quæ omnia quã ſint ſtulta, do-
ctrina ſaluatoris oſtendit. Qui cunctorũ pa
rentẽ & creatorem demõſtrat patrem ſuũ.
Docet finẽ vniuerſi: motũ ſolis & nubium
per imperiũ dñi. Vnum Deũ colendum, ac
ſuper omnia diligẽdũ. Cęteraſq; omnes vir
tutes, quę reddunt homines cõſummatos &
Matth. 22 perfectos. Docuit in doctrina ſua animę im
mortalitatẽ: æternum ſupplicium peccato-
rum, & ſempiternã bonorum coronam: fi-
nem hominis, & fœlicitatem in videndo
Deum ſitam eſſe, &c. Hæc omnia & plura
alia philoſophia & doctrina Chriſti habet.
Cui ſeſe totus homo debet trahere ad con-
ſecutionem ſalutis. In *doctrina ſua.* Vnde
ſequitur ſententia illata ab Apoſt. in cap. 2.
ad Hebræos ex cap. primo. Propterea abũ
dantius debemus obſeruare quę audiuimus,
ne forte percffluamus. Initium cap. 1. fuit.
A Multifariam, &c. Nouiſsimè locutus eſt no
bis in filio. Cuius excellentiã & dignitatẽ
in multis argumentis cõprobauit in vniuer
ſo cap. ac deinde intulit. Propterea abũdan
tius debem⁹ obſeruare quæ audiuimus, quia
filius Dei eſt qui loquitur. De quo pater
Deutero. 18. Qui prophetã illum nõ audie
rit, ego vltor exiſtam. Vides quàm elegan
ter intulit Apoſt. concluſionẽ illam cap. 2.
ex his quæ dixerat ca. 1. *In doctrina ſua.* Vn
de ſequebatur quod ſcriptum eſt: Loqueba
tur tanquam poteſtatẽ habens. Non in ver
bo prophetis familiari: Hæc dicit Dñs: ſed
in verbo auctoritatis propriæ: Ego dico vo
bis: Sic Irænæus. Habes ergo vnde doctri
nã Chriſti ſummo proſequaris honore ac
reuerẽtia: & vnde timeas eius transgreſsio-
nẽ, &c. Congrueret pro hoc loco ſententia
Orig. & Auguſt. lib. 50. homil. homilia. 26
cauſa. 1. q. 1. cap. Interrogo. cũ annotatione
Archidiaconi. *In doctrina ſua.* Aduerſus quã *Abach. 3.*
neq; Abyſſus dans vocem, neq; altitudo ter
reni principatus eleuans manus ad plagas &
minas & mortes nobilium p̃dicatorũ Euãg.
quicquã valuerunt: Imo ſol & luna ſteterũt
in habitaculo ſuo, id eſt Chriſtus & Eccle-
B ſia. Quod adumbratũ fuit in rubo & igne:
qui nõ pręualuit cõtra ipſum rubũ. Exo. 3.
De quo cum Philone aliàs diximus, ſecun
dum mentẽ eius, & ſenſum ſpiritalẽ. *In do-
ctrina ſua.* Propter ꝙ ſequitur in Paulo. 2.
ad Heb. Sa. n. qui per angelos dictus eſt ſer-
mo &c. vſq; ſalutẽ. Vides quot concluſio-
nes ex pronomine illo ſua, aut ſuũ: *Doctri-
na ſua, uel ſemen ſuũ*, deducitur? Non ergo fa-
cile percurras in lectione ſcripturę ſanctę.
Demonſtrat etiã pronomen illud quãtum
excellat omnes ſcripturas philoſophorum
Euãgeliũ. Hoc enim verbũ eſt æternæ ſa-
pientiæ, ſicut & theſaurus aſportatus ab
Aegypto, & ille qui inuentus eſt in Paleſti
na. De quo infra cũ Auguſt. li. 2. de doctri-
na chriſtia. cap. 40. tom. 3. fol. 43. C. & cap.
41. 42. Ergo *Exijt ſeminans ad ſeminandũ.* No
ta quod ſemen in quatuor partes diuiditur,
Treſque integrę pereunt: quarta non vnius
numeri fructum fert, ſed etiam inter par-
tes diuiditur. Vna affert fructum trige-
ſimum, alia ſexageſimum, tertia centeſi-
mum. Minor tamen fructus trigeſimus eſt.
Vere fœcundus eſt ſermo Domini, qui in
humilioribus & minoribus vſque ad trige-
ſimum numerum gratiam diuini Spiritus

Rom. 1. fœcundum, quia teſte Paulo virtus Dei eſt
in ſalutem omni credenti: de quo iam ſu- C
Gradus in meritis & in coronis. pra in exordio operis. Habes ex hoc loco
gradus & diſtinctionem in meritis iuſto-
rum, & conſequenter in coronis. Vnde
Iouenianus hæreticus. Monachus ille Iouenianus Romanus, qui
prius Monachatui renuntiauit, deinde fi-
dei Catholicæ decretis, reuincitur facilè.
Is quidem nullam eſſe in hac vita merito-
rum diſparitatem, neque in futuro regno
cælorum docens, per ſacras ſcripturas hæ-
reſeos conuincitur: & ab Eccleſia in Con-
Ioan. 14. cilijs damnatur. Dixit enim Chriſtus: In
domo Patris mei manſiones multæ ſunt.
1. Cor. 15 Et Apoſtolus. Sicut in Adam omnes mo-
riuntur, ita & in Chriſto omnes viuifica-
buntur: vnuſquisque autem in ſuo ordine.
Diuerſa ergò merita, alia inferiora, alia ſu-
periora. Et in eodem loco idem Apoſto-
lus: Alia claritas ſolis, alia claritas lunæ, &
alia claritas ſtellarum. Stella enim à ſtella
differt in claritate, ſic & reſurrectio mortuo
Cap. 9. rum. Et in eadem etiam Epiſtola: Qui par-
Hierony. aduerſus Iouenianũ. ce ſeminat, parce & metet, &c. Aduer-
ſus hanc hæreſim ſcripſit beatus Hierony-
mus duos libros. Et Auguſtinus in libro
Aug. lib. de Virginit. de ſancta Virginitate contra eam diſputat. D
Et in Concilio Thalenſi ſub Ciriaco. PP.
Concilio. Thal. 1. tom. cõcil. ſol. 497. Ex B. Ambroſio & alijs Epiſcopis. ſic legis. Agreſtis enim vlulatus eſt nul-
lam Virginitatis gratiam, nullum caſtita-
tis ordinem ſeruare: promiſcuè velle om-
nia confundere, diuerſorum gradus abro-
gare meritorum, & paupertatem quandam
cæleſtium remunerationum inducere: qua-
ſi Chriſto vna ſit palma, quam tribuit, ac
non plurimi abundent tituli præmiorum.
Eandem ſententiam docet etiam Conci-
lium Florentinum ſub Eugen. quarto. Fru-
Fructus diuini ſermonis tripliciter. ctus enim diuini verbi alius deſcribitur à
Chriſto trigeſimus, alius ſexageſimus, alius
verò centeſimus. Primus conſtituitur in
caſtitate nuptiali & immaculato thoro con
iugatorum: ſecundus in viduarum lachry-
mis & honeſtate: tertius in mirifica Vir-
ginitatis gloria & honore. Quibus om-
Luc. 8. nibus patientia eſt neceſſaria ad fructum,
ſicut alter Euangeliſta teſtatur. Hi ſunt qui
in corde bono, & optimo audientes ver-
bum, afferunt fructum in patientia. Videa
mus iam cauſas quare verbum Euangelij,
quod ore Domini prædicatum fuit, in quar
ta tãtum parte attulit fructum. Hanc quip
pe parabolam ipſe Chriſtus expoſuit, ſed
non omnibus Turbis, propoſita nuda pa-
rabola dicebat. Qui habet aures audiendi
C audiat. Alius Euangeliſta clamoroſam de- *Luc. 8.*
ſcribit hanc vocem. Et hæc dicens cla-
mabat. Qui habet aures audiendi audiat.
Scrutari oportet quomodo obſcuram ſimi-
litudinem & problema proponens cœle-
ſtis magiſter, nec ſoluens difficultatem,
clamat & inquit: Qui habet aures audien-
di, audiat. Obſerua quod longè eſt à na-
tura Dei velle, aut deſiderare viuentium *Ezech. 3.*
perditionem, & mortem. Nunquid vo- *Mors impij non à domini natura aut voluntate.*
luntatis meæ eſt mors impij, & non ma-
gis vt conuertatur & viuat? Quod diuinæ
voluntatis non eſt, neque ſuæ naturæ ger-
manum eſſe poteſt. Audi gemitum ante
temporalem vindictam ſuorum hoſtium
manifeſtum facit altiſsimus. Præmittit
grauia peccata principum Iuda in hæc ver-
ba. Principes tui infideles, ſocij furum: *Eſa. 1.*
omnes diligunt munera, ſequuntur retri-
butiones. Pupillo non iudicant, & cauſa
viduæ non ingreditur ad eos. Quam vin-
dictam merebantur flagitia hæc? Illam ta-
men comminaturus Dominus, Heu, pro-
clamans ait: Propter hoc ait Dominus
Deus exercituum fortis Iſrael: Heu con-
D ſolabor ſuper hoſtibus meis, & vindica-
bor de inimicis meis. Quod ſi adhuc vin-
dictam quæreret, & anima eius deſideraſ-
ſet vltionem, taceret, & commodum tem-
pus expectaſſet. Quia verò comminatio-
nem ingerit: emendationem peccantium
ſolicitat, per quam pæniteret eum de malo,
quod cogitauerat facere his, vel illis pecca-
toribus. Iam ego dico. Propoſuit parabo- *Iam exponitur litera*
lam quam appellat myſterium regni & non
expoſuit eam: imò occultauit ſenſum &
intelligentiam. Nunquid hoc non eſt ſe-
ueræ iuſtitiæ flagellum? Qui cum commi-
naretur, dicebat, Heu, Percutiẽs, nõ debet
clamare? Non debet in ſono vocis viſcera *Clamor ante parabolam & morte Chriſti.*
gementia aperire? Et clamans mortuus eſt
in cruce. Clamat ergo cum ſermo oris eius
moritur in cordibus audientium, cumq; ſuf
focatur verbum doctrinæ ipſius, qui in cru
ce poſiturus animam, clamabat. Similis
eſt dolor ille huic, & ſimilem vterque ha-
bet clamorem & gemitum. Ex quo in-
telliges quàm graue delictum ſit ſuffo-
care, & mortificare ſemen verbi Dei in
corde tuo: ſiquidem in hac conſideratio- *Similitudo*
ne clamat cœleſtis agricola & gemit. Quis
agricolarum videns ſemen agri ſui, quem
multo labore & ſudore coluit, omninò
æſtua-

æſtuatum, gemmantibus & florentibus vicinorum campis, non gemit? non emittit ſuſpirium? In hunc modū Chriſtus Ieſu: dominus noſter, qui multis laboribus & caloribus ſemen cæleſte ſeminauit, vidēs perire tres partes verbi ſui, clamat prę dolore. Prę uidebat magnæ vltionis iram & animaduerſionem, quæ terræ illi præparata erat. De qua apoſtolus ſuus: Terra ſæpè venientem bibens imbrem ſuper ſe, &c. Proferens autem ſpinas & tribulos maledictioni proxima eſt: cuius finis in combuſtionem. Cui maledictioni eſt proxima? Illi nimirum: Ite maledicti in ignem æternum. Videns itaque ſaluator hanc maledictionem præparatam aduerſus irriſores verbi & doctrinæ ſalutis, clamat: & ad intelligentiam & deſideriū excitat audientium corda, dicēs: Qui habet aures audiendi audiat. Per quā formulam loquendi rarum eſſe indicat, ac precioſum, & ſummo ſtudio quærendū. Aures corporis omnes illi homines habebant: ſed quā pauci aures audiendi? Has aures deſiderabat à ſurdis Eſaias, ſicut & Chriſtus Ieſus ab his. Surdi audite: & cęci intuemini ad videndum. Et docens qui eſſent hi ſurdi dicebat: Quis ſurdus niſi ad quē miſi nuntios meos? Et alio loco: Qui apertas aures habes, nonne audies. Vides quomodo à Deo non ſunt tales facti ſurdi iſti, qui audire nolūt: nō enim eſſet iuſta aduerſus illos querela aut flagellum. Volūtariè ergo ſurdi ſunt, non naturæ neceſsitate aut lege & voluntate diuina. Dicit nanque: Qui apertas habes aures, nonne audies? Qui multa vides, nonne cuſtodies? Duræ ergo & pertinaci impiorum hominum dandū eſt voluntati, quòd nō audiūt, aut quòd non vident: nolunt audire, nolunt certè videre. Sed & prophetis dicunt: Nolite aſpicere nobis ea quæ recta ſunt, loquimini nobis placentia, videte nobis errores. Populus enim ad iracundiam prouocans eſt, & filij mendaces, filij nolentes audire legem domini. Hæc omnia tanquàm neceſſarium exordium ante difficilem ſententiam prophetæ & ſaluatoris, quæ ſtatim ſequitur in euangelijs, præmiſimus. *Qui habet aures audiendi audiat.* De illis quæ neceſſaria ſunt ad fructificādum ex auditu verbi Dei, iam ſupra diximus, & infra locus hic maiora expoſtulat. *Et cùm eſſet ſingularis, interrogauerunt eum hi qui cum eo erant duodecim parabolam.* Beatus Matthæus non ſolùm interrogaſſe parabolæ ſenſum aſſerit diſcipulos, verùm & quare in parabolis loqueretur ad turbas. Vbi nota, quòd non inter turbas illas, aut inter loquendum & docendum quærunt diſcipuli parabolarum interpretationem & intelligentiam, ſed cùm ſingularis factus eſt, dimiſſuſque à turbis. Accommodum tempus & locum expectant, vt de ſecretioribus doceantur. Comprobant quòd verè habent aures ad audiendum ex deſiderio ſciendi, ex memoria interrogandi, ex ſtudio & adhibita diligentia pro reſeratione eorum, quæ obſcure dicta erant. Excitauerat quidem magnū deſiderium ſciendi, quæ eſſet vera & germana intelligentia, & interpretatio parabolæ, & clamor ſaluatoris, & loquendi formula: Qui habet aures audiendi audiat. Ante quæ etiam dixit: Audite. Ex quibus omnibus magnum eſſe, quod ſub parabola abſcondebatur iudicarunt, & neceſſarium valde, vt de illo docerentur. Populus verò ille magnus pro nihilo duxerunt, vel ſcire, vel ignorare parabolæ ſenſum. Vnde nullum eorum interrogantem cum apoſtolis, vel deinde ab ipſis, vidimus. Quam etiam noſtris his temporibus patimur penuriam diſcipulorum, qui ſancti euangelij magiſtros & oratores de his quæ ad ſalutem eorū conducunt, interrogent. Quis inter tot millia, qui doctrinam noſtram audiunt, totus deſiderans & accenſus ad interrogationem accedit? Quis vltra horæ tempus de his quę dicuntur amplius curat? Quis vel ſimilitudinem memoriæ mandat ad dictorum cōſeruationē? Aures quidem habent, ſed non ad audiendum. Qui habet aures ad audiendū, cum doctor legis factus eſt ſingularis, humilis & deuotus accedit, & interrogat quæ ſit parabolarum intelligentia. Sed væ illis, qui ſemen verbi Dei deſpiciūt, quòd vel ad trigeſimū fructū aſcēderet. Habes hāc doctrinā à dño apud Hieremiā prophetā. Hæc dicit dñs: State ſuper vias, & videte, & interrogate de ſemitis antiquis, quæ ſit via bona, & ambulate in ea, & inuenietis refrigerium animabus veſtris. Vide ergo tu, ſi quod fecerunt turbæ illæ, nunc etiā impleant, & noſtræ. Et dixerunt: Nō ambulabimus. Et conſtitui ſuper eos ſpeculatores, & dixi: Audite vocē tubæ. Et dixerunt: non audiemus. Mirabile eſt quod neq; vocem tubæ audire voluerunt ab ſpeculatore, qui de alto nuntiat aduentū inimicorū. Nunquid non gladium & captiuitatem inuenient homines iſti?

Marginalia: Heb. 9. — Mat. 25. — Cap. 42. — Voluntas peruerſa. — Eſai. 30. — Cap. 13. — A — B — Interrogatio pro abſolutiōe dubiorum. — Cap. 6.

Et dixerunt: Non audiemus. Propter quod ad gentes conuertit ſermonem. Quia verba mea non audierunt, & legem meam proiecerunt. Iam vę illud amaræ & durę comminationis in Eſaia prædictum eſt aduerſus illos, qui legem domini ab ore prophetarum eius non exquirunt. Vę filij deſertores dicit dominus, &c. & os meum non interrogaſtis. Diſcipuli qui habent aures ad audiendum, os domini Ieſu interrogāt. Sic diſcipuli Petri apoſtoli interrogabant magiſtrum poſt prædicationem ſuper his quæ non intellexerant. Nota quomodo omnes diſcipuli domini vno ore interrogāt. Quibus ipſe. *Vobis datum eſt noſſe myſterium regni Dei: Illis autem qui foris ſunt omnia in parabolis fiunt: ut uidentes uideant, & non uideant: & audientes audiant, & non intelligant: ne quando conuertantur & dimittantur eis peccata.* Debita videbatur apoſtolis interpretatio parabolæ, qui deſiderio intelligēdi tenebantur, & interrogabant de illa magiſtrum: quod tamen electioni aſcribit ipſe. Vobis (inquit) datum eſt noſſe myſterium regni Dei. In hoc eſt magna differentia & diſtātia reprobationis & electionis diuinæ: quòd vocatio, iuſtificatio, & glorificatio ſunt fructus D & effectus prædeſtinationis: peccata verò omnia mortalia, derelictio & obduratio nō ſunt effectus reprobationis, imò illius cauſa: quia propter propria peccata infliguntur: non quidē actus diuinæ voluntatis cauſa ſunt, ſed ordinationis ad pœnam æternā, præuiſa finali impenitentia. Et clariùs. Sunt cauſa reprobationis poſitiuę, non quidem propter quam Deus effectiuè reprobat, in quantum eſt actio à Deo: quia tunc diuina volūtas eſſet paſſiua, & intellectus in Deo. Sed ſunt cauſa, propter quam iſta actio ſic terminatur ad Iudam, quod non ad Petrū. Non enim ordinantur ad pœnam omnes reprobi, niſi præuiſo peccato eorum. Quod aliter contingit in prædeſtinatione, à quà omnia bona iuſtorum procedunt, non prędeſtinatio ex præuiſis bonis operibus eorum: quæ ſine Dei gratia nulla ſunt: quę gratia à prædeſtinatione incipit. De quo apoſtolus: Quos prædeſtinauit, hos & vocauit: quos autem vocauit, hos & iuſtificauit: quos autē iuſtificauit (finaliter ſcilicet) illos glorificauit. In qua ſententia electio, vocatio, iuſtificatio, ex liberalitate Dei conſtant. Glorificatio autem merces eſt etiam operū bonorum. Vnde ex pacto & lege diuina dicitur glorificatio, corona debita, & iuſtitia.

Cap. 30.

Reprobationis & electionis differētia.

Scotus. 1. ſ. d. 41. q. unica, & in hoc cōcordat. S. Thomas cū Scoto, ſuper. 9 ca. ad Ro. lect. 2. & oēs ferè doctores ſcolaſtici in hoc conſentiūt. 1. ſen. d. 41. ſi ſano modo intelligātur.

Rom. 8.

2. Timo. 4

C Nota etiē quòd de reprobatione ſunt tria. Permiſsio peccati, ipſum peccatū, & æterna punitio. Neque hæc tria ſunt effectus reprobationis diuinæ, quemadmodū omne ordinans in vitam æternam eſt effectus prędeſtinationis. Vnde diuerſa eſt ſententia de cauſa reprobationis & prædeſtinationis: quia vltimus effectus reprobationis, qui eſt punitio, habet cauſam ex parte reprobati, ſcilicet culpam: cuius nullo modo Deus eſt autor: Prædeſtinationis autem vltimi effectus, ſcilicet beatitudinis, licet ſit in nobis aliqua cauſa ſcilicet meritum, id tamen eſt à Deo prædeſtinante. Et ſic de effectu toto vtriuſque ſcilicet reprobationis & prædeſtinationis, alia & alia eſt ſententia: quia licet præſcientia meritorum nō ſit cauſa prędeſtinationis, præſcientia tamen de meritorum modo quodam ſpirituali, cauſa eſt poſitiuæ reprobationis: quia propter demerita præſcita, nec à Deo præparata ſtatuit à ſe quoſdam perpetuò puniendos: & in hoc diuina bonitas ſuo modo in hac iuſtitia participatur. Voluit nanque Deus in hominibus, quantum ad aliquos, quos prædeſti-

D nat, ſuam repræſentare bonitatem, per modum miſericordiæ parcendo: & quantùm ad aliquos, quos reprobat, per modum iuſtitiæ puniendo. Hanc rationem oſtendit apoſtolus: Volens Deus oſtendere iram, id eſt, vindictam iuſtitiæ, & notam facere potentiam ſuam, ſuſtinuit, id eſt, permiſit, in multa patientia vaſa iræ apta in interitum ex propria culpa, quam Deus non fecit, vt oſtenderet diuitias glorię ſuæ in vaſa miſericordiæ, quæ ipſe fecit, & præparauit in gloriam. Neq; in hoc iniquitas apud Deū, ſi inæqualia, non inæqualibus præparat. Hoc enim eſſet contra iuſtitiæ rationem, ſi prædeſtinationis effectus ex debito redderetur: & non daretur ex gratia. In his autem quæ ex gratia dantur, poteſt quiſque pro libito ſuo dare, cui vult plus vel minus, abſq; præiudicio iuſtitiæ, dummodo nulli ſubtrahat debitum. Et hoc eſt quod dixit paterfamilias. Tolle quod tuum eſt & vade. An non licet mihi quod volo facere? Nota ſecundò, vt ad difficillimam ſententiam cum veritatis face accedas, & confirmare poſsis quæ proximè diximus: ſcilicet quòd prædeſtinationis nulla datur cauſa, reprobationis aliquo modo ſic. Primum oſtenditur: Quia volens ordinatè aliquem finem, & ea

De reprobatiōe ſunt tria.

Reprobationis & prædeſtinatiōis alia et alia ratio. S. Thom. ſuper. 9. c. ad Rom. 1. p. q. 23. a. 5.

Bonitas dei in reprobis etiam. S. Th. 1. p. q. 23. ar. 5 in rep. ad. 3

Rom. 9.

Cap. 1.

NOTA.

Matth. 20

Prædeſtinatiēis nulla cauſa.

S.Tho. 1. p.q.23.ar. 5. & ſuper 9.c.ad Ro. & Soto in expoſitiõe eiuſdẽ capitis. & S. Bonau. 1. ſen.d. 41. ar.1.q.1.

& ea quæ ſunt ad finem, priùs vult finem, quàm aliquod eorum, quæ ad conſecutionem finis ſpectant: quia propter finem media vult: ſicut qui vult orare Deum, vult locum quietum, & ieiunium, & domum ſacram. Priùs vult orare: hic eſt finis intentus, & deſideratus, ſeu volitus. Deinde vult media ad hunc finem ordinata, ſcilicet ieiunium, per quod mens eleuari poſsit in Deũ, & locum ſolitarium, ne ex tumultuante populo diſtrahatur, & minùs grata ſit oratio. Et vult ædem ſacram, quæ domus exauditionis eſt. In his omnibus priùs vult finẽ, & media deinde ordinata ad finem. In hũc modum Deus vult creaturæ beatificabili finem, id eſt beatitudinem perfectam Petro vel Paulo. Priùs quidem vult eis gloriam, ac deinde media ad conſecutionem eius. Hæc ſunt fides, bonus vſus liberi arbitrij, gratia & finalis amicitia. Ergò iſtis priùs vult beatitudinẽ, quàm aliquod iſtorum, & priùs vult eis aliquod iſtorum, quàm præuideat habituros. Manifeſtè ergo ſequitur, quòd propter nullum iſtorũ, ſcilicet propter fidẽ præuiſam, quæ domũ Dei eſt, aut propter bonum vſum liberi arbitrij, qui à Deo eſt, & eius amicitiã finalẽ, Deus prædeſtinat: cùm potiùs ſint effectus propoſiti & diuinæ voluntatis prædeſtinantis, quàm cauſa eius. Et impoſsibile eſt velle primum propter poſterius, ſed è contra.

Reprobationis cauſa. Scotus 1.ſen.d.41 q unica.

Secundũ demõſtro: Quia damnatio nõ videtur bona, niſi quia iuſta; crudelitatis enim eſt punire aliquem non præexiſtente in eo culpa. Igitur nõ videtur Deus aliquẽ velle punire, quin præuideat eſſe peccatorẽ. Non ergo primus actus diuinæ voluntatis circa Iudam eſt velle damnare Iudam: prout offertur in puris naturalibus: quia tunc videretur velle damnare ſine culpa. Sed Iudas offertur diuinæ voluntati ſub ratione peccatoris, antequàm velit ipſum damnare.

Aug.4.ca. ſuper Gen.

Neque Deus prius eſt cultor, quàm homo ſit peccator. Ergo cùm reprobare poſitiue ſit velle damnare, reprobatio habet ex parte obiecti rationem aliquam, ſcilicet malum peccatum præuiſum.

In de prædeſtinatiõe ſanctorum.

Vnde Auguſt. Prædeſtinauit eos, quos elegit: reliquos verò reprobauit, id eſt, ad mortem æternam præſciuit peccaturos. Ex natura boni & mali ratio huius diuerſitatis naſcitur, nimirũ quia omnia bona tribuũtur & iure optimo, principaliter Deo: mala autẽ nobis. Et ita congruit bonitati ſuæ prædeſtinare ſine præuiſis bonis operibus, imò dat bona opera ad con-

A ſecutionẽ: ſed velle dãnare, ſuæ attribitur iuſtitiæ: quæ quidẽ iuſtitia vindicatiua malũ culpæ habet pro obiecto: nõ certè hominẽ in puris naturalibus: qui vt ſic neq; gloria, neq; pœna à quoquã iudicatur dignus. Iã ex his ſenſum verborũ domini deprehendes. *Vobis datum eſt noſſe myſterium regni Dei. Illis autem qui foris ſunt omnia in parabolis fiunt.* Vobis datum ex gratia eſt agnoſcere myſterium regni Dei. Illis autem qui foris ſunt, &c. Foris & intus correlatiua ſunt. Turbæ de foris erant: quibus non concedebatur intelligentia parabolæ. Apoſtolis verò datum erat à patre luminum noſſe myſterium regni Dei. Ergo intus ſunt. Intus ſunt in æterna electione & prædeſtinatione: populi verò qui nõ intelligũt myſteriũ regni, neq; illud operantur, foris ſunt ab hac electione, nõ tamen foris à diuina prouidẽtia: cui conuenit etiam punitio malorũ. Inter flagella autem meritiſsima malorum non vulgaris punitio eſt parabolarum obſcuritas. De quo dominus. *Vt uidẽtes uideãt & non uideant: & audientes audiant, & non intelligant: neque conuertantur & dimittantur eis peccata.* Manifeſtè in Matthæo rationẽ red- *Cap.13.*

B dit dñs Ieſus, quare in parabolis loqueretur turbis: quã rationem oſtendit nõ procedere ex Deo, qui oẽs homines vult ſaluos facere: *2.Timo.4* ſed ex ipſis hominibus, quorum duritiam & mentis obſtinationem meritò ſic punit. Inquit enim. *Vt uidentes non uideant.* Videntes opera miraculoſa diuinæ potentiæ, quæ etiam dæmones venerabantur & confitebãtur eſſe diuina: iſti autẽ vidẽtes oculis corporalibus, nolũt videre mẽtalibus per fidẽ, credẽdo meã diuinitatẽ: imò Beelzebub me habere dicũt. Et audiẽtes nõ audiũt. Audiẽtes corporalibus auribus nõ audiũt corde, neq; intelligũt. Meritò veritas ab eis abſcõditur, qui apertiſsimæ veritati contradicũt; & in hoc potiùs miſericordiam præſtat eis Deus, quam iniuriã. Quia etiã ſi intelligerẽt contradicerẽt adhuc, ſicut dudũ cõprobatũ eſt in miraculo curati hominis: quod in maius eorũ malũ cederet, & duriùs quidẽ flagellarẽtur. Et cùm noſter Euãg. dicit: *Nequãdo conuertantur, & dimittãtur eis peccata.* Liberũ arbitriũ etiã in iſtis peccatoribus demõſtrãt cũ certitudine, quod non cõuertentur. Et in Mat. ſic legis. *Vt impleatur in eis propb. Eſa. dicẽtis: Auditu audietis & nõ intelligetis, et uidẽtes uidebitis & nõ uidebitis. Incraſſatũ eſt enim cor* populi

NOTA ualde.

Miſericordiæ opus occultatio ueritatis aliquando.

Liberũ arbitriũ etiã in his qui non conuertuntur.

populi huius, & auribus grauiter audierunt: & oculos ſuos clauſerunt. Nequando uideant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur, & ſanem eos. Iam ſupra diximus cum beatiſsimo Athanaſio & Origene, de prophetarum vaticinijs, quomodo prædixerint mala culpæ Iudæorum, quia futura erant à libero eorum arbitrio: non tamen contigerunt, quia prædicta erant à prophetis. Lumen enim propheticum, ac præſentialis oculorum viſio ſe habet. Oculus autē noſter non eſt cauſa adulterij, aut homicidij, quia hominem adulterantem intuetur, aut occidentē. Sed contra: Quia homo adulterium facit, aut homicidium, noſter oculus ea videt: & liberè ab hominibus fiunt: ſic & peccata quorumcunque prædicta in prophetis, liberè ab ipſis peruerſis hominibus fiebant. Quòd ſermo propheticus manifeſtè indicat, cùm dicit: Auribus grauiter audierunt, & oculos ſuos clauſerunt. Non clauſit oculos eorum Deus optimus & maximus: ſed propria ſua voluntate clauſerūt oculos ſuos: non faciente domino vim, aut caliginem inferente: ſed oculos ſuos clauſerunt, inquit propheta. Peruerſa eorum voluntas inuenitur, quæ & accuſatur, quæ pœnam meretur, & flagellum diuinæ vltionis. Hoc declaratur, cùm dicit: Ne quādo conuertantur, & ſanem eos. Manifeſta fit diuina voluntas: ipſos inuitat & attrahit, cùm oſtendat, quòd ſi cōuertantur, ſanabit eos. Ipſi verò clauſerunt oculos ſuos. Non quidem ſol, qui radios ſuæ claritatis vbique diffundit, accuſari poteſt, ſed homo qui feneſtras domus ſuæ, & oculos ſuos claudit, ne videat lucem. Quod manifeſtè docuit ſaluator: Et hoc eſt iudicium quòd lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem. Diligere magis, & eligere inter duo reperiuntur, liberi arbitrij eſt: & diligere tenebras, & reijcere lucem, peruerſæ voluntatis. Propter quod vapulabit multis, dabitque pœnas æterni doloris. Vbi obſerua quòd vltimo loco dicit propheta: Et ſanem eos. Hoc quippè ex parte Dei certiſsimum eſt: ſi tamen homo conuertatur ad ipſum, conſequetur illud, & ſanabitur. At quia clauſerunt luci oculos, & grauiter audierunt, & dilexerunt tenebras magis quàm lucem, non ſunt ſanati à Deo. De hoc ſic legis apud ſanctum Iob, ſecundùm beatum Grego. In manibus abſcondit lucem: & reuelat de ea amico ſuo, quòd

Athanaſi⁹ in de cruce & paſsio. domini.
Orig. lib. 7. in. 8. ca. Rom. & lib. 2. cōtra Celſum.
Lumē propheticum.
NOTA ualde.
Ioan. 3.
NOTA ualde.
Luc. 12.
Cap. 36.

C

hæreditas illius ſit. A ſuperbis, & duræ ceruicis hominibus, qui parati ſunt agnitam veritatem impugnare, abſcondit lucem doctrinæ, & in parabolis loquitur. De illo ſic legis apud Eccleſiaſticum: Non dicas, ille me implanauit: non enim neceſſarij ſunt ei homines impij. Omne execramentum erroris odit dominus, & non erit amabile timentibus eum. Deus ab initio cōſtituit hominem, & reliquit illum in manu conſilij ſui. Adiecit mandata & præcepta ſua: ſi volueris mandata ſeruare, conſeruabunt te, & in perpetuum fidem placitam ſeruare. Apposuit tibi aquam & ignem: ad quod volueris porrige manum tuam. Ante hominē vita & mors, bonum & malum, quod placuerit dabit illi, &c. Obſerua diligenter, quomodo ſecundùm æquitatem & ius cum peccatoribus agit Deus. Vnde ſapiens ſtatim in principio libri ſapientiæ. Sentite de domino in bonitate. Bene quidem & ad multa vtile fundamentum. Bonitas eius vbique diffunditur: ſuper omnia opera eius exaltat ſolium ſuum. Neque odit aliquid eorū, quæ fecit: neque ad ignem & gemitum creauit hominem: ſed ad ſuum regnum & gloriā: & omnia quæ debuit ad vineæ ſuæ culturam & fructum fecit libentiſsimo animo & paterno. Vnde nemo eſt qui poſsit accuſare illum, aut dicere: quare me feciſti ſic? Nullum malum culpæ facit dominus, neque facere poteſt. Hæc eſt ſumma nobilitas ſuæ naturæ, non poſſe facere mal & iniquitatem. Homo ſibi ipſi cauſa damnationis eſt, qui voluntariè legem tranſgreditur, nec vocatus vel etiam rogatus conuertitur ad dominum, Lege & audies clamorem ſapientiæ ad omnes peccatores terræ, & deſiderium deprehendes domini pro eorum ſalute: ſed & pertinacem illorum animum ad malum. Et quod legis literis demandatum, & exaratum, crede in ſingulis generationibus & in cunctis hominibus completum. In omnibus requiem quærit Deus, &c. Et in loco illo prouerbiorum vltimo comminatur dominus mortem & vltionem. In priori, Dei bonitas deſcribitur: in ſecundo mentis noſtræ duritia. Hunc ordinem ſeruat altiſsimus in cunctis peccatoribus, qui pereunt, vt verè & iurè poſsit ad illos dicere, & ad ſingulos eorum: Perditio tua ex te: non ex me. Ex te, ex libertate tui arbitrij, quod ad obediētiam & coronam accepiſti: non ad contradicendum factori tuo, & vniuerſo-

D

Cap. 15.
Cap. 1.
Cap. 11.
Cap. 1.
Oſeæ. 13.

uerſorum dominatori. Ex te perditio tua: ex me auxilium tuum. Vnde, Vobis datũ eſt noſſe myſterium regni Dei. Vobis ex gratia: propter quod grati eſtote & humi- les: illis autem denegatum eſt ex iuſtitia, ad quam, duritiam mentis, & contradictionẽ veritatis pertinet vindicare. *Myſterium regni Dei.* Cùm dicit myſterium regni Dei, vt mihi videtur, non ad ſolam interpretationem præſentis parabolæ eſt referendum: ſed ad cætera omnia, quæ apoſtolis ſunt reſerata, ſpectantia ad eorum ſalutem & noſtram. Quæ omnia myſterium regni Dei dici debẽt. Myſterium Græcè, arcanum ſiue ſecretum, & reconditam habens repoſitionem, Latinè ſignificat. Quòd ſi placet ad præſentis parabolæ interpretationem, de qua edocti ſunt apoſtoli à Chriſto, nomen myſteriũ trahere, inde etiam conſurgit magna doctrina. Nam in hoc latet regni Dei myſterium, & conſtituitur, ſi doctrinam euangelij aure cordis accipiens, tanquam cæleſte ſemen, quod de horreo ſuæ ſapientiæ Chriſtus ſeminauit, conſerues vſque ad fructum, neq; des locum aut diabolo, qui ipſum tollat de mente, aut curis; & tentationibus, & ſpinis ſolicitudinũ: quæ ipſum ſuffocare poſſunt: & ſic fructum afferas in patientia. Obſerua ex his quem locum & honorem apud te habere debet ſacri euangelij reſeratio & fidelis interpretatio. Quàm pro illa ſolicitus debeas eſſe toto tempore vitæ præſentis: ſiquidẽ myſteriũ regni Dei à Chriſto appellatur. Videte quantam iacturam ſtultus & irriſor homo faciat, qui aut audire euangeliũ reſpuit, aut auditũ diabolo ad prædã exponit. De hoc infra. Certè magnũ eſt quod myſterium regni Dei dici meruit. Audi & ſcrutare vbi legas magnificum hoc nomen myſterium. Duobus præcipuè locis deſcribitur, & in calicis dominici conſecratione, quæ myſterium fidei à dño appellatur: & cùm Paulus de reſurrectione cunctorũ hominum diſputat. Ecce myſterium vobis dico: Magnum oportet eſſe, quòd inter hæc duo eodẽ nomine exornatur & gaudet. De myſterio ergo regni Dei eccleſiaſticus orator in concionibus agit, Videat ipſe qua verborum grauitate, qua doctrinæ præmeditatione & lectione ſcripturarũ, quo verborũ examine in re tãta ſe debeat exercere. Videat popul⁹ quo animo accedere oporteat, & qua reuerẽtia & timore, cùm de myſterio regni Dei quærit doctrinã. *Et ait illis: Neſcitis parabolã hãc? Et quomodo omnes parabolas cognoſcetis?* Iam tertiò excitat attentionẽ in verbo: Neſcitis parabolam hanc? Primò dicit: Audite. Secundò, qui habet aures audiẽdi audiat. Tertiò iã, Neſcitis parabolã hãc? Quod ſi placet, adde quartum in verbo illo: Myſterium regni Dei. Magnam ergo attẽtionem expoſtulauit. *Qui ſeminat, uerbum ſeminat.* Manifeſtum eſt quod appellãt verbum regni ſemen, & cõgrua ratione. Quia ſicut ſemen in terram bonam proiectum reſurgit multiplicatum: ſic verbum diuinum in corde deuoto receptum, facit multitudinem bonorum operum. *Hi autem ſunt qui circa uiam ubi ſeminatur uerbum: & cùm audierint, confeſtim uenit ſathanas, & auſert uerbum, quod ſeminatum eſt in cordibus eorum.* Qui nulla fide, nullo intellectu, vel tentandæ vtilitatis occaſione percipiunt. Quod manifeſtè dixit beatus Matthæus: Qui audit verbum & non intelligit, venit malus, & rapit quod ſeminatum eſt. Vbi vides ſtudium vigilantemque diligentiam ſathanæ in rapiendo ſemen cæleſte de cordibus: quę velut via, ad omnes cogitationes aperta ſunt. *Venit confeſtim* inquit. Confeſtim vt primi parentes conditi ſunt à domino, & poſiti in paradiſo voluptatis: venit ſerpens ad rapiendum verbum, quod os domini ſeminauit in cordibus eorum. Neque per diem pati potuit illorum fœlicitatem & noſtram. Dracoque ille, quem deſcribit B. Ioannes in ſacra Apocalypſi, partum mulieris expectabat, ad rapiendum maſculum. Nõ dicit: Poſt menſem aut poſt annum venit, Sed quòd aperto ore ſtetit ante mulierem, quæ erat paritura, vt cùm peperiſſet filium, illum deuoraret. Confeſtim venit diabolus: nõ ceſſat, aut otiũ ſectatur. Sicut in caſtris principum ſummũ ſtudium eſt vnicuiq; illorum pro rapina ciborum, qui adducuntur ad caſtra inimici: In hunc modum diabolus rabiem patiens duriſsimam ex noſtra ſalute, cùm primò verbum Dei in cordibus hominum ex noſtræ ſalutis initio, quod in ſermone euangelij timet, cum primo aure corporis ſuſcipitur, confeſtim venit, vt rapiat. Valde timendum nobis eſt, & vigilandum aduerſus inſidias diaboli: qui nullum non mouet lapidem, vt verbũ Dei de cordibus audientium rapiat. Quomodo non ſtatim rapit verbũ de cordibus populi inſipientis & ſtulti, qui ſtatim poſt ſacrã cõcionem ad menſam, ad vinum, ad comeſſationes,

Marginal notes: A — Myſteriũ regni Dei. — Myſteriũ quid? — Myſteriũ — Iacturamagna. — 1. Cor. 15 — Prædicator euang. — A — Attentio magna pro euãgelio. — Cap. 13. — NOTA ualde. — B — Sathanæ ſtudium in rapiẽdo ſemen de corde audientium. — Gen. 3. — Cap. 12. — Similitudo — Timor. — Populorũ peccatum graue.

tiones, & ebrietatem conuolat & otium?
C Quomodo non ſtatim tribuit inſipiens po-
pulus ſemen verbi diabolo & ſathanæ, cum
totam veſperam ipſius diei feſti in plateis,
& ludis, & ſpectaculis expendat: Væ illis
duram & iuſtam ſententiam de ore iudicis
Pro. 1. tremendi audiet. Ego quoque ſubſannabo
vos. Quid eſt ego quoque? Vos ſubſanna-
ſtis ſermones meos: & deſpexiſtis omne cõ
ſiliũ meum, & increpationes meas: ego quo
que ſubſannabo vos: Meritò quidem. In his
primis nullum fructus initium inuenitur.
Defecit enim eis intellectus. Nolunt intelli
gere, neque quærunt à magiſtro & doctore
interpretationem: non penetrat cæleſte ver
bum ſinum eorum, ita vt credant. Obſerua
quem beatus Marcus dixit ſathan, appella-
Manicheus reuincitur. uit ſanctus Matthæus: MALVS. Nõ qui-
dem à natura, ſicut Manicheus mentitur:
ponens vnum principium malum, alterum
bonum: cùm vnum ſit bonum principium:
à quo cuncta ſumpſère originem & natiui-
tatem. Et cuncta quæ facta ſunt erant valde
Gene. 1. bona: Quantò magis & angelus in cælo? ſed
Diabolus malus quare dicitur. dicitur malus antonomaticè propter volun
tatem obfirmatam in malo, & immutabile
conſilium in illud. Sed & aduerſus nos ſem
per eſt malus: in malum impellens & tra-
hens, Vide cui credis ô homo, cui te cõmit- D
tis: nec times. Tanta eſt eius malitia & ſtu-
dium contra omne bonum, præcipuè no-
Sathan apoſtata. ſtrum, quòd qui bonus creatus eſt à Deo,
malus à Chriſto dicatur: & ſathan, id eſt, ad
Sic Ireneus lib. 5. aduerſus hæreſ. c. 1. in fine. uerſarius, vel germaniùs, & ſecundùm ſuæ
linguæ Hebraicè ſignificatum, apoſtata.
Recole quæ in ſuperioribus diximus de an
tiquo illo populo Hebræorum, & noſtro in
primitiua eccleſia, quàm ſtudioſi cultores
erant verbi Dei, & doctrinæ prophetarum
& euangeliorum. *Et hi ſunt ſimiliter qui ſuper
petroſa ſeminantur: qui cùm audierint uerbum, ſta
tim cum gaudio accipiunt illud, & non habent ra-
dicem in ſe, ſed temporales ſunt: deinde orta tribu
latione, & perſecutione propter uerbum, ſtatim
2. genus ſeminis. ſcandalizantur.* Ecce ſecundum genus homi-
num, ſuper quorum mentes ſemen cæleſtis
doctrinæ ſeminatur. Et ſimiles quidẽ ſunt
lapidibus, ſuper quos ſtatim vireſcit ſemen
iactum, & ſtatim ſimiliter exæſtuatur & eua
neſcit, quia nec radices habet, neque perſe-
uerantem humorem. Paſsim inuenimus hu
iuſmodi homines qui lætantur cùm de ti-
more domini diſputat euangelicus orator,
probant verbum ex ore eius: proponũt de-
inde maieſtatem & omnipotentiã Dei re-
C uereri, & colla ſubdere ſub eius imperio.
Sed quòd mente ſtatuunt audientes verbũ
re non implent, & ſtatim tempore tribula-
tionis vel tentationis à propoſito diſcedũt.
Temporales ſunt. Neque habentes radicem. **NOTA** *ualde.*
Conſidera duo hęc verba cùm oporteat *Derelictio*
ſempiternos eſſe, temporales ſunt: Oporte- *ſancti man*
bat in ſempiterno bono firmiter figere om *dati dñi.*
ne deſiderium, vt bonitati infinitæ in æter-
num ſeruientes, permanerent. Gauiſi ſunt
audito verbo Dei, & probauerunt oporte-
re diſcedere ab omni iniquitate, & tempo-
rales facti ſunt, ad vomitum reddentes, cùm
grauiori Dei iniuria. De hac iniquitate
agens ſanctus propheta Hieremias in nomi
ne domini dicit: Audite verbum domini do *Cap. 2.*
mus Iacob, & omnes cognationes domus
Iſrael. Hæc dicit dominus: Quid inuenerũt
patres veſtri in me iniquitatis, quia elonga-
uerunt ſe à me, & ambulauerũt poſt vanita
tem? Omnes vires habet hæc vox domini.
Primò tanquam de re magna loquitur: Au- *Similitudo*
dite inquit. Secundò inquirit, quam iniqui-
tatem inuenerint in illo. Tantùm propter
iniquitatem aliquis debet derelinqui. Ac ſi
mulier pulchra, honeſta, diſciplinata, virum
diligens, & curam domus habens, aduerſus
D maritum dicat: Quid iniquitatis inuenit in
me vir meus, vt me derelinqueret, & adhæ-
reret turpi ſcorto? In hunc modum infinita
Dei maieſtas de nobis conqueritur: Quid
iniquitatis in me inueniſtis? Tertiò aggra-
uat hanc derelictionem: & ambulauerunt
poſt vanitatem inquit: Nunquid immẽſam
Dei pulchritudinẽ, quam probauit ex ore
prædicatoris, & de qua lætatus eſt, non de-
reliquit, qui ſtatim poſt contionem ſacram,
meretricis fallacem pulchritudinẽ, & alium
de furatam laudat, amat, deſiderat? O no-
ſtram dementiam: O noſtram ſtultitiam. In
hunc modum hæc philoſophia ad omnes
virtutes, & ad ſingula vitia trahi poteſt. De
quibus ſtatim in eodem ſermone propheta
vehemẽter dolens & gemens dicebat: Ob- *Cap. 2.*
ſtupeſcite cæli ſuper hoc, & portæ eius de-
ſolamini vehementer dicit dominus. De
qua obſecro re acturus es ſermonem ô facer
vir? Duo mala fecit populus meus. Me de-
reliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt
ſibi ciſternas, ciſternas diſsipatas, quæ conti
nere nõ valent aquas. Scio de infidelitate &
idolatria Iudæorũ prophetã agere, ſed &
noſtris ſuo modo conueniunt. In qua ſen-
tentia

tentia

tentia tria verba obſerua. Primū, quòd fon-
tem aquæ viuæ ſe dicit dominus: ſecūdùm
quod fodere ciſternas dicuntur peccatores:
tertium, quòd certè continere non valent
aquas. Et verè ſic eſt. Quàm ſuauis fons vi-
uus eſt dominus, æternas delitias bibenti-
bus concedens. De torrente iſto, de hoc fon
te bibunt, omnes beatæ mentes cælorum,
Labor peccatorum. & præ dulcedine inebriantur. Quantum in
die laborat ineptus homo in fodiendo diſſi
patam ciſternam ſiue auaritiæ, ſiue vindi-
Sap. 5. ctę, ſiue ſenſualis deſiderij ſui? Vox eius hęc
eſt in tormentis. Ambulauimus vias diffici-
les, laſſati ſumus in via iniquitatis. Quantū
obſecro laſſatur, qui talentum metalli ſuper
Zach. 5. humerum nudum portat? Et talentum plū-
bi eſt iniquitas: & onus graue ſuper cunctos
Pſal. 37. peccatores terræ. De quo Dauid: Iniquita-
tes meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum. Et
Gen. 4. ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me. Et
Cain: Maior eſt iniquitas mea, quàm vt ve-
niam merear, & portare valeam. Væ illis,
qui temporales ſunt: qui ſuſcipientes verbū
cum gaudio, & probantes illud, ad tempus
credunt, & in tempore tentationis recedūt,
& ſuper capita ſua graue onus deportant, iu
gumq; ferreum, de quo niſi in manu domini
Auari labores. valida exire non poterunt. Quantum fatiga
tur auarus, qui per mare pauperiem fugiens,
per ſaxa, per ignes, & mille denique mor-
tes, diuitias fallaces quærit? Quantum etiam
laboris & vigiliarum inſumit vindicator in
iuriæ vel leuis? Et tamen cùm foderint cum
ingenti labore ciſternas ſuas, aquas non po-
terunt detinere. Quàm breuis eorum læti-
tia. Quàm momentaneum gaudium. Quàm
velociter ab oculis eorum fugiens & eua-
Lætitia peccatorū quàm breuis. neſcens. Non valent continere aquam læti-
tiæ; etiamſi cum ingentiori labore, & ſudo-
re ciſternas foderint. Vox eorum in infer-
no hæc eſt, cùm de his ciſternis agunt. Quid
Sap. 5. nobis profuit ſuperbia aut diuitiarum ia-
Similitudines. ctantia quid contulit nobis? Quid contulit
vel ipſo etiam momento temporis, quo
aquas noſtræ lætitiæ bibebamus? Tranſie-
runt omnia illa tanquam vmbra, & tanquā
nuntius præcurrens: & tanquàm nauis, quæ
pertranſijt fluctuantem aquam, cuius cum
pertranſierit, non eſt veſtigium inuenire,
neque ſemitam carinæ illius, &c. Et virtutis
quidem nullum ſignum valuimus oſtende-
re; in malignitate noſtra conſumpti ſumus.
Talia dixerunt in inferno hi qui pecca-
2. Reg. 3. uerunt, &c. Conſidera lætitiam Amon, qui

diligens Thamar conſumebatur, & quam
A violauit in gaudio, à ſe reiecit vituperabili-
ter in odio grauiori: & tandē ab Abſalō in-
terfectus eſt. Et hunc Abſalon ſimiliter in- *2. Reg. 18.*
tuere ad horam potitum regni gloria, & de-
core, qui in quercu pendens inter cælum & *Eſter. 7.*
terram, multis lanceis confoſſus eſt. Vide
Aman exaltatum gaudentem de conuiuio
Eſter, ad quod vocatus eſt, & in menſa Im-
peratorum manducauit & bibit, & ſtatim
per Mardocheū Iudæum patibulo eſt affi
xus. Vides quomodo omniū peccatorū ci-
ſternæ, quas magno ſudore foderūt, nō con
tinuerūt aquas? Adiunge his auarū illū peſ- *Mat. 27.*
ſimum, qui reiecta pecunia in templo, la-
queo ſe ſuſpendit, & diffuſa ſunt omnia vi-
ſcera eius: & ſic omnis generis peccati habe
bis exempla, quibus veritatem prophetæ
comprobes. Et certè dereliquerunt fontem
aquæ viuæ, currentes ad aquam turbidam
Aegypti, & tempore tentationis, omnes re- *Hiere. 17.*
uerſi ſunt ad curſum ſuum, ſicut equus impe
tu vadens ad prælium. Vnde eorum hoc
grande malum? Quia temporales ſunt, *& nō
habent radicem in ſe*. Quid eſt non habent ra-
dicem in ſe? quod non receperunt ſermonē
verbi Dei, in timore domini: ſcientes durius
cum illis eſſe agendum propter hanc ini-
quitatem: quia cognouerunt veritatem, &
probauerunt illā, & dereliquerūt. Ad docē
dam fugā tanti ſceleris, & importabilis do-
loris cæleſtis pater ad Chriſtū inquit: In ele *Eccli. 24.*
ctis meis mitte radices: ne ſcilicet ſint tem-
porales, ſicut hi qui ad tempus credunt, &
tempore tentationis recedunt. Radices mit *Radices*
tit ſemen verbi in corde hominis, cùm il- *quomodo*
lud in timore domini ſuſcipit. De quo iam *mittit uer-*
ſupra cum Dauide: Statue ſeruo tuo elo- *bum euang.*
quium tuum in timore tuo. Et ſtatim paucis *Pſal. 118.*
interpoſitis æterna ſapientia inquit: Et ſic
in Sion firmata ſum, & in ciuitate ſanctifi-
cata ſimiliter requieui. Quid eſt: ſic firmata
ſum? Docens in timore domini & plantans
illum in viſceribus audientium. Dilata &
pondera. Ecce ergo cæleſte remedium pro
reparatione ruinarum antiquarum, ſi in ti-
more dñi ſuſceperint ſanctam legē, & euan-
gelij doctrinā. Tertia pars ſeminis inter ſpi- *3. gen⁹ ſe-*
nas cecidit. De qua dominus in Marco. Hi *minis.*
*ſunt, qui uerbum audiūt, & ærumnæ ſeculi: & de-
ceptio diuitiarum, & circa reliqua concupiſcentiæ
introeuntes: ſuffocant uerbum, & ſine fructu effi-
citur.* Et hæc tertia pars etiam extincta
fuit: quia cecidit inter ſpinas, per quas
domi-

dominus vult intelligere ærumnas, id eſt, ſo
licitúdines & neceſsitates huius ſęculi, & di
uitias, quæ omnia ſuffocant ſemen, nec red-
dit fructum. Suffocant, id eſt: ſtragulant gut
tur mentis, nec bonum deſiderium ad cor
tranſire ſinunt: nec in illo conceditur reſpi-
rare propter laqueum diaboli. De quo apo
1. Tim. 6. ſtolus: Qui volunt diuites fieri, incidunt in
laqueum, & in varias tentationes, quæ de-
NOTA mergunt hominem in interitum ſempiter-
num. Sufficit quidem laqueus ad necem ho
minis in patibulo: & tamen cum laqueo iſto
viſum eſt apoſtolo (& certè ſic eſt) addere
demerſionem ad interitum ſempiternum.
Diuitiæ. Demerguntur quippe auari in profundiſsi-
mam abyſſum. Vbi nota, quòd nõ damnat
apoſtolus diuitias, ſed cupiditatem & peſsi-
mam ſeruitutem earum. Diues quidem fuit
Exod. 3. Abraham, Iſaac, & Iacob, & vniuerſorum
dominus dictus eſt eorum Deus. Multum
habuerunt auri & argenti, & pecora multa,
& ſeruos, & ancillas: ſed ſeruiebant hæc om
Eccli. 44. nia domino & pauperibus. Et viri miſeri-
cordiæ facti ſunt, & gratioſi: etiam angelis
Gen. 19. hoſpitio receptis. His quippe non fuerunt
diuitiæ fallaces, neque ſpinæ, ſed in adiuto-
rium ad diuinam reuerentiam. Diues valde
Gen. 19. erat Abraham, & domini verbum audiens:
Offer mihi filium tuum, quẽ diligis Iſaac:
Eadem hora noctis ſurrexit, & fructum red
didit obedientiæ, vſque ad nudationem gla
Ibi. 22. dij pro immolatione filij. Nec curabat de
hærede multarum diuitiarum: nec dubita-
uit occidere, quem diuitiæ clamabant hæ-
Matth. 27 redem. Iudas verò mercator peſsimus inci-
dit in laqueum diaboli. Quot vidimus aua-
ros laqueis diaboli ſuſpenſos? Quòd ſi cor-
pora eorum minimè ſuſpenſa ſunt & ſtragu
lata, certè mentes eorum, quibus nec cibũ
tangere, neque aquam bibere carnifex aua-
ritia concedit, ſicut de Tantalo dicitur: qui
fugentia flumina labijs inſequitur. De quo
Horati⁹ in poëta: Quid rides? Mutato nomine, de te fa
ſermonib⁹. bula narratur. Congeſtis vndique ſaccis in-
dormis, hians, & tanquam parcere ſacris co
geris, aut pictis tanquàm gaudere tabellis.
Nullum alium fructum in diuitijs fallaci-
bus & ſpinoſis inueniunt, quam earum ve-
diuitiæ fal nerationem: quibus parcunt etiam in ma-
laces. gnis neceſsitatibus. *Deceptio diuitiarũ.* Pro-
prio ſibi nomine compellauit diuitias. Deci
piunt quidem, cùm fœlicitatem promittũt,
& ſpinæ ſunt, quæ vſque ad cordis lacera-
tionem attingunt. Promittunt, cùm incer-
tæ ſint. De quo apoſtolus: Neque ſperẽt in
C incerto diuitiarum. Incertæ, & fallaces, & 1. Timo. 6
deceptoriæ ſunt diuitiæ, & ſpinæ quæ ſuffo
cant verbum euãgelij. De quibus Michæas Cap. 6.
propheta: Adhuc ignis in domo impij the-
ſauri iniquitatis, & menſura minor iræ ple-
na. Iuſtè dicitur menſura iræ plena, quæ do
loſa eſt: per quam homo cæcus ſit diues. Nũ
quid iuſtificabo ſtateram impiam, & ſacel-
li pondera doloſa? In quibus diuites eius re
pleti ſunt iniquitate: & habitantes in ea lo-
quebatur mendaciũ. Pondera ſingula ver-
ba, & maximè illud, iræ plena: & ſimiliter
illud: Repleti ſunt iniquitate. Et illud: Lo-
quebãtur mendacium: & nunc quidem in
mille iuramentis, & lingua eorum fraudu-
lenta in ore ipſorum, inquit propheta. Nun
quid hæc omnia non ſunt ſpinæ, quæ ſuffo-
cant verbum doctrinæ? Nunquid non ſunt
fallaces diuitiæ? Concupiuit vineam Na- 3. Reg. 21
both impijſsima Iezabel, & inferens vim,
iuſsit eum interfici. Ad quam dominus: Oc
cidiſti inſuper & poſſediſti. In loco hoc, in
quo linxerunt canes ſanguinem Naboth,
lambent quoque ſanguinem tuum. Quod 4. Reg. 9.
D ita completum eſt. Iehu nanque videns il-
lam ad feneſtram, duobus eunuchis præce
pit, vt præcipitarent eam: & præcipitaue-
runt: aſperſuſque eſt ſanguine paries: &
cùm irent homines iuſſu Iehu vt ſepelirẽt
eam, non inuenerunt niſi caluariam, & pe-
des, & ſummas manus. Diuitias concupiuit,
& poſſedit, & tandem præcipitata per fene
ſtram mortua eſt: & canes comederunt car
nes eius. Paſsim oſtendes in ſacris literis
exempla, quibus rem hanc comprobes. Suf
ficiat tamen quod à Chriſto domino dictũ
eſt: Facilius camelus intrabit per foramen Matth. 19
acus, quàm diues in regnum cælorum, de
quo ſuo loco dicendũ eſt. Ecce quibus mo- infra. c. 10
dis, perit ſemen euangelicum, quod vel ab
ipſo Chriſto ſeminatur, & ab eius prophe-
tis & ſacris apoſtolis. Neque ex hoc euan-
gelicus orator à prædicatione ceſſet, animo
deficiens. Ipſe quidem ſaluabit animã ſuã;
neque de manu eius requiret dominus ſan-
guinem eorum qui voluntarij pereunt: ſicut
Ezechieli dictum fuit à domino. Et ſecun- Cap. 2.
dum exemplum Pauli, propter electos om 2. Tim. 2.
nia ſuſtineat. Et melius eſt vt populus con- Verba ſũt
tumaciæ reddat rationem, quàm paſtor, vel Ambroſij.
prædicator negligentię ſuſtineat iudicium.
Videamus iam quomodo tantis malis oc-
currere poſsimus: & quid ad curationem

morbi

morbi huius tam grauis peritiſsimi medici ſcripſerint. In primis ſanctus Hieremias inquit & Oſeas: Hæc dicit dominus viro Iuda & habitatori Hieruſalem: Nouate vobis nouale, & nolite ſerere ſuper ſpinas, &c. Ne forte egrediatur vt ignis indignatio mea, & ſuccendatur, & non ſit qui extinguat, propter malitiam cogitationum veſtrarum. Seminate vobis in iuſtitia, & metite in ore miſericordiæ, innouate vobis nouale: tempus autem requirendi dominum, cùm venerit, qui docebit vos iuſtitiam. Inter ſpinas ſerit, qui multa de virtutibus docens, falcem verbi Dei contra radicem omnium malorum auaritiam & cupiditatem non immittit diligenter. Innouare oportet nouale, & tunc ſerere. Sic fecit magnus Ioannes: ſic & dominus Ieſus. Ille quidem: Quis demonſtrabit vobis fugere à ventura ira? Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ. Ventilabrum in manu eius, & permundabit aream ſuam, &c. Iam ſecuris ad radicem arborum poſita eſt. Iſte autem: Agite pœnitentiam, &c. Hæc ad prædicatores dicta ſunt primò, deinde & ad reliquum populũ: vt ſemen verbi Dei fructum ferat: ſicut inquit Saluator: *Et hi ſunt qui ſuper terram bonam ſeminati ſunt, qui audiunt uerbum & ſuſcipiunt, & fructificant unum triginta, unum ſexaginta, & unum centum.* Bonitas terræ huius, quæ fructum reddit cum fœnore, à Deo eſt præparata: ſicut ſupra Chriſtus dixit apoſtolis: Vobis datum eſt. De quo dudum diſputauimus, & demonſtrauimus à Dei electione procedere omnia media ad finem ordinata: non ècontra. Propter quod optimè dicitur quòd non ſit præuiſus bonus vſus liberi arbitrij ad prædeſtinationem, ſed à Deo conceſſus, ad eius conſecutionem. Per terram bonam intellige conſcientiam bonam & timoratam, quæ cum timore reddendæ rationis, & placendi Deo ſuſcipit ſemen verbi Dei. Quæ inuentos ſermones domini comedit, & ad cordis ſtomachum deſcendunt, vbi per aſsiduam oratione͂ & conſiderationem digeruntur, & ſic tranſeunt in cibum animæ. Neq; ſtatim abijcit ſermone͂ ſicut infirmus, cuius ſal' deſperata eſt à medicis, & deplorata à domeſticis, qui quoſcunq; cibos euomit: ſed ècontra, ſicut qui ſumit naturæ & complexioni congruente͂ cibum, & per illum aſsidue fit fortior & robuſtior. Non eſt in cunctis quæ fiunt ſub ſole, quod ſic noſtræ naturæ & ſaluti expediat & conueniat ſicut doctrina euangelij. Neque aliud debet noſtri cordis palato gratioſius accidere, quàm ſacræ ſcripturæ menſa. De qua propheta: Narrauerunt mihi iniqui fabulationes: ſed non vt lex tua. Et Hieremias: Inuenti ſunt ſermones tui, & comedi illos, & facti ſunt in gaudium & lætitiam cordis mei: Terra, quæ ſic ſuſcipit ſemen ſeminantis, fructificat vnum triginta, vnum ſexaginta, & vnum centum. Valde diſtat in fructu ſemen quod cecidit ſuper terram bonã, & in his tribus numeris. Vnde bonam terram, meliorem inuenies & optimam. Bona eſt quæ fructum reddit trigeſimũ. Melior quæ ſexageſimum, optima quæ centeſimũ. Hos fructus conſtituerunt, & intellexerũt omnes patres eccleſiæ in matrimonio ſancto, in viduitate, & in ſacra virginitate: quę omnibus antefertur & antecellit. Et tangũtur tres gradus, qui in qualibet virtute poſſunt demonſtrari. Vnde in virtute caſtitatis primus & inferior gradus eſt caſtitas cõiugalis, quæ alienũ concubitũ ignorat, & retento proprio viro, alium fugit, & reddit fructum trigeſimũ. Secundus inuenitur in caſtitate viduarũ. Hæc omnẽ concubitũ reijcit: & liberiùs Deo vacat, licèt poſsit tranſire ad ſecundas & tertias nuptias: melius tamen faciet ſi ſic permanſerit. Tertius gradus in caſtitate virginali conſtituitur. Per quam omnis concubitus ſimpliciter euitatur: vt mens ipſa tanquàm ſponſo ſuo, ſoli Deo per amorem copuletur. De quibus ſigillatim agendum eſt in ſequẽtibus. Multa enim vnicuiq; illorũ quæ à pleriſq; ignorãtur, cõueniunt, & ſic myſteriũ regni cæleſtis demõſtrabitur. Similiter in virtute fortitudinis poſſunt tres gradus aſsignari. Primus eſt, quando propter bonũ virtutis aliquis ſuſtinet conſtanter detrimentum in exterioribus bonis. De quo apoſtolus: Rapinam bonorũ veſtrorũ cum gaudio ſuſcepiſtis. Secundus quando ſuſtinet patienter vulnera proprij corporis. De quo idẽ apoſtolus: Suſtinetis ſi quis in faciem vos cędit, ſi quis deuorat: In his duobus fortis inuentus eſt ſanctus Iob. Tertius eſt, quando propter virtutem ſuſtinet etiam martyrium, in quo ponit animam ſuam, vel propter proximum, &c. Videamus ergo quomodo terra bona cordis & conſciẽtiæ in cõiugatis ferat fructũ trigeſimum. Multa oportet vir coniugatus habeat, vel mulier, ad fructum tam

Margin notes: *Cap.4.& 10.* — *Qualiter ſeminandum uerbũ Dei.* — *Matt.3.* — *Mat.4.* — NOTA. — *Terra bona.* — *Deſperatus morbus animæ.* — A — B — *Pſal.118.* — *Cap.15.* — *Gradus diuerſi in uirtutibus.* — *Fortitudinis tres gradus.* — *Heb.10.* — *1.Cor.11.* — *Ca.1.et 2.* — *Caſtitas cõiugalis quãta debeat habere adferẽdũ fructum trigeſimũ.*

Primum. amplum. Primò omnium conuenit coniu
gatis finis bonus & intentio: quam debent
habere accedentes ad matrimonium. Nimi
rùm vt cum honeſtate alter ad alterum ac-
cedat, quaſi ſub oculis Dei ad filiorum ge-
Tobię. 6. nerationem. De quo Raphael ad Tobiam
iuniorem. Audi me, & oſtendam tibi qui
ſunt: quibus præualere poteſt dæmonium.
Hi nanque qui coniugium ita ſuſcipiunt, vt
Deum à ſe, & à ſua mente excludāt, & ſuæ
Pſal. 31. libidini ita vacēt, ſicut equus & mulus, qui-
bus non eſt intellectus, habet poteſtatem
dæmonium ſuper eos. Tu autem cùm acce-
peris eam, ingreſſus cubiculum per tres dies
continens eſto ab ea. &c. Tranſacta autem
nocte tertià accipies virginem in timore do
mini: amore ſcilicet filiorum magis quàm li
bidine ductus, vt in ſemine Abrahæ bene-
dictionem in filijs conſequaris. Quæ ad vn-
guem compleuit Tobias. Vnde inter ea
quæ Saræ vxori dixit, obſeruantiſsimū ver
NOTA ualde. bum eſt: Deprecemur Deum hodie, & cras
& ſecundùm cras: quia his tribus noctibus
Deo iungimur. Optimū verbū & omnibus
Copula cōiungatorū quid ſignificet. Hugo lib. 2. de ſacr. parte. 11. coniugandis obſeruabile & honorabile. Vt
per tres noctes coniungati Deo iungantur
in orationibus, qui in corporum ſuorum co
pulatione ſacræ vnionis verbi diuini ad hu
manam naturam referunt imaginē. De quo
Hugo: Coniunctio maris & fœminę per
mutuum conſenſum ſignificat coniunctio
nem Chriſti & eccleſiæ per gratiam & cha-
ritatem: coniunctio autem per carnalem co
Leo. 27. q. 2. canone. cùm ſocietas. pulam ſignificat Chriſti coniunctionē, per
aſſumptionem humanitatis. Et Leo. PP.
Pręter commiſtionē ſexus ſocietas nuptia-
rum nō habet in ſe coniunctionis Chriſti &
Matrimoniū quantum ſacramentū repreſentet. eccleſiæ ſacramentum. Videant cōiugati ſi
oporteat in timore domini, & quaſi ſub ocu
lis eius ad inuicē cōfęderari: cùm ſummi &
altiſsimi myſterij in ſuorū corporū copula
habeant imaginē. Videant quàm longè ab
Nuptiarū conuiuium. eis debeāt eſſe inhoneſta & impudica ope-
ra quæ turpe eſt & dicere. Et conuiuiū nu-
ptiale quale debeat eſſe in Tobia etiā de-
ſcribitur. In aduentu Raguelis facta oratio-
ne, & dicto Amen acceſſerunt ad conuiuiū:
ſed & cum timore dñi nuptiarū conuiuium
Secundum. exercebant. Secundùm quod coniungato-
rū ſtatui cōuenit, valdeq́; neceſſarium, etiā
apud feras gentes habitum eſt, eſt fidelitas;
quod ſcilicet vir non cognoſcat mulierem
aliā, nec mulier aliū virū: quod eſſet adulte
riū. Quibus exemplū clariſsimū & ſtupen-

dum ſacra fœmina Suſanna conceſsit. Quæ *Suſanna exemplum cōiugatorū*
C elegit potius mori, quàm maledictis iudici-
bus commiſceri. Vſq; ad mortem vterq; al-
ligatus eſt legi, nec de alia vir, aut vxor de *1. Cor. 7.*
alio habet cogitare. Vnde tertium ſequitur *Tertium.*
quod neuter eorū habet poteſtatē ſui cor-
poris. Sed obſerua, q̄ non ex æquo lex hęc
ad virum & vxorē reſpicit. Quia in multis
vir excuſatur, in quibus ipſa non poteſt præ
tendere excuſationē. Vir enim agens eſt, &
mulier patiēs: facileq́; vires agentis exhau-
riuntur. Cùm ergo Paulus dicit: Vir pote-
ſtatē ſui corporis non habet, ſed vxor, &c.
cæteris paribꝰ debet lex interpretari. Quar *Quartum.*
tū quod oportet eos ſeruare, nimirùm tēpus
orationis eſt, ex conſenſu vtriuſq;, & ad tē- *Paul. ibid.*
pus, ſicut docet apoſtolus, debet fieri. Et re- *Oratio cōiugatis conuenit.*
uertimini in idipſum: ne tentet vos ſatha-
nas propter veſtram incontinentiam. Grā-
de enim ſcelus eſſet adulteriū. Quod vnus *Gen. 20.*
Abimelech docere poteſt. Is quippe ma- *Adulteriū*
gno Abraham, cùm diſsimulauit matrimo- *De magnitudine huius peccati, lege. 1. epi. Clem. ad Iacobum.*
nium ex timore mortis, quia erat apud bar-
baras gentes, cognito quòd verè vxor il-
lius eſſet Sara, dixit: Quid feciſti nobis?
D Quid peccauimus inte: quia induxiſti ſuper
me, & ſuper regnum meum peccatum hoc
grande. Pondera verba Abimelech: quia *De quo infra. cap. 5. & 7.*
vim habent ſingula & energiam magnam.
Quintum quod demandatur coniugatis eſt
mutua dilectio, nec vulgaris, ſed magna, & *Quintum.*
hæc præcipuè viris, & fœminis obedientia; *Coniugatorum dilectio.*
De dilectione apoſtolus: Viri diligite vxo
res veſtras, ſicut Chriſtus dilexit eccleſiam.
Et Petrus: Mulieres ſubditæ ſint viris. Vir *Epheſ. 1.*
enim caput eſt vxoris. Et mulier facta eſt *Col. 3.*
propter virum, & gloria eius. Vir autem *1. Cap. 2.*
gloria eſt Dei. Ex quo ſequitur ſextum, *Sextum.*
quod maximè mulieribus conuenit, ſcili-
cet reuerentia & honor erga viros ſuos.
Quod docet apoſtolus exemplo Saræ, quæ
Abraham Dominum ſuum compellabat. *1. Cap. 3.*
Hæc virtus Saræ pondus magnum habet: *Gen. 18.*
quia apud ſemetipſam confabulans, non
coram multitudine, dominum ſuum dice-
bat Abraham. Quæ riſit occultè dicens:
Poſtquàm conſenui, & dominus meus ve-
tulus eſt. Et hic honor erga vxores deman
datur etiam viris in eodem loco à beatiſsi-
mo Petro: viri ſimiliter cohabitantes ſecun *1. cap. 2.*
dùm ſciētiam, quaſi infirmiori vaſculo mu
liebri impartientes honorem, tanquàm co
hæredibus gratiæ vitæ. Habent exemplū *Rebecæ exemplū.*
magnum in ſancta Rebeca omnes fœminę;
quo-

quomodo coram viris ſuis oporteat cōuer-
ſari in multa honeſtate & reuerentia. Illa
quippe ſciens à ſeruo Abraham, qui eam à
Gen.24. domo patris adducebat ad nuptias Iſaac,
ipſum eſſe qui deambulabat in agro, aſſum-
pto palio ſuo cooperuit caput ſuum. Quid
Cōiugata-rum orna-tus. faciendum eſt illis coram alienis viris? De
ornatu earum extat doctrina apoſtolorum.
1.Tim.2. Mulieres in habitu ornato cum verecundia
1.cap.13. & ſobrietate ornantes ſe. De quo Petrus
etiam. Sic autē mulieres ſperantes in Deo,
ornabant ſe, ſubiectę proprijs viris ſuis. Vn
de quod extra ſobrietatē eſt, ſtatim indicāt
Ibi.1 vterq; apoſtolus. Petrus quidē de vxoribus.
Quarum non ſit extrinſecus capillatura, aut
circundatio auri, aut indumenti veſtimēto-
1.Tim.2. rum cultus, &c. Et Paulus: Non in tortis cri
nibus, aut auro, aut margaritis, vel veſte pre
cioſa: ſed quod decet mulieres promitten-
tes pietatē per opera bona. Docere autē mu
lieri non permittitur, aut dominari in virū.
Clemēs li. 3.fo.105. Cap.11. Docet Clemens Alexandrinus in Pędago-
go coniungatos multa: ſed quæ tertio libro
ſcribit audite. In eccleſiam autem venire
oportet virum & mulierem, honeſtè indu-
tos nō ſimulato inceſſu: ſilentium ample-
B ctentes charitatem non fictam poſsidentes,
caſtos corpore, caſtos corde, ad Deū rogan
dū aptos. Hoc amplius habeat mulier: ſem-
per tecta ſit (de quo Tertulianus ad longum
Coniugata tecta ſemper. inde velamine mulierū) niſi domi fuerit. Eſt
enim honeſtus habitus, & ex quo nihil poſ
ſit offenſionis ſuſcipi. Ipſa enim nunquàm
labetur ſi & verecundiā & veſtem ante ocu
los poſuerit: neque ad peccati lapſum alium
prouocabit, dum vultum ſuum operit. Hoc
quidem Verbum requirit, quandoquidem
conuenit eam tectam orare. Dicunt autem
Aeneæ uxor. vxorem Aeneæ propter inſignem honeſta
tem, neque cùm Troia quidem caperetur
perterritam ſe detexiſſe: ſed etiam dum ab
incendio fugeret manſiſſe coopertam. Et ſu
Lib.2. Pedagogi. c. 12.c. per illud Pauli: Non in tortis crinibus, &c.
idem Clemens inquit: Si ſunt enim pul-
chræ, ſufficit natura: non contendat ars con
tra naturam. Hoc eſt, fraus minimè liti-
get cum veritate. Sin autem ſunt natura tur
pes ex his quæ ſibi applicant, quòd non ha
beāt arguunt. Apellex pictor cùm vidiſſet
quendam ex ſuis diſcipulis pinxiſſe Hele-
nam multo auro ornatam: O adoleſcens, in-
quit, cùm non poſſes pingere pulchram fe-
ciſti diuitem. Tales ſunt nunc Helenæ, quæ
nunc ſunt mulieres, non verè pulchræ, ſed

multis effictæ & ornatæ diuitijs. Eis prædi
A citſpiritus per Sophoniam: argentum, & au *Cap. 1.*
rum ipſarum non poſſe eas eximere in die
iræ domini. Eas autē quæ à Pedagogo Chri
ſto erudiuntur, non auro, ſed ratione ac ver
bo exornari cōuenit. Et libro tertio, ſapiē- *Cap.11.*
tiſsimè & conſultiſsimè de habitu coniuga
tarum adhuc diſputans inquit. Sed nonnun
quàm de illa ſeuera & accurata vitæ ratione *Coniugatarum mulierum indulgētia in habitu.*
eſt aliquid remittēdum. Nonnunquā enim
concedendum eſt illis, quæ in coniugē mi-
nus continentem incidunt, ornari, vt mari-
to ſuo placeant. Hic autem eis conſtitua-
tur terminus, vt à ſolis ſuis maritis laudari,
& eis placere ambiant. Atque ego quidem
nollem eas corporeum exercere decorem, *NOTA ualde.*
ſed eos quibus nupſerunt pudico mari-
torum amore inducere, qui quidem eſt vio- *Amor pudicus uiolentus.*
lentum & iuſtum medicamentum. Sed quo
niam ij volunt eſſe miſera & infœlici ani-
ma, permittatur eis, ſi pudicæ & caſtæ eſſe
vellent, à ratione alienas maritorum cupi-
ditates & appetitiones paulatim lenire ac ſe
dare. Et capit. 2. tertij lib. Sicut enim notæ
inuſtæ fugitiuum: ita etiam floridi colores
adulterium indicant. Nam etſi coccino in-
B duaris, & aureo ornamento orneris, & ocu-
los tuos vngas ſtibio, fruſtra eſt pulchritu- *Cap.4.*
do tua dicit Verbum per Hieremiam. An
verò nō abſurdū eſt equos quidē, & aues, &
alia animantia ex herba & pratis ſurgere ac
euolare proprio ornamento lętantia, iubis,
& colore naturali, & penuis varijs: mulierē
verò, perinde ac ſi ſit beſtijs inferior ſe eſſe
adeò deformem exiſtimat, vt externa em-
ptitia, & adumbrata pulchritudine egeat?
Lege de re hac Chriſoſtomum homil. 60. *Chriſ. to. 3.*
in Ioannem, & eundem ſuper illud Pauli:
Mulieres in habitu ornato. Et tomo. 1. con-
ciliorum, fol.46. cap.2. Ad Paulum reuer-
tamur. Qui recapitulationem faciens, vnde
mulier nupta reddat fructum trigeſimū, in-
quit: Saluabitur per filiorū generationē, ſi
permanſerit in fide & dilectione, & ſanctifi
catione cum ſobrietate. Extat eiuſdem apo
ſtoli doctrina ad vxoratas pro hoc fructu.
Ad Titum inquit: Tu autem loquere quæ *Cap.2.*
decent ſanam doctrinam. Adoleſcentulas
vt viros ſuos ament, filios ſuos diligant, pru
dentes, caſtas, ſobrias, domus curam haben
tes, benignas, ſubditas viris ſuis, vt non blaſ
phemetur verbum Dei. Hæc omnia & ſi
quę alia ſunt, ſicut certe ſunt (inter quæ
non obſcuro loco iacet filiorum religioſa

[*Primum.*] amplum. Primò omnium conuenit coniugatis finis bonus: & intentio: quam debent habere accedentes ad matrimonium. Nimirùm vt cum honestate alter ad alterum accedat, quasi sub oculis Dei ad filiorum generationem. [*Tobię. 6.*] De quo Raphael ad Tobiam iuniorem. Audi me, & oſtendam tibi qui ſunt: quibus præualere poteſt dæmonium. Hi nanque qui coniugium ita ſuſcipiunt, vt Deum à ſe, & à ſua mente excludãt, & ſuæ [*Pſal. 31.*] libidini ita vacẽt, ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus, habet poteſtatem dæmonium ſuper eos. Tu autem cùm acceperis eam, ingreſſus cubiculum per tres dies continens eſto ab ea. &c. Tranſacta autem nocte tertia accipies virginem in timore domini: amore ſcilicet filiorum magis quàm libidine ductus, vt in ſemine Abrahæ benedictionem in filijs conſequaris. Quæ ad vnguem compleuit Tobias. Vnde inter ea quæ Saræ vxori dixit, obſeruantiſſimũ verbum eſt: [*NOTA valde.*] Deprecemur Deum hodie, & cras & ſecundùm cras: quia his tribus noctibus Deo iungimur. Optimũ verbũ & omnibus coniugandis obſeruabile & honorabile. Vt per tres noctes coniungati Deo iungantur in orationibus, qui in corporum ſuorum copulatione ſacræ vnionis verbi diuini ad humanam naturam referunt imaginẽ. [*Copula cõiungatorũ quid ſignificet. Hugo lib. 2. de ſacr. parte. 11.*] De quo Hugo: Coniunctio maris & fœminę per mutuum conſenſum ſignificat coniunctionem Chriſti & eccleſiæ per gratiam & charitatem: coniunctio autem per carnalem copulam ſignificat Chriſti coniunctionẽ, per aſſumptionem humanitatis. [*Leo. 27. q. 2. canone. cùm ſocietas.*] Et Leo. P P. Preter commiſtionẽ ſexus ſocietas nuptiarum nõ habet in ſe coniunctionis Chriſti & eccleſiæ ſacramentum. [*Matrimoniũ quantum ſacramentũ repræſentet.*] Videant cõiugati ſi oporteat in timore domini, & quaſi ſub oculis eius ad inuicẽ cõfœderari: cùm ſummi & altiſſimi myſterij in ſuorũ corporũ copula habeant imaginẽ. Videant quàm longè ab eis debeat eſſe inhoneſta & impudica opera quæ turpe eſt & dicere. [*Nuptiarũ conuiuium.*] Et conuiuiũ nuptiale quale debeat eſſe in Tobia etiã deſcribitur. In aduentu Raguelis facta oratione, & dicto Amen acceſſerunt ad conuiuiũ: ſed & cum timore dñi nuptiarũ conuiuium exercebant. [*Secundum.*] Secundũ quod coniungatorũ ſtatui cõuenit, valdeq; neceſſarium, etiã apud feras gentes habitum eſt, eſt fidelitas; quod ſcilicet vir non cognoſcat mulierem aliã, nec mulier aliũ virũ: quod eſſet adulterium. Quibus exemplũ clariſſimũ & ſtupendum ſacra fœmina Suſanna conceſſit. [*Suſanna exemplum cõiugatorũ.*] C Quæ elegit potius mori, quàm maledictis iudicibus commiſceri. Vſq; ad mortem vterq; alligatus eſt legi, nec de alia vir, aut vxor de [*1. Cor. 7.*] alio habet cogitare. Vnde tertium ſequitur [*Tertium.*] quod neuter eorũ habet poteſtatẽ ſui corporis. Sed obſerua, q̃ non ex æquo lex hęc ad virum & vxorẽ reſpicit. Quia in multis vir excuſatur, in quibus ipſa non poteſt prætendere excuſationẽ. Vir enim agens eſt, & mulier patiẽs: facileq; vires agentis exhauriuntur. Cùm ergo Paulus dicit: Vir poteſtatẽ ſui corporis non habet, ſed vxor, &c. cæteris parib⁹ debet lex interpretari. [*Quartum.*] Quartũ quod oportet eos ſeruare, nimirùm tẽpus orationis eſt, ex conſenſu vtriuſq;, & ad tẽpus, ſicut docet apoſtolus, debet fieri. [*Paul. ibid. Oratio cõiugatis conuenit.*] Et reuertimini in idipſum: ne tentet vos ſathanas propter veſtram incontinentiam. Grãde enim ſcelus eſſet adulteriũ. [*Gen. 20. Adulteriũ De magnitudine huius peccati, lege. 1. epi. Clem. ad Iacobum. De quo infra cap. 5. & 7.*] Quod vnus Abimelech docere poteſt. Is quippe magno Abraham, cùm diſſimulauit matrimonium ex timore mortis, quia erat apud barbaras gentes, cognito quòd verè vxor illius eſſet Sara, dixit: Quid feciſti nobis? D Quid peccauimus inte: quia induxiſti ſuper me, & ſuper regnum meum peccatum hoc grande. Pondera verba Abimelech: quia vim habent ſingula & energiam magnam. [*Quintum. Coniugatorum dilectio.*] Quintum quod demandatur coniugatis eſt mutua dilectio, nec vulgaris, ſed magna, & hæc præcipuè viris, & fœminis obẽdientia. De dilectione apoſtolus: Viri diligite vxores veſtras, ſicut Chriſtus dilexit eccleſiam. [*Ephef. 1. Col. 3. 1. Cap. 2.*] Et Petrus: Mulieres ſubditæ ſint viris. Vir enim caput eſt vxoris. Et mulier facta eſt propter virum, & gloria eius. Vir autem gloria eſt Dei. Ex quo ſequitur ſextum, [*Sextum.*] quod maximè mulieribus conuenit, ſcilicet reuerentia & honor erga viros ſuos. Quod docet apoſtolus exemplo Saræ, quæ Abraham Dominum ſuum compellabat. [*1. Cap. 3. Gen. 18.*] Hæc virtus Saræ pondus magnum habet: quia apud ſemetipſam confabulans, non coram multitudine, dominum ſuum dicebat Abraham. Quæ riſit occultè dicens: Poſtquàm conſenui, & dominus meus vetulus eſt. Et hic honor erga vxores demandatur etiam viris in eodem loco à beatiſſimo Petro: viri ſimiliter cohabitantes ſecundùm ſcientiam, [*1. cap. 2.*] quaſi infirmiori vaſculo muliebri impartientes honorem, tanquàm cohæredibus gratiæ vitæ. Habent exemplũ magnum in ſancta Rebeca omnes fœminę [*Rebecæ exemplũ.*] quo-

quomodo coram viris ſuis oportcat cõuer-
ſari in multa honeſtate & reuerentia. Illa
quippe ſciens à ſeruo Abraham, qui eam à
Gen.24. domo patris adducebat ad nuptias Iſaac,
ipſum eſſe qui deambulabat in agro, aſſum-
pto palio ſuo cooperuit caput ſuum. Quid
Cõiugatarum ornatus. faciendum eſt illis coram alienis viris? De
ornatu earum extat doctrina apoſtolorum.
Mulieres in habitu ornato cum verecundia
1.Tim.2. & ſobrietate ornantes ſe. De quo Petrus
1.cap.13. etiam. Sic autẽ mulieres ſperantes in Deo,
ornabant ſe, ſubiectę proprijs viris ſuis. Vn
de quod extra ſobrietatẽ eſt, ſtatim indicãt
Ibi.1 vterq; apoſtolus Petrus quidẽ de vxoribus.
Quarum non ſit extrinſecus capillatura, aut
circundatio auri, aut indumenti veſtimẽto-
1.Tim.2. rum cultus, &c. Et Paulus: Non in tortis cri
nibus, aut auro, aut margaritis, vel veſte pre
cioſa: ſed quod decet mulieres promitten-
tes pietatẽ per opera bona. Docere autẽ mu
lieri non permittitur, aut dominari in virũ.
Clemẽs li. 3.fo.105. Cap.11. Docet Clemens Alexandrinus in Pędago-
go coniungatos multa: ſed quæ tertio libro
ſcribit audite. In eccleſiam autem venire
oportet virum & mulierem, honeſtè indu-
tos nõ ſimulato inceſſu: ſilentium ample-
ctentes charitatem non fictam poſsidentes,
caſtos corpore, caſtos corde, ad Deũ rogan
dũ aptos. Hoc amplius habeat mulier: ſem-
per tecta ſit (de quo Tertulianus ad longum
Coniugata tecta ſemper. inde velamine mulierũ) niſi domi fuerit. Eſt
enim honeſtus habitus, & ex quo nihil poſ
ſit offenſionis ſuſcipi. Ipſa enim nunquàm
labetur ſi & verecundiã & veſtem ante ocu
los poſuerit: neque ad peccati lapſum alium
prouocabit, dum vultum ſuum operit. Hoc
quidem Verbum requirit, quandoquidem
conuenit eam tectam orare. Dicunt autem
Aeneæ uxor. vxorem Aeneæ propter inſignem honeſta
tem, neque cùm Troia quidem caperetur
perterritam ſe detexiſſe: ſed etiam dum ab
incendio fugeret manſiſſe coopertam. Et ſu
Lib.2.Pedagogi. c.12.c. per illud Pauli: Non in tortis crinibus, &c.
idem Clemens inquit: Si ſunt enim pul-
chræ, ſufficit natura: non contendat ars con
tra naturam. Hoc eſt, fraus minimè liti-
get cum veritate. Sin autem ſunt natura tur
pes ex his quæ ſibi applicant, quòd non ha
beãt arguunt. Apellex pictor cùm vidiſſet
quendam ex ſuis diſcipulis pinxiſſe Hele-
nam multo auro ornatam: O adoleſcens, in-
quit, cùm non poſſes pingere pulchram fe-
ciſti diuitem. Tales ſunt nunc Helenæ, quæ
nunc ſunt mulieres, non verè pulchræ, ſed

multis effictæ & ornatæ diuitijs. Eis prædi
A cit ſpiritus per Sophoniam: argentum, & au *Cap. 1.*
rum ipſarum non poſſe eas eximere in die
iræ domini. Eas autẽ quæ à Pedagogo Chri
ſto erudiuntur, non auro, ſed ratione ac ver
bo exornari cõuenit. Et libro tertio, ſapiẽ- *Cap.11.*
tiſsimè & conſultiſsimè de habitu coniuga
tarum adhuc diſputans inquit. Sed nonnun
quàm de illa ſeuera & accurata vitæ ratione *Coniugatarum mulierum indulgẽtia in habitu.*
eſt aliquid remittẽdum. Nonnunquã enim
concedendum eſt illis, quæ in coniugẽ mi-
nus continentem incidunt, ornari, vt mari-
to ſuo placeant. Hic autem eis conſtitua-
tur terminus, vt à ſolis ſuis maritis laudari,
& eis placere ambiant. Atque ego quidem
nollem eas corporeum exercere decorem, *NOTA ualde.*
ſed eos quibus nupſerunt pudico mari-
torum amore inducere, qui quidem eſt vio- *Amor pudicus uiolentus.*
lentum & iuſtum medicamentum. Sed quo
niam ij volunt eſſe miſera & infœlici ani-
ma, permittatur eis, ſi pudicæ & caſtæ eſſe
vellent, à ratione alienas maritorum cupi-
ditates & appetitiones paulatim lenire ac ſe
dare. Et capit. 2. tertij lib. Sicut enim notæ
inuſtæ fugitiuum: ita etiam floridi colores
adulterium indicant. Nam etſi coccino in-
B duaris, & aureo ornamento orneris, & ocu-
los tuos vngas ſtibio, fruſtra eſt pulchritu- *Cap.4.*
do tua dicit Verbum per Hieremiam. An
verò nõ abſurdũ eſt equos quidẽ, & aues, &
alia animantia ex herba & pratis ſurgere ac
euolare proprio ornamento lętantia, iubis,
& colore naturali, & pennis varijs: mulierẽ
verò, perinde ac ſi ſit beſtijs inferior ſe eſſe
adeò deformem exiſtimat, vt externa em-
ptitia, & adumbrata pulchritudine egeat?
Lege de re hac Chriſoſtomum homil. 60. *Chriſ.to. 3.*
in Ioannem, & eundem ſuper illud Pauli:
Mulieres in habitu ornato. Et tomo.1.con-
ciliorum, fol.46.cap.2. Ad Paulum reuer-
tamur. Qui recapitulationem faciens, vnde
mulier nupta reddat fructum trigeſimũ, in-
quit: Saluabitur per filiorũ generationẽ, ſi
permanſerit in fide & dilectione, & ſanctifi
catione cum ſobrietate. Extat eiuſdem apo
ſtoli doctrina ad vxoratas pro hoc fructu.
Ad Titum inquit: Tu autem loquere quæ *Cap.2.*
decent ſanam doctrinam. Adoleſcentulas
vt viros ſuos ament, filios ſuos diligant. pru
dentes, caſtas, ſobrias, domùs curam haben
tes, benignas, ſubditas viris ſuis, vt non blaſ
phemetur verbum Dei. Hæc omnia & ſi
quę alia ſunt, ſicut certè ſunt (inter quæ
non obſcuro loco iacet filiorum religioſa

& ſancta educatio) facere oportet qui in ſancto matrimonio coniuncti ſunt, vt Dei verbum det fructum in eis vſque ad numerum trigeſimũ. De quibus fortaſsis iterùm redibit ſermo. Non tamẽ licet nobis, cùm ſemel cœperimus coniugatos homines inſtituere, de ſuorũ pignorũ educatione nõ agere, vel verbũ vnũ.

Educatio filiorum.

Capit. 7.

In primis docet ſapientiſsimus Eccleſiaſticus. Filij tibi ſunt: Erudi illos: & curua illos à pueritia illorũ. Filiæ tibi ſunt? Serua corpus illarũ, & nõ oſtẽdas hilarẽ faciem tuam ad illas. De matrimonio illarum & quomodo eligẽdus ſit illis ſpõſus inquit: Trade filiã, & grande opus feciſti: & homini ſenſato da illam. Et docẽs quomodo vera dilectio in filios cõprobatur, ad longum inquit: Qui diligit filiũ ſuũ, aſsiduat illi flagella, vt lætetur in nouiſsimo ſuo. Qui docet filium, laudabitur in illo, &c.

Dina filia Iacob fecit patri ſuo luctũ, et decus maximum, quia corp' illi' non fuit vigilanter cuſtoditum.

Gen. 34.

In vita ſua vidit (ſcilicet edoctum à ſe filium ſuum) & lætatus eſt in illo: in obitu ſuo non eſt contriſtatus, nec confuſus eſt coram inimicis, reliquit enim defenſorem domus contra inimicos, & amicis reddentem gratiam. Docens verò quantam inueniet in filio ignobilitatẽ & perditionem, ex blanditijs impenſis in eius educatione, inquit. Lacta filium & pauentem te faciet. Lude cum eo, & contriſtabit te. Non corrideas illi, ne doleas, & in nouiſsimo obſtupeſcẽt dentes tui, &c. Curua ceruicẽ eius in iuuentute, & tũde latera eius dum infans eſt, ne forte induret, & non credat tibi, & erit tibi dolor animæ. Doce filiũ tuum, & operare in illo, ne in turpitudinem illius offendas, &c.

Eccli. 30. D

Habes exemplũ in Berſabe, quondã adultera, matre Salomonis: de qua ipſe: Ego filius fui patris mei tenellus, & vnigenitus coram matre mea: & docebat me, atque dicebat: Suſcipiet verba mea cor tuum; cuſtodi præcepta mea, & viues. Poſside ſapientiam, poſside prudentiam ne obliuiſcaris, neque declines à verbis oris mei, & infra. Tene diſciplinam, ne dimittas eam, cuſtodi illam: quia ipſa eſt vita tua. Ne delecteris in ſemitis impiorum, nec tibi placeat malorũ vita, &c.

Prouer. 4. Vnigenit' Doctrina matris ad filium.

Et quẽ mater docebat vigilantiſsimè in vita, pater ſuus Dauid inſtruebat in morte. Ecce ego ingredior viam vniuerſæ terræ, confortare & eſto vir fortis. Ad quid obſecro? Et obſerua, vt cuſtodias mandata domini Dei tui, vt ambules in vijs eius, & cuſtodias cæremonias eius, & præcepta eius, & iudicia, & teſtimonia, ſicut ſcriptum eſt in lege Moyſi, & intelligas vniuerſa quæ facis, & quocunque te verteris: vt confirmet Deus ſermones ſuos, quos locutus eſt de me dicens: Si cuſtodierint filij tui vias meas, &c.

3. Reg. 2. Doctrina patris ad filium in teſtamento & morte.

C

Lege cap. 14. Tobiæ, vbi docet filium & nepotes. Audite ergo filij mei patrem veſtrum: ſeruite domino in veritate, & inquirite, vt faciatis quæ placita ſunt illi, & filijs veſtris mandate, vt faciant iuſticias & eleemoſynas, vt ſint memores Dei: & benedicãt cũ in omni tempore, in veritate, & in tota virtute ſua. Et nobiliſsimus vir ille Mathathias filijs imperauit, morti proximus. Filij æmulatores eſtote legis, & date animas veſtras pro teſtamento patrum veſtrorum, &c. In hunc modum docendi & inſtruendi ſunt filij & nepotes pro ſpirituali ſalute eorum à ſuis patribus, quos ſolicitiores multo oportet eſſe in re hac, quàm pro incolumitate eorum.

Lege. c. 14 Tobiæ per totũ. & c. 2. li. 1. Machab. de Matthathia. Et c. 6. li. 1 Mac. atq; à puero optimæ cõuerſ. act'. Grego. Nã. dominica. 23 Matthathias.

1. Mac. 2.

Audi ante hos beatum Iob, valde enim timoratus erat pro filiorum peccatis. Conſurgens diluculo offerebat holocauſta pro ſingulis, ipſis ſcilicet aſtantibus. Dicebat enim: ne forte peccauerint filij mei: & mittebat ad eos & ſanctificabat illos. O viſcera paterna. O dignũ genitorẽ. Ne forte peccauerint inquit: Quid faceret ſi certò ſciret eorum peccatũ? Nunquid quod Dauid in Amõ, vel Eli in Ophni & Phinees? Pepercit Dauid Amõ cum grãde ſcelus cõmiſiſſet violãs Thamar ſororẽ Abſalon, & noluit contriſtari ſpiritũ eius, quoniã diligebat eũ, quia primogenitus erat ei. Et Eli honorauit filios plus quàm dñm: cùm à miniſterio altaris non amouit eos, ne in populo minus honorabiles apparerẽt: certò ſciens indignè miniſtrare in templo dñi: ſed illos oẽs interfecerunt inimici eorũ. Amõ, Abſalonis ſerui, Ophni & Phinees, Philiſtei. Talis finis claudit vitã filiorũ in luctũ patrum ſuorum, qui illos indulgentiùs educãt. Deniq; tales habemus in republica magiſtrat', quales fuerũt adoleſcẽtes in moribus educati, ſecũdum Platonis ſententiã, & vt rei euẽtus demõſtrat. Lege. c. 1. li. 16. Magni Olai Gothi archiepiſcopi Vpſalẽſ. de eccleſiaſticis diſciplinis. Nihil eorum faceret Iob: imò duriſsimè eos argueret, ſi certò ſciret eorũ peccatũ.

Iob. 1. D

2. Reg. 13

1. Reg. 4.

1. Reg. 2.

Et in prouerbijs ſic legis: Noli ſubtrahere à puero diſciplinã, Si enim percuſſeris eum virga, non morietur. Tu virga percutis eum, & animã eius de inferno liberas. Ad hanc doctrinã totũ caput trigeſimũ libri

Cap. 23.

Eccl. 30.

libri eccleſiaſtici ſpectat. Et qui de re hac
diſputaturus aut docturus eſt, ad illud recur
rat. Obſerua quomodo Dauid perdidit A-
mon, cum abſque diſciplina dereliquit eū.
Sed iam emarcuit virtus cordis eius, quia
manifeſtum fuerat apud omnes adulterium
& homicidium eius. Qui verò optimis mo
ribus educat puerum ſuum vſque ad marty-
rij gloriam deducit animam illius. De quo
habes ſuauiſsimum exemplum in veneran-
2. Mac. 6. do viro Eliazaro. Quippe qui ductus ad ſa-
crilegium carnis porcinæ, aut ad martyriū,
hoc elegit, reſpuens legis violationem, aut
ſimulationem. Dicebatque intra ſe ipſum,
& cogitare cępit ætatis ac ſenectutis ſuæ
eminentiam dignam, & ingenitæ nobilita-
tis caniciem: atque à puero optimæ conuer
ſationis actus, &c. Vides quomodo à pueri-
tia in optimis moribus & actibus inſtituēdi
ſunt pueri? Vide in vxore huius nobilis mar
tyris cæleſtē virtutē erga filiorū dilectionē.
Quē ad ſeptimū filiū egit ſermonē tantum-
modo cōmemorabo cum expoſitione Diui
Gregorij Nazianzeni. Licèt omnes horta-
retur ſacra fœmina vxor quondam magni
Eliazari, vt forti animo pro patrijs legibus
decertarent vſq; ad mortem, cùm vltimum
Parentum dilectio ad filios. filiū in magno diſcrimine ex promiſsis An-
tiochi conſtitutū cerneret, ad illū inquit: Fi
li mi miſerere mei, qui te in vtero nouē mē
2. Mac. 7. ſibus portaui, & lac triennio dedi & alui, &
in ætatē iſtā perduxi. Peto à te nate, vt in cę
lū aſpicias, &c. Suſcipe mortē, vt in illa miſe
ratione cum fratribus tuis te recipiam. No-
uiſsimè autē poſt filios mater cōſumpta eſt.
O familiam aulæ cæleſtis. O educationem
diuinam. Pater & mater & ſeptem filij cum
gloria & palma martyrij de hac mortali vi-
ta diſcedunt: & quam habuerunt genitricē
ad vitam, ſuſcipiunt hortatricem ad palmā
Greg. Nazianzenus *ſermone de Eliazaro.* per mortem. De qua B. Gregorius Nazian-
zenus. Erat ibi fortis & generoſa mater, pue
rorum ſimul ac Dei amās, cuius materna vi-
ſcera ſupra naturæ conſuetudinem dilania-
bantur: nō enim filiorum, qui in tormentis
erant miſerebatur, ſed timore angebatur, ne
non ea ſuſtinerent: neq; magis eos, qui è vi-
ta migrauerant, deſiderabat, quàm præcaba
tur, vt reliqui cum illis coniungerentur, de
quibus filijs magis quàm de mortuis, erat ſo
licita. Horum dubium erat certamen, illorū
ſeuera diſſolutio. Atque illos quidem addu
xerat Deo: de his verò quomodo eos Deus
ſuſciperet laborabat. O virilem animum in

corpore muliebri. O admirabile magni ani-
A mi incrementum. In hunc modum diligen
di ſunt filij & educandi, ad Dei ſui gloriam
& honorem. Sic ſacrum coniugium cumu-
lum bonorum operum intra ſinum ſuū re-
ponit, & ad palmā laborū cum ingenti gau
dio aſcendit. Vide quomodo pater ſanctus
& bonus, quem iure optimo Nazianzenus
primitias martyrum legis Moyſi appella-
uit, viam parauit virtuti filiorum, non tantū
in eorum educatione, ſed etiā in cōſtantia &
fortitudine martyrij pro patrijs legibus: &
poſt ſe coniugem dereliquit, quæ in bono
martirij ſolidaret dulciſsima pignora: Vnde
omnē magnā gloriam conſecuti ſunt apud
Deum & apud homines. De quibus omni-
bus ſit ſatis. Forſan vltra terminos commen *Virginitas*
tariorum cucurrit calamus in multo deſide *in conſilio*
rio cordis noſtri. In virginibus fructū cen- *propter ſui*
teſimum intellexerunt ſacri magiſtri. De *ſublimitatē*
quibus propter ſublimitatem ſtatus præce- 1. Cor. 7.
ptum nullum habuerunt apoſtoli, neq; Pau
lus. De virginibus præceptū dñi nō habeo, Concilium
conſiliū tamē do, &c. Vnde in concilio Gā *Gangrēſe.*
grēſi cùm inter ſtatus eccleſiæ diſtinguitur
de illo qui in virginibus reperitur, ſic loquū
B tur patres: Nos autem & virginitatē cum hu
militate admiramur. In admirationē mens
humana & angelica tantę ſublimitatis rapi-
tur. Vnde in ſuperioribus de honore virgi-
nali ſtatui debito agentes apoſtoli dicebāt: Virgines
Virgines in figuram thuribuli & incenſi ho *thuribulū,*
norentur. Propter hoc proculdubio, quia *& incēſum*
ſacrificiū corporis virginalis ſanctarū virgi
num, tanquam vas aureū ornatū lapide pre-
cioſo, & tanquàm ignis & incenſum ſuauiſ-
ſimi odoris corā domino inuenitur. De quo Agatha.
beata Agatha ad ſanctā Luciam: Iucundū
in tua virginitate domino habitaculū præ-
paraſti. Virginitas propter ſui excellentiā
nulli hominum aliquādo fuit in præcepto:
neq; ſub euangelio gratiæ. Qui poteſt cape
re, capiat, dicebat dominꝰ Ieſus: de illa agēs
ſermonem ad apoſtolos. Et Paulus: Præce- 1. Cor. 7.
ptum domini non habeo, conſiliū autē do, Virginitatis diffinitio.
&c. Eſt ergo virginitas in carne corruptibi-
li incorruptionis perpetua meditatio: hoc
eſt, propoſitum perpetuæ conſeruationis il Aug. li. de
lius. Vel continentia qua integritas carnis *nuptijs & cōcupiſcentia.*
ipſi creatori animæ & carnis vouetur, con-
ſecratur, ſeruatur. Vouetur, id eſt, offertur.
Sufficit enim propoſitum ſine voto: ſit ta- S. Th. 22.
men ſublimior per votum. Vnde in genere 4. 152. a. 1.
caſtitatis eſt excellentiſsima virtus: debet ta

men habere propoſitum perpetuæ caſtitatis ad conſecutionem aureolæ, ſicut & caſtitas viduarum ad conſecutionem fructus ſexageſimi. In hac virtute tria ſunt conſideranda. Duo ex parte corporis ſignaculum virginale, & reſolutio ſeminis, delectationē ſenſualem cauſans. Tertium eſt ſolū ex parte animæ. In quibus quod priori loco poſitum eſt per accidens ſe habet ad virginitatē: violenter enim rapta virginitas, vel caſu perdita, nihil de virtute tollit, aut coronæ. Imo ipſam auget cùm violenter rapitur: ſicut dicebat B. Lucia: Si me inuitam violare feceris, mihi caſtitas duplicabitur ad coronā. Secundū eſt materiale, ſcilicet non experiri voluptuoſam reſolutionē ſeminis. Tertium eſt formale, nimirum propoſitū, quod eſt in anima. Integritas enim carnis res naturalis eſt, atq; adeò nō eſt virtus, niſi ſancto propoſito induatur. Quādo autem hoc materiale deperditur, & nō ex ſponte, ſed reluctante virgine: non amittitur virginitas, vt dixi: Si vero ex ſpōte & voluntariè quis reſolutionē ſeminis voluptuosè experiatur, irrecuperabiliter perdit virginitatē & coronam. De quo B. Hieronymus: Deus nō poteſt virginē poſt ruinā reparare, licet poſsit per pœnitentiam peccatum tolli, & vberiorem aliquādo habere fructū, inuenta vberiori gratia in vaſe aureo pænitentię & ardētis charitatis. Dum autem ſolummodò virgo deſiderat voluptuoſas delectationes, aut in carnalem copulā conſentit, deſiderans illam in matrimonio, ſine reſolutione ſeminis, perdidit quidē virginitatē: atq; adeò ſi in illo ſtatu diſcederet, nō haberet aureolā, aut coronā: poteſt tamē per reſipiſcentiam recuperare: & integrato eodē propoſito perpetuæ continentiæ, ſua aureola non fruſtrabitur, neque fructu centeſimo. Mirabilis ergo & gratus Deo, & hominibus, & angelis viror virginitatis, à quo eſt dicta. Nā ſicut illud dicitur virens, & in ſuo virore conſiſtens, quod non eſt ex ſuperabundantia caloris aduſtionē expertū: ita etiā virginitas hoc importat, ꝙ perſona cui ineſt, immunis ſit à concupiſcentię aduſtione, quæ eſſe videtur in conſummatione maximæ delectationis corporalis, qualis eſt venereorum delectatio. Propter hoc virgines roſis aut lilijs aſsimilantur. Inter quos principatū tenens dn̄s Ieſus, flos aſcendens de radice Ieſſæ, id eſt, de virgine Maria dicitur, & liliū conuallū in canticis. c. 2. Et certè prima omnium ſacra virgo Dei mater, ad perfectionē adduxit virtutē hanc, in genere caſtitatis maximam, per votū expreſſum. Quia licet Abel virgo extiterit, & Elias, & Eliſæus, & Hieremias (vt autor eſt Hieronymus) & cōplures alij ab vxoribus abſtinuerint: vt ait apoſtolus ad Hebræos in melotis & pellibus caprinis, in ſolitudinibus errantes, & Eſſenorum collegiū, &c. nullus tamen illorum per votum expreſſum ſacrā colunt virginitatē, præter virginē Mariam. Hęc nimirum edocta ab Spiritu ſancto per angelū, ſiue per ſe ipſum, quod ſponſus Ioſeph nunquā eſſet cogitaturus de matrimoniali debito, cōtrahere potuit matrimoniū ſine peccato (quia cōtra votum caſtitatis eſt ſine hac expreſſa reuelatione velle nubere, & nubere) & ſine conſenſu formali, aut virtuali in carnalē copulam. Matrimoniū enim cōſenſum habet ſaltem implicitum reddendi debitum, ſcilicet ſi petatur. Vnde contrahētes cum propoſito ſeruandi caſtitatē, verè contrahunt: neq; contrariatur voto caſtitatis; ſtante hac certitudine ex reuelatione. Votū ſacrę virginis ex verbo illo ad angelum: Quomodo fiet iſtud, quoniā virum non cognoſco, facile deprehenditur. Angelus enim dicebat ei. Concipies in vtero. Quod verbum futurā ſignificabat generationem, non iam factā. Nō ergo prudenter reſponderetur: Virum non cognoſco: ſi ſolummodo prout verborū ſenſus ſignificat acceſſum negat ad virū. Non enim dixit ei angelus: Ecce concepiſti: ſed ecce concipies: & reſpondere ei poterat: ſi non cognouiſti virū. Bene quidem: amodò cognoſces illum, & concipies. Aliud ergo quam ſonant verba, ſignificare intendit prudentiſsima virgo nimirū ſe nō poſſe ex voto cognoſcere virum, etiā ſi illū habeat. Quod autem illa reuelatio concedenda ſit dominæ noſtræ probatur eleganter ab Scoto. Virginitatis ergo cùm ſit exemplum ſacra virgo Maria, & immaculatum ſpeculū honeſtatis & dux, quod milti conccdis, nō debei duci denegare. Beatiſsima Agnes & aliæ concelebrantur miris præconijs à ſanctis, vt alienæ ab omni conſenſu virtuali, vel formali in copulam carnalem: non ergo aliena fuit ab hac gloria magiſtra, & dux virginitatis. Hęc eſt quę aëra, cęlos, angelos, poteſtates, cherubin & ſeraphin trāſcēdens Dei filiū reperit in ſinu patris, & toto hauſit pectore, & ad ſinū ſuū adduxit in verbo illo: Fiat mihi, de quo iā ſupra. Pertinet ergo ad

virgi-

Margin notes (left):

Aug. li. de ſancta virginitate Dei cap. 18.

Lucia.

Virginitatis formale & materiale.

Virginitas quando perditur irrecuperabiliter.

Virginitas à virore.

Similitudo

Maria virgo auctrix virginitatis per votum.

Margin notes (right):

C

Hier. li. 1. aduerſus Iouinian. ca. 16. de quo iam ſupra. Cap. 11.

Ioſeph. li. 18. Antiqui. Solinus in poli. hiſt. c. 48.

Scotus. l. 4. S. d. 30. q. unic. d. 17. q. Sunt quidam.

Mariæ votū demonſtratur.

Lucæ. 1.

D

Aug. li. de nuptijs & concupiſcētia. Et refertur. 27. q. 2. canone. ſufficiat

Mariæ reuelatio facta à Deo.

Scotus ubi ſupra.

In fine. c. 3.

virginalem ſtatum, vt reddat fructum il-
lum magnum, perpetuæ caſtitatis propoſi- A
Ad virgines quæ pertinet. tum, aut votũ. Pertinet aſsiduitas orationis:
maxime enim per caſtitatem virginalẽ mẽs
humana diſponitur ad aſcenſum in Deum
per contemplationem. Pertinet ad eam re-
cogitare quæ dni ſunt, quomodo placeat
1. *Cor*. 7. Deo: cùm non ſit diuiſum cor illius Quæ
duo quãtò ſublimiori modo apud virgines
inuẽta fuerint, tãtò vberior erit cumulus me
Damaſcenus. c. 25. ritorum. Lege Damaſcenũ de re hac. lib. 4.
Orthodoxæ fidei. In his omnibus fructum
ſuũ habet ſermo ſancti euangelij, ſicut à dño
dictũ eſt: & ab vniuerſali eccleſię ſenſu rece
ptum. *Et dicebat illis: Nunquid uenit lucerna, ut
ſub modio ponatur, aut ſub lecto?* Cùm ſingula-
ris factus eſt dominus Ieſus ſequeſtratuſque
à turbis, diſſeruit apoſtolis, ipſis rogãtibus,
ſpiritualem ſenſum parabolæ huius. Quam
tanti fecit & magnificauit, vt vſq; ad magnũ
hoc verbũ aſcenderit: Vobis datũ eſt noſſe
myſterium regni Dei. Nõ tamẽ pro ſe ipſis
ſuaq; vtilitate tantũ, accipiebãt apoſtoli hu
ius myſterij intelligentiã: & arcani huius re
ſerationẽ: ſed pro vniuerſo prorſus orbe illis
cõceſſum eſt. Propter quod *dicebat illis: Nun
quid uenit lucerna, ut ſub modio ponatur?* Quaſi B
dicat: Audite & intelligite. Non pro vobis
tantùm nunc in occulto, & in aure refero
hoc magnum ſacramentũ: ſed pro illumina
tione cunctarũ gentium, lucerna doctrinæ
meæ ſuper vos, tanquã ſuper aureũ cande-
labrum reponitur. Videte ergo ne abſcon-
datis hanc lucernam euangelij ſub modio,
aut ſub lecto. N*on eſt enim aliquid abſconditum
quod non manifeſtetur: neque factum eſt occultum,
ſed ut in palam ueniat.* Quia hæc quæ in ſecre-
to doceo vos, volo per vos prædicari publi-
cè & manifeſtè. Probo hanc expoſitionem
ex ſententia Matthæi. Quę in aure audiſtis,
Cap. 10. prædicate ſuper tecta. Vide quomodo no
ſtrę ſaluti in hoc mãdato conſulebat. Ocio-
ſum quidẽ videbatur lucernã accendere, &
in abſcondito reponere: cùm pro ingredien
tiũ illuminatione debeat accẽdi. Huius mã
Rom. 1. dati recordatus beatiſs. Paulus dicebat Ro-
manis: Deſidero videre vos: vt aliquem fru-
ctum habeã in vobis, ſicut in cæteris genti-
bus. Græcis & Barbaris ſapientibus & inſi-
1. *Cor*. 9. pientibus debitor ſum. Et alio loco: Væ mi
hi ſi non euangelizauero. Neceſsitas mihi
incumbit. Non effugiet manũ domini, qui
eius pecuniam abſconderit. Pro aliorũ vti-
litate multæ ex gratijs gratis datis, nõ in ſin
gularem & propriã vtilitatẽ tantùm, à dño
A concedũtur. Hanc conſiderationẽ confir-
mat quaſi totum cap. 33. Ezechielis prophe
tæ. Obſerua primo quomodo euangeliorũ *Euangelij*
doctrina lucerna ardens & lucens dicitur. *doctrina lu*
Secundò quod apoſtoli nomine candelabri ſi- *cerna ar-*
gnificãtur. Tertiò, quomodo etiam noſtræ *dens*.
ſalutis ſedulus procurator erat dñs Ieſus in
mandato, quod apoſtolis iniungit de publi
ca prædicatione euangelij. De primo dictũ
eſt ab Eſaia: Populus qui ambulabat in tene *Cap*. 9.
bris, vidit lucẽ magnã, habitãtibus in regio
ne vmbræ mortis, lux orta eſt eis. De quo
etiã beatiſsimus Dauid: Lucerna pedibus *Pſal*. 118.
meis: & lumẽ ſemitis meis verbũ tuum. Vt
ſaltẽ ex hoc vno quale bonũ ſit prædicatio
euangelij cõijcias. Qui enim ambulat in te- *Ioan*. 12.
nebris, neſcit quo vadat. Vt autem ſciamus,
quô ſit nobis eundum, & qua via, & tandẽ
ad portũ optatũ ſalutis & ſtabilitatis pertin
gamus, accenſa eſt lucerna euangelij, & ſu-
per apoſtolicũ candelabrũ poſita, cuius lu-
ce & ſplendore mirifico, viam inueniamus
& ſemitam iuſtitiæ. Quis animæ immorta- *De animæ*
litatẽ conſtanter & firmiter docuit, & qua- *immorta-*
ſi digito demonſtrauit finem eius naturalẽ, *litate infra*
B niſi Dei verbum? Quis colere vnum Deum
patrem omnipotentem, & filium eius do-
minum noſtrum Ieſum Chriſtum, & Spiri
tum ſanctũ demonſtrauit, niſi lucerna euan
gelij? Quis veram fœlicitatem hominis, quę
in videndo & diligendo Deum & fruendo
conſiſtit, demonſtrauit, niſi euangeliũ: Quis
reſurrectionis diem & tribunal tremendũ
iudicis, & irã cordis eius aduerſus peccatores
terræ, & flãmas vindictã dantes ſic aperuit,
ſicut euangelium? Quàm vtilia, quàm neceſ
ſaria homini hęc ſint, vel cęcus diiudicabit.
Benè proinde apoſtolus de euangelio Chri *2. cap. 1.*
ſti diſputans dicebat. Donec lucifer oriatur
in cordibus veſtris. Iudæis per orbẽ diſper-
ſis, procurante Aman deſtinata iam die ad
eorum mortem, cùm ſancta mulier Eſther *Eſther*. 8.
reuocare feciſſet edictum imperiale, inquit
ſcriptura: Noua lux oriri viſa eſt. Procu-
rante diabolo vniuerſis orbis ſub calligine
peccatorum & idololatriæ tenebatur in vin
culis ferreis ad æternam mortem, per prædi
cationem tamen euangelij conuerſus ad *Eſther*. 8.
Deum & lucem fidei liberatus eſt. Quid di
cat ſcriptura de Iudæis diligenter obſerua,
vt quæ tibi facienda ſint in auditione euan
gelij deprehendas. Iudæis noua lux oriri vi
ſa eſt gaudium, honor, & tripudium. Apud

omnes populos vrbes atq; prouincias,quocunque regis præcepta veniebant mira exultatione epulæ atque conuiuia & feſtus dies: in tantum vt plures alterius gentis & ſectæ eorum religioni & cæremonijs iungerētur.

Euangelij quomodo audiendū.

Hæc ſpiritualiter facienda ſunt Chriſtianis populis, cùm ſit ad eos verbum euangelij: per quod ſcientia ſalutis datur:ſicut decantat Zacharias Ioannis pater. *Luc.1.* Maius eſt remiſsio peccatorum,quam reuocatio prioris præcepti Aſſueri,per quam reuocationem, qui deſtinati erant ad mortem ſeruati ſunt. Lux ergo euangelij gratior debet eſſe cunctis hominibus: quod euangelium valde ornauit & decorauit credentes. De quo apoſtolus: *Rom.2.* Gloria autem & honor & pax omni operanti bonum. Et tripudium deſcribit ſcriptura fuiſſe Iudæis. Sublimius gaudiū deſcribit euangelium, & tale,quale in theſauri precioſi inuentione,aut margaritę probatiſsimæ inuenitur. *Matt.13.* De hoc tandem honore & gloria beatiſsimus Petrus: *1.Petri.2* Vos autem regale ſacerdotiū,gens ſancta , populus acquiſitionis:vt virtutes eius enarretis,qui vos vocauit in admirabile lumen ſuum. Ex hac animi gratitudine gentes, quæ adhuc in tenebris, vel errorum, vel peccatorum ſunt, nobis iungerentur cùm in Dei gratia , & in Deum verum adducerentur,& ad pœnitentiam. Væ autem illis, per quos nomen domini blaſphematur , cùm apud illos vili loco iacet euangelium.De quo Hieremias: *Cap.6.* Verbum domini factum eſt illis in opprobrium. Sint ergo aperti oculi tui aſpicientes doctorem iuſtitiæ , vt ſciat oculus mentis tuæ,qua via tibi eundum ſit: ne ad dexteram vel ad ſiniſtram declinans,fias in prædam diabolo & angelis eius,& ſocius doloris & ignis æterni. Lucerna ergo eſt ſacrum euangelium , non ſolùm lucens, ſed ardēs. Hoc eſt proprium huius philoſophiæ cæleſtis,quod flammantia reddit corda audientium. De quo propheta : *Pſal.118.* Ignitum eloquiū tuum vehementer. Propter lucem lucernæ huius & ignem charitatis ab illa procedentem , qui erant aliquando tenebræ, vocātur iam ab apoſtolo,lux in domino:Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. *Ephes.5.* Quod inde comprobabitis,ſi fructus lucis huius reddideritis: hi ſunt in omni bonitate,& iuſtitia,& veritate: probantes quid ſit beneplacitum Deo,&c. Ponderaverba illa tria : In omni bonitate , iuſtitia,& veritate. Ad hæc tenentur maximè filij lucis euangelicæ. Ad bonitatem & ſan-

C ctimoniam:vt ab eo qui ſolus eſt bonus,bonitatem participent : & non in vno opere, vel duobus:ſed in omni bonitate, inquit. Et in iuſtitia & veritate:Ecce proximi dilectionem continuò,& quaſi indiuiduum bonitatis comitem,iuſtitiam & veritatem:vtrunq; ad alterum:de veritate alibi apoſtolus: *Eph.4.* Loquimini veritatem vnuſquiſque cum proximo ſuo,quoniam ſumus ad inuicem membra,&c. Dilata omnia. Ante omne opus Chriſtiani hominis probatio hæc diuini beneplaciti præcedere debet : ita quod firmo animo ſtatuat & ſciat ſeſe addictū eſſe diuino beneplacito.Magnum verbum hoc eſt, probantes quid ſit beneplacitum Deo. In hac doctrina aſsiduè docēdus eſt domini populus:qui mille tenetur ignorantijs:nec probat diuinum beneplacitum .

Apoſtoli candelabrū.

Secundò Apoſtoli nomine candelabri decorantur cùm dicit: *Nonne ut ſuper candelabrum ponatur?* *Exo.37.* Lege quæ ſcripta ſunt de candelabro quod erat in templo domini, & vide quàm congruè de ſanctis apoſtolis & eorū doctrina dicantur.Candelabrum de auro puriſsimo erat:

D tales facti ſunt apoſtoli ab aduentu Spiritus ſancti ſuper illos.Et lucernæ erant ſeptem : in quibus ſeptē dona Spiritus ſancti quę pleniſsimè conceſſa ſunt apoſtolis,deſignātur. In hoc deprehendes veritatē doctrinæ euāgelicæ,quæ ſuper candelabrū in alto reponitur.Non ſic doctrina hæreticorū,aut mali doctoris:quorum ſermo ſicut cancer ſerpit. Lucerna vero euangelij , & veræ fidei vſque ad diem hanc , & vſque in finē ſæculi ſuper cādelabrum eccleſiæ Romanæ,repoſita eſt, vt reſplēdeat. Neq; emūctorium illi eſt neceſſarium ſicut Beſeleel fecit pro lucernis candelabri Moyſi. *Exo.37.* Nihil eſt in fide & luce Romanæ lucernæ,quod debeat è munctorijs abſcindi,& in aqua extingui.

Romanæ eccleſię fides qualis.

Totum lux eſt:veritas eſt,ſalus eſt,vita eſt, pax,gaudiū in Spiritu ſancto,& regnū Dei. *Non eſt enim aliquid abſconditū, quod nō manifeſtetur*,id eſt,quod non velim manifeſtari à vobis pro aliorum ſalute. Repono in vobis magnum theſaurum nunc , & in ſacculis cordis veſtri ſemen cæleſte,vt gentibus per vniuerſum mundum illud communicetis, & pleno ore & affectu infundatis:vt & ipſę gaudeant de veritate doctrinæ: & liberentur à cæcitate errorum. In cordibus veſtris repono verbum reconciliationis & ſalutis vniuerſorum : vt à vobis poſt modum per-

ſone

ſonet in auribus eorum, & conuertantur ad
Deum verum. De quo dicebat beatus Apo
2. Cor. 5. ſtolus Paulus: Erat Deus in Chriſto mundũ
ſibi reconcilians: & poſuit in nobis verbum
reconciliationis. Obſecramus per Deũ re-
Acto. 20. conciliamini Deo. Non ſubterfugi quomi
nus annuntiarem omne conſilium Dei vo-
bis. Vides quàm fideliter mandatũ hoc im
pleuerint ſacri Dei Apoſtoli? Habuerunt
de re hac expreſſum mandatum à dño Ieſu
Mat. 28. in ſua aſcenſione mirabili: Docete omnes
gentes ſeruare omnia quæ mandaui vobis.
Vide iterum & conſidera quàm memor
fuit noſtri, & noſtræ ſalutis amator & deſi-
derator etiam in die triumphi ſui, in quo ſo
lent homines nudi, etiam charorum ſuorũ
obliuiſci. Euntes per mundum vniuerſum,
inquit, docete omnes gentes, ſeruare om-
1. Timo. 2 nia quæ mandaui vobis. Omnium deſidero
Ezech. 18 ſalutem: omnes homines volo ſaluos fieri,
33. & ad agnitionem mei nominis venire: cum
non ſit illis ſalus in aliquo alio ſub cælo.
Neminem volo perire. Docete ergo om-
nes gentes ſeruare omnia quæ mandaui
vobis: vbi vides quomodo non dicit: do-
cete credere tantum, ſed ſeruare: Non ac-
cenditur lucerna vt ſub modio, aut ſub le- B
cto reponatur: ſed vt ſuper candelabrum:
vt ſic lux eius ab omnibus videatur: om-
Gentes in- nesq; illuminet, qui in domo ſunt. Ex hoc
excuſabiles quidem inexcuſabiles ſunt omnes gentes,
quæ non diligunt dominum Ieſum, neque
fidem ipſius receperunt. Sufficienter pro-
uiſum eſt ſaluti omniũ: cum ad omnes miſſi
ſint Apoſtoli & diſcipuli: ac deinde prædi
Pſal. 18. catores alij. Et in omnẽ terrã exiuit ſonus
eorũ, & in fines orbis terræ verba eorũ: De
Cap. 13. quo infra ad longũ. Quod ſi verbũ Euange
lij noluerunt recipere, & aſpicere lucernam
lucentem, ipſis imputatur. Vel ſi audierunt
Euangelium & receperunt illud, & poſtmo
dum fidei iugum reiecerunt propter liber-
tatẽ carnis (quæ miſerrima ſeruitus eſt) non
debet Deus per ſingulos annos aut genera-
tiones Apoſtolos deſtinare ad ſingulas gen
tes. Vnde adhuc culpabiles ſunt, & inexcu
ſabiles. Semper ardet & lucet lucerna Euan
gelij intra ſanctã matrem Eccleſiã: ad quam
ſi velint poſſunt accedere & illuminari. Ne
que quia ſcit dñs Deus tot millia peccatorũ
Infideles, in peccato ſuo diſcedere ab hac luce, debet
qui ſaluãdi naturalẽ ordinem mutare & cõfundere: &
nõ ſunt, cur generationẽ eorũ impedire, aut ſteriles red
generẽtur. dere, aut non creare animas: cùm omnia ſua
Sap. 8.

uiter diſponat, non vi & violentia. Si *quis* *Aures*
A *habet aures audiendi, audiat.* Ad myſticã intel *quas requi*
ligentiã nos vocat, cum dicit: Si quis habet *rit Chri-*
aures, &c. Forſan illas aures exigit, quas de- *ſtus.*
ſcribit Eccleſiaſt. Cor ſapientis intelligitur *Cap. 3.*
in ſapientia: & auris bona audit cum omni
cõcupiſcentia ſapientiam. Magnũ ſit opor
tet quod etiam hoc loco docet Dei ſapien-
tia Chriſtus: ſiquidem attentionẽ poſtulat:
etiã cum diſcipulis agens. De quo iam mul *Deſideriũ*
ta in ſuperioribus. Conducit multum in ſer *in audiẽdo*
monibus Euangelij deſiderium & concupiſ *Euang.*
centia illorũ. Deſiderabilia ſunt Dei verba *Pſal. 18.*
ſuper lapidem precioſum & ſuper aurum: &
ſeruus altiſsimi cuſtodiet ea: & in cuſtodien
dis illis retributio multa. Obſerua quomo-
do ex deſiderio intelligẽtiæ & ſapientiæ, au
ris attenta & religioſa inclinatur verbo do-
ctrinę, & fit inde in gaudiũ & lętitiam cor
dis audientis, quia ſuper aurum eſt ſapientia
& ſuper lapidem precioſum intelligentia.
Iamq; à Deo habet homo quòd ſeruet man
data, & inde retributio multa. Neq; auris au *Eſai. 64.*
diuit neq; oculus vidit, neq; in cor hominis *1. Cor. 2.*
aſcẽdit, quę pręparauit Deus diligẽtibus ſe.
Hæc autẽ dilectio in pręceptorũ obediẽtia
B ſita eſt. Qui habet mãdata mea, & ſeruat ea, *Ioan. 14.*
ille eſt qui diligit me. Bene quidẽ & meritò
aures religioſas & deſideriũ ardens intelli-
gẽtiæ exigit pro ſua doctrina Chriſtus dñs.
Et dicebat illis: Videte quid audiatis. Iterũ ex-
poſtulat omnẽ animi intentionẽ pro captu
ſuæ doctrinæ, & intelligentia ſermonum: &
quaſi digito oſtendit quid debeant audire,
& auertere aures à fabulis. Attendite ergò
& præbete aurem veſtram in verba oris
mei. Quid oporteat audire & alta mente re-
condere videamus. I*n qua menſura menſi fue-*
ritis, remetietur uobis, & adijcietur uobis. Qua-
ſi dicat. Qui audit attentè & recogitat de do
ctrina mea hac, hic poteſt proficere, nõ ſibi
ſolum intelligendo, ſed etiam alijs, ipſos do
cendo. Quia in qua menſura, id eſt, ſi ſoler-
ter omnia quæ valetis bona facere, ac
proximis intimare ſtudetis: aderit diuina
pietas, quæ vobis in præſenti ſenſum alti o-
ra capiendi conferat, & in futuro retributio
nem æternam adijciet. Et ideo ſubditur.
Et *adijcietur nobis.* Date ergò operam ver-
bo quod auditis, & in præſenti concedetur
vobis ſenſus intelligẽdi, & effectus operan
di, & in futuro dona æternæ retributionis
adijcientur. Admonet ergò eos ad cõſiderã
dum quicquid audiẽt: proculdubio ab ipſo-

tum vt mēte ca'leant quod audierint, & nō prædicent aliud, quàm quod audierint ab ipſo: tum ne aliquid omitta it prædicare eo rum quę audierint. Periculum deinde inge rit, ſi tacuerint, aut omiſerint prædicare & docere, explicando quod qua mēſura communicauerint audita alijs, eadem fiet eis retributio: & aliquid ſuperaddetur. Vbi aper

Vltra condignum. tè vides quod vltra condignum coronat merita & labores ſanctorum, liberalitas diuina. Et vide quàm commendet dilectionē proximorum dominus Ieſus: ſine qua etiam dona quæ eis conferebat, nihil valere oſten

Attentio multa euangelijs. dit. Obſerua attētiſsimè quæ legis, & time. Non ſemel aut bis aures Apoſtolorum ſuo rum fecit vigiles & attentas dominus Ieſus in his parabolis: ſed tertiò, & quartò dixit, Audite. Et videte quid audiatis. Cùm certè Spiritus ſanctus edocturus eos erat, poſt admirabilem aſcenſionem domini Ieſu, de omnibus quę ab ipſo audierant: ſicut ab eo magnificam repromiſsionem acceperunt:

Ioan. 14. Ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia quæcunq; dixero vobis. Vnde in fa miliarem magiſtrū habuerunt Spiritū ſanctum poſt Chriſtum de omnibus quæ ab il lo audierunt: ſiue ad recordationem eorū, quæ iam memoria exciderant: ſiue ad intel ligentiam clariorem & excellentiorem. Et tamen quam ſuperius deſcripſimus, attentio nem ab eis poſtulauit. Quid faciendum no bis eſt in re hac, quibus Spiritus ſanctus pro miſſus non eſt, qui ſuggerat, & doceat, ſicut Apoſtolos docebat? Quanta obſeruantia debemus attendere ijs quæ audiuimus, ne fortè pereffluamus? Dabit pœnas grauis de licti, qui verbum negligenter au lit, & ob-

1. q. 1. Interrogo. liuioni tradit. Bonus ſermo Eli ad Samuelē puerum adhuc, cùm illum doceret de ſacra

1. Reg. 3. allocutione ad ipſum: Loquere Domine, quia audit ſeruus tuus. *Qui enim habet dabitur illi: & qui non habet, etiam quod habet, auferetur ab eo.* Nobile promiſſum: & iuſta commi-

Vſus bonus donorū cœleſtium. natio. Attendite ad vtrunq;. Qui habet, & habitis benè vtitur, ex vſu fidei ſuæ, & donorum cœleſtium, meretur quòd iterum ſibi detur atque iterum gratia ad augmentū prioris. Et qui non habet fidem & vſum donorū cœleſtium, quales erant phariſæi, etiam quod habet, auferetur ab eo: quia no titia legis, quam habebant, ablata eſt ab eis: in quantum non profuit illis ad ſalutē: dum

Pſal. 68. carnaliter interpretabātur Moyſem & prophetas: imò facta eſt menſa ſcripturarū coram ipſis in laqueum & ſcandalum. Nota

C primo quàm deceat diuinam liberalitatem diligenter negotianti, tum ex gratia & donis Dei, tum ex libero arbitrio, & vſu acceptorum donorum. incrementum conferre. Quantunq; ſit ſecundùm iuſtitiam ab eis auferri dona ſua per Deum, qui aut ocio in dulgent, aut in malum conuertunt illa, nec curant de donis Domini ſui. Sic rex tempo *Similitudo* ralis militi qui ſtrenuè ſegeſsit in militia, accepto tantum equo & armis, inducem exaltat illum. Quem verò indulgere ocio, & verba vana iactare viderit, neque ad opus manum extendere: etiam conceſſa ab eo au fert. Si enim ille qui talentum integrum accepit & reddidit domino ſuo, pœnas dedit æternas, quomodo effugient qui perdiderint & deſtruxerint pecuniam domini ſui, & ingenium, quo præditi erant ad ſuam ſalutem & aliorum? Lege cap. 13. beati Mat- *Matth. 13.*
thæi, &. 19. beati Lucæ, pro intelligentia *Luce. 19.*
præſentis doctrinæ. Iam hic apertè vides & Dei gratiam & liberum hominis arbitriū, bonumq; vſum donorum ad negotiation ē *Gratia & liberum arbitrium.* hanc conuenire. De quo Paulus Apoſtolus: Abundantiùs omnibus laboraui: non

D ego, ſed gratia Dei mecum. Nota ſecundò *1. Cor. 15.*
quàm timorati debeant eſſe ſacræ legis do- *Timor doctorum.* ctores, & illi ad quos ſermo Dei fit aſsiduè, quantum oporteat eos inſudare in exercitio & opere eorum quæ didicerunt: ne gra ue & iuſtum hoc flagellū ſuper eos deſcendat: quòd à Domino prædictum eſt: Et qui non habet, ſcilicet bonum vſum eorum quę accepit: & quod habet, auferetur ab eo. Ad uerſus quos eſt ſermo domini in Propheta:
Qui apertas habes aures, nonne audies? Qui *Eſaie. 42.*
multa vides, nonne cuſtodies? Et dominus *Luc. 12.*
Ieſus: Seruus qui cognouit voluntatem domini ſui, & nō ſe præparauit, &c. vapulabit multis. *Et dicebat: Sic eſt regnum Dei, quemadmodum ſi homo iaciat ſementem in terram, & dormiat, & exurgat nocte & die, & ſemen germinet, & increſcat, dum neſcit ille.* Regnum *Regnum Dei Euangelica prædicatio.* Dei præſenti loco ſignificat Euangelicam prædicationem, vel preſentem militantem Eccleſiam. Hanc parabolam ſolus Marcus Euāgeliſta deſcribit. Eſt ergo eccleſia regnum Dei, quæ regitur à Deo, & ipſa regit homines & contrarias virtutes & vitia calcat. Homo iactans ſemen, filius hominis eſt: ſemen verbum vitæ: Terra corda humana: Dormitio hominis mors eſt ſaluatoris. Exurgit ſemen nocte & die, quia poſt mortem Chriſti

Chriſti numerus credentium multiplicaba
Act. tur valde: etiam & multa turba ſacerdotum A
Exod. 1. obediebat fidei. Sic olim in Aegypto poſt
mortē ſancti Ioſeph creuerūt filij Iſrael, &
quaſi germinantes multiplicati ſunt: & ro-
borati nimis, impleuerunt terrā. Creuit er-
go ſemen in multitudine credētium & ope
re eorū. *Dum neſcit ille.* Neſcire ſe dicit, dū
non facit ſcire: velut texeretur ſeries narra-
De quo in fra ad longum cum Athanaſio tiōis. Et diem iudicij dicit ſe ignorare, quia
non reuelat eam. Vel propter prędicatores
qui ignorant quomodo verbū quod in cor-
dibus audientiū ſemināt, creſcat & multipli
cetur. V*ltro enim terra fructificat, primum her
bam, deinde ſpicam, deinde plenum fructum in ſpi
ca.* Vltro terra fructificat. In hoc ſignifi-
catur quòd nemo inuitus fructificat. Nec
ſolum liberum arbitrium ad fructum ſuf-
ficit, etiam ſuſcepto ſemine ſermonis Euan
gelici: ſed adiutorium Dei ſubinde eſt ne-
Similitudo ceſſarium. Sicut non ſatis eſt terræ ſuſci-
pere ſemen, niſi calore ſolis, & aquarum hu
1. Cor. 3. miditate infundatur. De quo Paulus. Ne-
que qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat:
ſed qui incrementum dat Deus. Et ſignifi-
catur per hunc progreſſum fructificationis
terræ, progreſſus etiam fructificationis cor
dis humani, ex ſuſcepto ſemine ſermonis.
Et deſcribitur ordo, quia nemo repentè fit B
ſummus: ſed incipit, & mediat, & perficit.
Hoc ſignificatur in herba & ſpica & ple-
no fructu. *Et cum ex ſe produxerit fructus,
ſtatim mittit falcem: quoniam adeſt meſsis.*
Falx mors Falx eſt ſingulorum mors iuſtorum, qui
& iudiciū. prædeſtinatos fructus ad coronam reddide
runt: vel iudicium vniuerſale: quod ſecat
omnia: quoniam adeſt meſſis, id eſt, cōſum
Pſal. 125. matio ſæculi: in qua iuſti metent & gaude-
bunt, quia in lachrymis ſeminarunt. Hæc
omnia ſub hac parabola latēt: ex quibus ali
qua ſunt nobis exponenda. Primò omniū,
obſerua verbū illud regnum Dei: per quod
vel doctrinam Euangelij, vel certè eccleſiā,
quæ adhuc in militia agit candidatum, ſigni
ficat Chriſtus dominus. Et congruenter qui
dem, cùm ſemel à nobis dicendum ſit
quàm multiplex ſit ſignificatio huius no-
minis Regnum cælorum, quamq; nobile
ſit regnum ſanctæ Matris eccleſiæ, hunc lo
cū aptum & accōmodum iudicamus. Scien
dum eſt quod verbū hoc regnum Dei poſt
aduentum creatoris eius in mundum, ab ore
Ioannis baptiſtæ audiuit humana & morta
lis auris: & ſonat quidem aliquid magnum

glorioſum, iucundum, Regnum fixum per
petuum, ſtabile, incorruptibile: ad diffe-
rentiam temporalium terræ regnorū. Non
tamen vnam & eandem ſemper habet ſig-
nificationem. Aliquando Chriſtum ſigni-
ficat apud Matthæum: Regnum cælorum *Cap. 11.*
vim patitur. Hic regnum cælorum (inquit *Regnum*
Ambroſius, & Hilarius, & Remigius) *Dei Chri*
non niſi Chriſtus intelligitur: qui regnat *ſtus.*
in cælis. Aliquando euangelij prædicatio- *Regnū cæ*
nem, & ſcientiam ſcripturarum verumque *lorum præ*
intellectum: quæ ad regnum ducunt cælo- *dicatio euā*
rum. Sic eſt interpretandus locus ille Mat- *gelij.*
thæi: Auferetur à vobis regnum Dei, & da *Sic Hiero*
bitur gēti facienti fructus eius. Et locus qui *nymus.*
ſtatim ſequitur in beato Matthæo. Simile *Cap. 21.*
eſt regnū cælorum grano ſinapis, id eſt, præ
dicatio euangelij, quæ ab exordio ſuę nati-
uitatis paruula fuit: dicente Dño, ad diſcipu *Lucæ. 10.*
los: In viam gentium ne abieritis. Poſtmo-
dum verò in excelſam & ſublimem arbo-
rē creuit. Ite inquit in mundū vniuerſum, *Marci. 16.*
Et propheta. In omnem terram exiuit ſo- *Pſal. 18.*
nus. Aliquando regnum cælorum ſignifi- *Cap. 13.*
cat ſolium regni. Sic Remigius: Hanc ſig-
nificationē habet locus ille Lucæ: Recum
bent in regno cælorum cum Abraham,
&c. Aliquando regnum cælorū præſentē
B eccleſiam ſignificat, ſic interpretādus eſt lo
cus ille apud Matthæum. Simile eſt regnū *Cap. 25.*
cælorum decem virginibus. Et ille: Colli- *Cap. 13.*
gent de regno eius omnia ſcandala eius. Ex
hoc iam ſequitur, vt diligenter inquiramus,
quare præſens eccleſia, quę in terris agit, re-
gnum cælorū dicatur. Eccleſia quidē ideo *Eccleſia*
regnum cęlorum dicitur, quia rex qui in ea *quare dicta*
regnat, & eam regit, rex eſt cæleſtis & diui- *ſit regnum*
nus. Contrarium in acquiſitione huius re- *cælorū mul*
gni contingit, quod in alijs experimur. *te rationes.*
Hiſpaniarū quippe prouincia nomē dedit
regno & Regi qui eā vi & armis occupauit:
non accepit ab illo. Vnde dictus eſt Hiſpa-
niarum rex. In acquiſitione autē regni ſan-
ctæ Matris eccleſiæ per regem cæleſtē, qui
ſanguine ſuo eam acquiſiuit, nomen Reg-
nū hoc accepit: non dedit nomen Chriſto
principi, quod ſcilicet poſt acquiſitum reg-
num, cæleſtis rex dicatur: ſed econtra no-
men ab eo accepit Eccleſia: Propter quod
regnum cælorum dicitur & eſt. Et iure re-
gnum cælorū dicitur, licèt in terris agat exi
lium. Certum enim & clarum eſt ꝙ cùm
populus Dei ſub captiuitate eſſet Babylo-
nica, nō dicebatur regnū Babylonicum: ſed

vere erat regnum Iuda & Iſrael. In hunc modum licet ſancta mater Eccleſia in Baby C lonia huius mundi nunc habitet, non dicitur regnũ huius mundi, ſed cęlorũ, in quod inceſſanter conuolat, ad ipſumq; pertingit.

Nobilitas regni. ex 12. cauſis. Et qualiter Eccleſię cõueniunt.

Magiſtri noſtri duodecim rationes colligunt in quibus gloriam & magnificentiam huius regni demonſtrant. Primum quod regnum nobilitat, eſt iuſta eius fundatio & inſtitutio: non tyranica qualis fuit ſub Nemroth, qui vi occupauit regnum & ſceptrum eius. Gen. 10. Non ſic regnum Iſrael: quod ſine vi & dolo: imò legitima authoritate, & ad totius populi ſupplicationem Saul primò illis eſt conceſſus à Dño vniuerſorum: in cuius manu ſunt omnium poteſtates, & omnia iura regnorum: & cui voluerit dabit illud, & cùm placuerit, auferet, ſicut cõprobatur ſæpe feciſſe. Abſtulit ſceptrũ & thronum à Balthaſare rege Caldæo, & cõceſsit illud Dario Medo. Quanta ſit ſanctæ matris Eccleſię quę regnum eſt cælorũ, ex hac ratione gloria & maieſtas, vix calamus & ſermo explicare valent. Vbi primo iure diuinitatis Chriſtus, & iure vnionis, & iure redemptionis, rex excellus ſanctæ Eccleſiæ D inuenitur. De quo ipſe in pſalmo: Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum eius. Quibus obſecro armis & qua potentia, magnum hoc regnum inuaſiſti & occupaſti domine Ieſu? Prædicans præceptum eius. Præceptum domini lucidum illuminans oculos: & conuertens animas ad cultum veri Dei ſui. De legitima fundatione, regni huius, ſic legis in pſalmo: Homo natus eſt in ea: & ipſe fundauit eam altiſsimus.

Prima nobilitas regni, Iuſta inſtitutio, nõ tyranica.

1. Reg. 10

Daniel. 5.

Pſal. 2.

Pſal. 18.

Pſal. 86.

2.
Antiquitas.

Quod ſecundo magnificat regnum, eius antiquitas eſt. Vnde nobiliores & glorioſos eos dicimus, quorum nobilitas à parentibus antiquitùs, probitate clariſsimis origenem traxit. Propter hanc rationem nullum fuit aut erit regnum ſic glorioſum, ac regnũ ſanctæ Eccleſiæ: quod ab Abel, qui in exordio naſcentis mundi extitit, originem trahit. Et propter hoc proculdubio in Abel originem & principium regni Eccleſiæ cõſtituimus: etiamſi Adã primò ad illam ſpectauerit, quia in Abel gradus ſanctæ eccleſiæ præfuerunt tanquam in imagine & figura: ſacerdotium ſcilicet, & virginitas, & martyrium & ſacrificium.

Abel quare exordiũ eccleſię.

3.
Multitudo prouinciarum.

Tertiò vnde nobilitas regni colligitur eſt multitudo prouinciarũ, ac terrarum, ſecundùm illud prouerbiorum: In multitudine populorum, dignitas regis. In hunc modum deſcribit ſcriptura gloria regni Aſſueri: quippe C qui regnauit ab India vſq; ad Aetyopia ſuper centum viginti ſeptẽ prouincias. In quibus linguæ variæ & gentes multæ inueniebantur, ſicut deſcribit liber Eſther. Magnum & nobile propter hæc regnum Aſſueri. Non clauditur terminis aut terminatur prouincijs regnum Eccleſiæ, ſicut regnũ Aſſueri regis: quinimò per vniuerſum orbem ius habet & imperium. In omni populo & lingua & natione primatum habet & ſceptrum. Ite in mundum vniuerſum & prædicate. Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra. Ite ergo in mundum vniuerſum. Rex Hiſpaniæ in Gallias nullum man datum deſtinare poteſt. Qui autem ſuper vniuerſum habet iuriſdictionem, in vniuerſum mittere poteſt & prædicare, vnde ſubditus ſit vniuerſus orbis Deo & eccleſię. De quo propheta in pſalm. Regnabit à mari vſq; ad mare, & à flumine vſq; ad terminos orbis terrarum. Coram illo procident Aethyopes. A flumine Iordane ſcilicet, vbi vox patris intonuit: Hic eſt filius meus. Inde doctrina eius incipit, inde & authoritas D magiſterij.

Cap. 14.

Eſther. 1.

Marci. 16

Matth. 28

Pſal. 71.

Matth. 3.

4.
Ordo dexter et prudens.

Quartum quod regnum exaltat eſt dexter ordo, & prudẽs. Multitudo enim ſine ordine potiùs confuſionem quàm gloriam parit. Quis in ſancta eccleſia militanti inueniatur ordo, ille deprædicabit ac magnificabit, qui nouerit vnde deſcenderit: & ad cuius exemplar deſumptus eſt: quia de cælis deſcẽdiſſe proclamat beatiſsimus Ioãnes. Ex ordine etiam qui in humano corpore inuenitur, & omnibus membris eius deprehẽdes ordinem regni huius ſacroſancti: Hæc duo ſancta eccleſia habet. De primo inquit Ioannes. Vidi ciuitatem ſanctã Hieruſalem deſcendentem de cælo, &c. De ſecundo paſsim Apoſtolus Paulus agit ſermonem. Et in canticis ſic legis: Terribilis vt caſtrorum acies ordinata.

Apoc. 21.

Cap. 6.

5.
Amor & concordia ciuium.

Salluſtius in Iugurtino.

Quintum quod magnificat regnum eſt ciuium pax, amor, & concordia. Concordia enim paruæ res creſcunt: diſcordia maximę dilabuntur. Et hęc excellenter in regno eccleſiæ reſplendent, reperiunturq;. Ciues enim eius vinculo & glutino charitatis ſub vna fide, ſub vno baptiſmate, ſub vno Deo inuenies: vnusq; ſpiritus corpus hoc admirabile viuificat. De quo Hieremias: Dabo eis cor vnũ & animã vnam, quod ad vnguem completum demõſtrat beatus Lucas. Multitudinis credentiũ

Cap. 32. f.

Acto. 4.

erat

6. Pax cũ alijs regnis — erat cor vnum & anima vna. Sex tum quod
regnum nobilitat eſt pax cum alijs regnis
confinibus ſibi: De hoc magnificatur reg-
3. Reg. 4. — num Salomonis. Quod habebat pacem ex
omni parte per circuitum. In hunc modum
Eccleſiæ pax. — regnũ Eccleſiæ licèt aliquando careat pace
tẽporali, ſemper tamen gaudet pace pecto-
ris, peruentura tandem ad pacem æternita-
Pſal. 118. — tis. De quo propheta. Pax multa diligenti-
Cap. 32. — bus legem tuam. Et Eſaias: Sedebit popu-
lus meus in pulchritudine pacis: & in ta-
7. Ciborũ abũdantia. — bernaculis fiduciæ & requie opulenta. Sep
timum quod regnum extollit eſt ciborum
abundantia, & ſufficiẽtia: ita quòd aliunde
non oporteat eos adducere. Et hoc pleniſ-
ſimè & abundantiſsimè inuenies intra ſi-
num ſanctæ Matris eccleſiæ. Quippe quæ
& ſanguinem Chriſti habet redemptoris
ſui, & præſentiam realẽ corporis eius pre-
cioſi: & alia ſex magnifica ſacramenta gra-
tiam continentia, quam conferunt dignè
ſuſcipientibus. Habes de diuitijs Eccleſiæ
1. Petri, cap. primo, & Paul. ad Epheſ. cap.
8. Inexpugnabilitas, & fortitudo. — primo. Octauum quod ad regni nobilita-
tem conducit, eſt eius inexpugnabilitas, &
fortitudo. Hæc ſuper omnia regna mun-
di obtinuit Eccleſia: quæ ſuper firmam
petram firmata eſt. De qua ſponſus eius &
Matth. 16 — rex: Et portæ inferi non præualebunt ad-
Hilari⁹. 7. de Trinita. — uerſus eam. Vbi beatus Hilarius: Dum
perſecutionem patitur, floret: dum op-
Et infra cũ beato Theodoreto: — primitur, creſcit: dum contemnitur, pro-
ficit: dum læditur, vincit: dum arguitur,
intelligit: tunc ſtat, cum ſuparari videtur.
9. Leges iuſtæ. — Nonum quod regnum illuſtrat, leges iu-
ſtæ & ſanctæ ſunt. Et has habet excellen-
tiſsimas regnum eccleſiæ: non ſolùm ordi-
nantes ciues ſuos ad pacem temporalem,
ſicut leges humanæ & ciuiles: verùm &
perducentes ad fœlicitatem æternam. Iu-
bet ſuper omnia diligere omnium paren-
tem Deum: & proximum amare ſicut nos
10. Nobilitas regis ſapiẽtia & prudentia. — ipſos. Decimum quod magnificat reg-
num eſt regis nobilitas, ſapientia, fortitu-
do & prudentia. Sic Plato, & Seneca, inde
reſpublicas, quæ talibus coronabantur re-
gibus, beatas iudicarunt. In noſtro regno
eccleſiæ Chriſtus æternus Dei filius, Patri
conſubſtantialis & ſapientia & fortitudo,
Col. 2. — eſt rex. In quo ſecundùm ſuam humanita-
tem habitant omnes theſauri ſapientiæ &
ſcientiæ Dei abſconditi. Qui etiam ſecun-
dùm ſuam humanitatem ab antiqua nobili
tate Abrahę, & generoſo rege Dauid de vir
gine Maria per Spiritum ſanctũ conceptus
A eſt: quo ſumma ingenuitas comprobatur.
Vndecimũ, quod regnũ exaltat eſt ciuium — 11. Ciuiũ nobilitas.
ſuorum nobilitas. In hoc regno omnes ci-
ues ſunt filij Dei per gratiã, futuri poſtmo-
dum per gloriam: & reges regni cælorum.
Et qui filij non ſunt per gratiam, poteſtatẽ
habent, ſi conuertantur ad Dñm per pœni
tentiam. Tandem regni perpetuitas ad ſuã
gloriam exaltandam & concelebrandam — 12. Perpetuitas.
ſpectat. Regnum hoc æternum eſt inci-
piens in hac lachrymarum valle: & con-
ſummationem & gloriam & coronam ac-
cipiens in æterna beatitudine. De quo Da-
niel: Regnum tuum regnum omnium ſæ- — Cap. 7.
culorum. Et Angelus ad virginem Ma- — Lucæ. 1.
riam: Et regni eius non erit finis. Ex his
manifeſtum relinquitur quot & quales ſig-
nificationes habeat verbum hoc, Regnum
cælorum, & quàm ſit glorioſum regnum
eccleſiæ. Dicit ergo Dominus. *Sic eſt re-*
gnum Dei *quemadmodum ſi homo iaciat ſemen-*
tem in terram. In ſuperiori parabola deſcri-
pſit Dominus quot modis ſemen ſemina
toris moritur, & quomodo quarta eius
pars fructificat. Oportet quidem demon-
B ſtrare qualiter huiuſmodi terra dat fructum
ſiue trigeſimum, ſiue ſexageſimum, ſiue
centeſimum. Hoc docet Saluator in Mar-
co tantùm. Quod hîc & illic dicitur, quem
admodum ſi homo iaciat ſementem: &
exijt qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum,
idem ſunt. Singulare tamen in hac para-
bola eſt dormitio ſaluatoris, & exſurrectio
eius: ſingulare etiam, producit primò her-
bam, deinde ſpicam, deinde fructum in ſpi
ca. Singulare eſt etiam quod hic dicitur,
Vltro, & denique, Mittit falcem, quoniam
adeſt meſsis. Hæc ergo quæ ſingularia ſunt
& propria huius parabolæ, magnam hanc
philoſophiam docent. Dormiuit ergo ho- — Dormitio Chriſti.
mo verus Chriſtus Ieſus in morte ſua, &
exſurrexit, quoniam Dominus ſuſcepit il-
lum: Sicut prædictum erat in pſalmo: Ego — Pſal. 3.
dormiui & ſoporatus ſum, & exſurrexi quo
niam, &c. Ab hac morte Chriſti & reſur-
rectione eius habent corda prædeſtinato-
rum primum & maximum fructum, & ef-
fectum fructificationis ſuæ. Quaſi totum
cap. 55. Eſaiæ prophetæ euangeliũ hoc de- — Eſaie. 55.
ſcripſit. Vbi propheta primo exhortatur
ad audiẽdum verbum Dei: Secundò arguit
noſtram ſtultitiam, qui omnem curã & la-
borẽ non impẽdimus huic negotio. Tertiò
pro-

promittit vitã æternam, his qui audierint,
& inclinauerint aurem ſuam verbo doctri- C
næ. Quartò docet quomodo in hoc gratiæ
tempore oportet quęrere Dominũ, vt inue
niamus illum. Tandem ad hoc peruenit. Et
quomodo deſcendit imber & nix de cælo,
& illuc vltra non reuertitur. Sed inebriat
terram & infundit eam, & germinare eã facit.
(Nota hoc verbum) & dat ſemen ſeren
ti, & panem comedenti: ſic erit verbũ quod
egredietur de ore meo: non reuertetur ad
me vacuum, ſed faciet quæcunque volui: &
proſperabitur in his, ad quæ miſi illud. Mi-
rabile fuit qualem fructum dedit verbũ do
mini Ieſu poſt ſacram eius mortem & bea-
Acto. 2. tam reſurrectionem. Appoſitæ ſunt in præ
dicatione Petri in die vna animæ circiter
tria millia. Et dominus augebat qui ſalui fie
rent quotidie in idipſum. De hoc reddens
rationem & de rebus ſublimibus beatus Da
Pſal. 50. uid cecinit in pſalmo: Tunc acceptabis ſa-
Auctor ibi crificium iuſtitiæ, &c. Gratiſsimum ergò
ad longum cùm fuerit ſacrificiũ quod in ara crucis ob-
hom. 27 ſu tulit Chriſtus Ieſus Patri cœleſti: dedit ma
per hunc gnum hunc fructum & donum, quòd ver-
pſal. bum Apoſtolorum in cordibus audientiũ
Cap. 66. ſeminatũ, fructiferum valde eſſet. Et Eſaias D
propheta inquit: Quis audiuit vnquam ta-
le? & quis vidit huic ſimile? nunquid partu
riet terra in die vna? aut parietur gẽs ſimul,
quia parturiuit & peperit Sion filios ſuos?
Et antea docens originem huius parturi-
Cap. 53. tionis, inquit: Si poſuerit pro peccato ani-
mam ſuam, videbit ſemẽ longæuum. Quod
in Ioſeph (vt diximus) prælibatum eſt. Ex
beata ergo morte Chriſti habemus magnũ
hoc donum: nec tamen illa ſufficit neq; nix
neque aqua: ſed quod in parabola dicitur
ſubinde eſt neceſſarium: quod vltrò terra
Gratia & lib. arbitrium. proferat fructum. Vbi aperte vides quomo
do gratia Dei & verbũ eius, & vſus bonus
liberi arbitrij ad fructum vitæ, ſunt neceſſa
ria. Sed prius eſt quod egrediatur verbum
de ore Domini, & deſcendat aqua de cælo,
& inebriet terram: deinde volumus: vltro
profert fructum. Gratia enim eius nos præ
uenit, vt faciamus & velimus. Secundũ vel
tertium, quod peculiare in hac parabola in-
uenitur eſt quòd neſcit homo, id eſt, nõ fa-
cit ſcire, quomodo aut quantum fructũ red
dat verbum prędicatoris: cum certè reddat.
Hoc ad noſtrã conſolationem notauimus.
Herba timor Dñi. Quartum eſt quod *primò profert herbam.* In
herba timorem Domini intellexerunt ſan-

cti Dei homines: Initium enim eſt ſapien-
C tiæ. In timore ergo Domini ſuſcipiendum
eſt verbum Euang. de quo iam ſupra. Dein
de ſpicam In hac ſpem cęleſtem docuerũt: *Spica ſpes.*
fructum plenum, charitatem interpretati *Fruct⁹ plenus charitas.*
ſunt, vſq; adhuc ſemen non dat panem vi-
tæ & ſalutis. Timendus eſt ergo dominus,
& ſpe concepta in Deum, viriliter oportet
agere, ſecundum doctrinam prophetæ, & *Pſal. 30.*
pugnandum cum vitijs, quouſque ad chari
tatem perueniamus. Vſque ad herbam aſ-
cendit inter petroſa ſemen verbi & inter ſpi
nas: ſed nihil profuit, dum in ſpica non ha-
buit plenum fructum charitatis. Nihil niſi
ad ignem prodeſt herba, quæ citò in paleas
tranſit. Paleas autem comburet Deus igne *Matth. 3.*
inextinguibili, ſecundum doctrinam ma-
gni præcurſoris: grana autem in horrea ſua
congregabit. Fert ergo falcem ſuam Dñs
meſsis tempore, hunc aut illum morti tra-
dens: aut omnem prorſus hominem in iudi
cio: & tunc paleas comburet igne inextin-
guibili, & fructum plenum charitatis con-
gregabit in horrea cœleſtia. Mirabile eſt
quomodo ignis in paleis ſit inextinguibi-
lis. Neque in lignis cedri firmiſsimis eſt in
D extinguibilis: quantò minus in paleis? Hoc *Ignis inferni.*
opus diuinæ potentiæ eſt: quod ignis infer
ni comburet corpora damnatorum in reſur *De quo infra cap. 13*
rectione eorum, nec tamen conſumẽtur:
de quo propheta Iob: Luet quæcunq; fe- *Cap. 20.*
cit, nec tamen cõſumetur. De hoc igne di-
xit ſupra Apoſtolus. Terra ſuper ſe venien *Heb. 6.*
tem bibens imbrem, & proferẽs ſpinas, ma
ledictioni proxima eſt: cuius finis incom-
buſtionem. Benè propheta: Viriliter agi- *Pſal. 30.*
te, & cõfortetur cor veſtrum omnes qui ſpe
ratis in Domino. Viriliter eſt agendum
in hoc opere magno, quod in doctrina
Chriſti exercetur. Viriliter eſt agendum
cùm ſciamus ex ore Chriſti confeſtim ve- *Ephes. 6.*
nire diabolum, vt tollat verbum de cordi-
bus noſtris. Viriliter eſt agendum, & con-
fortanda ſunt corda audientium in Domi-
no. & in potentia virtutis eius, vt poſsint
reſiſtere & ſtare aduerſus inſidias diaboli.
Niſi enim ad plenum fructum in ſpica vene
rit ſemen, nihil prodeſt ſermo auditus: imò
duriùs cum ille agendum eſt, & pœnas da-
bit æterni doloris & cruciatus. Viriliter
agit agricola & ſuſtinet in multa patientia
calores & ſudores, & frigus, &c. Expectans
fructum in ſpica. Quid nobis agendum pu-
tas pro fructificatione verbi Dei in cordi-
bus

bus noſtris? Quid durum aut magnum, deniq;, quid precioſum reputari debet, pro charitate? Si dederit homo omnem ſubſtantiã domus ſuæ pro dilectione, quaſi nil deſpiciet eam, ſcilicet ſubſtantiam omnẽ domus ſuæ. Inuenta precioſa margarita, dat libenter omnia bona ſua pro illa. Et quidem in Iacob & Rachele hoc adumbratum eſt: pro qua ſeptem annis ſeruiens: videbãtur ei dies pauci, præ magnitudine amoris, erga illam ſcilicet. *Statim mittit falcem, quoniam adeſt meſſis.* Non vnam ſignificationem habet in ſacris Euangelijs nomen hoc meſſis. Cũ eſſet dominus Ieſus iuxta Samariam, dixit diſcipulis: Videte quoniam albæ ſunt regiones ad meſſem. In quo voluit intelligere & docere qualiter falce prędicationis Euãgelicę, ſecandi eſſent homines à terra, & à terrenis cupiditatibus: trahendiq; ad aream ſanctæ matris Eccleſiæ. Cum autem dicit, ſtatim mittit falcem: quoniam adeſt meſſis: de morte ſingulorum iuſtorũ agit ſermonem: quos expectat vſq; ad fructum plenum in ſpica, vt congreget eos in horreum æternitatis & beatitudinis. Propter perfectionem huius numeri & fructus perfecti, vel expectat vel rapit de hac vita animam iuſti: ne malitia decipiat intellectum eius, &c. Subſtinet omnes malos & ſceleratos homines: neq; eradicat zizania ſtatim: ne fortè & triticum pereat. *Et dicebat: Cui aßimilabimus regnum Dei, aut cui parabolæ comparabimus illud?* Magnum ſit oportet de quo toties inculcat ſermonẽ Dei ſapientia Chriſtus. Valde neceſſariũ ſit oportet, cum in tantis verbis attentum inſtituat auditorem, & in tot parabolis & ſimilitudinibus ducat corda Apoſtolorum ad intelligentiam myſterij regni Dei. Etiã hoc loco per regnum Dei Euangelicã prædicationem intelligit. Per quam homines cæci illuminantur: per quam diriguntur pedes noſtri in viam pacis, qui prius currebãt ad mortem: per quam infirmis ſalus, claudis inceſſus, ſurdis auditus, deniq; mortuis vita reſtituitur: Virtus enim Dei eſt in ſalutem omni credenti, Iudæo primum & Græco. Non ergo incredibile aut peregrinum eſt ſi de Euangelio Dei tam magnifica, & ſublimia concelebremus. Siquidem virtus Dei eſt ad ſalutem omni credenti: De quo ipſe Chriſtus: Si quis ſermonem meum ſeruauerit, mortem, non videbit in æternum. Dicit ergò: Cui aſsimilabimus regnũ Dei? Interrogando docet: & expoſtulat vtranque

Canti.8. *Matth.25* *Gen.29.* *Meßis.* *Ioan.4.* *Sap.4.* *Rom.1.* *Ioan.1.*

A aurem. *Sicut granum ſinapis quod cum ſeminatũ fuerit in terra, minus eſt omnibus oleribus quæ ſeminantur in terra: & cum natum fuerit, aſcendit in arborem, & fit maius omnibus oleribus.* Conſidera poſt multiplicem interrogationem pro aſsimilando regno Dei res ſibi ſimillimæ, quò deuentum eſt in ſimilitudine, ad granum ſinapis certè. Non aſsimilauit Chriſtus ſuum Euang. vel leoni inter animalia fortiſsimo, aut eloquentię Ciceronis vel Demoſthenis, vel certè Platonis: de quo Cicero, Si Iupiter humano allocuturus eſſet ſermone, in verbo Platonis ageret. Non aſsimilauit regnum cœlorũ [illegible] imperio Romano, quod omnes gentes domauit: quia & hoc ſub iugo ſuo ſubiugauit euangelij prædicatio. Non ergo ſimile, illi eſt verbum crucis: ſed longe ſublimius. Aſsimilauit itaque prædicationem ſui Euangelij grano ſinapis, minimo inter omnia grana, quæ ſeminantur; vt myſterium agnoſcatur & virtus & potentia Dei, ſicut ad Rom. docet Apoſtolus cap. 1. & primæ ad Corinth. cap. 1. & ſignificatum eſt in antiquis mirabilibus Dei, ſicut ſacræ literæ demonſtrant. Malefici Aegypti quibus cõceſſum

Rom. 1. *1. Cor. 1.*

B eſt, & dracones & ſanguinẽ & ranas producere, cum ad ciniphes deuẽtum eſt, inquiũt. Digitus Dei eſt hic. In ciniphibus minimis Dei digitus agnoſcitur. Sic in grano ſinapis. Et lapis abſciſſus ſine manibus comminuit teſtam & ferrum & æs, & argentum & aurum, & redacta ſunt in fabillam, lapis verò factus eſt mons magnus. Deus magnus demonſtrauit Regi quæ ventura ſunt poſtea. Et Dauid in lapide & funda proſternit Goliath. Sic & granũ ſinapis, id eſt, ſanctũ euangelium. Poſtquam dominus Ieſus declarauit modum fructificandi, iã docet vim & efficaciam euãgelij in hac parabola. Prophetizatq; ſtatum ſanctæ Eccleſiæ poſt ſuſcitationem multarum hæreſum, quas impij homines dati in reprobum ſenſum diſſeminarunt intra Eccleſiam: aduerſus quos literatiſsimi doctores dimicarunt: ex ſacris ſcripturis eos conuenientes. Dicit ergò. *Sicut granum ſinapis quod cum ſeminatum fuerit in terra, &c.* Seminatum intellige vel à Deo in corde iuſti: vel quod iuſtus homo in viſceribus ſuis illud ſeminat. Regnum ergo cælorum, id eſt, euangelium ſimile eſt grano ſinapis. Parua & humilia docet euangeliũ, Ieſum crucifixum. Nihil minus: nihil abiectius hoc dogmate conſiderari poteſt, inter omnes

Exodo.8. *Daniel.3.* *1.Reg.17.* *Prædicatio Euang. quomodo granũ ſinapis.*

omnes philoſophorũ traditiones,& placita rhetorũ. Sed quod infirmũ eſt Dei, fortius C eſt hominibus: & quod ſtultum, ſapientius quàm homines. Chriſtus enim Ieſus crucifixus, Iudæis eſt ſcandalũ, Gẽtibus ſtultitia.

Crux chriſti granum ſinapis.

Ecce euangelium quomodo eſt granũ ſinapis, minimũ: imo ſtultitia eſt Iudæis & Græcis. Ipſis autem Iudæis atq; Græcis, vocatis ad fidẽ & illuminatis, Dei ſapientia eſt crucifixus Ieſus. Iam fit maius omnibus oleribus. Et quanto plùs verbum crucis teritur, ſicut granum ſinapis, tantò plùs redolet. Quantò profundius & altiùs myſteriũ crucis conſideratur, tantò deprehenditur auidiùs, & Dei bonitas cognoſcitur, & iuſtitia & miſericordia illius.

Crux chriſti arbor magna.

Granum ſinapis eſt, & creſcit in arborem magnam: ita vt aues cæli, id eſt homines cœleſtis deſiderij, & cæleſtis mentis, ſub vmbra illius ſedeant: vbi fructum ſuauem valde, guttur eorum inuenit. Granum ſinapis erat Paulo euangeliũ: ſed poſtquam cognouit virtutem eius, quid

Gal. 1.

inquit? Poſtquam reuelauit filium ſuum in me, vt euangelizarem illum in gentibus, continuò non acquieui carni & ſanguini,

Rom. 1.

&c. Continuò, Non erubeſco euangelium.

Philip. 3.

Imò gloriari mè oportet in cruce Domini D noſtri Ieſu Chriſti: per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mũdo. Omnia vt ſtercora arbitratus ſum, vt Chriſtum lucrifaciã: propter eminentem ſcientiam domini mei

Ibi.

Ieſu Chriſti: alibi dicebat. Minimum erat euangelium Chriſti inter omnes vias Philoſophorũ, non ornatũ verbis, nõ pulchrũ, & tamen creuit in arborẽ magnam. Confer obſecro hanc doctrinã dogmatibus philoſophorum, & tractatibus eorum. & ſplendori eloquentiæ, & cõpoſitioni ſermonum, & deprehendes quanto ſit minor omnibus ſeminibus.

N O T A

Sed hæc prædicatio, quæ parua videbatur in principio, cùm vel in anima credentis vel in toto mũdo fuit ſata: nõ exurgit in ſcelera, ſed creſcit in arborem: ita vt volucres cæli, de quibus dudũ diximus, veniant & habitent in ramis eius.

O crux domini Ieſu quales sũt fructus tuæ celſitudinis

Ibi nidus requietionis earũ: ibi cantus exultationis & gaudij & gratiarũ actiones: ibi laudes ardentiſsimi pectoris: ibi pullos generãt; & ad perfectionẽ deducunt. Quis ſapiens & intelliget hæc? Hæc eſt illa arbor, de quo Ioã. in Apocaly.

Cap. 22.

Oſtendit mihi fluuiũ aquæ viuæ ſplendidũ tanquam cryſtallum procedẽtem à ſede Dei & agni. In medio plateæ eius, & ex vtraq; parte fluminis lignum vitæ, afferens fructus duodecim, per mẽſes ſingulos reddens fru- C ctum ſuũ: & folia ligni ad ſanitatẽ gentium.

Euang. fluuius lucid9.

Fluuius ſplendidus ſacrum euangelium eſt: cuius præcepta ſplendentia ſunt ſicut cryſtallum, & dogmata eius velut folia arboris ad ſalutem ſunt gentium, quia demandatum eſt à Dño prædicari illis. Dic de præcepto fidei vnius & veri Dei: per quod idolatriæ cultum ab atauis ſuis vniuerſæ gentes, velut ſpurcitias peſsimas abiecerũt. Dic de caſtitate, dic de mãſuetudine, &c. Cum autẽ ſanctus propheta & Euãgeliſta demonſtrat arborẽ hanc in medio plateæ, & ex vtraq; parte fluminis, docet nemini denegatũ aditum ad illã: vnde inexcuſabiles ſunt.

N O T A *valde.*

Via ſalutis omnibus patens.

In medio plateæ eius, nõ intra murũ altum & inexpugnabilẽ, ſed vbi ab omnibus tangi, & tractari poſsit, & fructus ab ea capi. Et ex vtraq; parte fluminis adeſt lignũ hoc vitæ æternæ. Ne qui ex aduerſo alteri9 ripę ſunt, dicerent: Rapidus & violentus eſt fluuius: nec cõceditur propter hoc ad lignum accedere omnibus. Ex vtraq; parte fluminis adeſt lignũ vitæ, nec Cherub aliquis in romphea ſeruat illud, &c. In hunc modũ legis apud Ezechielẽ.

Cap. 13.

In die illa erit fons patens D domui Dauid & Hieruſalẽ in ablutionem peccatoris & menſtruatæ. Patens erit fons, dicit propheta. Et ſapientia Dei foris prædicat, in plateis dat vocẽ ſuam.

Prouer. 1.

Et mandatum datur Apoſtolis: Quæ audiſtis in aure, prædicate ſuper tecta.

Matth. 10.

Vides quomodo omnibus adeſt diis, & gratia, & Euangelij doctrina? Agendũ nobis eſt quod ab ſponſa deſcribitur factũ in canticis: Sub vmbra illius ſedi: & fructus eius dulcis gutturi meo.

Capit. 5.

Sedere ſub arbore.

N O T A *valde.*

Niſi ſederitis, amarus valde eſt fructus huius arboris. Quid eſt ſedere? Attenta mente cõſiderare. Niſi oculis fidelibus præceptũ dilectionis inimicorũ contẽplatus fueris, amarum, agreſte & ferè impoſsibile tibi videbitur.

Dilectio inimicorũ.

Sede & cõſidera poteſtatẽ imperãtis, & nobile promiſsũ quod ab ore Dei audiuit mens humana ad cultores illius mandati, rationabilitatẽ eius præter multa alia cõmoda præſentia, quæ ſecũ affert, & tunc quidẽ dulce erit gutturi tuo. Propter hoc dictum eſt de B. Stephano.

Stephanus

Lapides torrẽtis illi dulces fuerunt. Sederat ſub arbore, quæ creuit altiſsimè in corde eius ex prædicatione & auditione euãgelij. In hunc modũ, Marà tibi fiet dulciſsima aqua, id eſt, omnia præcepta euangelij. Amariſsimæ erãt aquæ Maraj, nec ſitiens populus eas bibere potuit, ſed

Exod. 15.

miſſo

miſſo in eas ligno, in dulcedinē ſunt conuer
ſæ. Nō ſatis fuit dicere prophetę, dulces fa-
ctæ ſunt: ſed quod maius eſt & longè ſubli-
mius: cōuerſæ ſunt in dulcedinē. Minimum
granū eſt ſinapis verbū, id eſt, Euangelij li-
gnum vitæ & crucis, ſed miſſo in Marà, oēs
amaritudines eius cōuertūtur in dulcedinē.
Verbū hoc, potabile fecit beato Ioanni ve
nenum, amabile exiliū, & Paulo deſiderabi
les mille mortes, quas ſuſtinuit. Aſſumamus
ergò pennas colūbæ, vt volantes ad altiora
quàm ea quæ caro & noſter ſenſus deſide-
rant, poſsimus habitare in ramis huius arbo
ris, & nidulos nobis facere doctrinę & vir-
tutis. Obſerua quòd aues cęli volitantes per
aëra, ſuper virentes ramos arborū ſedere ſo-
lent, aliquantulā captantes requiem. Non
hoc ſufficit: ſed habitare oportet. Vnde in-
ter præcepta ſuæ legis habuit ille antiquus
populus: Menſe ſeptimo feſta celebrabitis
& habitabitis in vmbraculis ſeptē diebus.
Qui numerus perfectionem & vniuerſitatē
Gen. 2. dierum ſignificat. Septima enim die requie
Perſeuerantia. uit Dñs ab opere quòd patrarat. Perſeuerā
tiam ergò ſignificat: & habitare eſt neceſſa
rium: nec ſufficit aliquantulum ſediſſe ſuper
ramos, & ſub vmbra eorum. Vę illis qui ad
tempus ſedent ſuper ramos ligni vitæ: & ſta
tim diſcedunt, & ad aquam turbidam & cę-
num vitiorū deſcendunt. Nidum oportet fa
cere ad habitandum: vt vitam cōſequamur
1. Reg. 9. & pacem. Super virides ramos huius arbo
ris ſedit aliquando Saul, qui à Dño fuit ele-
ibidem. 18. ctus in ducem populi ſui. Sed fugit, audiens
honoris cantica, quæ mulieres deferebant
Dauidi. Fugit à ramo pulcherrimo dilectio
nis proximi, & inſanabili odio perſecutus
eſt eum. Habitare ergo oportet in ramis
per boni operis perſeuerantiā. Qui enim
Matt. 24. perſeuerauerit vſque in finē, hic ſaluus erit.
Sed aues ſunt quę habitāt, nō animalia. Niſi
enim à terra aſcenderit cor hominis, nō fiet
auis, nec ciuis cæli dici poteſt: non aſcendit
ad ramum viridem & pulcherrimum caſti
tatis & honeſtatis, &c. Animal graue & ter
reſtre, id eſt, guloſus, luxurioſus, auarus, &
iracundus, haud volant nec ſedent ſuper
ramos huius arboris, id eſt, ſuper temperan
tiam & caſtitatem, & ſuper liberalitatem &
manſuetudinem. Aduerſum quos eſt ſermo
Pſal. 4. Dñi in Dauid. Filij hominū vſquequo gra
ui corde. Grauia nō aſcendunt: leuia autem
ſic. Ideo ſpiritales & ſancti viri aues cæli ap
pellantur: peccatores verò cordis grauis

ſunt. Et cor incraſſatum habent: vnde & re *Deut. 32.*
A calcitrant. Sed durum eſt contra ſtimulum *Hierem. 5*
calcitrare. Curandū ergò nobis eſt vt per *Acto. 9. et 11.*
abſtinentiā & ſobrietatem & cæteras virtu
tes ſuper arboris huius ramos habitemus ad
conſequendam ſalutem. Iucundū eſt quan
ta aëris pulchritudine, & puritate gaudent
aues cæli, in ramis arborum nidulos conſti
tuunt, ſub frigore, ſub gelu, ſub aëre, & niue
multiſq; tēpeſtatibus. Et inter hæc omnia
generationē ad perfectū deducunt. Nec mi
nùs aues cæli, de quibus modo eſt nobis ſer
mo, gaudent cœleſtibus ſuauitatibus, habi-
tantes in his ramis: etiamſi carnalibus homi
nibus vita eorum videatur ſtultitia & inſa-
nia. Eſt ergo regnū Dei, id eſt, Euangelium *Sancti quāta gaudent dulcedine in hac uita.*
ſicut granum ſinapis, quod minimum eſt in
omnibus ſeminibus, & creſcit in arborem
magnam. Mirabilis vis & efficacia verbi
Dei. Sed & penetrabilius eſt omni gladio *Euang. mirabilis efficacia.*
ancipiti: & pertingens vſq; ad diuiſionem
animæ & ſpiritus. Etiam contradicentibus
totius orbis principibus & Romano impe- *Heb. 4.*
rio, oppugnantibus verbum Euangelij cun
ctis inferorum poteſtatibus: etiam occiſis
nobilibus eius prædicatoribus, ſanctis in-
B quam Apoſtolis, extingui non potuit lucer
na hæc magna, & opprimi granum iſtud:
ſed creuit in arborem magnā & extendit
ramos per vniuerſum orbem. Quod elegan
ter Abacuc propheta ante longa ſæcula de *Cap. 3.*
cantauit dicēs: Abyſſus dedit vocem ſuam,
id eſt, princeps inferni cū omni ſenatu ſuo:
altitudo terrenæ poteſtatis illi obediens, le-
uauit manum ſuā armatam, perſequēs eccle
ſiæ principes & ſacros cōfeſſores: ſed ſol &
luna, id eſt, Chriſtus & eccleſia ſteterunt in
habitaculo ſuo: quod cum ſoli naturali non
cōueniat, qui ab oriente vſq; in occidētem
ſemper conuolat, nec lunæ: manifeſtè pro-
pheta de Chriſto & eccleſia agit ſermonē.
Chriſtus enim dicitur ſol à ꝓpheta, & eccle
ſia ſub lunæ nomine deſignatur: quod olim
prædemonſtratum fuit Moyſi in rubo & *Exo. 3.*
igne non præualente aduerſus illum, etiam
ſi à radice velut fons irriguus vſque ad cacu
men aſcenderet. De quo alibi diximus cū
Philone. Nonne ergo diuinam virtutē in
grano ſinapis comprobabis? Foue & tu il-
lud in ſinu tuo, & myſterium tātum vel ex-
tremis labijs deguſtabis: vnde & omnia mū
di oblectamenta deſpicies. Diuina eſt vir- *Grani ſinapis potētia*
tus grani ſinapis, quę exurgētibus tot mon
ſtris hęreſum, etiam imperatoribus magnis

coadiutoribus,armauit & vnxit ſacros Ec-
Doctores Eccleſiæ. cleſiæ doctores & magiſtros aduerſus illas, C
& in gladio ſpiritus quod eſt verbum Dei,
dimicantes,ad terram deiecerunt & ad infe
ros auctores earũ. Quantùm turbauit Eccle
ſiam vnus indoctus Arius? Quales habuit
patrones & defenſores impiiſſimæ blaſphe
miæ? Et hunc & illos vnus Athanaſius,cæ-
teriq; patres illius florentiſſimi ſæculi deie
cerunt, & ſancta mater Eccleſia dãnauit &
reddita eſt orbi pax & trãquillitas:illuſtrior
que facta eſt,& in filiũ Dei feruẽtior. Et hic
ſtatus figuratus eſt,in parabola: & in Daui-
1.Reg.17 de & Goliath: quẽ in funda & lapide & in
nomine dñi proſtrauit:ipſumq; decollauit.
Paruulꝰ & deſpectꝰ erat Dauid,minimusq;
inter fratres ſuos. Goliath verò proceræ ſta
turæ & ſuperbus, ipſumq; Dauidẽ deſpicie
bat. Dilata & põdera. Obſerua quòd B.Ma
thæus dixit aues cæli habitare poſſe in ra-
Concordia Marci & Matthæi. mis arboris huius, & noſter Euãgeliſta, ſub
vmbra illius:& nos interpretati ſumus cum
B.Matthæo in ramis eius: nulla tamẽ diuer
ſitas eſt inter illos,aut cõtradictio. Rami ſu
periores vmbrã faciunt ramis inferioribus
in arbore:& ſedẽs in inferioribus ramis,ſub
vmbra illius arboris ſedet & habitat in ra-
mis. Iam intellige verbũ noſtri Euãgeliſtæ:
Vmbra requies & refugium ſanctorum. ſub vmbra eius aues cæli habitare. In hoc D
verbo requiem & refrigeriũ ſanctorum,qui
virtutẽ & pietatẽ colunt,deſignat:ambulã-
tibus impiis, & ſceleratis hominibꝰ ſub æſtu
ſolis & ardoribus ſuarũ concupiſcẽtiarum.
Sap.5. Vnde in tormẽtis cõfitẽtur:Ambulauimus
vias difficiles:laſſati ſumus in via iniquita-
Eſa.32.D tis. De populo verò dñi dicit propheta: Se
debit in pulchritudine pacis. Habitant ſub
vmbra,quia ardor vitiorũ non vrget eos,&
carnalis concupiſcentiæ ignis non cõburit.
De hoc iã in exordio huius operis. Sub vm
bra ergo huius arboris ſedẽt aues cæli, id eſt
Philip.3. iuſti & contẽplatiui, qui cum Paulo dicere
poſſunt:Noſtra cõuerſatio in cælis eſt:vnde
& ſaluatorẽ expectamus dñm noſtrũ Ieſum
Chriſtũ:Et gloriantes in dño dicunt cũ ſpõ
ſa: Sub vmbra illius quem deſiderabã ſedi:
Canti.2. & fructus eius dulcis gutturi meo. Fœlices
qui ſub vmbra habitant. Ter quaterq; beati
quibus data eſt vmbra hæc. Væ illis,ſi reli-
cta vmbra & habitatione eius, congregatis
omnibus abeant in regionẽ longinquam,vt
Ionæ ſignificatio. NOTA ualde. paſtores ſint porcorum. Experientur certè
quod Ionas paſſus eſt. Aſcendit propheta
dñi,& ſedit contra orientẽ ciuitatis Niniue

& fecit ſibi vmbraculũ ibi, & ſedebat ſub-
C ter illud in vmbra, donec videret qd accide Ionæ.4
ret ciuitati: & præparauit Dñs hederam,&
aſcẽdit ſuper caput Ionæ, vt eſſet vmbracu
la ſuper caput eius, & protegeret eũ: labo-
rauerat enim,& lætatus eſt Ionas lætitia ma
gna. Qui lætabatur lætitia magna ſuper he-
deram,& vmbrã illius: ecce gemens iraſci-
tur aduerſus calorẽ & ardorẽ ſolis & aeris.
Hæc duo tibi demonſtrantur in peccatori-
bus & iuſtis:vtroſq; enim refert Ionas, &
fugiens à facie dñi, & mãdato eius obediẽs
deinde. Et *talibus multis parabolis loquebatur*
eis uerbum, prout poterant audire, ſine parabola
autem nõ loquebatur eis. Habes apud B.Mat- Cap.13.
thæũ alias multas parabolas:quas dñs Ieſus
ꝓpoſuit huic multitudini magnæ: quas oẽs
cõplexus eſt noſter Euãgeliſta,prout potue
runt audire. Licèt Dñs in parabolis loque-
batur: proponebat tamen eas ſecũdùm au-
dientium ingeniũ & mentẽ, vt aliqualẽ fru
ctum caperent. Etenim in illa magna multi
tudine non deerant qui bonũ deſideriũ ha-
berent, quamuis maior pars eſſet de quibus
dixit: Vt videntes nõ videant. Et nõ loque
batur ſine parabola: ne intelligas omnẽ ſer
monẽ eſſe parabolicum:ſed quicquid dice-
bat,parabola exornabatur. Docebat quip-
D pe multa propriis & germanis verbis,& an
nectebat parabolã ſemper. Obſeruabile ver Prædicatorum doctrina.
bũ omnibus magiſtris & oratoribus Eccle-
ſiaſticis: *Prout poterant audire*: Credo ſigni-
ficare:pro captu audientium, nõ pro auditu
aurium corporaliũ. Nõ enim tãta hominũ,
multitudo,indigna erat ſermonibus manife
ſtis. Obſeruari ergo oportet quòd pro men
ſura fidei, & ingenii, doctrina impartiatur
populis & gentibꝰ. Vnde interlinealis gloſ 1.Cor.3.
ſa locũ Pauli allegat:Lac potũ vobis dedi, 1.Cor.2.
non eſcã. Sapientiã, qui ſermo eſt æterno-
rum diuinorumq;, & valde ſublimium,lo-
quebatur Paulus inter perfectos: Lac verò
imperfectis concedebat. *Seorſum autem diſci*
pulis ſuis diſſerebat omnia. Non pro illis tan-
tũ, ſed & pro nobis & pro doctrina noſtra.
Iam implebat duodecim fontes,vnde poſt
modũ vniuerſus orbis infunderetur præmul
titudine doctrinæ. Vides quomodo oĩa diſ
ſerit Apoſtolis, vt ea nobis tradant? Ab eis
ergò ſcripturarũ interpretatio & mãdatorũ
dñi Ieſu quærẽda eſt: & ab eccleſiis,& tradi
tionibus, quas ſine ſcripturis nobis relique-
rũt. Sed præcipuè à Roma.Eccle.vbi caput Romana Eccleſia.
& vertex Apoſtolorũ ſedẽ habuit: quę vſq;
in diem

in diem hãc perſeuerat. Omnes ergo diffi-
cultates & fidei quæſtiones ab illa ſede ab-
ſoluẽdæ ſunt, quæ & plenitudinẽ habet po
teſtatis,& clauem ſcientiæ, & promiſsionẽ
ſpũs veritatis. Vnde Vigilius.PP.dilectiſ-
Vigilius. PP. ſimo fratri Eutherio epiſcopo: Nulli vel te-
nuiter ſcienti,vel pleniter ſapiẽti dubiũ eſt
1.tomo.cõcil.fol.14. quòd eccleſia Romana fundamentum ſit &
forma eccleſiarũ,&c.vſq; reddituru. *Seor-
ſum diſcipulis diſſerebat omnia.* Et hunc ordinẽ
ipſi ſacri Apoſtoli ſeruantes, diſcipulis ſuis
tradebãt ſpecialẽ notitiam miſteriorũ Chri
ſti & eccleſiæ, & demãdabãt eis firmiſsimè
illa cuſtodire. Et in cœleſti Hierarchia ſer-
uatur idemet ordo. Superiores nanq; angeli
inferioris ordinis beatas mentes illuminãt,
purgant & docẽt. Lex diuinitatis immobi-
liter firmata eſt, vt vnaquæq; intelligentia
ſuperior, inferiori notitiã ſibi reuelatam in
fundat: & ſic reducãtur inferiora ad Deum
per media: & fiat circulus perfect9. Nec pa
rum cõducere hæc exiſtimes ad vnitatẽ &
In eccleſia gradus. pacẽ Eccleſiaſticã. In qua oportet ſint gra
dus.& ſuperioritas & inferioritas: magiſte-
rium,& diſcipulatus: Epiſcopus & populus,
qui dirigatur, & doceatur & illuminetur.
Ex quibus vnitas & pax eccleſiæ conſurgit
& coaleſcit. *Et ait illis in die illa cum ſero eſſet
factum: Tranſeamus contra.* Vſq; ad horã hanc
nõ ceſſauit loqui de naui ad multitudinem
illã maximã,& ad diſcipulos: qui omnes pa
tienter audiebant, ſuſtinebantq; magiſtrũ
vſq; ad ſolis occaſum: licet multi eorũ de lõ
ginquo veniſſent, eſſentq; alienigenę. Non
ſemel cõtigit hoc diuo Paulo. Tantum erat
Acto. 20. B. in magiſtro deſideriũ docendi viam ſalutis
& in diſcipulis ardor & auiditas ſciendi di-
uinum mãdatum & legem, vt vſq; ad noctẽ
protraheret ſermonẽ: cùm non liceat præ-
dicatoribus vel ad horam loqui de regno
Dei. Moleſtè fert populus: ad cõfabulatio-
nem & ſtrepitũ accingitur; imò & ceſſare
imperat: quaſi dies dominica nõ ſit requie-
tioni, orationi,& legis interpretationi dica-
ta. Sed adſunt pro tota hebdomada abſol-
uenda ſæcularia, & carnalia negotia in illa
die. Adſunt gratiarũ actiones, quæ ad rẽ nõ
pertinẽt. Væ nobis, omnia quę maximè cõ
ducebant ad ſalutẽ populorum in deterius
abeunt, obſcurata ſunt, vili habentur precio
& loco. De hoc iam multa in ſuperioribus.
Labor Chriſti in prædicãdo. Iam nota quantum laborauit dñs Ieſus per
vniuerſam hanc diem. Voce magna clama
bat ad populum corã ipſo ſtantem: affectũ

in hoc & ſacræ mentis deſideriũ repræſen-
A tans. Benè ſequens ſomnus docet, & recli-
natio capitis ſuper ceruical laborem hunc
& laſsitudinem, & maximè capitis. Nulli
ergò labori parcendũ eſt ab Euãgelico præ
dicatore ſuper animarũ ſalute ex doctrina.
Tranſeamus contra, Ad vlteriorem ripam,&
loca, & ciuitates alterius regionis. Omniũ
deſiderabat ſalutẽ: ideo ad omnes ibat: etiã
rogatus nõ detinebatur apud eoſdem: quia Luc.4.
alijs ciuitatibus oportebat eum Euangeliza
re. Et hoc faciendum eſt omnibus paſtori-
bus & epiſcopis in ſuis diœceſibus: ſi opus
miniſterij ſibi cõmiſsi deſiderant implere: Prædicatio ad epiſcopos ſpectat.
ne incidãt in manus Dei viuentis: de quorũ
manibus ſanguinẽ ouium ſuarũ requiret in
iudicio. Condolendũ eſt noſtris his tempo Ezech. 3.
ribus, quàm pigri in magno hoc negotio in
ueniantur. Tranſeamus cõtra. Vide quantũ
tẽporis manſit apud Capharnaum: quãtum
que laboris pro eis aſſumpſit in doctrina:
quamq; magnifica apud illos ędidit miracu
la. Propter quæ aliquando dixit aduerſus Mat. 11.
hanc ciuitatẽ. Et tu Capharnaũ, nũquid vſq;
ad cælũ exaltaberis? Vſq; in infernum deſ-
cendes. Quia ſi in Sodomis factæ eſſent vir
B tutes, quæ factæ ſunt in te, fortè manſiſſent
vſq; in hanc diem. Veruntamẽ dico vobis
quia terræ Sodomorũ remiſsius erit in die
iudicij, quàm tibi. Audiant hęc opulentę &
magnæ ciuitates in quibus aſsiduè Dominꝰ
aperit ora prædicatorũ & docent de regnõ
Dei,& de pœnitentia,&c. Audiant hæc &
timeant. *Et dimittentes turbã aſſumunt eũ: ita ut
erat in naui: & aliæ naues erãt cũ illo.* Vide quã
diligẽter faciunt tum diſcipuli, tum etiã &
nautæ, quod dñs voluit: nõ exigunt preciũ
neq; grauiter ſuſtinẽt quòd uſq; ad occaſum
ſolis in Naui fuerit prædicans ad turbã: pro
pter quod & aliæ Naues ibidem pauſaue-
rint. In quo liberales ſe oſtendunt familiæ
Chriſti pauperculæ & turbæ: cùm nauim
cõceſſerint Domino. Habent exemplum
omnes populi, quomodo debeant honora
re magiſtros ac patres ſuos: & in omnibus
neceſſarijs miniſtrare illis. Cõmunicet autẽ
ijs qui cathechizatur verbo, ei qui ſe cathe- Gal. 3.
chizat in omnibus bonis. Dignus eſt enim
operarius mercede ſua. *Et facta eſt procella
magna uenti & fluctus mittebat in nauim, ita ut
impleretur nauis.* Aduc intendit cõfirmare
doctrinã ſuam dominus Ieſus ex miraculis:
& cõprobare ſuã diuinitatem ad fidẽ Apo-
ſtolorũ & noſtrã. In ſuperioribus imperãs

dæmonibus, omnipotētiam ſuã, & maieſtatis imperium demōſtrabat: curabat omnes C languidos, & omnẽ infirmitatẽ: & quod magnificentius & ſublimius multò eſt, tanquã poteſtatem propriã habens dimittebat peccata. Iam nunc Dñm maris ſe oſtendit in ſequenti hiſtoria. Inquit ſanctus Euangeliſta. *Et facta eſt procella magna venti.* Forſan non naturali curſu accidit, ſed in diuinæ voluntatis beneplacito excitata eſt, ad ſequẽs miraculum.

Ione. 1. Sic in fuga Ionæ à facie Dñi miſit Dñs ventum magnum in mare, & facta eſt tempeſtas magna in mari, & nauis periclitabatur conteri. In qua tẽpeſtate voluit dñs vniuerſorum oſtendere magnalia, quæ

Iuſti quare affligantur. deinde fecit in Iona. In hunc modũ ad manifeſtationem ſuæ virtutis magnæ, & in doctrinam noſtrã facta eſt procella venti. Similia eueniũt viris ſpiritualibus, qui piè viuere volunt in Chriſto. Cùm familiariùs cũ ipſo cõuerſantur, ad eorũ exercitium & coronam, & certè ad doctrinam humilitatis, quæ conceſſa dona cõſeruet, in varias incidunt tentationes & tribulationes: per quas exercentur, roborantur, & humiliantur, & in ſolo Deo omnẽ fiduciam ſuam reponere D docentur, nihilq́; de ſua virtute præſumere, & à Deo quærendum omne auxiliũ. Hæc omnia deſiderat Dñs in tribulationibus iuſtorum: vt cõſummentur. In quibus Paulus Apoſtolus primatum tenuiſſe videtur: Ad cuius cõprobationẽ locus ille ſufficiat:

2. Cor. 1. Non enim volumus ignorare vos fratres

Paulus nimis afflict⁹ de tribulatione noſtra quę facta eſt in Aſia; quoniam ſupra modũ grauati ſumus, ſupra virtutẽ, ita vt tæderet nos etiam viuere. Sed ipſi in nobis ipſis reſponſum mortis habuimus, vt non ſimus fidentes (nota valde) in nobis: ſed in Deo, qui ſuſcitat mortuos: qui de tantis periculis nos eripuit & eruit, in quem ſperamus, quoniã adhuc eripiet: adiuuantibus vobis in oratione pro nobis, vt ex multarum perſonis facierum, &c. Obſerua quanta doceat preſſura hæc beatum Paulum. Non ſumus fidentes in nobis, ſed in Deo. Ecce veram hanc humilitatẽ: ecce ſpem pro futuris calamitatibus. Adiuuantibus: Vide quantus Apoſtolus fideliũ exi-

Ioſeph nimis anguſtiatus. git orationes, &c. Conſidera & ſanctum Ioſeph inter fratres, & deinde in Aegypto. Vbi tandem per duos annos in carcere fuit.

Gene. 41. De quibus omnibus malis, dixit propheta:

Pſal. 104. Ferrum pertranſijt animam illius. Quod verbum multo poſt tempore beatus ſenex Simeon dixit ſacræ virgini Mariæ: quan- C quam non par fuerit vtriuſq; dolor: ſed magnus comprobatur qui à ſancto Moſe in Ioſeph deſcribitur. Luce. 2.

Nunquid non dilectus & charus Deo ſuo Ioſeph? Nunquid non ſanctus & honeſtus? Imo propter fidem caſtitatis, & illius obſeruantiam multa mala paſſus fuit. Et tamen ferrum pertranſijt animã eius: poſt quæ omnia à Domino exaltatus fuit, & à Pharaone creatus in principem populi, & in Dominum omnis poſſeſsionis ſuæ. Quanta paſſus fuit Dauid? Quanta Daniel? Denique cum infirmatur iuſtus, fortior fit: & ſurgens de tribulatione gratias agit. Vnde Paulus ad Romanos inquit: Cap. 5. Gloriamur in tribulationibus, ſcientes quod tribulatio patientiam operatur: patientia autem probationem, probatio verò ſpem: ſpes autem non confundit. Vide quomodo alternantibus vicibus, iuſtorum vita & gaudijs ſpiritalibus, & tribulationibus multis texitur: & vtrumque ſic diſponit altiſsimi manus ad eorum vtilitatem. Adſit vobis vnus Ioſeph, ſacræ Virginis ſponſus: quem deſcribat eleganter beatus Chriſoſtomus. Enimverò miſericors Deus mœſtis rebus quædam etiam permiſcuit læta. Quod certè in ſanctis omnibus fecit: quos neque tribulationes, neque iocunditates ſinit habere continuas: ſed tum ex aduerſis, tum ex proſperis iuſtorum vita, quaſi admirabili varietate contexuit. Quod in Ioſeph feciſſe conſidera. Videndo quippe ſanctus Ioſeph grauidam Mat. 1. ſponſam, in turbationem incidit maximam: ſed affuit repente angelus, &c. prout in ſermone octauæ ſanctorum innocentium. Vſque ad horam vltimam, in qua iuſtus reſponſum mortis habet in ſe, & etiam vitæ tædium, permittit Dominus contriſtari eum. Sed ibidem eſt, quanuis dormire videatur. Cum ipſo ſum in tribulatione. Et Pſal. 90. alter Propheta. Dicite iuſto quoniam bene. Eſa. 3. Bene, & ad eius exaltationem anguſtiæ eius deſeruiunt: etiamſi nauis impleatur, etiam ſi anguſtiæ & gemitus vſque ad mortem peruenire videantur. In hoc

Timor ad impios. quippe ad impios & ſceleratos homines, clamat Dominus, ſicut docet beatiſsimus Petrus: Tempus eſt vt iudicium incipiat 1. cap. 4. à domo Dei: ſi autem primum à nobis, quis finis eorum qui non credunt Euangelio? Et ſi iuſtus quidem vix ſaluabitur, impius & peccator vbi parebunt? Si in ligno Luce. 23. viridi

viridi hæc fiunt? &c. Magnam ergò doctri
Siue tribulamur pro veſtra exhortatione & ſalute. nam habent peccatores in tribulationibus A
iuſtorum. Mirabile eſt quomodo procella
tempeſtatis tantum inualuit, quod iam iam
nauim implebant fluctus eius: Valdeque
erant in diſcrimine & periculo mortis diſ-
Magnã ingerit Dñs exhortationẽ peccatoribus in tribulationibꝰ iuſtorũ: illã, ſcilicet quã deſcribit Petrus. Tẽpus eſt, &c. cipuli Domini. Sed certè gloriæ Chriſti
omnia hæc deſeruiebant. Qui cum eos libe
raſſet, clarior fiebat potentia eius: & apoſto
lorum demonſtrabatur infirmitas, vt etiam
per increpationem curetur. Clarior reddi-
tur medicus qui infirmo deſperatę ſalutis re
ſtituit ſanitatem perfectã, quàm qui vulga-
ri morbo laboranti. Sed & gratior eſt illi in
firmo ſalus, cum recreatur ex graui morbo,
& cautior ac magis timoratus ſurgit, quàm
cũ perpetua gaudet valetudine. Hęc omnia
reportat Deus, & iuſtus homo verus cultor
ipſius, cùm in tentationẽ & tribulationẽ in
cidit. Vſquequo durus Pharao & iniqui ſer
Exo. 3. ui eius afflixerunt filios Iacob ſub duriſſi-
ma ſeruitute, dimiſit eos Dñs ſub manu ini
ibi. cap. 13 micorũ. Et tandẽ reportans victoriã & glo
riã cum multo honore liberauit eos, & edu
xit de domo ſeruitutis cum argẽto & auro,
& veſte plurima, & nõ erat in tribubus eo-
Exod. 15. rũ infirmus. De quibꝰ omnibus ſanctus Mo B
ſes: Cantemus dño, glorioſè enim magnifi-
catus eſt. Nõ ergo debet Dei ſeruus fugere,
aut murmurarę in tribulationibꝰ, quia certę
ad Dei honorẽ & ſuam vtilitatẽ diſponun-
Eccli. 24. tur & deſeruiunt. Non murmuret cõtra Do
minũ, quia vaſa figuli probat fornax & ho-
Ibi. 35. mines iuſtos tẽtatio tribulationis: & ſpecio
ſa miſericordia Dei in tẽpore tribulationis.
Miſericordiam nobiſcũ agit Deus, cum in
varias tẽtationes & tribulationes incidimꝰ.
Vigiles & diligentes nos facit in orando
Cap. 6. ſicut in Oſea dicitur: & hic diſcipulis demõ
ſtratur. In tribulatione ſua, manè conſur-
gent ad me: Venite & reuertamur ad Do-
Humanitas Chriſti minum. *Et erat ipſe in puppi ſuper ceruical dor
miens.* Vera eius humanitas cõprobatur, &
carnis infirmitas: quę laboribus fatigabatur,
pluſquam alij homines cæteris paribus, &
poſt laſſitudinẽ, quietem, & ſomnũ quærę-
bat: & verè dormiebat ſuper ceruical: vt ar-
Chriſtus quos defectus accepit. tus laſſi reficerentur. Vbi obſerua, quòd
Chriſtus nõ accepit omnes defectus homi-
num: accepit tamen omnes defectus huma-
næ naturæ, ſed nõ accepit defectus ſpiritua
les: vt ſunt ignorãtia, peccatum, pronitas ad
malum, difficultas ad bonum. Sed accepit
corporales defectus, purè naturales: eius mo
di ſunt indigentia cibi & potus & ſomnus.

Accepit etiã defectus corporales prouenię̃
A tes ex peccato quantùm ad omnes pœnali-
tates, quæ generaliter ſunt ad homines om-
nes, vt famem, ſitim, dolorẽ, triſtitiam, fati-
gationẽ, mortẽ. Non tamẽ accepit defectus
qui non ſunt generales: vt ſunt morbi & de
formitates corporis: quæ cõſequũtur aliqua
indiuidua, & nõ totam ſpeciem. De ſomno
quomodo illum ſuſcepit ſpõte, Toſtado ſu
per cap. 8. Matth. fol. 97. col. 4. d. & 98. col.
A. 6. Vide iã ſobrietatem dñi Ieſu quippe
qui poſt tantũ laborem, quem in ſuperiori-
bus deſcripſimus, in puppi nauis quærit re-
quiem: non in ſtratu molli & delicato. Sed
quid miraris ſi iã vir fortis & doctor paruu-
lorũ hæc faciebat, quẽ ſtatim vt natus eſt re
clinauit virgo Regia & intacta Mater ſua, *Luc. 2.*
ſuper præſepium, quia nõ erat cõmodior lo
cus in diuerſorio? Et poſt modum dixit, &
verè dixit: Vulpes foueas habent & aues *Matt. 8.*
cæli nidos: & filius hominis non habet, vbi
caput ſuũ reclinet. Habet nunc ceruical ſed
alienum, eius certè cuius & nauis erat. De
hoc admirabundus & gemibundus ſanctus
propheta Hieremias dicebat: Expectatio *Cap. 14.*
Iſrael & ſaluator noſter in tẽpore tribula-
B tionis, quare quaſi colonus futurus es in ter
ra, & quaſi viator declinans ad manendum?
Quare futurus es quaſi vir vagus & fortis,
quẽ nõ poteſt ſaluare? Vbi mundi pompa?
Vbi iam apparatus? Vbi carnaliũ hominũ
mille delitię? Vbi lecti ſuperba purpura, &
auri ornatus? Vbi plumæ de India variæ &
blandæ? Nonne hęc omnia erubeſcũt corã
filio Dei in præſepio reclinato, & in puppi
nauis dormiẽte? Quod ſi ad vniuerſam fami
liam dñi Ieſu hæc ſpectant, maximè quidẽ
ad diſcipulos eius, ad paſtores Eccleſiæ, &
prædicatores: vt verè ſint in exemplũ & lu
cem gentibus: & erubeſcãt & cõfundantur
ex ſola facie eorũ ſine verbo. Vnde excel- *Eſa. 40.*
lenter dicit ſcriptura de Ioanne: ꝙ erat vox *Matth. 4.*
clamantis: Veſtis eius vox erat: cintorium *Ioan. vox.*
renũ eius vox erat, cibus eius vox erat, po-
tus eius vox erat: Omnis deniq; actio Ioan
nis vox erat: In hunc modũ illi anachoritæ *Heb. 11.*
quibus dignus nõ erit mundus, circuierunt
in melotis, in pellibus caprinis anguſtiati,
afflicti, &c. Et dñs vniuerſorum cùm veſti-
menta conceſſit primis parentibus, eijciens *Gen. 3.*
eos de paradiſo: nõ quidem auro texta, aut
ſerica erant: ſed tunicas pelliceas fecit eis.
Neq; erat tunc qui aut inuideret, aut trahe- NOTA
retur & alliceretur ad luxuriam. Ergo per
omnem modum ſobrietas, quæ ad omnia,

Sobrietas omnibus chriſtianis.

quæ hominis ſu it, extenditur, Chriſti diſcipulis conuenit, tum ex doctrina eius, tum etiam ex ipſius exemplo, & ſanctorum vtriuſque teſtamenti: Qui enim mollibus veſtiuntur, in domibus regum ſunt: non in domo Chriſti erant: cuius regnum nõ erat de hoc mundo: & nos quidem non habemus hic ciuitatem permanentem, ſed futuram inquirimus. Propter quod abſtinere nos oportet à carnalibus deſiderijs, quæ militant aduerſus animã. Carnale deſiderium eſt delicata & mollis veſtis: carnale deſideriũ eſt vinũ defæcatum: carnale deſiderium eſt ciborum apparatus & luxus: carnale deſiderium eſt ſuauis lectus & molle ſtratum ad luxuriandũ: quæ omnia militant aduerſus animã. Et væ nobis ſi victoriam obtinuerint. Dominus Ieſus poſt multã fatigationem, poſt labores longiſsimç prædicationis dormiebat quidẽ, & ſuper ceruical, non molle aut proprium, ſed durum & alienũ. *Excitant eum, & dicunt illi: Magiſter non ad te pertinet quòd perimus?* Non excitauerunt magiſtrum donec in magno diſcrimine & quaſi extremo periculo erant cõſtituti. Aut quidem non tam grauem timebant futurã eſſe procellã venti, aut in principio propriæ induſtriæ innitentes, nõ cucurrerunt ad Dñm. Sed immittebãtur fluctus in nauim: & iã implebatur: propter quod dominũ excitant. Docemur quidem bonũ & valde neceſſariũ homini eſſe, in exordio tentationis aut tribulationis ad dñm clamare: imò & ante illã, ſecundùm dñi præceptum, qui inter orationes docuit nos orationem hanc. Et ne nos inducas in tentationem: ſed libera nos à malo. Docet nihil de noſtra virtute confidere: ſed quòd ſtatim in timore ſancto, conſcij propriæ infirmitatis clamemus ad Dñm, & excitemus eũ in multis orationibus. Dic obſecro quoties pro nihilo ducens hanc vel illã tentationem, haud clamaſti ad dñm, nec multò poſt quaſi vim patiẽs es inuẽtus? Ne differas clamare ad dñm vſq; ad extremã calamitatẽ, aut anguſtiã tentationis: ſicut diſcipuli dñi faciunt in naui. Sed ora antequã veniat tentatio vel tribulatio. De hoc Eccleſiaſt. Fili accedens ad ſeruitutẽ Dei, ſta in timore dñi, & præpara animã tuam ad tẽtationẽ: Sta in timore dñi: primò quia corroborat miſericordiã ſuam ſuper timentes ſe, & timentes dñm glorificat: Secundò quia qui timoratus & peruigil eſt, nõ diſplicet dño. Tertiò quia cũ homo accedit ad Dei ſeruitutẽ, acuit ſæuitiã ſuã diabolus cõtra ipſũ: vt deuoret, &c.

Matt. 11. *Heb. 13.* *1. Petri. 2*

Carnalia deſideria.

Ante tentationẽ, & in illa clamandũ ad Dominũ. *Matth. 6.*

Cap. 2. *Ad tẽtationem parare animam quid ſit.*

C Dilata & pondera. Et quid eſt præpara animam tuã ad tentationẽ? Quomodo dic mihi ſe præparat dux expectans & timens inimici fortiſsimi aduentũ ad debellandum caſtrum, aut fortalitium, quod ſub fide ſua de manu regis cuſtodiendum ſuſcipit? Præparat illud in muris, in portis, ne aditus pateat inimico. Præparat in vini & frumenti abundantia & in multis millibus ſtrenuorũ militum: & cuſtodit vigilias noctis ipſe & milites ſui. Et tu quidem ò homo qui de propria virtute cõfidis, aut certè nõ times inimici ſęuientis iram, potentiã, dexteritatem, milleque nocendi modos: qui de manu regis æterni ſuſcepiſti ſub iure iurãdo animam tuam ſeruandam & cuſtodiendã ſub obedientia Dei altiſsimi, te ipſum præpara ad tentationem in ieiunijs multis, in orationibus, in lachrymis, &c. Hæc ſunt noſtræ militiæ arma inexpugnabilia: quæ aduerſarius noſter diabolus ſicut ignẽ inferni reformidat. Quot orationes, quot obſecrationes, quot lachrymæ ab oculis Dauid deſcendebant in terrã, cũ timebat Saulis irã: qui per quæq; deſerta & montiũ cauernas ipſum quærebat ad mortẽ? Hic cùm regni gloria potitur, & ſecurus factus, aſcendensq; de ſtratu ſuo, cùm deambularet in ſolario domus regiæ (nota ſingula verba) vidit mulierẽ ſe lauantem, &c. D De ſtratu ſurrexit non de humili oratione, deambulabat in ſolario domus regiæ ad animi recreationẽ, & oculorum lætitiam. Et qui multum valde timebat inimicũ Saulem, nec formidabat tẽtationem aut præparabat animam ſuam: vidit mulierem ſe lauantem, & captus eſt in pulchritudine eius: & miſerabiliter corruit in magna adulterij & homicidij ſcelera. Quàm bonũ illi eſſet nõ tacuiſſe in ſtratu, ſed oraſſe dñm, nõ deãbulaſſe ſine metu: nec veniſſet in tentationẽ hanc magnã, quam inimicus ad eius mortem excitauit. Noli ergò cũ Apoſtolis vſq; ad extremũ periculi differre clamorẽ ad Dñm: ſed tẽpore ſanitatis & pacis præpara animã tuã ad tentationẽ: & cum primò aduenerit (& citò veniet) clama ad dominũ. Non expectauit ſanctus Thobias vt piſcis ille magnus inciperet deuorare eũ: ſed cũ primò vidit os eius apertum, & accedentem, ad Raphaelem exclamauit voce magna dicens: Domine inuadit me: ſtatim requiſiuit auxilium. Hæc nobis facienda ſunt ſub ipſo tribulationis aut tẽtationis exordio. Voce clama ad dñm: Inuadit me. Et obſerua quo tẽpore piſcis ille magnus inuaſit Tobiã: illo quippè

NOTA valde.

Dauid in perſecutionibus timorato, & in pace ſecuro, quid cõtigit. 1. Reg. 23 26.

Magiſter pro tentationis victoria Tobias Iunior. c. 6

quippè quũ lauabat pedes ſuos. Et Dauid ca
ptus eſt cùm vidit mulierẽ ſeſe lauantẽ. Piſ A
cis magnus etiam inuaſit eum: nec clamauit.
Dilata ſi placet. *Magiſter non ad te pertinet
quòd perimus?* Obſerua quantam curam & ſo
licitudinem erga ipſos, in operibus dni Ieſu
experti fuerant Apoſtoli, ſiquidem ad illũ
in hoc verbo loquuntur: Nõ ad te pertinet?
Niſi enim paternã dilectionem & ſolicitu-
dinem ipſius, erga ſemetipſos didiciſſent,
haud dicerent, Non ad te pertient? ſic lo-
quitur amicus ad amicũ, filius ad parentem
Prælati & paſtores eccleſiæ. in magno periculo. Quod valde obſeruan-
dum eſt cunctis prælatis eccleſiæ & paſtori
bus: ad quos pertinet vigilãtiſsima cura ſu-
per oues ſuas, & ſuper diſcipulorũ ſalutẽ, ne
pereant, aut à tribulatione abſorbeãtur, aut
in tentationibus deficiant. Propter hoc dñs
Ioan. 21. dixit Petro: Diligis me? Paſce, paſce, paſce
oues meas. Multa ad paſtũ ouium ſpectant,
quæ omnia ex ſolicitudine & dilectione ad
Chriſtũ & ad oues procedunt. Paſtor verò
qui hanc dilectionem & ſolicitudinem non
præſtat ouibus, mercenarius eſt. Aduerſus
Cap. 34. quem eſt verbum Dñi in Ezechiele prophe
ta: Fili hominis prophetiza de paſtoribus
Paſtores mali. Iſrael: prophetiza & dices paſtoribus: Hęc
dicit Dñs: Væ paſtoribus Iſrael, qui paſce-
bant ſemetipſos, &c. Quod infirmum fuit,
non cõſolidaſtis, & quod ægrotũ, non ſana-
ſtis: quod confractum eſt, non alligaſtis: &
quod abiectum eſt, non reduxiſtis: & quod
perierat, non requiſiſtis. Sed cũ auſteritate
imperauiſtis eis, & cũ potentia. Ecce quæ fa
ciunt mali paſtores. Dñs autẽ qui bonus pa
ſtor eſt, contraria omninò promittit. Quod
perierat, requirã, & quod abiectũ erat, ab-
ducam. De re hac magnam doctrinã habes
in Paulo per totum cap. 11. ſecundæ ad Co
rinthios. Sciant ergò oẽs paſtores, quòd ad
illos pertinent oues: quodq; ſi propter incu
riam ſuã perierint, de manu eorũ oues ſuas
Eccli. 17. requiret Dñs. Et vnuſquiſq; ad proximum
ſuũ pertinet: quia vnicuiq; mãdauit dñs de
proximo ſuo. Videat ergo paterfamilias
quomodo & filij, & domeſtici domus ſuæ
in timore Dei ambulẽt: & ingerat correctio
nẽ & admonitionẽ, vſq; ad flagella, ſi opor
Humanum genus quomodo pertinet ad Chriſtum. tuerit, &c. *Magiſter non ad te pertinet quòd pe
rimus?* Certè ſic. Quod maxime comproba
tur in procella illa magna, in qua primus or
bis terrarũ pater, cum omni ſua poſteritate
obrutus fuit: ne autẽ periret, tradidit ſemet
ipſum pro nobis. Propter quod ſcriptũ eſt
in pſal. In me tranſierunt iræ tuæ: & oẽs flu *Pſal. 87.*
A ctus tuos induxiſti ſuper me. Non ſuper il-
los: quia certè perirent: ſuper me: vt eos redi
merem, & de ore leonis liberarẽ. Vides quã
tum ad Chriſtũ pertinemus in magna tẽpe-
ſtate? Semetipſum tradidit: & fluctus ſulli-
nuit paternę iræ ſuper dorſum ſuũ, ne nautę
perirent. Similia cõtigerunt & Ionę & nau
tis ſuis. Ibat mare & intumeſcebat valde ſu- *Ione. 1.*
per eos: Ionas verò dormiebat nõ in puppi
ſicut dñs Ieſus: ſed in profundo nauis. Quẽ
cùm excitaſſet à ſomno gubernator nauis,
poſtquã cognouerũt quod propter ipſum
orta eſſet tẽpeſtas, dixit eis: Tollite me &
mittite in mare: & facta eſt trãquillitas & ſe
renũ. Et timuerũt viri timore magno dñm:
& immolauerũt hoſtias dño & vouerũt vo
ta. Quid diſſonũ facimus, ſi, in hac parte etiã
dño noſtro Ieſu Chriſto cõparamus Ionã:
cùm certè in ſequentibus magnũ ſuę mortis
& ſacræ reſurrectionis præfigurauerit ſacra
mẽtũ? Ad ſedandam hac, de qua loquimur,
procellã, & tempeſtatẽ magnã, quę ex Adę
præuaricatione orta eſt, ſeſe tradidit Dñs
Ieſus: Ecce ego venio, tũ dicit: Simile eſt di
cto Ionæ: Mittite in mare. Vides quàm ad *Pſal. 39.*
illum pertinet genus humanũ? Vides quo-
modo imperauit ventis & mari, id eſt dęmo
B nibus & inferno, in opere noſtræ redẽptio-
nis? Quantùm per hæc illi ſumus obnoxij?
Quales hoſtias oportet illi offerre, & quæ
vota reddemus pro magno opere redẽptio
nis? Hic imperio ſuo ſuperbiẽtes fluctus ma
ris ſedat: & à corporali morte ſuos liberat
nautas. Pro noſtra autẽ redẽptione ſemet-
ipſum tradidit procellæ & fluctibus iræ pa-
tris, & iuſtitiæ eius: ita vt & in altitudinem
maris venerit, & tẽpeſtas demerſerit illum:
& à morte animarũ nos liberauerit. Maio-
ra quidẽ ſunt hæc quàm illa. Nunquid pro
his nõ eſt timendus dñs? Imò nõ eſt in quo *Timor dñi*
plus debeat homo timere, quàm cùm audit:
In me tranſierunt iræ tuæ. Et propter ſcelus *Pſal. 87.*
populi mei percuſsi eũ. De quo Paulus in *Eſa. 53.*
vno verbo. Ad oſtẽſionem iuſtitiæ ſuæ. Et *Rom. 5.*
nos ad longũ ſuper pſal. 50. Et timuerunt vi *Homil. 13*
ri timore magno, dicitur in lib. Ionæ. Nun-
quid ergo Dñs non eſt timendus, & iuſtitia
eius? Quàm gratus, quantarum rerũ ſponſor *NOTA*
inuentus eſt Saul cùm certò didicit ſeruatã *valde.*
fuiſſe animã eius à Dauide? Audi quid dixe *1. Reg. 26*
rit aliquãdo, ac promiſerit, & fecerit. Cùm
pepercit Dauid Sauli in ſpelunca, & verè
probauit ſic ſe rẽ habere, leuauit vocẽ ſuam

 & fleuit:

& fleuit: & cõfeſſus fuit quòd pro acceptis a [illegible] bonis à Dauid, mala ipſi reddiderit. C Cum autẽ altera vice illi pepercisſet Dauid & prohibuiſſet ne occideretur ab Abiſai, cõfeſſus eſt iterũ peccatum ſuũ. & dixit: Peccaui, reuertere fili mi Dauid, nequaquã vltra tibi male faciã. Et gentiles illi qui erãt cum Iona, vota reddiderunt, cùm proiecto Iona de ſalutiq; à piſce, ſeruati ſunt. Timẽt dñm timore magno: Timent Apoſtoli in naui, & adorant & cõfitentur, cùm liberat eos Dñs ab hac procella magna: & Saul iniquus homo flet, peccatũ cõfitetur & ingratitudinẽs proponit, & promittit nõ vltra male facere Dauidi. Maius donũ accepimus ab illo, ad quem genus hominũ pertinebat: per mortẽ enim ſuã eruit nos. In hac recordatione ardenter & indignatione plenus aduerſus ſemetipſum dicit homo, peccaui. In hac cõſideratione ſuã arguit ingratitudinẽ, qui tanta bona accipiens de manu dñi, reddit mala. Hic ſibimetipſi dicit in multa amaritudine cordis ſui iniqui: Hęccine reddis Dño ô homo ſtulte & inſipiens? Nonne ipſe eſt pater tuus? Nũquid nõ ipſe eſt redẽptor tuus, qui poſsidet te & fecit & creauit, & redemit te? Iterũ dicit: Hæccine reddis Deo tuo? Hic D magna & ſublimia virtutũ opera promittit, & firmo ſtatuit corde. Quòd ſi hęc omnia ad perfectionẽ deſideras perducere, animo reuolue crucẽ dñi Ieſu, qui pro te mortuus eſt. *Magiſter nõ ad te pertinet quòd perimus?* Videntur Apoſtoli metam vrbanitatis & reuerẽtiæ erga Chriſtũ trãſiliſſe in verbo hoc, ſed correxerũt illud, humiliùs & vrbaniꝰ dicẽtes: Dñe adiuua nos, ſicut legis alibi. Sed obſecro attẽde quantã confidentiã ad Deũ integra & pura obedientia mãdatorũ ipſius etiã ciuilibus hominibus præſtat. Talis confidẽtia & fiducia potiùs honorificat Deũ, quàm ipſũ dehoneſtat. Vocauerat eos dñs, & relictis omnibus ſecuti ſunt eum. Ab ore eius & imperio pendebãt: ipſo iubẽte remigabãt: ex quibus omnibus colligebant ſub eius cura ſeſe eſſe: ad illumq; pertinere, quos vocauerat, quos cęleſtis doctrinæ myſterijs nutriebat, quos deniq; ſecũ ducebat. Vides qualẽ fiduciam in Deũ conferunt opera bona, & obedientia mãdatorũ? Qui vos tetigerit, tangit pupillam oculi mei, de his & ſimilibus dixerat olim dñs: vt certò dicas quòd pertinẽt ad dñm viri iuſti & obediẽtes voẽ eiꝰ. Vide ſi ad dñm ptinebat fidelis & obediẽs Abrahã: quem etiã vocauerat, vt ſequeretur ſe, & relicta domo patris ſui, ſecutus C eſt eũ, neſciens quò iret. Sublata eſt aliquãdo vxor eius in domo Pharaonis, cum audiſſent ab ore eius quòd ſoror ſua eſſet: Et flagellauit Dñs Pharaonem plagis maximis. Et Abimelech iterum propter eandem rem cõminationem grãdem audiuit à dño. En morieris propter mulierem quã tuliſti; habet enim virum. Et non tetigit eam Abimelech. Probas ne ex his num ſi vocati à dño ſub ſua ſint cuſtodia & cura, & quãtam fiduciam poſsint habere in fide eius? Obſerua quid generoſus vir Iudas dixerit Ioſeph pro liberatione Beniamin. Poſt multa ſic inquit: Ego propriè ſeruus tuus ſim, qui in meã hunc ſuſcepi fidem, & ſpopondi. Expende locũ, qui vniuerſa quæ diximus eleganter confirmat. In fide ſua accipit Dñs Ieſus quos vocat, & audiunt vocem eius, & obediunt imperio: & ipſi quidẽ confidenter dicunt: Magiſter nõ ad te pertinet quòd perimus? Trade ergo te totũ Chriſto & eius volũtati & imperio, vt ad ipſum pertineas, & cõfidenter & audacter in tribulationibus & tẽtationibus clames & excites illũ, vt liberet te, quod ſtatim in Apoſtolis comprobaD tur. *Et exurgẽs cõminatus eſt vento, & dixit mari: Tace, obmuteſcẽ.* Tardiores fuere diſcipuli in ſuſcitãdo dñm, quã ipſe in ſurgendo etiã à ſomno, quẽ pro refectione laſsi corporis aſſumebat. Et qui aliquãdo (vt dixi) pro viris à ſe vocatis corripuit reges, nũc corripit mare, & increpat & cõminatur vento, ac ſi ratione vterẽtur. Obſerua primò q̃ fidelis ſit dñs in verbis ſuis, quãq; ſub ſua habeat curæ de illo cõfidentes. Etiã à ſomno neceſſario ſurgit, vt protegat eos, & nulli nõ parcit labori, dũ modo adiuuet eos, q inuocãt illũ. Hãc conſiderationẽ cõfirmat totus pſalm. Qui habitat in adiutorio altiſsimi: & magnalia opera, quæ pro fidelibus ſeruis ſuis fecit dñs. Protexit tres beatos illos pueros ſuę diuinitatis teſtes in camino ignis ardentis: Et Danielẽ in lacu, & cõcluſit ora leonũ. Et fœminã illã toto pectore diligendã, quæ dixit cõfidens in Deũ. Melius eſt mihi abſq; opere incidere in manus hominũ, quàm peccare in cõſpectu Dñi. Et quis ſperauit in eũ & nõ eſt liberatus? Sperate in eo & facite bonitatẽ: & ipſe liberabit vos. Et Eſaias inquit: Factus eſt fortitudo pauperi, fortitudo egẽno in tribulatiõe ſua ſpes à turbine, vmbraculũ ab æſtu. Obſerua ſecũdò q̃ miſericors ſis oportet ad proximũ tuũ, vt cùm primò clama-

Mortis Chriſti recogitatio quàm efficax.

Lege authorem homil.1.ſuper pſal.50.

Matth. 8.

Obediẽtia mandatorũ Dei quantam fiduciã ſeruantibus conferat.

Zach. 2.

Gen. 12.

Ibi.

ibidem. 20

NOTA *valde.*

Gen. 44.

Pſal. 90.

Daniel. 3.

Idem. 14.

Ibidem. 13

Eccli. 34.

Eſai. 25.

Proximo qualiter ſuccurren-dum. clamauerit, & auxilium tuũ implorauerit, preſto ſis illi. Ne dicas: iaceo in lecto adlom-nũ mihi neceſſarium: ſed cùm audierit auris tua vocem orãtis, effunde ſuper illũ animã tuã, & te ipſum prębe illi, & pecuniã tuã & *Eſaie. 58.* hoſpitium tuum: Tunc erumpet quaſi mane lumen tuum & clamabis, & dominus exaudiet: & dicet: Ecce adſum: & anteibit faciem tuam iuſtitia tua. Anteibit quidem ad faciem iudicis, & exorabit pro te. Beatus *Cap. 2.* Tobias menſam & panẽ relinquebat, cum aliquis ex proximis ſuis moriebatur: & per diem abſcondebat corpora mortua in do- *Prou. 3.* mo ſua, & nocte ſepeliebat ea. Et Salomon docet: Ne dicas amico tuo, vade & reuertere, & cras dabo tibi, cùm ſtatim poſsis dare. Vocatus dominus Ieſus à ſomnò, ſurgit ſtatim, vt opem ferat diſcipulis. Et paſtores eccleſiæ hæc debent ſeruare, quæ in ſummo epiſcopo animarum noſtrarum præuiderunt. Lege quæ fecit Abraham pro Loth, *Gen. 13.* & Dauid pro viris Siceleg, & diſces quo- *1. Reg. 30* modo pro tuis te ipſum debes offerre: ad doctrinam quippe noſtrã ſcripta ſunt: & cùm ſimus inuicem membra, vnum cum alio debet congemiſcere, aut congaudere. Curat enim manus noſtra & oculus, pedis corrupta vulnera. *Et dixit mari: tace, obmuteſce.* In *Omni potentia crea toris in uer bo dicere.* hoc comprobat dominus Ieſus, quòd ille ipſe ſit, de quo canębat propheta: Ipſe dixit & facta ſunt: ipſe mandauit & creata ſunt. *Pſal. 32.* Vnde hoc loco DICERE, eſt imperare, ſeu mãdare: ſed maluit in verbo DICERE S. Euangeliſta omnipotentiã & diuinitatẽ Chriſti oſtẽdere: quàm in verbo, Imperare aut mandare. Verbo enim DICERE, vſus eſt S. Moſes, cùm rerum omniũ deſcriberet *Gen. 1.* Geneſim, dixit Deus: fiat lux, & facta eſt lux. In quo omnipotẽtia creatoris oſtenditur: & obedientia creaturarũ ad nutũ & imperium eius. Flantibus ventis ibat mare, & *De quo ad longũ autor. ho. 21 pſal. 50. fo. 221. B. C. D.* intumeſcebãt fluctus: ex quibus ſonitus horribilis oriebatur, & pauentia corda & trementia oſſa vix iam ſe continere valebant. Et dominus dicit: Tace: obmuteſce. Hanc interpretationem probabis ex verbis dñi, cùm tradebat legẽ ſuam: vbi hoc verbo vtebatur: Ego autẽ dico vobis: Non dicit: ego *Matth. 6.* mãdo vobis. Et in ſua aſcenſione quam vim habebat hoc verbum DICO, ſatis manifeſtè expoſuit. Docete ſeruare eos, quęcunq; *Matt. 28.* mãdaui vobis: Nõ tamẽ dixerat: ego mãdo vobis: ſed ego dico vobis: vt ſcias DICERE dñi, pręceptũ eſſe ſæpenumero. Dicit ergo mari, id eſt, mãdat mari: Tace: obmuteſce.

A *Et ceſſauit uentus, & facta eſt trãquillitas magna.* Naturali curſu ſubitò non poteſt accidere magna tranquillitas feruẽſcẽte mari. Sed feruet adhuc mare, & paulatim tranquillitas ſubintrat, & fit magna in tẽporis ſpacio: ſicut & feruẽs olla ad ignẽ: qui ſi extinguatur, nõ ſtatim fit trãquillitas magna in olla. Cõproba ergo imperij diuini potentiã, & cõſidera quomodo omnia ſuo obediũt & deſeruiunt creatori. Mari dicit: Obmuteſce, & redditur magna trãquillitas. Igni dicit: Ne vras, & fit mediũ fornacis, quaſi ros. Porrò *Dan. 3.* nihil poteſtatis habuit ignis in corpora ſanctorũ, & capillus capitis nõ eſt aduſtus, & Saraballa eorũ, nõ fuerũt immutata, & odor *i. Brachae* ignis nõ tranſiuit per eos. Et egreſſus ignis de fornace abſumpſit de ſeruis regis, quos repetit. Mandat iterũ piſci vt euomat Ionã; *Ione. 2.* & accedit ad littus maris, tanquã ad portum deferẽs eũ, & euomit illũ incolumẽ & ſanũ. Mandat mari & diuiditur: & Iordani, & cõ *Exo. 14.* uertitur retrorſum. Benè propheta: Omnia *Pſal. 113.* ſeruiũt tibi. Et dæmonib⁹ dicit: Obmuteſcite, & non ſinebat ea loqui. Vide vniuerſale *Pſal. 118.* imperiũ & pleniſsimum, quod ſuper omnia

B dñs Ieſus habuit adhuc mortalis. Secundò *Inobediẽ tia hominis* erubeſce tu, & de profundo cordis educ alta ſuſpiria, quia mare, vẽti, cete, mors, dęmones, infernus, voci dñi obtẽperãt: & tu homo rationalis, ꝓpter quẽ facta ſunt omnia, maieſtati & imperio cõtradicis: cõtra dñm & omnipotentiã inſurgis: cõminationes mortis & inferni, & ignis æterni vilipendis: & induras faciẽ tuam ſupra petrã, & aperta fronte dicis: Non ſeruiam. Quid reſpõdes ad hæc? *Ier. 2.* Nõne vera dicimus? Nõne certa ſcribimus? Nonne patrẽ tuum inhonoras, & ſacrũ eius imperium? Quomodo effugies manũ dñi & iudicium & vltionẽ, qui contra maieſtatem inuerecũdus & rebellis inueniris? O ſumma peruerſitas noſtræ mentis. Qui ſublimati ſumus à dño excellẽti dono ingenitę libertatis & generoſitatis ad coronã & regnum per obedientiã, ad ignẽ & ſupplieiũ per inobedientiã conuoluamus. Sed audi maiora, & vide quid dicat ſcriptura de dño vniuerſorũ & de ſeruo ſuo Ioſue. Oppugnabat fortiter *Ioſu. 10.* inimicos ſuos, & bellabat bella dñi viriliter, & cùm deficeret ei dies & lux ad perſequẽdos inimicos dñi, dixit: Sol cõtra Gabaõ, ne mouearis, & luna contra vallẽ Aialon: ſtetit itaq; ſol in medio cæli, obediente dño voci hominis. Nõne obſtupeſcis? Nõne deficis

præ admiratione? Nonne præ verecũdia in
terrã dimittis oculos? Sol ſtetit in medio cæ C
li obediẽte dño voci hominis. Contra ſuam
ordinationem, Sol ſtat per integrum diem
iuſſu domini. Quid dicit ſcriptura? Non
feſtinauit occũbere per ſpacium vnius diei,
obediente domino voci hominis. Quis talia
auderet dicere, niſi digitus Dei hæc ſcri-
pſiſſet. Quis vel ad inſtans temporis mente
reuolueret talia? Et tamen D.us hæc dicit:
Quid faciendum eſſet homini, qui puluis &
cinis eſt? *Et ait illis: Quid timidi eſtis? Nec dum
habetis fidẽ.* Increpatiue legẽda ſunt hęc ver
ba. Increpat ergo dñs diſcipulos, qui tot
mirabilia viderant & audierant ab ore eius,
& adhuc perfectè non credebant eius diui-
nitatem. Nec dum habetis fidem? Quaſi di-
ceret: Oportebat ex his quæ vidiſtis magna
libus, oportebat ex miraculis corã vobis fa
ctis, fidem acquiſiuiſſe meæ diuinitatis: quã
ſi cognouiſſetis, non ita timida eſſent corda
veſtra in tempeſtate hac. Scripſit enim reli
Pſal. 22. gioſo & fideli ac deuoto corde Dauid: Si
ambulauero in medio vmbræ mortis, non
timebo, quoniam tu mecum es. Quid mali
poterat accidere vobis, etiam ſi fluctus ma-
ris ad ſummum, nauim impleuiſſent, in con
Pſal. 68. ſpectu eius, qui conturbat profundum ma-
88. ris, & fluctus eius mitigat. Qui conturba- D
uit, ipſe mitigare poteſt, & mandare vndis,
Vſq; huc peruenite, & vltra nõ ſit vobis adi
tus: & præceptũ hoc citra dubiũ ſeruarent.
Ego ipſe ſum, qui legẽ ponẽs aquis, dormiẽs
& vigilans eis impero: & cum timore mul-
to non audent tranſire fines ſuos. Nota ꝙ
vſque ad horam hanc non reprehendit do
minus Ieſus diſcipulos ſuos in re aliqua: imò
cum accuſarentur ab Scribis vel Phariſæis,
conſtanter eos excuſauit. Sed iam arguit &
reprehendit. *Quid timidi eſtis? Nec dum habetis*
Increpatio *fidem?* Magnum & verè diligendum amoris
utilis et ne inſigne, quòd arguat nos Deus & increpet.
ceſſaria. Virga & correctio ſapiẽtiam docent. Puer
Prou.39. autem qui dimittitur voluntati ſuæ, confun
dit matrem ſuam. Amabilis ſapientia homi
nibus: hæc quippe in virga Dei & correctio
ne inuenitur. Melior eſt ira riſu dixit Eccle
Cap.7. ſiaſticus: quia per triſtitiam vultus corrigi-
tur animus delinquentis. Et alibi: Corripe
Cap.19. amicum, ne forte non intellexerit, & dicat:
Non feci: aut ſi fecerit, ne iterùm addat fa-
cere. Corripe amicum: ſæpè enim fit com-
miſsio. Vides quàm bona, quàm vtilis, quã
denique neceſſaria eſt correctio? Cor ſapiẽ-

tis non abhorrebit eam, ſed time ne deſpi-
cias correctionem domini, & piam eius in- Cap.1.
crepationem, quod valde odit dominus: ſi-
cut dicit in Prouerbijs. Deſpexiſtis omne Increpa-
conſilium meum & increpationes meas ne- tionẽ negli
glexiſtis. Audi & conſidera quale malum gere quale
hoc ſit. Quid dicit ſtatim ſcriptura? Ego malum.
quoque in interitu veſtro ridebo: & ſubſan-
nabo vos, cùm id quod timebatis, acciderit.
Cùm irruerit repentina calamitas & interi-
tus, quaſi tempeſtas ingruerit: quando ve-
nerit ſuper vos tribulatio & anguſtia: tũc
inuocabunt me, & non exaudiam. In ſum-
mam hanc calamitatem deſtinatus eſt pec-
cator homo, qui correctionem domini, &
increpationem negligit. Noſtræ ergo ſalu-
ti conſulit dominus, cùm arguit nos: cùm Lege c. 6.
increpat peccata noſtra: & valde iratus oſtẽ li.2. Mac.
ditur, cùm ad votum & voluntatẽ relinquit
agere. De quo ſic legis in Ezech. Requie- Cap.16.
ſcet indignatio mea in te: auferetur zelus
meus à te, & requieſcam, neque iraſcar am-
plius. Et in Oſæa ſic legis: Non viſitabo ſu- Cap.4.
per filias veſtras, cùm fuerint fornicatæ, &
ſuper ſponſas veſtras cùm adulterauerint.
Dum vir zelat vxorem, dilectionẽ ei oſten
dit, dum tamen aufert zelum, & ceſſat in-
crepare, de flagello & gladio meditatur.
Hoc fuit peccatum Heli ſummi ſacerdotis,
qui ſciens grauiſsimè peccaſſe filios ſuos,
blandè correxit eos. Nolite filij mei. Non 1.Reg.2.
eſt bona fama quam audio. In quo verbo NOTA
potiùs honorauit filios ſuos, quàm Deum. valde.
Propter quod ambo filij vna die ſimul pe-
rierunt, & pater eorum mortuus eſt. Opor-
tebat honorare Deũ in indura reprehenſio-
ne & flagello filiorum: & eijcere eos à tem-
plo domini: quod non fecit Heli propter
honorem filiorum. Qui omnes ſenſerunt &
experti ſunt domini vindictam. Benè proin
de propheta Dauid: Corripiet me iuſtus in Pſal.140.
miſericordia, & increpabit me: oleum autẽ
peccatoris non impinguet caput meũ. Qui Eſaie.3.
beatum te dicunt, ipſi te decipiunt, & viam
greſſuum tuorum diſsipant, dicit dominus: 2.cap.4.
Et diuus Paulus Timoth. docens dicit: In-
crepa in omni patientia & doctrina. Et ad Cap.1.
Titum: Increpa eos durè, vt ſani ſint in fi-
de. Et magnificentiùs multò ſcribens ad He Cap.12.
bræos inquit: Obliti eſtis cõſolationis, quę
vobis tanquàm filijs loquitur dicens: (con-
ſolatur apoſtolus ſuos Hebræos, de flagello
domini) Fili noli negligere diſciplinam do-
mini: neque fatigeris, cùm ab eo argueris. Prou.3.
Quem

Apoc. 3.

Quem enim diligit dominus caſtigat: flagellat autem omnem filium quem recipit, &c. A vſque. Omnis autem diſciplina in præſenti quidem videtur non eſſe gaudij, ſed mœroris. Poſtea autem fructum pacatiſsimum exercitatis per eam reddet iuſtitiæ. Quod poſt ſacram reſurrectionem, & in ipſa aſcẽſionis hora comprobatur in Chriſto & apoſtolis, quos durè increpauit de duritia cor-

Mar. 16.

dis & de incredulitate. De quibus ſuo loco dicendum eſt. In præſentiarum autem non ita durè arguit eos, ſed inquit: *Quid timidi eſtis? Nec dum habetis fidem?* Vt illam habeãt plenam, increpat, & ſciunt culpabiles eſſe in eo quòd adhuc non iudicabant peccatũ: ne iterum adderent.

Excuſatio in peccatis quàm lõgè ab humilibus diſcipulis.

Obſerua quàm humiles & religioſi inuenti ſunt ſacri diſcipuli, qui nullum verbum aut excuſationẽ exhibuerunt in reprehenſionibus magiſtri ſui, quod tibi faciendum eſt. Pro hoc bono orabat Dauid: Pone dñe cuſtodiã ori meo, & hoſtiũ circũſtantię labijs meis. Nõ declines

Pſal. 140.

cor meũ in verba malitiæ, ad excuſandas excuſationes in peccatis. Nouerat ſanctus propheta, quòd propenſus ſit dñs ad condonandas hominibus iniquitates, etiam grauiſsimas, ſi tamen ipſi confeſsi fuerint propriam iniquitatem: neq; illam in verbis malitiæ excuſauerint. Quod in reprehenſione Nathan ad ipſum comprobauit: qui cum diceret: Peccaui domino, ſtatim Nathan ad

2. Reg. 12.

illum: Dominus quoque tranſtulit peccatũ

NOTA valde.

tuum. Quid ſibi vult huiuſmodi forma loquendi? Dominus quoq;. Huiuſmodi enim genus loquendi indicat aliquid feciſſe Dauid, propter quod & dominus Deus aliud fecerit. Quia ſi Dauid nihil fecit, non erat

Dauid non excuſauit delicta ſua.

dicendum, dominus quoq;, ſed dominus tranſtulit peccatum tuum. Cùm ergo dicit, Dominus quoq;, aliquid feciſſe Dauid demonſtratur: propter quod, & dominus aliud fecit ſimiliter. Quid ergo fecit Dauid, propter quod Nathan ad illum inquit: Dominus quoq;? Cõfeſſus eſt peccatũ ſuũ: non excuſauit, etiã ſi mulier quã vidit, eſſet pulchra, neq; ſpectaculũ tale ipſe quæſiuit, aut meditatus fuit: ſed & homicidium nõ excogitauit: imò accerſiuit Vriam Ethæum, vt cum propria vxore dormiret, ne intelligeretur adulteriũ: & vt tantum nephas, tantus rex & propheta occultaret, machinatus eſt Vriæ necem. Nihil horum dixit: ſed in ſimplicitate cordis ſui, in multa amaritudine animæ confeſſus eſt, & non negauit delicta ſua magna, neque excuſauit. Quod faciens A Dauid, audit ab ore prophetæ: Dominus quoque tranſtulit peccatum tuum. Bona ergo oratio: Pone domine cuſtodiã ori meo

Pſal. 140.

ad excuſandas excuſationes in peccatis. Cõfitere ergo & dic tu peccata tua, cùm à dño argueris, vel ab eccleſia, nec fiat cor tuum durũ, quod malè habebit in extremis.

Excuſatio in peccatis ab Adam.

Antiquius delictum poſt inobedientiam Adæ eſt excuſatio in peccatis. Cum Eua mater noſtra argueretur à domino dixit: Serpens

Gen. 3.

decepit me. Vir eius: Mulier quam dediſti mihi, &c. Non ita irreuerenter locuta eſt mulier, ſicut Adam. Quam dediſti mihi, inquit. Sufficeret ad cumulum tanti nephas in excuſatione dicere: Mulier dedit mihi de ligno, & manducaui, ne ipſam in triſtitiam adducerem. Sed addit: Quam dediſti mihi. Ac ſi diceret: Niſi tu dediſſes mihi mulierem, non ego id feciſſem. Et

Cain.

filius eorum Cain ille peſsimus argutus à domino, non tamen excuſauit delictũ ſuum: ſed occultare procurabat ab oculis eius, cui omnia ſunt nuda & aperta: neque aliqua creatura eſt ei inuiſibilis: ſed reportauit gra-

Geneſ. 4.
Heb. 4.

ues maledictiones. Adam verò non eſt maledictus, aut Eua. Cain dicitur: Nunc igitur maledictus eris ſuper terram. Vbi

Ireneus. ca. 36. lib. 3.

B Irenæus. Quoniã ad ſe peccatum attulit, non reueritus Deum, neque confuſus in fratricidio. Et cap. ſequenti, Circa Adam nihil tale factũ eſt, ſcilicet maledictio domini ſuper eum: ſed omnia in contrarium: quia

Adã ex verecũdia peccati ſe abſcondit, nõ vt fugeret faciem dñi.

ſcilicet non negauit diuinam prouidentiam, ſicut Cain: quia cùm abſconditur Adam, nõ quaſi poſsit effugere Deum, ſed cõfuſus, quoniam tranſgreſſus præceptum eius indignus eſt venire in conſpectum & colloquium Dei. Timor autem domini initium intelligẽtiæ, &c. Hæc diximus defendentes primum parentem, aduerſus illos qui dicunt negaſſe illum diuinam prouidentiam, quaſi poſſet effugere dominum, cum ſe abſcondit. Excuſauit tamen delictum ſuum. Et Aaron frater Moyſi ſummum ſcelus idolatriæ coram fratre ſuo excuſauit ſimi-

Exo. 32.

liter. Quid tibi fecit populus hic, vt induceres ſuper eum peccatum maximum? Reſpondit Aaron: Ne indignetur Dominus meus: tu enim noſti populum iſtum, quòd pronus ſit ad malum: & dixerunt: Fac nobis Deos, qui nos præcedant, &c. In duritiam populi reiecit maximum ſcelus idolatriæ. Lege quæ de Saule ſcribit

ſan-

ſanctus Samuel, vt hoc argumentum abſol
C uamus: qui cùm ſe excuſaſſet in cæde Ama
lech, vbi pepercit Agag regi, & bobus, &
1. Reg. 15 ouibus pinguibus, &c. dixit ei Samuel. Pro
eo quò abieciſti ſermonem domini, abiecit
te dominus ne ſis rex. Noli ergo negare aut
excuſare delictum tuum, cùm argueris: non
confundaris dicere verum pro anima tua.
Eccli. 4. Eſt enim confuſio adducens peccatum: &
eſt confuſio adducens gloriam & gratiam.
Vide quoties dominus Ieſus ſuos diſcipu-
Matt. 16. los correxit, ſiue omnes ſimul, ſiue aliquem
ſingulariter: nunquàm tamen legimus, vel
vnum verbum pro ſua defenſione aut ex-
Matt. 16. cuſatione dixiſſe. Grauiter contra Petrum
inſurrexit, adeò quòd ſathanam eum appel
lauit: ipſe tamen tacuit. Ad omnes: Adhuc
ibi cap. 15 vos ſine intellectu eſtis? Et à duobus diſci-
Luc. 24. pulis in Emaus caſtellum contendentibus
ipſa die reſurrectionis, etiam ſi ſtultos & tar
dos corde ad credendum eos compellauit,
& quamuis agnitus non erat ab eis, neque
vnum verbum excuſationis audiuit. Deni-
Mar. 16. què in aſcenſione incredulitatem & duritiã
cordis exprobrauit: nullus tamen excuſa-
uit ſe ipſum. Et nunc dicente: Nec dum ha-
D betis fidem? tacent: & certè maius aliquid
& ſublimius in eis vides. Et *timuerunt timore*
magno, & dicebant ad alterutrum: quis putas eſt
iſte: quia uentus & mare obediunt ei? Beatus
Cap. 8. Matthæus dicit: Porrò homines mirati ſunt
dicentes: Qualis eſt hic, &c. Et beatus Lu-
Cap. 8. cas: Dixit autem illis: Vbi eſt fides veſtra?
Qui timentes mirati ſunt ad inuicem dicen
tes: quis putas hic eſt, quia ventis & mari im
perat, & obediũt ei? Ex quo relatiuo, QVI
manifeſtum eſt ad apoſtolos referendum,
quod dicit ſanctus Euangeliſta, & timue-
runt timore magno. Ad apoſtolos enim di-
xit dominus Ieſus. Vbi eſt fides veſtra? &
ſtatim nullo alio interpoſito dicit: Qui ti-
mentes mirati ſunt: ij ſunt diſcipuli: timue-
runt ergo illi timore magno: qui adhuc ho-
mines, nec dum plenè nouerant potentiam
ſaluatoris: qua cognita clarius in ſedatis vn
dis maris, & reddita tranquillitate ſubitò, re
uerentur maieſtatem & imperium ſaluato-
ris. Hoc nobis deeſt ad humilem cõfeſſio-
nem & deprecationem cùm arguimur à do
mino: quòd non recogitamus poteſtatem &
maieſtatem eius: ideò aut excuſationẽ quę-
rimus, aut male acta noſtra defendimus: pro
pter quod non dimittuntur peccata. Timue
runt ergo apoſtoli timore magno. Claruit

enim in ſigno viſibili potentia domini Ieſu:
C & quem dudum familiariter tractauerunt,
iam nunc timore magno reuerentur. Sic
olim cùm angelus Raphael ſe manifeſtauit Tob. 12.
Tobiæ & filio ſuo, turbati ſunt, & tremen-
tes ceciderunt ſuper terram in facies ſuas.
Cum eo certè ſub ſpecie hominis diu cõuer
ſati fuerunt familiariter nimis, & præcipuè
Tobias Iunior: cùm verò ſeſe declarauit ſan
ctus Dei angelus, turbantur, & trementes ca
dunt in terram: & laudant Deum per tres
horas. Paria contigerunt Manne & vxori Iudic. 13.
ſuæ cùm annuntiaſſet eis angelus conce-
ptionem Sanſonis. Non ſemel cum mulie-
re hac locutus fuerat angelus, licèt vultus
eius eſſet angelicus: ſed poſt ſacrificiũ, cùm
aſcendiſſet angelus in flamma in cælum, ſta
tim proni ceciderunt in terrã, & dixit vir
ad vxorem ſuam: Morte moriemur, &c.
quandiu verò angelus non ſe reuelat, fami-
liariùs & minùs reuerenter cum illo agitur.
Princeps temporalis quàmdiu cum agrico Similitudo
la loquitur familiariter & humanè, vt com-
munem hominem illum habet: poſtquàm
autem ſuperueniunt magnates regni, & co-
ram ipſo procidunt, tunc timor & reueren-
D tia in corde agricolæ certant. Non vulgare Timor dñi
donum eſt timor domini. Pro quo orabat Pſal. 118
ſanctus propheta Dauid: Faciem tuam illu-
mina ſuper ſeruum tuum, & doce me iuſti-
ficationes tuas. Iuſtificationes domini ti-
mor illius eſt, & cuſtodia legum. Et alibi: Pſal. 66.
Deus miſereatur noſtri, & benedicat nobis:
illuminet vultum ſuum ſuper nos, & miſe-
reatur noſtri. Illuminet vultum ſuæ maie-
ſtatis & omnipotentiæ ſuæ ſuper nos. De Nors ſpi-
quo ad longum in opuſculo noſtro. Ora er- ritualis.
go Deum ô homo, vt ſuper cor tuum & in-
tra viſcera tua reuelet fortitudinem ſuæ po
tentiæ: & quem vſque adhuc irreuerenter
tractabas, iam certè timebis: non ſolùm in ti
more illo, qui viam ſalutis initiat, ſed & ti-
more filiali ſicut apoſtoli: per quem in bo-
no perſeuerabis cum Dei adiutorio. *Et dice*
bant ad alterutrum: Quis putas eſt iſte: quia & uẽ
tus & mare obediunt ei? Cum magnalia vide- NOTA
runt patres & familiares domus Zachariæ,
quæ ſuper Ioannem oſtendebat dominus,
omnes poſuerunt in corde ſuo dicẽtes: Quis
putas puer iſte erit? oſtendebat Deus quaſi
præſagia futurę magnitudinis Ioannis. Nũc
autem verbum eſt præſentis temporis. Di- Luc. 1.
cunt enim: Quis putas eſt iſte? quia præſen-
tia habebant opera maieſtatis Chriſti &
poten

potentiæ, quæ ſuam auctoritatem oſtendebant. Quod ſi ad apoſtolos verbum hoc referre placet, adhuc ab illis dici potuit: Quis putas eſt iſte? Nondum enim plenam fidem habebant. Vel ſi placet contrarium, interrogatio admiratione plena eſt, non fide vacua, quamuis non perfecta. Multa enim per interrogationem veneramur, & fidem plenam erga illa habemus. Dicunt ergo: Qualis eſt iſte? Ac ſi dicerent: dignus certe, vt ei ſeruiamus, cui mare & venti obediunt, dignus eſt vt timeatur á nobis: & magno ſit apud nos precio & reuerentia. Sint ergo tibi in reuerentiam magnalia Chriſti: conducunt quidem ad cognitionem domini. De quo ſanctus propheta Dauid: Quis in nubibus

Pſal. 88. æquabitur domino? Similis erit Deo in filijs Dei? Deus qui glorificatur in conſilio ſanctorum, magnus & terribilis ſuper omnes qui in circuitu eius ſunt. Benè quidem.

Nota valde uſque in finem.

Audi aliam interrogationem & probationem eorum quæ dixit: Domine Deus virtutum quis ſimilis tibi? Potens es domine. In quo obſecro comprobatur eius potentia? Tu dominaris poteſtati maris, motum autē fluctuum eius tu mitigas? Non eſt qui mari imperet, & poteſtati eius: neque qui mitiget ſonū fluctuum eius ſubitò & in inſtanti, niſi voluntas tua domine, & imperiū tuum: cui omnia obediunt, & exhibentia famulatum obſequuntur. Ille ergo qui in Dauide Deus altiſsimus, omnipotens, cui nullus eſt ſimilis, neque in filijs Dei, id eſt, in cunctis angelorum agminibus: ille ipſe nunc comprobatur increpans, & comminans mari, & fluctibus, & violentiæ ventorum. Quum ergo dicunt: *Quis putas eſt iſte? Quia ventus & mare obediunt ei.* Magnificè eius omnipotentiam comprobant: cùm hoc apud prophetam ſit diuinitatis inſigne, & firmum argumentum. Probat ſtatim ſanctus propheta diuinam excellētiam Dei ſupra cunctos angelos. Quia tu humiliaſti ſicut vulneratum ſuperbum, in brachio virtutis tuæ diſperſiſti inimicos tuos. Hic ſuperbus vulneratus & humiliatus eſt Lucifer angelorum maximus: quia propter ſuperbiam cordis ſui multam, pulſus eſt à regalibus ſedibus in profundum laci. Et cùm dicit: diſperſiſti inimicos tuos, omnes complices, & ſuperbo angelo conſentientes demonſtrat. Qui omnes in brachio potentiæ ſuæ in æterni doloris, & cruciatus exilium deiecti ſunt cū principe ſuo. Benè ergo cùm dicunt: Quis putas eſt iſte, quia ventus & mare obediunt ei? Omnipotentiam & diuinitatem Chriſti ſuperexaltant: & iure, agnitam veritatem venerantur in timore magno.

Omnipotētia & diuinitas Chriſti.

A / B

Et nos hunc omnipotentem dominum timeamus, ſicut ſanctus propheta docet. Metuant eum omnes fines terrę. *Pſal. 66.* Haud nimium eſt, ſi ab omnibus finibus terrę exigat timorem ad dominum: ſiquidem in manu eius ſunt: ſicut alibi dicit: Quia in manu eius ſunt omnes fines terræ: *Pſal. 94.* In quo plenum dominium ſupra cūcta creata demonſtrat. Quæ enim in manu noſtra ſunt, aut cōſeruare illa, aut in profundo maris proijcere poſſumus. Hanc omnipotentiam decantat propheta, cùm dicit: quia in manu eius ſunt omnes fines terræ. De quo ſermone noſtro quarto ſuper hunc Pſalmum.

Finis Capitis quarti, & Libri quarti Commentariorum in Marcum.

LIBER

LIBER QVINTVS COMMENTARIORVM IN MARCVM.

ET VENERVNT trans fretum in regionem Geraſenorũ. Et exeũti ei de naui, ſtatim occurrit de monumentis homo in ſpiritu immundo, qui domicilium habebat in monumentis: & neque catenis iam quiſquam poterat eum ligare. A diuinitate Chriſti auſpicatus eſt beatiſsimus Marcus ſuum euangelium dicens: Initium euangelij Ieſu Chriſti filij Dei. Quod teſtimonio prophetarũ & Ioannis baptiſtæ confirmauit: ac deinde multis & illuſtribus miraculis ab ipſo Chriſto factis. Pauciſsimaque nobis tradidit ex regulis & doctrinis, quæ diuino ore dominus prædicauit: præter illa quæ ſub præcedenti cap. deſcripſimus, & aliqua in ſuperioribus: mirificè totus intentus in enarrandis miraculis ſaluatoris, vt ex illis diuina virtus Ieſu & omnipotentia ſuæ maieſtatis cõprobentur: ſicut ex Dauide cœpimus docere, in fine cap. præcedentis. Deſcribens nanq; ſanctus propheta potẽtiam diuinitatis, tum ex conturbatione fluctuum maris, tum ex inſtantanea tranquillitate in iuſſu domini ei reddita: & ex humiliatione ſuperbi illius, qui dixit: Super aſtra Dei aſcendam, & ero ſimilis altiſsimo: quem in brachio ſuæ potentiæ dominus confregit, & deiecit in profundum laci: ex his inquam tribus propoſitam propoſitionem Dauid comprobauit: ſcilicet, Deus quis ſimilis eſt tibi? &c. De prioribus in vltima parte capitis præcedentis egimus: cùm opus magnificum, quod in tranquillitate & turbatione maris apparuit, expoſuimus. Iam nunc quomodo vulneratum illũ & ſuperbum, quem deiecit de cælo, adhuc perſequatur in terra, & inuitũ gementemq; ab humanis corporibus eijciat: docet beatus Marcus: vt ab exordio intentum & propoſitum argumentum diuinitatis Chriſti confirmet & corroboret. Sciendum eſt, quòd vulneratus ille angelus ſuperbus in cœlorum ſublimitate creatus, cùm

Pſal. 88.

Eſaie. 14.

primô conditus eſt homo, eius mortem &
C noſtram procurauit, & obtinuit. Tunc nimirùm princeps huius mundi habitus eſt: & rector tenebrarum harum. Ex tunc, vt fortis armatus cuſtodiebat atrium ſuum, & vaſa regni ampliſsimi. Atque ad oſtenſionẽ ſui principatus, domino Deo permittente, propter peccata hominum, dæmones in ipſorum egrediebantur corpora, & inhabitabant. Eius potentia ſupra omnium rerũ virtutem & poteſtatem erat, adeò quòd Michaëli Archangelo vim inferre ſtudebat ſuper reuelando corpore Moyſi: ſicut nobis tradit beatus Iudas Apoſtolus. In quo conflictu Michaël Archangelus non eſt auſus inferre iudicium blaſphemiæ, id eſt, non blaſphemauit eum, quaſi malam creaturam. Sed modeſtè compeſcuit ſuperbiam illius per diuinum imperium inuocatum. Imperet tibi Deus, inquit. Quare Michaël diuinum imperium implorat & auxilium aduerſus diabolum diſputans? Quia certè non valet in puris naturalibus ei reſiſtere vllo
D modo. In cuius nomine & virtute illũ deiecit de cælo, & omnes angelos ſuos, eius nunc inuocat auxiliũ beatus Michaël, pro hac victoria in monte Syna, ſuper corpus Moyſi. Dei proprium eſt dæmonibus imperare, aut ſaltem principis dæmoniorum: neque vllo modo poteſt ei reſiſtere, ſicut dicit beatus Michaël. Imperet tibi Deus. Per huiuſmodi imperium & coarctationem dæmoniorum, virtus diuina declaratur, & irrefragabiliter demonſtratur: ſiquidem neque Michaël poteſt illud facere propria & naturali virtute & potentia. Sed inquit: Imperet tibi Deus. Cùm ergo venit Chriſtus Ieſus ad diſſoluendum opera diaboli in hominum vtilitatem & ſalutẽ: cui ab initio diabolus inuidit, & laqueum tetendit, & parauit: ex illo didicimus à Deo patre miſſum eſſe: ſicut aliquando ipſe teſtatus eſt coram magna ac valde nobili multitudine virorũ Hieruſalem. Morti quidã proximus, cùm ab inferis vellet vocare Lazarũ quatriduanum mortuum, dixit: Vt credãt, quia tu me miſiſti. In hunc ſcopum diriguntur miraculoſa opera Chriſti, vt credamus quòd verè miſſus

Gen. 3.
Ephe. 5.
Luce. 14.
Diaboli potentia.
Cap. 1.
Michaël.
De quo infra ad longum.
Diabolo imperare cuius ſit imperij.
Ioan. 11.

miſſus eſt à patre, ad mundi ſalutem. Hoc argumentum perſequitur ſanctus Euangeliſta in capite hoc: vbi tria miracula deſcribit, vt in ore trium ſtet hoc verbum. Primum miraculum factum eſt in liberatione hominis à legione dæmoniorum poſſeſſi. Quod tantò ſublimius eſt cæteris liberationibus à dæmonio, quantò plures ſunt, qui hunc cuſtodiebāt: nimirùm ſex millia, ſexcenta ſexaginta & ſex: qui omnes dæmones, non tantùm auſi non ſunt reſiſtere imperanti domino, verùm multas preces illi exhibuerūt: Inquit ergo ſanctus Euangeliſta. *Et uenit trans fretum in regionem Geraſenorum.* Poſt ſedatam magnam procellā maris, redditaque tranquillitate, portus ad regionem Geraſenorum quæritur & inuenitur. Geraſa vrbs inſignis eſt Arabiæ trans Iordanem, iuncta monti Galaàd in tribu Manaſſe, non longè à ſtagno Tyberiadis, in quod porci præcipitati ſunt. In aduentu Chriſti ad hanc nobilem ciuitatem, gentium vocationem in Apoſtolica prædicatione intelligit beatus Hieronymus ſuper hunc locum. Occurrit nanque Chriſto deſperatiſsimus homo dæmoniacus. Hic eſt populus gentium, quem enumerat Apoſtolus: ſuperbus, elatus, immundus, ſanguinarius, idolatra, ignominioſus, nec lege naturæ, nec Dei, nec humano timore alligatus. Facile eſt ſingulis peccatoribus hanc interpretationem donare: & vtilis erit expoſitio, ſicut ſuo loco dicēdum eſt. *Et exeunti de naui ſtatim occurrit de monumentis homo in ſpiritu immundo.* Quod diuina prouidentia diſpoſitum eſt, vt Apoſtoli & cæteri nautæ in fide firmarētur. Ad hoc paratiſsimus Deus eſt, vt qui incœpit perficiat. De quo Apoſtolus: Deus eſt qui operatur in nobis velle & perficere pro bona voluntate ſua. Vbi nota quòd Deus operatur velle in nobis pro ſua bona volūtate pręueniente, & noſtra coöperante. De hoc dixit etiā in initio huius epiſtolæ. Qui cœpit in vobis bonum opus, perficiet vſq; in diē Chriſti. Hic dies eſt aduentus eius ad iudicium: ſicut ipſe Apoſtolus dicit ad Timot. In reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitię: quā reddet mihi dominus in illa die iudex iuſtus. Magnū argumentum hoc eſt: & ſummè neceſſarium diſputare de illo, eidemque intendere. Omnia quæ dominus Deus cœpit, vſque ad conſummationē & perfectionem deduxit in cælo & in terra. Dei enim

Geraſa urbs.

Si placet ſcire quomodo Ephrain & Manaſ. ad tribus pertinebant, cùm eſſent filij Ioſeph leg. ca. 48. Gen.

2. Tim. 3.

Phi. 2.

Voluntas Dei ad noſtram ſalutem.

Dies Chriſti.

2. Cap. 3.

Opera dei perfecta.

Deut. 31.

perfecta ſunt opera. Opus creationis rerum

A cunctarū apprimè ornauit: cælū ſyderibus, ſole etiā & luna micantibuſq; ſtellis: terrā arboribus, floribus, animātibus, mōtibus, collibus, fontibus & riuis: aërē auibus & luce: aquā piſcibus, &c. Vnde Moyſes de cūctis rebus creatis dixit: Igitur perfecti ſunt cæli & terra & omnis ornatus eorū. Incœpit dominus Deus opus magnificū in Abraham educens illū de Vr Chaldæorū: cui repromiſit terrā Chanaam: quod perfecit in filijs ſuis poſt quartā generationē. Incœpit opus mirificum ſui tabernaculi, prædemonſtrans illud Moyſi in monte, & poſtmodum abſolutiſsimum, & conſummatiſsimū exhibuit. Super hæc omnia incępit opus noſtræ redēptionis, & perfecit in Chriſto Ieſu, & in aduentu Spiritus S. Iā ad ſingulos homines: daturus hanc ſalutē hominibus, nō tantū ſua vtitur bona voluntate, ſed præueniens noſtrā, requirit liberi arbitrij bonum vſum & cooperationē: & ſic perficit vſq; ad coronā mille offerēs occaſionés noſtræ ſaluti. Vbi apertè vides propenſiſsimā Dei voluntatē ad perficiendū opus ſuū, quod in corde noſtro incępit, ſi velimus nos acceptis bene vti, & in illis negotiari. Satimq; offert vnde pficiamus in bono, ſtatim offert vnde confir

B memur. Lege quæ B. Lucas ſcribit de Centurione illo apud Cęſareā, qui cùm oraſſet, feciſſetq; eleemoſynas, reuelauit illi angelus dñi quærendā eſſe à Petro viam ſalutis. Væ homini illi, qui opus Dei multo ſtudio, & ſudore ab ipſo incœptum deſtruit in corde ſuo: quod graue ſcelus familiare eſt multis millibus hominum, ſicut in parabola ſeminis deſcribit ſaluator. Duo opera docet propheta Dauid, & ſapientiſsimus Eccleſiaſticus, per quæ perfectionē conciliat homo à Deo, orationē nimirū & eleemoſynā. De priori inquit Dauid: Perfice greſſus meos in ſemitis tuis, vt nō moueātur veſtigia mea. Vides humilem orationē? Audi eccleſiaſticū. Pauperi porrige manū tuam, vt perficiatur propitiatio. Benè quidē per orationē & eleemoſynā à Deo quęritur perfectio boni cōſilij ſui: & ſciamus p bona ſua volūtate paratū eſſe vnde cōfirmemur. Magnificauerat ſuam potētiam corā diſcipulis ſuis, imperans vndis maris, & ventis, & venerantes Apoſtoli diuinam lucem, adorauerunt, & timuerunt: iam nunc præparat, vnde ſtatim cōfirmentur in his, quę de illo crediderant: neque in diem ſequentem

diſtulit

Gen. 2.

Ibi. cap. 12.

Ioſu. 13.

Acto. 10.

Perfectio boni operis quibus exercitijs inuenitur.

Pſal. 16.

Cap. 7.

diſtulit, quando iam minùs idonei eſſent: ſed ſtatim, quando adhuc feruor ille deuotionis, & fidei ardebat in cordibus eorum: & ſic inquit ſanctus Euangeliſta. Et exeunti ei de naui, ſtatim occurrit de monumētis: vt manifeſtè ſtudium diuinæ prouidentiæ erga illos & eorum fidem comprobarent Apoſtoli. O quoties contingeret nobis bonum hoc, ſi grati inueniremur Dei beneficijs, & cum timore & reuerētia, diuina eius opera veneraremur. Propter hoc in ſuperioribus dixit. Habenti dabitur, & qui non habet, ſcilicet vſum bonum in acceptis donis, id quod videtur habere, auferetur ab eo. Propter hoc homini negotiatori comparat regnum cælorum. Propter hoc ſimile eſt etiam homini, qui peregrè proficiſcens, vocat ſeruos ſuos, & eis ad negotium talenta partitur. In quibus apertè vides dona cōcedi à Deo: & ſimul requiri à nobis ſtudiū, & diligentem negotiationem. *Occurrit de monumentis homo in ſpiritu immundo, qui domicilium habebat in monumentis.* Non ſatis erat dicere, occurrit de monumentis, vt ſcire poſſemus, quod ibidem habitabat, ſed neceſſariū ſubinde fuit dicere, quia domicilium habebat in monumētis: poterat enim de illis exire; neque ibidem habitare. Propter duo legio dæmoniorum hunc hominem detinebat apud mortuorum monumenta. Et quia gaudebant ibi eſſe ad cuſtodiam & poſſeſſionem illorum corporum, quorum animæ in inferno cruciabantur, & expectabant poſt reſurrectionem corpora illa torquere. Erant enim ſepulchra illa paganorū & gentilium. In ſepulchris enim ſanctorum non habitant dæmones: ſed fugiūt ab illis. Angeli ſancti ea cuſtodiunt & viſitant, & donationes multæ, & ſanitates à Deo hominibus conceduntur. De quo ſic legis in libris Regum. Quidam ſepeliētes hominem proiecerunt cadauer in ſepulchrū Eliſæi. Quod cùm tetigiſſet oſſa Eliſæi, reuixit homo. Et alia multa geſta in ſepulchris ſanctorum, & legimus & experimur. Secundò habitare faciebat legio miſerum hunc hominem in ſepulchris, ad ingerendam ſiniſtram opinionem de animabus mortuorum, & timorem. A monumentis ergo gentilium egreſſus eſt homo dæmoniacus. Obſerua quòd dæmones arripientes hominem, aliquando ſunt intra corpus eius, aliquando verò extra. Quod ex operatione dignoſcendum nobis eſt, cùm ſint ſubſtātiæ ſpirituales. Inter has operationes aliquæ ſunt incertæ, nunquid intra vel extra ſit diabolus, cùm ſcilicet facit cadere in terram arreptitium. Cùm loquitur, manifeſtum ſignū eſt eſſe intra. Regulariter autem ſunt intra arreptitium, ſicut in homine iſto cōprobatur ſtatim. De quo ſanctus Euangeliſta. Et *neque catenis iā quiſpiam poterat eum ligare: quoniam ſepè catenis & compedibus uinctus, diſrupiſſet catenas, & compedes comminuiſſet, & nemo poterat eum domare, & ſemper nocte & die in monumentis & in monumentis erat, clamās, & concidens ſe lapidibus.* Conſidera obſecro quanta cum violentia in homine iſto hæc agebat diabolus, cùm nullus hominum poſſet, neq; compedibus, neq; catenis domare eum, & quod amplius eſt, in ſemetipſum inſiliebat, qui iam ad hęc omnia, quaſi inſtrumentum diaboli erat, & lapidibus ſe concidebat. In quibus certè Chriſti glorificatio parabatur: & noſtræ doctrinæ non vulgaris inuenitur inſtructio. In teſtimonium ergo potentiæ Chriſti, neſciente diabolo, adeò furioſus inuentus eſt homo iſte, quòd nullus domare aut ſubiugare illum poterat: ſed catenas & compedes comminuebat. In hunc modum Goliath ille ſtaturæ proceræ, qualis à ſancto Samuele deſcribitur, gloriabatur quòd exprobraſſet agminibus Dei, & quòd nullus ad ſingulare certamen exire auderet de caſtris Saul. Et metus & pauor Saulis & ſeruorum eius gloriationem Goliath coronabat: & poſtmodùm ſummum honorem Dauidi conciliauit: qui illum interfecit. Sic & deſperatę infirmitates medico honorem clarum conferūt, in curatione & ſanitate infirmi. In hūc modum Arphaxad, qui gloriabatur in potentia exercitus ſui, & in gloria quadrigarū ſuarum, Nabuchodonoſor & eius glorię deſeruiebat, qui eum obtinuit in campo Ragau. Et denique omnis ſuperbus, qui Deo contradicit, nec ſuæ maieſtati & imperio ſubijci vult, magnificat eius potentiam: imò vt veriùs & propriùs dicatur, magnificatur in illo Dei brachium: ſicut in Pharaone. De quo dominus ad Moyſem: Ego ſcio quòd non dimittet vos rex Aegypti, vt eatis, niſi per manum validam. Extendamque manū meam, percutiamque Aegyptum in cunctis mirabilibus meis. De quo in cantico Moyſes: Cantemus domino, glorioſè enim honorificatus eſt. Omnis ergo corona ſuperbiæ, quæ aduerſus Deum extollitur, cōculcabitur, & cùm conculcata fuerit, honorificabi-

Marginalia (left): *Cap. 4.* — *Matt. 13.* — *Ibi. 25.* — *Dæmones quare in monumētis.* — *Sepulchra ſanctorum.* — *Lib. 4. c. 3* — *Lege Chriſoſt. 2. to. fol. 337. c. d. & 3. fo. 106. col. 4. d.* — *Dæmones quomodo*

Marginalia (right): C — *agnoſci debent, nunquid intra uel extra hominem ſint.* — *Potentiæ Chriſti teſtimonium magnum.* — D — *1. Reg. 17* — *Similitudo* — *Iudith. 1.* — *In ſuperbos quomodo glorificatur De⁹* — *Exod. 3.* — *Exo. 15.*

rificabitur Deus. Firma & inuiolabilis di-
A uinitatis lex eſt: quòd ſi homo gloriæ Dei
ſui inſeruierit, magnificabitur ab illo: ſin au
tem, glorificabitur Deus in iuſtitiæ ſuæ de-
core: cùm pœna ordinauerit, quod culpa de
turpauit. De quo manifeſte Samuel aduer-
1. Reg. 2. ſus Heli inquit: Quicunque honorificaue-
de auaro interpretatur Chryſ. rit me, glorificabo eum: qui autem contem-
nunt me, erunt ignobiles. Propter hoc Pau
lus: Glorificate & portate Deum in corpo
2. to. 240. re veſtro: vt ſcilicet glorificet Deus eadem
1. Cor. 6. corpora, quæ ex mortificatione ſua Deum
glorificant ſimul cum animabus veſtris. Iã
dico. *Et concidebat ſe lapidibus*: Valde claruit
Chriſti Ieſu potentia in curatione hominis
iſtius, quem nullus hominum, vel domare
poterat, ne ſemetipſum concideret. Et in do
Diaboli odium inſatiabile contra nos. ctrinam noſtram hæc ſcripta ſunt: vt ſcia-
mus quomodo non ſatis eſt diabolo pro ma
gna ſua procacitate, & odio cõtra homines,
illos colaphizare, niſi & ipſos in ſe ipſos fa-
ciat inſurgere, vt manibus proprijs ſibi ipſis
vulnera inferant, & quod maius eſt, quòd
& ſeipſos occidant. Nunquid non ſe inter
2. Reg. 16 fecit Achitophel, propter conſilium reie-
Matt. 27. ctum, quod aduerſus Dauid dederat? Nun-
quid ſe ipſum non interfecit Iudas? Sed &
plures alij in ſe ipſos ſceleratiores & crude-
liores, aut aquis ſe præfocant, aut igni tra-
Peccatores quanta patiuntur à diabolo. dunt. Nunquid omnes hos non agitat dæ-
mon, vt mortem ſibi inferant & gladium?
Sed quanta ſunt quę ſpiritualiter patiuntur
in corde, vel iracundi, vel ſuperbi: vel qui ra
biẽ luxuriæ pro gloria ducunt? Non eſt qui
vel catenis, vel cõpedibus domare eos poſ-
Iob. 41. ſit. Imò derident vibrantem haſtam diuinæ
comminationis, & lapides fundæ verſi ſunt
in ſtipulam: nec vir ſagittarius fugat eos. In
monumentis mortuorum habitant infœli-
ces eorum animæ, præ multitudine iniqui-
Eſai. 13. tatum ſuarum. Sed hæc eorum contra do-
minum fortitudo, niſi conuertantur à vijs
ſuis peſsimis, erit vt fabilla ſtupæ, & opus
eorum quaſi ſcintilla: & ſuccendetur vtrũq;
ſimul, & non erit qui extinguat. *Et concidens*
NOTA *ſe lapidibus*. Iam prædocet diabolus, quomo
do tortor futurus eſt animarum & corporũ
damnatorum, & nunc quidem carnifex in-
feſtiſsimus in inferno eſt. Vbi horribiles in
crepationes miſeris ingerit: cùm certè ipſis
extiterit importunus conſiliator in pecca-
tis. Sed cum quanto gaudio eas recipiat in
inferno, lege cap. 14. Eſaiæ. *In montibus erat*
Eſai. 14. *clamans, & concidens ſe lapidibus*. Bene in ho
mine iſto ſtultiſsima gens idolatrantium na

tionum deſcribitur, ſicut adamuſsim deſi-
A gnat tertius liber Reg. in ſacerdotibus Ba- Cap. 18.
al. Nam in magno illo ſacrificio, quod He
lias ad manifeſtationem diuinitatis veri Dei
Iſrael offerebat, irridens, ſacerdotibus Baal
dicebat: Clamate voce maiore, Deus enim
eſt, & forſitan loquitur, aut in diuerſorio
eſt, aut in itinere, aut certè dormit, vt excite
tur. Poſt quæ dicit ſcriptura: Clamabant er
go voce magna, & iuxta ritũ ſuum incide-
bant ſe cultris & lanceolis: donec perfunde
rẽtur ſanguine: ſed & filios & filias à culto-
ribus ſuis inuictimam exigebãt dæmonia.
De quo propheta: Immolauerunt filios Pſal. 105.
ſuos, & filias ſuas dæmonijs. Nonne hos om
nes poſsidet dæmoniũ peſsimus? Sed mox vt
Ieſus de naui deſcendit, occurrit ei homo,
id eſt, ſtatim quòd de vtero virginis egredi-
tur Chriſtus, gentes eum cognouerunt, &
adorauerunt. De quo Mat. Euãg. Et ꝓphe Cap. 2.
ta Dauid: Confiteantur tibi populi omnes: Pſal. 66.
terra dedit fructum ſuum, id eſt, cùm iã ter- *De quo in*
ra virginalis vteri fructum ſuum, id eſt, ſibi *fra ad lon-*
conſubſtantialem dederit, cum de Spiritu *gum elegã*
ſancto filicum Dei concepit, & peperit fa- *tiſsimè cũ*
ctum hominem: iam abijciant gentes peſsi- B. Atha-
mum cultum dæmoniorum: & tibi ô Chri- *naſio. ca.* 5
B ſte de virgine nato confiteantur. Quod ad
plenum in prædicatione Euangelij comple
tum fuit: vbi gentes relictis lapidibus &
dijs patrum ſuorum, ad pedes domini Ieſu
in humili & deuota cõfeſsione & adoratio-
ne prociderunt. *Videns Ieſum à longe cucurrit*
& adorauit eum: & clamans voce magna dixit: Similitudo
Quid *mihi & tibi Ieſu fili* Dei *altiſsimi?* Sicut ſer Bedæ.
uus fugitiuus viſo domino ſuo, ad genua eius
prouoluitur, de flagellis ſolicitus, & depre-
catur dominum ſuum. Sic diabolus videns
dominum Ieſum, quem Dei filium ſuſpica-
batur, cucurrit: non fugam capiens, ſed ei *Diaboli*
ſe ipſum humiliter ſubijciẽs, & deprecãs, nõ *peccatũ ir-*
quidẽ veniam, ſed inducias pœnarũ. Obſer- *reparabile*
ua quàm certa & euidẽs erat diabolo ſua per
ditio, qui irremiſsibile cognoſcebat delictũ
ſuum: ſiquidẽ nunquàm legis veniã à dño
inuocaſſet: cùm ſciret ſe certiſsimè poſt ca-
ſum irreparabiliter perijſſe. Sed etiã valde
ſuperbus pœnarũ tẽpus, & vt mitiùs cũ illo
agat deus, orat. Vel certè pœna illi erat præ
ſentia corporalis Chriſti, & ab hominibus
eijci. Obſerua quomodo præſentia carnis
mortalis dñi Ieſu torquebat, & quaſi incen-
debat diabolum. Tortura eſt illius, eſſe antè *Iudicis Ch*
Ieſum. Quid faciet tribunal iudicantis, & fa *riſti facies*
cies ardens præ indignatione iudicis æterni *tremenda.*

Cap.14. Chriſti? De hoc ſanctus Iob docet: Quis
mihi tribuat, vt in inferno protegas me, &
abſcondas me donec pertranſeat furor tuus? C
Cap.1. Facies iudicis cùm præoſtenſa fuit Ioanni
in ſacra die Dominica, tanquam mortuus
Cap.15. cecidit ad pedes domini. Et Eſther ingreſ-
ſa ad regem ſine eius licentia, quanuis cha-
riſsima, corruit, viſa facie regis in ira ſua, &
colore mutato in pallorem, &c. Et ſanctus
Cap.3. Malachias: Quis poterit cogitare diem ad-
uentus eius: aut quis ſtabit ad videndũ eum?
Luc.21. Ipſe enim quaſi ignis conflans, &c. Et virtu
tes cęlorũ mouebuntur. Quantò magis pec
cator? Et ſi iuſtus quidem vix ſaluabitur: im
pius & peccator vbi parebunt? Vide jam
quibus verbis vſus eſt diabolus in timore
ſuæ torturę, in præſentia Chriſti. Adiuro
te per Deum, ne me torqueas. Nõne timet?
Nonne horret? Nonne fugere deſiderat?
Nonne horrendum iudicat incidere in ma-
nus Dei viuentis, qui adiurat Chriſtum,
quem filium Dei altiſsimi confitetur? Sed
Cap.8. nota quòd ſecundùm Matthæum duo erãt
dæmoniaci iſti, ſed hic, quem deſcribit Mar
cus & Lucas, famoſior & ſæuior erat: vtpo-
tè quem obſeſſum habebat legio integra:
ideo de hoc agit ſermonem noſter Euange-
liſta: tacens de illo. Accurrit videns Ieſum
à longe. *Et adorauit eum*, metu coactus, non
virtute ductus, aut deſiderio exhibendæ de D
bitæ ſeruitutis Chriſto, *Et clamauit voce ma-*
NOTA valde. *gna: Quid mihi & tibi Ieſu fili Dei altiſsimi?* Cõ
Scribarum blaſphemia uel à diabolo conuincitur. uincuntur Scribæ & Phariſæi, qui blaſphe-
mantes dicebant: In Beelzebub eijcit dęmo
nia: quia nimirum ipſi dæmones hodie con
fitentur nihil eſſe cõmune ipſis & Chriſto.
Quòd ſi in virtute & poteſtate diaboli ęde-
ret miracula, commune eſſet negotium. Vi
Inuidia. des quale crimen eſt inuidia? & quam cæ-
citatem mentibus ingerit? Dæmones con-
fitentur, & inuidioſi homines negant. Ni-
hil tibi & nobis, dicit diabolus: inuidꝰ verò
homo, In Beelzebub eijcit dęmonia. *Veniſti*
ante tẽpus torquere nos. In hoc verbo grauis
difficultas tangitur, nimirùm, An dæmo-
nes ante diem iudicij torqueantur & puniã-
Diaboli pœna. tur pœna illa, quam ſenſus vocant. De pœ-
na damni non eſt quòd vertamus in quæ-
ſtionem: cùm in æternũ à Deo exules ſint
ſine ſpe veniæ & remiſsionis. De hac ſecun
da pœna eſt ratio dubitandi: Nunquid ignẽ
nunc, id eſt à momento ſui caſus de cælo
patiantur dæmones, vbicunque fuerint, ſiue
in aëre, ſiue intra homines, ſiue in mari, &c.
In re hac nihil definiam: ſed tantùm ſan-
ctarum ſcripturarum & doctorum propo-
nam aliquot ſententias, vnde magiſtri vi-
C deant, quid in re hac dicendum ſit. In pri-
mis legendus eſt beatiſsimus Petrus Apo- 2.cap.2.
ſtolus, cap.2. Epiſt.2. Si enim Deus ange-
lis peccãtibus non pepercit, ſed rudentibus
inferni detractos in tartarum tradidit cru-
ciandos in iudiciũ reſeruari, &c. Nota ꝙ ſta
tim idem Apoſtolus agens de iniquis homi Ibi.8.
nibus vtitur eodẽ verbo reſeruare: etiã ſi cer
tò ſciamus animas eorũ ab exitu corporis
cruciari in inferno. Sed alia & alia eſt ra-
tio vtriuſque ſecundùm doctores. Secundus
locus habetur apud Diuum Iudam. Ange- Iud. capit.
los verò, qui ſuum non ſeruauerunt princi- unico.
patum: ſed reliquerunt ſuum domicilium in
iudicium magni Dei, vinculis æternis ſub
calligine reſeruauit. Et dñs Ieſus pręparatũ
demonſtrat ignem diabolo: non illum vren
tem. Ite in ignem æternum, qui paratus eſt Matth.25.
diabolo & angelis eius. Vim verbi huius
PARARE, ex alijs locis euãgelicis depræ
hendis. Maximè ex cáp. 22. eiuſdem Euã
geliſtæ, & ex pſalmo. 37. Ego in flagella
paratus ſum. Dicite inuitatis, parata ſunt
omnia. Et apud ſanctum Iob: Occupet
eum calligo, & inuoluatur amaritudine. Cap.5.
Vbi beatus Gregorius: Antiquus hoſtis Grego.4.
nequitiæ ſuæ vinculis aſtrictus, aliud eſt, lib. Mora.
D quod nunc patitur, aliud quod in fine pa- cap.10.
tietur. Qui enim à lucis intimæ ordine ce-
cidit, nunc ſemetipſum intrinſecus erroris
calligine confundit: ſed poſt hoc amaritu-
dine inuoluitur: quia ex merito ſponta-
neæ calliginis æterno gehennæ tormen-
to cruciatur. Inuolui ergo amaritudine
antiquus hoſtis dicitur, quia ſuperbię e-
ius ſupplicia non ſolum omnimoda, ſed
etiam infinita præparantur. Et beatus Am Pſal.118.
broſius ſuper pſal. Iudica iudicium meum: Ambroſ.
Diabolus nequaquam puniri ad iudicium
demonſtratur (iudicium intelligit corre-
ctionem & emendationem) nequaquàm
adhuc pęnis eſſe ſubiectus: niſi quas ipſe tan
torum conſcius ſcelerum ſoluit timore per
petuo. Et beatus Auguſt. diſputans ſuper Aug.4.li.
verbum illud ſapientiæ. 8. Attingit à fine de Trin. c.
vſque ad finem fortiter: de diabolo inquit. 13.tom.3.
A morte autem carnis alieno diabolo, vnde 916.
nimium ſuperbus incedit, mors alterius
generis, præparatur in æterno igne tar-
tari. Et beatus Irenæus lib. 5. capit vlti- Irenæus.
mo, in eodem verbo cum beato Iuſtino,
pœnam dæmonis & ſathanæ tradit. Bene
Iuſtinus dixit, quoniam ante dñi aduentum Iuſtinus.
nun-

nunquàm auſus eſt blaſphemare Deũ,quippe nondum ſciens ſuam damnationẽ. Poſt aduentum domini ex ſermonibus Chriſti, & apoſtolorum eius, diſcens manifeſtè,quoniam æternus ignis ei præparatus eſt ex ſua voluntate abſcedenti à Deo, & omnibus, qui ſine pœnitentia perſeuerant in apoſtaſia, per huiuſmodi homines blaſphemat

NOTA ualde. Deũ qui iudicium importet. Qua ſententia condemnatus, & peccatum ſuæ apoſtaſiæ

Lege autorem ibi. conditori ſuo imputat,& non ſuæ voluntati & ſententię. Licet nou mihi probatur, quòd ignorauerint vſque ad prædicationẽ Chriſti ſuam damnationem. Lege eundem

Lib.22.de ciuitate dei cap.14. Aug.ſuper illud Apocalypſi:Diabolus qui ſeducebat eos miſſus eſt in ſtagnum ignis,

Cap.12. tracta.52. fol.379. &c.& multò clarius ſuper Ioannem circa illud:Nunc princeps huius mundi eijcietur foras:vbi ſic inquit:Si enim de illo iudicio diceret, quod in fine venturum eſt, poſſit aliquis opinari,ignem ęternum,quò mittendus eſt diabolus & angeli eius,&omnes qui ſunt ex parte eius,non natura, ſed vitio. Et

Damaſ.li.2.cap.4. beatus Damaſcenus: Qua propter diabolo & dæmonibus eius præparatus eſt ignis inextinguibilis. Omnes verbo præparare

Athanas.in euang. de cruce, & paſs. dñi. vtuntur.Et beatiſsimus Athanaſius:Mirabile & magnum in rerum natura,homines ad mortem properant, optantes aduentum domini:cùm miſer interim diabolus,qui olim imperia mortis tenebat, ſaluatoris aduentum reformidet, & iudicium exhorreſcat. Nouit enim ſibi præparatum ignem & an-

2.to.f.256 gelis ſuis.Lege Chryſoſt. ſuper illud Matt.

Caietanus ſuper eundem l cũ. ante tempus torquere nos. Et Caietanum: Ante tempus torturæ:nam tempus quo torquebimur,erit poſt iudicium: interim autem eſt tempus, quo nos torquemus alios: & propterea ante tempus noſtræ torturæ dicunt ipſum veniſſe ad torquendum eos. Et propterea rogabant & adiurabant per

S.Tho.1. par.q.64. art.4. Deum: Ne *me torqueas*. Et beatus Thomas. Dicendum eſt quòd dæmones licèt non actu alligantur gehennali igni,dum ſunt in aëre iſto caliginoſo : tamen ex hoc ipſo, quòd ſciunt illam alligationem ſibi deberi,

Bonauen. 2.S.d.2. eorum pœna non diminuitur.Et Seraphicus doctor Bonauentura magis conformem,& dictis ſanctorum & ſacræ ſcripturæ iudicat ſententiam hanc, quòd non patiantur ignem.Expende vim rationis ſuæ.

lib. 5. epito. diuin. decret. titu Et B.Theodoretus inquit : Quòd autẽ puniendi ſint, apertiſsimè dixit dominus iis, qui ſunt à ſiniſtris: Diſcedite à me maledi-

A cti, &c.qui paratus eſt diabolo.Hoc autem apertiſsimè ſciunt ipſi dæmones. Vnde clamabant : Veniſti ante tempus torquere nos. Fore autem vt torqueantur, apertè diximus. Hæc Theodoretus. Sed manifeſtum mihi eſt ſecundùm Marcũ non exhorruiſſe diabolum illud genus pœnæ, de quo ſupra, ſed quod ſanctus Beda exponit in hæc verba: Magnum tormentum eſt a læſione hominis ceſſare: & tantò dimittit grauiùs,quantò poſsidet diutiùs. Quod videtur demonſtrare ſanctus Euangeliſta : qui poſt illa verba: Adiuro te perDeum,ne me torqueas,rationem huius adiurationis reddens inquit: *Dicebat enim illi: Exi ſpiritus immunde ab homine iſto*. Grauis pœna eſt diabolo ab homine exire:quam deſiderans fugere,etiam ſuperbus valde,deprecatur:cùm facilius certè eſſe ſoleat huiuſmodi patiꝫ, quàm deprecari.Hęc iuxta literã dicta ſint. Iam vide diligenter, qualis pœna diabolo ſit noſtrorum peccatorum vera pœnitentia. Per peccatum nanque mortale captiuum tenet hominem, & gloriatur contra Deum victoriam obtinuiſſe: quod gaudiũ illi eſt : & contriſtatur, & gemit in noſtra

B contritione, & confeſsione peccatorum. Quantum gaudij eſt angelis & congratulationis ex noſtra pœnitentia, tantum doloris,& anguſtiarum eſt dæmonibus,qui nimio odio nos perſequuntur. Dicebat enim illi: *Exi ſpiritus immunde ab homine iſto*. Dicere præſenti loco imperium ſignificat: ſicut ſupra diximus. Imperabat ergo diabolo. Non adiurabat, ſicut ipſe diabolus Chriſtum,quem maiorem & potentiorem experiebatur. Chriſtus autem ſicut verus Deus & dominus imperat diabolo, & dicit: Exi: & nõ poteſt reſiſtere. *Spiritus immunde*. Ab effectu talis eſt dictus, immundus ſcilicet. Mundus enim creatus eſt ipſe, & in gratia. Immundus ergo dicitur, qui ad immunditias vocat & excitat hominum mentes & corpora:in quibus mirum in modum gaudet. Poteſt enim mouere voluntatem, perſuadendo vel proponendo obiectum: & poteſt operari ad hoc quòd aliquæ formæ imaginationi præſententur: & facere quòd appetitus ſenſitiuus incitetur ad aliquam paſſionem. In peccato ergo luxuriæ valde delectatur, quia totus homo in illo polluitur, anima ſcilicet & corpus. Ideò quædam pœna ſpecialis ad luxurioſos deſtinata eſt in inferno: ſcilicet fœtor horribilis pro eorum

[Right margin notes:] *lo de diabolo.* — *Beda ſuper 5.c.Marci* — NOTA *ualde.* — NOTA *ualde.* — *Diabolus quare ſpiritus immũdus. Scotus.2.S.d.4.q.1 fol.29.* — *S.Th.1.2. q.75.ar.3 & q.80. artic.2.* — *Supra.c.1. aliter de Chriſti tẽtationibus, diximus.* — *Luxuria pœna.* — *Ricard. à S.Victor*

libidine. Obſerua diligenter ꝙ in laudibus æternæ ſapientiæ inter alia multa Salomon decãtat: Eſt enim in illa ſpiritus intelligẽtiæ ſanctus, &c. Intelligibilis mundus, ſubtilis, ſpiritus mundus eſt in ſapientia. Et propter hanc munditiam, dicit ſtatim: Attingit vbi que propter ſuam munditiam. Econtra dominus Ieſus diabolum compellat ſpiritum immũdum. Videas obſecro, cui ſpiritui ad hærendum tibi ſit, immundo, id eſt, diabolo, qui ad luxuriam vocat mentes & corpora hominum, vel mundo ſpiritui, qui eſt in Dei ſapientia, quæ in animas ſanctas ſe trãsfert (in hoc verbo probat Didymus Spiritus ſancti diuinitatem) amicos Dei & prophetas conſtituit. De hoc propheta Dauid: Bonum mihi adhærere Deo: cuius ſapientia ſe infundens in animam, ipſam ſanctificat & conſtituit prophetam. Inter alia quæ ad donum prophetiæ inueniendũ, conducunt, non humili loco iacet caſtitas & munditia corporis. Magnum exemplum habes in præclara illa vidua Anna: quæ in cultura caſtitatis aſsidua meruit ſpiritum prophetandi, cum multa deprecatione in templo domini. Meretur hanc gratiam (inquit Origenes) puritas mentis, no diuerſitas ſexus. Meretur, diſpoſitiuè de cõgruo. Propter hanc munditiam beatiſsimus Ioannes à Chriſto fuit dilectus, & conſecratus in magnum prophetam noui teſtamenti in Pathmos inſula. Et neminem diligit Deus, niſi qui cum ſapientia habitat. Diabolus verò vbi eſt luxuria & immunditia, ibi domicilium ſuæ iucunditatis habet. Et præparat illud per immundas cogitationes, quas immittit in cor hominis: denique inhabitat in nefario opere luxuriæ. Et valde gaudet de peccato luxuriæ, quia eſt maximæ adhærentiæ, & difficilè ab eo poteſt homo eripi: inſatiabiliter enim eſt delectabilis appetitus, ſicut docet Ariſt. Propter quod Eccleſiaſticus dicit: Poſt concupiſcentias tuas nõ eas, &c. Si præſtes animæ tuæ concupiſcentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis, ſcilicet in hac vita, ac deinde in morte, &c. Cum immundo ergo ſpiritu duce & amatore immunditiarum ſupplicium accipient æterni ignis, & fœtoris horribilis, omnes immundi & luxurioſi. Age ergo ô homo luxurioſe, & animo recogita, quæ aduerſum te decernit ſanctus propheta Eſaias: Quis ex vobis poterit habitare cum igne deuorante & cum ardoribus ſempiternis? Deuorãs

Sap. 7.
Didym⁹ in de Spiritu ſãcto apud Hierony. tom. 9.
Pſal. 72.
Prophetiã obtinet caſtitas.
Luc. 2.
Orig. ho. 18. ſuper Lucam.
Ipſe homi. 5. in lib. Iudic.
Ioannes Euãgeliſta
Luxuria diaboli domicilium.
Aug. ſuper. cap. Leuit.
Ariſtot. 3. ethic.
Cap. 18.
Cap. 33.

C eſt ignis ille, qui paratus eſt immundo ſpiritui, & cunctis luxurioſis. Non eſt tangens ignis, ſed deuorans. Quod deuoratur ex omni parte circũdatur in ventre deuorantis. In quo cruciatus horribilis ab igne demonſtratur: ſiquidem ignis deuorans appellatur. Quo te vertes? Qualem & vbi requiem inuenies? Ad cuius confugies refugium & auxilium? Totus intra ignem deuorantem eris, imò & ignis intra viſcera & ventrẽ tuum. Non dabitur ad hanc vel illam partem declinare pro inuenienda requie. Alligatus quidem eris igni. Nota adhuc quomodo magnum hunc dolorem expoſuit ſanctus propheta in adiunctis verbis. Quis poterit habitare cum ardoribus ſempiternis? Nouerant homines illi ex ſacris ſcripturis eſſe ignem, non tamen ardentem ad dolorem & gemitum: ſicut contigit ſanctis tribus pueris in fornace ignis ardentis: Deuorauit quidem eos ignis: ſed non contriſtauit ardor, neque moleſtiæ quicquam intulit. Non talis eſt ignis præparatus immundis & luxurioſis: ſed quid dicit ſcriptura? Quis poterit habitare cum igne deuorante, & cum ardoribus ſempiternis? Ignis ſempiternus eſt: & ardor eius ſimiliter. Expende ergo ô homo immunde, & animo reuolue hæc omnia: vt diſcas timere Dei iudicium: & ſupplicium immundo ſpiritui præparatum: & tibi, niſi reſipueris, & egeris pœnitentiam. *Et interrogabat eum, quod tibi nomen eſt?* Non ignorabat dominus Ieſus, quot ibidem intra hominem illum eſſent, & ſingulorum nomina: ſed ab eo quærit, & ipſum ſuper hanc rem interrogat, vt ipſemet confiteatur, & clarius fiat miraculum, & venerabilius hominibus, & tremenda operantis maieſtas: cuius imperio etiam integra legio dæmoniorum non valuit reſiſtere: imò & tunc, & poſtmodum ipſum Ieſum dominum deprecabantur. Propter illa omnia quærit à dæmonibus ſaluator, quod ſibi ſit nomen: vt reſponſio eius multitudinem demonſtret ſolummodò, non teſtimonium medici: cui forſan Iudæi contradicerent. In hunc modum, licet ſciat medicus vehementem eſſe febrim infirmi, ab eo quærit: nũquid vim ardoris experiatur & perſentiat: vt in confeſsione infirmi, ſanitas clarior habeatur, & peritia medici. *Et dicit ei. Legio mihi eſt: quia multi ſumus.* Magnam multitudinem continere nomen hoc LEGIO, nemo dubitat: com-

D

Ignis inferni ab omni ſcriptura dicitur deuorans.
Danie. 3.
Similitudo
Legio.
Hieroy. ſuper Mat. 8

communiter ſex millia ſexcenta ſexaginta & ſex habet. Beatus Hieronymus ſuper hunc locum decem millia enumerat, iuxta illud pſalmi: Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis. Hæc ſunt decem millia, quæ cadunt ad dexteram patris, quæ eſt Chriſtus. Nomen LEGIO militare eſt: In quo ſatis docemur, quòd aduerſus nos ſit dæmonum militia: inter ſeſe nullus aduerſus alterū inſurgit, ſicut ſupra comprobauit dñs. Cōtra nos ergo eſt bellū eorum, & ad noſtram perditionē, legiones multas habet dux eorum diabolus. De quo Paulus: Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem: ſed aduerſus principes & poteſtates, aduerſus mundi rectores, tenebrarum harum, contra ſpiritualia nequitiæ in cæleſtibus. Propterea accipite armaturam Dei, de qua alibi dicendum eſt. Mirabile apparet quòd integram legionem habeat homo iſte, cùm certè legas in euāgelio ſeptem dæmonia eieciſſe dominum Ieſum de Maria Magdalena. Et ille eiectus dæmon aſſumpſit ſeptem alios nequiores ſe: & venientes habitant in homine. In hoc autem homine multa millia erant. *Legio mihi nomen eſt: quia multi ſumus.* Non ergo ingrediuntur, niſi in hominem peccatorem ad interitum carnis & flagellum. Nihil enim aliud facere poſſunt, quàm quod eis permittitur à Deo. Si enim ſuæ naturali fortitudini, & dexteritati, & malitiæ relinquerentur, vſque ad priuationē vſus rationis, & multa mala alia exteriora non ceſſarent. Impediuntur tamen per diuinum imperiū, & curā ſanctorū angelorum, quibus de nobis demandatum eſt à dño. Tamen ſecundùm æquitatē (ſicut in homine iſto cōprobatur) cōceditur eis hæc vel alia facere. In quibus & diuina virtus deinde cōprobatur: & noſtræ ſaluti cōſulitur. Quid mirū ſi vbi integra legio dæmoniorū habitabat, tantum videas furoris, vt & catenas frāgat, & cōpedes cōminuat? Nō mirabile ꝙ lapidibus ſe cōcidat, qui legionē dæmonum habet. Cōſulite vobis & veſtræ ſaluti fratres, & filiorum veſtrorū, qui in multa ira cordis praui aut vos ipſos, aut filios veſtros, aut animalia veſtra dæmonibus deuouetis. Timete ne fortè eueniat quod exoratis. Vnde ſcire oportet, ꝙ maledictio, in qua aliquis pro proximo ſuo malū imprecatur, genere ſuo eſt peccatum mortale, quia cōtra charitatem, ſi malum ſit graue: vnde cùm hoc ſit nimis graue, genere ſuo crimen eſt mortale: ſi deliberatio ſit in volūtate: niſi ordinetur ad correctionē illius, cui maledicimus: ſicut Paulus apoſtolus comprobatur feciſſe aduerſus illum fornicarium Corinthi, quem tradidit ſathanæ in interitum carnis: vt ſpiritus ſaluus fieret in die domini. In hunc finem traduntur omnes maledictiones Eccleſiæ in excommunicationibus: vbi terribilia verba, quæ ibidem leguntur, aliqua hanc ſignificationem habēt: ea ſcilicet: Sol obſcuretur eis per diem: & luna non luceat eis per noctē: fiant filij eorum orphani, &c. In correctionem & ſalutē eorū hęc imprecatur Eccleſia. Cùm verò dicit in extinctione ardentis lucernæ: Sic pereant animæ eorum in inferno, & deſcendant in tartarū, ſicut Dathan & Abyrō: nō hoc malū imprecatur: ſed prædicit futurum, niſi reſipiſcant à laqueis diaboli. Inobediens autē Eccleſiæ & cōtumax, pœnam meretur ęternā. In modum ergo prophetarū, quorū maledictiones prædictiones ſunt propter peccata hominū impœnitentium: etiā Eccleſia prædicens futurū conditionaliter, niſi corrigantur, ad doctrinā videtur maledicere. Aduerſus illud prius genus maledictionis, quod inuoluit ſuo genere mortale peccatū, vel veniale, eſt ſaluatoris doctrina, & ſanctorū apoſtolorū. Benedicite perſequētibus vos, & nolite maledicere. Beatus Iacobus miratur, quomodo in lingua noſtra benedicimus Deum, & maledicimus in ipſa homines, qui ad imaginē eiꝰ facti ſunt. Timeamus ergo hoc terribile ſpectaculum, quod ante oculos noſtros ꝓponit S. Euāg. in iſto homine, timeamus inquàm, aut noſipſos maledicere, aut proximos noſtros, aut cœteras creaturas Dei, quia qui creaturam Dei maledicit, quia illius eſt, blaſphemus eſt: qui autē maledicit, quia ad proximorū vtilitatem ipſæ creaturæ pertinent, mortaliter deliquit: ſi damnum ſit graue. Ego autem crediderim nullum horum vulgus recogitare, cùm maledicit, &c. *Legio mihi nomen eſt, quia multi ſumus.* Legio propriè dicitur numerus determinatus armatorum in exercitu: ſicut legio Thebeorum. Obſerua quàm ſecurè, vt ſibi videbatur, diabolus poſſidebat hominē hūc: pro cuius cuſtodia tantam multitudinem armatorum militum miſerat, ſed venit fortior illo Chriſtus Ieſus, vt diſſolueret opera diaboli, & miſerū hominem liberaret. Quàm mirabile opus liberatio huiuſmodi? Quanta obſecro dignum

Pſal. 90.

Dæmonis militia contra nos eſt.

Ephef. 6.

Lege cap. unicū, beati Iudæ apoſto. & beatū Amb. 4 Tom. fol. 107. A.

Mar. 16.

Matth. 12

Pſal. 90.

Maledictiones in filios & animalia.

A

1. Cor. 6.

Maledictiones eccleſiæ.

B

C

Rom. 12.

Iaco. 3.

Maledictio in creaturas, quo modo blaſphemia.

NOTA

Lege ſummuliſtas in uerbo, maledictio.

Legio.

venerationẽ? Multi ſumus. Ad quos, tanquã ad vnum, loquitur propter obfirmatam volũtatem in malitia aduerſus nos: Exi, inquit Chriſtus. Videamus ergo omnia quæ ad dæmones ſpectãt, & abſoluamus ea. Qui ſcilicet ſint, vbi creati, à quo ſumpſere principium & originem. In quo ſtatu conditi: quamdiu in illo permanſere: quod eorum peccatum, quia immundi appellantur. Quis dux eorum ad malum: cuius generis caſus eorum: vbi locus pœnarũ à iuſto iudice eis deſignatus: quãta eorũ multitudo, cuius ordinis, aut hierarchiæ, vnius ſcilicet, an multarum.

De dæmonibus opinio philoſophorum.

De dæmonibus quorundã philoſophorũ opinio fuit, quod eſſent animalia corporea, aerea: mẽte rationalia, æterna tẽpore; animo paſsiua. De quibus Apuleius in libro de Deo ſacratis. Platonici aliter ſenſerunt: prout docet B. Auguſt.

Aug. 8. & 10. de ciuitate Dei. Lege Toſtado ſuper 1. Re. to. 2. fol. 17. col. 3. c.

Dæmones iſti angeli ſunt eius conditionis & generis, cuius Michaël aut Gabriel in cælo. De quo Dñs in Matt. c. 25. Ite maledicti in ignem æternũ, qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Vnde obſerua quòd hoc nomen angelus, nõ eſt nomẽ naturę, ſed officij: cum ſcilicet à Deo mittuntur, de quo propheta: Qui facit angelos ſuos ſpiritus: id eſt, qui ſpiritus ſuos facit angelos, id eſt, nuntios & miniſtros. Spiritus ergo eſt nomen naturæ illarum ſubſtantiarum, quas ſub nomine cõmuniore Angeli concipimus.

C

D

Angeli nõ habẽt corpora.

Angeli ergo boni, ſeruato nomine, angeli & ſpiritus appellantur: angeli autem mali, dæmones dicũtur. Non habent corpora naturaliter vnita ſibi, quãuis tenuiſſima, vel aërea: licet aliud videatur ſentire Origenes, Auguſtinus, & Bernardus: qui piè interpretandi ſunt.

Ori. lib. 1. Perbi. Ber. homi. 6. ſup cãti. Aug ſuper Gen. ad literã. & 4. de trin. ca. 13. tom. 3. fol. 306. Iſid. ſuper illud Deut. 8. Dñi dei tui eſt cælũ & cælum cæli. Aug. 3. ſup Geneſ. ad literam.

Secundũ, creati ſunt omnes angeli in cælo empyreo, vel in ſupremo corpore, qualitercũq; nominetur. Vnde B. Iſidorus dicit, quod ſupremũ cęlũ eſt angelorũ cælũ: & cùm B. Auguſt. dicit, quod angeli fuerũt creati in ſuperiori parte aëris: per ſuperiorem partẽ intelligit hoc cælũ, id eſt, ſupremã partẽ cæli, cum qua aër quandã cõuenientiã habet propter ſuã ſubtilitatẽ, & diaphaneitatẽ. Et hæc expoſitio tibi probetur: & non illa quæ aſſerit Auguſtinum loqui, non de omnibus angelis, ſed de illis qui peccauerunt. Tertiũ ſuperfluum videretur quærere, ſcilicet a quo ſumpſere principiũ, cùm omnium rerũ viſibiliũ & inuiſibilium Deus optimus maximus ſit creator: niſi

Manichæ⁹

Manichæus aliud principium malum excogitaſſet ſtultiſsimè. Deus ergo pater omnium per verbum ſuum fecit omnia in ſpiritu ſancto, ſicut teſtatur ſcriptura vtriuſq; teſtamẽti. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil: inquit Ioannes Euangeliſta.

Cap. 1.

Cap. 1.

Et Paulus apoſtolus ad Coloſſenſes de filio Dei agens ſermonem, inquit: In ipſo cõdita ſunt vniuerſa in cælo & in terra: viſibilia & inuiſibilia, ſiue throni, ſiue dominationes, ſiue principatus, ſiue poteſtates. Omnia per ipſum, & in ipſo creta ſunt: & ipſe eſt ante omnes, & omnia in ipſo conſtant. Bonus ergo omnium creator, creauit omnia bona, & valde bona, ſicut teſtatur Moyſes.

Gen. 1.

Nullo ergo modo à conditore ſuo creatura aliqua, vel veſtigium malitiæ habuit.

Angeli cõditi in gratia.

Angeli autem omnes non ſolùm naturam bonam ab auctore cunctorũ: verũ ſicut cætera alia habent; verũ & conditi ſunt in gratia gratum faciente.

Aug. 12. de ciuitate Dei.

De quo B. Auguſtinus: Bonam voluntatem quis fecit in angelis, niſi ille qui eos in ſua voluntate, id eſt, cum amore caſto, quo illi adhęſerunt, creauit, ſimul in eis condens naturã, & largiens gratiam.

Aug. 2. ſuper Gen. ad literam.

Et cùm ipſe Auguſtinus inquit, quòd angelica natura primo erat informiter creata, & cælum dicta, poſtmodum verò formata eſt, & lux appellata: interpretandus eſt quod fuit creata informiter, id eſt, ſine gloria & lumine eius, quę poſtmodum meruerunt boni. Iam multa ſequitur differentia bonorum & malorũ angelorũ, & diſtinctio valde magna per propriæ voluntatis actum. Libera enim voluntate & poteſtatę mutati ſunt mali angeli ex eo ſtatu, qui eſt ſecundum naturam, & per gratiã, in eum qui eſt præter naturã, & certe contra illam, ut quàm breuiſſimo tẽporis ſpatio permãſerũt in gratia. De quo variæ extant doctorum ſentẽtiæ.

Angelorũ ſtatus uiatorum.

Multa ſunt certa in re hac. Primum quod omnes angeli habuerunt totã viam præfixam, & omnibus æqualis fuit: nec longior bonis, & breuior malis: vel cõtra: ſed perfectæ fuit æqualitatis. Secundũ eſt certũ, quòd meritũ precęſſit premium, & culpa pœnam. Primum manifeſtatur, quia ſolus Deus natura ſua eſt beatus, & à ſeipſo: omnis aũt creatura per propriã operationẽ meritoriã. Et ſecũdũ declaratur manifeſtius: quia Deus nõ prius eſt vltor, quàm angelus vel homo ſit peccator. Præceſsit ergo meritũ præmiũ, & peccatũ ſuppliciũ. Poſſet quidẽ Deus ab initio facere angelos in pœna & ſupplicio, neq; ppter hoc eſſet iniuſtus, aut vituperãdus; ſed ſi ab initio nõ fuiſſent in pœna, & poſtea feciſſet

cos

eos in pœna ſine ſuo eorum demerito, vituperādus eſſet Deus, ſicut teſtatur Auguſtinus. Tertium etiam eſt certum, quod in eodem inſtanti, quo boni coronati ſunt, in eodem mali ſenſerunt flagellum iuſtæ vltionis. Quartum eſt etiam certum, quòd omnes creati ſunt vniformes, non æquales. Ex quibus omnibus neceſſarium eſt ad minus ponere tres morulas. Primam, in qua creati ſunt vniformes. Secundam, in qua mali demeruerunt, & boni meruerunt. Tertiam, in qua boni præmiati ſunt, & puniti mali dæmones. Cùm enim per vnicum actum, aut meruerint, aut demeruerint angeli, & in ipſo ſuæ creationis inſtanti non peccauerint, ne eorum peccatum aſcribatur authori ſuo Deo: neceſſarium quidem eſt primam moram pro ſua creatione ponere, & ſecundam pro merito aut demerito, tertiā verò pro corona & ſupplicio. Quintū vidēdū eſt, quod fuit eorū peccatū, dæmoniorū inquā, propter quod à Chriſto immūdi appellati ſunt. Imò & in Matthęo agens inquit: Venit malus, & rapit quod ſeminatū eſt. Cùm ergo firmiter credendum ſit, quòd non ſunt conditi tales à Deo dæmones, quod obſecro fuit eorum delictum, vnde mali & immundi appellati ſunt. Primò certum eſt propria voluntate vnumquenq; angelorum deliquiſſe. Lumē ab ipſo opifice creati ſunt, inquit Damaſcenus, & libera poteſtatis voluntate tenebræ facti ſunt. Nec deliquerunt, ſicut genus hominum in parente: in quo non propria voluntate vnuſquiſq; noſtrū peccauit, ſed Adæ voluntate: habet tamē vnuſquiq; proprium peccatū originale. De quo ſupra. Cōmuniter tenetur, ꝙ peccatum eorū fuit ſuperbia. Quod aperte probat Theodoretus ex Paulo. Hoc autem declarauit Diuiniſsimus Paulus, de Epiſcopali ordinatione legem ferens. Non Neophytum, ne in ſuperbiam elatus in iudicium incidat diaboli. Per hæc enim verba innuit, quòd ſuperbia cauſa fuit diabolo, vt caderet. Quorū enim idē eſt vltionis iudiciū & pœna: eadē ſit oportet & culpa. B. Theodor. & Thomas manifeſtè probant peccatum Angeli nō potuiſſe eſſe aliud quàm ſuperbia, & cōſequi potuit aliquod inuidiæ peccatum. De quo ſupra. Fuit igitur hæc malitia in primo angelo, quòd bonū diuinū ab eo cognitū, amore amicitię, ſibi illud voluit, & nō Deo. Si enim Deo illud vellet, actus eſſet bonus & charitatiuus, & noluit illud alij angelo: quia plus ſe quàm aliū diligebat: magis ergo inclinauit ſe, vt ſibi illud vellet, quàm alij angelo. Primus ergo actus angeli inordinatus fuit, amore amicitiæ reſpectu ſui ipſius. Et hoc eſt quod Auguſt. dicit: quòd duo amores fecerūt duas ciuitates. Ciuitatē Dei amor Dei, vſque ad contemptū ſui: & ciuitatem diaboli amor ſui vſque ad contemptū Dei. Prima ergo radix & fundamentū ciuitatis diaboli fuit inordinatus amor ſui ipſi⁹. Habuit & aliud velle inordinatum concupiſcentiæ. Concupiuit nanque ſibi inordinato amore concupiſcentiæ beatitudinem. Deordinatio huius actus fuit, aut quantùm ad intenſionem, quia maiori conatu, quàm ſibi conueniebat, voluit beatitudinem: aut quantùm ad accelerationem, deſiderando beatitudinē citiùs quàm ſibi conueniebat: vel quantùm ad cauſam, ſcilicet volendo ſibi beatitudinem, aliter quam cōgruebat: hoc eſt ſine meritis: vel appetiuit habere beatitudinē, ſtatim quum creatus eſt: cùm tamen Deus eis diſpoſuerit illam poſt morulā vix. Aliquo dictorum modorū eſt probabile, quòd exceſſerit voluntas angeli: vel plus appetēdo bonū diuinū ſibi, quàm amando illud in ſe: vel plus appetendo illud bonum & obiectū beatificū, eſſe bonū ſuū, tanquàm ſibi bonum, quàm appetendo illud ineſſe alij, vt Deo ſuo. Et in hoc eſt ſumma peruerſitas velle vti fruendis, ſecundùm Auguſtinum. Et quia debuit libera voluntas angelorum moderari affectionem, quantū ad illas circunſtātias, quas recta ratio debuit oſtēdere; quia debuit minus ſibi appetere beatitudinē quàm Deo: & debuit appetere illā pro tēpore, pro quo Deus diſpoſuit illā dare, & ſecūdum merita, & non moderatus eſt illā affectionem, ideò peccauit. Hoc cōſonat dicto Anſelmi, quòd angelus appetiuit illud, ad quod perueniſſet, ſi ſtetiſſet, id eſt, ſi id vellet per illū ordinē & regulā à diuina volūtate præſcriptā. Lege B. Gregoriū de peccato primi angeli, & primi hominis. Neq; erat difficile, quæ ſuperiùs diximus de peccato angelorū (quòd ſcilicet fuit inuidia aduerſus Chriſti gloriā ſibi prædemonſtratā) cum iſtis conciliare. Quippe cū amore propriæ excellētiæ aliter deſideratæ, quàm Deus diſpoſuerat, non voluerit diuinos honores & gloriā humanitati Chriſti: neq; ſe ipſum illi ſubijcere, cùm ſic fuerit à diuina voluntate ordinatū. Sextum, Quis tantæ multitudini, quam Damaſcenus infinitam

Aug. 3. li. de libero arbit. Lege Magiſt. Vega lib. 14. cap. 16

Angeli morulæ.

S. Tho. q. 63. art. 5.

Dæmoniorū peccatum.

Cap. 13.

Damaſ. li. 2. cap. 4.

Theodor. 1. Tom. 3. Epitome diuinorū, decreto. 25. tit. de diabolo.

1. p. q. 63. art. 2.

Angelorū peccatū ſuperbia.

Aug. 14. de ciuitat. Dei. c. ult.

Aug. li. 83. q. queſtione. 39.

Anſel. lib. 2. cap 4.

Grego. li. 29. cap. 6. moralium.

Damaſce. lib. 2. c. 4.

nl:am appellat, dux fuit ad peccatum? Et
Aymon. A A)mon dicit quòd ſicut radius plenus eſt
Dæmoniorum multitudo. athomis, ſic aër ipſe plenus eſt dæmonibus.
Verba Damaſceni ſunt. Collabens enim &
comitans ipſum, corruit infinita multitudo
angelorum ſub ea ordinatorum. In hoc ergo duo ſimul ſunt abſoluenda. Primũ, nunquid ſupremus angelus peccauerit. Secundum, vtrùm iſte fuerit alijs dux & cauſa peccati. Non dubium quin illa creatura, quæ
Primus & ſupremus angel⁹ peccauit. principium viarum Dei in libro Iob deſcribitur, ſit ſupremæ Hierarchiæ ſuprema: aliter enim principium viarum Dei dici non
Cap. 40. poteſt. Et eo loco via operationem ſignificat, ſicut exponit beatus Gregorius ca. 40.
Hæc autẽ creatura ſub nomine Behemoth
Cap. 14. ibidem declaratur: & ab Eſaia ſub nomine
Cap. 28. Luciferi: & ab Ezech. ſub nomine Che-
31. rub. Quæ loca literaliter exponit beatus
Lib. 32. Gregorius, & ibi determinat ſupremum
Moral. capit. 18. angelum cecidiſſe, qui Behemoth appellatur, vt dixi: & Lucifer, per quem ſupre-
Pſal. 109. mum angelum intelligit ſcriptura. Pſalm.
Ante Luciferum genui te. Quem locum
Fol. 32. euidenter demonſtrauimus ſupra cum beato Athanaſio, debere interpretari de pri-
B mo angelo. Dicitur & ſignaculum ſimilitudinis Dei, Iob ibi, & Sathanas, & Draco.
Lib. de paradiſ. ca. 2. Vnde beatus Ambroſius inquit: Principem Tyri in figura accipimus diaboli. Et
Super cap. 27. Ezec. beatus Hieronymus docet illam ſcripturam de apoſtaticis ſpiritibus interpretandam. Et beatus Athanaſius apertiſsimè lo-
In de cruce & paſs. domini. fo. 658. cum Ezech. 28. de diabolo interpretatur.
Supremus ergò angelus cecidit. Lege pro
beato Gregorio. S. Tho. Lege & eundem
Ezech. 28 Greg. Et pondera verba Iob. Factus eſt vt
S. Th. 1. p. q. 63. ar. 7 nullum timeret: & ſic ſuperiorem ſententiam, quam fol. 82. B, de Michaële ar-
Homil. 34 in euang. changelo ſcripſimus, & hanc confirmabis. Et ſicut dicitur in Apocalypſi cauda ſua traxit tertiam partem ſtellarum:
Iob. 41.
Apoc. 12. Vbi nota quod non quidem coëgit primus
angelus alios, ſed induxit ad peccatum. Eodem quippe inſtanti, in quo primus angelus ſuam affectionem intelligibili ſermone
expreſsit, alij in eam conſenſère. Vnde do-
Mat. 25. minus in euangelio: Ite in ignem æternum,
qui paratus eſt diabolo, & angelis eius. Eius
quidẽ dicuntur, non per creationẽ ſed per
conſenſum in malum. Et ideò omnes dæmones illi ſubditi ſunt. Quòd certè ordo diuinæ iuſtitiæ expoſtulat, vt cuius ſuggeſtioni
aliquis conſenſit, eius poteſtati ſubdatur in
ſupplicio. Secundùm illud apoſtoli Petri. *2. Cap. 2.*
A A quo quis ſuperatus eſt, eius & ſeruus
eſt. Septimum: Caſus diaboli & ange- *Caſus diaboli mors.*
lorum eius, fuit ſicut hominibus mors, poſt
quam nullus datur locus pœnitenti. Vnde
peccatum eorum non fuit irremiſsibile pro *Angelorũ peccatũ irremiſsibile*
pter ſuam grauitatem: ſed ex conditione naturæ angelorũ qui apprehendunt immobi-
liter. Liberum quippe arbitrium hominis *S. Tho. 1. p. q. 63. artic. 6. in reſp. ad. 3. arg.*
flexibile eſt, & ante malã electionẽ, & poſt
illã: angeli verò ante electionẽ tantum. Sic
boni angeli adhærentes iuſtitiæ eſſent in bo
no confirmati, etiam ſi nõ beatificarentur:
mali verò peccantes ſunt in peccato obfir- *NOTA*
mati, etiam ſi non punirentur. Ratione ergo ſuæ naturæ habet dæmõ quod reſipiſcere non poteſt: & ratione ſtatus, quia eſt extra viam: ideò irreparabile fuit eius delictũ.
Octauum, Pro carcere angelis malis inte- *Angelorũ carcer.*
rim dum oportet per illos homines exerceri in hac vita, aër calliginoſus aſsignatus eſt
à Deo, ſicut dicit Auguſtinus. Multi tamẽ *Aug. 4. ſuper Gen. ad literam.*
eorũ in inferno ſunt cocatenati, & ad torturam animarũ peccatorũ. Nonũ, Ceciderũt
de multis ordinibus angelorũ quã plures.
Quod nõ vno loco videtur docere Paulus *1. Cor. 15*
B apoſt. Deinde finis cum tradiderit regnum
Deo & patri, cùm euacuauerit omnẽ principatum, & poteſtatem, & virtutem. Et de
triumpho Chriſti ad inferos magnifica illa *Col. 2.*
verba ſcripſit. Expolians principatus & poteſtates, traduxit confidenter palam triumphans illos in temetipſo. Non ſunt inferioris ordinis angelorum, principatus & poteſtates, & virtutes: ſed omnes illos euacuat,
& traducit, id eſt, mirè confundit, & exemplum fecit eſſe confuſionis, cum expoliauit
principes tenebrarum malignos, præda, quã
aliquanto tẽpore occupauerunt. Vidiſti ferè omnia quæ pro hac cõſideratione deſiderari potuerunt: quæ & a nobis ſcripta ſunt
propter verbũ illud. *Multi ſumus.* Plures tamẽ remanſerũt ſub Dei ſui obediẽtia & cultu, qui ſtatim beatitudini perfectæ donati
ſunt. Tibi ergo ex his omnibus conſule, &
ſaluti tuæ. Si enim in angelis ſuis reperit pra *Iob. 4.*
uitatẽ: & qui ſeruiũt ei, nõ ſunt ſtabiles, quũ
certè alieni eſſent à carne, quid tibi facien- *Timor hominis.*
dum putas vt ſtabilis inueniaris in Dei ſeruitio & obſequijs, neq; incidas in prauitatẽ
& laqueũ diaboli? Si enim Deus angelis peccantibus, qui naturæ ſublimioris ſunt, non
pepercit, & originali mundo non pepercit, *2. Pet. 2.*
& ciuitates Sodomorũ & Gomorrhæorũ in *Gen. 19.*
ci-

cinerem redigens euerſione dānauit, exem
plum eorum qui impie acturi ſunt ponens
&c. Propter nos & propter exemplum no
ſtrum hęc ſcripta ſunt. Et obſerua quàm ſua
uis fuit Dominus erga nos & genus noſtrū
qui indutias & tempus longiſsimum poſt
ſcelera noſtra cōcedit ad pœnitendum: nec
ſtatim vltionem quærit & vindictam im-
mittit: ſed diſsimulat peccata hominū pro-
Sap. 11. pter pœnitentiam. Cum certè peccantes an
geli ſtatim traditi ſint exilio & morti. Pro-
Rom. 2. pter illud ab Apoſtolo dominus Deus no-
ſter Deus patientiæ deſcribitur, & diuitias
Cap. 30. longanimitas & patientiæ habere prædica-
tur. Et deniq; propheta Eſaias vſq; ad hanc
vocem aſcēdit. Propterea expectat vos Do
minus, vt miſereatur veſtri, & ideo exalta-
bitur parcens vobis. Exaltauit dexterā ſuā
cum draconem magnum & omnes angelos
ſuos de cælo miſit in carcerem, & ſub cali-
gine reſeruauit in iudicium. Non ſic ſuam
diſpoſuit exaltationem in nobis, ſed in miſe
ricordi indulgentia. Quale hoc donum eſt
ô ingrate homo? Quam animi gratitudinē
pro illo reddis benefactori tuo Deo? Animi
Rom. 2. tui gratitudo à Paulo Apoſtolo illo loco
deſcribitur: An diuitias bonitatis & patien
tiæ & longanimitatis contemnis? Audi di-
uinum iudicium aduerſus te. Secundùm du
ritiam tuam, & inpœnitens cor tuum the-
ſaurizas tibi iram, &c. Magnum beneficiū
& liberalitas Dei noſtri, quòd nobis indu-
cias ad pœnitentiam tribuit, & angelis pec
cantibus non pepercit: & nos ad ſedes illo-
Diaboli ſæuitia aduerſus nos & luctus in noſtra ſalute. rum deducit. Quantum per hoc aduerſus
nos & noſtram ſalutem iraſcitur diabolus?
Qualem ſæuitiam & iram acuit? Quantam
diligentiam impendit & laborem, vt noſtrā
ſalutem impediat? Lege quæ de Aman ab
Heſter. 3. Aſſuero ſublimato dicit ſcriptura, & rem
hāc aliqualiter deprehendes. Exaltauit rex
Aſſuerus Aman & poſuit ſolium eius ſuper
omnes principes quos habebat: cunctique
ſerui regis qui in foribus palatij verſabātur,
flectebant genua & adorabant Aman. Sed
cùm decerneret rex magnificare Mardo-
chæum Iudæum, præcepit Aman, & dixit:
Heſt. 6. Feſtina, & ſumpta ſtolla & equo fac vt locu
tus es, Mardochæo Iudæo. Quæ cum acta
eſſent, Aman feſtinauit ire in domum ſuā
lugens & operto capite, &c. In hunc mo-
dum cōſiderandum eſt ſalutis noſtrę myſte
rium. Ad ſedes ſublimium angelorum vo-
cati ſumus, ad eorum gloriam & coronas.

Coöperto ergò capite & lugentes dæmo-
A nes iraſcuntur valde & inuident noſtræ glo
riæ. Timendum tibi eſt & magno ſtudio ca
uendum ſicut ſtatim dicemus, ab eorum ne
quitia, &c. *Et deprecabātur eum multùm, ne ſe*
expelleret extra regionem. Beatus Lucas di- Cap. 8.
cit: Rogabant eum ne imperaret illis, vt in
abyſſum irent. Interlinealis gloſſa. In abyſ-
ſum, id eſt, in Gehennam. Vtrunq; verbū
exponere oportet. Ad multa enim loca ſcri
pturarum & earum interpretationem ſunt
valde neceſſaria. Abyſſus non vnam aut al *Abyſſus quid.*
teram habet ſignificationem. Primo multi-
tudinem & profundam aquam ſignificat. *Ambroſi. Exæ. lib. 1. cap. 8.*
Sic beatus Ambroſius. Beatus Baſilius inter
rogans quæ eſt abyſſi ſignificatio inquit: *Baſ. Exę. 2.*
Abyſſus eſt aqua multa, finem difficulter
apprehenſibilem habens, deorſum verſus.
Sic & Auguſtinus. Quod ex libro Geneſis *Aug. in de Gene. ad literam imperfect. cap. 4.*
& Exodi confirmari poteſt & cātico Moy
ſi ſerui Dei: Et electi principes eius ſubmer
ſi ſunt in mari rubro: Abyſſi operuerunt
eos. Quem locum in magnificentiam altiſ-
ſimi decantat Eſaias propheta: Nunquid nō
tu ſiccaſti mare, aquā abyſſi vehemētis? Nū Exodo. 15.
quid nō tu percuſſiſti ſuperbum, vulneraſti Cap. 51.
B dracone? Ex hac primaria ſignificatione no *Hierony. ſuper Ionā cap. 2. to. 6 fol. 129.*
minis abyſſi illud trāsfertur ad ſignificādū
inueſtigabile Dei iudiciū ex ſacramentis ac
profundiſsimis ſenſibus eius. De quo pro-
pheta: Iudicia Dei Abyſſus multa. Sicut *Pſal. 35.*
enim lapilli in profundis aquarum & Abyſ
ſis ſedentes inuiſibiles ſunt oculis noſtris: in
hunc modum ſacramenta & conſilia & di-
uini cogitatus cordis Dei noſtri inueſtiga-
bilia ſunt, niſi ipſe reſerauerit. Iam tertiò
Abyſſus pernitioſas quaſdam & peſsimas
fortitudines ſignificat, vel tormentis ſuppli
cijsq; deditas poteſtates: ad quas in Euange
lio rogant dæmones ne ire cogantur, ſicut
inquit Hieronymus. Hic iam Abyſſus Ge- *Vbi ſupra.*
hennam ſignificat, vt ſupra dicebamus, &
locum tormētorum & ignis æterni, de quo
paſsim in Euangelijs. Indeq; nomen Ge- *Gehenna quid & unde dicta.*
henna origenem trahit ad ſignificandum
ignem inferni. Sciendum igitur eſt quod
impiiſſimus Manaſſes, ſicut ſcribitur. 2. lib. Cap. 33.
Paralipom. fecit malum corā Domino iux
ta omnes abominationes gētium inſtaurās
excelſa quæ pater ipſius Ezechias deſtruxe
rat, &c. Faciens tranſire filios ſuos per ignē *Hieron. in calce q. 2. lib. Paralipom, Ca. 7.*
in valle Benēnon (quæ vt inquit Hierony
mus) alio nomine Gehennon dicitur, id eſt,
vallis filiorū Ennon, quæ non procul eſt ab

Hieruſalē. De qua in Hieremia & in libris Regum plenè deſcribitur. Ab ea origenē traxit nomē Gehenna. Sic habes apud Hieremiā. Et ædificauerūt excelſa Thopheth, quæ eſt in valle filiorum Ennon: vt incende rent filios ſuos & filias ſuas igni, quæ non præcepi, neq; cogitaui in corde meo. Ideo ecce venient dies dicit Dñs, & non dicetur amplius Thopheth, & vallis filiorū Ennon, ſed vallis interfectionis, &c. & erit morticinium populi huius in cibum volucribus cęli, & beſtijs terræ, & nō erit qui abigat. Propter hęc duo per gehennam ſignificatus eſt locus inferni, vbi igne inextinguibili comburentur omnes damnati. Obſerua quod Gehenna idem quod terra profunda eſt. Ge, Græce terram ſignificat, Ennon profundum. Obſerua ſecundò quòd dominus Ieſus hoc nomine vſus eſt, ad ſignificādum damnationem & ignem inferni communiter. Iam ex his intelliges qualis ſit hæc dæmoniorum oratio ad Chriſtum, cùm obnixè rogant eū, ne mitteret illos in abyſſum, id eſt, gehennam: nam in abyſſum aquarū ipſi præcepitati ſunt ſponte intra porcos. Noſter autem Euangeliſta inquit. *Et deprecabantur eum multum, ne ſe expelleret extra regionem.* Vtrunq; rogabat, & ne mitteret eos in abyſſum, id eſt, Gehennā ignis, & ne expelleret extra regionem. Primum poſuit ſanctus Lucas: ſecundum ſanctus Marcus. Vbi vides quàm durum ſit vel ad modicū tempus pati ignem gehēnæ, cum videas ſuperbos dæmones rogare & deprecari multum dominū Ieſum, ne mitteret eos in abyſſum. Vides etiam quantum interſit hodie, an poſt annum tortoribus, aut ignibus tradi, quod valde formidant dęmones, quamuis vim doloris ipſi experirentur. Facilius quippe omnia mundi aduerſa, ignes, carceres, famem, ſitim, frigus, vehementiſſimum viſcerum dolorem pateretur homo per mille annos, quàm ad modicum tempus gehennam ignis inferni. De quo iam ſupra cum Eſaia propheta: Sed cùm ſit ille ignis æternus, quantum debet homo pro liberatione ab eo deprecari? Hæc conſidera ó homo qui bibis ſicut aquam peccatum, & attende & amaricabit venter tuus, & oderis delitias eius, & eas quæ ſub vētre ſunt. A dño exercituum viſitabitur in tonitruo & commotione terræ, & voce magna turbinis & tempeſtatis, & flamma ignis deuorantis, quę ardebit in æternum. Diſce ergò timorem do-mini, ſaltem quia diabolus horret mitti in gehennam ante diffinitum tēpus. Sed hoc tempus, tempus eſt quantumuis magnum ſit. Cum autē incœperit tibi æternitas, quo modo ſuſtinebis? Ad cuius confugies auxilium? Clamabis & dominus non exaudiet: quia clamauit ipſe ad te, & obturaſti aures tuas. In omnibus prophetis hanc vocem inuenies, Ignis deuorās. Eſaias dicit: Ignis hoſtes tuos deuoret. Quis poterit habitare cū igne deuorante? Dauid dicit: pones eos vt clibanū ignis, &c. deuorabit eos ignis. Iob dicit: Ante faciē eius ignis vorans: & Naum & ſophonias, &c. Benè ſanctus Iob in doctrinam noſtram & exemplū: Semper Dei quaſi tumentes ſuper me fluctus timui, nec ferre potui pondus eius. Quaſi infirmā nauiculam in medijs fluctibus vehementibuſque, ſe, ad iram & poteſtatem Dei, conſiderabat ſanctus vir. Inter hæc quales orationes fundunt & vota nautæ? Quàm humiles inueniuntur? Lege cap. 1. Ionæ prophetæ. Facta eſt tempeſtas magna in mari, & nauis periclitabatur conteri: Et timuerunt nautę, & clamauerunt viri ad Deum ſuum. Et excitantes Ionam dixerunt ei. Quid & tu ſopore deprimeris? Surge: inuoca Dēū tuū, ſi forte recogitet Deus de nobis, & non pereamus. Similia eueniunt nobis. Minatur dominus ignem gehennæ, magnæq; tempeſtatis procellam, inter quæ fugitiuus Propheta dormit. Nō attendit peccator quàm proximus ſit æternæ damnationi & igni. Huic iure dicitur: Quid tu ſomno deprimeris? Surge & inuoca Deum tuum. Nonne vides dæmones multum deprecantes pro inducijs temporis aliqualis? Tu ergò ora firmiùs pro fugiendo æterno dolore & igne deuorante. *Et deprecabantur multum, ne ſe expelleret extra regionem.* Concedit dominus Deus dæmonibus inter homines habitare propter multa. Ad malorum flagellum: ad bonorum victorias & coronam. Sed & ſancti angeli nobiſcum ſunt, & de noſtra cuſtodia mandatum habent à Domino vniuerſorum. Angelis ſuis mandauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis. Non tamē malis angelis prohibito & ſecundùm ſuam potentiam & malitiam conceditur agere contra nos. Imò eorum vires à Dño coprimuntur, & ligantur: ne ſuper id quod poſſumus tentent homines & affligant. De quo Apoſtolus: Fidelis Deus qui non patietur vos tentari ſupra id quid poteſtis: ſed faciet cum tenta-

Marginalia: *Cap. 7.* — *Gehenna quid ſignificat.* — *S. Tho. 1. p. q. 64. ar. 4.* — *Ignis inferni.* — *Eſaie. 29.* — *Ignis inferni deuorās* — *Cap. 26.* — *Cap. 33.* — *Pſal. 20.* — *Cap. 2.* — *Timor dñi* — *Cap. 31.* — *Demones quare habitant inter homines.* — *Pſal. 90.* — *1. Cor. 10*

tentatione prouentum, vt poſsitis ſuſtinere. Per malos angelos aliquando peccatores (A) affliguntur ad correctionem. De quo

Pſal.77. Propheta: Miſit in eos iram indignationis ſuæ, indignationem & iram & tribulationem, immiſsiones per angelos malos.

Cap.4. Et in propheta Baruch ſic legis: Ignis ſuperueniet ei ab æterno in longitudinis diebus: & habitabitur à dæmonibus in multitudine temporis. Grandis quippe ira Dei, ardensque vindicta in his comprobatur, propter duram hominum ceruicem, & malitiam cordis eorum multam. Sed in bonis & eorum tribulationibus glorificatur Deus, cum magno cumulo fructus eorundem, & meritorum abundantia.

Eccli. 2. Argẽtum enim in igne probatur & aurum, homines verò receptibiles in camino humiliationis. In his tribulationibus & humilitate conflatur aurea corona eorum, & floreſcit palma gloriæ, & magnificatur triumphus. Quæ eleganter prædemonſtrantur in ſancto Ioſeph in Aegypto. Lege cap. 37. Geneſis: vbi perſecutiones fratrum ſuorum aduerſus illum deſcribuntur, & quanta paſſus fuit in Aegypto. Poſt quæ omnia

Ioſeph in Aegypto.

Cap.40. audit ab ore regis: Tu eris ſuper domum meam, & ad tui oris imperium cunctus populus obediet: vno tantum regni ſolio te præcedam. Dixitque rurſus: Ecce conſtitui te ſuper vniuerſam terram Aegypti. Tulitq; anulum de manu ſua, deditq; eum in manu eius. Fecitque eum aſcendere ſuper currum ſuum ſecundum, clamante præcone, vt omnes coram eo genu flecterent, & præpoſitum eſſe ſcirent vniuerſæ terræ Aegypti. Vides quàm multa bona diſpenſat Deus & recogitat pro electis ſuis, cum etiam dæmonibus concedit inter homines habitare, & eos exercere? Propter hæc & alia multa, quæ noſtrum captum fugiunt, concedit Dñs legioni in illa regione degere, & eorũ orationem ſuſcepit: non quia digni ſunt vt exaudiantur: ſed quia miniſtri ſunt diuinæ vltionis in peccatores, & exercitij ad iuſtos. Omnia ergo propter nos & propter noſtrã ſalutem: vt certè dicere poſ-

Rom. 8. ſimus: Diligẽtibus Deum omnia coöperantur in bonũ. Talis eſt diuina bonitas, quòd etiam in ipſa dæmonis nequitia & multa ſeuitia, noſtrã ſalutem procurat & præparat. Benedictum nomen eius in ſæcula, Amen.

Clemẽs li. 4. recog. ad Iacobum. De re hac diſputãs beatiſsimus Petrus apud beatum Clementem inquit: Præuidebat Deus futuras in creaturis culpas: & iuſtitiæ eius ratio poſcebat, vt emendationis cauſa culpas pœna ſequeretur. Oportuit ergò eſſe & pœnarum miniſtros, quos tantùm libertas arbitrij in hunc ordinẽ traheret: præter hæc autẽ & debuerunt habere quos vincerent hi, qui agones ſuſceperant cœleſtiũ præmiorum. Sic ergò neque ea quæ putantur mala vacant ab vtilitate, dum victi, his à quibus vincuntur, præmia æterna conquirunt.

NOTA. *Extra regionem.* Hinc apparet affectos eſſe regium illi: Forſan quia facilè quæ ſummis votis deſiderabãt, conſequebantur, ſcilicet perditionem hominum illorum & peccata. Quæ iuſto Dei iudicio illis cõceduntur: vt qui ſordidus eſt & Deo

Apoc.22. reſiſtit, ſordeſcat adhuc, & impugnetur à diabolo, qui Deo non vult ſubdere ceruicem. Hæc animaduertite, & vigilate in orationibus & ieiunijs & lachrymis multis: vt Dominus & pater omnium in verbo virtutis ſuæ expellat à finibus noſtris contrarias virtutes, & mittat ſanctos angelos in auxilium noſtrum pro ſui nominis gloria.

Erat autem ibi circa montem grex porcorum magnus paſcens in agris. Et deprecabantur eum ſpiritus dicentes: Mitte nos in porcos. Ex hoc

Dæmonis poteſtas à Deo impedita. manifeſtè comprobatur poteſtatem dæmoniorũ alligatam eſſe, & ſupra diuinũ (B) imperium, aut permiſſum nihil agere in creaturas irrationales: ſiquidẽ deprecatione multa indigebant, vt liceret eis per Chriſtũ in porcos migrare: quod certè ſi ipſi poſſent, haud rogarent. Vide etiam obfirmatam voluntatem in malum ſemperq; nihilitatem contra nos. Quippe cùm ſuperbiſsimi exiſtentes, orent & deprecentur dominum Ieſum, vt in porcos liceat ire: & ſaltẽ noceant nobis in rebus domeſticis, cùm iubẽtur perſonas dimittere. Hoc eſt eorum ſtudiũ, ſummaq; diligentia circa hoc verſatur, quomodo nobis, aut rebus noſtris infeſti ſint.

Dæmones uel reb⁹ noſtris nocẽt. Habes ex hoc vnde in damno rerum temporalium, & etiã in aduerſa valetudine corporis proprij gratias agas, & patiẽter feras: ſciens certiſsimè quòd à Deo diſpenſantur, & à

Patiẽtia in aduerſis. prouidentia ſua veniũt quicquid circa te aut res tuas obtingit. Habes magnum exemplum in ſancto Iob, quem expetiuit Sathanas, vt eum tentaret, & conceſſus eſt illi à Dño: Ecce (inquit Deus diabolo) vniuerſa quæ habet in manu tua ſunt: tantũ in eum

Iob patientiæ exemplum. ne extendas manum tuam. Et ſecundò conceſsit, vt & ipſum Iob tangeret, dummodo

illum

illum non interficeret. Ecce in manu tua
eſt, veruntamen animam illius ſerua. Et pri
mùm quidem perdidit Sathanas omnē ſub-
ſtãtiam Iob & filios & filias, ac deinde per
cuſsit eum vlcere peſsimo à plantã pedis vſ-
Cap. 2. que ad verticem eius. Et teſta ſaniem rade-
Tentatio- bat, ſedens in ſterquilinio. Obſerua quomo
nes ad no- do in pondere & menſura diſpenſantur à
ſtram utili Deo tẽtationes. Primò ipſe diabolus expe-
tatem. tiuit Iob, vt tentaret eum: Deus enim in-
Iacob. 1. tentator malorum eſt. Secundò ad proba-
tionem iuſti, & cõfuſionem diaboli qui fal-
ſum teſtimonium dixerat contra Iob, con-
ceſsit ei filios & filias, & omnē ſubſtantiã.
Tertiò ipſum Iob dedit ad omnem animi
voluntatem & procacitatem diaboli, im-
perans ne animam eius educeret. Quibus
omnibus à diabolo perditis, gratias egit
vir ſanctus & Deo deuotus, & nomen Do-
mini pleno corde & fide benedixit. Hæc
excogitanda & facienda ſunt tibi in cun-
ctis aduerſis, etiam in vlcere peſsimo tui cor
poris. In hunc modũ ſanctus Dauid, cum
Dauid pa- fugeret manus Abſalon filij ſui, & maledi-
tientiæ exẽ ceretur à Semei viro de cognatione Saul,
plum. & Abiſai vellet amputare caput eius, reſpõ
2. Reg. 16 dit ei: Dimitte eum vt maledicat. Dominus
enim præcepit vt maledicat Dauid. Et quis
eſt qui audeat dicere, quare ſic feceris? Mi-
rabilis obedientia: mirabilis humilitas, mi-
rabilis patiẽtia ſanctiſsimi regis. Audi quid
cogites, quid etiam loquaris in hominum
perſecutionibus, & Sathanæ inſidijs. Domi
nus præcepit vt maledicat. Et quis eſt qui
audeat dicere quare feciſti ſic? Eſto humi-
lis in Dei flagello: patienter feras & domi-
nus reſpiciet. Vtriq; amplior ſubſtantia re-
ſtituta eſt & regnum. Quid dicit ſcriptura
Cap. 42. de Iob? Dominus benedixit nouiſsimis
Iob magis quàm principio eius. Et facta
ſunt ei quatuordecim millia ouium, & ſex
millia camelorum, & mille iuga boum &
mille aſinæ. Et fuerunt ei ſeptem filij & tres
filiæ. Dauidi verò reſtituit regnum, pendẽ
2. Reg. 18 te Abſalone in quercu, ibiq; transfoſſo. Vi
des quantum proſit obedientia, patientia,
& fides in Deum, cùm de manu eius flagel-
lum in nos, aut in res noſtras venire confite
mur? Haud ipſe diabolus poteſt tãgere fim
briam veſtis noſtræ, niſi à Deo ſibi conce-
Leuit. 11. datur. Non poſſunt neq; in porcos, qui im-
Deut. 14. mundi erant apud Iudæos, introire, aut per
dere illos ſine domini licentia. Qui quidē
porci neque ad Domini ſacrificium aut cul

tum, neq; ad Iudæorum cibum deſeruire po
C terant. Quantò magis nos & noſtra in Deũ
ordinata ſub illius cura erunt? *Et conceßit eis*
ſtatim Ieſus. Non diſtulit inſequentem diē:
imò neque in vlteriorem horam: ſed ſtatim
conceſsit. Non quidem vt ſtatim perderent
millia porcorum, ſed vt ſtatim liberaretur
miſer ille homo à legione dæmoniorum.
Tale ac tantum eſt ſtudium cordis Ieſu er-
ga nos & noſtram ſalutem, vt ſtatim conce
dat dæmonibus, quod ab eo rogant, dum
modo ſtatim curetur homo qui vexabatur
ab illis. Nec magnum hoc ſtudium domini NOTA
Ieſu in re hac tantùm comprobes, qui con- *ualde.*
ceſsit dæmonibus ſtatim intrare in porcos,
cum proprium ſanguinem, & mortem cru- *Redẽptio*
cis conceſſerit diuinæ iuſtitiæ in precium *noſtra quã*
noſtræ redemptionis, & tunc quidem, cùm *precioſa*
patri cœleſti viſum eſt vt redimeretur ho- *Chriſto.*
mo. Ingrediens mundum inquit: Corpus Heb. 10.
aptaſti mihi, ecce venio. Ecce ego in flagel
la paratus ſum, & animam meam pono pro
eis. Magnificentius eſt iſtud STATIM.
Sublimior licentia cõceſſa eſt diabolo & te-
nebrarum principi, non quidem in porcos, *Luce.* 22.
D ſed contra ipſum Dominum & regem cæli.
Hæc eſt hora veſtra & poteſtas tenebrarũ.
Et fecit diabolus quæcunq; potuit aduer-
ſus Chriſtum, donec cruci affixit illum, &
ſic mundus liberatus eſt, qui à mille legioni
bus dæmoniorum poſsidebatur in peſsima
idolatria. Dilata hoc argumentum. Obſer
ua ſuper omnia quàm ſis obnoxiꝰ Chriſto, *Eſai.* 50.
qui ſtatim conceſsit ſuum corpus flagellan
tibus, & maxillam percutientibus, & dedit
precioſum ſanguinem pro tua ſalute. De
quo Apoſtoli Petrus & Paulus: Empti eſtis 1. *Cor.* 6.
precio magno glorificate & portate Deum
in corpore veſtro: Non corruptibilibus
auro & argento, ſed precioſo ſanguine, &c. 1. *Petr.* 1.
Vt virtutes annũtietis eius, qui de tenebris *Cap.* 2.
vos vocauit in admirabile lumen ſuum. Væ
illis qui aduerſus hanc gratiam ingrati inue
niuntur. Dilata & pondera. *Et conceßit eis*
ſtatim. Etiam ſciens quidnam eſſent facturi:
& hoc etiam conceſsit: vt perderent por-
cos. Dominus enim illorum erat, & quod
vellet, licebat ei facere. Præcipuè cum eius
gloriæ & noſtræ ſaluti deſeruiret huiuſmo-
di opus: in eo quòd miraculum reddebatur
clarius, & notitia potentiæ ſuæ diuinitatis
ad noſtrã ſalutem. Bene nobis & rebus no- *Seruire*
ſtris conſulit, cùm ad gloriam ſuam etiã cor *Deo nos*
pora noſtra carceribus, gladijs, ignibus deni *& noſtra*
que *debent.*

Ioan.9. que & morti tradit. Et certè otioſa ſunt omnia, quæ eius magnificentiæ & præconio laudis non deſeruiunt. Cæcus ille à natiuitate, pro Christi gloria ſic natus eſt: & bene cum illo agebatur: imò meliùs quàm ſi in ſua natiuitate luminaria clariſsima ab eo accepiſſet. Petro Apoſtolo prædixit Dominus mortem eius, per quam Deum clarificauit. Abrahæ mandat chariſsimi Iſaac immolationem, & in hoc ſummum bonum repromiſit ei, & cũctis hominibus. Gratum ſit tibi, & immortales redde Domino tuo laudes & gratias, ſi aut̃ te, aut tua pro ſua gloria expendit. Et maiora & ſublimiora in hoc præparat & promittit. *Et conceſſit eis ſtatim.* Poterat quidem ſine hac licentia curare & liberare illum miſerum dæmoniacum, neque in conditionem pro exitu ſuo dæmones hoc petierunt, qui trementes diuinam potentiam, deprecabantur ne mitteret eos in abyſſum & gehennam ignis, ſed vt doceret quomodo propter ſalutem proximi, & præcipuè ſpiritualem, expendenda ſunt omnia statim & cum alacritate. In hoc comprobatur vera dilectio. Non enim ſatis eſt verbo diligere, ſed opere & veritate. De quo Apoſtolus: Ego autem libentiſsimè impendam, & ſuper impendar ipſe pro animabus veſtris: licèt plus vos diligens, minus diligar. Glorioſum verbum & omni acceptione digniſsimum. Licet minus diligar, impendam & ſuper impendar ipſe pro animabus veſtris. *Statim.* Occurre proximo tuo qui operam tuam habet neceſſariam: imò antequam orationem immittat. Generoſi animi hoc eſt, & gratiſsimum ſacrificium Deo. Obſerua in hoc facto Saluatoris & in alijs ſimilibus, quòd non licet tibi facere quod ipſe Dominus noſter cõprobatur feciſſe. Permiſit dæmonibus ire in porcos, ſciens quid eſſent facturi. Hoc quippe tanquam Dñs fecit: ſicut de vaſis aureis & argenteis & veſte plurima Aegyptiorũ, quæ ab eis abſtulere Hebræi, doctores plurimi tradunt: ſed vt placet diuo Irenæo potius officium iudicis egit, quàm Domini. Quippe qui Hebræi ſeruierunt Aegyptijs, nullamque laboris mercedem acceperunt, neque erant ſerui illorum, vnde debitum erat quicquid ab eis acceperunt: neque res alioquin debitas vlla alia erat via repetendi. Altera erat cauſa, quoniam in bello iuſto res hoſtium victoriæ iure auferre poterant.

Marginalia (left): Ioan.21. — Gene.22. — NOTA valde. — Proximus quomodo diligendus. — 1.Ioan.3. — 2.Cor.12 — Opera Christi nõ omnia imitanda. — Exodo.12

A Quemadmodum & Epiphanius explicuit: & docuit antea Clemens Alexandrinus. Quod facile colligitur ex libro Sapientiæ. Et reddidit iuſtis (inquit) mercedem laborum ſuorum. Et iterum: Ideo iuſti tulerunt ſpolia impiorum. Sed ad factum Saluatoris reuertamur. Conceſsit dæmonibus quod deſiderabant. Peccauit in occulto Dauid, & fecit verbum illud manifeſtum omni Iſrael, & orbi. Cogitabant mala in cordibus ſuis aliquãdo Iudæi contra Dñm: Quibus ipſe: Quid cogitatis mala in cordibus veſtris. Non licet tibi cũ damno proximi tui alicui licentiam concedere, aut in bonã illius, aut in corpus ſuũ proprium, niſi fueris iudex, & iure ad hæc condemnatus fuerit. Non licet tibi ſecreta peccata proximorum in aures aliorum propalare, ſed graue erit tale dictum. Quę enim tanquã Dominus vniuerſorum fecit altiſsimus, aut ex ſecreto conſilij ſui & decreto iuſtitiæ ſuæ emanant, non tibi licet facere ſimilia: ſed audi mandatum oris eius. *Et conceſſit eis ſtatim Ieſus,* Porci inter animalia immunda ſecundùm legem annumerabãtur.

B Vnde glorioſi illi fratres ab impijſsimo Antiocho varijs tormẽtis abſumpti ſunt, quia carnes ſuiles edere noluerunt, & inter martyres iure computantur. De ratione autem mundorum vel immundorum animalium & cæterorũ, elegantiſsimè diſſerit Ariſteus vnus ex legatis Ptolomęi Philadelphi regis Aegypti ex doctrina Eleazari ſummi viri apud Iudæos, qui & pontificatus digni tate inſignis fuit. De quo infrà cum Euſebio Cęſ. Inter immunda animalia ſus & porcus non vltimo loco iacent. Quippe qui inter immundiſsimum cenum volutantur, & gaudent inter ſpurcitias. Per quæ merito luxurioſus homo, & carnalis deſignatur: qui & diabolo conceditur: apud quem libenti animo agit ſuas delitias, & tantò iucundiùs, quanto plùs concupiſcentiam illius accendit in rabiem luxuriæ & libidinem. Huic quidem quæ valde immunda ſunt in meretrice, pluſquàm luminaria cæli placent, quæ turpe eſt & dicere. Vnde filius prodigus poſtquã conſumpſit oĩa bona ſua viuẽdo luxurioſè, paſtor gregis porcorũ factus eſt. Qui oẽs ſenſus in ceno luxurię paſceret ex recordatione prẹteritarũ delitiarũ. De huiuſmodi dicit diabol⁹ ad Chriſtũ: Mitte nos in porcos, vt in eos introeamus. Et conceditur eis ex iuſto iudicio ſuæ æqui-

Marginalia (right): In lib. Anchoratus. — Libro.1. Stromacũ. Cap.10. — 2.Reg.12 — Matth.9. — Porci immundi. — 2.Mac.7. — Euſe.Cæſ. libro.8. de præparatione Euangelica, cap.3 — Luxurioſus per porcum ſignificatus. — Lucæ.15.

æquitatis,Et præcipitantur in mare multo-
Iude.1. rum criminum, etiam vſq; ad Sodomæ con C
ſortium & exemplum: & abeunt poſt car-
nem alteram: maſculi in maſculos turpidi-
Rom. 2. nem operantes. *Et conceßit eis ſtatim Ieſus.*
Conceſsit omnia quæ petierunt: ne irent in
abyſſum, ne expelleret eos extra regionẽ,
vt intrarent in porcos. Quantam ex hoc fa-
cto confidentiam in orationibus vir iuſtus
& timoratus debet accipere? Quantã etiam
fiduciam in Deum,& ſpem venię peccator,
ſi ad dñm clamauerit? Cùm dęmones nõ re
pulſerit Dñs, ſed petita cõceſserit. *Et exeun
tes ſpiritus immundi introierunt in porcos, & ma
gno impetu grex præcepitatus eſt in mare ad duo
millia, & ſuffocati ſunt in mari.* Obſerua pri-
mò quòd breue tempus intra porcos habi-
tauerunt dæmones, cum certè intra homi-
nem per multos dies fuiſſe deſcribant Euan
geliſtæ. Super omnia curant,& vniuerſa in-
tentio eorum in hunc ſcopum dirigitur, vt
hominibus noceant: neq; de pecoribus,aut
eorum inhabitatione gaudent:ſed aduerſus
homines bellum eorum eſt abinitio. In ma
lum ergò dominorũ porcorum ſtatim prę-
cipites facti ſunt in illis,vt ſuffocarẽtur. Vi
de quomodo omnia ſunt contraria quæ in D
Chriſto relucent euidentiſsimè, & quæ in
diabolo. Chriſtus continuò,ſtatim conce-
dit immundis ſpiritibus ingredi in porcos,
dummodo ſtatim liberaretur homo. Dia-
bolus magno impetu eos præcipitat. Chri-
2. Cor. 6. ſtus itaq; liberat: diabolus ſuffocat. Nulla
proinde conuentio Chriſti ad Belial. Neq;
aliud bonum à diabolo cũcti ſerui eius ex-
pectent, quàm vt ſuffocentur per ipſum, &
trahãtur in abyſſum inferni. A Chriſto au-
tem curationem & liberationẽ inuenimus.
Vnde inter alia ipſe diabolus Dño Ieſu di-
Matth. 4. xit: Mitte te deorſum. Et ſi cadens in terrã,
&c. Hæc illi placent: hæc ſuis ſectatoribus
Col. 3. impendit. Chriſtus verò, quæ ſurſum ſunt
Pſal.145. quærite: non quæ ſuper terram. De quo
& .112. Propheta: Erigit eliſos. Et de ſtercore eri-
gens pauperem. *Suffocati ſunt in mari.* Euidẽ
ter demõſtrauit ex hoc facto quod immun
di ſpiritus erant intra hominem illum: neq;
naturali infirmitate tantum malum illi acci
diſſe. Quis enim dicere poterat quòd cura-
to homine, ad porcos infirmitas tranſierit,
& præcipitati ſint in mare? Præcipue cùm
ſimile homini illi nunquam acciderit, qui
illos omnes dæmones habebat. De illo ſcrì
bitur, manifeſtumque erat cunctis homini-
bus regionis illius, quòd haberet domiciliũ
C in monumentis, quod nullus domare pote-
rat cum quòd lapidibùs concidebat ſe,&c.
non tamen ꝙ aliquando ſe præcipitauerit
in mare. Cõuincuntur ergo omnes aduerſa-
rij & calumniatores gloriæ Chriſti, quòd

Diligentia Chriſti in comprobandis miraculis.

certè legio dæmoniorum erat,ſicut ipſi cõ-
feſsi ſunt,qui intra miſerum & calamitoſum
hominem à multis diebus inhabitabant. In
hunc modum ſedulus fuit dominus Ieſus in
comprobanda veritate miraculorum, quæ
ad fidei propagationem operabatur. Cum
eſſet in Cana Galileæ,& vellet oſtendere Ioan.2.
gloriam ſuam coram diſcipulis ſuis, vt in il
lum crederent, dixit miniſtris nuptiarum:
Implete hydrias aqua (erãt enim ſex)& im
pleuerunt eas vſq; ad ſummum. Et deinde:
Haurite & ferte architiclino. Cognouerũt
in primis experimento homines illi, quòd
hydriæ erant vacuæ. Secundò aquam ocu-
lis ſuis viderant,quam infundebant. Tertiò
manibus proprijs aſportarunt. Ex quibus
omnibus euidenter cognouerunt aquã eſſe
& nõ vinum quod in hydrijs reponebatur,
& teſtes fideliſsimi inſtituebantur ſequẽtis
miraculi, cùm aquam in vinum cõuertit do
D minus Ieſus: neque locus eſſet calumniæ,ſi
quis dicere vellet, vinum antiquũ eſſe,quod
erat in hydrijs. In hunc modum cũ ſanctus Exo.4.
Moyſes quæreret à Dño vnde ſibi crede-
rent Iſraelitæ in Aegypto, dixit ei: Quid
tenes in manu tua? Reſpondit. Virgam. Et
Dñs ad illum: Proijce eam in terram. Quid
interrogat dñs Moyſem, cùm certiſsime ſci
ret virgam eſſe, quam manu tenebat? Ne
fortè dubitaret Moyſes atq; diceret, nũquid
colubrum manu tenebam? Et certiſsimus
fieret de veritate miraculi & ſigni. In hunc
etiam modum daturus dominus Ieſus mag-
num illud ſuę diuinitatis ſignum, cùm eſſet
morti proximus, vſq; in quartã diem diſtu- Ioan.11.
lit ſuſcitationem Lazari mortui: vt omni-
bus mors illius probaretur: & cùm multus
populus ad conſolationem eorum acceſsiſ-
ſet ab Hieruſalem: qui fętorem mortui ex-
animiſq; corporis experti ſunt. Tunc quidẽ
de monumento vocat Lazarum,& ſurgit li
gatis manibus & pedibus inſtitis. Sicq; in
multis argumentis Lazari mors compro-
bata fuit & reſurrectio. Vnde multi ex Iu-
dæis crediderunt in Ieſum. Semel hæc erãt
dicenda,& congruus locus hic viſus eſt. Ha
bes ex hoc præter illa quæ in ſuperioribus
diximus, vnde veritas miraculorum cõpro-
betur:

betur: ne forte fallaciam diabolus aut nequam homines inducant turpis lucri gratia: quod non rarò contigit. *Qui autem paſcebant eos fugerunt, & nunciauerunt in ciuitatem & in agros.* Porro paſtores gregis huius, conſpecto prodigioſo facto, nihil opitulati ſunt porcis, ſed metu territi fugerunt in vicinā ciuitatem, atq; in villas proximas, & quod vidiſſent omnibus narrauerūt. In quo manifeſte cōprobatur paſtores illos legionem dæmoniorū expauiſſe, & cognouiſſe verè eſſe dæmones, ſiquidem non expectarunt ad littus maris an corpora mortua aſcēderent, vt ea arriperēt: ſed timore correpti fugerūt. Fugere ergo oportet à diabolo qui nihil aliud meditatur & parat, quàm necem noſtrā & interitum ſempiternum. Etiāſi nō audias impetum iræ & furoris, quem diabolus excitat inter homines: fuge tamē & conuola ad refugium: quia cùm blanditur, iram acuit, & dentes ad deuorandum. Hanc do-

Gen. 49. Ioſeph fuga valde exēplaris.

ctrinam habes apud Ioſeph in Aegypto: qui rogatus à domina ſua, vt dormiret cum illa, nunquam operi nefario acquieuit. Quæ tandem apprehenſa lacinia veſtimenti eius moleſtabat & dicebat: dormi mecum. Pudicus autem iuuenis agnoſcens diaboli inſidias, relicto pallio fugit, & egreſſus eſt foras. Etiamſi omnia tēporalia oporteat omittere, & relinquere in manu diaboli, non dubitandum eſt Chriſtiano viro detrimentū, aut naufragium facere, & fugam capere. Ne-

Exodo. 2.

que minus clarum exemplum habes in Moſe fugiente ab Aegypto in ſolitudinem. Ibi Deum vidit & gratiam magnam inuenit. Propter hoc paſsim habes apud prophetas hanc vocem, Fugite. Lege. cap. 48. Hieremiæ & 51. Et 21. Eccli. vbi diſces hanc philoſophiam. Et cap. 4. Exodi. Sunt multi qui fugiunt diaboli furorem, ſicut paſtores iſti & ſtrepitum irarum, amatores facti quietis

Inſidiæ diaboli acriores, in delitijs.

& pacis: ſed minus cauti non conſiderant, quod certè in delitijs parat diabolus acriores inſidias, & tendit retia ad capiendum: & ſic in manus eius veniunt. Habes de re hac

Iud. 4.

optimum exemplum in Siſara & Iahel. Siſaram quidem aggredientem bellum cōtra Deboram & Barac, perterruit Dñs, & omnes currus eius vniuerſamq; multitudinem in ore gladij, in tantum vt Siſara de curru deſiliens pedibus fugeret. Egreſſa autem Iahel in occurſum Siſaræ dixit ad eum: Intra ad me Dñe mi, ne timeas, &c. Hic opus, hic labor eſt, cùm domine mi dicit: Tunc time,

A quia tunc inſidias parat, mortem machinatur in dulcedine lactis, & malleum, & clauū acuit ad trans fodienda tempora. De hoc habes mādatum apud diuū Paulū non vno loco tātum. Apud Timoth: poſtquā de auaritia & cupiditate diſputauit, & quanta mala ſequantur ex ea docuit, tandem inquit: Tu autem ò homo Dei hęc fuge, ſectare verò iuſtitiam, pietatem, fidē, charitatem, patientiam. Vtrumq; eſt neceſſarium ad ſalutem, & fugere peccata, & facere & ſectari iuſtitiam. Diuerte à malo, & fac bonū, inquit propheta. Fuga etiā viro forti ſæpenumero eſt neceſſaria. De quo Apoſt. Fugite fornicationem. Vnde Plato Laches, vel de fortitudine, manifeſtè reuincit definitionē Socratis de fortitudine, dicentis fortē eſſe qui ordinem ſeruans in oppugnandis hoſtibus inſtat, nec refugit. Adducitque Plato Scythas, qui nō minus fugiendo, quā ſequendo pugnāt. Et Homerus equos Aeneę laudās, ait, celerrimè hinc & illinc perſequi atq; fugere: Aeneāq; ipſum ab ipſa metuendi ſciētia quādoq; laudauit. Et Lacedemonij non ſubſtinentes impetū Perſarū fugientes vicerunt. Lege Ariſt. de fugienda voluptate, de quo nō ſemel in ſuperioribꝰ egimꝰ. c. 1. & c. 3. Et paſtores iſti ad cōfirmationē huiꝰ doctri-

1. cap. 6. Pſal. 33. 1. Cor. 6. Plato. Iliad. 1. 2. Ethic. cap. 9.

B nę & miraculi, fugerunt in ciuitatē & agrū. Præcones facti ſunt diuini operis & teſtes magnifici miraculi. Diffamauere verbum iſtud per agros & in ciuitatem. Similia requirit à nobis beatus Petrus Apoſto. Vos autem genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis. De hoc Paulus ad Epiſcopos & maiores natu Eccleſiarum Epheſi. Attendite vobis, &c. quam acquiſiuit ſanguine ſuo. Quid nobis pro maximo hoc munere faciēdū eſt? Statim illud docet Apoſt. Vt virtutes eius annuntietis, &c. Solo imperio ſuę maieſtatis ſibi dñs acquiſiuit hominē hūc, quē legio dęmoniorū poſsidebat, & paſtores annuntiarunt per agros. Et ipſi poſtmodū demādatur vt annūtiet quanta fecerit illi Deus. O vtinam grati inueniremur diuinis donis & muneribus. *Et egreſsi ſunt uidere quid eſſet factum: & ueniunt ad Ieſum: & uident illum qui à dæmone uexabatur ſedentem ueſtitum, & ſanæ mentis, & timuerunt.* Egreſsi nimirum de ciuitate, ſicut beatus Matthæus teſtatur. Et ecce tota ciuitas exijt ad Ieſum. Vterq; Euāgeliſta docēt ad Ieſum veniſſe homines illius ciuitatis: qui à paſtoribus audierunt, quę Dñs fecerat

1. cap. 2. Act. 20.

mira-

mirabilia aduerſus dæmones pro homine,
& eius liberatione. Sed & beatus Lucas cũ
noſtro Euangeliſta addit: Et exierunt vide
re quod factum eſt. Ab Hieroſolyma cùm
ſuſcitauit à monumento Lazarum ſaluator,
Ioan. 11. venerunt multi, non ſolum vt Ieſum vide-
rent:ſed & Lazarum, quem ſuſcitauit à mor
tuis. Sine miraculis non veniunt ad Ieſum:
& cum veniunt, mirabilia deſiderant, quæ
*Luce.*22. ab eo fiebant. Sic & Herodes ex multo
tempore deſiderabat aliquod ſignum ab eo
fieri, propter quod viſo Ieſu, gauiſus eſt.
Amatores ſunt homines ſignorũ. Hæc ma-
ximè eos reuocãt à domo, à ciuitate, & etiã
vſq; ad ciborũ contemptum perducunt. A
*Cap.*6. Ioãne deſcribitur turba magna ſequẽs dñm
Ieſum, quia videbant ſigna quæ faciebat ſu
per ijs qui infirmabãtur. Cùm verò abſcon
dit ſuæ diuinitatis virtutẽ, etiam ſui & cha
*Matth.*26 riſsimi, relicto eo fugiunt. Quod manifeſtũ
eſt in diſcipulis ſub ipſa hora paſsionis ma-
Sequendus giſtri beatiſsimi. Quàm facile eſt exire ad
Chriſt⁹ & Ieſum cũ glorificatur in mirabilibus ſuis,
quærendus cũ imperat dæmonibus, cùm ſanat omnes
quomodo. infirmitates, fugiunt tamen ab eo cum veſti
gia paſsionis eius & mortis proponũtur imi
*Math.*17. tanda. Quã facile eſt Petro in monte Tha-
bor cũ vidit gloriã vultus Ieſu dicere: Dñe
*ibidem.*16. bonũ eſt nos hic eſſe. Qui deinde cum iura
mento negat, ſe ſcire Ieſum. Aliter docet
*Rom.*8. Apoſt. Paulus: Nõ accepiſtis ſpiritus ſerui-
tutis iterũ in timore, &c. Si autẽ filij & hęre
des, hæredes quidẽ Dei, cohæredes autem
Chriſti. Si tamen cõpatimur, vt & conglori
ficemur. Vnde qui cũ Dauide labores ſuſti
nuerunt, poſtmodũ conglorificati cum illo
ſunt. Vnde beatiſsim⁹ Paulus exire nos do
cet ad Chriſtũ, ſed nõ ſicut exierunt homi-
nes iſti. Audi & cõſidera qualiter deſcribat
doctrinã hanc. Primo quidẽ beatam crucẽ,
in qua paſſus eſt & mortuus extra Hieruſa-
lem proponit, & ſanguinẽ precioſum, quo
ſanctificauit & redemit popupulũ ſuum, ac
deinde doctrinã infert quam perſequimur.
*Heb.*13. Ieſus vt ſanctificaret populũ ſuũ extra por-
tam paſſus eſt. Exeamus igitur ad eum ex-
tra caſtra, improperium eius portantes. Ex-
tra ciuitatem transfiguratus eſt in monte:
ſicut in monte crucifixus. Quare ergò non
vocat nos Apoſtolus ad eius glorificatio-
nem, & ſplendorem diuinum vultus eius,
Luce. 22. ſed ad improperiũ crucis. Quia ſicut opor-
tebat pati Chriſtum, & ita intrare in glo-
riam ſuam, ſic & firmiùs multò oportet nos

compati, vt & conglorificemur. Extra ca-
C ſtra ergò exeundum nobis eſt portantes
eius improperium. Non enim habemus
hic ciuitatem permanentem. De quo Mi- *Heb.* 13.
cheas propheta: Surgite & ite, quia non ha- *Cap.*2.
betis hic requiem. Denique Dominus di-
xit: Qui vult venire poſt me, abneget ſe- *Matth.*16
metipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequa
tur me. Exeundum eſt ergo ad contemplan
da mirabilia, quæ dominus Ieſus fecit, ſed
ſummo ſtudio ad improperium crucis eius.
*Et uident illum qui à demonio uexabatur, ſeden-
tem & ſanæ mentis, & timuerunt.* Beatus Lu-
cas locum vbi ſedebat deſcribit: nimirum
ad pedes Ieſu. Singula verba tibi ſunt no-
tanda. Cùm obſeſſus eſſet homo iſte à le-
gione dæmoniorum, non induebatur, non
detinebatur, etiam catenis & compedibus
ligatus: vllulabat in montibus, & concide-
bat ſe lapidibus. Quæ omnia teſtimonium
perhibebant præſentiæ dæmonis, & in fu-
rorem verſus homo, hæc & alia multa facie
bat. Contraria omnia accipit à cœleſti me-
dico. Primò ſanam mentem, cùm liberatur
à diabolo: Secundò, veſtitũ: Tertiò quietẽ
& manſuetudinẽ ad pedes Ieſu dñi noſtri.
D Deniq;(quod maius omnibus eſt) factus eſt
Dei & Spiritus ſancti habitatio per gratiã.
Totum quippe hominẽ ſanum fecit Dñs.
Hæc omnia à dño Deo ſperare & quærere
debet peccator. Homo enim peccator cum
à dño curatur, ſanæ fit mentis: nec iã furio-
ſus apparet: Sicut in Saule & Dauide aliquã *1.Reg.* 16
do cõprobatum fuit. Spiritus malus arripie
bat Saul, & Dauid tollebat cytharã, & per-
cutiebat manu ſua, & refocillabatur Saul, &
leniùs habebat: recedebat enim ab eo ſpiri
tus malus. Quis eſt hic Dauid qui pſallit per
cutiens citharã decem cordarũ, niſi dñs Ie-
ſus, qui in lege mandatorũ ſuorũ dulciſsimè
ad cor noſtrũ canit: quem cũ audierit Saul,
id eſt, peccator à diabolo poſſeſſus, refocil-
latur, & melius habet: liberatur enim à dia-
bolo. Secũdò homo iſte nudus deſcribitur,
cùm ſpiritũ malum habebat, cùm verò libe
ratus eſt à Chriſto, veſtitus inuenitur à ciui
bus Genezareth. Et filius prodigus huic ſi-
milis deſcribitur à B. Luca. Quem vidẽs pa *Cap.*15.
ter miſericordia cõmotus ſuper illũ, pręter
alia multa quæ ei cõtulit, de ſtola qua indue
retur ſic legis. Proferte cito ſtolam, ne vide
retur turpitudo nuditatis illius & cõfundere
tur corã patre ſuo. O ſuauiſsimum verbum,
CITO. Vide quàm clarũ oſtiũ nobis ape-
ritur

ritur ad loquendum de nuditate peccatoris & de veſte gratiæ, quam ei concedit dominus per pœnitentiam. Nũquam aut Ioſeph in domo patris talari tunica, aut in Aegypto à Pharaone, aut Daniel in Babilone, ſic honorificè induti ſunt purpura, & circundata ſunt colla eorũ in torquibus aureis, ſicut hæc tunica, aut ſtola, aut veſtimentum hoc de quo agimus ſermonem, ornant hominẽ à peccato liberatum per pœnitentiã. Quod vnico verbo Paulus expoſuit dicens: Omnes qui in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Non induiſtis ſolis ſplendorem: ſed Chriſtum induiſtis inquit, id eſt, gratiam, quam ſanguis Chriſti precioſus meruit vobis: per quam diuinæ naturæ conſortes facti eſtis. Denique qui nec catenis, nec cõpedibus detinebatur, iam in manſuetudine mirifica ad pedes domini Ieſu deſcribitur obuolutus. Ibi etiam erat mulier illa peccatrix, ac deinde ſemper. Vt certè doceatur pœnitens de colenda humilitate poſt remiſsionem criminum, & de imitatione veſtigiorum Domini. Humilitatis inſigne eſt ſeſsio ad pedes alterius. Hanc humilitatem vniuerſa ſcriptura docet. Sed locum vnum accipe à beatiſsimo Paulo. Qui cum in aures omnium hominum perpetuò canenda crimina ſua deſcriberet, & diuinæ miſericordiæ largitatem ad Timoth, inquit. Fidelis ſermo & omni acceptione dignus, quia Chriſtus Ieſus venit in hunc mundum peccatores ſaluos facere, quorum primus ego ſum. Non quidem omnium primus eſt Paulus, cum priùs deſcribantur Matthæus, Zachæus, Mulier peccatrix, Petrus, Latro in cruce. Sed primus idem eſt; ac excellens, ſicut exponit beatus Auguſtinus. Primus ſum inquit. Quid hoc ſibi vult? Quare ſic loqueris ô Paule? Nonne plenus Spiritu ſancto tu es? Nonne confirmatus in gratia? Nonne gentium Apoſtolus per Deum? Certè ſic. Quare ergo dicis ſum? Forſan credendum tibi eſſet ſi diceres, quorum primus fui, cùm autem in verbo præſentis temporis ſermonem agas, quis tibi dabit fidem, & credet ſermonibus his? Attende qualiter ſeruat humilitatem Apoſtolus, & docet illam etiam ſi ad culmen virtutum, & ad tertium cælum aſcenderit. Certum eſt quòd remittens Deus peccata, gratiam donat, & diuitias donorum ſuorum, non tamen facit quòd aliquando non peccauerimus. Hoc enim

Gene. 37. & 41. *Gratia talaris tunica* *Gal. 3.* *2. Petri. 1.* *Luce. 7.* *Humilitas peccatoris & Pauli.*

A ſolo priuatur Deus, ingenita facere quæ facta ſunt: neque condonans peccata, facit quòd nunquam peccauerimus. Hoc conſiderans ſanctus Apoſtolus de præſenti loquitur: nec reſpicit quod per diuinam gratiam eſt, ſed quod fuit, & quod certè eſſet in æternum, niſi Dei gratia illum præueniſſet. Primus ſum omnium peccatorum inquit, quos Dominus Ieſus vocauit. Accipe ergo gratiam quam tibi concedit altiſsimus & miſericordiam ad humilitatem, & ad concelebrandum diuinas laudes, & ad glorificãdum Deum in miſerationibus ſuis multis: & attende quod fuiſti, vt ſic ad pedes domini Ieſu cum homine iſto, & muliere peccatrice ſedeas per humilitatem. Hanc doctrinam tradebat Apoſtolus ſuis Corinthijs: Quorum peccata cum primò deſcripſiſſet, deinde intulit poſt diuinæ gratiæ præconia, ſed hæc fuiſtis, &c. Magnæ philoſophiæ præceptũ habet huiuſmodi ſeſsio ad pedes Domini. Inter cæteras tentationes, quas tibi parat diabolus poſt remiſsionem peccatorum, eſt gloriatio in victoria & virtutibus, in lachrymis, in eleemoſynis. Sed tu ſede ad pedes domini Ieſu per humilitatem: lauda diuinam miſericordiam, & dic cum Paulo: Primus omnium
B ego ſum: & ſequere veſtigia eius, qui ſaluauit te de manibus inimicorum tuorum, & in manſuetudine ſuſcipe inſitum verbum doctrinæ, quod poteſt ſaluare animam tuam. *Et timuerunt.* Beatus Lucas dixit, & hoc verbũ. Tenebantur (inquit) timore magno. Venerari oportet mirabilia opera Domini: non irridere, ſicut faciebant Scribæ & Phariſæi, aut obſcurare, & calũniari. Docent hanc doctrinam ſacri illi tres viri in monte Thabor: qui vidẽtes magnalia Dei ceciderunt ſuper facies ſuas timentes. Cùm autem de viris iſtis dicitur quòd timuerunt, mihi videtur de ſeruili timore eſſe interpretandũ. Quod inde probatur, quia rogare cœperunt dñm, vt diſcederet à finibus eorũ. Timet & turbatur humana infirmitas, cũ reuelatur diuina authoritas, & maieſtas declaratur. Vnde Herodes turbatus eſt cũ primo audit: vbi eſt qui natus eſt rex Iudæorũ? Turbãtur oẽs inſipientes corde, qui pœnitentiã non egerunt, cum reuelatur Domini maieſtas. Quid fiet in Iudicio? *Et narrauerunt illis qui uiderant qualiter factum eſſet ei qui dæmonium habebat, & de porcis.* Nõ inuidẽt gloriæ Chriſti & laudibus eius

NOTA valde. *1. cap. 6.* *Tentatio post pœnitentiam.* *Iacob. 1.* *Matth. 17.* *Matth. 2.*

eius: ſed ad proximorum ſalutem ſpiritualem magnalia Dei enarrant: neque aliquid eorum quę viderant, abſcondunt: ſed ſingula prędicaut quę in homine facta ſunt, & de porcis: vt magis ac magis potentia Chriſti agnoſcatur ab illis, & ad fidem trahantur.

Dilectio Dei et proximi. Verè dilectionem Dei & proximi in hoc oſtendunt. Opera enim Dei reuelare & confiteri honorificum eſt Deo ſcilicet, &

Tobiæ. 12 ad ſalutem proximorum. *Et rogare cœperunt eum, ut diſcederet à finibus eorum.* Nonne miraris? Nonne obſtupeſcis? Quid eſt quod homines iſti cæleſtem medicum agnoſcētes, & virtutem potentiæ eius, qui & dæmonibus imperabat, & obediebāt voci oris eius, imò & deprecabantur multum, ne mitteret eos in abyſſum, qui languores curabat, & vulnera hominis, qui lapidibus ſe concidebat: quid eſt quod nō inuitant & rogant eū, vt apud ipſos ſaltē per diem maneat? Et rogant, vt à finibus eorū diſcedat. Nolūt dñm Ieſum cum dāno rerum temporalium recipere: ideo rogāt vt à finibus eorū diſcedat, ne forte in vineis, aut arboribus, aut ſegetibus ſimile cōtingat, quod de porcis narratū eſt illis.

Mundus quomodo diligit Chriſtum. Ecce perfecta imaginem ferè omnium peccatorum: qui omnes Chriſtum & ſanctā legem eius diligunt & venerantur: dummodo de honoribus, de rebus temporalibus, de diuitijs cum aliquo detrimēto non præcipiat. quæ oīa magno precio ſunt apud illos. Placet eis Chriſtus, lex eius & fides, ſed dilectio inimicorū diſplicet, & famę, pecuniarumq; reſtitutio nō eſt grata. Et cū de his agitur, rogāt vt diſcedat Chriſtus etiā à finibus eorum. Nec verbum vnum de iſtis volunt audire: ſed qui de his loquitur, nō eſt

Num. 32. amicus eorum. Quos bene apud Moyſem filij Ruben & Gad, & dimidia tribus Manaſſe exprimunt, qui multa pecora & iumēta poſsidentes, dum extra Iordanē ea quæ viderant, cāpeſtria concupiſcunt, in repromiſsionis terra hæreditatē habere noluerūt dicentes: Terra quā percuſsit dñs in cōſpectu filiorum Iſrael, regio vberrima eſt ad paſtum animalium: & nos ſerui tui habemus iumenta plurima, precamurq; ſi inuenimus gratiam coram te, vt des nobis famulis tuis eam in poſſeſsionem, nec facias nos tranſire Iordanem. Qui igitur iumenta plurima poſsident, Iordanem tranſire fugiunt: quia quos multa mundi implicamenta occupāt, hi habitationem cæleſtis patriæ non requirunt. Sed ipſa eos, quam ſpecie tenus,

C tenent, fides increpat, ne ocij delectatione torpeſcant, atq; exemplo ſuo alios à laboris tollerātia & ſtudio longanimitatis frāgant. Vnde eis per Moyſem dicitur. Nūquid fratres veſtri ibunt ad pugnam, & vos ibi ſedebitis? *Ibi.* Cur ſubuertitis mentes filiorum Iſrael? Sed quia erubeſcunt non defendere quod cōfitentur, pro eadem fide, quam pro feſsi ſunt, ad certam improperant, eamque **NOTA** *valde.* non ſibi, ſed proximis vendicant: Qui eleganter apud Matthæum cap. 13. deſcribuntur: cum domino inquiunt viſis zizanijs in medio tritici: Vis imus. Colligimus. Quæ verba præſenti temporis ſunt: & animi præparationem ad vindictā malorum indicāt: ſed tamen ad Galaad reuertuntur. Et quia præceps erat eorum animus ad radicāda zizania: dominus ad illos. Non ne forte eradicantes zizania eradicetis triticum. Iudicium enim rectum non erit cùm maturitas examenq; cauſæ deeſt: Dilata & pondera: quia certè ſic exponitur parabola illa vtiliter & elegāter. Fietq; ſermo ad principes & iudices Eccleſiaſticos ſatis vtiliter, quibus non cōuenit: verbum Imus, & colligimus, ſed eamus maturè deliberādo, &c. Et illi ad Moyſem dicunt: Caulas ouium fabricabimus, & ſtabula iumentorum, paruuliſq; no-

D ſtris vrbes munitas: nos autem ipſi armati & accincti pergemus ad præliū inter filios Iſrael. Qui mox fortes pro alijs veniunt, & repromiſsionis terram ab hoſtibus liberāt, & relinquunt: atq; ad paſcenda armenta extra Iordanem redeunt. Multi quidem quāuis fideles, curis præſentibus occupati, quaſi armenta extra Iordanem paſcunt: quia contra fidem baptiſmatis tota mente omnique deſiderio rebus perituris inſeruiunt. Qui tamen, vt diximus, cum fidei tentatio oritur, defenſionum armis accinguntur. Hoſtes fidei ſuperando trucidant, & hæreditatē terræ repromiſsionis, id eſt, fructum fidei non amant, ſicq; pro illo pugnant, vt tamen ſua pignora extra illam deponant. Quia enim paruulos foris habent, affectum in eius habitatione non habent. Vnde ad campeſtra redeunt: quia ab altis cacuminibus motium, quaſi aſpe cœleſtium dilabuntur: vt extra repromiſsionis terrā bruta animalia nutriāt: quia ad paſcēdos varijs deſiderijs irrationales animi motus elaborāt: quia æternę lucis quanta ſit claritas neſciunt, quia tranſitorijs occupationibus obcœcantur, & dum de terrenis rebus ſuperbiunt, cæleſtis ſibi luminis aditum

Grego. in 36. cap. Iob. li. 27. c. 7. Orig. homil. 26. in 32. cap. Num. *Phil. 3.*

aditum claudunt. Hæc Gregorius. Lege Orig. ſuper hoc cap. Numerorũ. Non ſic diuus Paulus, qui virtutem Chriſti agnoſcens & ſanctæ legis eius, per cuius obſeruantiam ad illum peruenitur, inquit: Omnia arbitratus ſum vt ſtercora, & detrimentum feci, vt Chriſtũ lucrifaciam. Quæ ſunt omnia hæc, quæ Paulus arbitratus eſt, vt ſtercus terræ, vt lucrifaciat Chriſtũ? Quod certè Hebręus erat, & de tribu Beniamin, & profeſsione phariſæus: quæ omnia non vulgaris gloriæ erant apud illos. Hæc omnia arbitratus eſt vt ſtercora Apoſtolus propter Chriſtũ. Lege ſequentẽ literã. Noſtri autẽ peccatores

Matth. 16

nõ audiunt verbum illud. Quid prodeſt homini ſi vniuerſum mundũ lucretur, animæ vero ſuæ detrimentũ patiatur? aut quam dabit cõmutationem pro anima ſua? *Et rogare cœperunt ut diſcederet à finibus eorum.* Forſan in gratiã dñi porcorum, cui, vt diuiti & magnati placere ſtudebant etiã cum tanto damno bonorũ ſpiritualium, quæ à Chriſto expectare poterant inuenireq;.

NOTA *ualde.* *Adulatio.*

Familiare nimis hoc vitium eſt cũctis regnis, prouincijs & ciuitatibus. Quot inueniuntur qui ad captandam gratiã diuitum, etiam Chriſtũ blaſphemant? Quot qui in menſa & in ſolario domus cum ad cibos & confabulationes magnates ſedent, eis blandiuntur, adulantur, omnia eis licere affirmant, etiam pupillos, ac viduas opprimere. Væ illis, adulantium enim linguæ ligant homines in peccatis.

Lingua adulantium.

delectat enim ea facere, in quibus nõ ſolum non metuitur reprehenſor: ſed etiam laudatur operator. Aduerſus quos eſt ſermo domini in Ezechiele: Væ qui conſuunt puluillos ſub omni cubitu manus, & faciunt ceruicalia ſub capite vniuerſæ ætatis ad capiendas animas. Vbi beatus Gregorius: Quiſquis male viuentibus adulatur, puluillum ſub capite iacentis ponit: vt qui corripi ex culpa debuerat, in ea fulcitus laude quieſcat. Adulatio blanda omnibus applaudit, omnibus ſalue dicit, prodigos vocat liberales, auaros parcos & ſapientes, laſciuos curiales: garrulos affabiles: obſtinatos cõſtantes: pigros maturos & graues: Hæc ſagitta leuiter volat, & citò infigitur. Deniq; rogat vt à finibus eorum Chriſtus diſcedat. Gratum fuit omnibus reſpõſum Diogenis, cui, cum olera lauanti Ariſtippus dixiſſet, ſi Dionyſio adulari velles, iſta nõ ederes: imò inquit, ſi tu iſta edere velles, Dionyſio non adulareris. Hæc veridicus veritatis annun-

Cap. 13. *Greg. homil. 12. ſuper Ezech.* *Valerius Maxim. lib. 4.*

A tiator, malens oleribus ſuſtentari, quàm magiſtratibus adulari. Vitium hoc animi anguſti eſt, viri mendacis, ignaui, ſeruilis, futilis, humilis, abiectiq;, manatque à timore. Vnde Ageſilaus optimus ille Lacedæmonsorum rex nonſecus aſpernandum adulatorem, inſectandumq; eſſe dicebat, quàm propriæ vitæ inſidiatores. Et Iſocrates vir ſapientia & eloquẽtia peritiſsimus affirmat nullam principibus peſtem adulatore perniciosiorem eſſe: regemq; ſuum monet vt omnes illos euitet, & caueat, qui quęcunq; fecerit aut dixerit laudant: illis autem aſcultet atq; obtemperet, qui eum monere audẽt, & errata placide ac ſine cõtumelia caſtigare. Sapienterq; Demetrius Phatereus, Ptholomæum regem monuit, vt libros illos legeret, in quibus præcepta regibus, ac ducibus traduntur: quandoquidem doctiſsimi illi viri ea ſcribunt, quę nemo vnquam regibus ducibusúe dicere audet. Athenienſes priſcis tẽporibus adulatores capitali ſupplicio ex veteribus legibus afficiebant. Legimus enim Timagoram adulatorem Darij ab illis publico conſilio morte mulctatum, ne vnius ciuis molliſsimis blanditijs & Perſica corruptione tota ciuitas inficeretur. Legendus tibi eſt Seneca de re hac inde Tuſcula-

Adulationis uitium, cuius animi eſt. *Ageſilaus.* *Iſocrates.* *Adulationis peſtis.* *Demetri⁹ Phalereus ad Ptolomæum.* *Adulatores capitali ſupplicio puniebãtur ab Athenienſibus.*

B nis quæſt. lib. 8. & Epiſt. 60. 77. 43. 81. Et noſter Eſaias de re hac nos docet in hũc modum. Popule meus qui te beatum dicunt, ipſi te decipiunt, & viam greſſuum tuorum diſsipant. Et in Oſea ſic legis: In malitia ſua lætificauerunt Regem, & in mendacijs ſuis principes. Nonne legis quomodo Roboan Salomonis filius reijciens ſeniorum conſilium, & gratum habens iuuenum adulationem decem tribus perdidit, Iuda & Beniamin illi adhærentibus? Etiam regnum temporale adulatorum lingua perdit: & Chriſtum à finibus ſuis diſcedere rogat, quod ipſe fecit, *Cumq; aſcenderet nauim, cœpit illum deprecari qui à dæmonio uexatus fuerat, ut eſſet cum illo, & non admiſit eum, ſed ait illi: Vade in domum tuam ad tuos, & annuntia illis quanta tibi fecerit Deus, & miſertus ſit tui.* Iuſte ab eis diſcedit Chriſtus, qui propter bona temporalia, & adulationem, aſſentationemque in gratiam diuitum, nolũt neq; in finibus ſuis illum manere. Quid boni illis manet à quibus recedit dñs Ieſus? Et mundus hic ad occaſum vrgente ſole obſcuratur, tenebris obuoluitur, & malæ beſtiæ de cubilibus ſuis egrediuntur ad prædam. Hæc omnia ſpiri-

Cap. 13. *Cap. 7.* *2. Reg. 12* *Similitudo*

tualiter illis eueniant, qui Deũ à ſe abijciũt per peccata, & tamen nihili faciunt malum hoc grande, dum temporalibus detur illis frui delitijs ad votum. Vere perditio tua ex te eſt: non eſt quòd Deum accuſes ô homo, quia mille & miris modis tuam ſolicitat ſalutem: tu autẽ renuis & reijcis medicũ tuũ, & medicinam ſalutis. *Cœpit illum deprecari, qui à dæmonio uexatus fuerat, ut eſſet cum illo.* Vſq; huc nullum verbum ab ore hominis iſtius audiuimus: quod vel animi gratitudinem, vel gratiarũ actionem indicaret. Satis ſibi videbatur ſi manſuetus ad pedes ſui medici iaceret in teſtimonium ſuæ curationis. Cum autem videt magiſtrũ & ſaluatorẽ ſuum cõſcendere, iam deuoti cordis gratitudinẽ demonſtrat: & dñm deprecatur, vt ſibi liceret illius obſequijs & comitatu adhærere. *Et nõ admiſit eum.* Noluit dñs Ieſus vt cũ illo eſſet hic homo, aut ſequeretur eũ. Cuius ratio eſt, quia Apoſtolis & diſcipulis ſequentibus Chriſtũ, data eſt poteſtas faciendi miracula in prædicatione Euãgelij: ſi autẽ iſte, qui olim fuerat dæmoniacus, ſimilia faceret, à ſimplicibus & calũniatoribus poſſet imputari quod virtute dęmonis, & non Chriſti dono talia operaretur, & omnia mirifica acta Apoſtolorũ ſuſpecta eſſent. Non vulgarẽ curã pro hac rę dñs Ieſus habuit: vt per omnẽ modũ Euangelij doctrina ſcrupulo careret. Vnde mittens diſcipulos ſuos ad prædicandũ, inter alia hoc mãdauit: In quãcunq; autem ciuitatẽ aut caſtellum intraueritis, interrogate quis in ea dignus ſit: & ibi manete, donec exeatis. Super ordinatione Epiſcopi & diaconi Paulus loquitur: Oportet autem eos & teſtimoniũ habere bonum ab his qui foris ſunt. Apoſtoli nouã intrantes vrbẽ ſcire nõ poterant, quis qualis eſſet. Ergo hoſpes eligendus eſt fama populi, & iudicio vicinorũ, ne prędicationis dignitas ſuſcipientis infamia deturpetur. Hęc Hieronymus. Quanto magis oportebat ne per eũ qui dæmonia multa habuerat Euangelium diſſeminaretur & confirmaretur miraculis? De quo ad longũ ſuo loco dicendum. *Non admiſit eum.* Præuidens quidem futuram hominum impiorum malitiam, qui aduerſus ſanctos Apoſtolos dicturi erant per vniuerſas ciuitates, quod magicis artibus, & præſtigiationibus mirabilia operarentur, ne eorũ ſententia ſaltem probabilis appareret ex diſcipulo, qui legionẽ habuerat, nõ admiſit eũ. Ex hoc cõſuetum eſt in eccleſia, ne dæmo-

Oſe. 13.

Dæmonio curatus ſequere non admiſſus à Chriſto.

Matth. 10.

1. Tim. 3.

Hiero. ſuper. 10. ca. Matthæi.

C niaci & furioſi etiam ſi curentur, ad Eccleſiaſtica officia promoueantur. *Sed ait illi. Vade in domum tuam ad tuos, & annuntia illis, quãta tibi fecerit Dñs, & miſertus ſit tui.* Vt qui diu, valdeq; de malo tuo cõtriſtati ſunt, & gemibundi fuerunt, iam nunc de tua liberatione perfecta lętentur & cõgratulentur, & ex toto corde magnificas Deo liberatori tuo, laudes impendãt. Debẽt participes eſſe gaudij, qui fuerunt laborũ ſocij: & pręcipuè domeſtici & parentes domus. Obſerua primo ꝙ lege naturę parentibus noſtris obnoxij ſumus & propinquis, vt in bonis noſtris & proſperis ipſi ante alios cõmunicẽt. Propter quod Ioſeph cũ primo ſe manifeſtauit fratribus: ſtatim ad illos inquit: Nuntiate patri meo vniuerſam gloriã meã, & cũcta quę vidiſtis in Aegypto. Feſtinate & adducite eum ad me. Verè pietatem ſeruauit in parentẽ & coluit. Qui timent dñm, honorant parentes, & quaſi dominis ſeruient eis, qui ſe genuerunt. In omni patiẽtia & ſermone honora patrẽ tuum, vt ſuperueniãt tibi benedictio à Deo: & benedictio illius in nouiſſimo maneat. Honorandi quidẽ ſunt parentes & bona noſtra illis cõmunicanda ante

D omnes. Vade in domum tuã ad tuos (inquit Chriſtus homini huic) & nuntia illis ante omnes: *Quanta tibi fecerit dñs.* Obſerua ſecundò quod proprio idiomate & modo loquendi Hebręorũ, Deum, dñm cõpellauit. Vnde Lucas inquit: Quãta tibi fecit Deus. In quo manifeſte habes quòd ſe Deum & dñm dixit Ieſus. Ipſe enim ſublime hoc opus fecerat, per imperium admirabilis ſuæ potentiæ & virtutis. Nec in nomine Dei, aut dñi eiecit legionem ab illo. Propria ergo virtute & poteſtate, tanquam dñs & verus Deus, de Deo verò hæc faciebat: non ſicut Petrus qui dicebat: In nomine Ieſu Chriſti Nazareni, &c. Verè ergo ſe dixit & Deum & dominum. Sed & clarius in die Ramorum dñm ſe dixit, cùm mitteret Apoſtolos ad ducendam aſinam & pullum. Si quis aliquid vobis dixerit, dicite quia dominus his opus habet. Et ſtatim in cœna. Vos vocaſtis me magiſter & domine; & benè dicitis: Sum etenim. Et quantum cum memoria mea pugno, nõ video quo alio loco, ſeſe dominum dixerit Ieſus. In cæteris paſsim filius hominis dicitur. Quo verbo vſus eſt dñs & Deus noſter ad prophetas, & maximè ad Ezechielem. Propter hoc procul dubio, quia ad ſublimes reuelationes aſſu-

Parentes præponẽdi ſunt in bonis & lætis nuntijs.

Geneſ. 45.

Eccli. 3.

Dñs, Deũ ſignificat.

Ieſus dominũ & Deũ ſe dixit.

Actor. 1.

Matth. 21

Ioan. 13.

aſſuinebat eos: ne autem ſuperbia obſcura-
rentur, ſed verā humilitatem, quaſi clauum
ſeruarent tali nomenclatura loquebatur ad
eos. Vt qui patrem eorum cōmemorabat,
Adam ſcilicet, doceret quod certè terreni
& mortales eſſent, nec digni per ſe, vt ad tan
tam familiaritatem cum ſummo Deo ele-
uarentur. Et ſic in magnificis reuelationi-
bus habuerunt, vnde humilitatem ſeruarēt,
& gratias agerent. Dominus autem Ieſus
pro gloriatione infirmitatis ſuæ carnis ab
Adam, ſeſe confitetur filium hominis in
doctrinam noſtram & exemplum. De quo
alias, cap. octauo. *Annuntia quanta tibi fecerit
Deus.* Obſerua prudentiam mandati iſtius.
Forſan pateret inſidijs diaboli huiuſmodi
narratio & confeſsio beneficiorum, quod
vt ſecurè perficiat, addidit: & Miſertus ſit
tui. Ac ſi apertè diceret: Non ex meritis
tuis magnalia hæc tibi conceſsit Deus: ſed
Humilitas ex miſerationis fonte deſcendunt. Hoc ſum
mo opere ſeruandum nobis eſt in donis di-
uinis, ne ſuperbiamus & incidamus in la-
queum diaboli. Si tamen oportuerit, vel
neceſſarium fuerit coram hominibus nar-
rare, quæ tibi fecit Deus, adde ſtatim, qua-
Tit. 3. liter tui ſit miſertus. Non enim ex operi-
bus, quæ fecimus nos, ſaluos nos fecit: ſed
ſecundùm ſuam miſericordiam. De quo
1. Reg. 17 iam ſupra. Et in Dauide confirmatur, qui
commemorans coram Saule magnifica,
quæ fecit opera in leonem & vrſum, quos
interfecit, vt bonam mentem & ſpem con-
ciperet, dedit ſtatim gloriam Deo, & qua-
Dauidis liter ſui fuerit miſertus, expoſuit. Dominus
humilitas. qui eripuit me de manu leonis & de manu
vrſi, ipſe me liberauit de manu Philiſtæi
huius. *Et abijt & cœpit prædicare in Decapoli
quanta ſibi feciſſet Ieſus: & omnes mirabantur.*
Beatus Lucas inquit: Et abijt per vniuer-
ſam ciuitatem prędicans quanta illi feciſſet
Decapolis Ieſus. In Decapoli, nomen eſt regionis, &
dicitur à Deca, quod eſt decem, & Polis
quod eſt ciuitas, id eſt, in regione decem ci-
uitatum: & in ſua: per omnes plateas & vi-
cos eius, tanquam ab omnibus cognitus prę
dicabat ſuam liberationem, à legione dęmo
niorum, & qualiter deprecati ſunt Chriſtū,
&c. Magiſter philoſophiæ huius ante hunc
hominem extitit propheta Dauid: qui in
Pſal. 65. tribulatione ſua loquebatur. Venite & au-
dite, & narrabo omnes qui timetis Deum,
quanta fecit animæ meæ. Ad ipſum ore
meo clamaui, & exultaui ſub lingua mea.

Sed attende quam orationem exaudit Do- *Oratio ex*
A minus. Iniquitatem ſi aſpexi in corde meo, *audibilis*
non exaudiet dn̄s, id eſt, perſeuerantem in *quæ?*
malo voluntatem. De quo in Eſaia prophe *Cap. 1.*
ta Dn̄s: Cum clamaueritis, nō exaudiā vos:
manus enim veſtræ ſanguine plenę ſunt, id
eſt, adhuc in odio aduerſum fratres. Sequi-
tur in Dauide. Propterea exaudiuit Deus.
Quid eſt propterea? Quia certè iniquitatē
non aſpexi in corde meo. De quo ſtatim
in ſequenti miraculo. Iam gratam mentem
erga dona cœleſtia oſtendit, & gratiam &
miſericordiam liberatoris Dei commemo-
rat, etiamſi nō aſpexit iniquitatem in ſinu
ſuo. Benedictus Deus qui non amouit ora-
tionem meam, & miſericordiā ſuam à me.
Quæ omnia tibi ſunt facienda in donis cœ-
leſtis gratiæ, & ſic humiliter ſentire, etiamſi
exauditus ſis, & ſine iniquitate. *Et cum tran-
ſcendiſſet Ieſus in naui rurſus transfretum, conue
nit turba multa ad eum, & erat circa mare.* A
Capharnao venerat per mare dimiſsis ibi-
dem multis turbis, ſicut ſupra diximus. Quę
nīmirum magno tenebantur deſiderio ad-
uentus Ieſu, tum vt viderent illum, tū pro-
pter mirabilia quæ faciebat ſuper infirmos,
B & dæmoniacos. Sed quàm maximè expe-
ctandus erat vt audirent verba vitæ ab ore
eius. Cum ergo reuerteretur, cōuenit multa *Ioan. 6.*
turba inquit noſter Euāgeliſta, & B. Lucas. *Cap. 8.*
Excēpit illum turba. Erant quidem expe-
ctantes ab aliquo tempore aduentum eius.
Benè quidem. Audierant quod iam in pro-
ximo eſſet aduentus eius, & conuenit turba
ad mare, ita quòd antequam applicuit dn̄s,
iam illum deſiderabant. Ecce ſublimioris
philoſophiæ magiſterium deſiderari & prę *Deſidera-*
ſtolari aduentū dn̄i. De quo Dauid in pſal. *re dominū*
Expectans expectaui dn̄m, & intendit *qualr bonū*
mihi, & exaudiuit preces meas, & adduxit *Pſal. 39.*
me de lacu miſerię, & de luto fecis, &c. vſq;
& miſit in os meum canticum nouū: Quan
ta ſunt hæc ſi noſti: Quod exaudiat domi-
nus preces noſtras, & educat de lacu miſe-
riæ culpæ, & de luto fecis luxuriæ malig-
næ, quod ſtatuat ſupra petram pedes no-
ſtros (petra autem eſt Chriſtus) & quod
dirigat greſſus noſtros? Qualia ſunt hæc 1. Cor. 10
& quàm precioſa? Quæ omnia viro recto
euenerunt: quia expectans expectauit do-
minū. De quo etiam Hieremias in Trenis: *Cap. 3.*
Bonus eſt dn̄s ſperantibus in eum: animæ
quærenti illum. Bonum eſt præſtolari cum
ſilentio ſalutare Dei. Hic eſt Ieſus Chriſtus

dominus noſter. Quid eſt bonus eſt dñs, & Bonum eſt? Nũquid alicui dominus eſt malus? Non quidẽ. Sed cũ ni dicitur bonus eſt Dñs: omnia illa bona & diuina beneficia quæ ſuperius cõmemorauimus, & cætera, quæ ad noſtrã iuſtificationem & glorificationem conducunt, in vno hoc verbo: Bonus eſt dñs, recapitulauit Hieremias propheta. Bonũ ſui eſt diffuſiuũ & cõmunicatiuũ. Vide ergo quã tibi cõueniat cũ ſilẽtio ſalutare Dei prçſtolari. Propter hoc tantũ magnificat dñs Ieſus eos qui vigilãt omni tẽpore, expectãtes dñm ſuũ: quia neſciunt an in prima vel. 2. vel. 3. vel. 4. vigilia ſit vẽturus. Et propheta Dauid docet quomodo ſit expectãdus aduẽtus dñi. Expecta dñm viriliter age, & cõfortetur cor tuũ & ſuſtine dñm. Et Micheas propheta indicat, quod nõ confundentur qui expectant dñm. Ego autẽ ad dñm aſpiciam: expectabo Deum ſalutare meũ, audiet me Deus meus. Deniq; Abachcum Dauide: Si moram fecerit, expecta eum: quia veniens veniet, & non tardabit. Vide quàm religioſus & deuotus inuenitur populus hic. Diligẽtiores & verecundiores inueniũtur quàm noſtri, quibus vſq; ad meridiem ſomnus eſt opus ad deſpumandum Phalernũ: & euntes ad ſæcularia deſideria, vel otium ſectantes, dimittunt ſine honore cathedram Eccleſiæ, & magiſteriũ doctrinæ cæleſtis, &c. Et *uenit quidam de Archiſynagogis nomine Iairus, & uidens eum procidit ad pedes eius.* Beatus Matthæus ante hanc hiſtoriam vocationẽ ſuam deſcribit, & conuiuium quod fecit Ieſu in domo ſua. &c. Et ſtatim ſequitur in Matthæo. Hæc illo loquente ad illos: Ecce princeps vnus acceſſit, & adorabat dicens: Domine filia mea modò defuncta eſt, &c. Vbi nota cum beato Auguſtino, ſicut in exordio huius operis diximus quòd noſter Euangeliſta veritatem rerũ, & hiſtoriarum ſeruauit, nõ tamẽ ordinem in deſcribendo. Ideoq; poſt aduẽtum Chriſti de regione Geraſenorũ hanc hiſtoriã narrat. Sed omnes in Capharnao. Beatus Lucas dixit, quod moriebatur. Marcus quidem in extremis eſt. Vbi certè non inueniuntur contraria. Quia cùm Iairus receſſit à filia, & venit ad Ieſum in extremis erat, & incipiebat mori, & antequàm Ieſus perueniret ad domũ, iam mortua erat. Propter quod ſuperuenientes nuntij narrauerunt, quomodo iam verè mortua eſſet. Quç omnia beatus Matthçus omittit, vt breuius

Dionyſius ca. 4. de diuinis nom. — *Autor ad longum bomil. 14. in pſal. 50. fol. 145.* — NOTA *ualde.* — *Pſal. 26.* — *Cap. 7.* — *Cap. 2.* — *Cap. 6.* — NOTA — *Concordia Euangeliſtarum.*

C ſcribat: & accepit patris verbũ ab illo tempore quo recepit nuntium. Et Euangeliſtę repetendo dicta alicuius vel aliquorum aliquãdo repetunt eadẽ verba, aliquãdo ſentẽtiam per alia verba. Filia Iairi laborabat in extremis, ſicut dixit Marcus: Et erat ita propinqua morti, ꝙ reputabatur mortua. Vnde etiã ſecundùm cõmunem loquendi modũ de illo, qui ſic eſt morti proximus, dicimus quod mortuus eſt: quia quod modicum diſtat, quaſi nil reputatur: & hoc modo loquẽdi vſus eſt Matthæus. V*enit quidã de Archiſynagogis nomine Iairus.* Hic erat vnus de primoribus Synagogæ. Obſerua quod in ampliſsimo regno Iudçorũ vnicũ erat tẽplũ: nimirũ in Hieruſalẽ. Quem locũ elegit dñs reiecto ſylò, vbi prius habitauit in hominibus. Neq; extra Hieruſalẽ erat ſacrificium, aut holocauſtũ. Erant tamẽ in ſingulis ciuitatibus Synagogę, vbi ſacerdotes dñi & ſcribæ aderant ad legis expoſitionẽ & cæremonias, ad circuncitionemq; puerorũ, quia nõ deportabãtur in Hieruſalẽ octaua die ab eorum natiuitate. Sed & circũciſio à quolibet fieri poterat: In illis ſynagogis erant aliqui maiores & primates, qui principes dicebantur, vel archiſynagogi. Inter quos Iairus primatũ obtinebat: cuius filia extrema laborabat infirmitate, & audito ꝙ remearet dñs
D Ieſus in Capharnaum, nõ miſit ſeruos ſuos, vt illum rogarent, ſed ipſe venit ad Ieſum in multa humilitate & precibus. Imò adorãs, & procidens ad pedes dñi. Ab exordio naſcentis mũdi parentibus carnalibus ſummæ curæ eſt ſalus corporalis filiorũ: & à medicis, & à Deo, expenſis & orationibus eã ſollicitãt. Cum certè per multos annos animarũ charorũ pignorũ pro nihilo habeant ſalutem: de quo in iudicio rationem dabunt & poenas. De quorũ educatione multa in ſuperioribus diximus cùm de ſtatu cõiugatorũ diſputauimus. Videãtque ſacrum virũ Tobiã & Berſabeth educãtes filios & nepotes in timore dñi. Sed & videãt quantò ſollicitior erat ſanctus Iob pro ſalute animarũ filiorũ ſuorũ, quã pro eorũ incolumitate. Verèque patrẽ agebat. Surgẽs diluculo offerebat holocauſta per ſingulos, & ſanctificabat eos. Dicebat enim: Ne fortè peccauerint filij mei. Quid faceret ſi ſciret certò illos peccaſſe? Quã exhiberet diſciplinã, & curã pro ſalute animarũ? O viſcera paterna, O dignũ genitorem & amatorẽ chariſsimorũ pignorũ. Cũ audiuit quod oẽs ſimul eſsẽt mortui, bene-

NOTA *ualde.* — *Pſal. 77.* — Lege. c. 17 Geneſ. & 4. Exod. et 5. Ioſue, et *frat.* Dom. Soto. in 4. 5. d. 2. q. 1. art. 4. & *baptiſmus qui alti' ſacramentum eſt, à quolibet in articulo neceſſitatis miniſtratur.* — *Patres ſoliciti pro filiorũ ſalute corporali.* — *Tob. ca. 4. & cap. 14 prouerb. 4. 8. 14. 22. 32.* — *Lege noſtrũ Titelma. ſup hũc locum.* — *Iob. 1.*

benedixit Dominum cadens in terram. A
Vſque ad martyrij palmam optima filiorũ
educatio aſcendit, quod in viro illo clariſſi
mo Eleazaro comprobatur. 2. Macha. 6.
De quo. At ille cogitare cœpit ætatis ac ſe-
nectutis ſuæ eminentiam dignã, &c. atq; à
puero optimæ cõuerſationis actus, &c. his
dictis cõfeſtim ad ſuppliciũ trahebatur. De
Cap.4. quo ſupra ad longũ. Et Dauid, de quo ſupra
diximus, qui valde contriſtatus de infirmi
tate filij ex adulterio ſuſcepti, pro quo ora-
bat iacens in terra ſeptem diebus, in doctri-
nã ſe exhibuit cunctis, patientiæ & obediẽ
2.Reg. 12 tiæ ad Dcũ, qui puerũ percuſsit. Cùm enim
cognouit ꝙ mortuus eſſet, ſurrexit de terra,
& lotus vnctusq; eſt, cumque mutaſſet ve-
ſtem, ingreſſus eſt domũ dñi, & adorauit. Et
qui ſic cõplacuit in opere dñi, & flagellum
ſuſtinuit humiliter, ditatus eſt & lætatus in
generatione Salomonis. Diligẽdi itaq; ſunt
filij, & procurãda illorũ ſalus & vita, ne tan
1. Tim. 5. quam infideles à Paulo arguantur patres eo,
rum. Sed ſupra modũ animarum curã illos
oportet habere. *Venit quidam de archiſynago*
gis, nomine Iairus, & videns eum deprecabatur
multum, & procidit ad pedes eius dicens: quoniã
filia mea in extremis eſt. Beatus Matthæus in- B
Cap.9. quit: Acceſsit & adorabat eum dicẽs: B. Lu
cas, Cecidit ad pedes Ieſu: Noſter Euangeli
Cap.8. ſta, Procidit inquit. Aliud & multò amplius
Matth. 2. eſt procidere ad pedes Ieſu, quam genu fle-
ctere, aut caput inclinare ante eum. Magi
quidẽ ante præſepe dñi procidentes adora-
Regula ſer uerunt. Habes ergo regulã optimam, quam
uanda in di in cõſpectu dñi, & eius reuerẽtia debeas ſer
uina reue- uare: tum in regibus & viris illis ſapientiſsi-
rentia. mis, tum etiam in principe hoc. Nec dicere
potes: Ab obſcuris hominibus & de media
plebe huiuſmodi cerẹmonia egreſſa eſt, qui
vt meticuloſi & viles nõ ſunt in exemplũ
trahendi, cum magiſteriũ hoc in regibus &
ſapientiſsimis viris dedicatum ſit. Et ſolent
quidem quæ à regibus fiunt, in precio eſſe
apud omnes. Procide ergo ſuper faciẽ tuã
in conſpectu incõprehenſibilis maieſtatis
Dei, qui puluis es & cinis. Et quid à Magis,
vel à Iairo doctrinam confirmamus, cum
Marci. 14 dñs Ieſus æternus Dei filius oraturus ad Pa
trẽ, prociderit in terrã & ſuper faciem ſuã?
Verè obſtupendum exemplũ & omni ac-
ceptione dignum: Viderunt angeli faciem
maieſtatis ſuper terrã in conſpectu Patris,
& tremuerunt. Quid ad hęc ó tu homuntio,
qui nec caput tuũ in conſpectu altiſsimi in-
A clinas? Audi Dauidẽ qui oraturus pro pue
ro iacuit ſeptem diebus in terra ſuper faciẽ
ſuam, inquit. Venite adoremus, & procida *Pſal.94.*
mus ante dñm, &c. Hæc tibi ſeruanda ſunt
in ſecreto domus tuę cum orare decernis, in
cæteris autẽ vtroq; genu flexo ante Deum
ora in Eccleſia. Sed in ſuauiſsima valdeque *Crucis ado*
amabili adoratione crucis in ſexta feria do *ratio in ſex*
minicæ paſsionis, etiã coram omnibus pro *ta feria.*
cide ſuper faciem tuam ante illã, & reueren
ter adora. Et *deprecabatur multum*. Ecce ſe-
cundam regulam inquærendo ſuffragio di-
uinæ exauditionis. Deprecari multum. Sit
ergo in oratione humilitas, ſit & affectus. *Orationis*
Humiliantis ſe oratio nubes penetrat, illas *comites.*
ſcilicet quas oppoſuit Dominus, ne trãſiret *Eccli. 35.*
oratio. Et iterum in Eſaia: Super quem re- *Cap.66.*
quieſcet ſpiritus meus, vel ad quem aſpiciã,
niſi ad humilem & trementem ſermones
meos? Et tres pueri in fornace ignis arden- *Daniel. 3.*
tis orabant: Suſcipiamur in ſpiritu humilita
tis & in animo contrito. Mirabilis doctri-
na. Pro gloria & confeſsione Dei ſui igni ſe
tradebant, & inquiunt: In humilitate & cõ- NOTA
tritione ſuſcipiamur. Et Daniel. Non in iu- *valde.*
ſtificationibꝰ noſtris proſternimus preces, *Cap.9.*
B ſed in miſerationibus tuis. *Deprecabatur mul*
tum. Ecce affectum in oratione per quẽ om
nis accidia noſtra & irreuerentia damnan-
tur, qui ad primã precem exaudiri præſumi
mus, & non exauditi ægrè ferimus & diſce
dimus. Qui autem diligit Deum exorabit *Eccli. 3.*
pro peccatis, & continebit ſe ab illis: & in
oratione dierum exaudietur. In oratione
dierum inquit. Affectus nõ tantùm in mul-
tis orationibus conſiſtit, ſed quàm maxi-
mè in feruore, & attentione, & humilitate,
& fide. Habes rei huius exemplum gratiſsi
mum in Anna matre Samuelis, quæ ſemel 1. Reg. 1.
orans coram Domino exaudita eſt pro fi-
lio: quem conceſsit ei Deus. Inquit ſcriptu
ra. Cum eſſet Anna amaro animo, orauit
ad Dominum, flens largiter (nota ſingula)
& votum vouit dicens: Domine exerci-
tuum, &c. Porrò Anna loquebatur in cor-
de ſuo. Vides affectum orantis & oratio-
nis? Hæc ſerua in orando Dominum, ſi ab
eo deſideras gratiam & indulgẽtiam & glo
riam. Ad quorum originẽ, ſcilicet affectus
& deuotionis, valde cõducit recogitare, aut
tuam, aut illius pro quo oras infirmitatẽ &
neceſsitatem. *Quia filia mea in extremis eſt.*
inquit Iayrus. Popter hoc proculdubio
remiſſe ad Deum manus extendis in oratio

 ne, cum

ne,cum veniam deprecaris:quia non conſi-
Peccator quomodo in extremis. deras te in extremis agere. In extremis qui
dem es, non exhalandi animam: ſed in ex-
tremis præcipitij ad infernos & gehennam
ardentis ignis. Quali affectu orares,ſi de ru-
pi alta contra mare penderes? Ad quem nõ
clamares pro auxilio? Et in mortali peccato
pro anima tua(ſit tibi obſecro filia chariſsi-
ma) agens in extremis: nec clamas, nec la-
Eccli. 5. chrymas profundis. Ne dixeris. Peccaui,
& quid mihi accidit triſte? Altiſsimus enim
eſt patiens redditor. De propitiatu peccato
rũ noli eſſe ſine metu (in extremis enim eſt
anima tua) neq; adijcias peccatũ ſuper pec-
catum. Et ne dicas(obſerua attentè) Miſera
tio dñi magna eſt: multitudinis peccatorũ
meorum miſerebitur. Miſericordia enim &
ira ab illo cito proximant, & in peccatores
NOTA valde. reſpicit ira illius. Nõne in extremis eſt pec-
cator,in quẽ reſpicit ira Dei? Et quis in ex-
tremis eſt niſi peccator,quẽ diſperdet Deus
in ira ſua, niſi pœnitentiã egerit ab omnibꝰ
iniquitatibus. Hic ſolus in extremis eſt: nõ
qui corporaliter animã agit,quã reſumet in
reſurrectione:ſi tamẽ in mortali peccato diſ
ceſſerit,nunquã reuocabitur ad vitã per gra
tiã. Qui hęc attendit:affectuosè orat: ad pe-
des crucifixi Ieſu Chriſti dñi noſtri proci-
dit,oẽs ſanctos inuitat,& ſacrã virginẽ Ma
riã in ſuum patrociniũ exorat. *Veni impone
manũ tuam ſuper eã ut ſalua ſit & uiuat.* Fidem
habebat,nõ tamen perfectã,ſiquidẽ corpo-
ralẽ præſentiam dñi Ieſu iudicabat neceſſa
riam,& manus impoſitionẽ ad ſalutẽ filiæ.
Matth. 8. Qui integrã & admirabilẽ fidem habebat,
dic verbo & ſanabitur puer meus,cõfiteba-
tur. Duo rogauit:vt ſalua fieret filia ſua ab in
firmitate, & viueret, ſcilicet deinde multis
diebus. Hęc quęrẽda ſunt à Chriſto pro ani
ma noſtra, vt ſalua fiat à peccatis,& in virtu
tũ exercitio viuat,& in perſeuerãtia. Quid
Eccli. 34. vnũ ſine altero tibi prodeſt? Qui baptizatur
à mortuo,id eſt,quia tetigit mortuũ, id eſt,
quia fecit peccatũ,& iterũ tangit eum:quid
proficit lauatio illius? Sic homo qui ieiunat
in peccatis ſuis,& iterum eadẽ faciens,quid
proficit humiliando ſe? Orationẽ illius quis
NOTA exaudiet? Genus nõ vulgaris ingratitudinis
eſt ſalutẽ à dño quærere: & non vitã,id eſt,
perſeuerantiam. In his hominibus ſecundũ
2.cap. 2. ſententiã Petri Apoſtoli cõpletur illud ve
ri prouerbij: Sus lota in volutabro luti,& ca
nis reuerſus ad ſuum vomitũ. De his dicit
Apoſt. Si enim refugientes coinquinationẽ

C mundi in cognitione Dñi noſtri & ſaluato
ris Ieſu Chriſti,his rurſus implicati ſuperan
tur, facta ſunt eis poſteriora, peiora peiori-
bus: Melius enim erat illis non cognoſcere
viã iuſtitiæ, quam poſt agnitionẽ,retrorſũ
cõuerti ab eo, quod illis traditũ eſt ſancto
mãdato. Quærẽda ſunt à Chriſto Ieſu dño
noſtro,quæ hic Iairus pro filia ſua rogat: vt
ſalui ſimus à peccatis & viuamus. Neq; in
congruè ſententiã ſaluatoris huic cõſidera-
tioni accommodabis, vbi dicit: Ego veni,vt Ioan. 9.
vitã habeant, & abundãtius habeant. Quid
eſt abũdantius vita? Perſeuerãtia in bono &
cõfirmatio in virtutibus. Qui enim perſeue Matth. 10
rauerit vſq; in finẽ,ſaluus erit. Nõ enim ap- & 24.
tus eſt regno Dei,qui mittit manũ ad aratrũ Lucæ. 9.
& reſpicit retro. De quo habes exemplũ in
vxore Loth. De bono perſeuerãtiæ & quo
modo inueniatur: iã aliâs diximus ad lõgũ.
Et abijt cũ illo & ſequebatur eum turba multa, & Homil. 13
cõprimebant eum. Vide Saluatoris clementiã, *per totam,*
vide veri pectoris perfectum officium: vide *ſuper pſal.*
exẽplũ, quod perpetuis ſęculis reliquit imi 50.
tandũ. Non abiecit infirmũ in fide,neq; in-
crepauit,vnde magis infirmaretur:ſed con-
D ceſsit oĩa,ſicut deſiderauit in corde ſuo: imò
maiora,ſicut ſtatim videbis. Nec ſolùm teti
git manu ſua puellã,ſed & apprehẽdit. Et in
via fidẽ hominis infirmã cõfortauit in ſalu-
te mulieris ſanguinariæ. Et deniq; in verbis
doctrinę ſuauis: Noli timere,tantummodo
crede. O verè pius & clemẽs. Petenti ſe tri-
buit,& ibat ſtatim cùm illo in domũ illius.
Vides qualia viſcera erga proximũ tuũ de- Proximus
bes gerere? Induite vos ſicut electi Dei viſce *qualiter di*
ra miſericordiæ, benignitatẽ, humilitatem, *ligendus.*
modeſtiã,patientiã,ſupportantes inuicem, Col. 3.
& donãtes vobiſmetipſis , &c: Super autẽ
omnia hęc charitatẽ habete,quod eſt vincu
lũ perfectionis. Et vobis paſtoribus hęc de- Paſtorum
mandantur,vt abeatis cũ illo,qui operã ve- *doctrina.*
ſtram habet neceſſariã:& deniq; vt ponatis
animas veſtras pro ouibꝰ,ſi oportuerit. Nec Ioan. 10.
ſit apud vos maiori loco & precio diuitis,
aut potẽtis perſona,quã pauperis,ſi auxilio
indiget veſtro. *Et mulier quæ erat in profluuio
ſanguinis annis duodecim, & fuerat multa per-
peſſa à cõpluribus medicis, & erogauerat oĩa ſua,
nec quicquã profecerat,ſed magis deteriꝰ habebat.
Cũ audiſſet de Ieſu, uenit in turba retro & tetigit
ueſtimentũ eius.* Nõ vacat myſterio quod per
gens Ieſus dñs noſter in domũ archiſynago
gi,occupetur in ſanãda ſanguinaria muliere.
Primò,quia ſic diſpoſitũ eſt, in ęterno cõſi-
lio:

ſio: vt anteà aliqui ex Iſrael: deinde plenitu A
Allegoria pulchra. do gentiũ: & ſic omnis Iſrael ſalu⁹ fieret. No
ta pulchrã allegoriã, quã præſenti loco ſcri
bit venerabilis Beda: Puella duodenis, & mu
lier duodecim annis ſanguine fluxit, id eſt,
quando illa nata fuit, hæc infirmari cœpit.
Vna. n. eadẽq; ſæculi ætate, & ſynagoga in
patriarchis naſci & gẽtes cœperũt idolatria
fœdari. Vnde myſteriũ illud magnũ, quod
Iſrael excidit propter ſuã incredulitatẽ, &
gẽtes vocatæ ſunt ad regnũ & fidẽ, delinea-
Iſrael & gentes in Eſau & Iacob. tum fuit in Eſau & Iacob fratribus. Prope-
rante Eſau ad venationẽ in cibos patri ſuo
Iſaac, vt ab eo benedictionem acciperet, Ia
cob adiuratus à matre abijt ad greges, & at-
Gen. 27. tulit duos hędos, & dedit patri cibos & po-
tũ, & benedictionibus repletus eſt. Poſtmo
dum veniente Eſau tandẽ vnam à patre be-
nedictionem habuit. In Iacob filij Abra-
hæ, id eſt, credentes in præputio ſignificati
ſunt: In Eſau, qui poſtmodum benedictus
eſt: Iſrael: qui poſtquàm plenitudo gentiũ
Timor gẽtium vocatarum ad fidem. intrauerit, ſaluus erit. Habes in hoc vnde
abyſſum diuini cõſilij adores: vnde gratiam
vocantis te Dei magnifices: vnde in voca-
tione tua timeas. Si enim naturalibus ramis
Rom. 11. nõ pepercit, ne fortè nec tibi parcat. Vide B
ergo bonitatẽ & ſeueritatẽ Dei: in eos qui-
dẽ, qui ceciderunt ſeueritatẽ, in te autẽ bo-
nitatẽ Dei, ſi permanſeris in bonitate: alio-
quin & tu excideris. Sed & illi ſi nõ permã-
ſerint in incredulitate inſerẽtur. Potẽs enim
eſt Deus inſerere illos. *Et fuerat multa perpeſ-
ſa à cõpluribus medicis.* Nõ in re familiari tan-
tũ (omnia enim ſua in medicinis erogaue-
rat) ſed in corpore: cùm ex medicorũ conſi
lijs & arte morbus ſemper in deterius abie-
rit. Quod miraculi veritati deſeruiebat, cùm
deſperata eſſet ſalus à medicis & diuturnus
morbus, & ſubitò ſalutẽ ſit cõſequuta: tũc di
uina virtus innotuit. Hæc quippe cognitu
ſunt neceſſaria, vt ſequẽs curatio diuinę vir-
tuti adſcribatur. Forſan habuit hanc plagã
hæc mulier à Deo propter aliquod pecca-
tũ, & infirma erãt omnia humanæ induſtrię
Cap. 6. & artis remedia, donec qui percuſſit Deus,
ſanaret ipſe. De quo Oſæas propheta: In tri
bulatione ſua manè cõſurgẽt ad me. Venite
& reuertamur ad dñm: quia ipſe cœpit & ſa
nabit nos, percutiet & curabit nos. Vbi ma-
nifeſtè vides, quomodo carnalis homo in tri
bulatione & plaga corporali diluculo ſur-
git ad quærendum ſuffragiũ exauditionis à
dño. *In turba retro.* Immunda erat ſecundũ
legẽ hæc mulier: nec cũ reliquo populo ha-
bitare poterat: ideò quę rẽ ſoptatã ſalutem, à *Leuit. 15.*
tergo Ieſu venit, ne cũ reliquo populo ma-
nifeſtè miſceatur. Vbi docet quomodo
quærenda ſit ſalus ſine diſcrimine alicuius
peccati. De quo Michaël Vernius etiã pue
ris eſt exẽplũ, qui ne ſe pollueret, maluit ille
mori. Vbi cuncti qui à diabolo quærunt ſa
lutẽ etiam contra beneficia peccant morta-
liter. RETRO. Ecce humilitatẽ mulieris.
Sic & illa peccatrix, quam deſcribit S. Lu- *Luc. 7.*
cas retro ſecus pedes dñi Ieſu ſtabat, & la-
chrymata eſt largiter: & fluxus malæ con-
ſcientiæ ceſſauit, ſiccatuſq; fuit fons ſangui-
nis eius. Vnde vtriq; dixit ſaluator: Vade
in pace. Humilitas ergo valde nos commen
dat in conſpectu dñi Dei noſtri. Hanc vir-
tutem ſuæ fidei coniungit hæc mulier, & fa
ciem regis placabilẽ fecit. Hæc eſt cæleſtis
palatij oſtiaria: quę cunctis venientibus ape *Humilitas oſtiaria cæleſtis palatij.*
rit oſtium, & nemo claudit. Hęc diuini cor-
dis antidotũ quęrit, & reconciliationũ inue
nit, deniq; filium Dei de ſinu patris rapuit,
& ad viſcera matris adduxit. Placuit quip-
pe Deo ſuo beatiſsima virgo in candore in-
tactæ virginitatis: & humilitate cõcepit. De
B quo in ſuo cantico: Quia reſpexit humilita- *Luc. 1.*
tem ancillæ ſuę, &c. Humiliá reſpicit in cæ *Pſal. 112.*
lo & in terra excelſus dñs, e vicino q; : & alia
à lõge cognoſcit. Hęc amica regis ſemper in
corde & ſinu tuo ſit, & placabis vultum eius,
etiã in magna ira: de quo & in creaturis ratio
nalibus & brutis reperimus exẽpla. Venienti *Humilitas*
Eſau irato aduerſus fratrẽ ſuum propter anti *Gen. 33.*
quã benedictionẽ, ꝓcidit ſepties Iacob, &
placat⁹ eſt: orauit quippe, veniãq; inuenit à
fratre ſuo. Eſto mihi propitius. Currẽs itaq;
Eſau obuiã fratri ſuo cõplexus eſt eum, ſtrin
gẽſq; collũ eius, & oſculans fleuit. Vbi mani
feſtè vides eum qui veniebat cum quadra-
gintis viris ad perdendum fratrem, iratus ni
mis ex antiquo odio, in quo dixerat: Ve-
nient dies luctus patris mei, & occidam fra- *Ibi ca. 27.*
trem meum. Hic furibundus Eſau in fratris
humilitate placatur, & adoratione in terra
demiſi. Sic poſtmodũ prudẽs Abigail ob- *1. Reg. 25.*
uiam veniẽs Dauidi, qui accincto gladio cũ
ferè quadrigentis viris currebat cõtra Nabal
& humili oratione & habitu corporis placa
uit eũ: & reuerſus eſt Dauid ad caſtra. Et ve
nienti tibi, obuiam leoni ſi procidas, placa-
tur, & incolumem dimittet. Valde tibi &
tuæ ſaluti conſulis in humilitate cordis, &
in habitu corporis exteriori. Vnde ſapien-

tiſsimus Eccleſiaſticus humilitati ſtatim comitem placidiſsimum copulauit, ſpem ſcilicet. Humilia te Deo, & expecta manus eius. *Et tetigit ueſtimentum eius.* Turbę irreuerenter comprimunt ſaluatorem: mulier autem ſanguinaria retro veniens, veſtimentũ eius tangit tremens, & verecunda nimis. Hæc ſanatur, illæ dimittuntur. Grandis fides mulieris huius, quæ in corde ſuo dicebat. *Quia uel ſi ueſtimentum eius tetigero, ſalua ero.* Ne mireris ſi ex tactu veſtimenti domini Ieſu ſequatur ſanitas huic mulieri, cùm certè ad infirmos ſudaria Pauli apoſtoli & ſemicinctia deferrentur in Aſia, & recedebant languores, & ſpiritus nequam egrediebantur. Sancta erant corporalia indumenta corporis domini Ieſu, & ſanctificata ex tactu ſuæ mũdiſsimæ carnis. Vnde reuerenter & fideliter tacta ab infirmis, concedebatur eis ſalus à domino. Obſerua quòd tactus veſtis domini Ieſu ex fide & deuotione, ſalutem obtinebat, & tactus etiam carnis ſuæ, & comprehenſio ſine reuerentia & fide, nihil valuit: imò potiùs vulnerabat. Poſt bucellam ſathanas introiuit in Iudam. Dilata & fac ſermonem de ſacra communione altaris. Beatus Lucas ſic inquit: Acceſsit retro, & tetigit fimbriam veſtimenti eius. De fimbrijs veſtium ſuperiorum, quas portabant Hebræi, demandatum illis erat in hũc mundum. Dixit quoque dominus ad Moyſem: Loquere filijs Iſrael, & dices ad eos, vt faciant ſibi fimbrias per angulos palliorum, ponẽtes in eis vittas hyacinthinas: quas cùm viderint, recordentur omnium mandatorũ domini, &c. Erat ergo fimbria in pallio ſuperiori Iudæorum, pars quædam quadrata panni hyacinthini appoſita in angulis pallij ſuperioris: quam portabant Iudæi ex pręcepto legis. Vittæ autem hyacinthinæ, non erant fimbriæ, ſed ponebantur in fimbrijs. Sicut ibidem dicitur quòd ponerent in fimbrijs vittas hyacinthinas. Vittæ autem hyacinthinæ erant quædam pittatia de panno quadrata, quæ ponebantur in extremitatibus veſtium per quatuor fimbrias: & tales vittæ poterant eſſe magnæ & paruæ: & erãt hyacinthynæ, id eſt coloris azurini, vel cęleſtis. Has fimbrias portabant Iudæi, vt ab alijs gentibus ſegregarentur & diſtinguerentur. & vt recordarentur mandatorũ domini Dei ſui, quas & dominus Ieſus portauit. Phariſæi autem dilatabant eas, & ponebant in eis ſpinas acutiſsimas, quibus crura

Cap. 13.

Sudaria apoſt. Pauli ad ſalutem. Acto. 19.

Cap. 8.

Num. 15. *Fimbria quid et qualis figuræ, & propter quid demãdata Iudæis*

Num. 15. *Pittatia hoc nomine uſus eſt Lãpridius hyſtoriator in uita Eliogabali, apud quẽ ſignificabat tabulã albã, in qua electorũ iudicũ nomina de-* *ſcribebantur.* Ioſue 9. *Accipitur pro pãno ſupadditoĉalciamẽto à Gabaonitis ad decipiẽdos filios Iſrael*

C & pedes pungerentur, cùm ambularent & ſederent. Quod ad oſtenſionem auſteritatis vitæ faciebant: vt viderentur ſeruare ad vnguem præceptum de portandis fimbrijs. Omnia enim faciebant, vt viderentur ab hominibus. Et in hoc erat eorum peccatũ, quia dilatabant & magnificabant fimbrias, ſicut docet dominus Ieſus. Vide ergo deuotionem & fidem mulieris huius: extremam oram, aut fimbriam pallij domini Ieſu, aut tunicæ inconſutilis, ſi forſitan non deportabat pallium, deſiderabat tangere: non quidem eam partem pallij, quæ circa collum aut manus erat: ſed fimbriam, quæ in ſummitate erat. Religioſa fœmina & fidelis: quę meruit à domino curari. Non tamen licet mulieribus, aut ſæcularibus viris ſacra corporalia domini Ieſu tangere, nec cauſa miniſterij altaris. *Et confeſtim ſiccatus eſt fons ſanguinis eius, & ſenſit corpore, quòd ſanata eſſet à plaga.* Diuina potentia in inſtanti operatur, nec temporis ſpacia illi ſunt neceſſaria: ſicut omni actioni naturali. Illa virtus comprobatur in Chriſto. Nam cùm primò mulier tetigit fimbriam veſtimenti eius, ſiccatus eſt fons ſanguinis, & ſanata à plaga. Sũ-

Matt. 23.

Corporalia dñi non tangenda à ſecularib⁹, d. 23. c. *ſacratus. de conſ.* d. 1. c. *nemo. et.* 2. *de cuſtodia eucharistiæ*

D mis votis deſiderandum nobis eſſet & mille orationibus & ieiunijs quærendum à domino, vt radix & fons immundę cogitationis extingueretur. Quod orabat Dauid: Libera me de ſanguinibus. Nota quomodo huic mulieri, non tantùm conceſſa eſt ſtatim ſalus: ſed & cognitio experimentalis ſuæ ſalutis: vnde gaudium plenũ habuit ab illa hora. Hoc donum certitudinis fidei, cui non poteſt ſubeſſe falſum, de propria iuſtificatione, non conceditur iuſtificatis: neque in eorum pœnitentia, neque in dilectione Dei ſuper omnia, neque in martyrio: cum quo ſtare poteſt peccatum mortale, ſicut teſtatur Apoſtolus: Si tradidero corpus meũ ita vt ardeam: charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt. Solummodò per reuelationem Spiritus ſancti ſcire poteſt homo, ſe in Dei amicitiam & dilectionem eſſe aſſumptum. Principium enim noſtræ iuſtificationis Deus eſt per ſuam benigniſsimã voluntatem: vel ipſius benigniſsima & diuina voluntas. Sed in hoc ſtatu nos latet ſecretũ ſuæ volũtatis & beneplaciti, niſi ipſe reuelet: ergo nulla eſt via, qua certi eſſe poſſimus de noſtra iuſtificatione ſine ipſius reuelatione. De qua propheta Ioel, cùm exhortaretur Dei populum ad pœnitentiam

Pſal. 50.

Gratiæ certitudo non poteſt haberi citra reuelationem.

1. Cor. 13 Lege beat. Tho. ſuper hunc locũ.

NOTA *ualde.*

in toto corde, quia benignus & patiens eſt A Deus, & præſtabilis ſuper malitiam: ſtatim adiecit. Quis ſcit ſi conuertatur & ignoſcat, & relinquat poſt ſe benedictionem? ſuper quæ verba beatus Hieronymus: Ne deſperetis veniam ſcelerum magnitudine, &c. Sed ne forſan magnitudo clementiæ nos faceret negligentiores, adiunxit: Quis ſcit, ſi conuertatur & ignoſcat Deus? Ego quidē hortor quod meum eſt ad pœnitentiam. & Deum ineſtabiliter noui eſſe clementem, Dicente Dauide: Miſerere mei Deus, ſecundùm magnam miſericordiam tuam. Sed quia profundum diuitiarum ſapientiæ Dei ſcire non poſſumus: ſententiam tempero & opto potius, quàm præſumo dicens: Quis ſcit ſi ignoſcat & conuertatur Deus? Denique patres in Concil. Tridentino rē hanc diffinierunt. Ego pro mei ingenij paupertate non vulgare donū iudico rei huius ignorationem: quia certè quantum poſſum conijcere in magnam cedit vtilitatem noſtrā: quod noſtra nos lateat iuſtificatio. Qui enim ſuæ ſalutis & regni eſt ardens amator, & certitudine fidei, cui non poteſt ſubeſſe falſum, ſcit ſe ex venia peccatorum ad regnum cæleſte conſcendere, & qui Dei amicitiam non habuerit, exulem fieri: cùm aliquod mortale commiſit peccatum, certitudine fidei ſcit ſe eſſe extra Dei amicitiam, & gratiam. Quantum obſecro hic homo, aſſiduè & ſubinde multoties ingemiſcet, & lachrymabitur pro peccato quod commiſit? Quàm humilis hic veniam deprecabitur per ſinglos dies? Quàm timoratus ad genua ſacerdotum crimina cordis ſui in multa amaritudine confitebitur? Poſt quæ omnia adhuc neſcius de propitiatu peccati, nō ceſſabit à lachrymis & ſuſpirijs, neque erit ſine metu. De quibus omnibus magnificus doctor extat propheta Dauid: etiam ſi ab ore Nathan audiuit: dominus tranſtulit peccatum tuum, per ſingulas noctes lachrymis ſtratum regium rigabat. Neque violentiam literæ inferimus, ſi huic conſiderationi ſententiam Baruch prophetæ adaptauerimus: ſicut enim fuit ſenſus veſter, vt erraretis à Deo: ità decies tantùm iterùm conuertentes, requiretis eum. Vnde hoc quod decies tantùm viri timorati, & ſuæ ſalutis ſoliciti requirunt dominum? Quia certitudine fidei didicère quòd in odio Dei erant per peccatum mortale, quam certitudinem per pœnitētiam habere non poſſunt.

Hieronymus ſuper a.c. Ioel.

Pſal. 50.

Lege ſup hunc locum Rabanum. Cōcil. Triden. ſeſſ. 6.

Iuſtificationis noſtræ ignoratio quale bonum.

1. Reg. 12

Cap. 4.

NOTA *bene.*

Quantas diuitias gratiæ in hac incertitudine comparabunt? Quàm magnifica & ſublimia dona? Quàm chari Deo ſuo erunt, qui ita fideles inuenti ſunt, vt decies tantum per gemitus & ſuſpiria quærant illius, quam violarunt amicitiam? Qui ſcit certò ſe aſſecutum eſſe corporalem ſalutem, ventis ſe exponit, plus nimio cibo & potui indulget: non timet. Qui verò valetudinarius eſt & à medicis admonitus, ab omnibus ſe abſtinet. Benè ergo noſtræ ſaluti conſulit altiſſimus, dum noſtra iuſtificatio nos latet: vt ſic cum multo timore & tremore aſsiduè noſtram iuſtificationem operemur: & qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc: & glorioſior ſit de inimico triumphus, quàm fuit miſerabilis caſus: & excellentior ſit, & fulgentior fabricetur noſtra corona in mille vigilijs, in mille ſuſpirijs, & in mille deprecationibus, in multiplici confeſsione, & aſſidua ſatisfactione: ita vt fructus pœnitentiæ ſint digni, & ſuperabundantes. *Et ſtatim Ieſus in ſemetipſo cognoſcens uirtutem quæ exierat de illo, conuerſus ad turbam aiebat: Quis tetigit ueſtimenta mea?* Noli intelligere quod qualitas aliqua ſeu virtus exiſtens in Chriſto migrauerit ab illo: ſed talis exitus intelligitur per modum cauſæ producentis effectum voluntariè, in quem dicitur exire: in quantum cauſa agit talem effectum. Erat ſacra humanitas Chriſti repoſitorium & ſacrarium totius virtutis ſuper cæleſtis & diuinæ. Erat inexhauſtus fons gratiarum, puteus aquarum viuentium, paradiſus delitiarum Dei, & lignum vitæ, ad cuius contactum etiā mortui reſurgebant. Habitabatque in illa omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Quid impoſsibile aut difficile eſſet Dei magnificentiæ? quam velut coniunctum inſtrumentum habebat ad magnalia & prodigia facienda: Hæc magnificentia Dei, Chriſti humanitas eſt. De qua Dauid: Domine dominus noſter, quàm admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra. Quoniam eleuata eſt magnificentia tua ſuper cælos. De quo in alio pſalmo: Exaltare ſuper cælos Deus, & in omni terra gloria tua. Erat notus in Iudæa Deus, & nomen eius magnum in Iſrael. Cùm autē humanitas Chriſti in admirabili aſcenſione eleuata eſt ſuper ſidera, & ſuper omnes cæleſtes & beatas mentes, tunc quidem nomen dñi factum eſt admirabile & famoſum in vniuerſo orbe. Vides quàm apertè humanitas Chriſti Dei magnificētia dicitur?

Similitudo

Apoc. 22.

Humanitas Chriſti fons gratiarum.

Col. 2.

Magnificētia Dei. Pſal. 8.

Pſal. 107.

Pſal. 75.

dicitur? Erat inſtrumentum coniunctum, per quod, non ſicut Moyſes aut Aaron in virga, magnifica ædebat miracula & ſanitates. Quam tanto precio mulier hæc habuit, quod retro exiſtens, non eſt auſa vel pedes domini Ieſu tangere, ſed ſin briam veſtimenti. De qua reuerentia ſtatim dicendum eſt.

NOTA valde.

Cognouit ergo dñs Ieſus, quòd virtus de illo exierat, ad ſalutem illius mulieris. De Chriſto dicit ſcriptura quod cognouit, de muliere autem quòd ſenſit ſe eſſe ſanatam. Cognouit ille, quia voluit vt virtus curatiua ab eo procederet: ſenſit iſta ſuã ſalutem experimento: quia non ſolùm ſtetit ſanguis fluens, ſed & ſiccatus eſt fons, *Cognoſcens Ieſus virtutem quæ exierat ab illo.*

Beneficia Deus habet in mente quæ nobis cõtulit.

Verbum digniſsimum notatu. Cognoſcit dominus in mente, habet omnia dona & beneficia, quę nobis contulit: & aliquando interrogat, & commemorat ad exprobrandã noſtram ingratitudinem. Vnde in Eſaia inquit: Filios enutriui & exaltaui, ipſi autem ſpreuerunt me. Et Dauidi in ore Nathan: Ego vnxi te in regem ſuper Iſrael, & ego erui te de manu Saul, & dedi tibi domum domini tui, &c. Si parua ſunt iſta, adijciam tibi multò maiora. Quare ergo contẽpſiſti verbum domini, &c.

Cap.1.
2.Reg.12

D

Et non ſolum vniuerſalia beneficia, & omnibus communia, quæ certè ampliſsima ſunt, in mẽte habet Deus, ſed ſingularia & propria cuiuſque. Eſto attentus & religioſus, vt ſcias quæ à Deo donata ſunt tibi, & gratias agas. Dominus cognoſcit, quo tempore de illo virtus exijt, & mulier ſentit ſanitatem. Tunc quidem dona in noſtram vtilitatem ad cumulum fructus cedunt, cùm ſcimus & in mente habemus quæ à Deo collata ſunt nobis: ſiue in noſtra creatione, ſiue in noſtra redemptione, &c. Certum tibi ſit, quòd vſque ad minimam inſpirationem bonam tuæ ſalutis, habet dominus exactam cognitionem: de qua rationem exiget in morte & in iudicio. Propter quod timendũ tibi eſt, qui tantis donis inueniris ingratus. Imò nec conſideras, quis tibi oculos dedit vel manus. Ex vtero matris tuæ illa traxiſti, ſed Deus fabricauit omnia viſcera tua.

Mẽbra corporis quomodo conſideranda.
2.Mac.7.

Audi de re hac religioſam, & ſapientiſsimam illam fœminam filijs in tormentis dicentem: Neſcio qualiter in vtero meo apparuiſtis: neque ego ſpiritum & animam donaui vobis & vitam: & ſingulorum membra non ipſa compegi: ſed enim mundi creator, qui formauit hominis natiuitatem, quiq́ue omnium inuenit originẽ, & ſpiritum. Lege cap. illud.

C

Magnum ergo fructum habet ſcire quod à Deo omnia habemus, animam & corpus ſimiliter: vt grati ſimus, & omnia noſtra eius gloriæ deſeruiãt, qui omnium author & parens eſt. Scit dominus Deus quę tibi dedit dona: ſcias tu quę ab illo accepiſti, vt ipſum glorifices vſque ad mortem. Propter quod Apoſtolus: Glorificate & portate Deũ in corpore veſtro. 1.Cor.6.

Lege cap. 1. Epiſtolæ ad Philippenſes, vbi apoſtolus quatuor ſublimiſsima Dei beneficia illis commemorat, prædeſtinationem ſcilicet & æternam electionem, redemptionem per Chriſtum, vocationem ad ſanctæ matris eccleſiæ ſinum, & donationem Spiritus ſancti, tanquàm pignus cæleſtis hæreditatis. Quæ omnia & ſingula ordinata ſunt in æterno Dei conſilio in laudem gloriæ Dei noſtri: vt ſcilicet laudemus & glorificemus dominum Deum pro tantis tanque mirabilibus beneficijs: Inquit: Qui prædeſtinauit nos in adoptionem filiorum per Ieſum Chriſtum in ipſum, ſecundùm propoſitum voluntatis ſuæ, in laudem gloriæ ſuę. Quod propoſuit in eo (inquit) in diſpenſatione plenitudinis temporũ inſtaurare omnia in Chriſto, &c. vt ſimus in laudem gloriæ eius. Credentes ſignati eſtis (inquit) ſpiritu promiſsionis ſancto, qui eſt pignus hæreditatis noſtræ, in redemptionem acquiſitionis: in laudem gloriæ ipſius. Et tandẽ ad hunc locum peruenit, vt aſsiduam ſuã orationem pro illis exponeret: in qua Deũ patrem orabat, vt det vobis ſpiritum ſapiẽtiæ, & reuelationis in agnitionem eius, illuminatos oculos cordis veſtri, vt ſciatis quæ ſit ſpes vocationis veſtræ, & quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in ſanctis: & quæ ſit ſupereminens magnitudo virtutis eius in nos, qui credidimus, &c. De quo ſit ſatis. NOTA.

Cognouit Chriſtus, quòd de illo virtus exiuit, & mulier ſenſit. Vnde cum primo experiẽtia didicit, quòd Chriſtus haberet in memoria collatum ſibi beneficium, tremens & timens, omnia confeſſa eſt. *Quis tetigit veſtimẽta mea?* Propter multa interrogat dominus Ieſus, quis tetigerit veſtimẽta ſua. Primò, vt miraculum manifeſtetur in laudem & gloriã Dei patris: & inde Iairus confirmaretur in fide aduerſus tẽtationẽ, quã ſtatim paſſurus erat referentibus ſeruis, ꝙ mortua iam eſſet puella, nec magiſtrum vexaret: deniq; vt ſanatam mulierem confirmaret & magnifi-

gnificaret coram omnibus. Non ergo auræ vanæ & humanæ laudis cupidus interrogat dominus Ieſus: ſicut impij & ſceleratores homines excogitarunt, & blaſphemant. Oportebat altius docere in fide hanc mulierem, quę quaſi furata fuerat hoc miraculum: quæ omnia ad Dei gloriam, & concelebrandam ipſius laudem conducunt: ſicut cũ Paulo diximus. In quo nobis immorandum eſt: vt ſupremus imperator præuidens inimicorum impetum & inſidias: ſic dominus Ieſus præuenit tentationes noſtras in multis miſerationibus ſuis. De quo patriarcha Iob: Viſitas diluculo, & ſubito probes illũ: priùs viſitat, vt virtute ſua corroboret debilia corda, deinde probationem permittit in tentationibus: ne in vacuum gratiam eius recipiamus: Dauid: Gratia eius perueniet me: & vt negotiationi & vſuræ exponamus pecuniam nobis conceſſam. Sit ergo tibi futuræ & imminentis tentationis inſigne diuina viſitatio, dulcedo & ſpiritus cõſolatio. Expectãdus proinde tibi eſt in cãpo certaminis inimicꝰ. Quẽ cum viceris adhuc in militia es, time, & eſto ſolicitus, quia alius parat ſe ad pugnã. Vide erga Iairũ clementiã ſaluatoris: quẽ cùm exceptura ſtatim non a in fide tẽtatio eſſet, illũ præuenit in manifeſtatione ſalutis mulieris ſanguinariæ. *Et dicebant ei diſcipuli ſui. Vides turbam comprimẽtem, & dicis, quis me tetigit? Et circunſpiciebat videre eam, quæ hoc fecerat.* In hoc demõſtrat cognoſcere optauit mulierem, quæ fimbriã eius tetigerat: cùm verò diſcipuli dicunt: Vides turbam comprimentem te, neſciunt quid dicunt, neque intelligunt de quo tactu Chriſtus ſermonem agebat. *Mulier autem timens & tremens, ſciens quod factum eſſet in ſe, venit & procidit ante eum, & dixit omnem veritatem.* Vide potentiam diuinæ inquiſitionis & interrogationis: non quidem aduerſus iniquum hominem, quem conſtringeret fortiter, vt in conſpectu ſuo, & cunctorum angelorum reuocaret: ſed in muliercula iuſta & ſancta, quam ſtatim filiam vocat, & in pace dimittit. Non eſt qui in conſpectu Dei, vel ad momentum cęlare conſcientiam poſsit, audeat ve. Magnum argumentum eſt hoc. Non eſt qui audeat cęlare conſcientiam, niſi ille qui diuinam negabat prouidentiam: qui interrogatus, vbi eſt Abel frater tuus: Neſcio dixit. Mirabilis eſt effectus, qui intra viſcera huius mulieris inſitus eſt ex hac interrogatione: quæ etiam ſi latere intendebat, timens & tremens procidit in faciem ante pedes domini Ieſu, & confitetur omnem veritatem. Quid obſecro mali feciſti ô mulier? quæ fuit iniquitas tua? Quale ſcelus tuum, vt ſic timeas? Quale eſt delictum oris vel cordis, de quo procidens ſuper terram, veniam deprecari videris? Nunquid non externa die ab ore huius ſaluatoris tui audiuiſti: non veni vocare iuſtos, ſed peccatores. Nunquid non cognouiſti quomodo cum publicanis & peccatoribus manducabat & bibebat? Quid ergo tremens & timens in publicum venis, & confiteris omnem veritatem? Rei magnæ imaginem habet hoc opus. Ego quidem quæ in extremo iudicio futura ſunt circa omnium peccatorum conſcientias in re hac conſidero. Vbi quidem cùm interrogauerit dominus, conuincti omnes peccatores, ac pluſquàm dici poteſt trementes cõfitebuntur omnia crimina ſua in oculis omnium angelorum, & totius mundi. De quo Paulus apoſtolus: Omnes aſtabimus ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſq; propria corporis prout geſsit, ſiue bonum, ſiue malum. Et alio loco, diem illam diem reuelationis & iuſtiti iudicij Dei appellat. Qualis tunc erit facies iudicis? Quanta indignatione plena labia oris illius? Qualis erit eorũ tunc cõfuſio? Quãta verecũdia? qui hic in aure ſacerdotis ſub tanti ſecreti ſigillo cõfiteri, erubuerunt tũc magno clamore in cõſpectu iudicis proprio ore dicent omnem veritatem. Quid dices ad hæc? Quid mentis aut halitus in te remanet ô peccator, cùm hoc euangelium audis? Timens & tremens exijt mulier in medium, & confitetur omnẽ veritatẽ. Etiam ſi latere in antris terræ, aut in cauernis maris volueris, non tibi concedetur. Etiam ſi intra ignem & gehennam abſconderis vultum tuum, inde reuocatus, in conſpectum domini apparebis & omnem veritatem dices. Propter hoc pleno ore deſcribens ſanctus propheta beatitudinem viri iuſti, dixit: Beati quorũ tecta ſunt peccata, & remiſſæ ſunt iniquitates. Tecta quidem erunt ad confuſionem & dolorem in die illa, non tamen ad gloriam & honorem Dei & pœnitentium: qui glorioſos de diabolo reportarunt triumphos in ſua pœnitentia & confeſsione. Hæc animo reuolue, vt carnes tuas crucifigas in timore dñi. De quo ad longũ ſuper locum illum, circumſpexit cum ira. Dixit

omnem

Marginalia: *Cap. 7.* — 2. Cor. 6. — *Pſal.* 58. — *Vigilia tẽtationis viſitatio Dei* — *Interrogatio Dei ſola cõuincit.* — *Gen.* 4. — *Peccata in iudicio manifeſtanda.* — 2. *Cor.* 5. — *Rom.* 1. — Lege Ricardum de S. Victore in de finali iudicio. — *Pſal.* 31.

Confeſsionis integritas.

omnem ueritatem. In confeſsione integritas eſt de eſſentia: vnde magnum ſacrilegiũ cõmittit, qui conſulto aliquod crimen dimittit. Impium eſt à Deo dimidiam veniã ſperare: & impium dimidiare confeſsionẽ. *Timens & tremens procidit.* Nimirùm quia immunda tetigerat fimbriam domini. Qualem timorem debes concipere, ſi aliquando immundus acceſsiſti ad ſacram communionem? Verè tremendum eſt ſacramentum corporis Chriſti iuſtis: quantò magis peccatoribus: qui in ſordibus antiquæ luxuriæ illud contrectarunt, conſecrarunt, & ſumpſerunt? Quid facis ô ſtulte homo? Vt quid magnũ hoc ſacrilegium? vt reus ſis corporis & ſanguinis Chriſti, id eſt, vt des pœnas mortis Chriſti. Non times, ne forte concedatur diabolo licentia, & poſt buccellam ſacram intra viſcera tua ingrediatur? Non formidas, ne fortè crepat medium corpus tuum, & diffundantur viſcera tua, ſicut traditoris Iudæ: Quod ſi aliquando hoc magnum peccatum feciſti, tremẽs, & timens, ante pedes crucifixi Ieſu Chriſti domini noſtri procide: & dic omnem veritatem in confeſsione. Probet autem ſeipſum homo, &c. Vides quanta bona ab hac muliere accepiſti? Primo quidem fidem deuotionem ſecũdò, tertiò reuerentiã, quartò timorem, quintò confeſsionem integram: & multa alia, quæ commemorare non poſſumus. Cui Chriſtus dominus. *Filia fides tua te ſaluam fecit, uade in pace, & eſto ſana à plaga tua.* Per ſingula verba, litera eſt exponenda. Filiam eam appellat. Hãc gratiam per fidem inuenit: quæ (vt mihi videtur) formata erat charitate: & non informis. Quia licet nomẽ hoc in veteri teſtamento ad non iuſtificatos fiebat per prophetas in nomine domini loquẽtes: in nouo tamẽ, ad iuſtos tantum ſpectat propriè. De primo manifeſtam habes ſcripturã in Hieremia propheta. Conuertimini filij reuertentes, & ſanabo auerſiones veſtras. Vbi cũ vocantur ad conuerſionem, nondum conuerſi demonſtrantur: & quibus ſalutem promittebat, nondum ſani erant per gratiam & pœnitentiam. Quos tamen propter fidem pleno ore filios vocat, quia initiat ſalutem. De ſecundo extat firmum argumentũ beatiſsimi Pauli: Quod ſi filij & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti. Certum eſt nullum eſſe hæredem Dei, qui per gratiam non ſit iuſtificatus. Gratia Dei vitã æterna in Chriſto Ieſu domino noſtro.

Sacramentum tremẽdum.

1.Cor. 11

Matt. 27.

1.Cor. 11

Filius.

Cap. 13.

Rom. 8.

Rom. 3.

C Iam ex hoc intellige quantum ſit nomen quo magnificatur hæc mulier à Chriſto, cũ vocatur filia. Primò quidẽ gratiam adoptionis ſibi conceſſam in ea commendat & prædicat. Secundò ius ad regnum & cæleſtem hæreditatem exponit. *Fides tua.* Hæc quippe Dei donum eſt: licet in adultis voluntarius aſſenſus ſit neceſſarius ad eius infuſionẽ, Et hic aſſenſus ex Deo eſt. Propter hũc aſſenſum voluntarium, & cuicunque proprium. Tua inquit Chriſtus. Vide liberalitatem altiſsimi. A donis ſuis nos commẽdat & prædicat quaſi noſtra virtute, aut noſtri arbitrarij poteſtate id fecerimus. Commendat dona ſua & coronat illa, ac ſi à nobis proceſsiſſet. *Saluam fecit.* Certè ſi de corporali ſalute eſt ſermo fides mereri illam poteſt de congruo: ſi de ſalute ſpirituali velis interpretari verbum: ſic nec fides meretur primam gratiam, licet ipſam impetret ieiunijs & orationibus. *Vade in pace.* Et verbum hoc dictũ fuit mulieri peccatrici. Iuſtificati igitur per fidem pacem habeamus ad Deum per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum. *Eſto ſana à plaga tua.* Vſque huc diuini muneris amplitudo extẽdit manum ſuam: vt cõceſſam ſalutem confirmet in æternum. O donum deſiderabile. O beneficium magnificentia

D regia dignum. Quis inueniſſet illud? Eſto ſana à plaga tua. Vſque huc non taceat pupilla oculorum tuorum à lachrymis, vſque ad hanc gratiam nõ dimittas manus ab oratione: ſed contra cælum illas extende in ardentibus deſiderijs cordis tui. Extende etiã illas in pauperum eleemoſynas: forſan tantum donum perſeuerantiæ inuenies à domino. Vſque huc animus generoſus non quieſcit. De re hac ad longum ſcripſimus ſuper pſalm. 50. homilia. 18. *Adhuc eo loquente ueniunt nuntij ad Archiſynagogum dicentes: quia filia tua mortua eſt: quid ultra uexas magiſtrum?* Conſultò moras trahebat dominus Ieſus in itinere vt moreretur puella, & manifeſta fieret mors illius omnibus domeſticis domus ſuæ: & nuntij hoc teſtificarentur in aures tantæ multitudinis; vt opus clarius fieret, tum ex certitudine, tum etiã ex magnitudine. Maius enim fuit mortuam ſuſcitare, & ad vitam reuocare, quàm in extremis agẽti occurrere, & ſalutem integram concedere. Diſpoſuerat namque dominus manifeſtum ſignum ſuæ diuinitatis ædere, cui non poſſent omnes aduerſarij cõtradicere. Noli ergo contriſtari, aut animi vires reponere,

cum

Eph. 2.

NOTA

Rom. 5.

Perſeuerãtia.

Deſperatio de diuino auxilio longè à fidelibus.

cùm ad extremum venit calamitas tua, aut A infirmitas. Quid ſcis ſi diſpoſuit dominus vniuerſorum in te magnificare & glorificare brachiū ſuæ potentiæ? Vt quid factorē tuum accuſas? Eſto gratus & ſubditus Deo, qui in gloriā gratiæ ſuæ in extremis te agere permittit: vt inde cùm fueris liberatus, quaſi ab ipſis mortis faucibus, glorificetur nomen ſuum: & tu in omnibus bonis ſis cōſummatus: de quo ſit tibi exemplum ſanctiſſimus vir Iob. Quàm beatum iudicas cœcū illum à natiuitate, de quo, cùm interrogarent diſcipuli: Quis peccauit, hic aut parentes? *Io.9.* Reſpondit dominus: Neque hic peccauit, neque parentes eius, vt cœcus naſceretur: ſed vt manifeſtentur opera Dei in illo. O hominem fœlicem. O hominem glorificandū. *Iob.2.* Fœlix ſanctus Iob, qui traditus diaboli poteſtati, percuſſuſque plaga peſſima, adhuc ſeruat innocentiam, & Deum pleno ore magnificat & benedicit: & in ſua liberatione vehementer Deus magnificatus eſt. Vt quid nati ſumus? Vt quid viuimus, ſi Dei noſtri gloria & nomen non magnificatur in nobis? Fœliciores lapides & lylia cāpi, quæ Dei gloriam prædicant & cæliſ fœliciores inquàm quàm homo, ſi Deum ſuæ B ſalutis auctorem non magnificat. *Mortua eſt filia tua, quid ultra uexas magiſtrum?* Ecce tentationem aduerſus fidem Iairi. *Tentatio in fide magna.* Hoc ſummis votis deſiderat diabolus, vt in fidei tentatione ſuccumbamus, cùm illa ſit fundamētum & ſuppoſitum vitæ ſpiritualis. Aduerſus quam tentationem in miraculi mulieris ſanguinariæ operatione mirifica muniuit dominus Iairum, ſicut diximus. Qui certè periſſet, niſi dominus diceret. *Noli timere, tantummodo crede.* In fide tentati ſunt Hebræi, exeuntes cum gaudio & lætitia magna de duriſſima ſeruitute Aegypti ſub Pharaone: expertique ſunt brachium domini propitium & potentia ſuæ maieſtatis contra Pharaonem, & omnes ſeruos eius. Sed cùm peruenitur ad mare, & vident à tergo Aegyptiorum magnum exercitum ſe ſequentem, timuerunt valde & dixerunt. *Exo.14.* Quare eduxiſti nos? &c. In quibus fiducia in Deum periiſſet, niſi ſanctus vir Moyſes eos confortaſſet in verbis his: Nolite timere, ſtate, Dominus pugnabit pro vobis. Tentatus eſt & ſanctus Iob, *Cap.2.* adeo quod vxor eius dixit ei: Benedic Deo & morere. Aduerſus quā tentationem forti animo ſurgens, vir ſanctus & Deo deuctus, inquit: Etiam ſi occi- A derit me, ſperabo in eum. Tentatur itaque fides noſtra, cùm aduerſus corpus, vel aduerſus res temporales inſurgit calamitas, & in ſpiritualibus ſimiliter, cùm in conſideratione magnitudinis ſcelerum inſurgit deſperatio. *Tentationes fidei, et quomodo curandæ.* Tunc quidem religioſa mens à Deo audit: Noli timere. Ego ſum totius mundi propitiatio: ego ſum fons veniæ & indulgētiarum inexhauſtus. In hac fide locum habet medicina cæleſtis & curatio: Orandum nobis eſt aſſidue cum apoſtolis: Adauge nobis fidem. *Luc.17.* *Et non admiſit quenquam ſequi ſe: niſi Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem Iacobi.* Inter omnes apoſtolos tres iſti virtutis ſublimis viri, electi ſunt ad quæq; grandia cum Chriſto: ſiue hìc in domo Iairi ad ſuſcitandam puellam: *Matth.17* ſiue in monte Thabor in transfiguratione, ſiue cùm nimis triſtis eſſet ſaluator in oratione. *Marci.14* Diligebat eos ante omnes, & honorabiliores cunctis demonſtrabat, cum tanto munere decorabat eos. *Petrus, Iacobus, & Ioannes dilecti à Chriſto ſpecialiter.* Quare autem hos tres admiſit? Interlinealis gloſſa in Petro, & Iacobo & Ioanne fidem, ſpē, & charitatem intelligit. In patre & matre puellæ Epiſcopum & Eccleſiam. Quæ omnia ad ſuſcitationē noſtræ animę neceſſaria B ſunt. Sine fide impoſſibile eſt placere Deo. *Heb.11.* Spe ſalui facti ſumus. *Galat.5.* In Chriſto Ieſu, neq; circunciſio aliquid valet, neque præputiū, ſed fides quæ per dilectionem operatur. *Iacob.2.* Fides ſine operibus mortua eſt. *1.Cor.13* Charitas non eſt otioſa. Extra eccleſiam non eſt remiſsio peccatorum. *Gen.7.* Sicut extra arcam Noe omnes perierunt. Et Petro conceſſæ ſunt claues ligandi & ſoluendi. Manifeſtis ergo ſcripturis comprobatur omnia hæc ad ſalutem eſſe neceſſaria. *Niſi Petrum, & Iacobum, & Ioannem.* Summopere curandum eſt omnibus principibus, *Fauores cautè exhibendi.* qui aliquem ex ſibi charis ſtatuunt magnificare, ne eius exaltatio in damnum ſui capitis conuertatur ex ſuperbia, & aliorum contemptu. Quod vitium familiare eſſe ſolet cunctis, qui a principibus plus cæteris honorantur. De quo habes exēplū in Aman, *Eſther.3.* quippè qui ægrè ferens quòd Mardochæus non genu flecteręt ante eum, excogitauit, pro nihilo ducens in vnū Mardochęum manum mittere, perdere omnem cognationem & gentem Iudæorum. Sed domino aliter rem diſponente: *Inuidia comes honoris.* in caput ſuū patibulum verſum eſt. Inuidiæ expoſitus eſt omnis honoratus à rege: indiuiduuſque comes honoris eſt inuidia. Vnde Ioſeph à patre plus cæteris dilectus, & talari tunica *Gen.27.*

ſignitus

a. Reg. 3. inſignitus(huiuſmodi veſtibus filiæ regis C
virgines vtebantur) inuiſus fuit fratribus:&
Gene. 4. tandem in Aegyptum venditus. Sic & Cain
inuidit fratri ſuo Abel, eo quòd acceptum
fuit Deo ſacrificium eius:quod ſigno viſibi
li dominus demonſtrauit, inflammans ſu-
per illud. Et tandem occidit eum, etiã à Deo
admonitus, vt quieſceret. Rarum eſt rudi-
bus & carnalibus hominibus non inſidiari,
& inuidere regum & principum charis &
dilectis, quantuuis bonis:quod ſi malè ho-
noribus vtantur, duriſsimum apud omnes.
Medicina inuidi. Aduerſus inuidiæ vitium armatur mens hu
mana per charitatem & veram dilectionem
proximi: dum honores & diuitias diligit in
Matt. 18. proximo perinde ac ſuas. Quod in Apoſto
Luc. 22. lis modo cernimus:dum neque contra ma-
giſtrum murmurant, neque contra apoſto-
los inſurgunt:quamuis alibi, vt homines, hu-
manum paſsi ſunt. Timendum nobis eſt, ſi
quidem inter apoſtolos hic morbus fuit, &
locum non ſemel inuenit. *Et uenit in domum
Archiſynagogi, & uidit tumultum & flentes eiu-
lantes multum: & ingreſſus ait illis: Quid turba-
mini & ploratis?* In morte puellæ largiter flet
mater eius, & domeſtici domus, parentes &
amici. Inſuper ad cumulum doloris tibici-
nes adducebantur, qui lugubrem muſicam
& cantus agentes, magis magiſque corda ad D
lacrymas & ſuſpiria excitabant. Quod cum
fidelibus interdictum ſit, habentibus ſpem
reſurrectionis, fidemque illius certiſsimam,
reprehenditur à Christo. Quid turbamini,
& ploratis? Ac ſi diceret: Nolite contriſtari
ſicut gentes, quem ſpem non habent reſur-
rectionis, & mortuos ſuos, quaſi in æternũ
amiſſos, deplorant. Vos autem qui fidẽ re-
ſurrectionis tenetis, quid turbamini? Hoc
deficiebat ad integram rationem euange-
lij, quòd lætum nuntium habet, vt ſcilicet
propter reſurrectionis ſpem arguantur, qui
plus nimio mortuum ſuum deplorant. Sed
& proximior cauſa adeſt, quare non debe-
Sap. 16. tis conturbari: quia ego ipſe dominus vitæ
& mortis adſum, qui vita & reſurrectio ſum:
ecce quàm liberalem me vobis offero, & pa
ratiſsimum occurrere illi & vobis. Non eſt
quod in præſentia ſolis tenebras, aut offen-
Ioan. 11. dicula timeatis. Non habet mors in præſen
tia vitæ vnde glorietur. Ego ſum reſurrectio,
& vita. Tantum credite:nolite timere. Ecce
NOTA gratiſsimum Euangelium. *Puella non eſt mor
tua, ſed dormit.* Quod ſit remiſsio peccatorũ,
in Paralytico comprobatum fuit. Quòd ſit

C omnium infirmitatum cæleſtis medicus, in
multis millibus infirmorum demonſtratũ
fuit. Quòd dæmonum imperator, legio ab
eo expulſa teſtatur. Quòd totum eſt deſide
rabile, hodie incipit teſtificari:quòd ſcilicet
ſit reſurrectio mortuorum: hodie inquàm,
cùm arguit aduerſus plorantes & gemẽtes:
& cùm dicit: *Non eſt mortua puella, ſed dormit.*
Ac ſi diceret: Omni naturali potentiæ mor
tua quidem eſt:cùm regreſſus animæ ad cor
pus ſit impoſsibilis:quamuis valde illũ dili-
gat:mihi tamen, qui dominus ſum vniuerſo-
rum, dormit, id eſt, faciliter à me excitabi-
tur ad vitam:quantum facile eſt vobis dor-
mientem à ſomno excitare. Imò multò faci
liùs mihi eſt:quod exitus comprobabit. Vo
bis autem iucundum ſit verbum hoc: *Dor-
mit puella.* De quo ſtatim. Obſerua primò, *Reſurre-*
quod ſola fide tenetur reſurrectio mortuo- *ctio ſola fi*
rum. Quia licet multæ ſint ſuaſiones à ratio *de tenetur.*
nibus naturalibus deſumptæ ad probandũ
fidẽ reſurrectionis mortuorũ, nulla tamẽ rẽ
hanc demonſtrat euidenter, aut conuincit
philoſophum: & ideò nullus philoſophorũ
tradidit dogma de reſurrectione. Quia cer-
tè ſi aliqua ratio id conuinceret, eſſet hæc.
Anima hominis eſt immortalis & incorru-
ptibilis, ergo non erit in æternum extra cor-
D pus ſuum, cùm hoc ſit violentum:& nullum
violentum eſt perpetuum: ergo redibit ad
corpus ſuum. Illa reditio eſt reſurrectio.
Sed hæc ratio non concludit. Nullo ergò
modo ex lumine naturali demonſtratur re- *Hom. 12.*
ſurrectio mortuorum. De qua cum multa in *fo. 122.* A
homilijs ſuper pſa. 50. diximus, ab eius cõ D. 123. C
ſideratione ſuperſedemus. Valde itaque re- D. 124.
prehenſibiles ſunt, qui irremediabilibus la- A. B. C.
chrymis deplorant mortuos ſuos, quibus D. 144.
neque ipſa fides ſuccurrit ad ſolatium & cõ- D. 145. A
ſolationem. Cùm certè beatiſsimus apoſto *Mortuum*
lus ad deſperationem gentium, quæ fidem *deplorare*
non habent, talem luctum & contriſtatio- *nimis, à*
nem reducat. Nolumus autem vos fratres *Chriſto re*
ignorare de dormientibus, vt non contriſte *prehẽditur*
mini, ſicut cæteri, qui ſpem non habent. Si 1. *Theſ.* 4.
enim credimus quòd Ieſus mortuus eſt, & re
ſurrexit:ita & Deus. eos qui dormierũt per
Ieſum adducet cum eo. Vbi ex verbo quo
mors noſtra deſcribitur, conſolationẽ non
vulgarem fidelis homo debet capere. Quid
enim iucundius corpori laſſo, & ex lõgo iti
nere diffatigato, quàm ſomnus & dormi- *Mors ſom*
tio? In hoc verbo Dormire, tradit ſcriptura *nus.*
rationem mortis. Non eſt mortua puella *Ioan.* 11.
præſen

præſenti loco inquit Chriſtus. Et de La-
Ioan.11. zaro agens: Amicus noſter Lazarus dor-
Apoc.4. mit. Et vocem de cælo audit Ioannes Euangeliſta, de qua & mandatum accepit, vt in perpetua ſæcula illam exaret in ſcriptura. Beati mortui qui in domino moriuntur: Amodo iam dicit ſpiritus, vt requieſcant à laboribus ſuis. Vt quid ergo ô homo mortuo tuo, quem diligere iactas, inuides requiem ſuam, quam à domino accepit? Et quidem vox cæleſtis, dicit: Vt requieſcant a laboribus ſuis. Vt quid vſque ad diem hanc, & in ſequentia tempora eum deſideras laborare? Manifeſtas quidem tuæ concupiſcentiæ amorem, dum adhuc tibi deſideras illum labo-
Amb. lib. de bono mortis. cap.8. rare, & inter mortales agere. Tibique qui mortem malum putas, aptum reſponſum arbitror, quia per vitam ad mortem eſt tranſitus: per mortem autem ad vitam reditus. Neque enim niſi qui mortui fuerint, poſſunt reſurgere. Tace & obmuteſce, ne magni criminis arguaris. Spem habes? Si illam habes, vt quid turbaris? Non audis vocem domini, vt quid turbamini & ploratis? At dices: in proximo erat reſurrectio, ideò luctus interdicitur, & turbatio in ſerenum tranſire iubetur. Tibi ego: Reſurrectio hæc ad mortem iterùm erat: quam ego deſcribo, in perpetuū perſeuerabit: quia tunc abſorpta erit mors
i. Cor. 5. in victoria: & mortale hoc induet immortalitatem, & corruptibile incorruptionem.
Cap. 22. 28. Plorandum eſt ſuper mortuum iuxta ſententiam Eccleſiaſtici: Super mortuum plora modicum: defecit enim lux eius. Fac luctum ſecundùm meritum eius vno die vel duobus propter detractionem. Dominus
Ioann.11. enim ſuper Lazarum plorauit, accedens ad monumentum: ſed videns ſorores plorantes. Quòd ſi magnas & amaras valde legis
2.Reg.16 lachrymas Dauid pro Abſalon filio ſuo,
Lege beatū Aug. li. 3. de doct. Chriſt.ca. 21.tom 3. fol.55. hoc fuit, quia diſceſſit in peccato mortali. Quòd ſi Aegypti etiam legis planctum ſeptuaginta dierum pro Iacob patriarcha, hoc factum eſt in honorē eius & Ioſeph filij, totidem diebus conſecratis morti regum ſuorum. Irruit Ioſeph ſuper faciē patris mortui, flens & deoſculans eum. Sed
Plāctꝰ Aegypti pro Iacob regius. ſtatim de mandato patris ſolicitus fuit, & cōpleuit illud. Et Dauid de puero mortuo, ꝓ quo antea ſeptē diebus fleuerat, nihil cu-
Gen.2. rat: ſed vnctus & lotus ingreditur domum
Reg.12 domini: & gratias agit, & menſam habet

A communē cum ſenioribus domus ſuæ. Non mirum ergo ſi principes & reges terræ in magnis infirmitatibus filiorum abſcondāt vultum ſuum, etiam à ſeruis domus ſuæ: ſed cùm domini voluntatem didicerint manifeſtè, ingrediantur domum domini adoran- Principū doctrina pro tēpore luctus.
tes manifeſtè. Quanto magis & vulgus imperitum hæc debet ſeruare? Quibus hoc vitium eſt familiare, vt neque in multis hebdomadibus ingrediantur templum altiſsimi: neque ad audiendam rem diuinam. Non decent Chriſtianum gentium luctus & lachrymæ: cùm certò debeat ſcire optimam habere repoſitam gratiam eos qui cū 2.Mach. 12.
pietate dormierūt. Orandum quidē eſt pro illis, & offerenda ſacrificia, & eleemoſynæ in pauperes, vt à peccatis ſoluantur, id eſt, à pœnis debitis peccatis, pro quibus in hac vita non ſatis reddiderunt in fructibus pœnitentialibus. *Quid ploratis & turbamini?* Vtinam luctus viuorum in ſolicitudinem conuerteretur implendi ea quæ à mortuis demandata ſunt in teſtamentis pro redemptione animarū ſuarum. Aduerſus quos hac noſtra ætate vehementer poſſumus inſurgere:
B quia neque ad decennium legata mortuorum implent etiam chariſsimorum, &c. *Et irridebant eum.* Tanquàm magnum aliquem De quo ſupra.
medicum habebant dominum Ieſum rudes illi homines: nec maiorem, aut ampliorem, honorem potentiæ illius deferebant. Imò cùm diceret non eſſe mortuam puellam, irridebant eum: aut tanquàm impotentem ſuſcitare illam, aut tanquàm veritatis ignarū. Nihil tamen huiuſmodi irriſio, efficaci voluntati domini Ieſu intulit tarditatis ad ſuſcitandam mortuam puellam. In quo habes exemplum dilectionis fraternæ, quia etiam ſi mali & nequam homines opera, aut doctrinam tuam irrideant, nihil minus ſolicitus ſis erga proximum: propter quem Chriſtus mortuus eſt. Non magnum aut præclarum, ſi in medijs hominum laudibus adhuc ſudores & labores ſuſtineas. Tunc quippe fortis & verus amator proximorum comprobaris, cùm ſtulti irrident, & adhuc in opere & doctrina perſiſtis. Hæc ſunt veſtigia, quæ nobis magiſter cæleſtis imitanda dereliquit: vt ſimus filij patris cæleſtis, qui Matt.5.
ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos. Non oritur ſol in cælo, tanquàm id faciat proprio arbitrio & poteſtate: ſed iuſſu domini. Ordinatione tua perſeuerat dies, Pſal.118.
inquit propheta. Non aliunde habet ſol,

quòd per ſingulos dies oriatur in cæload malorum & bonorum illuminationem,ſed ab ordinatione & mandato patris cæleſtis. *Ipſe uerò eiectis omnibus aſſumit patrem & matrē puellæ, & qui ſecum erant, & ingrediuntur ubi puella erat iacens.* Nota quòd ſerui iſti domus Iairi, aut cognati,&amici non erant in aula vel camera. vbi puella iacebat: ſed in antecamera. Quod expreſsè dicitur in Euangelio. Ipſe verò eiectis omnibus,&c. Et ingrediuntur vbi puella iacebat,mortua ſcilicet. Non ergo permiſit eis aſtare, vel in antecamera, vbi dominus locutus eſt, quòd non eſſet mortua: & ipſi deriſerunt eum. Quod non ſine ratione factū eſt: ſed quia indigni erant, vel vocem domini ad mortuam puellam audire. Secundò ne relicti foris Apoſtoli,minus chari viderentur magiſtro, & velut infirmi aliquid humanum paterentur. Docetque in re hac quomodo grandia opera, quantum oportuerit, fiant in abſcondito propter gloriam Dei tantùm. *Et tenens manum puellæ, ait illi: Thabita Cumi, quod eſt interpretatum, puella tibi dico, ſurge.* Vide quomodo non tantùm tetigit puellā manu ſua ſaluator, quod in oratione Iairi audiuiſti, verùm & tenuit manum illius. Nec tantùm vitam conſeruauit, ſed à mortuis reuocauit. Verè ergo clemens & liberalis, & in omnibus magiſtrum agens. Quàm faciliùs donaret nobis maiora deſideratis & petitis, quàm vel cogitare auderemus? Quod manifeſtè in filio prodigo comprobatur, qui in corde ſuo dicebat: Ibo in domum patris mei, &c. Fac me ſicut vnum de mercenariis tuis. Quam orationem dum coram patre offert, deoſculatus eſt eum pater eius, & ſtolam candidam & anulum in manu eius conceſsit: denique conuiuium parat & muſicam, & ſumma cum lætitia diem feſtum agit. Quantò maiora hæc ſunt? Quantò ſubliniora? Sed hæc humili conceſſa ſunt, non præſumenti de ſua iuſtitia. Et qui dicebat: Non ſum dignus vocari filius tuus, tantam gratiam inuenit in oculis & ſinu patris ſui. Occurrit & amplexatur eum. Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus dat gratiam. Rogabat Iairus Ieſum, vt manum imponeret ſuper filiam, ipſe autem tenuit eam: vt doceat quanto affectu ad proximos affici debet, qui ipſius imitator exiſtit: & præcipuè paſtores Eccleſiæ & Doctores. *Thabita Cumi*, id eſt, puella ſurge. Duæ ſunt dictio-

Dona concedit De° maiora petitis.

Lucæ.15.

Iacob.4.
1.Pet.5.

C nes Hebraicæ, quarum prima eſt nomen, & ſecunda verbum: vt patet per interpretationem Euangeliſtæ. Sciendum eſt tamen quòd Thabita non eſt nomen commune, ſed proprium illius puellæ, quæ à domino fuit ſuſcitata. Quod ex lectione Actuum Apoſtolorum confirmatur. In Ioppe autem fuit quædam diſcipula, nomine Thabita. Et ideò Marcus pro nomine proprio poſuit nomen commune, interpretando puellam. Sciendum eſt ſecundò, quòd illæ duæ dictiones, Tibi dico, non ſunt de ſignificatione ſermonis Hebraici hic poſiti, ſed additæ ſunt ab Euangeliſta ad maiorem expreſsionem, quòd ſcilicet ad verbum Chriſti puella ſuſcitabatur. Hæc Nicolaus de Lyra. Vel accentus, vel articulus, vel modus proferendi à Chriſto expreſſus eſt ab Euangeliſta per has dictiones, Tibi dico. B. Hieronymus ſuper Marcum: Tabita Cumi (ſine aſpiratione legit Tabita) Puella ſurge interpretatur, relictis Tibi dico. Beda inquit: Tabita Cumi in Syrio ſermone, quem Euangeliſta ponit, non plus eſt quam. Puella ſurge. Sed fortè ad vim dominicæ iuſsionis exprimendam hoc addidit: Tibi dico: & magis ſenſum loquentis, quàm verba intimare curauit. Sic ſæpè apoſtoli & euangeliſtę, cùm aliquod teſtimonium aſſumunt,
D magis ſenſum, quàm verba ponunt. Euangeliſta Tabita, puellam interpretatur: quod non eſt nomen proprium, ſed commune. Surge, Imperatiui modi. Mirabilis potentia ſaluatoris, dignißimaque omni timore & reuerentia. Non ſic Elias, vel Eliſæus mortuos ſuos ſuſcitabant. De priori dicit ſcriptura: Tulit puerum mortuum de ſinu matris, & portauit in cœnaculum, vbi ipſe manebat, & poſuit ſuper lectum ſuum, &c. Et expandit ſe, atque menſus eſt ſuper puerum tribus vicibus: & clamauit ad dominum, & ait: Domine Deus meus, reuocetur obſecro anima pueri huius intra viſcera eius. Et exaudiuit dominus vocē Eliæ: & reuerſa eſt anima intra pueri viſcera, & reuixit. De Eliſæo ſic legis: Ingreſſus eſt ergo Eliſæus in domū, &c. Et incubuit ſuper puerum, os ſuum ſuper os eius. Non ſic dñs Ieſus ſuſcitat mortuos ſuos: ſed tanquàm dominus imperans morti & inferno. Surge inquit: Imo vocat ea quæ nō ſunt tanquàm ea quæ ſunt. *Et confeſtim ſurrexit puella.* Non expectat tempus & horam diuinum mandatum: ſtatim ſurgit, quæ erat

Thabita nomen proprium quo modo.
Cap.9.

Potentia Christi.
3.Reg.17

4.Reg.4.f

De limbo, uel de purgatorio.
Roman.4.

erat mortua, viua & incolumis. Confeſtim A
non detinent mortuam ſuam mors aut in-
fernus, nec periniſtans: ſed ſtatim reſtituunt
animam, & corpori vnitur, & reuixit, quæ
Marci.4. erat mortua. Mirati ſunt qui erant cum Ie-
ſu in naui, cùm imperante Ieſu ventis & vn
dis, facta fuit tranquillitas: & dicebant: Quis
eſt hic, cui mare & venti obediunt? Dicant
nunc maiori fide & reuerentia: Quis eſt
hic ad cuius vocem mortui reſurgunt? Quis
Ioan.3. hic eſt, cui mors & infernus obediunt? Et
ſciant quòd verè eſt filius Dei: cui omnia
dedit pater in manus. Et ſciant quòd certè
eſt dominus mortis, & auctor vitæ. Vere
ſciant quòd mortui dormiunt ei, imò & vi-
uunt: & in nouiſsima die audiẽt vocem oris
eius cuncti homines, qui in puluere dor-
miunt, & reſurgẽt in corporibus ſuis. Quod
ſi quæritis, quærite quantus & qualis ſit hic
qui ventis & mari, qui dæmonibus impe-
rat, & omnes languores ſanat: quærite &
Ioan. 20. inuenietis, quòd verè filius Dei eſt. Hæc
enim ſcripta ſunt, vt credatis, quia Ieſus eſt
filius Dei, &c. Elias, Eliſæus, vt ſerui orant.
& incumbunt ſuper mortuos: filius tenet
manum puellę, vt vel ex ſolo tactu ſuæ car
nis viuificatricis, quæ erat mortua, reſurge-
ret. Et *ambulabat*. In teſtimoniũ ſuæ reſur-
Reſurre- rectionis, & quod certè non erat apparens
ctionis pu- & illuſoria: ſed realis & vera. Quatuor inue
cellæ com- niuntur hîc Primum, quòd manum puellæ
probatio. huius, manu ſua tenuit dominus Ieſus, cùm
adhuc eſſet mortua. Secundum, quòd voca
uit eam imperando, vt ad vitam redderet.
Tertium, quòd ſurrexit. Quod ambulabat,
quartum. Quæ omnia ſecundùm ſpiritum
complentur in nobis, cum à peccato ſurgi-
mus per pœnitentiam, & Dei gratiam. Ipſe
enim tenet manum noſtram, vt de ſtercore
peccatorum nos leuet, & ſuſcitet de terra
Pſal.112. inopem. Ipſe quidẽ eleuat dextera ſua eos,
qui intra ſtercora ſuæ iniquitatis iacẽt. Ipſe
vocat. & mandatum dat nobis ad vitæ re-
ditum. Cui obediens facta mens noſtra in
vera contritione, reſurgit à morte peccati:
quod longè ſublimius opus eſt, quàm vni-
uerſi plaſmatio. Cùm hic rebellis voluntas
peccatoris molliatur, & dulciter ad obediẽ
tiam trahatur: illic verò non eſt qui reſiſtere
poſsit. Sed qui reſurgit à peccatis ambulare
debet in viam pacis, & in operibus virtutũ.
Cap.8. Beatus Lucas inquit, quòd iuſsit dominus
dare illi manducare. Benè quidem, & iuxta

A propoſitum. Poſt pœnitentiam & confeſ-
ſionem peccatorum, cùm ambulaueris in
via pacis, manduca obſecro corpus domini *Cõmunio*
in ſacra communione, vt conforteris. Ali- *altaris poſt*
ter citò in ianuis tibi adeſt caſus, plenus mul *pœnitẽtiã.*
to periculo. Sic & filio prodigo poſt veſtẽ *Luc.15.*
& anulum & calceamenta vitulus ſaginatus
occiditur ad conuiuium, vt in fortitudine
cibi illius ambulet vſque ad montem Dei,
ſicut Elias. De quo legis, quòd bis come- *3.Reg.19*
derit ſubcineritium panem. Nunquid non *Elias bis*
in priori panis mãducatione, dominus vni- *comedit &*
uerſorum confortare poterat athletã ſuum, *bibit, &*
& agoniſthem pro illa via longiſsima? Cer- *quid ſignifi*
tè poterat. Sed in doctrinã noſtram ſic rei *cet.*
veritas inuenitur: vt dormiat bis, & toties
manducet. Et hæc puella poſt ſuam reſur-
rectionem manducat in verbo domini. Hęc
omnia tibi ſunt facienda. Surge à mortuis,
qui dormis: Surge & illuminabit te Chri- *Eph.5.*
ſtus: ambula in virtutibus, qui iaces in vitijs,
Dormi in quiete contemplationis, & conſi
derationis cæleſtis patriæ & gloriæ repro-
miſſæ perſeuerantibus. Manduca cæleſtem
panem in multa reuerentia, & dormi ite-
rum in altiori cõtemplatione (Somnus qui- *Somnus cõ*
dem contemplationem ſignificat in canti- *templatio.*
cis: dicente ſponſo: adiuro vos, &c. ne ſuſci *Cap.3.*
B tetis dilectam, ſcilicèt à contemplatione)
& manduca carnem ſaginatam, pinguiſsi-
mam, puritate plenam corporis domini, in
quo habitat omnis plenitudo diuinitatis
corporaliter. Quibus perfectis ambulabis *Col.2.*
vſque ad montem Dei: vbi Elias dominum *Matth. 1.*
videt, imò vbi facie ad faciem, ſancti angeli *Ioan.3.*
vident faciem patris, ſicuti eſt. *Et obſtupue-*
runt ſtupore magno, & præcepit illis vehemen-
ter, ut nemo id ſciret: & iuſsit dari illi manducare.
Omnia quæ ad fidem miraculi deſiderari *Miraculi*
poſſunt, notauit ſanctus Euangeliſta. Lo- *comproba*
cum ſcilicet Capharnaum, patrem, & no- *tio ex om-*
men eius, & dignitatis officium, domum, *nibus cir-*
puellæ ætatem, nomen proprium, ſi Thabi- *cunſtãtijs.*
ta erat illud: veram mortem, ex fletu ſeruo-
rum & domeſticorum teſtimonio, & tibi-
cinum canentium: ſiquidem nouiter mor-
tuis magni ſoni fiebant, antequàm ſepultu-
ræ traderentur: ne fortè non vera mors,
ſed ſopor præ ſe ferens mortem, accidiſſet:
& ſic reuocarentur. Denique habes vocem
domini, ſurrectionem puellæ, deambula-
tionem, & manducationem. Non eſt quod
deſideres ad fidem huius miraculi: nec da-

tur locus calumniæ inimico, etiam ſi de gloria Chriſti tabeſcat, & dentibus fremat. Cùm ergo comprobarunt in tantis argumẽtis puellæ reſurrectionem parentes eius, & tres ſacri Apoſtoli, obſtupuerunt: ad quos omnes trahit ſermonem Euangeliſta, cùm dicit: Obſtupuerunt ſtupore magno. Nunquàm ſic viderant. Et cùm vehementer præcipit, vt nemo præter ipſos hoc ſciat, ad tẽpus occultari voluit, quantum in ſe erat. Et certè tenebantur ad tempus tacere illud miraculum: vſque quo Chriſtus alium mortuum publicè ſuſcitaret. Tacere inquàm tenebantur, quantùm in ſe eſt: opus tamen clamabat. Nec alienum eſt à doctrina hoc mandatum: ſed te docet ſaluator, primò, vt fugias hominum laudes, quantum in te eſt in magnis operibus: ſecundò quòd habeas curam de proximo tuo, ne magis accendatur ira, & furor eius contra te, dum virtutibus, aut ſcientia, aut aliquo alio dono magnificaris. Omnia in gloriam Dei facite. Attendite ne faciatis iuſtitiam veſtram coram hominibus, vt videamini ab eis, &c. A beato Auguſtino grauis difficultas tangitur, & diſputatur de virtute miraculorum, tum in Chriſto, tum etiam in ſanctis. Legendus eſt ibi Aug. & beatus Greg. lib. 2. dialogorum, & Nicolaus Lyranus capit. 5. beati Marci in fine.

1. Cor. 10. Matt. 6. Lib. 22. de ciuitate dei. Greg. Nicolaus, Lyranus.

Finis Capitis quinti, & Libri quinti Commentariorum in Marcum.

LIBER

LIBER SEXTVS COMMENTARIORVM IN MARCVM.

ET EGREſſus inde abijt in patriam ſuã, & ſequebantur eum diſcipuli ſui. Et facto ſabbatho cœpit in ſynagoga docere: & multi audiẽtes admirabantur in doctrina, &c. Valde magnifica ſunt, quæ præſenti capitulo deſcribit S. Euangeliſta: quibus omni affectione mẽtis intendere, nimis iucundum, &

Pſal. 18. ſumme vtile erit. In pſalm. 18. S. propheta Dauid: Magnalia de Meſsia, & Chriſto domino, de ſanctis eius diſcipulis, de legis ſuæ promulgatione, de ſublimi retributione & præmio in obſeruãtia illius agit, & lætitiam regis noſtri Meſsiæ, quæ ipſum adimpleuit ad currendã viam ſuæ diſpẽſationis, deſcribit. Nec prætermiſit glorioſam & admirabilem aſcenſionẽ ad dexterã patris. Exultauit (inquit) ad currendã viam: non lento gradu vel pigre viã hanc peragebat: ſed quaſi currens præ gaudio in opere noſtræ redemptionis curſum ſuũ conſummabat. De quo in ſuperioribus veſtigiũ aliquod vidimus. Nec locũ aut tẽpus ad cibũ ſibi vel ſuis aliquando cõcedebat pre feruore prædicationis. Adeò quòd multi crediderũt verſum eſſe

NOTA valde. in furorẽ, & voluerunt tenere illũ. Et aliquando cõtra Hieruſalẽ itinerans, tã velox inuentus eſt, quòd præcedebat diſcipulos ſuos: per quã viam tam cõſtanter & prõpte

Cap. 19. De quo infra. currebat, quòd B. Lucas de illo inquit: Ipſe faciẽ ſuam firmauit, vt iret in Hieruſalẽ. Vnde in ſpecie vultus eius manifeſtabatur, ꝙ iret in Hieruſalẽ. Quod agnoſcentes Samaritani, noluerunt recipere illũ in ciuitatẽ ſuã. Vide obſecro ex his & alijs multis, quam

Pſal. 18. plenè ſcriptura Dauid cõpleta fuerit, in qua inquit: Exultauit vt gigas ad currendã viã. Curſus huius initiũ in ſolennem prædicationem auſpicatus fuit à Capharnao. In qua ferè omnia quæ ſuperioribus capitibus deſcripſimus, acta ſunt. Quã ciuitatẽ vſq; ad cælũ ſua magnificauit præſentia, & decorauit mirificè in multis miraculis, & illuminauit in doctrina ſua: deniq; primũ mortuum ibidẽ

A ſuſcitauit. Quo ſigno ædito, fugiens humanas laudes & honores, venit in ciuitatẽ ſuã: vbi multa paſſus eſt à ſuis contribulibus & fratribus: vſque ad præcipitiũ, quod illi inferre intentarũt de ſupercilio montis, vbi ciuitas eorum ſita erat. Venit ergo à Capharnao *in patriam ſuam.* Manifeſtè de Nazareth loquitur. Licet enim Capharnaum ciuitas Chriſti, propter illa quæ ſuperius diximus, appellata ſit ab Euangeliſta patria tamen nunquàm eſt dicta, nec dici debuit. Sed neque Nazareth patria Chriſti eſt propterea ꝙ ibi ſit natus: cùm manifeſtis veteris & noui teſtamenti ſcripturis Bethleem ſignificata ſit, & deſignata ad natiuitatẽ Chriſti, dicente propheta: Et tu Bethleem, &c. Ex te exiet dux, qui regat populũ meũ Iſrael. Et B. Lucas completã fuiſſe ſcripturam in Ieſu demonſtrans, inquit: Exiit edictum à Cæſare Auguſto, &c. In ciuitatem Dauid, quę vocatur Bethleem: & peperit filiũ ſuũ. Nazareth ergo Chriſti Ieſu dicta eſt patria, quia ibidẽ conceptus, & quia ibidẽ educatus. Vbi nota diuini cogitatus arcanũ, ſublimeq; conſilium. Vſque in præſentẽ diẽ Iu-

B dæi in hoc errant, ꝙ Ieſum dñm noſtrum à Nazareth credunt ortum, non in Bethleẽ. Propter quod nec ducẽ populi Iſrael habẽt illum, nec Meſsiam. Natus quippe fuit in diuerſorio, & repoſitus in præſepio. Indeque quadrageſimo die aſportatus in Hieruſalẽ: ac deinde deſcenderũt mater eius & Ioſeph in Nazareth: vbi admonitus Ioſeph ab angelo domini accepit puerũ & matrem eius, & deſcendit in Aegyptũ, vbi per aliquot annos habuerunt domiciliũ: deniq; in voce angeli redierunt ab Aegypto in Galilęam, &c. Neq; propter hæc omnia excuſationẽ habent Iudæi: cùm à Magis diſcere potuerint, quòd natus puer in Bethleem, verè eſſet rex Iudæorũ & Meſsias: neque voluerũt quærere illũ, aut fideli ſcripturæ tantum ſacramentum demandare ad filiorum fidem, & ſalutem. Quæ omnia notatu erant digniſſima: vt cùm vidiſſent cætera oracula prophetarũ completa in Ieſu, propter ignorationem huius non contradicerent Deo, veritati, & ſuæ ſaluti. Sed aliunde originẽ trahit hic lapis offenſionis, & hæc petra ſcandali,

NOTA.

Capharnaum nunquàm dicta patria Chriſti.

Mich. 5.

Luc. 2.

Iudæorum error in Chriſto nato.

Matth. 2.

Gloſſa. 7. alij doctores 4. annos computant.

Iudæi unde errauerunt in Ieſum.

dali, quòd ſtulti neſcientes ſcripturas, Meſ-
ſiam ſuum, vt regem ſuperbum & glorio-
ſum, omnibus diuitijs terrenæ gloriæ orna-
tum expectabant. Carnales enim erant, &
carnaliter ſcripturas interpretabantur: ne-
ſcientes inter primum & ſecundum aduen-
tum Chriſti diſtinguere. De quo ad longū
infra capit. 8. Venit ergo in ciuitatem & pa-
Sequēdus eſt Chriſtus. triam ſuam dominus Ieſus. *Et ſequebantur eū*
diſcipuli ſui. Hoc tibi faciendum eſt cum di-
ſcipulis Chriſti, vt eum ſequaris, quocunq;
ierit. Hanc doctrinam habes ab Eliſæo, cui
cum Elias magiſter eius diceret: Sede hic,
4. Reg. 2. quia dominus miſit me vſque Bethel, Eli-
ſæus reſpondit: Viuit dominus, & viuit ani
ma tua: quia non dimittam te. Et cùm ite-
rùm Elias diceret ei: Sede hic, quia domi-
nus miſit me in Iericho. iterùm reſpondit:
NOTA valde. Viuit dominus, & viuit anima tua, quia non
derelinquam te. Et qui in vijs omnibus ſui
magiſtri eſt ſecutus veſtigia firmiſsimo ani
mo & immobili volūtate (quòd in verbis
viuit dūs, & viuit anima tua toties repetitis
demōſtratur) hic inquàm, qui ſequitur Eliā,
hæres fit duplicis ſpiritus eius: non duplicis
Eliſæ' quomodo ſpiritum. ſpiritus. Quod in Eccleſiaſtico demonſtra-
tur. Et in Eliſæo completus eſt ſpiritus eius.
Elie habuit. Ec. 48. Cōpletus inquit: non duplicatus. Sic diſci-
puli dūi Ieſu ſecuti ſunt eum vſque ad ſuam
Act. 2. aſcenſionem in cælum, & non poſt multos
NOTA valde. dies ſpiritum Chriſti acceperunt. Non du-
rum aut difficile erat Eliſæo, quod magiſter
ſuus illi dicebat: imò quietem offerebat. Se-
de hic dicebat: ſed maluit laborē itineris aſ-
ſumere, quàm quietem ſeſsionis, vt euntem
per aëra magiſtrū cernere poſſet. Vnde &
Matt. 16. nobis præcipitur. Si quis vult me ſequi, de-
neget ſemetipſum. Quid homini eſt gratū,
& ſibi ipſi deſiderat? Sedere, quieſcere, ri-
dere, ſomnum, riſum, & epulas. Hæc dene-
gare debemus firmiſsimo animo cum Eli-
ſæo corpori noſtro. Quàm firmiter ſtatue-
4. Reg. 2. bat, qui dicebat: Viuit dominus, & viuit
Pſal. 118. anima tua, & qui dicebat: Iuraui & ſta-
tui cuſtodire iudicia iuſtitiæ tuæ: tam fir-
firmiter ſtatuat vnuſquiſque in corde ſuo
ſequi dominum Ieſum. Sed illa omnia ad-
uerſus nos ſunt. Qui cùm primo incipimus
ſequi dominum & ſanctimoniam, conuerti
mur ab eo quod nobis traditum eſt ſancto
Cap. 8. mandato. De quo propheta Hieremias:
Omnes cōuerſi ſunt ad curſum ſuum, ſicut
equus impetu vadens ad prælium, &c. Et
verbum domini proiecerunt, & ſapientia

C nulla in eis eſt. Aduerſus quos eſt verbum
Pauli. Currebatis benè, quis vos impediuit Gal. 5.
veritati non obedire? Sed non coronabitur 2. Timo. 2
niſi qui legitimè certauerit: & qui brabium 2. Cor. 9.
deſiderat, ab omnibus ſe abſtinet ad curren
dam viam. Oportet ergo nos ſequi Chriſtū
quocunque ierit. Sed primò ad crucem &
mortem: deinde ad gloriam & reſurrectio-
nem. Caro tamen noſtra vnum deſiderat
ſine altero: gloriam ſine cruce. Aliter tamen
à Deo diſpoſitum eſt. Per multas tribula- Act. 14.
tiones oportet nos intrare in regnum cælo-
rum. Denique nihil melius eſt quàm timor Eccli. 23.
domini, & nihil dulcius quàm reſpicere in
mandatis domini. Gloria magna eſt ſequi Sequelæ
dominum. Longitudo enim dierum aſſu- Chriſti
metur ab eo. *Et facto ſabbatho, cœpit in ſyna-* quale præ
goga docere. A beato Luca mutuo accipien- mium.
dum eſt, quod præſenti loco noſter euan- Cap. 4.
geliſta prætermittit: quia valde pulchrum
eſt teſtimonium Eſaiæ, quod in præſenti lo
co dominus Ieſus expoſuit ſuis cōciuibus.
Inquit beatus Lucas: Et intrauit ſecundum
conſuetudinem ſuam die ſabbathi in ſyna-
gogam, & ſurrexit legere, &c. Traditus eſt
liber Eſaiæ prophetæ. Obſerua quomodo
præ manibus libros prophetarū habebant
Iudæi: & inuento magiſtro qui doceret, ocu
D li eorum erant intendētes in eum. Quę om
nia facienda eſſent populo Chriſtiano: cu-
ius beatitudinē deſcribens ſanctus Dauid:
dicebat: In lege domini voluntas eius: & Pſal. 1.
in lege eius meditabitur die ac nocte. Reuol
uens librum, venit ad præſentem locum, Cap. 61.
vbi ſic ſcribit Eſaias: Spiritus domini ſuper
me, propter quod vnxit me, euangeliza-
re pauperibus miſit me: ſanare contritos
corde, prædicare captiuis remiſsionem, &
cæcis viſum: dimittere confractos in remiſ-
ſionem: prædicare annum acceptum, & diē
retributionis. Quam prophetiam ad lon-
gum expoſuit, ſicut indicat ſanctus euange-
liſta, cùm dicit: Et omnium in ſynagoga
oculi erant intendentes in eum. Vbi qui-
dem ſi ſolum legeret ſententiam prophetę, Locus E-
& diceret tantum: Hodie completa eſt hęc ſai. expoſi-
ſcriptura in auribus veſtris, non erat cui te- tus eſt à
ſtimonium redderent: & tamen mirantur in Chriſto.
verbis gratiæ, quæ procedebant de ore
ipſius. Expoſuit ergo ad longum & per
ſingulas partes & membra ſcripturam
Eſaiæ, & teſtatus eſt, quòd in illa hora
coram ipſis eſſet completa. Quæ duo (ſi
benè memini) ſingulariſsima ſunt in

hoc

hoc euangelio. Non enim legimus ſimilia A
aliquando feciſſe dominum Ieſum, aut di-
xiſſe ita expreſsè & manifeſtè. Obſcurè
quidẽ Scribis & Phariſæis in die palmarũ
in templo ſimilia & æquiualentia dixiſſe,
compertum eſt, Cum Iudæi laudes puero-
rum Hebræorum ferre non poſſent pr[æ] in-
uidia, in quibus vſque ad cælos dominũ ſal
Matt 21. uatorem magnificabant, acclamantes ei: O
Pſal.8. ſanna filio Dauid: dixerunt: Non audis
quid iſti dicunt? Quibus ipſe: Vtiq;. Nun-
quàm legiſtis: quia ex ore infantium & la-
ctentium perfeciſti laudem. In quibus ver-
bis completam demonſtrat prophetiam, li-
cet non ita clarè, ſicut in Nazareth, vbi di
xit: Hodie impleta eſt hæc ſcriptura in au-
ribus veſtris. Vbi manifeſtè ſeſe illum eſſe
demonſtrat: de quo Eſaias prædixerat teſti
monium & prophetiam hanc. Inquit ergo:
Dñs Deus *Spiritus domini ſuper me.* Apud Hebæos do-
apud He- minus Deus eſt: ſicut ſupra diximus. Vnde
bræos. vtrumque poſuit beatus Hieronymus: Spi-
ritus domini Dei ſuper me. Septuaginta ve
rò interpretes proprio idiomate vtentes:
Spiritus domini dixerunt: Quorum inter-
pretatione ſeu translatione Chriſtus & apo
ſtoli vſi ſunt. *Spiritus domini ſuper me.* In per B
ſona Chriſti loquitur propheta: non quòd
dominus Deus habeat dominum Deũ: ſed
quòd iuxta diſpenſationem carnis aſſum-
ptæ, dicat quæ humilia ſunt, & ipſi huma-
næ naturæ conuenientia. Cui humanæ na-
turæ conuenit, cùm minor ſit patre & Spiri
tu ſancto, quòd ipſe beatiſsimus ſpiritus ma
neat ſuper illũ, & ſuis donis eũ perfectiſsimè
Cap 11. repleat: ſicut alio loco ipſe Eſaias teſtatur.
Requieſcet ſuper eum ſpiritus domini, &c.
Quod ſigno viſibili demonſtratũ eſt in Ior
Ioan.1. dane, baptizato domino. Vbi Spiritus ſan-
ctus deſcendit corporali ſpecie ſicut colum
Hierony- ba, & manſit ſuper caput Ieſu. Vbi obſerua
mus expo- quòd beatus Hieronymus interpretationẽ
nẽdus in de deſiderat, cùm de vnctione animæ Chriſti
unctione inquit: Cuius vnctio illó expleta eſt tempo
Chriſti, ſu re, quando baptizatus eſt in Iordane. Qui
per ca.61. ſic eſt interpretandus. Expleta eſt, id eſt, ſi-
Eſaiæ. gnificata ſigno viſibili. Ab inſtãti enim ſu[æ]
creationis ſummam hanc vnctionem grati[æ]
habuit anima Chriſti. Rationẽ reddit, qua-
re ſpiritus domini erat ſuper eum: *Eo quòd un*
Pſal.44. *xit me, inquit.* De qua vnctione antè prædi-
xerat propheta Dauid: Vnxit te Deus,
Deus tuus oleo lætitiæ præ cõſortibus tuis.
Odiſti iniquitatem: & dilexiſti iuſtitiam:

A propterea, &c. Vbi manifeſtè naturam no-
ſtræ carnis intelligit propheta: dicit enim:
præ participibus tuis. Quando enim conſor
tes & participes nominantur, naturam car-
nis intellige: quia Deus conſortes ſubſtan-
tiæ ſuæ non habet. Hæc Hieronymus. *Eo*
quòd unxit me. Oleo lætitiæ vngitur: quod
non aliud intelligitur, quàm Spiritu ſancto *Gratia*
repleri. Quod autem pr[æ] participibus dicit: *Chriſti.*
indicat, ꝙ non gratia ſpiritus, ſicut prophe *Impeccabi-*
tis, data eſt ei, ſed ꝙ ipſius verbi Dei in ea *litas Chri*
ſubſtantialis inerat plenitudo: ſicut apoſto- *ſti unde.*
lus teſtatur. In quo habitat omnis plenitu- *Col.2.*
do diuinitatis corporaliter. Denique pro-
pter hoc non tantùm dixit: Dilexiſti iuſti- *Pſal.44.*
tiam: ſed addidit: & odiſti iniquitatẽ. Odiſ-
ſe iniquitatem illius eſt, de quo dicit ſcriptu *1.Pet.2.*
ra: Qui peccatum non fecit, neque inuentus *Heb.4.*
eſt dolus in ore eius. Et de quo dictum eſt:
Tentatum per omnia pro ſimilitudine abſ- *Ioan.8.*
que peccato. Sed & ipſe dominus dicit: Quis
ex vobis arguet me de peccato? Et iterum *Ioan. 14.*
ipſe dicit: Venit princeps huius mundi, &
in me non habet quicquã. Quæ omnia nul-
lum peccati ſenſum indicant in eo extitiſſe.
Deinde docẽs Origenes, quomodo impoſ- *Orig. Peri Archon*
B ſibile fuit huic animæ, vel ſenſum minimũ
peccati habere, quamuis eiuſdem naturæ fue *lib.2.c.6.*
rit cum noſtris animabus, eleganti vtitur ſi-
militudine. Abſque aliquo præiudicio di- *Similitudo*
camus, metallũ capax eſſe frigoris & calo-
ris. Si ergo maſſa aliqua ferri ſemper in igne
ſit poſita, omnibus ſuis poris, omnibuſq; ve
nis ignem recipiens, & tota ignis effecta, ſic
quòd ignis ab ea non ceſſet aliquando, neq;
ipſa ab igne ſeparetur: nunquam dicemus
hanc, quæ natura ferri maſſa eſt, in igne po-
ſitam, & indeſinenter ardentem, poſſe fri-
gus aliquando recipere: quinimò (quod ve-
rius eſt) magis eam, ſicut in fornacibus ſæpè
fieri oculis deprehendimus, totam ignem
effectam dicimus: quoniam neque aliud in
ea niſi ignis cernitur: ſed & ſiquis continge-
re, atque tractare tentauerit, non ferri, ſed
ignis vim ſentiat. Hoc ergo modo etiam il-
la anima, quæ quaſi ferrum in igne, ſic ſem-
per in verbo, ſemper in ſapientia, ſemper in
Deo poſita eſt. omne quod agit, quod ſen-
tit, quod intelligit Deus eſt, id eſt immacu-
latum & ſanctum: & ideò nec conuertibilis,
nec mutabilis dici poteſt, qu[æ] in conuertibi
litatem ex verbi Dei vnitate indeſinenter
ignita poſsidet. Ad omnes denique ſanctos
calor aliquis verbi Dei putandus eſt per-

uenisse: in hac autem anima ipse ignis diuinus ſubſtantialiter requieuiſſe credēdus eſt, quo ad cæteros calor aliquis venerit. Deniquè quod dixit, quia vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis, oſtēdit, quod aliter iſta anima oleo lætitiæ, id eſt, verbo Dei vngitur, & aliter participes eius, id eſt, ſancti prophetæ & apoſtoli. Illi enim in odore vnguentorum eius cucurriſſe dicuntur. Iſta autem anima vaſculum vnguenti ipſius fuit: ex cuius fragrantia participantes digni quique prophetæ fiebant, & apoſtoli. Sicut ergo aliud eſt vnguenti ſubſtantia, & aliud odor eius: ita aliud eſt Chriſtus & participes ſui. Et ſicut vas ipſum, quod ſubſtantiam continet & vnguentum, nullo genere poteſt aliquid recipere fœtoris: hi verò qui ex odore eius participant, ſi ſe paulò longiùs à fragrantia eius remouerint, poſsibile eſt, vt incidentem recipiant fœtorem: ita & Chriſtus velut vas ipſum, in quo erat vnguenti ſubſtantia, impoſsibile fuit, vt contrarium reciperet odorem. Participes vero ſui quàm propinqui fuerint vaſculo, tam odoris erunt participes & capaces. Hæc de mirifica vnctione & manſione ſpiritus ſuper humanitatem Chriſti. Ad *annunciandum manſuetis miſit me.* Miſſus eſt Chriſtus ad euangelizandum humilibus & manſuetis, & ſpiritu pauperibus. In quo euangelio ſuauiſsima medicina gratiæ inuenitur ad curationem eorum, qui cor habent contritum. De quo Dauid: Qui ſanat contritos corde, & alligat contritiones eorum, ſpe veniæ & indulgentiæ: & ſanat oleo gratiæ, & vnguento charitatis: & dicunt: Cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies. Siue iuxta Symmachum & Theodotionem: ad alliganda vulnera peccatorum. Obſerua quomodo omnia quæ ad integram rationem euangelij requiruntur, deſcribit in hac ſententia propheta. Miſſus eſt Chriſtus ad annuntiandum læta & ſuauiſsima: afferte que oleū ad ſanauda vulnera noſtra, ac prædicat captiuis indulgentiam. Gratis enim venundati eſtis, & ſine argento redimemini: non tamen ſine ſanguine: quia ſine ſanguinis effuſione non fit remiſsio. *Clauſis apertionem.* Intellige præſentem locum, aut de patribus, qui erant clauſi in lacu, in quo nō erat aqua: vel certè de peccatoribus in compedibus & manicis vinctis, & clauſis ſub multa caligine peccatorum. *Cæcis*

Similitudo

Pſal.146.

Pſal.50.

Eſa.51.

Heb.9.

Zach.9.

C *ut uideant.* Manifeſtè propheta agit de cæcitate mentis: & de lumine, quod in euangelio mundus totus ab Spiritu ſancto accepit. Si enim de cæcitate oculorum materialium diſſereret, hæc quidem non curatur per euangelizationem, ſed per manus impoſitionem, aut per magnificum imperium Chriſti, aut certe per luti impoſitionem ſuper oculos, de quibus omnibus apud ſacros Euangeliſtas habes exempla manifeſta. Extat & aliud teſtimonium in hoc propheta, vbi donum hoc & curatio per Chriſtum promiſſa ſunt hominibus. In illa die aperientur oculi cæcorum. Per verbum Aperiri, promittitur oculorum materialium illuminatio, non in verbo Annuntiare, aut Euangelizare. Hæc enim ad mentem, & intellectum ſpectant. Agit ergo ſermonem de cæcitate mentis, ſiue per peccatum, ſiue certè per infidelitatem. Hæc propriè eſt cæcitas, in qua Deus verus, & filius eius Ieſus Chriſtus & Spiritus ſanctus ignorantur, & blaſphemantur. Laborantibus ergo magna hac cæcitate annuntiat Chriſtus & Apoſtoli Euangelium vitæ, quo accepto vident: & immunda idola patruum ſuorum comminuunt, & igni tradunt. *Annunciare annum placabilem* Domino. Annus placabilis, & D tempus acceptabile, & dies ſalutis idem ſunt. Annus placabilis, vel iubilei currit à Chriſti redemptione, per quam placatus eſt cæleſtis pater, ſatiſfactumque diuinæ iuſtitiæ: & reddita mundo pax. Annus placabilis eſt, in quo malefactores vocantur ad pœnitentiam, & indulgentia eis repromittitur. Quo tranſacto gladium inuenient, & vindictam à domino. De quo ſtatim in propheta: Et diem vltionis, vel iuxta ſeptuaginta: Diem retributionis. Magis comprehendit nomen retributio, quam nomen vltio. Hoc enim ad malorum vindictā: illud vero ad bonorū coronam, & malorū flagellum ſpectat. Retributio eius eſt, qui bene aut male operatur. Vltio illius ſolū, qui nequā & ſceleratus eſt. Vnde Paulus: Qui reddet vnicuiq; iuxta opera eius. Hoc argumētum ad longū proſequutus eſt dn̄s Ieſus per omnia euāgelia. Vbi ſublimes repromiſsiones gehennæ ignis, & ſtridoris dentium diſſeminauit. Quod argumentum nos per continuos octo libros proſecuti ſumus. Nec minùs vtile quam neceſſariū à ſapiētibus iudicatū eſt prędicare ſcilicet annū retri-

Cæcitas quę apud Eſaiam.

Matth.19
Lucæ.4.
Marci.5.

Ioan.9.

Annus placabilis quis & quādo.

Rom.2.

retributionis & vltionis: vt iuſti ad iuſtitiam excitentur, & nequam deterreantur, & abſtineant à malis & flagitijs. Sicut enim duo luminaria magna ſol & luna, per diem & noctem vniuerſum mundum, & oculos omnium dirigunt & illuminant, ſic prœmiū & pœna. *Et cum plicuiſſet librum, dedit miniſtro. Et omnium in Synagoga oculi erant intendentes in eum.* Sic beatus Lucas, Non dubium, imò credere nos oportet ineffabilem quandam gratiam in ſermone & verbis Chriſti fuiſſe, quibus auditorum corda magna iucunditate allicerentur. De quo extat teſtimonium apud prophetam: Diffuſa eſt gratia in labijs tuis, &c. De quo & noſter Euangeliſta, *Et multi audientes admirabantur in doctrina eius, dicentes: Vnde huic hæc omnia? Et quæ eſt ſapientia quæ data eſt illi, & virtutes tales quæ per manus eius efficiuntur?* Per multos annos, & à pueritia Domini Ieſu vſque ad adoleſcentiam nihil ſublime in illo viderant Nazareni ſui: nullum in illo apparuit literarum aut philoſophiæ argumentum, propter quod nunc mirati ſunt, & obſtupeſcūt, cùm ſubito diuina autoritas & potētia claruerunt. Mirabile erat opus hoc, ſed reuerentia digniſſimum & tremore: non vt diſpiceretur propter generis ignobilitatē, vel artem fabrilem auctor ipſius. Conſidera obſecro quot annos ingloriùs tranſegit Chriſtus in domo matris & in patria Nazareth, ſine honore, ſine gloria, ſine hominum adoratione. Cōſidera & animo reuolue quàm verè de illo dixit Apoſt. Exinaniuit ſemetipſum, formam ſerui accipiens. Et illud: Humiliauit ſemetipſum. Et illud: Pauper ſum ego, & in laboribus à iuuentute mea. Et multa alia huius figuræ paſſim offendes in ſacris literis & vita Domini Ieſu. Vnde miracula infantiæ Saluatoris apochryplia ſunt, & reijciēda. Propter hoc nimirum, tantum admirantur homines iſti conciues & cōtribules Dñi, parentes & cognati, quia vſq; ad horam hanc nihil magnum aut expectabile in eo viderant. Nō viderant eum oracula prophetarum diſputantem, non facientem miracula. Imò faber lignarius erat ſicut Ioſeph ſpōſus virginis matris eius. Quod viri illi ſtatim teſtantur. *Nōne hic eſt faber filius Mariæ?* Matthæus inquit. Nonne hic eſt filius fabri? Vtrunque dixerunt: Faber & filius fabri. Vide ergo iam confirmatam ſententiam ſuperiorem, in qua de humilitate filij Dei agebamus:

Similitudo

Gene. 1.

Cyrillus li. 2. ſuper Ioan c. 15.

Pſal. 44.

Infra c. 12

Phil. 2.

Pſal. 87.

Miracula infantiæ Saluatoris Apocrypha

Chriſtus faber lignarius fuit.

A quippè qui per tot annorum curricula inter cōciues ſuos conuerſatus eſt, ac ſi eſſet vnus ex illis: non etiā excelſus Deus & omnipotens. Obſerua ſecundo quod ab omni ſua patria habuit teſtimonium firmum quòd numquam operam dederit magiſtris, aut lectioni prophetarum: imò quod arti fabrili intentus erat per totam vitam cum Ioſepho. Vnde conſtat quòd Chriſti ſapientia non erat humanitùs acquiſita, ſed cum ſeſe hominibus manifeſtare diſpoſuit, theſauros ſapientiæ & ſcientiæ intra ſinum ſuum abſcōditos, reuelabat pro ſalute hominum. Obſerua quòd non otioſè tranſegit vitam à pueritia, vſque ad annum circiter trigeſimum, ſed arti & labori in domo matris erat ſecundùm tempus intentus: & manu propria, & in ſudore vultus ſui edebat panem ſuum. Et in hoc non tam onerolus fuit matri pauperi, quàm adiutor. Ne erubeſcas hæc dicere vel audire, quia vera ſunt, certa ſunt, & in Euangeliſtis aliquo modo traduntur. Pro his omnibus quam reddis Deo tuo vicem, ô ingrate homo? Quas laudes & gratiarū actiones? Neque indigna de Chriſti humilitate, aut prædicamus, aut ipſe fecit. Vnde Chriſtus laborauit, ſicut orauit: nō ad ſuffragium, ſed ad exemplum. Nec talis labor in Chriſto potuit remittere ſummū gradū intellectualis contēplationis. Et quamuis non laborando manibus ſuis nullo modo eſſet otioſus: habuiſſent tamen otioſi exemplum, vel cautam ad excuſandam ſuam culpā. Scire enim nō poterant vtrùm intentus eſſet contemplationi, an non: ad quod euitandum laborauit manibus ſuis, & ad magnum exemplum. Obſerua quartò quòd apud noſtrum Euangeliſtā nomen faber cum articulo ponitur, ſcilicet ille faber, vt certam perſonam fabrilis artis deſignent per articulum. Habes hic vnde ſatis facias curioſis quæſtionibus. Quid ſcilicet fecerit dominus Ieſus vſq; ad annum ferè trigeſimum. Vacabat arti fabrili. Habes vnde fugias pernicioſum otioſitatis vitium, quod cuncta mala docet. *Nonne hic eſt faber filius Mariæ, Frater Iacobi & Ioſeph, & Iudæ & Simonis? Nonne ſorores eius hic nobiſcum ſunt?* Manifeſtum eſt quod Iacobus & Ioſeph, Iudas & Simon non erant fratres Chriſti, filij Virginis Mariæ. Expreſſa enim ſcriptura comprobatur cognatos fratres dici. Vt interim ex hoc vno blaſphemantium ora cōcludantur, & obmutuſcant:

Humilitas Chriſti.

B

Labor corporalis Chriſti qualis.

Hilarius, faber ferrarius & mira inde colligit: canone in Mat.

Et verè ſciant ho: omnes cognatos ex gene re & valde propinquos fuiſſe Chriſto, non fratres ex Maria virgine generatos: aut ex Ioſeph ex alia vxore. De quo ad longum cum beato Hieronymo: & nos aliquod verbum inſuperioribus egimus. Obſerua quod

Cap. 13.

Theophylatus in commentario Matthæi hanc expoſitionem tradit. Fratres habuit dñs & ſorores, Ioſeph filios, quos genuit ex vxore fratris ſui Cleophæ. Mortuo enim abſq; liberis Cleopha, Ioſeph iuxta legem vxorem eius accepit, & pueros procreauit ſex, quatuor mares, & duas fœminas, Mariam, quæ dicebatur Cleophę filia ſecundū legem, & Salomen. Hoc ipſum repetit cap. 27. Matthæi. Vbi etiam deſcribit beatiſsimam matrem Saluatoris filiorum Ioſeph fuiſſe nouercam. Et pleriq; ex Græcis huic opinioni ſubſcribunt. Euſeb. Cæſ. Euthymius, Oecumenius: filios Ioſeph introducūt dubios de Chriſto, de quo nunquam Ioſeph dubitauerat. Ephiphanius ſex liberos etiam concedit Ioſeph ex vxore de tribu Iuda, & Iacobum iuſtum primogenitū illi fuiſſe circa annum Ioſeph quadrageſimum natum: deinde mortua vxore hac, cùm ageret annum octuageſimum, duxiſſe Mariam dominam noſtram. Origenes etiam cū locum illum Matthæi exponeret, indicāuit hanc opinionem ex Euangelio, cui titulus eſt, iuxta Petrum, aut ex Euang. quod Iacobi dicitur, profectam: ſibiq; mirū in modum placere: quum & rationi conſentaneū ſit virilis virginitatis primitias dedicatas fuiſſe in Ieſu ſaluatore noſtro: muliebris autem in Maria matre eius. Hoc ipſum inter Latinos placet Hilario. A quibus omnibus longè abeſt Hieronymus libro. 2. in Matthæum, & deliramenta judicat illa omnia quæ ſuperius enarrauimus: & firmiſsimè cōtra Eluidium: ſed qui fratres Domini appellantur, conſobrinos fuiſſe Saluatoris Marię filios, materteræ dominæ. Et Auguſtinus Ioſephum deſcribit virginem. Habe ergo ô Ioſeph cum Maria coniuge tua communem virginitatem membrorum, quia de virgineis membris virtus naſcitur angelorum. Et paucis interpoſitis: Gaude itaq; Ioſeph, quia per meritum virginitatis, ita ſeparatus es à concubitu vxoris, vt pater dicaris Saluatoris. Et hæc ſententia tibi probetur. Et certè faber erat Chriſtus nonſolum ligna, manu & arte elaborās, verùm qui operabatur igni & virtute, & ſpiritu: vnde, Ipſe bap-

Euſe. Cæſ. lib. 2. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ. c. 1
Euthymius cap. 12. in Matth.
Oecumeni⁹ c. 2. ad Galat. & c. 1. Act. apoſt.
Epiphani⁹ li. 3. Panarij aduerſus Antidicomarianitas
Canone. 1. in Matth.
Hiero. li. 2 in Matth.
Sermone de natiuitate dñi. 14.

C

tizabit vos in igne & ſpiritu. Faber eſt qui fabricauit auroram & ſolem. Et fabri filius qui fabricauit auroram & Solem, id eſt, eccleſiam primam & ſequentem, in quarum figura mulier & puella ſanatur. *Et ſcandalizabantur in illo.* Mira cæcitas, in dictis & factis cognoſcunt dñi Ieſu virtutem: & ob ſolam generis notitiā contemnunt precioſas margaritas, & quem probauerant non addictū humanis literis, & admirātes dicebāt: Quæ eſt ſapientia quæ data eſt ei? eum contemnunt: vel quia faber fuit, vel quia filius Mariæ, & inter eos nutritus. Quaſi naturale eſt ciues ciuibus inuidere: quia non opera, ſed infantiam, quam viderunt, conſiderant: & comitatur ſæpenumero deſpectio originem, & contemptus. Vnde populus, cū Roboā filius Salomonis nollet acquieſcere eis, dixit: Quæ nobis pars in Dauid? vel quæ hęreditas in filio Iſai? Adhuc in nepote Dauid deſpiciebatur pater ei⁹, quod in vita nō ſemel contigit ei. In hunc modum cōtemnunt Ieſum, propter Ioſeph & Mariā: cùm tamen exemplis priſcorum potuiſſent commoueri à parentibus parum notis, inſignes filios fuiſſe generatos. Nam & Dauid agricolæ ignobilis filius fuerat, & paſtor ouiū: & Amos caprarij filius, & ipſe caprarum cuſtos. Moſes etiam patrem habuit ſeipſo lōge inferiorem, qui omnes aſſumpti à Deo ſunt ad ſublimia officia & dignitates in quibus & admirabilis virtus ipſius Moſis comprobata fuit, & potētia. Deberent ergo nō ſcandalizari in Chriſto, cuius ſapientiā venerabantur, & proprio ore cōfitebantur illum literas non didiciſſe. Propter quod magis debuerant ex hoc ad fidem inuitare ſe mutuò, quàm ſcandalizari. Sed adeò capitale vitium eſt inuidia, vt propriæ ſaluti, & ſuorum morſum inſtigat, & caliginem nebulæ in media luce diffundat. Nam quę in oculis eorum erant mirabilia, & inaudita, & ad deuotionem & fidem in Ieſum conducentia, ea ipſos magis ſcandalizabant. Non eſt qui eos iuuet, cum ad cumulum malitiæ lumen diuini radij conuertant. In hunc finem miracula & Euangelium Chriſti ordinabantur, vt videntes lucem magnam lętarentur: tanquam qui faciem ſolis ſplendidā poſt multorum dierum tenebras vidiſſent. Sed ægra lumina ex inuidia aduerſus gloriam, & honorem proximi, quem dudū ſibi ſimilem, comprobauerant, lucem magnam miraculorum & doctrinæ fugientia, ſcanda-

D

Matth. 3.
Inuidia ciuium cōtra conciues.
3. Reg. 12
Filij nobiles ex ignobilibus parētibus.
1. Par. 2.
Amos. 5.
Exod. 2.
Lege Ioſeph lib. 2. de antiqui. de natiuitate Moſis.

lizata

lizata ſunt. Summè curandum eſt ne quod A
infirmum in Chriſto apparuit in ſua huma,
nitate, vel in operibus, ſcādalum nobis ſit,
pro quibus talia voluntariè aſſumpſit: &
quæ ſuam decebant maieſtatem ad tempus
aliqua abſcondit, & alia dimiſit propter nos
& propter noſtram ſalutem. Miſer homo,
& ingratus, pro quibus valde obnoxius te-
netur Chriſto, ipſum contemnit & ſcanda-
lum patitur. Hæc eſt noſtri cordis audacia,
vt pro quibus ſanctā admirationem & reue
rentiam debet, reddat iniuriam. Dns tamen
noſtri amator ſupra modum, & pluſquàm
dici poteſt, in re hac nos admonuit: Beatus
Matth. 11 qui nō fuerit ſcandalizatus in me: in carne
meà mortali, in paupertate mea, & domus
matris meæ, in laboribus & paſsionibus car
nis meæ, deniq; in cruce & morte mea. Hęc
1. Cor. 1. eſt noſtra beatitudo, id eſt, initiat noſtram
beatitudinē, quod enim infirmū Dei eſt, for
tius eſt hominibus: & quod ſtultū, ſapiētius
eſt hominibus, ſiquidē per infirmitatē car-
nis ſuę, & per ſtultitiam crucis, diſpēſationis
magnæ ſacramentum operatus eſt. Iam præ
Cap. 8. dictum erat in Eſaia: Dominum exerci-
tuum ipſum ſanctificate: ipſe pauor veſter,
ipſe terror veſter, & erit vobis in ſanctifica
tionem. In lapidē autem offenſionis, & in
petram ſcandali, duabus domibus Iſrael, in
laqueum & in ruinam habitantibus in Hie-
ruſalem. Et offendent ex eis plurimi, & ca-
dent, & cōterentur, & irretientur, & capien
tur. Quod verbū memoria tenens iuſtus Si
meon, & in Spiritu ſancto agnoſcens dñm
exercituum in carne infirma, ad beatā ma-
trem eius conuerſus dixit: Ecce hic poſitus
Lucæ. 2. eſt in ruinam, & in reſurrectionem multo-
rum in Iſrael. Et Paulus, & Petrus de illo
Rom. 9. egerunt ſermonem. Beatus ergo qui nō fue
1. Petri. 2. rit ſcandalizatus in Chriſti humilitate: qui
quāuis ſit reprobatus vt inutilis lapis ab ędi
ficantibus, lapis tamen eſt probatus, angula
ris, precioſus, in fundamento fundatus. Qui
Eſai. 28. credit non feſtinet. Crede & non feſtines:
ne ante tempus pręfinitum à patre gloriam
lapidis huius precioſi, & angularis deſide-
res. Non feſtines, quia poſt aliquod tempus
omnia hæc comprobabis in Chriſti Ieſu
beata reſurrectione, glorioſa aſcenſione, &
in confeſsione ſui nominis, ab vniuerſis gen
tibus. *Et dicebat eis Ieſus quia non eſt prophe-*
ta ſine honore, niſi in patria ſua, & in cognatio-
ne ſua, & in domo ſua. Vniuerſi ferè mortales
vitiū hoc grande coluerunt, dona Dei ſi per

A manus ignobiliū miniſtrorū diſpenſentur,
pro nihilo ducunt. Cum certè aurum & ar
gentum, etiā lutulentum, & erubiginoſum
vtraq; manu apprehendant, & in ſinu recō-
dant. Dauid qui minimus erat inter fratres, 1. Reg. 17.
& paſtor ouium, electus eſt à Dño, vt Go-
liath interficeret, & auferret opprobrium
ab Iſrael. Noli ergo ò homo, Dei munera,
& dona deſpicere propter humilia media,
quæ ad eorum diſpenſationem elegit. In
humilibus creaturis, quæ & ad vſus huma-
nos cunctis ſunt familiares, ad domandam
ſuperbiam noſtram multam remedia no-
ſtræ ſalutis, & anthidotum reconciliationis
conſtituit Dominus. In quo, dic mihi ob-
ſecro tuæ regenerationis, & renouationis
remedium repoſitum eſt? Nonne in aqua *Sacramēta*
elementari? Qualis eſt hæc creatura? cūctis *in creatu-*
hominibus & iumentis prodeſt ad potum. *ris humili-*
Et tamen ſub illa gratia ſalutaris inuenitur, *bus condita*
& vnda fit regenerans & ſanctificans: Niſi *propter*
quis renatus fuerit ex aqua & Spiritus ſan- *quid.*
ctus, &c. Et Paulus: Mundans eam, ſcilicet Ioan. 3.
Eccleſiam, de qua agebat ſermonem, lauā- 5. Cor. 2.
cro aquæ, in verbo vitæ. Et quidem in pa-
ne & vino tremendum ſacramentum ſui
corporis & ſanguinis conſecrauit Domi-
nus Ieſus: vt qui ad culmen potentiæ ex ſu-
perbia aſcendere, & ſicut dij eſſe volumus,
B vſualibus creaturis ſubdamur, & ſub illis
remedia vitæ requiramus. Sic & per idio-
tas Apoſtolos colla ſuperborū philoſopho
rum & regum calcauit, & fidei iugo ſubie-
cit. Deniq; infirma mundi elegit Deus, vt
confundat fortia, & placuit Deo per ſtulti- 1. Cor. 1.
tiam prædicationis ſaluos facere credentes.
Obſerua quomodo placēt eis virtutes & do
ctrina Chriſti, & probant illa: ſcandalizan-
tur tamen quia parentes eius & eū nouerāt,
vnde inexcuſabiles fuerunt apud Deum &
homines. Hoc ſciens dominus Ieſus ſemel
venit ad patriam ſuam. Et acceptis iniurijs
potius illos excuſat, quàm accuſat, cum di-
cit, *Quia non eſt propheta ſine honore, niſi in*
patria ſua. Minus graue eſt quod ab omni-
bus agitur, & apud omnes gentes colitur.
Vide māſuetudinem Saluatoris, nō dehone
ſtat eos, ſed humiliter reſpōdet: Nō *eſt pro-*
pheta ſine honore, niſi in patria ſua. Non mi-
ror quod à vobis ſic inhonoratus ſim ego:
cōmune eſt hoc vitium cunctis ciuitatibus
& gentibus: ſed nō propter hoc, bonū, aut
excuſabile minùs tamē malū. Illud probat
exemplis ſubiniunctis Eliſæi & Eliæ. Ille 3. Reg. 17.
quidem A. B.

quidem in graui terræ ſterilitate & fame,
4. Reg. 5. D. miſſus fuit à Dño ad viduam Scraptanam,
relictis omnibus viduis Iſrael. Iſte verò
nullum leproſum Iſrael curauit: niſi alieni-
genam Naaman Syrum, quibus auditis (in-
Luc. 4. D quit B. Lucas) repleti ſunt omnes ira in Sy
nagoga, & ſurrexerũt, & eiecerũt illũ extra
ciuitatem, & duxerunt illum vſque ad ſu-
percilium montis, ſuper quem ciuitas illorũ
erat ædificata, vt præcipitarent eum. Vides
quanta à ſuis paſſus eſt dñs Ieſus? Vides qua
li ira exarſerunt aduerſus veritatem? Eijcien
tes extra ciuitatem, vſq; ad ſupercilium mõ
tis duxerunt illum, vt inde præcipitem da-
rent. Sed neq; locus, neq; genus mortis, ne-
que tempus dño Ieſu congruebant. Propte
rea tranſiens per medium illorum ibat, aut
inuiſibilis factus, aut ſuæ virtutis potentia
conatus illorum retundens: cùm certè poſ-
ſet iniuriam ſatis iuſtè vindicare, & pro ar-
Ioan. 8. bitrio ſuæ voluntatis. Locum dat iræ, qui
quærentibus Iudæis lapidare eum, in tẽplo
ſe abſcondit: & nunc tranſiens per medium
illorum ibat. Obſeruet Euangelicus mini-
ſter, quanta mãſuetudine, cuncta quę ad prę
dicationem ſpectant debet diſponere & diſ
penſare. Non vi & armis, ſed patientia & D
miſericordia inducendi ſunt ad ſaniorem
Luc. 9. G. mentem. Aliquando cùm Samaritani, vel
hoſpitium nollent concedere Chriſto, di-
centibus Apoſtolis: Domine vis dicimus
vt ignis deſcendat de cœlo & conſumat il-
los? increpauit ſuauis ac mitis magiſter ver
bum diſcipulorũ dicens: Neſcitis cuius ſpi-
ritus eſtis. Filius hominis non venit animas
perdere, ſed ſaluare. Non diſputamus quę-
ſtionem illam, nũquid liceat vi, & armis vin
Matth. 11 dicare iniuriam Euangelij, &c. In pręſentia
rum manſuetudinem veri magiſtri contem
plamur: quam propoſuit in exemplum: Diſ
cite à me quia mitis ſum, & humilis corde.
*Et non poterat ibi uirtutem ullam facere, niſi pau
cos infirmos impoſitis manibus curauit, & mira
batur propter incredulitatem eorum.* Nõ ex de-
fectu potentiæ fiebant à Chriſto paucæ vir
tutes erga infirmos & eorum ſalutem: ſed
propter impedimentum: imò propter repu
gnantiam ex parte ſubiecti. Cùm autem
Euãgeliſta inquit: Non poterat: ſermonem
agit de potentia ordinaria, non de abſoluta.
Manifeſta ſunt exempla in potẽtijs, & cau-
Diſpoſitio ſis naturalibus & effectibus, qui non produ
qualis ad cuntur ab eis niſi in paſſo diſpoſito, vt ignis
miraculum in ligno, &c. Similiter conſiderandum eſt,

C quòd in potentijs ordinatis ad curationes &
miracula, non poſſunt produci effectus ni
ſi in ſubiecto diſpoſito per fidem: ſaltem
quòd credant dominum Ieſum poſſe deſi-
derata, & petita concedere. De quo habes
expreſſam ſcripturam apud Diuum Mat- *Cap. 9. D*
thæum & apud Marcum. *Non poterat uirtu* *Cap. 5. D*
tem illam facere. Nota quomodo abſq; diui-
næ auctoritatis iniuria, vel irreuerentia po-
tentiæ infinitæ, quod legi, & ſuæ ordinatio
ni repugnat, dicitur, Nõ poteſt illud Deus
facere. Caſte & congruè dicitur, nõ poteſt **NOTA**
Deus angelum lapſum reparare, aut homi- *ualde.*
nem in peccato mortali mortuum: hęc ve- *Deus non*
rè dicũtur, non quia impoſsibilia ſint Deo, *poteſt ali-*
& eius omnipotentiæ, quæ nullis legibus *quid facere,*
tenetur, aut circunſcribitur: ſed quia ordi- *quomodo.*
nationi ſuæ repugnant. Propterea quæcun
que ordinationi ſunt contraria, impoſsibi-
lia etiam dicuntur. Non ergo poterat Chri
ſtus virtutem vllam facere in Nazareth pro
pter incredulitatem illorum, niſi quòd pau
cos infirmos, &c. *Et mirabatur propter incre-
dulitatem illorum.* Et tu forſan magis miraris, *Admiratio*
quomodo verum ſit, quòd Chriſtus fuerit *unde. Plato*
D miratus, cui nihil noui, aut inſolitum, aut in *lib. 16. ciui*
cognitum accidere poteſt: ex quo propriè *lis. uel de*
ſequitur admiratio. Chriſto autem nihil po *regno.*
terat noui accidere, aut inſolitum reſpectu
ſuæ diuinæ ſcientiæ: neque reſpectu ſcien- *Scientia*
tiæ humanæ, qua cognoſcit res in verbo ſua *Chriſti.*
anima beatiſsima: vel reſpectu illius cogni-
tionis, qua per ſpecies rerum omnium indi-
tas, illas agnoſcebat. Sed adhuc eſt aliud ge
nus cognitionis, & cognoſcendi, nimirum; *Cognitio*
per ſcientiam experimentalem, ſecundùm *experimẽ-*
quam quotidie, & per ſingulas horas multa *talis.*
occurrebant Chriſto, quę ante non viderat:
& hæc de nouo adueniebant. Et ſecundùm
hunc modũ loquendi, interpretandæ ſunt
omnes ſcripturæ ſacrorum Euangeliorum,
cùm de admirationibus Chriſti loquuntur.
Aſſumpſit autem Chriſtus hunc defectum
in ſua incarnatione ad noſtrã inſtructionẽ,
vt ſcilicet doceat mirandum eſſe quod ipſe *Auguſt. 1.*
mirabatur. Vnde beatus Auguſtinus in- *ſuper Geñ.*
quit, Quod mirabatur dominus, nobis mi- *contra Ma*
randum eſſe ſignificat: quibus adhuc opus *nichæos.*
eſt ſic moneri. Et Beda, Nõ quaſi de impro *Beda ſuper*
uiſo, ſed quaſi mirandum oſtendit: quia nec *hunc locũ.*
prophetis credunt, nec ipſi, quem præſen-
tem cernunt. Omnes tamen motus eius nõ
ſunt animi perturbati, ſed docentis magiſtẽ
rium habent. Oſtendit ergo dominus Ieſus
adui-

admiratione eſſe digniſsimum, quod conciues ſui, & conſanguinei, qui gloriari debuerunt, in prædemonſtrata maieſtate ſuæ gloriæ & in diuina virtute: nō ſolum laudantes dominū, & congratulantes propriæ fœlicitati, Ieſum nō venerabantur, & accipiebant tanquā verum Meſsiam & Chriſtum, ſed etiam deſpiciebant eum, & cōtra medicum ſuum ira accēdebantur, vſque ad præcipitium de ſupercilio montis. Quanta admiratione dignū eſt hoc ſacrilegium, & inſania hæc qualis eſt ſi noſti? Audierant quidem quanta in Capharnaum feciſſet dominus Ieſus, quali gaudio & expectatione aduenientes de terra Generaſenorum Capharnaitæ illum exceperant. Et adhuc in conſpectu eorū, cùm interpretaretur Eſaiā mirabantur, nec ſic fidei lumen in cordibus ipſorum locum inueniebat & ſedem.

Matth. 8. Nonne ex his admiraris? Sic & fides Cēturionis admirationē ingeſsit, cùm dixit: dic verbo & ſanabitur puer meus. Nō ſic Iſrael in lege & prophetis conuerſatus. Sed quid inquiunt? Beelzebub habet, & in principe

*Marc.*3. dæmoniorum eijcit dæmonia: Homo autem gentilis: non ſum dignus vt intres ſub

Luc. 11. tectum meum: nec opus eſt vt ad domum meam deſcendas: dic tantum verbo & ſanabitur puer meus. In hoc loco germanā & cōgruentem reputabis admirationem. Vbi manifeſtè vides, quomodo vel ex bono aliquo excellenti, vel ex malo quod nullo modo ſecundum rectam rationem deberet expectari, admiratio conſurgit in mentem.

Admiratio ex bono excellenti, uel ex malo oritur.

Bonum & valde ſublime erat quòd Centurio haberet tantam fidem in Chriſtum Ieſum dominum noſtrum, vt plenò cordè cō ſiteretur, ſatis ſibi eſſe, & ſeruo ſuo ad integram ſalutem, ſi illam dominus Ieſus imperio ſuæ omnipotentię ſibi placere demonſtraret. Malum grande & nimis graue erat, quòd & Nazareni admirantes in ſapientia & ſignis Chriſti, non ſolùm non credebant in eum, verùm interficere illum intentabant. Obſerua quod ſicut admiratio oſtendit mali aut boni grauitatem, ſic in vtriuſque admiratione prædemonſtratur, aut coronæ celſitudo, aut magnitudo ſupplicij. Vtrunque docet admiratio. Attendat ergo peccator, quomodo in ſcripturarum admirationibus aduerſus duritiā ſui cordis, ſimul cum ſceleris magnitudine, magnitudo etiam vindictæ prædemonſtratur. Nota ſecundo quod eos ſuſtinuit dominus

NOTA valde.

Admiratio ronā ma um, aut pplicium ue do.

A Ieſus vſq; ad ſupercilium montis, quò eum deduxerunt ad præcipitium. Neque ſtatim tranſiens per medium illorum ibat, ſed multa paſſus ab ipſis, conceſsit vt traherent illum vſque ad ſupercilium montis, & tunc quidem tranſiens per medium illorum ibat. Narrat venerabilis Beda, quod cum Dominus de manibus illorum eſſet elapſus, & deſcenderet de vertice montis, ſaxum illud ſuper fugit: & inſtar ceræ ſolutum, ſubitò ad tactum dominicæ veſtis, quendam ſinum effecit, in quo dominicum corpus reciperetur, in quo loca omnia lineamenta & rugæ veſtis, & veſtigia pedū apparent adhuc, ſicut teſtantur Peregrini. Quod ſi ita factū eſt, duriſsimum cor Nazarenorum demonſtratur: qui videntes ſigna quæ dñs Ieſus faciebat, & audientes ab ore eius ſapientiam, noluerūt credere ei: & inſuper occidere tentarunt: cùm rupis creatori ſuo locum conceſſerit, & intra ſinum ſuum illum receperit. Aduerſus illos eſt ſermo domini in Hieremia: Renuerunt accipere diſciplinam, & indurauerunt facies ſuas ſupra petram, & noluerunt reuerti. Duriſsima petra creatori ſuo locum dedit, & ſinum ſuum lætabunda aperuit, corda autem iſtorum obdurata ſunt ſupra petram. Cor autem durum, male habebit in nouiſsimo. Ne autem veniant in manus Dei viuentis, iram ſuā oſtendit Dominus, vt fugiant peccatores à facie arcus, & liberentur: quod Apoſtolus deſcribens inquit: Qui veritatē Dei in iniuſticia detinēt. Super quos reuelabitur ira Dei, & ſuper omne peccatum eorum, &c. Quia quod notum eſt Dei, manifeſtū eſt illis: & probant, & admiratur in ſapientia ſcripturæ ſuæ. Reuelatur, inquit, non dixit, infertur. Vbi enim reuelatur, nō infertur, nō percutit: ſed reuelat vt terreat, & corrigantur, vt nō inferat irā, & vindictā: quod horrendū eſt nimis. De quo ipſe Apoſt. Horrendū eſt incidere in manus Dei viuentis. Lege cap. 6. Sapientiæ. Dimittit ergo Dñs conciues ſuos propter duritiam cordis eorū. Et caſtella, & vicos ruſticanorum, & ſimpliciū quęrit: vbi cum timore dñi & reuerentia verbū Dei recipiatur. De quo ſanctus Euāgeliſta: *Et circuibat caſtella in circuitu docens.* Quatuor ſunt verba hæc, & mille ſunt miſericordiæ præconia deſcripta in illis. Nō ceſſat à prædicatione regni Dei dominus Ieſus, etiam poſt tot iniurias, neq; longè ab illis hominibus diſcedit, ſed in circuitu ſuæ ciuitatis, in vicis

Hiſtoria Bedæ.

*Cap.*9. A

B

Eccleſi. 3.

Rom. 1.

*Heb.*10.

vicis & caſtellis adiacentibus prædicabat, vt facilis eſſet aditus ad eum, ſi reſipiſcere vellent. O mira Saluatoris pietas, O fons clementiæ inexhauſtus. In circuitu noſtro ambulat, mille offert occaſiones ad inueniendam gratiam & indulgentiam. *Pſal. 118.* Longè quidem a peccatoribus ſalus, ſi meritum eorũ & arbitrij vires conſideres: propè tamen, & valde proximè, ſi gratiam Saluatoris & mediatoris Chriſti Ieſu attendas. *Pſal. 144.* Propè eſt dominus omnibus inuocantibus eum in veritate. *In circuitu*: Impoſsibile eſt quod non inueniatur qui in circuitu noſtro ambulat. Quocunq; te verteris, illum inuenies occurrentem tibi, ſiue ad dexteram, ſiue ad ſiniſtram. *Pſal. 124.* Dominus in circuitu populi ſui, vt ab omnibus, qui quærunt eum, inueniatur. In circuitu, non in viam longinquã. Si enim à nobis recederet quis ipſum inueniret? Propter hoc docebat Propheta. Quærite dominum dum inueniri poteſt: inuocate eum dum propè eſt. *Similitudo* Prope, per ſuam clementiã & miſericordiam, longè tamen propter noſtra delicta. Habet ſe Chriſtus ad peccatores ſicut pater piiſsim⁹ ad inuerecundũ filiũ, qui quidem pater licet ab eo diſcedat, non tamen fugit: ſed ſupramodum deſiderat, vt filius quęrat eum, & veniam poſtulet. Sed qui clemẽtiam, & miſericordiam deſiderantis nos Dei contemnit, iram theſaurizat, & vindictam prouocat. De quo Apoſtolus: *Roma. 2.* An diuitias bonitatis eius & patientiæ, & longanimitatis contemnis, ignorans quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam, & impœnitẽs cor theſaurizas tibi iram, in die iræ & reuelationis & iuſti iudicij Dei, qui reddet vnicuiq; iuxta opera eius: iis quidẽ qui ſecundùm patientiam boni operis gloriam & honorem, & incorruptionem quęrunt, vitam æternam. Iis autem qui ſunt ex cõtentione, & non acquieſcunt veritati, credunt autẽ iniquitati, irã & indignationẽ. Et *Cap. 42. b* Eſaias propheta: Dominus egredietur ſicut fortis, ſicut vir præliator ſuſcitabit zelum, vociferabitur, & clamabit, ſuper inimicos ſuos confortabitur. Tacui, ſemper ſilui, patiens fui, ſicut parturiens loquar: diſsipabo & abſorbebo ſimul: deſertos faciam mõtes & colles, & omne germen eius exſiccabo. *Miſericordiæ Dei quomodo prędicãdæ.* In hunc modum prædicandæ ſunt Dei miſericordiæ magnæ, & multæ: propoſita ſtatim diuinę vltionis ira aduerſus contemptores illius, ne ſegnes fiant, & confidentiã ſtul C tam ad peccata accipiant. Eccleſiaſticus magiſter eſt philoſophiæ huius. *Cap. 5.* Ne dicas miſeratio Dñi magna eſt, multitudinis peccatorum meorum miſerebitur. Miſericordia enim & ira ab illo cito proximant, & in peccatores reſpicit ira illius. Tibi ergo conſule ò homo in hoc tempore accepto, in quo in circuitu tuo adeſt tibi Chriſtus, vt illum facile inuenias. *In circuitu docens.* Vtrunq; dicit Euangeliſta. Dubitaret forſan quis, & diceret: Qui ſcimus, an vbiq; circumiens caſtella Nazareth prædicaret Dominus? Ad quem ſanctus Euangeliſta: In circuitu docens. In ſingulis vicis & caſtellis docebat de regno Dei. Omnes vult ſaluos fieri, & ad agnitionem ſui nominis venire. Non magnas ciuitates, & ſuperbas, qualis Capharnaũ erat, Nain, Nazareth, & imprimis Hieruſalem, non has opulentas ciuitates tãtùm viſitauit, & ſplendore lucis doctrinæ ſuæ illuminabat, & multis vbiq; æditis miraculis, ad fidem ſuam attrahere procurabat, ſed & in vicis, & caſtellis euangelizabat. Imò & vni tantum mulieri peccatrici iuxta Samariam, *Ioan. 4.* etiam cum fatigatus eſſet ex itinere, cui apertè reuelauit gloriam ſuam & dixit: Ego ſum qui loquor tecum. Quid ad hæc noſtri temporis magiſtri, & prædicatores? Qui adulterantes verbum Dei, id eſt ſolum *2. Cor. 2.* D delitias fauoris, & laudis ſolicitantes, non prolem & generationem ſpiritualem, in ſuperbia & ornatu ſermonis, aulas & curias principũ ſectantur, relictis plebanis hominibus: pro quibus etiam Chriſtus mortuus eſt. *Et circuibat caſtella.* Prædictum erat in præclara prophetia Eſaiæ, *Cap. 61.* quòd rex Meſſias Chriſtus ad pauperes declinaturus erat, & docturus eos. Quod in ſui teſtimonium *Matth. 11* aſſumpſit dominus Ieſus dicẽs Ioanni: Pauperes euangelizantur. *Prædicatoris integri ſignum.* Signum integri & veri prædicatoris eſt, ſi euangelizat pauperibus, ſicut & diuitibus. Infirma enim mũdi elegit Deus, *1. Cor. 1.* & contemptibilia, & ea quę non ſunt, vt ea quæ ſunt confundat. Non multi nobiles, non multi ſapientes, &c. *Nobiles et optimates quales.* Nobiles & ſapientes ſæpenumero rebelles contra Dominum pluſquàm reliquus populus inueniuntur. De quo ſic legis apud Hieremiam: *Cap. 5.* Indurauerunt facies ſuas ſupra petrã, & noluerũt reuerti (de populo agebat.) Ego autem dixi forſitan pauperes ſunt, & ſtulti, ignorãtes viam domini, & iudicium Dei ſui. Ibo igitur ad optimates, & loquar eis, ipſi enim cognouerunt viam Domini, iuditium

dicium Dei ſui: & ecce ij ſimul confregerunt iugum, ruperunt vincula, &c. Omnibus eſt euangelizandum, ſapientibus & inſipientibus: debitores ſumus, nobilibus & ignobilibus, maſculis & fœminis. In Chriſto enim Ieſu, nõ eſt maſculus, neq; fœmina: nõ eſt Iudęus neq; Gręcus: nõ eſt ſeruus neq; liber, omnes vnum ſumus in Chriſto Ieſu: vnicuiq; ſecundum fidei proprię menſuram, & pro captu mentis impertienda eſt doctrina: ſed omnibus quidem. *Et uocauit duodecim, & cœpit eos mittere binos, & dabat illis poteſtatem ſpirituum immundorum.* Capit. 3. deſcripſit beatus Marcus, collatam poteſtatem Apoſtolis à Chriſto, prædicandi Euangelium, nimirum in eorum ordinatione, & curandi infirmos, eijciendiq; dæmonia: iam nunc executionẽ prædictæ poteſtâtis explicat. In illo loco dixit: Et aſcendens in montem vocauit ad ſe, quos voluit ipſe, & veniunt ad eum, & fecit vt eſſent duodecim cum illo, & vt mitteret eos prædicare, & dedit illis poteſtatem curandi infirmitates & eijciendi dæmonia. Nunc inquit: Et vocauit duodecim, & cœpit eos mittere binos, & dabat illis poteſtatem ſpirituum immundorum. Cum inquit, cœpit eos mittere: manifeſtè docet antea non fuiſſe miſſos, etiam ſi ad hoc munus, magnumque officium elegerit eos: ſed fecit vt priùs ſecum eſſent, propter illa omnia quæ ſuperius ſcripſimus. Iam congruum, opportunumque tempus erat mittẽdi eos, poſtquam cum ipſo multis diebus conuerſati ſunt, & ſpecialiter inter diſcipulos ſecuti ſunt magiſtrum cœleſtem, poſtquam viderunt mortuum ſuſcitatum, & mare ſibi paruiſſe, paralytici membra conſolidata, peccatorum nexus ſolutos, & leproſum mundatum. Denique cum ſufficienter magiſtri omnipotentiam, & verbis & operibus perceperunt, tunc eos mittit. Non ergo ſtatim poſt noſtram conuerſionem ad Dominum ex ſæculi vanitatibus oportet, aut decet munus Euangelij aſſumere: ne nobis ſit in ſcandalum, & proximis in ruinam, ex noſtra infirmitate, & imbecillitate. Cùm etiam dicit: *Dabat illis poteſtatem.* Ad executionem intellige, iam quippe, capit. 3. in ſua ordinatione hanc poteſtatem acceperant. Vbi vides quomodo priùs conceſsit ſuis Apoſtolis Saluator poteſtatem, ac deinde executionem mandauit. Dedit ergo eis poteſtatem, ſupra omnem languorem & infirmitatem, ſicut inquit Matthæus: Et etiam vt mortuos ad vitam reuocarent per veram reſurrectionem. Mortuos ſuſcitate, inquit etiam beatus Matthæus. Super omnia dæmonia inquit Lucas. Notanda ſunt ſingula verba. Poteſtatem dedit Apoſtolis dominus Ieſus, ſuper omnia dæmonia: ſed ad certum & determinatum finem: nimirum, vt eijcerent ea ab hominibus. Ex quo intelliges, non potuiſſe Apoſtolos contra dæmones quidquid vellent: ſcilicet claudere eos intra abyſſum, vel tollere ab eis poteſtatem tentandi homines, aut ipſoſmet Apoſtolos. Nullũ horum cõceſſum eſt illis. Tentabantur quidem Apoſtoli à diabolo. Nota quòd aliqui codices legunt. Vocauit duodecim, aliqui vero conuocauit. Beatus Hieronymus ſic legit. Poſſet enim ſingulum binarium, ſingulariter vocare ſine alio binario, quod non mihi probatur: ſed certè omnes ſimul vocauit, nec ſingulis aut binis ſigillatim conceſsit poteſtatem, ſed omnibus duodecim ſimul. Omnibus duodecim ſimul promiſit duodecim ſedes ad iudicandum duodecim tribus Iſrael. Omnibus ſimul dixit: Hoc facite in meam commemorationem, quia omnes ſimul ordinauit in ſacerdotes. Decem Apoſtolis ſimul dixit: Accipite ſpiritum ſanctum, ac deinde Thomæ: quia pares faciebat illos in his omnibus. Omnibus ſimul poteſtatem non ſolum in foro exteriori, ſed pleniſsimã ordinis & iuriſdictionis promiſit. Amẽ dico vobis: quodcunq; ligaueritis ſuper terrã: pares ergo cũ faceret illos in omnibus muneribus & functionibus Apoſtolicis: nec per manus Petri, ſed immediatè à ſeipſo; omnib⁹ ſimul illa omnia, quę ſuperius diximus cõceſsit. Singulariter autem Petro, tanquã futuro capiti in vniuerſali Eccleſia repromiſit claues apud Matthæũ: & conceſsit apud Ioannẽ, tu es Petrus & ſuper hãc petram ædificabo Eccleſiam meam, & tibi dabo claues regni cælorũ: & quodcunq; ligaueris ſuper terram, &c. Poſt ſacrã reſurrectionẽ ter dixit illi: Paſce, paſce, paſce. Huic, tanquã perpetuo capiti in ſe & ſuis ſucceſſoribus ſpecialiter dixit: tibi dabo claues regni cælorũ: & ſuſcepit auctoritatẽ, non tanquã Apoſtolus tantum, ſed tanquã futurus Chriſti vicarius: cuius auctoritas per manſura erat in eis, qui ſuam ſedem ſuſciperent: quod in ſedibus Apoſtolorum haud inuenitur, quanuis & ipſi

Margin notes: *Roma.* 1. *Gal.* 3. — *Apoſtoli congruo tẽpore miſsi ad prædicãdum.* — *Cap.* 10. — *Cap.* 9. — *Apoſtolorũ poteſtas ſupra dæmonia, qualis.* — NOTA *ualde.* — *Matth.* 17. — *Ioan.* 20. — *Matth.* 18. — *Petri primatus.* — *Cap.* 16. — *Cap.* 21. — NOTA *ualde.*

A B

ipſi totius orbis eſſent Epiſcopi ordinati. C
Hoc quippe habuit beatiſsimus Petrus ſin
gulare tanquam caput: quòd cæteris Apo-
ſtolis data eſt hæc poteſtas perſonalis tan-
tum, non tamen ſucceſſura in alios, niſi per
auctoritatem Petri. Nam licet Epiſcopi ſuc
ceſſores Apoſtolorum dicantur, illā tamen
iuriſdictionem non habent, niſi per Roma
Canone, Quorũ ui ces. diſtinctione. 68. num Pontificem, ſicut ſupradictũ eſt. *Con-*
uocauit. Ne intelligas tantum ſimultatem
temporis, aut loci: verũ & poteſtatis æqua-
litatem conſidera: in quo vnitatem & fra-
ternam dilectionem cōmendauit eis. Ne ſi
ſeorſum ſingulis hāc poteſtatem tribueret,
alius alio minor iudicaretur: & in alio inui-
deret quod ſibi crederet denegatum: ac per
hoc fraternitas eorum contabeſceret. Non
enim ſemel facta eſt cōtentio inter eos quis
eorum, videretur eſſe maior. Nunc autem
cum à magiſtro diſcedunt, vbi non erat lo-
cus correctioni, pares efficiuntur. Cōuocat
enim eos, & dat illis poteſtatem ſpirituũ im
mundorum: ſuper omnia dæmonia, dixit
Cap. 10. a Matthæus, in quo diuina comprobatur vir
tus, non humana vel Angelica: quod mani-
Cap. 41. feſtè docet Dns apud ſanctum Iob. Vbi vo
lens dominus Deus potentiam Behemoth
declarare ſancto viro, inter alia hoc quoq;
dixit. Nunquid pones circulum in auribus
eius, aut armilla perforabis aurē eius? Nun-
quid multiplicabit ad te preces, (has quidē D
Marci. 5. in ſuperioribus multiplicauit ad Chriſtum,
tanquam ad verum Deum & dominũ vni-
uerſorum,) aut loquetur tibi mollia? Nun-
quid feriet tecum pactum, & accipies eum
ſeruum ſempiternum? Nunquid illudes ei
Apoſtoli ancillæ Chriſti. Cap. 9. quaſi aui, aut ligabis eum ancillis tuis? An-
cillæ Chriſti ſunt ſacri Apoſtoli, quibus tri
buit poteſtatem ſuper omnia dęmonia ſecũ
dum illud prouerbiorum, Sapiētia ædifica
uit ſibi domum, excidit colũnas ſeptem, im
molauit victimas, miſcuit vinum. propoſuit
De arce hac infra dicendum eſt. c. 14. menſam. Miſit ancillas ſuas, vt vocarēt adar
cem, & mænia ciuitatis. Mirabilis potētia
manus altiſsimi: maluit dicere, miſit ancil-
las, quàm ſeruos: & ancillis ligauit Behe-
moth. In ſeruis, etſi deſpecta eſt conditio,
virilitas tamen viget: in ancillis pariter cũ
conditione ſexus iacet. Miſit ergo ancillas
ſuas, quę ad arcem nos, & ad męnia ciuitatis
vocarent: quia prędicatores abiectos infir-
mosq; habere ſtuduit, qui fideles populos
ad ſpiritualis patriæ ædificia ſuperna colli-
gerēt. De quo iam ſupra, & ſtatim dicendũ

C eſt. His ancillis infirmis, & obſcuris homi-
nibus, nempe Apoſtolis ligauit Behemoth,
conceſſa eis poteſtate ſuper omnia dæmo-
nia, in quo poteſtas diuina & virtus Chriſti
comprobatur, qui talem poteſtatem cōceſ-
ſit hominibus. Non eſt poteſtas ſuper terrā, *Behemoth ligatus Apoſtolis. Iob. 41.*
quæ comparetur ei, qui factus eſt vt nullum
timeret. præter vnum Deum, & dominum
vniuerſorum, non eſt quem timeat, aut ve-
reatur, quod ſatis comprobatum eſt in Chri
ſto, & legione dæmoniorũ. Dabat ergo illis
poteſtatem ſpirituum immundorum, & ſu-
per omnia dęmonia certè: quæ quidem po-
teſtas per ſuffragium, vſque in præſen- *Apoſtolorum ſepulchra.*
tem diem in ſepulchris Apoſtolorum per-
ſeuerat, vbi dæmonia eijciuntur à corpori-
bus obſeſsis. *Cœpit eos mittere binos*, chari-
tate cōcordes: vtpote qui dilectionem Dei
& proximi deberent ſummo ſtudio colere
ad prædicandum Euangelium. Iam attende
qualis conditionis & ſortis ſint, qui ſupra
omnia dæmonia accipiunt poteſtatem, & *Apoſtolorũ cōditio.*
mittuntur ad prædicandum Euāgelium: vt
quis ſit qui mittit illos cognoſcere valeas.
Petrus & Andreas, Iacobus & Ioānes, &c. *Cap. 1.*
ſunt qui mittuntur, de quibus iam ſupra.
Non ſubijt magnum hoc munus ille Iſrae-
lita, in quo ex teſtimonio Chriſti, dolus nō
erat: Nathanael inquam, quem Dominus *Ioan. 1.*
in Euangelio laudat, nec tamen in prædicā-
D tium ſorte numerat: quia ad prædicandum *Gregor. in cap. 4. Iob. li. 33. c. 15*
tales venire debuerāt, qui de laude propria
nihil habebant: vt tanto ſolidioris veritatis
eſſe cognoſceretur quod agerent, quāto &
apertius cerneretur, quia ad hoc agēdũ per
ſe idonei non fuiſſent. Non ergo laude præ
cipui, & conſpicui erant Apoſtoli cum eli-
gerentur, ſed & idiotæ erant. Prius namq;
collegit indoctos, & poſt modum philoſo *Grego. ibidem, ca. 17*
phos: nec per oratores docuit piſcatores:
ſed mira potētia per piſcatores ſublegit ora
tores. Quod argumentum ad longum pro-
ponit ex ore Celſi Iudæi Origenes, & ama *Orig. li. 1. contra Celſum. To. 2. fol. 767 & 168.*
rulentis eius obiectionibus ſatisfacit pro
fide catholica. Inquit Celſus: Ieſus aſſum-
ptis decem, duodecimùe famoſis homini-
bus publicanis nautisq; nequiſsimis, eum
vltra citroq; fugitaſſe corrogantem cibos,
ſordidè ac turpiter: Age de his quoque tra-
ctemus pro noſtra virili. Adhæc reſpōdeo,
eos qui prudenter & candide poſſunt res
Apoſtolorum examinare facile perſpicere,
quod diuina virtute, religionem chriſtianā
docuerint: tantoq; ſucceſſu verbo Dei ſub-
iecerint

fecerint homines, non enim eloquentia, & A diſſerendi ratio, artesque Græcorum, Dialecticæ, Rhetoricæue pollebant in eis, ad ſubigendos auditorum animos. Mihi ſanè videtur, ſi aliquos opinione vulgi ſapientes, idoneosque ſapere ac loqui ad multitudinis gratiam elegiſſet Ieſus, quorum in docendo vteretur opera, non cuaſurum fuiſſe ſuſpicionem, quaſi more philoſophorum, nouam aliquam ſectam ſuo nomine vellet inſtituere, neque eius promiſsionibus credituros fuiſſe auditores, non aliter quàm verbo Dei. Quandoquidem non ipſa doctrinæ vis perſuaderet, ſed ars dicendi ornata & concinna elocutio. Itaq; res habita fuiſſet pro commento Philoſophicò mundanæ ſapientiæ, non pro diuina potentia. Nunc verò quia vident piſcatores atque publicanos, nec prima literarum rudimenta ſcientes, vt Euangeliſtæ ſcribunt de illis, & ipſe Celſus hac parte libenter credit de eorum imperitia, cõfidenter non ſolùm Iudæos alloqui de fide in Ieſum, ſed inter reliquas gentes eandem efficaciter prædicare, non quæreret, vnde nacti ſint tantã perſuadendi vim: nõ enim erat vulgaris. Et quis non dicat promiſſum illud, venite poſt me faciam vos fieri piſcatores hominum: impleuiſſe Ieſum in diſcipulis diuina quadam potentia? Quam & Paulus commendans ſicut ſupra diximus, ait: Et ſermo meus & prædicatio mea, non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis, ſed in demonſtratione ſpiritus atque virtutis (quem locum ſupra expoſuimus.) Nam ſicut dictum eſt per prophetas prænunciantes de prædicatione Euangelij: Dominus dedit verbum Euangelizantibus virtute multa, rex virtutum, illius dilecti: vt impleretur alia prophetia dicens: Velociter currit ſermo eius, &c. Lege auctorem infra tomo. 2. vide iam quàm nudos & inermes dux cœleſtis ſuos milites deſtinet ad bellum. Et *præcepit eis, ne quid tollerent in uia, niſi uirgam tantum: non peram, non panem; neque in zona æs, ſed calciatis ſandalijs, & ne induerentur duabus tunicis*. Prius dicendum nobis eſt, quàm congruenter & ſecundùm ſuam ſapientiam, omnia diſponebat dominus Ieſus, quàmque ſuauiter. Mittebat illiteratos homines ad Euangelizandum regnum Dei, & docendum pœnitentiam in remiſsionem peccatorum, ne autem & doctrinam irriderent, auditores & magiſtros

Matth. 4.

Pſal. 68.

Pſal. 28.

abijcerent, tanquam illuſores: dedit eis poteſtatem curandi omnem infirmitatem: & quod maius eſt, ſuſcitandi mortuos, & eijciendi dæmonia: vt magnitudinem promiſſorum probaret magnitudo ſignorum. Et cum mitteret Dominus Moyſem in Aegyptum, vt educeret populum ſuum de duriſsima ſeruitute ſub Pharaone, cũ Moyſes ipſe diceret: Non credent mihi, ſed dicent: Non apparuit tibi Deus: dixit ad eũ: Quid eſt quod tenes in manu tua? reſpondit, Virga. In illa conceſsit ei poteſtatẽ faciendi mirabilia magna, vt ſibi crederent filij Iſrael. De quo Dominus ipſe: Extendam manum meam, percutiamque Aegyptum in cunctis mirabilibus meis. Sublimius, multoque magnificentius erat mandatum quod Apoſtolis dominus Ieſus impoſuit, ipſiq; imbecilliores Moſe, qui educatus fuerat in Aegypto, ſecundùm omnem ſcientiam Aegyptiorum, & dux belli ſtrenuus comprobatus, elegantiſsque formæ, & venerandæ. Propter quod cùm hæc omnia longè eſsẽt ab Apoſtolis, oportebat vt ſuper eos fieret manus Domini, & diuina virtus ornaret eos, & vndequaque circundaret, ad comprobandum quòd B verè miſsi eſſent à Deo. Quàm magnum iudicas aut exiſtimas officium Apoſtolorum, in quibus poſuit Deus verbum reconciliationis & fidei Trinitatis Deificæ, & mortis Chriſti, quæ ſalus & redemptio mundi eſt? Denique in illis poſuit Deus pœnitentiæ verbum, & promiſſa regni cælorum, & reſurrectionis: & quòd certè omnes dij gentium, erant immundiſsima dæmonia. Nihil ſublimius aliquando demandatum eſt hominibus. Propter quod cunctis Patriarchis & Prophetis veteris & noui teſtamenti, aut prioris ſæculi, excellentiores extiterunt, & agnoſcebantur. Beatus Matthæus antequàm tradat præſcriptum habitum à Chriſto ſanctis Apoſtolis pro hac prædicatione, materiam & verba ſermonum proponit: quæ noſter Euangeliſta tacet. Sed inquit: Exeuntes prædicabant, vt pœnitentiam agerent. Præceptum Chriſti ad Apoſtolos erat hoc: Euntes autem prædicate dicentes, quia appropinquauit regnum cælorum. Summum bonum eccleſiæ eſt, ſi vno ore, & vno ſpiritu, omnes magiſtri eadem doceant, & ſentiant, & prædicent populis. Vnde propter diuerſitatem opinionum, & ſententia-

Exo. 4.

Exo. 3. & *Pſal.* 104.

Cap. 10.

rum magnam iacturam ſuſtinemus & pati- C
mur. Sed in re hac, iam ordinauit Eccleſia,
& præſcripſit ſui, prædicatoribus ea de qui
Cōcil. Tridentin. bus oportet docere & diſputare in cathe-
dra eccleſiaſtica. Nimirum de virtutibus co
Seßione. 5. lendis, de fugiendis vitijs, de pœna ad timo
cap 2. rem, & de regno cælorum inquirendo ac di
Seſ. 22. c. 8 ligendo: De quibus iam ſupra. *Euntes præ-*
Seſ. 24. c. 4 *dicate dicentes: Appropinquauit regnum*
cælorum, id eſt, rex Meſsias Chriſtus, qui
dat cœleſtem patriam & regnum, non ter-
ram hanc lacte & melle manantem, ſed ſu-
pernam beatitudinem. Et noſter Euangeli-
ſta ſpeciali impulſu Spiritus ſancti dixit: Illi
autem exeuntes prędicauerunt, vt pœniten
tiam agerent, de quo ſuo loco. *Et præcepit*
eis ne quid tollerent in uia, niſi uirgam tantum,
non peram, non panem, neque in zona æs, &c.
Cap. 10. & 9. Apud Matthæum & Lucam, virgam inter
dicit Apoſtolis. Quomodo ergo eam Mar
cus concedit? Nunquid contraria docent?
Concordia Euangeliſtarum de uirga. aut aliquis eorum reus erit mendacij? abſit:
Hæc difficultas abſoluitur à beato Augu-
ſtino multis verbis: ſed quæ Auguſtinus &
Beda venerabilis dilucidant tot verbis, ſic
Aug. li. 2. de cōſenſu Euangel. abbreuiabūtur. Matthęus & Lucas virgam
realiter accipiunt: Marcus per virgam po-
teſtatem accipiendi neceſſaria. Cum ergo
noſter Euangeliſta virgam concedit Apo- D
ſtolis, quam eis denegat Matthæus & Lu-
cas, in alia & alia ſignificatione accipiendā
eſt. Marcus in virga poteſtatem & ius ad
omnia neceſſaria Apoſtolis intelligit: cùm
illa iure diuino & naturali, operarijs debean
tur. Matthæus & Lucas vniuerſam curam
& ſubſidium humanæ induſtriæ Apoſto-
lis interdicunt, adeo quòd curā & ſolicitu-
dinē eorū quę debebant reſpondere, noluit
dominus Ieſus vt haberent diſcipuli. Po-
nite in cordibus veſtris non præmeditari,
Luc. 21. c quemadmodum reſpondeatis. Ego enim da
bo vobis os & ſapientiam, cui nō poterunt
reſiſtere & contradicere omnes aduerſarij
veſtri. Quod ſatis cōprobatum fuit in con-
Act. 4. c cilio Hieruſalē aduerſus Apoſtolos. Quan
do autem conuerſabantur cum infidelibus
tenebantur recogitare ſolicitè quomodo
Apoſtolis doctrina unde. prudentes conuerſarentur. Ea autem quæ
prędicauerunt Apoſtoli, habuerunt partim
per doctrinā, partim per infuſionem habi-
tualem, & partim per actualem illuſtratio-
nem. *Præcepit eis.* Vt mandatum ſequen-
tium rerum intelligas hoc eſſe, etiā ſi leuia
videantur ſingula, aut omnia, ſed in magnū

C & ſublimem finem illa ordinabat. *Ne quid*
tollerent in uia, vt potentia cōprobetur mit-
tentis Dei, ſicut in cœna dixit illis: Quādo
miſi vos ſine ſaculo & pera, & calceamētis, *Ioan. 13.*
nunquid aliquid de fuit vobis? iam ſingula
declarat, & exponit quæ tanti Magiſtri
alūnos nō oportebat tollere in via. *Non uir-*
gam. materialem, aut corporalem: ſed vir-
gam tantum ſpiritualem, id eſt, ius ad me-
tendum carnalia eorum quibus conferebāt
ſpiritualia, & ius vt paſtoribus ad edendum
de lacte ouium, & tanquam meſſoribus de
ſpicis. Non *peram*, id eſt, repoſitorum ci-
borum ad portandum in via, *Non panem*.
Ocioſa eſſet pera quæ non deferret panem.
Sed qui videret ſuper humeros peram, cre-
deret quod panem deportarent diſcipuli.
Non ergo ferant peram, neque in ſinu, vel
in manu panem. *Neque in zona æs*. Non au-
rum aut argentum ad emendum ex illis ne-
ceſſaria, Sed *calceatos ſandalijs*. Quæ nimi-
rum non ſunt calceamenta integra: cum *Calceamētum & ſandaliæ quid ſint.*
calceamentum ſit, coöperimentum totius
pedis ex coro. Sandalia autem ad plantas
tantum habent protegere pedes: cum ſupe-
riora nuda maneant: niſi quod aliquibus
corrigijs colligebantur. Vnde verum eſt,
quod ſecundum alios Euangeliſtas non por
D tabant calceamenta: ſed ſecundum beatum
Marcum vtebantur ſandalijs; *Et ne indue-*
rentur duabus tunicis. Non dicit, ne porta- *Tunica una quomodo.*
rent, ſed ne induerentur duabus tunicis.
Pro tunc, & in terra Paleſtina facile erat
præceptum. in locis autem glatialibus non
ſatis erat tunica vna, quod beatus Hierony *Hierony.*
mus apertè dixit. In duabus tunicis videtur
mihi duplex oſtendere veſtimentum: non
quod in locis Scythiæ, & glatiali niue ri-
gentibus vna quis tunica debeat eſſe cōten
tus: ſed quò in tunica veſtimentum intelli-
gamus: ne alio veſtiti, aliud nobis futurorū
timore ſeruemus. Et quia quodammodo
nudos & expeditos ad prædicandum Apo
ſtolos miſerat, & dura videbatur eſſe condi
tio magiſtrorum, ſeueritatem præcepti ſe-
quenti ſententia temperauit dicens, dignus
eſt operarius cibo ſuo. Tantū inquit accipi
te, quantum in victu, & veſtitu, vobis neceſ
ſarium eſt. Vnde Apoſtolus replicat: Ha- *1. Tim. 6.*
bentes victū & veſtitū, his contenti ſumus.
Et alio loco: Communicet autem is qui ca- *Gal. 6. d.*
techizatur ei, qui ſe cathechizat in omni bo
no. Obſerua poſtquàm literā in rigore ſuo
expoſuimus, quàm ſublimioris philoſophię
ſupra

ſupra omnem humanam diſciplinam, & ſapientiam mandatum domini Ieſu ad diſcipulos ſuos habeat magiſterium: & quàm ingentia commóda complectatur. Interdicit eis aurum & argentum, aut æs in zonis: ſed neque accipere hæc ab hominibus, quibus Euangelizabant regnum Dei: vt ab omni carerent ſuſpicione doli: dum promittentes regnum æternũ in cælis, nihil eorum, quæ in terris homines carnales magno loco habent, acciperent: qualia ſunt aurum, argentum, veſtis plurima, & precioſa. Quid dicerent ruſticani, & auari homines, cum audirent ab ore Apoſtolorum: Appropinquat Regnum cælorum, ſi cupidi eſſent ipſi auri & argenti? Aut vale, aut deceptorium, aut fatuorum hominum verbum hoc iudicarent. Si vos qui promiſſa hæc magna iactatis, hæc terrena concupiſcitis, aut mendax verbum veſtrum eſt, aut dimittenda hæc temporalia non ſunt, quæ poſsidemus: propter illud quòd non videtur. Certè multum confert ad ingerendum amorem erga doctrinam Euangelij, ſi prædicatores illius, contemptores diuitiarum, & delitiarum cõprobentur. Sic verè dicere poſſunt populis: Nolumus veſtra ſed vos. Tũc quippe magno mentis ardore, & deſiderio, verbum doctrinæ amplectũtur: & fit eis in gaudium, & lætitiam, & ſalutem. Ad vnguem compleuit illud mandatum diuus Paulus: imo pluſquàm demãdatum fuerat eis: Dominus ordinauit, ijs qui Euangelium annuntiant de euãgelio viuere. Ego autem nullo horum vſus ſum. Cùm itaq; dicat dominũ ordinaſſe: ſe autem vſum non eſſe, vtique oſtendit poteſtatẽ datam, non impoſitam ſeruiendi neceſsitatem: cum à Domino aliquid imperatur, niſi fiat, inobedientiæ culpa eſt. Cùm autẽ poteſtas datur, licet cuiq; non vti, & cedere iuri ſuo. Ne autem dicere poſſent Apoſtoli, vnde nobis neceſſaria ad vitam comparabimus, quibus tanquam mundo mortuis, omnia interdicuntur à Chriſto, aurum, argentum, æs, pera, panis, calceamentum, & virga materialis: Ne hęc inquam, vel ſimilia apud ſe recogitarent, virgam ſpiritualem conceſsit dicens: Edentes & bibentes quæ apud illos ſunt, dignus eſt enim operarius cibo ſuo. Vnde perſpicuum eſt à diſcipulis, ipſos Apoſtolos eſſe alendos: ne autem ipſi aduerſus eos, quos docebãt, quaſi omnia præbentes, & nihil viciſsim accipientes, inſurgerẽt, aut illi qui audirent, quaſi neglecti, atque ſpreti decederent, ac ne ipſos pudeat, quia quaſi mẽdicando viuere ipſos volebat, operarios vocauit, & quod eis dabatur, mercedem appellauit, vt rem debitam dari ſibi oſtenderet. Nam etſi verbis ſolùm, operarij videbantur, res tamen erat non parui laboris, & valoris, & beneficia collata non parua. Deniq; experientiam dabat ſuis diſcipulis cœleſtis magiſter: quàm ſub ipſius cura eſſent, ab hora vocationis eorum, & quàm potens manus eius, vt etiam inter deſerta montium, & in longiſsimis vijs prouidere poſſet de neceſſarijs ad vitam: ſicut quondam filijs Iſrael, & Eliæ per coruum in torrente: imo & ſine omni cibo, ſicut Moyſi non ſemel per quadraginta dies: & Eliæ totidem. In ſumma, hoc intendit dominus Ieſus, vt omnem cogitatum ſuum in Dominum iactarent diſcipuli. Cuius philoſophiæ memor ſacratiſsimus Paulus dicebat: Nihil ſoliciti ſitis: ſed in omni oratione & obſecratione, cum gratiarum actione, orationes veſtræ innoteſcant apud Deum. Curæ enim & ſolicitudines huius ſæculi, ſuffocant verbum auditum, nec affert fructum, ſed qui præeſt in ſolicitudine, pro aliorũ bono, & vtilitate, &c. Obſerua diligenter quomodo multa horum præcipiebat Dominus diſcipulis ſuis non abſolutè & in ſempiternum, ſed ad aliquod certum tempus, & determinatum. Ibi dicitur, in viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis. Quod pro hoc tantùm tempore intelligendum erat: cum poſtmodũ receſſerit Dominus in partes Tyri & Sydonis, quæ oppida ad gentes pertinebant. Et apud Ioannem habes aduentum Domini cum diſcipulis ad Samariam. Apoſtoli denique poſt ſacram, & admirabilem Chriſti Aſcenſionem relicta Iudæa conuerterunt ſe ad gentes. Petrus ſiquidem fuit Antiochiæ & Romæ. In hunc modum de non portanda, aut habenda pecunia, pro illo tempore fuit præceptum Apoſtolis. Habuiſſe enim illos pecuniam, & ſecum deportaſſe manifeſtum eſt. In Samariam aliquando abierunt, vt cibos emerent. Rurſus apud eundem Ioannem dicitur, cum dominus traditori Iudæ dixiſſet, quod facis fac citius: hoc neminem Apoſtolorum intellexiſſe: eo quòd ipſe Iudas loculos portabat: crediderantq; aut eleemoſynã in egenos, aut emptionem

Aurum & argentum quare interdicta Apoſtolis. — *Hiere.* 15. — 1. *Cor.* 9. — *Apoſtoli à diſcipulis alendi.* — *Exo.* 16. — 3. *Reg.* 17. — *Exo.* 34. — *Deut.* 9. — 3. *Reg.* 19. — *Phil.* 4. — *Mar.* 4. — *Rom.* 12. — *Matth.* 10. — *Matth.* 15. — *Cap.* 4. — *Apoſtoli pecuniã habuerunt.* — *Ioan.* 14.

Theophilatus ſuper illud Ioãnis.

neceſſariorum ad diem feſtum præcepiſſe C Ieſum. Quæ verba pertractans Theophilatus ſuper Ioannem ait: Et quomodo qui alios admonet, ne portent peram, neq; æs, ipſe autem marſupium ferebat? Oſtendit quod poſſeſsione carentem, & crucifixum mundo, magnam oportet eius partis, videlicet pauperum curam habere. Ex his & alijs hęreſi Anthopomorphitarũ, & Vviclephi, & impijſsimi Lutheri dãnatur, qui pertinaciter dixerunt, Eccleſiam ipſam, hoc eſt eccleſiaſticos viros, nõ poſſe vllas diuitias poſſidere, neq; agros, neque poſſeſsiones vllas: quia (vt aiunt) primores eccleſiæ nihil poſſederunt: quorũ ſucceſſores ſunt Epiſcopi, & Eccleſiaſtici viri. Quæ hæreſis ab vniuerſa ſcriptura, & eccleſia dãnatur: illam damnauit,

Pius.

Pius papa & martyr in epiſtola Italicis directa, qui non trecẽnarius, vt iactat impudentiſsimus Luthærus fuit: ſed decimus à

Vrbanus.

beato Petro Apoſtolo. Illam Vrbanus papa & martyr damnauit.

Lutius.

Et Lutius in epiſtola ad Epiſcopos Galliarum & Hiſpaniarũ.

Concilium Calcedonenſe.

Et concilium Calcedonenſe, quod tantum honorem obtinuit apud beatum Gregoriũ, ac vnum ex quatuor euangelijs: & deinde

Concilium Conſtantienſe.

in Concilio Conſtantienſi contra Vviclephum dãnatur. Inter alia namq; quæ Epiſcopum commẽdant Deo & hominibus, & D quæ valde ad eius ſtatum pertinent, eſt hoſpitalitas:

Hoſpitalitas ab Epiſcopis.

1. Tim. 3.

Hoſpitalitas autem ſine facultatibus nequit exerceri. Et decimæ debentur eis iure diuino. Ex quibus omnibus colligitur licere epiſcopis, & alijs viris Eccleſiaſticis poſsidere, æs, & aurum, & proprium habere. Sed obſerua diligentiſsime, quòd ea bona quæ à fidelibus antiquitus offerebantur Eccleſijs & epiſcopis in ſubſidium pauperũ (quę modò multa extant, & maiora inuenirentur, ſi diligenter examinarentur donationes principum) nullo modo aut facere propria, aut in totum fructus ſibi capere poſſunt, aut epiſcopi, aut clerici, ſed lege iuſtitiæ debent diſtribui: quæ ſi non diſtribuantur, ad reſtitutionem tenentur.

Epiſcopi nõ poſſunt facere proprias, oblationes pro pauperibus donatas Eccleſijs.

Vnde cum à ſummis Pontificibus propter imperfectionem cleri, qui nolebat in communi viuere, facta fuerit diuiſio bonorũ eccleſiaſticorum in quatuor partes: vnam Epiſcopo, aliam Clero, fabricæ eccleſiæ tertiam, ac denique quartam pauperibus, ſummopere curandum eſſet illis, quid factum ſit de hac quarta parte, & quomodo poteſt confundi, etiãſi ignoretur ſuper quas poſſeſsiones ſit ſituata, dum conſtat apud illos eſſe.

Diuiſio bonorum eccleſiæ quomodo, & propter qd facta.

C Et quomodo poteſt hoc ius præſcribere, quod Vrbanus Papa inuiolabile iudicat, & ſacrilegium in proprios vſus aſſumere.

Anno dñi 470.

Simplicius papa, Canone de reddit ibus. 12 q. 2.

Et ego quidem pro mei ingenij paruitate, valde timoratus ſum, & ſcrupuloſus in re hac: quomodo hęc quarta pars, quę ex iuſtitia ad pauperes ſpectat, vbique confuſa ſit: & licet non appareret in quibus vaſſalis, aut prædijs ſit ſituata, cùm conſtet ex diuiſione bonorum eccleſiaſticorum quartam partem ad illos pertinere: quid intereſt ſcire vbi ſit ſituata?

Gelaſius papa Canone uobis enim.

Sed ex omnibus redditibus eccleſiaſticis, præter ea quæ manifeſtè propria ſunt, qualia ſunt bona anniuerſariorum, &c. quartam hanc partem iudico debere vnumquenque epiſcopum, pro pauperibus alendis, & ſuſtentandis aſſignare, & hoc lege iuſtitiæ, non charitatis tantùm.

Gregorius canone Cognouimus.

Vrbanus papa canone Vidẽtes autem. 14. q. 1.

De quo ſit ſatis. Quia ſicut cùm primò inſtituta eſt pars hæc ſine determinatione aliquorum pauperum, quibus diſtribuenda erat lege iuſtitiæ: ſic & modo debetur illis.

Lege Nauarrum.

Et *dicebat eis: quocunque introeritis, illic manete, donec exeatis inde: & quotcunque non receperint uos, neque audierint, exeuntes inde excutite puluerem de pedibus ueſtris in teſtimonium illis.* Alia duo commemorat D ſanctus Matthæus, quæ dominus Ieſus dixit diſcipulis ſuis, cum miſit eos ad prędicandum. Primum eſt de exhibenda diligentia erga electionem hoſpitis, ad cuius domum oporteret diuertere. Interrogate qui in ea, ſcilicet ciuitate dignus ſit: oſtendens quomodo diuini verbi prædicator non poteſt ad loca inhoneſta, & ſuſpicioſa declinare. Teſtimonio ergo vicinorum eligendus illis erat hoſpes: ne eius infamia prædicationi eſſet offendiculum. Secundum eſt de ſalutatione exhibenda ſuis hoſpitibus: nimirum vt dicerent: Pax huic domui. Hæc eſt euangelica ſalutatio, & ſymbolum quo Chriſti diſcipulus agnoſcitur.

Salutatio Apoſtolorum.

Cum ergo dicit in quamcunque domum intraueritis, &c. docet, nolite cogitare quoniam doctores eſtis, idcirco expectandum vobis eſſe donec illic ſalutatio vobis offeratur, ſed præuenite eos honore, primique ſalutate. Volens autem oſtendere non eſſe ſalutationem nudam, atque inanem, ſed benedictionis vires habere. Si erit (inquit) digna domus, & cætera. Ad noſtrum ſanctũ Euangeliſtam reuertamur. *Quocunque introeritis in domum, illic manete,*

donec

donec exeatis inde. Non eſt curſitandum per domos Euangelico prædicatori, ne ſuſpicionem ingerat viciniis. Neque intelligendum eſt quod ab hora ingreſſus diſcipulorum in domum hanc, vel illam pro hoſpitio habendo, non licebat inde exire, vſquequo in aliam ciuitatem commigrarent: cum certe rationabilibus, & neceſſarijs de cauſis exire de domo hoſpitij oporteret. Nimirum ad docendum publicè; ad viſitandos infirmos, & curandos, & ad vnctionem illorum. Sed diſcurſus ocioſos, & inutiles excludit. *Et quicunque non receperint vos, neque audierint, exeuntes inde excutite puluerem de pedibus veſtris in teſtimonium illis*. Quàm graue ſupplicium expectet eos, qui Euangelium, & ſacram Apoſtolorum doctrinam non ſuſceperint, & impleuerint, iam declarat cœleſtis Magiſteri. Huiuſmodi homines ſciant ſe excludentes à facie Domini, ſicut puluis excutitur ab Apoſtolis de pedibus eorum: & ſciant amodò quod excuſsi à facie Domini, ſint ſicut puluis ante faciem venti, & æternus dolor inexorabilis vltionis eos excipiet: qui duriùs quàm Sodomitas, aut Gomorreitas eos excruciabit. *In teſtimoniũ illis*. Quód ſcilicet miſerim vos nuntios, annuntiare vitam & pacem, & offerre indulgentiam gratis, & regnum: ipſi è contra verbum veſtrum noluerunt accipere, & affectos iniurijs eiecerunt vos. *Excutite puluerem*. Vt certo ſigno demonſtretis, & comprobetis nihil ab eis quæſiuiſſe, neque eos in rebus temporalibus propter Euangelium, vel pulueris iacturam feciſſe: ſed ardenter, & cum omni ſtudio animas eorum deſideraſſe & quæſiuiſſe, etiam cum ingentis laboris patientia. Quæ omnia contra illos erunt in die iudicij, in quo remiſsius, & indulgentiùs aget Deus cum Sodoma & Gomorra.

Puluis de pedib. Apoſtolorum excuſſus.

Et exeuntes prædicabant, ut pœnitentiam agerent, & dæmonia multa eijciebant, & ungebant oleo multos ægrotos, & ſanabantur. Accepta poteſtate & mandatis à Domino, recedunt ſtatim ab eius dulci præſentia: in quo comprobatur obedientia, & dilectio ad proximum. Reliquit enim prædicator Euangelicus quietis, & contemplationis locũ & tempus, vbi quantum fragilitas humana concedit in cælo conuerſatur, & cõtendit Deo eſſe præſentem, ſed proximorum cauſa egreditur cum Apoſtolis. Quaſi in camera Regis conuerſatur coram domino ſuo, cum lectioni, & contemplationi vacat: & ad ſeruorum conſortium, & importunam familiaritatem egreditur in doctrinæ tẽporibus, ſed illa oportet facere, & hæc nõ omittere. Væ mihi ſi non Euangelizauero. Neceſsitas mihi incumbit. Diligebat Iacob Rachelem ſuam ex toto corde: & tamen propter ipſam, & nuptias eius egrediebatur ad oues Laban patris Rachel, & nocte & die, æſtu, & gelu vrgebatur. In hoc comprobatur dilectio Petri ad Chriſtum, Paſce oues meas, ſi diligis me, paſce: quod verbum nunquam debet recedere de ſinu & corde verorũ paſtorum, & prædicatorum. Si diligis me, paſce oues meas. Egredere à me, id eſt, à quiete contẽplationis & lectionis propter agnos meos, & pabulum eorum. Et Moſes paſcens oues Iethro ſoceri ſui, vocatus eſt à Deo de rubo, & conſtitutus dux populi ſui, magnificatusq; vehementer. Paſcens etiam Dauid oues patris ſui Iſai, egreſſus eſt ad ſingulare certamen cum ſpurio illo Gigante, & interficiens illum, abſtulit opprobrium ab Iſrael, & triumpho magnifico à mulieribus excipitur. In quibus viris nemmis magni, & gloriæ, licet inſpicere, qualis triumphus paratus ſit & gloriæ cumulus veris paſtoribus, & prædicatoribus: qui egrediuntur ad paſcendum gregem domini in ſancta doctrina. *Prædicabant ut pœnitentiam agerent*. Magiſter præcepit prædicare aduentum regni Dei, & cælorum: Euntes prædicate dicentes: quia appropinquauit regnum cælorum. Et beatus Lucas inquit: Et miſit illos prædicare regnũ Dei. Noſter Euangeliſta inquit: Prædicabãt vt pœnitentiã agerent. Vbi manifeſtè comprobas non ſolum magnificaſſe apud illos populos fonti in aquæ viuæ, ſed viam ſubinde demoſtraſſe, qua ad illam eſſet eundum: nimirum, pœnitentiã. Hæc eſt via ad regnum & patriam cœleſtem, pœnitentia: de qua ſtatim. Miſſus Ioãnes à Deo in hoc verbo auſpicatus eſt ſuam doctrinam, & magnę philoſophiæ dogma præclarum, ſicut teſtatur beatus Matthæus: Pœnitentiam agite, &c. Et dominus Ieſus Dei filius miſſus à patre ſimiliter. Verè Euangelica prædicatio, quæ lætum habet nuntium, cum inquit: Appropinquauit regnum cælorum. Certe euangelica & diuina prędicatio, Agite pœnitentiã. O cõcordiam ſuauiſsimã Ioannis, Ieſu & diſcipulorum: Agite pœnitentiã: appropinquauit regnũ cęlorũ. Magna doctrina pro omnib*

Prædicator euangelicus.

1. Cor. 9.

Gene. 29.

Ioan. 21.

Exodi. 3.

1. Reg. 17.

Matth. 10.

Cap. 9.

Pœnitẽtia uia ad regnum cœleſte.

Cap. 3.

viris eccleſiaſticis & doctoribus; quos oportet eadem ſentire, docere, & prædicare: ſi deſiderant in vinea Domini vberem fructum, & pinguem. Iam ergo duo hæc abſoluamus ad plenum, in quibus ratio Euangelij inuenitur. Regnum cælorum promittit Euangelium, & Chriſtus Ieſus dominus noſter: & viam docet, qua eundum ſit illuc: ſcilicet pœnitentiam. Quàm iucundum reſponſum itinerantibus, qui ex longa via laſſi ſunt, & defatigati, cum audiunt: iam proximè eſt locus, quo tenditis, proximorum & charorum? Quanto dulcius nauigantibus, cum portus deſideratus digito demonſtratur? Et quantò ſuauius verbum hoc, Appropinquauit regnũ cælorũ in aure fideli ſonat? Non audiuit vocem hanc, nec dilectus Iacob: quin potiùs dicebat dolens de Ioſeph: Deſcendam ad filium meum lugens in infernũ: Et paulò ante exhalationem animæ, has voces emiſit: Salutare tuum expectabo domine: expectauitq; Chriſtum Ieſum per multos annos: ſed & omnes iuſti qui ante hunc Iacob præfuerunt, & qui illum ſecuti ſunt, regnum Dei expectarunt. Ab hac autem hora, audit humana mens & cor credulum: Appropinquauit regnum cælorum. Ab hora in qua Chriſtus expirauit in cruce, regnum cælorum nos expectat, & appropinquauit ab hora ſuæ incarnationis. Expende vim verbi: *Appropinquauit*: vt ad plenum rem hanc deprehendas. Appropinquauit, inquit: Quod appropinquat, nondum ad locum peruenit. Cùm appropinquaſſet dominus Ieſus Hieroſolymis, & veniſſet Bethphage, tunc miſit duos diſcipulos, &c. Nondum venerat Hieroſolymam, licèt appropinquaſſet. Nondum venerat regnum Dei, id eſt ſuperorum ſolium, etiam ſi Chriſtus Ieſus ad nos venit factus homo: Per mortem enim ſuam & ſanguinem crucis pacificauit ſiue quæ in cælis, ſiue quæ in terris ſunt. Et ſanguine ſuo deleuit chirographum decreti, quod erat aduerſus mundum: tollens illud de medio, & affigens illud cruci. Dominum Ieſum poſuit cæleſtis pater propitiatorem in ſanguine, &c. Appropinquauit quidem regnum cælorum in aduentu Chriſti: ſed venit in morte eius, id eſt, regni cæleſtis ianua eſt aperta. Vnde dominus dixit: Regnum Dei intra vos eſt, per gratiam, quæ ius firmum ad gloriam iam adeſſe demonſtrat. Erat quippe gratia Dei

Concordia in doctrina qualis bonum.

Similitudines.

Gene. 37.

De rebus infra ad longum.

Ibi. 49.

Matth. 21

Col. 1.

Col. 2.

Roma. 3.

Regnũ cælorũ quando approprinquauit & uenit.

Luc. 17.

C in Abraham, Iſaac, & Iacob: Non tamen ad regni Dei ingreſſum, vſque ad Chriſtũ. Nobis autem dicitur, Regnum Dei intra vos eſt, & dominus Ieſus docens nos orare inquit: Adueniat regnum tuũ. Propter hoc conuocauit diſcipulos magiſter cœleſtis, vt verbum hoc ſuauiſſimum, & iucundiſſimum in ore omnium reponeret. *Appropinquauit regnum cælorum.* Prope eſt, iam venit ad mortem, & crucem Dei filius, per quem regnum erit apertum, & ianua eius patens, & qui digito & manu viam ad lignum vitæ & fontem aquæ viuæ demonſtret. *Appropinquauit regnum cælorũ:* Venit quidem a regalibus ſedibus cæli: immo de ſinu patris in hunc mundum, quærere & ſaluum facere quod perierat. In hunc modum ſummum hoc Euangelium tibi erit manifeſtum. Scriptum eſt: Longè à peccato. ibus ſalus. Iniquitates veſtræ diuiſerunt inter me & vos. Dic mihi quam longè à nobis peccatoribus ſalus, & Deus & regnum eius? Quàm longè à Deo ipſum peccatum: per quod homo fit peregrinus à Deo, & à regno exul. Quantum diuiſerunt inter Deum & nos, peccatum Adæ & noſtra? Oportuit vt per mortem filij reconciliaremur. Ve-
D nit ergo de cælo Dei filius in hunc mundum, cum hominibus conuerſatus eſt ſecundum ſententiam Prophetæ, quærit à nobis, vt vel vnum gradum agamus, & apprehendamus Regnum cælorum. Hic gradus eſt, quem docent Ioannes, Chriſtus, & Marcus, pœnitentia ſcilicet. Exeuntes prædicabant, vt pœnitentiam agerent. Non ergo dura, aut inſulſa pœnitentia, etiam ſi gemitum & lachrymas habeat: etiam ſi confeſsionem verecundam & integram peccatorum requirat: ſiquidem iuxta illam eſt regnum cælorum. Et in ore Chriſti ſimul ſunt, tanquam duæ germanæ chariſſimæ regnum cælorum, & pœnitentia. Nihil mediat inter duas has ſorores, dextera dexteram regni cælorum pœnitentia fortiter apprehendit. Agite ergo pœnitentiam, & ecce vobis regnum cælorum. Quid tibi ab hac prædicatione difficile apparet in pœnitentia? Quid amarum? Quid nimium aut durum? Ecce regnum cælorum comitem indiuiduum pœnitentiæ. Habes hanc doctrinam, apud Diuum Paulum. Hora eſt iam nos de ſomno ſurgere: Nunc enim propior eſt noſtra ſalus, quàm cùm credidimus.

Luc. 17.

Luce. 11.

Luce. 19.

Pſal. 118.

Eſa. 59.

Baruch. 3.

Pœnitẽtiæ gradus ad ingreſſum regni.

Pœnitẽtia & regnum cælorũ tanquam germanæ.

Roma. 13.

didimus. Propinquitas hæc, quanuis poſ- A
ſit conſiderari in multis, in tempore, ſcilicet
quando iuſtus appropinquat morti corpora
li, & in augmẽto charitatis: de quo Iacobus
Cap.4. Apoſt. Appropinquate Deo, & appropin-
quabit vobis: tamen ſecũdum ſenſum eccle
ſiæ, in officio Aduentus Dñi, germaniſsimè
interpretatur de illo, & omnia confirman-
Similitudo tur. Sicuti mercenarius fodit terram, etiam
ſi ſciat mercedem laboris poſt annum ſibi
eſſe reddẽdam: cùm verò ad veſperam ſibi
parata eſt, ad laborem accingitur. Hæc om
nia licèt velut in imagine inſpicere, in ver-
bo *Appropinquat* regnum cælorum, agite
NOTA. pœnitentiam. Quod ergo hominem con-
ſecrat, quod regni dignum conſtituit, & in-
tra ſinum cordis pignus recondit certiſsi-
mum, nec facit, nec facere poteſt hominẽ
Aduerſus hypocritam, ſicut blaſphemus Lutherus
Lutherum mentitur, imò valde neceſſaria eſt pœni-
tentia: Non illa tantum quæ ſolam ceſſatio
nem habet à peccatis, verùm quæ deteſta-
tionem, & odium illorum amplectitur, præ
cedente examinatione diligentis cordis,
ſpe veniæ diuinitùs obtinendæ, propter
Deum ſuper omnia dilectum, & iam nunc
propter confeſsionem integram peccatorũ
proprio ſacerdoti: cùm adeſt copia. *Exeun-
tes prædicabant ut pœnitentiam agerent.* Quan-
Pœnitẽtia ta & quàm neceſſaria per hæc pœnitentia
comprobatur? Qualem fructum parit? Ap-
propinquauit regnum cælorum. Non audi
tur, appropinquauit regnum cælorum, ſine
pœnitentiam agite: neque demandatur pœ
nitentia, ſine repromiſsione regni cælorũ.
Nihil ergo amarũ habet, aut durũ, aut im-
poſsibile, etiã carni noſtræ, cùm mente re-
cogitat, quale ſit hoc verbũ, appropinqua-
1. Cor. 2. uit regnum cælorum. Omnes mundi angu-
ſtiæ, & gemitus, labores & ærumnę nõ ſunt
condignę ad futuram gloriam, quæ reuela
tur in verbo regni cælorum. Et propheta
Eſa. 64. inquit: Nemo nouit Deus abſque te, quæ
præparaſti, expectantibus te. Diligentibus
te dixit Apoſtolus: expectantibus te dixit
Propheta. Pœnitentia de qua ſermonem
agimus, dilectionem Dei ſuper omnia ha-
bet. *Prædicabant ut pœnitentiam agerent.* Scri-
Eccleſi. 2. ptum eſt enim: Si pœnitentiam non egeri-
mus, incidemus in manus Domini. De quo
Heb. 10. Paulus: Horrendum eſt incidere in manus
Dei viuentis. Iuſtitia enim Dei dextera
Pſal. 47. plena eſt & omnipotens. Perpende ex his
quatuor, quàm durum, & amarum & ter-

A ribile ſit incidere in manus Dei viuentis:
& conſequenter, quàm neceſſaria ſit pœ-
nitentia, per quam animæ iuſtorum in ma-
nu Dei ſunt, & non tangit illos tormen-
tum, &c. Et Deus diſsimulat peccata ho- Sapien. 11
minum, propter pœnitentiam. Denique
apud Ezechielem magnificum habes hu- Cap.33.
ius virtutis præconium. Si autem dixero
impio, morte morieris: & egerit pœni-
tentiam à peccato ſuo, feceritque iudicium
& iuſtitiam, &c. Vita viuet & non morie-
tur. Vbi obſerua, quòd pœnitentia non
ſolùm habet reſipiſcentiam, & nouam vi-
tam, ſed ante omnia habet dolorem. Si Pœnitẽtia
impius egerit pœnitentiam, inquit Eze- dolorem ha
chiel, ac deinde feceritque iudicium, & iu- bet.
ſtitiam, & pignus reſtituerit ille impius, ra-
pinamque reddiderit, in mandatis vitæ am
bulauerit, nec fecerit quicquam iniuſtum,
vita viuet, & non morietur. Aequaliter v-
trunque ponderauit: vita viuet, vel morte
morietur. Nemo poteſt nouam vitam in-
choare, niſi veteris pœnituerit. Virtus pœ
nitentiæ à Deo habet initium, ſicut docet
Hieremias: Poſtquàm conuertiſti me, egi Cap.31.
pœnitentiam: & poſtquàm oſtendiſti mi
hi, percuſsi fœmur meum: vt ſcilicet do- Matth. 3.
ceat, quod ſacratiſsimus Ioannes, & omnis
ſcriptura, & vniuerſa Eccleſia, fructus ſci-
B licet dignos pœnitentiæ: in quibus tertia Fructus pœ
pars pœnitentiæ ſita eſt: Pro qua tertia nitentiæ.
parte duo teſtimonia, & duo concilia affe-
ram contra Lutherum. Eucherius Lugdu- Pœnitẽtiæ
nenſis Epiſcopus, ſuper libros Regum, ſic tertia pars
ait: Si peccatum Dauid tam deteſtabile do Eucherius
minus tranſtulit, quid eſt quòd omnia quæ Lugdunen
de eodem peccato, per prophetam à Do- ſis, libro. 1.
mino ei dicta ſunt, poſtmodum tolerauit? Reg. c. 12.
Sed proculdubio dominus delet illud: ſed
ſine vltione non deſerit: aut enim ipſe hoc
homo pœnitens punit: aut hoc Deus, cum
homine vindicans percutit. Nequaquam
igitur peccato parcit, quod nullatenus ſi-
ne vindicta dimittit. Sic enim Dauid poſt Ad lõgum
conuerſionem audire meruit: Dominus homil. 8. ſu
tranſtulit peccatum tuum, & tamen mul- per pſal. 50
tis poſtmodum cruciatibus afflictus, ac fu- auctor.
giens, reatum culpæ, quam perpetrauerat,
exoluit. Sic nos ſalutis vnda à culpa pri-
mi parentis abſoluit, ſed tantùm reatum
eiuſdem culpæ diluentes, abſoluti quo-
que adhuc carnaliter obimus: quia delicta
noſtra, ſiue per nos, ſiue per ſeipſum reſe-
cat, etiam cum relaxat. Ab electis enim

C ſuis, iniquitatum maculas, ſtudet temporali afflictione tergere, quas in eis in perpetuum non vult vindicare. Nihil poterat dicere apertiùs, & elegantius pro hac ſatisfactione, quam contra Lutherum defendimus. Et Chriſtianus Druchmanus, huic ſententiæ aſtipulatur. Fructum dignum pœnitentiæ facere eſt, præterita mala fletibus punire, & bona è contrario agere: vt ſicut exhibuimus membra noſtra ſeruire iniuſtitiæ, ita exhibeamus eadem ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationē: vel fructus dignos pœnitentiæ per bona opera agere, & mala cōmiſſa, eleemoſynis redimire. Et in Cōcilio Florētino ſub Eugenio quarto de Sacramēto pœnitentiæ differentes patres dicunt: Quartum ſacramentum eſt Pœnitentia: cuius quaſi materia ſunt actus pœnitentis, qui in tres diſtinguuntur partes: quarum prima eſt cordis contritio: Secunda oris confeſsio: Tertia, ſatisfactio pro peccatis. Concilium Tridentinum, multò fortiùs & copioſiùs de re hac agit, Seſsione ſexta. *Prædicabant ut pœnitentiam agerent*: Pœnitentiam, virtutem eius intellige: non dum erat inſtitutum ſacramentum Pœnitentiæ, neque Apoſtoli erant miniſtri eius, cùm adhuc non eſſent Sacerdotes. In prædicatione pœnitentiæ completur quod in Apoſtolo ſcriptum eſt: Legatione fungimur pro Deo. Obſecramus reconciliamini Deo. Vide clementiam, & miſericordiam altiſsimi: ipſe offenſus, inimicis legationem recōciliationis & pacis immittit: imò obſecrat. Obſecramus per Chriſtum reconciliamini Deo. *Et dæmonia multa eijciebant*. Cùm legis multa, intellige omnia, quæ in ſingulis ciuitatibus, aut caſtellis obſederant calamitoſos illos homines. Poteſtatem enim conceſſerat Chriſtus ſuis Apoſtolis, ſuper omnia dæmonia, & ſuper omnem languorem: poteſtatem inquam eijciendi illa. Omnia ergo quotquot occurrebant eijciebant ſacri Dei Apoſtoli. Magna & immenſa poteſtas hæc eſt, mittentis eos Ieſu Chriſti: qui non ſolùm ipſe eijciebat dæmonia, verùm hanc poteſtatem concedebat diſcipulis ſuis. Et ſic completum eſt: quia omnia dæmonia eijciebant, & omnem infirmitatem curabant, & mortuos ſuſcitabant. Non ſic magnus ille Eliſæus cùm mitteret ſeruum ſuum, cui imperauit vt imponeret baculum ſuum ſuper mortuum puerum: nec ſic vitæ reſtitutus eſt, & ad ſuperos reuocatus, etiam inuocato nomine Eliſæi: etiam poſito baculo ſuper mortuum puerum, vſque dum veniat Eliſæus, & coangustetur & clamet ad Dominum, non reſurgit. Dominus autem meus Ieſus Dei filius omnipotēs, & vniuerſorum Dñs mittit etiam Iudam qui fuit traditor, & concedit poteſtatem ſupra cuncta dæmonia, & obediunt imperio vocis eius. Habes magnum argumentum pro Chriſto & eius omnipotentia: qui ſicut olim Moyſi conceſsit virgam ad miracula, vt educeret filios Iſrael de Aegypto: ſic ſuis Apoſtolis cōmunicauit magnam poteſtatem ad propagandam fidem, pro ſui nominis gloria, & noſtra ſalute: qui eſt Deus benedictus, Amen. *Et ungebant oleo multos infirmos & ſanabantur*. Sanabantur quotquot vngebātur ſuper quos inuocabāt nomen dñi Ieſu: ſimiliter ſuper dæmoniacos, de quo habes manifeſtā ſcripturam. Reuertētes diſcipuli, nunciabant magiſtro cum magno gaudio: Dñe in nomine tuo dæmonia eijciuntur nobis: cùm autē ſublimius hoc iudicabant de illo, ſingulariter dixerūt: Dæmonia ſubijciūtur nobis in nomine tuo. Manifeſtū ergo mihi D eſt, ſuper ſingulos infirmos inuocaſſe Apoſtolos nomen dñi Ieſu, aut per modum orationis, aut per modū imperij, ſicut legimus deinde feciſſe. Et hic ſecundus modus eijciendi dæmonia congruentior mihi videtur, cùm magis ad Chriſti exaltationem accedat, & ad fidē conducat. Inuocabāt ergo nomen glorioſum Ieſu ſuper hunc aut illū infirmū: & adiurabant, aut imperabant dæmonibus, immūdisq; ſpiritibus. Ex quibus omnibus amabile fiebat eis nomen dñi Ieſu, & venerandū pro eius aduētu. Scriptum eſt enim: Deſignauit alios ſeptuaginta duos &c. In omnē locum & ciuitatem quò ipſe erat venturus: ne inſperatus aduentaſſet. Sic & Ioannes baptizabat in nomine venturi: ingerens per hoc timorē & reuerentiā erga Ieſum: vt cum primò apparuiſſet, cum gaudio & honore ſuſciperetur. *Et ungebāt oleo multos ægrotos & ſanabuntur*. Et certè ex mādato & ordinatione magiſtri. Qui enim vſq; ad formā ſandaliarū, & Zonæ, regulā propoſuit: demōſtrauit quē modū in curandis infirmis ſeruarent. Qui enim erant Apoſtoli, aut poſtmodùm diſcipuli, vt in re tanta prohibito, aut voluntatis propriæ electione, aliquid inſtituerēt hoc tēpore? Certiſsimū mihi ergo eſt, ex mādato & ordinatiōe dñi

Ieſu

[Margin notes, left column: Chriſtianus Druchmanus, ſuper Matt. 3. cap. — Roma. 6. — Concilium Florentin. — Cōcil. Tridentin. — 2. Cor. 5. — Poteſtas Chriſti. — 4. Reg. 4.]

[Margin notes, right column: Nomē dñi Ieſu ſuper infirmos inuocabāt Apoſtoli. — Mat. ca. 7 — Luc. 10. — Luce. 10. — Vnctio olei ex mandato dñi Ieſu.]

Beda ſuper caput 6. Marci.

Ieſu vnxiſſe ægrotos ad ſalutem: & in ipſa vnctione verbū inuocationis domini Ieſu protuliſſe. Vnde Beda ſuper hunc locum Marci inquit: Dicit apoſtolus Iacobus: Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros eccleſiæ, & orent ſuper eum, &c. Vnde patet ex ipſis apoſtolis, hunc ſanctæ eccleſiæ morē eſſe traditum, vt energumini, vel alij quilibet ægroti vngantur oleo, pontificali benedictione cōſecrato. Hęc Beda. Vbi nota, quomodo illud oleū, quo vtebantur Apoſtoli in infirmorum curatione, dicit illud eſſe quod & Iacob⁹ Apoſt. deſcribit. Alterum eſt, quòd oportet illud oleum eſſe cōſecratum benedictione pontificali. In eundem modum Theophilatus interpretatur hunc locū, addens myſticas ſignificationes olei huius. Eſt igitur oleū, & ad labores vtile, & lucis fomentum, hilaritatis effectiuū; ſignificatq; miſericordiam Dei, & gratiam ſpiritus: per quam à labore liberamur; & lucem, & gaudium, & hilaritatem ſpiritualē accipimus. Vbi nota quòd dicit oleum illud ſignificatiuum eſſe gratiæ ſpiritualis, & ſignum eius. Quæ ſententia ſufficit ad comprobandum vnctionem extremā eſſe ſacramentum, iuxta illam ſacramenti diffinitionem ab omnibus ſuſceptam. Sacramentum eſt ſignum ſenſibile ex inſtitutione diuina, gratiam ſignificans, quam dominus promiſit dare omnibus digne ſuſcipiētibus. Neq; intelligas, hanc vnctionem, de qua Marcus agit, tunc tēporis fuiſſe ſacramentū: ſed prędemonſtrabatur futurum poſt modū. Vnde Lutherus, qui vnctionem extremā, à numero ſacramentorum reiecit, impie errauit. Extat cōtra illum aperta ſentētia diui Iacobi, qui cap. 5. ſuæ epiſtolæ canonicæ inquit: Infirmatur quis in vobis, &c. Etſi in peccatis eſt, remittentur ei. Ecce huius ſacramenti præconē. Nam ex verbis Apoſtoli manifeſtum eſt omnia adeſſe, quæ ad integrā rationem ſacramenti pertinent. Eſt ibi materia benedictione epiſcopali cōſecrata, ſcilicet oleum ex oliuis, quo vngēdus eſt infirmus. Exprimitur etiam forma, ſcilicet ſacerdotis oratio: Effectum expreſsit dicens: Si in peccatis eſt, dimittentur ei. Manifeſtum eſt autem Spiritum S. peculiaria quædā demandaſſe Matthæo, quæ nec Lucas, neque Marcus, aut Ioannes ſcripſerunt: & alia Marco, quæ nullus aliorum enarrauit. De quibus ſtat canon Euſebij Cæſarienſis, & beati Hieronymi. Vnde ſicut per alios apoſtolos docuit nos dominus de alijs ſacramentis, ſic per Iacobum de ſacramento extremę vnctionis. Cuius author eſt Chriſtus: promulgator vero Iacobus apoſtolus: quod etiam in beato Marco inſinuatum eſt: cùm non propria voluntate, ſed ex Chriſti inſtitutione apoſtoli miſsi ab eo, ad propagationem euangelij, pro infirmorum ſalute oleo vterentur. Quæ quidem ſalus non contingebat illis ex naturali dono, & virtute olei: cùm multis infirmitatibus obeſſe poſsit, ſicut & alijs prodeſſe: ſed ex gratia Dei, apoſtolis ſanctis conceſſa. Nec ceſſauit vnctio hæc, ſicut mentitur Caluinus, in ſacris apoſtolis, quibus conceſſa erat gratia ſanitatum: imo ab ipſis habet Eccleſia doctrinam hanc, de quo Beda inquit, ab apoſtolis vſquè ad ſuam ætatem vnctionem in oleo, Epiſcopali benedictione conſecrato perduraſſe. Denique in concilio Florentino ſub Eugenio. 4. eſt diffinitum. Quintum ſacramentum eſt extrema vnctio: cuius materia eſt oleum oliuæ, per epiſcopum benedictū. Hoc ſacramentum, niſi infirmo, de cuius morte timetur, dari non debet: qui in locis illis vngendus eſt, in oculis propter viſum, &c. Forma huius ſacramenti hæc eſt. Per illam ſanctā vnctionē, & ſuam piiſsimā miſericordiam, indulgeat tibi dominus quidquid deliquiſti per viſum, &c. Et ſic in alijs ſenſibus. Longiùs de illo egit ſacra ſynodus Tridentina, & poſt multa luculentiſsimè dicta, quatuor canones edidit: qui vniuerſam materiam amplectuntur. Huic rei pſal. quadrageſimus conuenit, vbi de viro miſericordi ſcriptum eſt. Dominus opem ferat illi, ſuper lectū doloris eius, vniuerſum ſtratum eius verſaſti in infirmitate eius. In modum chariſsimę vxoris, aut filię, quæ ęgrotanti patri, aut marito vniuerſum lectum ad ſolatium iacentis infirmi verſat: inſpiciens quali indigeat auxilio, aut ſubleuamine, paratiſsima præſtare ad delitias morituri patris quæcunque potuerit. In hunc modū miſericordioſorū ſtratū, vel lectum, cum extrema decubāt infirmitate, verſat dominus Deus, aliquando in ſacramento pœnitentiæ: deinde perſonaliter ſub tremēda euchariſtia, denique in vltimis in hoc ſacramento vnctionis extremæ. De quo in concilio Tridentino. Redēptor noſter qui ſeruis quouis tēpore voluit de ſalutaribus remedijs aduerſus omnia omniū hoſtiū tela eſſe proſpectum, quemadmodum auxilia maxi-

Oleum. — *Sacramenti diffinitio.* — *Lutherus reuincitur.* — *Iacob. 5.* — *Extrema unctio ſacramentū.* — *Vnctionis materia.* — *Caluinus reuincitur.* — *Concilium Florentin.* — *Vnctionis forma.* — *Seſsione. 4 ſub Iulio 3.* — *Pſal. 40.* — *Similitudo.* — *Seſsio. 6.*

maxima in ſacramẽtis alijs præparauit: qui-
bus Chriſtiani conſeruare ſe, integros, dũ
viuerent, ab omni grauiori ſpiritus incõmo
do poſsint: ita extremæ vnctionis ſacramen
to finem vitæ, tanquàm firmiſsimo quodã
præſidio muniuit. Nã etſi aduerſarius no-
Diabolus quo tẽpore maximè ſæuit. ſter occaſiones per omnem vitam quærat,
vt deuorare animas noſtras, quoquo modo
poſsit: nullum tamen tempus eſt, quo vehe
mentius ille omnes ſuæ verſutiæ neruos in-
tendat ad prædandum nos penitus, & à fi-
ducia etiam, ſi poſsit, diuinæ miſericordiæ
deturbandos, quàm cùm impendêre nobis
vitæ exitum proſpicit. In hoc tempore vbi
tandem de corona, aut æterno exilio agi-
tur, verſat dominus Deus lectum noſtrum.
*Et audiuit Rex Herodes, manifeſtum enim factũ
eſt nomen eius, & dicebat: quia Ioannes Bapti-
ſta reſurrexit à mortuis.* Deſcribit iam ſanctus
Herodes poteſtate rex. Euangeliſta opinionem, quam Herodes ha
buit de Ieſu domino noſtro. Audiuit (in-
quit) Herodes rex. poteſtate erat rex, no-
mine minimè. Tetrarcha deſcribitur Gali-
Cap. 3. læææ à beato Luca. Hic Herodes fuit filius
Herodis Aſcalonitæ alienigenæ: ſub quo fu
git in Aegyptum beata mater cum puero,
ſub cuſtodia Ioſeph. Herodes verò, de quo
Matt. 2. nunc ſanctus Euangeliſta: eſt ille, ſub quo
Luc. 24. paſſus eſt ſaluator: quem ſpreuit indutũ ve-
ſte alba cum exercitu ſuo. Hic habuit fra-
trem Philippum, de quo ſtatim. Audiuit er
go Herodes famam Ieſu, ſicut inquit Mat-
Cap. 14. thæus, vel ſicut refert beatus Lucas: audiuit
Cap. 9. Herodes Tetrarcha omnia quæ fiebant ab
eo, & hæſitauit. Vnde cùm dixit: Virtutes
operantur in illo, hæſitantis vox eſt, nõ diſ-
finientis. Hic ergo Herodes audiuit famam
Ieſu, & omnia quæ ab illo fiebant in Gali-
læa, & hæſitando dicebat: Quia Ioannes Ba
ptiſta reſurrexit à mortuis, & virtutes ope-
rantur in illo. Manifeſtum enim fiebat aſsi
duè, nomen domini Ieſu. Hæſitabat ergo
ex varijs opinionibus, quæ tunc apud po-
pulum verſabantur de domino. Hæſitabat
eò quod dicebatur à quibuſdam, quòd Ioã
nes ſurrexit à mortuis: à quibuſdam verò quod
Elias apparuit, aut vnus ex prophetis. Pri-
ma harum opinionum fundabatur in migra
tione ſpiritus de corpore in corpus. Et mi-
rabile eſt vnde ortum habuit talis migra-
tio animæ in hominem contemporaneum,
qui conſtabat & viuebat propria anima. Se
cunda opinio ſuper Malachiæ ſententiam:
Cap. 4. Ecce ego mittã vobis Eliam prophetam,

C antequàm veniat dies domini magnus &
Horribilis. Tertia opinio dubium habet ſen-
ſum, an ſignificetur ex prophetis vnus re-
diſſe iuxta traditiones falſas quorundã phi
loſophorum de circulo animarum: an verè
ſignificetur quòd Ieſus erat propheta, ſimi-
lis antiquis prophetis: & ſi hoc ſignificatur
rationabilior eſt, quamuis etiam falſa. Vide
iam Iudæorum cor lnudum, & inuidiam ar
dentem contra Ieſum. Ioannem de quo di-
ctum eſt, quòd nullum ſignum fecit, potuiſ-
ſe reſurgere, nullo atteſtante credunt. Ieſum
virum ſignis & virtutibus approbatum, in
cuius morte tremuerunt elementa, & obſcu
ratus eſt ſol in meridie: cuius reſurrectionẽ
angeli & apoſtoli, & ſacræ fœminæ prędi-
cauerunt: & cuſtodes ſepulchri non reſurre Act. c.
xiſſe, ſed ſublatum eſſe furtim credere ma-
luerunt, & elegerunt. Beatus Hieronymus
cum Luca exponendus eſt, & componẽdus
cum Beda. Non enim abſque hæſitatione
quicquàm aſſeruit Herodes de Chriſto. Ha *Herodes*
bes primum in Herode manifeſtam imagi- *imago ty-*
nem tyrani regis, qui non eſt veritus, poſt tã *rani regis.*
tum tempus publicè confiteri grauiſsimum
ſcelus, quod commiſit in Ioannẽ, tutus Te-
trarchiæ poteſtate. In hunc modum cùm
Ioannes, id eſt, iuſtus decollatur, non timet
D malus princeps, aut iudex, aut poſtmodum
veretur proprio ore confiteri flagitiũ: cùm
certè oporteret, etſi non homines, Deum ta
men reuereri. Grauiſsimum enim iudicium *Iudiciũ ad*
contra illos qui præſident præparatum eſt. *uerſus præ*
De quo ad longum, cap. 6. libri ſapientiæ: *ſides.*
Præbete aures vos qui continetis multitudi
nes. Horrende, & cito apparebit vobis: quo
niam iudicium duriſsimum fiet his qui præ
ſunt: exiguo enim cõceditur miſericordia:
potentes autem potenter tormenta patien-
tur. Fortioribus autem fortior inſtat crucia
tio. Ad vos ergo reges ſunt hi ſermones
mei, vt diſcatis ſapientiam, & non excida-
tis. Vide impudentiſsimum hominem, qui
non eſt veritus decollare virum iuſtum, &
ſanctum, neque erubeſcit illud confiteri:
Noſter Euangeliſta dicit: Et *audiuit rex He* Cap. 14.
rodes, manifeſtum enim factum eſt nomen eius.
Beatus Matthæus inquit: In illo tempo-
re audiuit Herodes Tetrarcha famam Ie-
ſu. Manifeſtum eſt, quòd pueri, id eſt,
Serui ſui (non enim eſt ætatis nomen, ſed
ſeruitutis) referebant Herodi, vel alij extra
palatium, mirabilia opera quæ faciebat do-
minus Ieſus: nullus tamen annuntiabat do-
ctrinam

ſtrinam, & ſancta præcepta illius: quæ fa-
ciebat mirabilia, hæc annuntiabant: vnde
Luc.24. vſque ad paſsionem eius deſiderabat Hero-
des aliquod ſignum à Chriſto. Non deſide-
rabat verbum vitæ & ſalutis ab eo: nec me-
tuebat, quem audiebat potentem in opere.
Ingeniũ ſæcularium hominum Habes in Herode, ingenium & conditionẽ
ſæcularium hominum, quibus curioſa, &
recentia placent: & ea deſiderant, vel audi-
re: doctrinam verò Chriſti contemnunt. Et
illi ipſi qui annuntiabant Herodi opera Ie-
ſu, vt placeant Herodi, exibilant ſaluatorẽ.
Ioan. 14. Et ſcriptum eſt: Qui habet mandata mea, &
ſeruat ea, ille eſt qui diligit me. Nec fœlices
ſunt, qui mirabilia domini, aut Moyſi ſerui
eius in Aegypto viderunt, aut deinde per
deſertum: ſed qui vocem domini audierunt,
& ſeruauerunt. Quid contulit vniuerſæ illi
multitudini, quorũ cadauera proſtrata ſunt
in deſerto, vidiſſe mirabilia in Aegypto ſi-
Eſai.55. ne fide, & obſeruantia legis domini? Vnde
per prophetas ad vocem domini audien-
dam, & faciendum ſermonem, vocatur po-
pulus eius, non ad prodigia conſpicienda.
Audite audiẽtes me, & delectabitur in craſ-
ſitudine anima veſtra. Et congratulantes ſi-
Cap.13. bi ipſis Iſraelitæ in Baruch, inquiunt: Beati
ſumus ô Iſrael, quia quæ Deo placẽt, mani-
feſta ſunt nobis. Non dicũt, quia quę Deus
fecit mirabilia narrantur nobis: quãquàm &
hoc viam ſternit ad fidem: ſed beati ſumus,
quia quæ Deo placent, & docet ſeruanda,
manifeſta ſunt nobis: de quibus nihil curæ
erat Herodi, aut vanis illis hominibus. Si-
gna quidem infidelibus, vt ad fidem veniãt,
data ſunt: prophetiæ autem fidelibus ad ſa-
lutem, in earum doctrina & obedientia cor-
Doctrina quàm neceſſaria. dis humilis. Vnde beati ſumus dicũt, quia
quæ Deo placent, manifeſta ſunt nobis: nõ
tantùm in miraculis, illa confirmãtibus, ſed
in prophetijs etiam. Non ergo neceſſaria
ſunt miracula fidelibus: ſed infidelibus re-
poſita ſunt. Oportebat, vt ſerui Herodis
cum mirabilibus Chriſti, ſacram eius doctri-
nam, & diuina mandata tyrano regi narra-
rent: vt auditis mirabilibus, quæ ab ipſo fie-
bant, inciperet ipſe venerari, & timere, &
quærere doctorem ex tantis mirabilibus de-
coratum, & conceſſum mundo. Sed nec ſer-
Heb.4. mo auditus non admixtus fidei aliquid pro-
deſt; aut miracula, cùm ſtultus cor ſuũ ob-
3.Reg.13 durat. De quo manifeſtum exemplum ha-
bes in Ieroboam rege Iſrael; Qui audiẽs à
propheta domini, quantùm diſpliceret cor-

Adi eius altare idolorum, & incenſum ſuper
illud altare, etiam viſis mirabilibus, in manu
propria, quę ſubitò exaruit, cùm cõtra pro-
phetam illam extendiſſet, & per precatio-
nem prophetæ reſtituta fuit illi: & ad vocẽ
prophetæ altare ſciſſum eſt, & cinis aſper-
ſus: poſt hæc omnia reuerſus non eſt ad pa-
trem ſuorum fidem, & pietatem. Quære er-
go doctrinam à domino, & ab eccleſiaſticis
concionatoribus, & reconde in ſinu cordis
tui: & obſerua quæ tibi demandata ſunt, vt
viuas. *Propterea virtutes operantur in illo.*
Dum Ioannes vixit, nullum miraculum fe-
cit, in ſignum & teſtimonium doctrinæ, ne-
què neceſſarium illi erat ad fidem ſibi con- *Ioan. Baptiſta quare nullũ fecit miraculum.*
ciliandam in populis. Alta quippe mente
recondederant mirabilem eius annuntiatio-
nem; cùm pater eius Zacharias mutus de
templo domini egreſſus eſt; & in circunci-
ſione claruit diuina potentia ſuper Zacha-
riam: cùm vinculum linguæ illius ſolutum *Luc.1.*
fuit, & canticum hymni domino decanta-
uit, in quo valdè magnificatus fuit ſacer in-
fans, dum ad eum conuertens ſermonem di-
xit: Et tu puer propheta altiſsimi vocabe-
ris, &c. Vnde ab illa die, omnes poſuerunt
B in corde ſuo dicentes, Quis putas puer iſte
erit? Non oportebat Ioannem facere mira-
culum aliquod, vt populus ſibi crederet, fi-
demque dictis eius adhiberet; quem ſcie-
bant ab infantia eremum, & deſerti antra
coluiſſe, veniſſeque in ſpiritu, & virtute
Eliæ. Neque per hoc maior extitit Chriſto
Ioannes, etiam ſi oportuit ad fidem noſtrã
multa mirabilia, illum oſtendere mundo.
Ioannes enim de alio teſtimonium perhi-
bebat; non de ſe ipſo: & ſic longè erat ab
omni ſuſpicione teſtimonium eius: & di-
gnum vt crederetur. Chriſtum verò, qui ſe- *Philip.2.*
metipſum exinaniuit formam ſerui accipiẽs *Chriſtus quare fecit miracula.*
obumbrata maieſtatis ſuæ dignitate, & di-
uinitate, qui venit etiam in ſimilitudinẽ car-
nis peccati, & diuinitatis propriæ teſtimo-
niũ perhibebat: oportuit multa ſigna face-
re, quibus ſufficienter comprobaret ſuam
diuinitatem. Non ergo, quia fortior eſt Ioã-
nes, aut firmius eius teſtimonium, nullum
fecit miraculum, & Chriſtus Ieſus dominus
noſter paſſim operabatur mirabilia: ſed
quia latuit eius conceptio per Spiritum ſan-
ctum, ex ſacra virgine, & mirifica natiuitas;
cùm patris manus omnipotẽs de vẽtre vir- *Pſal.21.*
ginis extraxit illum, ſicut prædictum fue-
rat in propheta: latueruntq; angelorũ hym-
ni,

nil, & verè erat Deus occultus, manifeſtandus in multis mirabilibus ad noſtram ſalutem & fidem. Propter hoc Chriſtus inquit:
Ioan. 10. Opera quę ego facio in nomine patris mei, ipſa teſtimonium perhibent de me. Et Ioannes: Multa & alia ſigna fecit Ieſus in conſpe-
Cap. 20. ctu diſcipulorum ſuorum, &c. Hæc autem ſcripta ſunt vt credatis, quia Ieſus eſt filius Dei &c. Adde quòd dominus Ieſus communem vitam egit in domo matris. Ioannes autem venit non manducans, neque bibens, vnde magno loco & precio habitus eſt: Ieſus autē longè ab hac opinione. Propter quod neceſſarium fuit ex mirabilibus agnoſci, & venerabilem fieri coram omnibus. Alij *autem dicebant, quia Elias eſt: alij verò dicebant, quia propheta eſt, quaſi unus ex prophetis*. Errabant omnes in Ieſu Chriſto domino noſtro, vſque quo reuelante patre, Pe-
Matt. 17. trus confeſſus eſt: Tu es Chriſtus filius Dei viui. Sed & Herodes exiſtimans, quod Ioannes ſurrexerit à mortuis, & quod in illo operarentur tot virtutes. *Ipſe enim Herodes miſit, & tenuit Ioannem, & vinxit eum in carcerem, propter Herodiadem uxorem Philippi fratris ſui, quia duxerat eam.* Incidentalis eſt pars hæc. Intentio principalis Euangeliſtæ erat deſcribere geſta Chriſti. Et quia propter opinionem Herodis de Chriſto, de Ioanne fecit mentionē; & de eius decollatione: ideo ſpeciali conſilio ſpiritus ſancti ad longū eandē hiſtoriam deſcribit. Dignum quidem erat, vt quem vſque ad zonam, & veſtitum, victum & potum deſcripſerant Euangeliſtæ, præter magnificam prædicationem, & baptiſmū, & teſtimonia, quæ de Chriſto perhibuit, quo fine vniuerſa vita eius clauſa ſit, proponerent, vt omnia quæ de illo crederet
Ioãnis omnia ſunt canonica. Eccleſia, aut prædicaret, tantæ eſſent authoritatis, vt nullus hominum auderet contradicere: omniaque eſſent canonica, & denique certitudine euangelica conſtarent. Inquit ergo: *Ipſe enim Herodes miſit & tenuit Ioannem, & vinxit in carcerem.* Herodes quē ſciebat virum ſanctum & iuſtum, & eo audito multa faciebat, miſit ſatellites, vt raperent de media plebe, aut de loco orationis: & iniquum imperiū iniquiſſimi regis adimplentes, traxerunt illum ad carcerem, & ligauerunt, vel funibus, vel catenis: ne raperetur a populis: vel vt impudētiſſimæ meretrici placerent: propter quam tantum nefas fiebat. De quo ſanctus Euangeliſta. *Propter Herodiadem uxorem Philippi fratris ſui*,

C Hæc Herodiades ſecundū Aegeſipū, & Ioſephum, & magiſtrum hiſtoriarum, fuit filia Ariſtoboli, & ſoror Herodis Agrippę, & neptis eiuſdem Herodis, & Philippi fratris ſui. Hæc ergo fuit coniuncta matrimonialiter Philippo: cùm ſecundùm legem licitum eſſet. Ipſam autem adamauit turpiter Herodes, & abſtulit fraudulenter fratri Hieronymus ſuper 14. cap. Mat.
ſuo, de voluntate ipſius Herodiadis, quod manifeſtè illicitum erat. Beatus Hieronymus in commentarijs ſuper Matthæum, de Herodiade inquit: Vetus hiſtoria narrat Philippum Herodis maioris filium, ſub quo dominus fugit in Aegyptum: fratrem huius Herodis, ſub quo paſſus eſt Chriſtus, duxiſſe vxorem Herodiadem filiam regis Aretæ: poſtea verò ſocerum eius exortis quibuſdam contra generum ſimultatibus, tuliſſe filiam ſuam, & in dolorem prioris mariti, Herodis inimici eius nuptijs copulaſſe. Quis autem ſit hic Philippus, euangeliſta Lucas Cap. 3.
planius docet. Parum tamē refert huius vel illius fuiſſe filiam, cùm conſtet ex ſacris Euangelijs Philippo Herodis fratri matrimonio coniunctam: quo viuente nullo modo Herodes poterat ducere eā. Propter quod à Ioãne arguebatur, non ſemel, ſed aliquoties, tum priuatim, tum etiam publicè: cùm manifeſtum eſſet tantum ſcelus, & in ſcan-
D dalum vniuerſi populi cederet. Nec conſentiunt antiqui ſcriptores de loco carceris, aut ſepulchri. Narrat Ioſephus vinctum fuiſſe Ioannem in caſtello Macheron: ibique truncatum, & Eccleſiaſtica hiſtoria ſepultū fuiſſe in Sebaſte vrbe Paleſtinæ. Alij in Arabia. Ad Euangelij veniamus hiſtoriā. *Propter Herodiadem uxorem Philippi fratris ſui, quia duxerat eam.* Ipſa quidem ſolicitabat Herodem congruo tempore delitiarum ſuarū, vt Ioannem interficeret: cùm duo ſibi infeſtiſſima imminerent propter Ioannem: alterum quòd ab omni populo habebatur tanquam adultera: alterum ne forſan Herodes poenitentia ductus ex ſermone Ioannis, quē libenter audiebat, eam priori marito reſtitueret, cùm certè ipſo Ioanne auctore multa faceret Herodes. Vnde importuna erat ipſi Herodi, vt Ioannem interficeret. Denique miſit impius rex miniſtros deteſtabiles, qui tenuit Ioannem, & ligauit in carcere. *Dicebat enim Ioannes Herodi: Non licet tibi habere uxorem fratris ſui.* Cùm audis, dicebat, non ſemel, ſed multoties replicatam ſententiam intellige. Propter hoc Ioannes traditus

Ioãnis carcer & ſepulchrum.

tus eſt ad carcerem,& ibidem ligatus, quia A
teſtimonium perhibebat, quod non liceret
Herodi fœdus matrimonij violare: cũ gran
de ſcelus eſſet, etiam apud gentes. Magna
res hæc ab antiquis ſanctis habuit teſtimo-
nia: quibus inuiolabilitas,& honeſtas thori
matrimonialis glorificata ſunt,& magno lo
Ioſeph. matrimonij honorator. co & honore habita. Primò à Ioſeph, qui
in Aegypto procaci mulieri,& dominę ſuç
proteſtatus eſt, quç aſsidue illum ſolicita-
bat iuuenis autem ſanctus & timoratus,
Gen. 39. Deoque deuotus recuſabat ſtuprum, & di-
cebat inter alia: Quomodo poſſum hoc ma
lum facere,& peccare in dominum meum?
Tandem captus ab ea ſine arbitris,& roga-
tus, vt cum ipſa dormiret, reliquit paliũ in
manu eius,& fugit: etiamſi magnum pericu
lum ex hoc ſibi immineret, quod ſtatim ſe-
cutum eſt. Vocatis enim ad ſe hominibus
domus ſuæ, aduerſus Ioſeph dixit falſum
teſtimonium, quod vim inferre tentauerit
ſuæ pudicitiæ: propter quod miſſus fuit in
carcerem. Magnum in Ioſeph teſtimoniũ
Matrimonij caſtitas glorificata habet matrimonij pudicitia, & fides uxoris
ad virum & viri ad vxorem: qui animã po-
ſuit pro ſeruãda fide erga dominum ſuum,
&c. Habes aliud teſtimoniũ in ore Suſan- B
Dan. 13. næ, quod etiam imminente morte prote-
ſta eſt in his verbis: Melius eſt mihi abſque
opere incidere in manus veſtras, quàm pec-
Plutarch. pro Alexandro. care in conſpectu domini. Habes apud Plu
tarchum hominis Aethnici præclarũ teſti-
monium pro hac re. Quondam Alexander
cum expectaret cuiuſdam mulieris concu-
bitum: ipſaque moram traxiſſet, rogataque
ab eo, quid cauſæ accidiſſet in re hac, reſpõ-
dit: Vt ſecurè viri proprij fugerem oculos.
Quo audito, Alexander: Virum inquit ha-
bes? Fuge à me, & à lecto hoc. Ad Ioannẽ
veniamus: vt in ore trium ſanctorum ſtet
hoc verbum:& hoc maximè tempore, quo
matrimonium, non tantùm eſt contractus
naturalis, & valde honorabilis, ſed etiam ſa
cramentum,& in repræſentando omnibus
ſublimius: cùm referat imaginem ſupremi
myſterij incarnationis, in commixtione
corporum coniugatorum. Pro hoc inquàm
tempore, cùm ſupra modum debet hono-
rari,& inuiolatum cuſtodiri matrimoniũ,
accedat teſtis omni acceptione dignus, cun
ctis excelſior, qui pro hac veritate confir-
manda mortuus ſit. Obſerua quàm obnoxij
ſint viri vxorati ſacro viro Ioſeph & Suſan
næ. ſed ſupra omnes beatiſsimo Ioanni, qui

A omnes pro eorum pudicitia & honore, om-
ni ſe expoſuerunt periculo: & Ioannes de-
collatus eſt in carcere propter hoc teſtimo
nium. Iſti ſunt patroni, & duces veſtræ fi-
dei, veſtræ pudicitiæ & caſtitatis. *Non licet*
tibi habere uxorem fratris tui. Sic olim Elias *3. Reg. 21*
arguebat Achab,& vxorem eius Gezabe- *Luc. 1.*
lem impijſsimam: & qui venit in ſpiritu &
virtute Heliæ, ſecundùm euangelicum te-
ſtimonium, arguit Herodem, & conſequẽ-
ter Herodiadem, quòd illicitas nuptias fe-
cerint, malẽs apud regem periclitari, quàm
propter adulationem immemor eſſe præce
ptorum domini. Tantus erat Ioannes apud
illos, tamque ſui iuris, zelus domini & ho-
noris ſanctæ legis effecerat illum, quòd non
dubitauerit hunc Herodẽ arguere. Arguen *Rex etiam arguendus.*
dus eſt etiam rex publicè, de publicis pec-
catis, ne impunè audeat peccare,& ſcanda-
lum inferat populo. Dauid quidem, qui in
occulto violauit thorum Vriæ, occultè &
per parabolam arguitur à Nathan. Hero-
des verò, qui publicè vxorem alienam, &
quod iniquius multò erat, fratris ſui Philip-
pi deturbabat, publicè à Ioanne arguitur:
tanquàm publicus legis violator: ſed in ea
B modeſtia, qua aduerſus regem agẽdum eſt.
Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Vbi
manifeſtè vides, quomodo rex ſit arguen-
dus, non tantùm in cauſis fidei, ſi aliquando
ſacram religionem violauerit, aut ſacramen
ta, ſed etiam in manifeſtis & publicis pecca
tis & ſcandaloſis: dummodò ſcandalum ad-
uerſus Eccleſiam non ſequatur. De quo ha- *Ambroſi⁹.*
bes exemplum in diuo Ambroſio aduer-
ſus magnum Theodoſium, propter homici-
dia Corinthi facta à ſuis, eo auctore: quem
excommunicauit, nec inſtantibus feſtis na-
talis domini, abſque publica pœnitentia,
abſoluere voluit, & ad communionem fi-
delium recipere. Ne ergo verearis faciẽ po- **NOTA**
tentis, in cauſa ſimili: quæ vt dixi, ad mores
pertinebat. Quia licèt hæc propoſitio ſit de
fide: non licet tibi,&c. non tamen erat de il
la ſuſpectus Herodes, ſed de opere nefario
arguebatur: quem exiſtimo patienter ſuſti-
nuiſſe: aut quia vero animo,& non ficto li-
benter eum audiebat in principio: aut quia
timebat plebem, quæ valde honorabat, &
venerabatur Ioannem. Sed tamen procacis
& impudentiſsimæ meretricis ſuaſionibus
tradidit carceri, quem ſciebat virum iuſtum
& ſanctũ. De re hac ſcriptum eſt: Non eſt ca *Eccli. 25.*
put nequius ſuper caput colubri: & non eſt
ira

ira ſuper iram mulieris: commorari leoni, & draconi mihi placebit, magis quàm habitare cum muliere nequam: quod ſatis comprobatur in Ioanne & Herodiade. Ille quidem inter beſtias deſerti à pueritia conuerſatus eſt: neque leones, aut vrſi, aut reguli, aut ſerpentes quicquàm moleſtiæ intulere: hęc autem excogirauit qualiter illum perderet, & tandem à peſsimo rege inuenit. Inuenit etiã quod valde deſiderabat, nimirùm ſilẽtium linguæ Ioannis, & aperuit cunctorum hominum ora, quæ eius adulterium vbique accuſarent, cùm interfecit virum ſanctum & iuſtum. Sic & Dauid diſsimulans adulteriũ, occidit Vriam: & qui in occulto peccauit; ore domini diffamatus eſt in conſpectu omnis Iſraelis, & ſolis huius. Sicut qui ignẽ extinguere curat oleo; ſic qui homicidium facit pro diſsimulatione adulterij: altius aſcẽdit flamma, clarius lucet, etiam à lõge conſpicitur.

Homicidiũ lingua adulterij.

2. Reg. 12

Obſerua quam potens eſt lingua mulieris meretricis, etiam ad perdendum Ioannem Baptiſtam, cùm cęcus homo cor ſuum illi tradit, & quærit ab ea delitias. De quo habes aliud teſtimonium in libro Regum, in Achab, & Iezabele. De quibus ſcriptura inquit: Igitur non fuit alter talis, ſicut Achab, qui venundatus eſt, vt faceret malũ in conſpectu domini, concitauit eum Iezabel vxor ſua, & abominabilis factus eſt: in tantùm vt ſequeretur idola quæ fecerunt Amorrhæi: quos conſumpſit dominus à facie filiorum Iſraël. Propter hoc ſcriptum eſt: Nõ des mulieri potestatem animæ tuæ: ne ingrediatur in virtute tua, & confundaris. Ecce in quantum malum impia Iezabel impulit Achab; & Herodiades inſidians Ioanni, ſuadet Herodi; vt in carcerem illum tradat: ne ampliùs aduerſus ſtuprum illius agat, & ipſa tanquàm adultera in populo confundatur. Qui impius & crudelis tyranus ne contriſtaret ſuas delicias; iuſſit vt in carcere vinciretur ille, qui ſoluebat in prędicatione pœnitẽtiæ, quos captiuos tenebat diabolus ad ſuam voluntatem. Ergo propter fidem cõiugalis caſtitatis, & teſtimonium eius, Ioannes ſqualorem carceris, multis diebus paſſus fuit: & fermè vſque ad annum. In quo importuna erat mulier viro nequiſsimo, vt interficeret Ioannem. Ipſe verò obſeruabat eum in principio: quouſque ficto animo; & conſultum agens cum meretrice, decollare præcepit in carcere. In hac diſtinctione, ſanctorum patrum ſententias concordabis cum ſacris euangelijs, ſicut ſtatim dicendum eſt. *Herodes verò inſidiabatur illi, & volebat occidere eum, nec poterat.* Infeſtus erat Ioannes Herodiadi, & vſque ad gemitum, & mœrorẽ cordis quòd adhuc ipſe viueret, ſuſtinebat. Et per charos, & amicos, & ſeruos Herodis illũ interficere intentabat, nec poterat, quia Herodes eũ ſeruabat, id eſt, ſeruari iuſſerat in carcere, per miniſtros carceris, ne veneno aut ferro occideretur, aut ſuffocaretur. Iſtæ ſunt inſidiæ, quas illi parabat. Obſerua quale odium erat in ſinu huius meretricis aduerſus ſacrum virum. Inſidiabatur ei, inquit ſcriptura. Non nouum aut inauditum, quòd mulier antiquum diaboli vas & telum ardens inſidietur Ioanni, id eſt, in quo eſt gratia Dei. Ab initio inſidias parauit ſerpens antiquus primo homini per mulierem; & ipſum obtinuit. De quo ſic legis in Eccleſiaſtico: A muliere initium factum eſt peccati: & per illam omnes morimur. Amarior quippe eſt morte ſecundùm ſententiam ſapientiſsimi Salomonis. *Et non poterat*, ſcilicet in exordio carceris Ioannis: quia adhuc perſeuerabat, in ſententia & bono animo vel ficto erga Ioannem Herodes, à quo per mulierem excidit. vel aperte ſurrexit contra Ioannem: ſicut ſtatim dicemus cum noſtro Euangeliſta. Secundùm Matthæum volebat eum occidere, ſicut & Herodias, ſed metuebat plebem, ne ipſum interficeret: de priori bono animo eius interpretandum eſt, quod ſuprà diximus: quòd autem Matthæus inquit, ad ſequens tempus: quod ſi diſtinxeris, cõcordabis iura. De illo inquit Marcus. *Herodes autem metuebat Ioannem, ſciens virum iuſtum & ſanctum, & cuſtodiebat eum.* Et Ioannem & plebem metuebat Herodes, Ioannẽ, quia ſciebat virum eſſe iuſtũ & ſanctum: quẽ ſi occideret, iram Dei contra ſe non dubitabat in proximo venturam. Scriptum eſt enim: Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei: & multa alia huius figuræ. Plebem etiam timebat, ne aduerſus ipſum inſurgeret, ſi Ioãnem occidiſſet. Obſerua quàm inuicta res virtus ſit: etiam ligatum in carcere Ioannẽ timet Herodes tyranus: quòd ſi cuſtodiebat eum, ſicut certè cuſtodiebat, nõ amore iuſtitiæ, aut Ioannis hoc faciebat: ſed ne ſibi imputaretur a plebe occiſio eius, & ipſe interficeretur. Et vt manifeſtũ hoc eſſet populo, libenter eum audiebat. Propter hoc duriùs

Lingua mulieris meretricis.

3. Reg. 21. g

Eccli. 9. a.

Cap. 25.

Eccl. 7. 14

D

Zach. 2.

Virt⁹ quã inuicta ſemper.

riùs agebat Herodias aduerſus Ioannem, & inſidiabatur illi, quia ſciebat, quomodo cũ colebat Herodes, & cuſtodiebat, & audiebat, vel in carcere, vel certè antequam in carcerē traheretur: & audito eo, multa faciebat ſecundum conſilium eius, & mandatũ. Timebat ergo Herodias, ne inter illa, quæ, audito Ioanne faciebat Herodes, obtemperaret illi, in re hac graui: & reſtitueret eã viro ſuo. Herodes verò tanquam redditurus rationē populo de Ioanne, ſeruabat eũ. Et deniq; propter monita mulieris meretricis multa ſimulabat, vel hæc omnia, nõ ſolùm poſtquam miſſus fuerat Ioãnes in carcerē, ſed ſemper fuit eiuſdem ſententię cum Herodiade: quod inde mihi probatur: quia noſter Euangeliſta, qui hęc de Herode narrat, ſtatim verbum hoc ſcripſit. *Et cùm dies opportunus accidiſſet.* Ad quid obſecro erat opportunus dies ille? Ad dolũ fraudulēti cordis perficiendum, quem multis diebus diſſimulauit, ſub ſpecie pietatis & religionis iuramenti: poſtquam honorauit multos, habens menſam communē cum principibus, & magnatibus Galilææ, & animos eorũ in conuiuio ad ſe conuertit; tunc quidē non erat, quòd plebem metueret. Tunc opportunus adueniebat dies ad ſatiandam iram in ſanguine innocētis. Tunc erat opportunus dies ad velamen maleuolæ mentis contra Ioannem, vt impunè occidere poſſet eum: cùm vino, cibo, honoribus varijs, muſica, ſaltibus affecerat populi maiores & primates.

NOTA *valde.* Dies *opportunus.*

Certè (vt mihi videtur) hoc ſignificat apud S. Euãg. dies opportunus. Opportun⁹ ad cędē Ioannis, ſine manifeſtatione impię volũtatis, & cõſenſus ipſius Herodis & Herodiadis. Sed nihil opertũ, quod nõ reueletur. Omnia enim ſunt nuda & aperta oculis dñi, & nulla creatura inuiſibilis eſt ei.

Luc. 12. Heb. 4.

Ex cõtextu literæ ſuperior ſentētia cõprobatur, & ſic oſtendã. Inquit enim: Et cùm dies opportunus accidiſſet: poſt quæ verba duo pũcta reperiuntur. Et ſtatim inquit: Herodes natalis ſui cœnam, &c. Vbi opportunitas tēporis non ad cœnã celebrandã deſignatur: diceret nanq;: Et cùm opportunus dies accidiſſet, vt Herodes, &c. vel ad ſolennem diem natalis Herodis, vel aliud ſimile verbum. Cùm autem inquit: Cùm dies opportunus accidiſſet: opportunitas hæc, ſuum ſignificatum ſupra verbum illud: Pete à me, quod vis, reponit: quod coniunctio illa, q;, addita alteri, ſcilicet, Cum: Vbi ſanctus

A Euangeliſta dicens: Cumque introiſſet filia ipſius Herodiadis, videtur determinare, ad quid erat opportuna dies illa, ſcilicet, ad cædem ſanctiſsimi Ioannis in cœna, & hilaritate conuiuantium: cùm eos & muneribus, & honoribus, gaudijs, & ſaltibus impudentiſsimæ puellæ deuinxerat Herodes. Tunc quidem erat opportuna dies ad diſsimulandam iram, & deponendum timorem plebis, & ad occidendum impunè ſanctũ, & iuſtum. Ergo Herodes *natalis ſui cœnam fecit principibus, & tribunis, & primis Galilææ.* Qui iam timorem diuinæ vltionis à ſe, & à cogitatu ſuo abiecerat, hominum tantùm quærit ſuffragium. Conſultò videntur vocati iſti, ad conuiuium Herodis: vt demulceret animos eorum: neque eſſet, quod timere poſſet. Cùm certè ſcriptum ſit: Mihi vindictam, & ego retribuam. Et hoc eſt omnium peſsimorum ingenium, dum in præſentiarum nihil patiantur corporaliter, aut immineat: nihil etiam de vltione omnipotentis curant in futuro. Aduerſus quos eſt ſermo ſancti Moyſi: Vtinã ſaperent & intelligerent, ac nouiſsima prouiderent.

Deu. 32. *Malorum ingenium.* *Ibidem.*

Non vocat Herodes pauperes, & debiles ad cœnam ſuam, qui vicem & operam reddere non poſſunt, quod gratum eſſet Deo; ſed primos Galilææ, & tri-

Luce. 14.

B bunos, & principes: qui ei eſſe poſſent in auxilium, ſi opus eſſet, in Ioannis decollatione. Non legis præter Pharaonem in Aegypto, & Herodem in Galilæa, natalis ſui die feſta celebraſſe: & vtrobique ſanguis humanus funditur. Ille quidem Eunuchum peccantem occidit: Hic verò ſanctum & iuſtum.

Gen. 40.

Quid peregrinius dici, aut excogitari poteſt, quàm occiſorum hominum recens cruor in menſa conuiuij? Stultiſsimus Herodes, & ab omni ſenſu alienus, qui diem, in quo in mundum eſt ingreſſus ad labores & ærumnas, ad exilium in valle lachrymarum, denique ad mortem poſt modicum ac laborioſum tempus, hunc diem feſtiuum celebrat: quē ſanctus Iob & Hieremias, & Dauid pſal. 50. Lachrymabilem iudicant. Celeberrimus dies, & omni veneratione digniſsimus, qui totus in Dei laudibus, & gratiarum actionibus, & gaudijs, & canticis ſpiritualibus Chriſtianis eſſe debet, regenerationis ſuæ dies eſt in ſacra vnda baptiſmi, in quo filij Dei facti ſunt, ex filijs diaboli, & iræ: & ad hæreditatem incorruptibilem,

Iob. 3. Hiere. 1. Dies cele*brandus à chriſtianis* Lege Ori. *hom.* 8. *in c.* 12. *et* 13 *Leuit. et in* 14. *c. Mat.*

& im-

& immarceſsibilem, & incontaminatam, conſeruatam in cœlis vocati ſunt: & ius in ſanguine Chriſti, per gratiam acceperunt, & pignus huius hæreditatis Spiritum ſanctum. Dies hæc celeberrima eſſe debet cunctis Chriſtianis: in qua attentè & vigilanter inſpicere debent templū ſui corporis, quod conſecrauit ſacratiſsimus ſpiritus in baptiſmate, nunquid violatum aut pollutum ſit: & in vera pœnitentia, & fonte lachrymarū expurgare debent illud. Habes de re hac elegantem hyſtoriam, in libris Machabæorum. Cùm ingreſſæ fuiſſent gentes in templum domini, & violaſſent illud, & iterum conceſſum eſſet Iudæis ſub Iuda Machabæo: inquit ſcriptura: Secundùm tempus, & ſecundùm diem, in qua contaminauerunt illud gentes, in ipſa renouatum eſt in canticis, & citharis, & cinyris, & cymbalis: & cecidit omnis populus in faciem, & adorauerunt, & benedixerunt in cœlū eum qui proſperauit eis: & fecerunt dedicationem altaris diebus octo: & obtulerunt holocauſta cū lætitia, & ſacrificium ſalutis & laudis. Optimum ergo & ſalutiferum conſilium notare diem, & horam, in quà per aliquod crimen, vel graue peccatum violatum fuit templum Spiritus ſancti: & ſecundùm illud tempus & horam gemitibus, & lachrymis emundare illud. De quo habes exemplū in Petro apoſtolo apud Clementem: qui beatiſsimus Apoſtolus ſub galli cantu, quo tempore magiſtrum negauit, ſurgebat à lecto, & in multis lachrymis & gemitibus etiam dimiſſum peccatū diluebat. Fac ergo ô homo dedicationem altaris cordis tui, quod pollutum fuit per peccatum. Fac obſecro per continuos octo dies, cadens ſuper faciē tuam in terram, & adora viuentem in ſæcula ſæculorum. Offer holocauſtū cordis contriti, & humiliati: quod mirum in modum Deo placet. Et cum omne tempus vitæ noſtrę congruum ſit ad huiuſmodi encęnia, anniuerſarius tamen dies noſtræ regenerationis aptus eſt valde: in quo cum Herode non oportet epulari ſplendidè, & ſaltare cum filia Herodiadis, vel conuiuiū ducere ad ſonitum tubæ & citharæ, ſed in multis gemitibus reparare, quæ à die baptiſmatis collapſa ſunt: & emundare quæ polluta ſunt: & quæ profanata conſecrare. De quibus habes doctrinam Apoſtoli non vno loco tantùm. Non deficimus, licèt is qui foris eſt homo noſter corrumpatur: tamen is qui intus eſt, renouatur de die in diē. Renouamini, in ſpiritu mentis veſtræ, & induite nouum hominem, qui ſecundùm Deum creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate veritatis. Hæc ſunt encęnia noſtrā, quæ celebrare debemus: & dedicatio templi noſtri per gratiam: non diem illum, in quo nati ſumus, cum Herode: qui cœnam fecit in die anniuerſario natalis ſui: non pauperibus, vt dixi, aut debilibus: ſed primis Galilææ. Et potentiſsimus ille Aſuerus fecit grande conuiuium cunctis principibus, & pueris ſuis fortiſsimis Perſarum, & Medorum inclytis, & præfectis prouinciarum coram ſe: vt oſtenderet diuitias regni ſui, ac magnitudinem atque iactantiam potentię ſuæ multo tempore: centū videlicet octoginta diebus. Quòd ſi poſtmodùm conuocauit omnem populum, qui inuentus fuit in Suſam, à maximo vſque ad minimū: hoc factum eſt octo diebus tantùm. Principibus verò centū octoginta diebus fecit conuiuium ſuperbiſsimum. Non ſic docet ſcriptura vtriuſque teſtamenti. Eſaias inquit: Frange eſurienti panem tuum, & egenos vagoſque induc in domum tuam: cùm videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne deſpexeris. Tunc erumpet quaſi manè lumen tuum, &c. Et dominus Ieſus in euangelio Lucæ: Cùm facis prandium, aut cœnam, nō li vocare amicos tuos, neq; fratres tuos, neq; cognatos, neq; vicinos diuites, ne fortè te ipſum reinuitet, &c. Voca pauperes ad mē ſam, non ad atrium, vel ad ſcabellum pedū tuorum, & fac cum illis miſericordiam. De quo habes elegantem doctrinam in Dauide, & Miphiboſeth filio Ionathę. Cùm Dauid frueretur gloria & ſceptro amplißimi imperij, requiſiuit, an forſan ſupereſſet aliquis de domo Saul, vt faceret cum illo miſericordiam. Audito quòd filius Ionathæ licèt debilis pedibus adhuc ſupereſſet, vocauit illum ad ſe, & dixit: Ne timeas, quia faciens faciam in te miſericordiam, propter Ionatham patrem tuum, & reſtituam tibi omnes agros patris tui Saul, & comedes panem in menſa mea ſemper. Forſan propter hæc duo verba, ſemper, & in menſa mea, dixit Dauid: Nunquid ſupereſt aliquis de domo Saul, vt faciam cum eo miſericordiam Dei? Quid eſt faciam cum eo miſericordiā Dei? Primò miſericordia Dei dicitur, quia nepotem inimici quærebat, qui diu perſecutus fuit animam eius, & amarulento corde & ani-

Margin notes: 1. Pet. 1. — *Dies baptiſmi.* — 1. Mac. 4. — *Petrus exēplum pœnitentiæ.* — Matt. 25. — Pſal. 50. — 2. Cor. 4. — Epheſ. 4. — Eſth. 1. — *Conuiuiū Aſueri, cui quibus ſacienda, et quomodo.* — *De hoc in fra cap. 14.* — Cap. 58. — Cap. 14. — 2. Reg. 9. — *Miſericordia Dei, quæ apud Dauid.*

& animo quæſiuit extinguere eum. Cùm
autem amicabili corde quærit aliquem de
domo Saul, miſericordiam Dei facere dici-
tur. Secundò, quia ſuper menſam ſuã con-
ceſsit panem cunctis diebus vitæ ſuæ, ho-
mini debili pedibus, non in atrio cum ſer-
uis, aut etiam cum procuratoribus domus
ſuæ regiæ: ſed quid inquit? Et tu comedes
panem in menſa mea ſemper. Hæc mihi vi-
detur miſericordia Dei. Quod in filio pro-
Lucæ. 15. digo & patre eius comprobabis. Pauperes
ergo & debiles vocandi ſunt ad cœnam,
etiam à regibus & principibus, non primi
Galilææ, & tribuni, qui vicem rependant
& gratiam. De quo habes exempla in bea-
to Gregorio Papa, & beato Ludouico re-
ge Francorum: & item in beato Ludouico
primogenito regis Siciliæ Epiſcopo Tolo-
ſano, & in multis alijs. De huiuſmodi viris
miſericordiæ eſt ſermo beati Pauli apoſto
Cap. 1. li ad Timotheum: Pietas ad omnia eſt vti-
lis: promiſsionẽ habens huius vitæ, quæ nũc
eſt, & futurę. Et obſerua quò nõ interdicit dñs
Ieſus conuiuiũ fratrũ, aut diuitũ: ſed oſtẽdit
Conuiuia diuitum. non conducere ad præmium vitæ. Sunt au-
tem quædã taliũ diuitum cõuiuia, quæ non
ſolùm in præſenti retributionẽ non habẽt:
ſed etiam damnationem recipiunt in futu-
Rom. 13. ro. Vnde Paulus: Non in comeſſationi-
bus, & ebrietatibus, &c. id eſt, in luxurioſis
conuiuijs, quæ aut collatione omnium ce-
lebrãtur, aut vicibus cõtubernalibus ſolent
exhiberi: vbi neminem pudeat aliquid in-
Lege cap. honeſtum facere, vel dicere. Quod ſi filij
Geneſ. 4. 21. 25. 27 & li. Re. 2. cap. 13. & cap. 12 lib. 3. Iob cum bona venia patris per ſingulos
dies conuiuium faciebant, ad charitatis au-
gmentum, & fraternam dilectionem augen
dã concedebatur illis: qui ſecundùm dictũ
poëtæ, fratrum quoque gratia rara eſt: non
tamen ibat cum illis, ne tanti patris auctori-
Pater ad filios quomodo ſe debet habere. tas vileſceret: quia nimia familiaritas con-
temptum parit. Sed neque Dauid rogatus
ab Abſalon, ire voluit ad conuiuium. Sic
ſanè prouidendum eſt parentibus, cùm in-
2. Reg. 13 dulgenter ad quædam licita & honeſta cõ-
niuent, & condeſcendunt cum filijs, nihilo-
minus ipſi pro ratione ſuę ætatis, maturam
grauitatem cuſtodiant ſibimetipſis. Ita fiet,
vt nec moroſitate adducantur filij in paren
tum odium: nec leuitate in contemptum.
Cumq; introiſſet filia ipſius Herodiadis, *& ſal-
taſſet, & placuiſſet* Herodi, *ſimulque occumben-
tibus, rex ait puellæ.* Manifeſtũ eſt nõ inter-
fuiſſe cœnæ filiam Herodiadis: ſiquidẽ nec

ſaltus fiebant ab ipſa, dum epulis & vino oẽs
diſcũbentes erant intenti: & S. Euãg. inquit,
Cum introiſſet, ſcilicet poſtquam cœnatũ
eſt: nondùm tamẽ ſurrexerant à menſa. For
ſan ornabat ſe virgo hæc cũctis meretrici-
bus impudẽtior, dum cœnã faciebat Hero
des, vt caperet vel ipſum in ſplendore vul-
tus ſui: & in ſandalijs pedũ ſuorũ: vel certè
vt omnibus cum patre ſimul appareret gra-
tioſa & expectabilis: quod rei euentus
comprobauit. Placuit enim ſupra modum
Herodi, & principibus, & tribunis, & pri- *Conſuetudo in peccato.*
mis Galilææ. Intrauit ergo filia ipſius He-
rodiadis. Væ animæ illorum. Non quidem
reſipuerunt, etiam prædicante Ioanne, & ar
guente ipſum Herodẽ: accuſatrixq; erat tã
ti ſceleris filia Philippi. Vide quàm diffici-
le à peccatis, & maximè à luxuria miſer ho
mo diuellitur. De quibus beatiſsimus Pau- *2. Tim. 2.*
lus dicebat: Captiui tenentur ad ipſius dia-
boli voluntatem. Vnde conſuetudo quaſi *Aug. lib. 6 de muſica, lib. 7. confeſsio.*
ſecũda & eſtabricata natura dicitur: & lex
quidem peccati eſt violẽtia conſuetudinis,
qua trahitur etiã inuitus animus eo merito,
quo in eam volens illabitur. Quæ adeò gra-
ue malũ eſt, vt peccata, quamuis magna &
horrenda, cùm in conſuetudinẽ venerint,
aut parua eſſe, aut nulla credãtur: vſq; adeò
vt non ſolùm non occultanda, verùm etiam
B prædicãda, diffamandaq; videãtur. Hæc eſt *Seneca epiſto. 28.*
cõſummata infœlicitas: vbi turpia non ſolũ
delectant, ſed etiam placent: & deſinit eſſe
remedio locus, vbi quę fuerant vitia, mores
ſunt. In hanc infœlicitatẽ deuolutus eſt He
rodes ex conſummata conſuetudine peccã-
di, vt nõ erubeſceret egreſſum publicũ filię
Philippi: etiam ſi digito adulterum & ince
ſtum eorũ demonſtrabat. Oportebat in die
hac, ſicut matrem, ſic & filiam in penetrali-
bus domus recondere, ne a conuiuis magni
ſceleris argueretur. Sed cęcus in magnã de-
uenerat ſtultitiã, & bis inſanus ex amore
& vino, nõ erubeſcebat ſui adulterij pręco-
nem. Quis enim conuiuantium, etiã ſi tunc
primò palatij fores terſiſſet, non quæreret
quæ eſſet illa puella, quæ ſic in veſte auro
detexta fulgebat, & tortis crinibus, miro ar
tificis ordine diſpoſitis? Quot Herodes nũc
ſuſtinemus: imo ſuſtinet dñs in multa patien
tia: qui peccatũ propriũ, ſicut Sodoma de-
pręedicãt. De quibus proph. Eſaias: Agnitio *Cap. 3.*
vultus eorũ reſpõdit eis: & peccatũ ſuũ qua
ſi Sodoma prędicauerũt, nec abſcõderunt.
Vę animę eorũ, quoniã reddita ſunt eis ma

Ibidem.

Hieron. ſuper. 3 cap. Eſaiæ.

la. Gloriãtur in peccatis ſuis, in ruinã & ſcandalũ multorũ: propter quod nomẽ dñi honorabile & tremendũ, vituperatur a gentibus, & blaſphematur. Iuſtè quidẽ dixit S. propheta: Agnitio vultus eorum reſpondebit eis. Quid ſibi vult hæc circũloquutio? B. Hieron. inquit: Sua recipient peccata. Breuis quidẽ expoſitio & obſcura. Hoc ergo intendit docere propheta. Iſtud eueniet eis, quod magnitudo ſeu enormitas peccatorum meretur, quaſi dicat: Facies eorum indicat eos eſſe ſuperbos iracundos, inhoneſtos, ira & inuidia, & odio plenos: ideò ſecundum hęc fiet eis, id eſt præmia ſuis factis digna recipient. Væ ergo animæ illorum. Aeternã pœnam cõminatur: quippe qui digni ſunt illa: ſiquidem peccata ſua prædicauerunt, & non contexerunt, ſaltem ab oculis hominum: ne fierent alijs in impactionem, & ſcandali ruinam. Hæc ergo eſt inuerecundia ſceleſtiſsimi tyrani huius, qui patitur ſaltare filiãm Herodiadis: vel credo quòd ſic rem & negotium diſpoſuit, & ordinauit: nec veretur cõuiuas multos & magnos, nec confabulationes ſingulorum, & multam licentiam, cùm vnuſquiſque in propria remeauerit. Nec temere dicimus ab eo ſaltationem, & cætera omnia fuiſſe diſpoſita, & ordinata ad perdendũ Ioannem: ſiquidẽ à ſaluatore vulpes dictus eſt. Simulabat iã, licet non in exordio prædicationis Ioannis, odium contra ipſum, & egredi facit filiam ad tripudiandum coram omnibus. Vide regis auctoritatem, & virginis honeſtatem: coram multis viris, qui vino incaluerant, ſaltare filia regis nõ erubeſcit: imò ab Herode ordinatur: qui gratũ omnibus exhibens obſequium, in propriam ſententiã illos tradere non dubitabat: vnde nullus illorum contradixit tyranno, aut exorator pro Ioanne extitit. Egreſſa eſt ergo puella ad ſaltandum coram omnibus. O ſtultiſsimũ virorũ. Non verebatur puellæ rapinã, ſicut & ipſe matrem rapuit à viro ſuo. Neq; ipſa Herodias impudentiſsima intra penetralia domus regię cuſtodit eam tẽpore cõuiuij: ſed foras mittit eam, vt ſaltet, & omnibus appareat gratioſa. Sed hæc eſt conditio impij, nihili facit carnem ſuam, dummodò animæ deſiderata concedat, & vindictam inueniet. *Et ſaltaſſet. & placuiſſet Herodi, & ſimul diſcumbentibus.* Inſpice quomodo vniuerſum hoc ſpectaculum erat ſathanæ. Nam primo temulentia & delitijs conſtabat: vnde nihil vnquàm probè factum eſt. Deinde ſpectatores omnes corrupti erant: & ille qui cõuiuio præerat, omniũ iniquiſsimus. Tertiò volupta, & licẽtia omnia dicẽdi, audiẽdi, faciẽdi, maxima in ipſis erat. Deniq; vbi ſaltus

Heredes vulpes. Luc. 13.

C

D

Saltus laſciuus.

Capit. 13.

laſciuus, ibi diabolus, qui in medio eorum ſaltat, præ gaudio peccantium. De quo gaudio dixerat Eſaias: Piloſus ſaltabit ibi. Herodi placuit ex multis: primò, quia filia ipſius Herodiadis: ſecundò quia vino madebat: & huiuſmodi ſaltus hiſce hominibus ſummopere placent: tertiò ad fauorem ipſius puellæ: quia ſpecioſa erat, & habitu ornabatur meretricio. Obſerua quod expreſse tenet Euſeb. Emiſenus, quòd puella hæc nõ erat filia Herodis. Et idem videtur ſentire Chriſoſtomus. Caietanus verò contrarium videtur ſentire. Nihil tamen ex euangelijs conſtat. Satis tamẽ declaratur inuerecundia Herodis & Herodiadis, ſicut dicit Chriſoſtomus: cùm non abſconderetur puella à matre: quia illa clamabat, quòd matrimonium fieri non poterat: quia ſcilicet erat filia Philippi fratris Herodis. *Simul diſcumbentibus.* Placuit etiam: nec mirùm quod multis placeat, quod ſibi placere rex oſtendit: etiam inhoneſta & turpia, & (quod nequius eſt) iniuſta demulcent principes, & primos Galilææ, cùm Herodes ſibi eſſe grata oſtendit, & amicabilia. In quo & animum regis perdunt, & ad ſe ipſos conuertunt. Popule meus, qui te beatum dicunt, ipſi te decipiunt. Regi & omnibus diſcumbentibus meretricius ſaltus placet. Secundùm iudicem populi, ſic & miniſtri eius. Qualis rector ciuitatis, tales & inhabitantes in ea. Hæc eſt miſerrima ſors potentium, vt omnes eis placeant in malum: nullus contradicit: vnus Ioannes dicit: Non licèt tibi, & hic in carcerem mittitur: et iam iam de morte eius agitur. Væ illis. Cum potentia & diuitijs præſto adeſt adulatio, & mendacium, & rete tenditur pedibus eorum. Puella ergo turpiſsima Herodi, & ſimul diſcumbentibus placet. Nullus adeſt qui indecorum iudicet regis filiam, inter tantam multitudinẽ ſaltare: Nullus adeſt qui inhoneſtũ proclamet in publicũ prodire virginẽ: quæ cõcupiſci poſsit à multis: & quę ſaltibus & nutibus oculorũ animos ad ſe rapiebat. Et quod nequius multò eſt: cùm Ioannes occiditur, nullus contradicit. In hoc gratiam & vicem reddentes præſidi huius conuiuij: qui eos conſultò honorabat, & plus

Hom. 49. ſup Mat.

Iſai. 3.

Eccleſ. 10.

Adulatio.

plus ſolito: & animos eorum demulſerat, ſicut Abſalon ingredientes portas ciuitatis Ieruſalem: de quo ad longum ſecundus liber Regum. Denique Paulus apoſtolus inquit: Si hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem. Placendum eſt illis in bono in omnibus, & per omnia, ſicut docet ipſe Apoſtolus: Et fugiendum eſt ab adulatione illorum. Peſsima quidem eſt adulatio, & illos perdit, extinguitque. Qui enim dereliquerunt legem, laudauerunt impium. Aduerſus quos eſt ſermo in Eſaia: Væ qui iuſtificatis impium pro muneribus, & iuſtitiam iuſti aufertis ab eo. Expende locum, prudens lector, & conſidera, quàm conueniat ſceleratiſsimis conuiuis his. Inquit ſanctus propheta: Væ qui potentes eſtis ad bibendum vinum: & viri fortes ad miſcendam ebrietatem: qui iuſtificatis, prout ſupra. De quibus conuiuijs, quod legis in Oſæa, interpretari poteſt. In malitia ſua lætificauerunt regem. Non audebat occidere Ioannem Herodes, cùm populum timeret, & propter Herodiadem deſiderabat ipſum interficere: vnde neceſſariò triſtitia originem ducit. De his enim quæ nobis nolentibus accidunt, eſt triſtitia. Iſti autem lætificauerunt Herodem hilari vultu, ad omnia, quæ animus eius deſiderabat. Sed ſcriptum eſt, ipſaque experientia docet: meliora ſunt vulnera diligentis, quàm fraudulenta oſcula odientis. Peſte illa, id eſt, adulatione percutiunt principem laterales, palatini canes, adulationis artifices, fabri laudis, figuli falſitatis. Hi ſunt qui magniloqua commendationis tuba in diuitum auribus citharizant, qui mellicæ adulationis fauos foras eructant: qui emungunt munera, caput diuitis adulationis oleo vngunt: prælatorum auribus puluinaria laudum ſubijciunt, qui ab eorum palijs, vel fictitium puluerem excutiunt, aut veſtem fictitiè deplumant implumem: in quibus acerrimos agunt perſecutores. Cùm certè inter duo perſecutorum genera, vituperantium ſcilicet, & adulantium, maximum ſit adulatoris. Et ſicut ſumenda ſunt amara ſalubria, ità ſemper vitãda eſt pernicioſa dulcedo. Adulantium enim linguæ ligant homines in peccatis: delectat enim ea agere, in quibus non ſolùm non metuitur reprehenſor, ſed

Cap. 15. *Galat. 1.* *Rom. 15.* *Prouerb. 22.* *Cap. 5.* *Cap. 7.* *Triſtitia unde.* *Prou. 27.* *Adulatio peſtis periculis plena* *Adulatores perſecutores ſũt*

A etiam laudator, operator inuenitur. Adulatio adeò ſuauis eſt, vt apertis & propitijs auribus recipiatur: in præcordia ima deſcendit: & venit pro amico blandus inimicus. Deſcribit Seneca elegantem hiſtoriam, quæ Alexandro Magno accidit. Qui cùm in obſidione cuiuſdam vrbis circuiſſet muros, ictu ſagittæ percuſſus, cum repreſſo ſanguine ſicci vulneris dolor creſceret, & crus obſtupuiſſet, coactus obſiſtere: Omnes (inquit) iurant me eſſe filium Iouis, ſed vulnus hoc hominem me eſſe clamat. Idem nos faciamus, dicamuſque: Vos dicitis me eſſe prudentẽ, ego autem video, quàm multa inutilia concupiſcam, nocitura optem. Vtinam peſtis hæc adulatorum ſic puniretur à noſtris principibus, ſicut à Dauide non ſemel. Placet ergo Herodi ſaltans puella, & cunctis conuiuis: qui adulatores erant iniquiſsimi Tetrarchæ. Propter quod regali magnificentia dixit puellæ. *Pete à me quoduis, & dabo tibi, etiam dimidium regni mei.* O vocem iniquo ac temulento rege dignam. Sed & dolũ diſsimulat, & latenter parat inſidias peſsimus hypocryta. Quid opus erat ſupra regiam promiſsionẽ

B ſacramentum iuramenti addere. Non ſic potẽtiſsimus Aſſuerus, cùm plus multò quàm

C puella hæc placuiſſet oculis eius Eſther: Sed quid dixit? Quid vis Eſther Regina? Quę eſt petitio tua? Etiam ſi dimidiam partem regni petieris, dabitur tibi. Et ſecundò, cùm bibiſſet vinum abundanter in conuiuio, quod ei fecerat Eſther, iterùm dixit ei: Quid petis, vt detur tibi? Et pro quã rè poſtulas? Etiam ſi dimidiam partem regni petieris, impetrabis. Non inuenitur in nobili hac promiſsione iuramentum. Neque arrogans verbum, Dabo, quod non ſemel dixit Herodes. Aſſuerus autem: dabitur, & impetrabis. Cùm ergo Herodes iurat, iam fundamentũ firmum iacit machinato dolo inter ſe & Herodiadẽ. Sed obſecro conſideres ſtultitiam promiſsionis puellæ ſaltanti factæ. Similem haud faceret duci, qui patriã multo ſudore, & ſanguine de manu inimici liberaſſet: & puellæ impudicæ & ſaltanti iurat coram ſimul diſcumbentibus quicquid petierit ſe facturum. Sed in hoc multos Herodes ſuſtinemus, quot ſunt principes & reges, qui ſaltantes, & inuitantes ad delitias ornant magnis muneribus. Charos habent & familiares, qui ſibi ſunt in im-

Adulatio ſuauis. *Seneca epiſto. 77.* *Ipſe epiſt. 60.* *Alexãder Magnus.* *2. Reg. 1. & 4.* *Capit. 3. Eſther.* *Heroica uirtus in bello quære iaceat.*

in impudicitijs ſocij: cùm interim duces bellì, qui à prima luce vſque in veſperum animas ſuas expoſuerunt mille periculis, ac morti pro regis gloria, ac regni ſalute, contemnant, & impenſa ſeruitia, & obſequia obſcurent. Propter quod vix vnus inuenitur, qui ad heroica aſpiret: cùm meritos honores non inueniant, & ſic nobilitas vbique iacet: quam honor & diuitiæ enutriebant. Et impletur quod apud Eſaiam dictum eſt: Ecce enim dominator dominus exercituum auferet à Ieruſalem, & Iuda validum & fortem, omne robur panis, omne robur aquæ, & fortem, & omnem virum bellatorem, &c. & dabo pueros principes eorum: & effœminati dominabuntur eis. Et ſibi ſimiles placent, effœminati ſcilicet: & huiuſmodi honorantur, & cathedram habent, domos ædificant regias, ampliſsimum patrimonium inſtituunt, & iura patronatuum: nec tamen, aut ſudorem, aut ſanguinem ſuderũt pro rege, vel regno. Sed & magnus ille Alexander non diſtribuit imperium belli ducibus ſtrenuis: ſed pueris nobilibus, qui ſecum fuerant nutriti à iuuentutẽ ſua: & impoſuerunt ſibi diademata. Puellæ ſaltanti iurat Herodes daturum ſe etiam dimidium regni, ſi ipſi puellæ placeret: & rogati principes, vt donatiua militum, & ducum à multis annis reddant, minimè exauditur eorum oratio. Legis in libris regnorum, quòd rex Dauid cum veniſſet in Ebron, vbi vnctus eſt in regem, adduxit ſecum vxores ſuas: nec dimiſit viros, qui in multis & magnis diſcriminibus belli, ad latus eius adfuerunt. Imò ſcriptura inquit: Sed & viros, qui cum illo erant, duxit Dauid ſingulos cum domo ſua. De illis etiam qui auxilium exhibuerunt ei aduerſus latrunculos in Sicelec, inquit ſcriptura: Facti ſunt principes in exercitu. De illis autem qui miſsi ſunt ad Bethſabe pro adulterio, & delitijs regis: non legis magnificaſſe eos Dauid. Non enim regi & principibus regni eius placere debent, qui Bethſabee donis & promiſsis adducunt: ſed qui fœliciter & ſtrenuè expugnant latrunculos in Sicelec. Herodi temulento & ebrio placet puella ſaltans & laſciuiens, & iurat ei, cùm inter ipſum & Herodiadem cõſultum eſſet ac diffinitum de morte Ioannis. Quid enim vtile ac decorum facere

Nobilitas quare iaceat.

Cap.3.

Reges quẽ debent honorare.

2.cap.2.

1.para.12

C poteſt rex ebrius? Noli dare vinum regibus (inquit ſcriptura) ne obliuiſcantur iudiciorum. Et dominus Ieſus docuit abſtinentiã a crapula & ebrietate, quia inde originatur diuini iudicij obliuio profunda. *Iurauit illi.* Iudæus cùm eſſet Herodes, & patrem habuiſſet Iudæum, iurauit puellæ huic per Deum, vt promiſsio robur haberet tanto iuramento. Quod quidem in exordio incautum videbatur propter ſui generalitatem: quia poterãt multi caſus particulares includi, in quibus alligari ex iuramento, illicitum eſſet, ſicut poſteà apparuit. Obſerua quantam irreuerentiam diuinæ maieſtati irriſor hic intulit: cùm per tremendum Dei nomen, poſtquàm vino caluerat, & à bono ſenſu alienus erat, tunc non eſt veritus iurare. Cùm certè ſacramentum iuramenti venerandum ſit, & omni reuerentia digniſsimum: de quo ad longum in cap. 7. ſub nomine blaſphemiæ. *Dabo tibi licet dimidium regni mei.* Et in hoc iniuſtum eſt iuramentum Herodis, & de re, quam nõ licebat adimplere. Quis enim conceſsit Herodi auctoritatem transferendi regni, aut Tetrarchiæ in filiam Herodiadis adulteræ? A Romano principe habebat hanc dignitatem: quam in filiam Philippi deducere haud poterat. Promittebat ergo quod iniuſtum, aut impoſsibile D erat: & ex hac parte iniquiſsimum erat iuramentum, dicente domino per prophetam Hieremiam: Iurabis, viuit dominus, in veritate & iudicio & iuſtitia. Vbi beatus Hieron. Animaduertendũ eſt, quòd iuſiurandum hos habet comites, ſcilicet veritatem, iudicium, & iuſtitiam, quoniã per iuramentũ Deus, qui ſumma & prima veritas eſt, ſummaque iuſtitia in teſtem adducitur. Neceſſarium proinde eſt ad eius reuerentiam, vt id quod iuratur, primò quòd ſit verum, mox iuſtum, & æquum. Sed & circunſpectio in iuramento requiritur: vt non leuiter, ſed maturo iudicio, & diſcretione fiat. Obſerua quòd Herodes primò impudentiſsimæ puellæ promiſit ſe facturum quicquid pro voto deſideraſſet. Pete à me quod vis, & dabo tibi. Quod verbum præſentis temporis eſt, & obligationem inferebat concedendi ea, quæ tunc expoſtulaſſet puella proprio ore, & verbo ſuo. Non tamen tenebatur ex vi huius iuramenti, etiam ſi eſſet

Prouerb. capit. 31.

Lucæ.21.

Vt habetur.22.q.4.capit. in multis, ex B.Iſodoro in ſinonomis lib.2.

Iuramentũ Herodis, quale.

Cap.4.

Iuramenti comites.

Lege cap. & ſi Chriſtus. extra de iureiurando.

NOTA valde.

eſſet circunſtantionatum, ad omnia, aut ad aliquid, quod in poſterum deſideraſſet, aut petiſſet. Secundò nota, quòd generalem illam promiſsionem determinauit Herodes duplici reſtrictione, & ad votum puellæ, & ad certũ genus doni & mercedis. Primum intelliges in verbo: Pete à me quod vis. Non quæ alteri placent, etiam matri tuæ, ſed quæ tibi. Quod vis tu (inquit.) Secundum in verbo illo, dabo tibi etiam dimidium regni mei. In qua promiſsione, ſicut non intelligitur caput Herodiadis, aut ipſius Herodis: ſic nec caput Ioannis Baptiſtæ. In quo manifeſtè apparet reſtrictum fuiſſe iuramentum, & generalem promiſsionem: & ſignificaſſe, cuius conditionis aut generis erant, quæ promittebat donare: nimirùm quæ ad pecuniam reduci debent. Dixit enim, etiam dimidium regni mei. Vides quàm ſtultus eſt in promiſsis, quàm iniquus in iurando, quàm ſacrilegus in complendo iuramentum. Qui enim rem iniquam iuratam ſeruat ob reuerentiam iuramenti, ad blaſphemiam declinat: In his omnibus reus inuenitur ſtultus hic, & inceſtuoſus Herodes. *Et cùm exijſſet, dixit matri ſuæ: Quid petam?* Non ergo aderat, neque cœnæ, neque ſaltibus inceſtuoſa mulier. Primò enim à loco matris puella exiuit, ac nunc ad illam ingreditur, verebatur in medium coram tanta multitudine exire, cùm certiſsimè ſciret, omnibus manifeſtum eſſe ſuum adulterium: & lamentabatur amiſſum honorem, & dexteram Regis in menſa, & reuerentiam ab omnibus conuiuis. Quæ omnia dum Ioannes ſuperſtes eſſet, impoſsibilia iudicabat. Ardebat nanque lucerna eius, & vox eius in aure omnium perſonabat: Non licèt tibi habere vxorem fratris tui. Et dum lucerna hæc non extinguebatur, arguebatur iniquum facinus ab omnibus. Propter hoc latebat Leëna in antro, & ſæuiens rugiebat aduerſus ſanctum, & innocentem, & iuſtum. Latebat ergo Herodias conuiuij tempore, neque quicquàm ſolatij habere poterat, dum Ioannes viueret. Non ſibi ſatis erat vinctum eſſe in carcere: Sed hoc ampliùs arguebat impudicitiam nequiſsimæ mulieris: dum omnes admirantes tanti facinoris cauſam frequentiùs requirebãt. Sola ergo mors Ioannis videbatur mulieri

Iuramentum Herodis reſtrictum.

Herodias non aderat conuiuio.

A huic ſatis eſſe ad fugiendam infamiam ſtupri, & adulterij. Et in eadem confirmauit quicquid populus de ipſa dicebat: & in omnium aurem per omne ſæculum tantum ſcelus remiſit. Mors nanque tanti viri, ſine ſua cauſa non prædicatur. Simul ergo vox ſanguinis clamat de terra, & adultera digito morientis demonſtratur. *Quid petam?* Non inurbanum verbum: ſed dignum laude, & ab omnibus filijs erga parentes amplectendum. Nihil enim debet facere filius, & maximè filia, ſine beneplacito patrum ſuorum. Sed cùm iniquum conſtat patris imperium, ceſſandum eſt. Ingreſſus tamen huius puellæ ad matrem, non ex vrbanitate, aut bona educatione eius profectus eſt: ſed arte & dolo compoſitus. Ad manum enim erat, & in ore puellæ dicere regi: Da mihi veſtem auro contextam, aut diadema aureum, aut aliquid ſimile: quæ omnia ætati puellæ conueniebant. Cùm ergo nihil horum exigit ab Herode, quod certè & gratum eſſet puellæ, & ſibi ſtatim concederetur, ſed ad matrem ingreditur, hinc apparet in mandatis habuiſſe hunc ſermonẽ: & vt ſic omnia, quę illi machinabantur ſub velo laterent, vel ad breue temporis

B ſpatium. Dixit ergo Herodias filiæ: *Caput Ioannis*. Non erat locus hæſitandi: ſed inceſta mulier nihil cunctata, neque quicquàm charius habens morte ſanctiſsimi viri, reſpondit: Pete caput Ioannis. O fera crudelis, & peſsima. O lingua ſerpentis acuta vt nouacula. O membrum ſathanæ gratum & familiare. Quid inquis o meretrix impudentior? Quid petis filiæ tuæ? *Caput Ioannis*. Quid mali tibi fecit: Eiectionem meam ab Herode ſolicitabat: & legitimo viro reſtitutionem. Quam ergo gratiam & vicem pro hoc magno munere reddis Ioanni? Nihil aliud petas, niſi caput Ioannis Baptiſtæ. Ex magna iniuria te liberabat, cùm Herodi dicebat: Non licet tibi, &c. Quod maximum dedecus mulieri eſt, nimirùm ab adulterio. Et tu fera crudeliſsima hanc vicem ei reddis: Nihil aliud petas niſi caput Ioannis? Quomodo non obſtupuit lingua iniqua, & adhæſit faucibus doloſis? Quomodo non tremuerunt labia ſerpentis, & in pallorem conuerſa eſt facies meretricis, cùm verbum hoc, pete caput Ioannis, locuta eſt? Non ſufficiebat tibi exilium Ioannis? Non ſatis tibi

Herodias deſcribitur

erat, ſi in alta turri ſeruaretur? Quid vltra hæc requiris? quid inquis? caput Ioannis pete. Obſerua quanta ſit procacis mulieris ira, aduerſus eum, qui peccatum publicum arguebat. Quouſque manibus contrectet caput truncatum, ſanguine vndique fluens, non ſatiatur Leæna, non ſibi ſatis eſt, non quieſcit, non dormit. Diem incuſat, & noctem tardam & pigram: quia anniuerſaria dies natalis Herodis expectabatur ab ea, vt ſanguine Ioannis inebrietur: quæ ebria præ furore iacebat. Pro munere regio caput Ioannis exigit, & pro veſte purpurea, & ornamento fulgente, ſanguinem virgineum: quem vel ex hoc tantũ adultera & immunda mulier exhorreſcere debuit. Vide dilectionem matris erga filiam, quam tanti criminis ream conſtituit. Quot etiam Herodiades nunc ſuſtinet noſtra reſpublica? Quot inueniuntur matres, quæ diabolo & turpitudini exponunt filias ſuas? Væ illis. Dicit beatus Matthæus: At illa præmonita à matre ſua. Quam admonitionem, cùm in mandâtis verbis dediſſet, forſan & ipſa facies, & aſpectus comminantis confirmauit. Vnde puella egreſſa ad Regem dixit. *Volo ut protinus des mihi hic in diſco caput Ioannis Baptiſtæ.* Cum legis, Statim, & cum feſtinatione, comminationem matris ad filiam intellige. Cùm verò legis, *Volo & protinus*, Vide quali irreuerentia erga Regem egit, & quantam inuerecundiam profitetur. De quibus ſtatim dicendum eſt. Obſecro conſideres qualiter iniquiſsimi Regis facies immutabatur, dum animo reuolueret, quæ ſtatim erant agenda. Forſan omnium principium beneplacitum, & ſuffragium exegit à ſingulis poſtulans, imò perſuadens ſingulos, quàm digna erat puella, vt quicquid petierit, ſibi concedatur. Quam ſententiam, hilaritate nimia, & voce confirmantes, iucundiorem reddiderunt regem, qui ab ore omnium pendebat, vt ſibi antequàm egrederetur puella, aut aliquid diceret, aſſentirentur, dum hæc aguntur à nefario Rege, & conuiuis, vt omnes tanti criminis rei conſtituerentur. Ecce cum feſtinatione, tanquàm quæ gratum obſequium præſtabat regi, egreditur læta puella. Certè lento gradu incederet, ſi exiſtimaſſet nuntium triſte afferre ſe ad regem. Sed cùm celerrimo curſu graditur, gratum fore exiſtimat obſequium. Quæ & regi dixit alta voce, vt ab omnibus audiretur, & arctiori iure aſtringeretur, qui coram omnibus iurauerat, ſi ab omnibus etiam poſtulata intelligerētur. *Volo ut protinus des mihi hic in diſco caput Ioannis Baptiſtæ.* Cùm legis *Statim & cum feſtinatione*. Comminationem matris ad filiam recognoſce, tanquàm quæ in oculis micantibus præ ira, & horribilibus præ triſtitia deprehenderat ſæuitiam mentis Leænæ, & egreditur cum feſtinatione. Da mihi hic in diſco caput Ioannis Baptiſtæ. In eodem loco, in quo promiſit Herodes puellæ datam fidem cum iuramentoque firmatam, impleri poſtulat. Addidit protinus & hic, id eſt in hoc loco, coram omnibus, in quorum conſpectu & auribus iuraſti. Nec tibi datur deliberandi locus, aut retractandi ſententiam, & promiſsionem, qui coram his omnibus, & promiſiſti, & iuraſti. Coram his ergo & protinus re impleas, quod verbis & iuramento pollicitus es. Vide irreuerentiam maledictæ huius puellæ: quã neq; reijcit rex, neque poſtulatio iniuſtiſsima repulſam patitur. Non tenebatur ex promiſsione aut iuramento, etiam ſi licitum eſſet, hęc omnia ſeruare iniquus rex. Nón promiſit ſe ſtatim facturum, neque hîc, id eſt in illo loco conuiuij, vbi horrorem ingereret humanus ſanguis. Dicere debuit: Inuerecundia tua confuſionem meretur, & repulſam, & quidem grande ſupplicium: ſed gaudet impius, cùm neque ad horam videt ſibi licere per puellam, à cæde Ioannis abſtinere. Qui ſi promiſſam eleemoſynam daturus eſſet, in ſequentem diem, vel menſem transferret. *Volo ut protinus.* Etiam debitum aut depoſitum aliter expoſceret: nec concedit regi inducias, quæ moram patiens grauiter ferebat, vel ad horam vnam Ioannem viuere. Et in eodem loco: hic (inquit) dari ſibi caput vult. Ne diceret rex, iam Ioannes decollatus eſt. Satis ſit tibi verbum hoc: iuramentum & promiſſum compleui. Non ita res agitur, ſed quid inquit? Da mihi hic, in hoc loco, vt proprijs oculis caput videam Ioannis: & vt haberet locum illudendi ei: cùm vel cánibus ad rodendum, aut deuorandum eijceret illud, vel loco vili, vt deſpectũ reponeret. Vides quomodo omnimodã certitudinem de morte Ioan-

Ira Herodiadis.

Matres multæ ſimiles Herodiadi.

Ioannis quærit Leæna ſæuiſsima per manum puellæ, ſed & catulus eius crudelis. Et poſſet impijſsimus homo imperare, vt auferret ſpiculator caput alicuius vincti, & facinoroſi hominis, neque Herodiades hoc deprehendiſſet tunc, aut puella filia ipſius. Nullum horum facit, quia oderat iuſtum, & ſanctum, iam nunc, & complacere meretrici nefariæ in omnibus ſtudebat: quæ adeo ſui iuris illum effecerat in turpiſsimis delitijs, vt in omnibus illi pareret. Vide quantum orationes & preces & vultus triſtis mulieris meretricis apud regem valuerint. Valuit apud Adam ſuæ coniugis conſilium ad magnum & miſerandum flagitium: per quod totus mundus perijt. Locum inuenerunt pro voto orationes mulieris apud virorum fortiſsimum Sanſon. Et heu Salomon ſapientiſsimus, & Deo ſuo dilectus infatuatus eſt in delitijs mulierum: qui relicto Deo & domino patrum ſuorum, à quo vehementer fuerat magnificatus ſupra reges vniuerſæ terræ, ædificauit phanum Chamos Deo Moab, & Moloch idolo filiorum Amon. Atque in hunc modum fecit vniuerſis vxoribus ſuis alienigenis. quæ adolebant thura, & immolabant dijs ſuis. Benè quidem hic ipſe Salomon: Luſtraui vniuerſa animo meo, vt ſcirem, & conſiderarem, & quærerem ſapientiam, & rationem, vt cognoſcerem impietatem ſtulti, & errorem impudentium: & inueni amariorem morte mulierem: quæ laqueus venatorum eſt, & ſagena cor eius, vincula ſunt manus illius: Qui placet Deo, effugiet illam: qui autem peccator eſt, capietur ab illa. *Volo ut protinus des mihi hic in diſco caput Ioannis*. Non ſuperfuit aduerbium illud, Protinus, cùm in æditione noſtra vulgata inueniatur, & ſacra Eccleſia ſic legat præſentem locum: *Et contriſtatus eſt rex propter iuſiurandum, & propter ſimul diſcumbentes, noluit eam contriſtare: ſed miſſo ſpiculatore præcepit afferri caput Ioannis in diſco, & decollauit eum in carcere*. Contriſtatus eſt rex ſecundùm apparentiam, ad reprimendam populi ſeditionem. Conſuetudinis enim eſt ſcripturarum, vt opinionem multorum ſic narret hyſtoricus, quomodo eo tempore ab omnibus credebatur. Sicut Ioſeph ab ipſa quoque Maria domina noſtra vocatur pater Ieſu: ita & nunc Herodes dicitur con-

Preces mulieris quantum locum habeant apud viros. Gen. 3. Iudic. 16. 3. Reg. 11

Eccleſ. 7. Mulier amarior morte.

Herodis triſtitia qualis.

Luc. 2.

A triſtatus: quia hoc diſcumbentes putabant, vel ſigna triſtitiæ in facie mentiebatur. Diſsimulat ergo mentis ſuæ malitiam artificioſus homicida, cùm triſtitiam in facie, & lætitiam habet in mente: Gaudebat, quia Herodiadis compleuerat vetus deſiderium, completura & ipſa omnem immunditiam & luxuriam ſceleſtiſsimi hominis. Quid enim pro illa non concederet luxurioſus, & quid pro cęde Ioannis non concederet iracunda fœmina? Heu dignam tantæ iniquitatis mercedem, & ardentis libidinis ſatietatem. *Propter iuſiurandum*. O ſtultiſsimum hominem, propter iuſiurandum caput Ioannis concedis? Propter hoc ſolùm oportebat ab hoc magno homicidio, & ſacrilegio deteſtando ore omnium hominum abſtinere. In malis enim promiſsis reſcinde fidem, in turpi voto muta decretum: quod incautè vouiſti, ne facias. Impia eſt promiſsio, quę ſcelere adimpletur. Quòd Dauid iuramentum per ſanguinis effuſionem non impleuit, maior pietas fuit. Video Dauid pium hominem & ſanctum, in iurationem temerariam incidiſſe, & maluiſſe non facere,
B quod iurauerat, quàm iurationem ſuam hominis fuſo ſanguine adimplere. Iurauit temere, ſed non impleuit iurationem, pietate maiori ductus. Ecce Dauid ſanctus iuramento quidem aſtrictus, non fudit ſanguinem hominis ſtulti, Nabal inquàm. Debuerat ergo & Herodes denegare impudentiſsimæ puellæ caput Ioannis. Non ſolum in iure iurando, ſed in omni re, quam agimus, hæc eſt moderatio ſolicitiùs obſeruanda, vt ſi in talem fortè lapſum verſuti hoſtis inciderimus inſidijs, ex quo ſine aliquo peccati contagio ſurgere non poſſumus, illum potiùs euadendi aditum petamus, in quo minus periculi nos perpeſſuros eſſe cernimus. Vnde beatus Ambroſius: Vnuſquiſque ſimplicem ſermonem proferat, vas ſuum in ſanctificatione poſsideat, nec fratrem circumſcriptione inducat verborum: nihil promittat inhoneſtum: aut ſi promiſerit, tolerabilius eſt promiſſum non facere, quàm facere quod turpe ſit. Sæpè plerique conſtringunt ſe iuriſiurandi ſacramento, vt ipſi cognouerint promittendum non fuiſſe, ſacramenti tamen contemplatione faciant, quod ſponderunt: ſicuti de Herode ſupra ſcri-

Iuramentũ quãdo ſeruandum.

Iſidorus in ſynominis lib. 2. 22. q. 4. cap. in malis.

Auguſti. ſermone de decollatione ſancti Ioannis. 1. Reg. 15

Ambro. li. de officijs.

pſimus: qui ſaltatrici præmium, quod tur- C
piter promiſit, crudeliter ſoluit. Turpe eſt
quod regnum promittitur pro ſaltatione:
crudele quòd mors prophetæ pro iuriſiu-
randi religione datur. Quanto tolerabilius
tali fuiſſet periurium ſacramento, ſi tamen
periurium dici poſsit, quod ebrius inter vi-
na iurauerat, quod inter ſaltantium choros
promiſerat? Infertur caput prophetæ: &
hoc extimatur fidei eſſe, quod amētię fuit.
Non igitur promiſſa ſoluenda ſunt omnia,
nec debuerat ad iuramentum reſpicere He
rodes, quod incautè iurauit, & ſtultè. Cō-
ſidera ſecundam rationem, propter quam
peſsimæ puellæ compleuit deſiderium: in-
quit ſanctus Euangeliſta. *Et propter ſimul
diſcumbentes*. Inhoneſtum & indecorū ſtul-
tiſsimus iudicabat, ſi quod coram omni-
bus conuiuis iurauerat, coram eiſdem de-
negaſſet: indecorum quidem tam ſibi,
quàm illis. Hęc eſt omnibus ſingularibus
principibus ſcatebra multorū criminū cùm
gloriam hominū potius quàm Dei quærūt:
Non verentur tremendam maieſtatē dehō
neſtare, dum gloria eorum non obſcure-
tur. De quo dominus in euangelio. Quo-
Ioan. 5. modo poteſtis credere, qui gloriam homi-
Mat. 6. num accipitis? Et alio loco: Quærite pri- D
Ibi. 16. mum regnum Dei. Quid enim prodeſt ho-
mini ſi vniuerſum mundum lucretur, ani-
mæ verò ſuæ detrimentum patiatur? Cùm
rex ille iniquus Saul confiteretur peccatū
1. Reg. 15 grande, dixit Samueli: Peccaui: Sed nunc
honora me coram filiis Iſrael, & ſeniori-
2. Reg. 15 bus populi mei. Non ſic ſanctus & pius
Dauid: qui ſupra omnia Dei honorem &
gloriam æſtimabat. Quid dixit Sadoc Sa-
cerdoti, cum Abſalon occupaſſet nobilem
ciuitatem Hieruſalem? Reporta arcam
Dei in vrbem: ſi inuenero gratiam in ocu-
lis domini, reducet me, & oſtendet mihi
eam, & tabernaculum ſuum: ſin autem di-
xerit mihi, non placet: præſto ſum, faciat
mihi quod bonum eſt coram ſe. Non quod
mihi honorificum eſt coram populo meo,
aut coram ſimul aſtantibus. Et ab illo,
qui dixit: Honora me coram filijs Iſrael,
& ſenioribus populi mei: tulit Dominus
regnum: & huic qui dixit: præſto ſum,
faciat quod bonum eſt coram ſe, conceſ-
ſum eſt in ſempiternum in filio eius Ie-
ſu Chriſto Domino noſtro. Peſsimus er-
go rex Herodes, propter ſimul diſcum-
bentes non vult contriſtari puellam ſal-
tatricem. Hæc eſt ſecunda ratio, propter
quam tantum nefas commiſit. *Noluit eam
contriſtare*, inquit ſanctus Euangeliſta. Vi-
de quam iniqua erat à tenera infantia puel-
la hæc: quæ niſi caput Ioannis ſibi con-
cederetur, triſtitiam magnam ſubiret.
Sed qualem filiam educaret Herodias ad-
ultera & inceſtuoſa? Quid poteſt facere
filius, niſi quod viderit patrem facien-
tem? *Sed miſſo ſpiculatore*. Aduerſatiua eſt
coniunctio: ac ſi apertè diceret: Inter hęc NOTA
duo, ſcilicet contriſtationem puellæ, & Herodis
necem Ioannis, elegit potius Ioannem electio.
decollare, quàm puellam contriſtare. Hoc
videtur docere aduerſatiua illa coniun-
ctio, Sed. Vide quàm iuſta ſit huiuſmo-
di electio, quàm pia, quàm denique di-
gna rege, qui populum iudicat & gentem.
Ne contriſtetur puella ſaltatrix, quæ ex
multis alijs congaudere potuit, caput Ioan
nis conceditur ei. O ſtultiſsime omnium: O
beſtia crudelis & procax: O tyranne imma Aduerſus
niſsime: Quid facis? Quid meditaris? Quid Herodem.
deliberas? Caput Ioānis concedis filię me-
retricie ſaltāti? Caput Ioannis Baptiſtæ etiā
angelis venerandū, adulteræ in donum mit
tere decernis? Nūquid Deū non times? Nū
quid ignoras quod ira Dei deſcendet ſuper ca-
put tuum? Nunquid iudicium & tribu-
nal omnipotentis, & æquiſsimi iudicis non Geneſ. 4.
formidas? Nunquid non audiſti, quod ſan- Nō legitur
guis Abel effuſus à fratre impijſsimo cla- in Gene.
mabat olim de terra ante ſedem maieſta- mors Cayn
tis in excelſis: & tandem à Deo maledi- ſicut placet
ctus, multiſque labefactatus ærumnis, tan Phyloni
dem pœnas ſuſtinet æternas? Quantò ma- Iudæorum
ior Ioannes Abele? qui ab vtero matris diſertiſsi-
plenus fuit Spiritu ſancto: qui Gabriele mo, lib. de
Archangelo nuntiante de ſterili conce- profugis:
ptus eſt: qui denique tantus eſt, vt inter ſed docto-
natos mulierum, nullus ſurrexerit illo ma- res à La-
ior. Per quæ cunctis antefertur, & omni- mech fuiſſe
bus excelſior demonſtratur. Quid tibi fa- interfectū
ciendum deliberas poſt decollationem tan- docent.
ti prophetæ? Imò maior eſt, & plus quàm Mat. 11.
propheta eſt: Eſt ille domini angelus miſ- Mal. 2.
ſus à Deo, ante faciem Chriſti: ad dandam Luc. 1.
ſcientiam ſalutis plebi eius, in remiſsionem
peccatorum. Spiculatorem ad carcerē mit
tis? Quid habet à te in mandatis? Nunquid,
Soluite Ioannē, & liber quocunq; voluerit
abeat? Quis inter regales delitias hanc gra-
tiam

tiam vincto non concederet? Quis propter honorem conuiuarum, miſſo ſpiculatore non adduceret ad ſe Ioannem, & fuſis lachrymis precaretur veniam propter ſqualorem carceris diuturnum? Quis niſi tu ſolus? O impijſsime, & ſceleratiſsime! Et nunc
Pſal. 2. reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram. Quam eruditionem in hoc ſpecta-
Eccleſ. 7. culo cunctos reges terræ docet? Sagena eſt cor mulieris & manus eius vincula, cui ſi animam ſuam rex tradiderit, etiam Ioannem decollabit. Videte quale eſt temulenti regis ſuper menſam iudicium. SED, Quid eſt SED? Maluit Ioannem decollare, & caput in diſco donare puellæ ſaltanti,
1. Tim. 2. quàm eam cōtriſtare. Bene Apoſtolus cùm inſtituit orationē pro omnibus, in capite reges commemorauit. Vide æquitatem diuini iudicij in Herode: vt qui Deo vocante & exhortante per Ioannem, Non licet tibi, &c. adhuc permanens in tantis criminibus, traditur in reprobum ſenſum. Obſerua quale crimen fingeret rex impius, ſi aliquando Ioannem audiſſet. Bene Spi-
Pſal. 94. ritus ſanctus per os Dauid inquit: Hodie ſi vocē eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra. Præcepit afferri caput eius in diſco. B Concuſſa ſunt omnia viſcera mea: corda audientium tremuerunt: calligauit viſus, hebuit intellectus, aufugit auditus: aut quid conſtat in ſenſibus humanis, quando virtutis magnitudinem, perdidit criminum ma-
Ioannes baptiſta. gnitudo? Ioannes ſchola virtutum, magiſterium vitæ, ſanctitatis forma, iuſtitiæ norma, virginitatis ſpeculum, pudicitiæ titulus, caſtitatis exemplum, pœnitentiæ via, peccatorum venia, fidei diſciplina: Ioannes maior homine, par angelis, legis ſumma, Euangelij ſanctio, Apoſtolorum vox, ſilentium Prophetarum, lucerna mundi, præcurſor Chriſti & mediator, Domini teſtis, totius medius Trinitatis: hic tantus datur inceſtui, traditur adulteræ, addicitur ſaltatrici. Merito ergo concuſſa ſunt omnia viſcera, corda tremuerunt, cum nefarij principis mandatum audiuimus. In quo prophanauit templum: ſacerdotem ſubſtulit, confudit ordinem, temerauit regnum, corrupit quicquid erat religionis: quod legis, quod vitæ, quod morum, quod fidei, & quod erat diſciplinæ perdidit, & confudit. Herodes ſicarius in ciues, in nobiles latro, in ſocios populator, in domeſticos prędo, plebis interemptor, occiſor filiorum, in

A extraneos homicida, in proprios parricida, inebrians terram cruores in ſiti ſanguinis. *Præcepit afferri caput Ioannis in diſco.* Rogo vbi rerum facies? vbi forma? vbi pudor? vbi exiſtimatio publicæ cognitionis? Vbi Deus? vbi homo? vbi Fas? vbi lex? vbi ipſius iura naturæ? Simul ſunt Herodes te agente, te iudicante confuſa. Te Herodes accuſant vincula Ioannis, carcer te publicat, & producta in publicum pœna. Iam iniquiſsimum hoc decretum, quo iubes caput Ioannis afferri in diſco, qui orbi notus eſt, & fama virtutis cognitus & celebratiſsimus ſanctitate, dum attrahit ad ſe inquiſitores iniuriæ & mortis, facis vt cunctis tuus innoteſcat inceſtus. Agit vt te habeat confuſio publica, quem corrigere non valuit ſecreta, ſed cùm facibus libidinis ardeas, perire mauis quàm redire, & vxorem fratris viuentis poſsidere illicitè: & nolens contriſtare puellam, præcipis caput Ioannis afferri in diſco. *Et decollauit eum in carcere.* Abijt carnifex crudelis obſequens impijſsimo tetrarchæ: Abijt inquam in carcerem, & cuſtodi carceris nuntiauit Herodis imperium: forſan ſolo verbo. Non legimus literas acB cepiſſe ſigillo regis ſignatas, vt fidem darent legenti: ſolo ergo verbo res agitur ſumma. Nunciatum eſt Ioanni mandatum regis: Nunquid pœnituit quòd illum argueret? Nunquid dixit in corde ſuo, ſi tacerem *Ioānis conſtantia.* ego, aut diſsimularem inceſtum hominis facinoroſi, non ſic mortem hanc ſubirem? Abſit. Quid exiſtis videre? Arundinē vento agitatam? *Matth. 11.* imò columnam marmoream & vaſes eius argenteas: imò conſtantiſsimæ virtutis fundamentum inexpugnabile vel ipſa morte. Quid ergo fecit Ioannes, cū audiuit quòd ſtatim eſſet decollādus? Nunquid Cæſarem appellauit? Nunquid inducias petijt? Nunquid ad pœnitentiam peccatorum flexis genibus fleuit? Nullum horum profectò. Quòd ſi Ioannem cernis, manibus contra cælum extenſis, quòd ſi Ioannem intueris fuſis lachrymis orantem: hæc quidem in gratiarū actionem fiunt ab illo, in deprecationem pro perſecutoribus: in diuinas laudes cōcelebrandas. O quāta erāt pro quibus Ioannes Deo ſuo gratias redderet. Quis eius mētis exceſſum hoc momēto tēporis excogitabit? Quis aſcēdet cū corde eius vſq; ad thronum maieſtatis in excelſis? Acceſsit ſpiculator, quem cerneres trepidantem, quaſi ipſe addictus fuiſſet: cerneres tre

mere percuſſoris dexteram: pallere ora alie-
no timentis periculo. Accedit ſpiculator,
ceruicem intrepidus inclinat Ioãnes, & heu
decollatur magnus pręcurſor: & iacet in ter
ra ſacrum corpus proprio cruore purpura-
tum. Hoſtiam Deo ſuo gratiſsimam obtu-
lit: qui propter fidem caſtitatis, & honorẽ
matrimonij decollatus eſt. Mirabile appa-
ret in oculis noſtris, quomodo Ioannes effu
git manus Iudæorum, cum teſtimoniũ per-
Acto. 7. hibebat Ieſu Chriſti dñi noſtri: propter
quod Stephanus lapidatus eſt, Iacob⁹ occi
Ioãnes quare non eſt mortu⁹ propter cõfeſſionẽ Chriſti. Ioan. 1. ſus, & diſcipuli mille laceſsiti iniurijs. Quid
ergo habet Ioannes quòd nec ſibi contradi
citur à Iudæis, cùm ſimile teſtimoniũ per-
hibet? Quare ad confirmationem tantæ ve-
ritatis non fudit ſanguinẽ precioſum: Cùm
de rebus ſublimioribus agit, à nemine ſibi
contradicitur. Cum inquit: Ego vidi & teſti
monium perhibui, quia hic eſt filius Dei.
Tantus erat Ioannes apud omnem popu-
lum, vt nefas putarent cuncti, vel illi cõtra-
dicere, aut teſtimonium expoſtulare ab eo
amplius quàm vellet ipſe proferre. Et cum
Ioan. 1. ab eo quærerent Iudæi quis nam eſſet? di-
Cap. 40. centi, Vox clamãtis, ſicut dixit Eſaias, nul
lus contradixit: neq; dixit: Tu teſtimoniũ
perhibes de teipſo. Non opus erat, vt Ioan
nes in teſtimonium domini Ieſu decollare-
tur, aut ſanguine ſuo illud cõfirmaret: cum
ipſe talis ac tantus eſſet apud omnem popu
lum, taliſq; ſplendor ſanctitatis eius, vt vel
ex ſolo eius verbo tutum & ſecurum & glo
rioſum eſſet credere, ꝙ Ieſus eſt filius Dei.
Non ergo propter teſtimoniũ Chriſti Ioan
nes eſt decollatus, ſed quia Herodem argue
Ioãnes dux prædicatorum. bat de inceſtu, & adulterio nequiſsimo. Ec
ce ó predicatores ducẽ militiæ veſtræ, qui
obijt in defenſione virtutis, & reprehenſio
ne vitiorum. Non adeſt nobis fidei certa-
men, cum apud fideles principes agamus
ſermonem. ſed multa, ac nimis grauia ad-
ſunt crimina, quæ oportet arguere, & incre
pare vehementer, & cum omni imperio.
Adeò quod ſi oportuerit, non hæſitemus
pro caſtitate mori, pro humilitate, pro iuſti
tia. Non eſt mortuus Ioannes pro cauſa ali
qua fidei directè, & principaliter, ſed virtua
liter. Sed ad fidem, & religionem retulit ar
guere adulterium Herodis: nempè vt oſten
deret id peccatum eſſe: ideoq; magnificus
Ioannes baptiſta quomodo martyr. fuit martyr. Mortuus eſt inquam pro virtu
te caſtitatis colenda: vt nobis relinqueret
exemplum ſequendi veſtigia eius. Sed ob-

C ſecro attende ad inſidias diaboli. Inſequen
tia tempora vſque in finem mundi, iam iam
in Ioannis decollatione pręd icatorum Euã
gelicorum ora claudebat, ne auderent qui-
dem, vel cerdonem, aut vilem agricolam ar
guere, etiamſi multis & magnis vitijs pu-
bliciſque inuolueretur. O quot inuenimus
qui ſeſe iactitant pro Chriſti confeſsione,
& gloria virtutum paratiſsimos ad vincula,
ad carceres, ad plagas, ad ignes, denique ad
mortem: cùm certè os eorum mutum ſit in
reprehenſione blaſphemiæ, & periurij, &
adulterij. Non indiget fides noſtra hoc tem
pore teſtimonio martyrum: quæ ab omni- *Fides quales deſiderat teſtes.*
bus colitur, veneratur, & ſummo loco habe
tur. Virtutes ſunt quæ vbiq; iacent, & con
culcantur à peccatoribus: quos oportet re-
darguere, increpare, rogare, ac deniq; com
pellere. De quibus habemus mandatum in
ſacris ſcripturis prophetarum, & Apoſtolo
rum domini Ieſu. Peccantes coram omni-
bus argue, vt cęteri timorem habeant. Poſt *1. Tim. 5.*
quod mandatum, vt doceat quàm oporteat
firmiter illud cuſtodire, ſtatim adiurat ſa-
cratiſsimus Paulus Timotheum, inquiens.
Teſtor coram Deo & Chriſto Ieſu, & ele-
ctis angelis, vt hæc cuſtodias. Et ſecunda ad
eundem epiſtola inquit: Argue, obſecra in- *Cap. 4.*
D crepa in omni patientia & doctrina. Patien
ter, & in omni doctrina Ioannes arguebat
Herodem, ſed ab eo decollatus eſt. *Et decol
lauit eum in carcere.* Millia, & decies centena
millia teſtium, & ſacrorum martyrum, ele-
git Deus ad ſuæ fidei confirmationem, &
vnum Ioannem Baptiſtam ad defendendã
fidelitatem matrimonij: quam vterq; coniu
gum alteri debet ſeruare. Et hic vnus ſuffi-
cit, & dignus omni reuerentia habetur, cui
omnes coniugati viri, & maritatæ fœminæ
auſcultare & obedire debeant: ipſumq; ſum
ma reuerẽtia, & amore proſequi: quippe qui
Ioãnes matrimonij & fidelitatis eorũ inte-
gerrimus vltor extitit, & incorruptus iu-
dex: & quidẽ vſq; ad ſanguinis effuſionẽ, &
decollationẽ. Habent ergo omnes virgines
quem diligant, & venerentur in ſplendore *Virgines quem debẽt colere.*
virginitatis angelicæ: habẽt coniugati quẽ
altiſsimis pręconijs exaltent, ac diligant to
tis præcordijs: eum ſcilicet qui pro honore
ſtatus matrimonialis decollatus eſt. Hic eſt
ergo patronus & magiſter, titulus & corona
ſacratum virginum, ſceptrum regni tenens
in corpore mortali. Hic eſt ſancti matrimo *NOTA valde.*
nij aduocatus. Denique pro honore illius
ſtatus

Ioann. pro qua re debuit mori, id eſt, in cuius myſterij defenſione. Luc. 1. Iudica.

ſtatus & officij, quod ſummū myſteriū refert in terris, nimirū matrimonij cōſummati debuit mori, qui in teſtimoniū aſſumitur ab angelo pro cōceptione Chriſti de Spiritu ſancto, & venit in teſtimonium incarnationis, & copulæ indimiſibilis Dei, & hominis Ieſu Chriſti. Quod enim ſemel aſſumpſit nunquā dimiſit. Quā ſacram vnionē mēdacē facere videntur adulteri: dū alteri, nō propriæ copulantur, & ſic non ſunt duo in carne vna. Cui enim licuit dicere aduerſus luxurioſos, Tollens membrum Chriſti, faciam membrum meretricis? eidem licebat dicere aduerſus adulteros. quorum copula repræſentat ſacratiſsimam vnionem Dei, & noſtræ humanitatis: Qui adheret alteri mulieri, vel quæ alteri viro, tollit à verbo ſibi vnitam humanitatē, quam nunquā dimiſit, id eſt, partes eſsētiales tollit in quātum in ſe eſt, cum certè ſignum iam aliud ſignificet: immo contrarium. Copula fidelis, magnum myſterium referebat: quo factum eſt vt hanc vnam in athomo, & ſingularem humanitatem verbum aſſumpſerit: Cum autem alij viro mulier copulatur, ſcindere videtur indiuiſibilem Chriſti vnionem. Pro hoc ergo magno myſterio, & teſtimonio illius, Ioannes eſt in carcere decollatus. Iam ex his diſce quā graue ſit adulterium inter Chriſtianos: quamque oporteat dignum eſſe omni reuerentia; teſtem fidei matrimonij: pro qua mortuus eſt ſanctior omnibus, cunctis excellentior, ſublimior prophetis, vox verbi æterni, demonſtratorque Saluatoris, magnus inquam Ioannes. Lege Ioſephum libro. 18. antiquitatum. *Et attulit caput eius in diſco; & dedit illud puellæ, & puella dedit matri ſuæ.* Spiculator attulit venerandum caput, forſan defluente ſanguine in terram, ac ſi eſſet caput canis viliſsimi: vel in ipſo diſco colligebatur, vt lēena crudelis abſorbere poſſet: ſitiens nanq; erat à multis diebus cruoris prophetæ. Attulit caput & dedit illud Herodi, qui non horruit, nec in tāto tempore; quale fuit neceſſarium ad mortem Ioannis; pœnituit: Non timuit Deum. neq; homines, ſed allatum caput proprijs manibus, nō per manus miniſtrorum, aut ſpiculatoris, gratiſsimum donum dedit puellæ. O tyranne crudelis, quomodo non vereris ſacrum caput quamuis mortuum? Qualiter animus tuus ſe poteſt continere, quin arguat ingens facinus & horrendum? Cur non præcepiſti ia-

1. Cori. 7.

Adulterīū quàm graue crimen.

Cap. 14.

A nitori palatij, cum primò allatum fuerit caput Ioannis, da illud puellæ? Cur manibus tenes tremēdum caput, niſi quia gaudes de morte innocentis, & iuſti, qui arguebat te, & cōfundebat procacitatem tuam? Nō hoc iuraſti impuriſsime hominum. Non promiſiſti teipſum accepturum caput in manib9, & daturum illud puellæ. Quid ergo maiora promiſsis concedis? Et dedit illud puellæ. Non ſpiculator, ſed Herodes. *Et puella dedit matri ſuæ.* Vt in ſua haberet poteſtate linguā, quæ illicitas nuptias arguebat. Magna enim cupiditate inflāmata erat videndi linguam illam ſilentem, neque ſatis illi erat redargutiones Ioannis declinare, niſi & iacenti inſultaret. Deus autem ſuſtinuit in multa patientia, ne fulgure à cælo, aut terrę hiatu, ſit abſorptum turpiſsimum illud cōuiuium: vt & iuſtus ille fulgentiores coronas conſequeretur: & qui poſtea iniuriam paſſuri eſſent, hoc exēplo corroborati, æquiore animo cuncta perferrent. Intelligant hoc omnes, qui piè viuentes, & ſtudioſe, à prauis vexantur, Deum ſuſtinuiſſe, illum, qui in eremo, qui in zona pellicea, qui in cilicio vixerat, qui propheta fuit, qui omnibus prophe-

Ioan. mors exemplum iuſtorū ad patientiam

B tis maior, quo nemo maior in filijs hominū

C ſurrexit, a petulantiſsima puella, & impudētiſsimo ſcorto iugulari: præſertim, cū leges diuinas detruderet. Hæc cogitātes magno patiantur animo aduerſa quæcunq;. Cōgratulabatur ſibi ipſi turpiſsimum ſcortū, quòd obſtinuiſſet Ioannem, & caput & linguam conuitijs conſpergebat. *Quo audito diſcipuli eius, venerunt, & tulerunt corpus eius: & poſuerunt illud in monumento.* Nec verentur tyrāni crudeliſsimi immanitatem, neq; peſtilentis mulieris furorem: quin potiùs audacter carcerem ingrediūtur tollenteſq; ſacrum corpus, condienteſq; aromatibus, honorabili ſepulchro tradiderunt. De quo iā diximus, & ſecūdū Ioſephū, & ſecūdū hiſtoriā eccleſiaſticā: Vſq; ad ſepulchrū Ioānis oportuit confirmari omnia quæ de illo didicit eccleſia, euangeliorū auctoritate. Vnde qualiter ſit annunciata eius conceptiò ab angelo Gabriele, euangelium tradit: quomodo & quādo repletus ſpiritu ſancto, Lucas refert, qualiter natus & circumciſus, nomen eius, & mirabilia quæ ibi apparuerunt, ſeceſſum eius in deſertū, & victū, veſtitū, zonā lūborū, manifeſtationē eius in Iſrael, prædicationē & verba eius, baptiſma, & teſtimonia quę pro dn̄o Ieſu cōſtāti animo perhibuit,

Luce. 1.
Ibi.
Ibidem.

carce-

carcerem,mortem, & ſepulturam,tradit ſacra hiſtoria. Deniq; ore domini prolatum eſt,quòd ipſe Ioãnes eſſet angelus in Malachia promiſſus: & quòd nullus inter natos mulierum ſurrexerit Ioanne maior. Omnia ergo aut prophetica aut euãgelica ſunt,quę de Ioanne ſcripta ſunt: vt nullis liceat in aliquo horum hæſitare, aut diſputare cui conueniant: cum de Ioanne decantata ſint. De violatione ſepulchri ſacratiſsimi Ioannis lege Euſebium,& teſtimonium ſapientiſsimi Ioſephi,& Theodoretum. Et *conuenientes Apoſtoli ad Ieſum,renuntiauerunt illi omnia quæ egerant & docuerant*. Deſcripſit ante hãc hiſtoriam Ioannis,ſanctus Euangeliſta,qualiter miſerit dominus Ieſus Apoſtolos ſuos, qualem auctoritatem conceſſerit eis ſuper omnia dæmonia: interpoſuitq; ſacram hyſtoriam carceris & mortis præcurſoris:iam inceptam Apoſtolorum hiſtoriam narrat & proſequitur. Conuenientes itaq; diſcipuli ad magiſtrum nuntiauerunt omnia, quæ fecerant & docuerant. Non vt nota fierent tanto magiſtro, qui etiam cordium arcana coram ipſis propalauerat: ſed vt ab eo ſcirent, nunquid ſecundùm eius voluntatem, & ſecundùm ſibi ipſis præſcriptam regulã egiſſent. Valde imitandum exemplũ. Sed obſecro attende ſacratiſsimi Pauli ſimile factum,ſed longè diſsimile. Abijt Paulus à Damaſco in Arabiam, & reuerſus Damaſcum poſt annos tres,venit Hieroſolymam videre Petrum, & manſit apud illũ diebus quindecim. Tunc certè non exponit quanta per illum Dominus fecerit & docuerit: nec confert Euangelium ſuum cum Petro aut Ioanne,aut Iacobo. Sed abijt iterum in partes Syriæ & Ciliciæ. Deinde poſt annos quatuordecim iterum aſcendi Hieroſolymam (inquit) cum Barnaba aſſumpto & Tito. Aſcendi autem ſecundùm reuelationem: & contuli cum illis Euãgelium,quod prædico in gentibus: ſeorſum autem ijs qui videbantur aliquid eſſe: ne fortè in vanum currerem, vel cucurriſſem. Nunquid Euangelium quod Paulus prædicabat non accepit per reuelationẽ, cui non poteſt ſubeſſe falſum,nec dubium ex parte ſubiecti,id eſt intellectus, cui fit reuelatio? Notum vobis facio fratres Euangelium, quod euangelizatum eſt à me, quia non ſecundùm hominẽ, neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici: ſed per reuelationem Ieſu Chriſti. Quid ergo aſcendis Hieroſolymam, ô

Matth.11 / *Euſeb.11. Eccleſ. hiſtorio.c.28* / *Ioſeph.lib.1.cap.13.* / *Theodo.li.2.hiſtoriæ Eccle.ca.6.* / *Marci.2.* / *Galat.1. & 2.* / *Paul' quo modo nihil dubitabuit in Euãgelio ſuo.* / *Ibidem.*

C Paule, ad conferendum Euangelium cum Petro? Nunquid non per reuelationem à Chriſto illud accepiſti? Quomodo ergo dicis: Ne forte in vanum currerem, aut cucurriſſem? Videris tibi ipſi contrarius & ſimilis cõapoſtolis, cùm adhuc erant infirmi, qui venientes ad magiſtrum renũtiant, quę cunque fecerant, & docuerant. Ipſe Apoſtolus ſeipſum exponit, & nodum difficilis quæſtionis abſoluit: Inquit enim: Mihi autem qui videbantur aliquid eſſe nihil cõtulerunt. Sed cõtra cum vidiſſem quod creditum mihi eſſet Euãgelium præputij, &c. Propter populos ergo, quibus prædicauerat Paulus, qui ex numero Apoſtolorum eum eſſe haud credebant, cum certè perſecutor fuerit aliquãdo, propter illos inquã, & illorum doctrinam,vt eam acciperent,ac firmiter retinerent, tanquam veri & legitimi Apoſtoli, aſcendit Hieroſolymam, & confert cum Petro Euangelium. Quod cũ manifeſtum eſſet gentibus,nihil hæſitarẽt, aut in doctrina,aut in perſona Apoſtoli. Nihil ergo contulerunt certitudinis Apoſtoli Paulo in Euangelio,aut auctoritatis,aut iuriſdictionis: ſed tantum dextras ſocietatis. Quod ergo cõegit Apoſtolum Paulum,tot D magnifica de ſe confiteri, & ſeriò ſui Apoſtolatus oſtendere in multis argumentis cõprobationem: nimirum vt ſibi gentes crederent. & ſuum Euangelium reciperent: illud ipſum facit poſt annos quatuordecim, vt aſcendat Hieroſolymam,& ibidem cum Petro conferat ſuum Euangelium. Et mirificè in re hac comprobatur auctoritas Eccleſiæ, ad quã quidẽ ſpectat iudicium ferre de Canonicis libris & doctrina: ſicut docet Tertulianus. Propterea (inquit) Paulus Hieroſolimã aſcendit ad Apoſtolos conſultãdos, ne fortè in vacuum cucurriſſet. Non enim ſufficeret ad fidem doctrina ſingularis inſtrumenti deſtituta patrocinio anteceſſorũ. Deniq; vt cum auctoribus contulit, & conuenit de regula fidei, dexteras miſcuere. Igitur ſi ipſe illuminator Lucæ, auctoritatẽ anteceſſorum & fidei & prędicationis ſuę optauit (pro aliorum ſcilicet certitudine) quãto magis eam Euãgelio Lucæ expoſtulem, quæ Euangelio magiſtri fuit neceſſaria. Et Auguſt. Si Apoſtolus Paulus non inueniret in carne Apoſtolos cum quibus conferret Euangelium, Eccleſia illi omnino nõ crederet: ipſe tamen certus eſſet. Licet beatus Hieronymus contrarium videatur dicere.

Gal.2. / *Petrus anno.14. uel 18. adhuc erat Hieroſolym. poſt aſcenſionẽ domini.* / *Lib.4. aduerſ' Marcionem.* / *Cõtra Fauſtũ.lib.28. cap.4.* / *In epiſt.ad Aug.*

Ex his(inquit) oſtendit ſe non habuiſſe ſecuritatem euangelij prædicandi (prædicandi inquit) niſi Petri & eorū qui cū eo erāt fuiſſet ſententia roboratus. Nihil ergo ex his patrum ſententijs contra hāc noſtram expoſitionem colligitur. Eſt illa epiſt. Hieronym. in. 2. tom. operum Auguſt. num. 11. Statim enim quòd cōprobatū fuit Paulū eſſe apoſtolum: ſicut ius habebat prædicandi & condendi canonicam ſcripturam, ſic & gentes credere tenebantur doctrinæ eius, & ſuſcipere ſcripturam tanquā à Deo reuelatam. Nota quòd ſaltem anno decimo quarto, vel decimo octauo, adhuc Petrus erat hieroſolymis poſt aſcēſionē ſaluatoris: ſicut maniſeſtè colligitur, ex cap. 1. & ſecūdo epiſtolæ ad Galatas. Cōuenientes ergo apoſtoli ad Ieſum tāquā ad verū magiſtrū, qui miſit eos ad euangelizandum regnum Dei, & pœnitentiam, exponunt coram eo, quanta feciſſent, & docuiſſent: vt certiores redderentur, quòd ſecundum regulam magiſtri in omnibus egiſſent. Summè neceſſaria regula cunctis magiſtris & prædicatoribus obſeruanda, vt a Chriſto & à ſancta Eccleſia, quæ colūna eſt veritatis, accipiant doctrinam euangelij, & poſtquam docuerint, referant eidem eccleſię, quicquid fecerint & docuerint. Si hanc regulā ſeruaſſent Germania, & Anglia, & Gallia, & ſinguli hæretici, non deturbaſſent ſanctā matrem eccleſiam, nec tot mōſtra accidiſſent hęreſum, & errorum. Humilis doctor & diſcipulus domini Ieſu ab eo mittitur, ab ore eius audit, vt euangelizet regnū Dei, & viā ad illud demonſtret, id eſt pœnitentiam: & poſtmodum refert, quæ docuit & quæ fecit: non rapit diuinum honorē, nec ſuperbit: & ſciens quòd vnus eſt magiſter noſter Chriſtus, ad eum venit, ad ſponſam eius venit: quæ ſecretum cordis regis penetrat & agnoſcit, & confert quę docuit cum ſanctis epiſcopis, paratiſsimus correctioni, in minus ſapienter dictis, aut in falſis. Hæc facienda ſunt omnibus eccleſiaſticis prędicatoribus. Renūtiant itaq; apoſtoli quęcūq; egerāt & docuerāt: nec tacēt quanta paſſus ſit Ioānes ab Herode: aut diſcipuli eiuſdē Ioānis, id referūt Chriſto: *Et ait illis: Venite ſeorſum in deſertum locū & requieſcite puſillū.* Probata itaq; ſyncera fide apoſtolorū, & coërcita gloria, abducit illos in locū ſolitarium, vt aliquantum refocillentur à tantis laboribus, ac reſpirēt. Habes aliam cauſam ſeceſ-

Galat. 6.

Magiſtrorum et prædicatorum regula.

Nota valde.

A ſus domini, cum apoſtolis in deſertum locum, vt ſcilicet ſuæ incolumitati conſuleret, qui tunc pati nolebat: vt doceret cedendum eſſe tyranno principi: nec maculari perfectionem in fuga, ſed ſubtrahi materiā ſæuiendi. Vbi manifeſtat quòd non tantū propter Herodiadem, Herodes occiderat Ioannem: ſed etiam propter concurſum populi ad ipſum Ioannem. Quod docet Ioſephus in his ſyllabis: poſtquā deſcripſit quomodo rex Areta Arabum perdidit Herodis exercitum, & quòd hoc contigit illi in vltionem mortis Ioannis, & quomodo relegatus in Viennam Galliæ, ibidem miſerabiliter obijſſet. De Ioanne inquit quibuſdā Iudæorum, videbatur, &c. Veritus itaque Herodes ne fortè doctrinæ eius perſuaſione populi à ſuo regno deciſcerent (videbat enim quòd præceptis eius ac monitis obedire in omnibus plebs eſſet parata) melius credidit, prius quàm aliquid noui fieret, anticipare hominem nece, quàm poſtmodū turbatis rebus ſeram pænitudinem gerere. Quæ ſuperſunt in Ioſepho, non conſonant euangelio. Cauſa ergo Herodiadis propria erat Ioanni: concurſus populi communis erat domino Ieſu, & Ioāni: & tantò magis excitabant Herodem contra Ieſum, quantò multitudo, & magnitudo miraculorum B maiorem & ampliorem prouocabat cōcurſum. Propter hāc cauſam ſecedit dominus Ieſus in locum ſeorſum: qui eſt Bethſaidæ, ſicut teſtatur B. Lucas. Multa valde diximus de vtilitate deſerti, quo adducuntur à magiſtro diſcipuli. Semotuſq; homo à turba domeſticorum, vacat naturę contemplationibus, cupiens quidē ſi quomodo queat vitam ciuium corrigere: virtus quidem libēter publicè prodeſt omnibus: ſed videns id onus vires ſuas excedere propter abſurdos mores receptos in ciuitatibus, & morbos animi auctos vitiorum cōſuetudine, reſilit, ne velut torrentis impetu tranſuerſus abripiatur. Vulgus enim (ſicut docet Philo) eſt enorme, inconditum, immodicum, culpabile, cum quo verſari tendenti ad virtutem non expedit. Sicut enim à longo morbo ſe recolligentium corpora leui momento relabuntur in deterius: ita quorum anima nunc primum ſanitatem recipit, nutat mente inualida, vt timendum ſit ne in morbum recidat. Et in de vita contemplatiua de illis clariſsimis viris, qui floruerunt Alexandriæ Aegypti, inquit. Extra mœnia degūt in hortis aut

Ioſephus. lib. 18. ca. 18.

Herodis ſupplicia à Deo.

Cap. 9.

Lib. de præmis, & pœnis.

tis aut villis ſolitarijs, amantes ſolitudinem, C non hominum odio, ſed ad cauendos congreſſus cum diſsimilibus: quos ſciunt moribus bonis officere. Apud noſtrum Euangeliſtam huius receſſus eſt cauſa, vt apoſtoli reſpirarent, ex fatigatione longi itineris. In quo habes tria documenta, primum, quod licet euangelicis prædicatoribus ſe cedere à turbis, & requieſcere: & per id tẽporis ceſſare a prędicatione, ſed hoc ſit puſillũ, quod eſt ſecundum documentum. Tertium vides quomodo ad patremfamilias, & æconomum, & prælatum ſtudium hoc ſpectat, & ab eo debet dimanare. Nec vacat myſterio ꝙ ſeorſum à turbis vocat diſcipulos ſuos dominus: ſed vt myſticè ſignificaret, quod relicta Iudea, quæ ſibi prophetiæ caput abſtulerat non credendo, in deſerto eccleſiæ, quę virum nõ habebat, verbi cibaria, quaſi panẽ & piſcium epulas eſſet largiturus. Ibi enim prædicatores ſancti, qui Iudea non credente & contradicente diu graui tribulatione premebantur, requiem adepturi ſunt de gẽtibus, gratia fidei collata. Seorſum etiã ducit quos elegit: vt inter male viuentes, mala non attendant: vt Loth in Sodomis, Iob in terra Hus, & Abdias in domo Achab. Requieſcere puſillum docet, quia certè breuis D. requies hic ſanctis conceditur, & longus labor demandatur. Sed poſtmodum æternũ gaudiũ repromittitur. Quę hominibus ſceleratis contraria eueniunt: longior requies in præſentiarũ, riſus & lætitia: ſed ignis ęterni cruciatus eos deuorabit. De quibus reb⁹ apoſtolus. Nõ deficimus, ſed licet is qui foris eſt, noſter homo corrumpatur, tamen is qui intus eſt, renouatur de die in diem. Id enim quod in præſenti eſt momentaneum & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ põdus operatur in nobis. Non contemplãtibus nobis quæ videntur: ſed quæ non videntur. Quæ enim videntur temporalia ſunt: quæ autem non videntur æterna. Cum autem apoſtolus inquit momentaneum & leue tribulationis noſtrę; reſpectu æterni gaudij in cælis repromiſsi intelligitur. Reſpectu enim carnis infirmę quæ corrumpitur ærumnis, vigilijs, ieiunijs, flagellis, &c, prolixus eſt labor & grauis. Similiter cùm de lætitia impiorũ diſputamus, quòd ſcilicet ſit eis aſſidua & iocunda, reſpectiuè debet etiam intelligi, ad labores & calores iuſtorum. Abſolutè tamen iuſtorum labores momẽtanei

Prædicatoribus aliquãdo ceſſandum à prædicatione.

Iudea quare derelicta.

Sanctorũ requies breuis in hoc mundo.

2. Corinthi.cap. 4.

NOTA *valde.*

C ſunt & leues: ſimiliter gaudia impiorũ, velut vmbra tranſeunt, vel vt fumus diſpereunt, velut ſonitus auis volantis, &c. De quo ſit tibi exemplum, Abſalon & Iob. *Requieſcite puſillum*, vt laſſum corpus reficiatis, & mẽs diuinis gaudeat conſolationibus repleri, vt ardentius, ac prolixiùs proximorum ſaluti incumbat deinde. Requieſcũt in ramis virentibus etiã regales aquilæ, ac deinde præcipites ad æthera cõſcendũt. Quòd ſi ſcriptum eſt: Mutabunt fortitudinem: aſſumẽt pennas vt aquilę, volabunt & non deficiẽt, quod de apoſtolis maximè, & de apoſtolicis viris videtur interpretandum: ſic debet intelligi: Non deficient deſiderio & intentione: licet propter corporis infirmitatem ac mortalitatem puſillum quieſcant in loco deſerto: vbi carne quieſcẽte, mẽs armatur, & ſtimulatur quibuſdam diuini honoris & ſalutis proximorum aculeis. Noli ergo in hac lachrymarum valle diuturnam requiẽ. Scito peregrinum & aduenam te eſſe: & ad cæleſtem patriam conſcendere. Obſecro vos fratres, tanquam aduenas & peregrinos obſtinere vos à carnalibus deſiderijs, quæ militant aduerſus animam. Primus ille ac ſummus pater Abraham docẽs filios Heth D. hanc cæleſtem philoſophiam: dicebat: Aduena & peregrinus ſum apud vos: Et ius ſepulchri tantum voluit, pro vxore ſua Sara. Non vaſſallos, villas, aut ciuitates, cum certè poſſet plura horũ habere: tantũmodo ius ſepulchri emit quadringentis ſiclis argẽti probatæ monetę publicæ. Põdera verbum ius ſepulchri. Qui enim volunt diuites fieri, &c. Radix enim omnium malorũ eſt cupiditas: quam quidam appetentes errauerunt à fide, & inſeruerunt ſe doloribus multis. *Requieſcite puſillum*, & ſtatim committimini ad laborem: & pergite ad promiſſam patriam: Quod eleganter deſcribitur in libro Numerorum. Cum filij Iſrael ad terrã promiſsionis conſcenderent, & veniſſent in ciuitatẽ Cades, miſit Moyſes de Cades nuntios ad Regem Edon (Hi ſunt filij Eſau fratris Iſrael) qui dicerent, Hæc mandat frater tuus Iſrael. Vide quomodo poſt quadringentos annos fratres compellant filios Eſau. Non ibimus per agros; neque per vineas: non bibemus aquas de puteis tuis: ſed gradiemur via publica, neq; ad dexterã, neque ad ſiniſtram declinantes, donec tranſeamus terminos tuos, &c. Tantùm velociter tranſeamus. Hæc omnia facienda ſunt, ſpiritual-

Eſai.40.

Peregrin⁹ eſt iuſt⁹ in hoc mũdo.

1. Petr. 2.

Geneſ. 23

1.Thim.6

Cap. 20: Patria cæleſtis quomodo inquirenda.

tualibus filijs Iſrael, qui cæleſtem patriam
inquirunt lacte & melle manantē: De Edō,
id eſt, Eſau, qui fuit prophanus & fornica-
rius, nihil accipiant neq; ad vineas eius, aut
agros ingredi licet filijs Iſrael. Velociter
tranſeamus. Velociter tranſeundum eſt per
Heb.c.13. terminos Cades & Edō. Noli etiā de vineis
aut agris illius aliquid accipere, neq; declines
ad dexteram, neq; ad ſiniſtram. Cōſide-
Luce. 12. ra quid ſtulto illi diuiti, qui animæ ſuæ longæuam,
ac diuturnam requiem ſpondebat,
dictum ſit à domino: Stulte, hac nocte animam
tuā, repetent à te qui dicebat, Anima
habes multa bona repoſita in annos plurimos.
requieſce, comede, bibe, epulare. Re-
Geneſ.8. *quieſcite puſillum*. Non inuenit columba vbi
pes eius requieſceret, & reuerſa eſt ad Noe
in arcam. Non inuenit anima ſancta vbi requieſcat
in vniuerſa terra, niſi leuet ſe ſuper
ſe. Coruus autem emiſſus ante columba nō
reuertitur, etiam ſi requiem nō inueniat. Di
lata & pondera. *Erant enim qui ueniebant, &
redibāt multi*. Cum tā ſublimia opera in dies
coram tanta multitudine hominum faceret
dominus Ieſus, fama in diſtantia loca propagata,
multas & magnas plebes adducebat
ad ipſum: neque ſpatium manducandi habe
bāt diſcipuli, & magiſter. Dixit gloſſa Hieronymi.
Veniebāt vt latro, redibant vt Iudas.
Obſerua q̄ de aduentu turbarum dixit.
Multi ad Erat qui veniebant: de receſſu autē, *redibant*
infernum *multi*. Ex illis qui ad Chriſtum veniūt, mul
pauci ad re- ti redeunt, & quàm pauci adhęrent ei, & do
gnum. ctrinæ eius? Multi enim ſunt vocati, pauci
Matt. 20 vero electi: multi dicent in illa die, domine
domine, &c. Magnum oſtium aperitur ad
loquēdum. Apoſtolus diſcedit, latro venit:
ille quidē per auaritiam: iſte in confeſsione,
& in defenſione iuſti: Hic autem quid mali
fecit? Nos quidem digna facti recipimus.
Memento mei dum veneris in regnum tuū.
Apoſtolus autem: Quid vultis mihi dare, &
ego vobis illum tradam: latro autem, vt ſui
in regno recordetur, tanquam regem gloriæ
orat. Væ vobis auaris. *Redibant multi*, ve-
certò ſcias pauciores remanſiſſe cum Chriſto.
Immò de diſcipulis, cum de ſacramento
diſputabat, diſceſſerunt multi. Reliquis
autem dicente Chriſto. Et vos vultis abire,
Ioann. 6. reſpōdit Petrus. Domine quò ibimus? Ver
ba æternæ vitę habes. Ecce magiſtrum tuū
O Chriſtiane. Quò ibimus? Neque ſi ad regni
ſceptrū vocauerit, aut elegerit nos mun
dus vel ad omnes diuitias, & delitias, fas eſt

A à te diſcedere. Quare, ò beatiſsime Apoſto-
le? Quia verba æternæ vitæ habes. Benè qui
dem. Audi hūc magiſtrum qui venis ad Ieſum,
& permane indiuiduus comes & diſcipulus
domini. Expende obſecro prudens le
ctor vim literæ ſacratiſsimi Apoſtoli. Di-
xit magiſter: Nunquid vos vultis abire? Re-
ſpondit Petrus. Domine quò ibimus? Ver
ba æternæ vitæ habes. Nec tutum, nec ſecurum
eſt à te diſcedere, etiam ſi totius mūdi
gloria nos exciperet. Verba quidē tua, ver
ba vitæ æternæ ſunt, id eſt, quæ prę ſtabunt
vitā æternā obſeruantibus ea. Qualiter re-
ſponderet hic magnus Apoſtolus, ſi vel ex
parte vitam æternā deguſtaſſet? diceret cer
te. Bonū mihi adhęrere Deo. Quis nos ſe-
parabit à charitate Chriſti? tribulatio, an
anguſtia, an fames? &c. An gladius? ſicut
ſcriptū eſt: Quia propter te mortificamur *Pſalm.72.*
tota die: eſtimati ſumus ſicut oues occiſio- Roman.8.
nis. Sed in his omnibus ſuperamus propter *Pſalm.43.*
eum qui dilexit nos. Diceret: Pars mea do- *Thren. 3.*
minus, dixit anima mea. Cū audis pars mea
dominus, totum bonum, vniuerſum quidē,
& plenam lætitiam intellige. Bene ergo &
ſapientiſsimè inquit Petrus. Quò ibimus?
Nullus locus etia paradiſus terreſtris amœ-
nus aut iucundus eſſe poteſt ſine te. Nō re- *Sine Chri*
B gnum, non ſceptrum, nō diadema aureum, *ſto nihil bo*
non ſerui, neq; aurum, neq; argentum: De- *ni.*
nique vilis cinis eſt vniuerſus orbis ſine te.
Quò ibimus? Hæc oportet conſiderare ve-
nientes ad Chriſtum: ne redeāt, ſicut illi, de
quibus ſanctus Euangeliſta. *Et redibant multi.* *Imperſeue.*
Ad vomitum, ad antiqua peccata, ad ſemet- *rantia.*
ipſos: non adhærebant, nec cognoſcebant
virtutem Chriſti. Nemo mittens manum
ad aratrum, & aſpiciens retro, aptus eſt re- *Luce.9.*
gno Dei: qui autem perſeuerabit vſque in *Matth. 10*
finem, ſaluus erit. Certam faciet fratres voca *24.*
tionem veſtrā, per bona opera. Eſto firmus *2. Petri.1.*
in via dñi, & in veritate ſenſus tui, & ſcien-
tiæ, & proſequatur te verbum pacis & iuſti *Eccleſ.c.1.*
tiæ. Denique Apoſtolus Paulus docēs hāc
perſeuerantiam in timore domini, inquit: *Roma.11.*
Vide ergo bonitatem & ſeueritatem Dei: in
eos quidem qui ceciderunt ſeueritatē: in te
autem bonitatem Dei. Ne autem quis dum
in mortali carne viuit, vanè & inaniter ſibi
repromittat regnum & coronā, intulit apo-
ſtolus conditionalē hāc: ſi permanſeritis in
bonitate: alioquin & tu excideris. Itaque
fratres mei dilectiſsimi ſtabiles ſtate, & im- 1.*Cor.* 15
mobiles, abūdātes in omni opere domini
ſemper:

ſemper ſciētes q̄d labor veſter nō eſt inanis.
Fruſtra enim velociter currit, qui prius quā
ad metas venerit, deficit. Turpe quidē eſt ce
Seneca epiſto. 1. dere oneri, & luctari cū officio quod ſemel
ſuſcepiſti. Nō eſt vir fortis ac ſtrenuus qui
laborē fugit, nec creſcit illi animus ab ipſa
rerū difficultate. Veniſti ad Chriſtū? Noli
redire cum multis: multi enim ſunt qui per-
eunt, & pauci qui ſaluātur. Totus mundus
Gen. 7. 8. periit, præter Noe & qui cū illo permanſe-
runt: nec oneroſum corā illis fuit, quòd in-
tra arcam concluſi ſunt, in mille laboribus.
Quis labores virorū illorum, & per multos
menſes enarrabit, qui in arca cū beſtijs, &
in earū cura permanſerūt? Non viderunt lu
cem cæli, non gaudebant de aëris puritate:
cùm ſtercora multorū animalium, ibidem
quotidie eſſent cōcluſa. Nullus locus deam
bulādi aderat. Quid dicā? Intra ergaſtulū,
& anguſtiſsimū carceris ſpatium ſeptē mē-
ſibus permanſerūt, ac deinde multis alijs die
bus, donec facies terræ exſiccata eſt. Inter
hæc omnia grato animo, & in gratiarū actio
ne permanēt, eo q̄ liberaſſet eos dominus,
cùm vniuerſus orbis in magno cathacliſmo
abſorberetur. Veniſti ad Chriſtum, ne re-
deas cū multis. *Veniebant multi, neque ſpatiū habebant manducandi*. Chriſtus & diſcipuli
eius, de quibus iam ſupra. Multi veniebant
& deſiderabāt videre faciem Chriſti, & au-
dire verbū ab ore eius. Et licèt certò ſciret,
quam pauci ex tam multis ad regnum perti
2. Tim. 2. nerent (nouit enim dominus qui ſunt eius)
omnibus tamen ſui copiam facit, & verbū
ſalutis. Vt certiſsimè comprobet quod vult
1. Tim. 2. omnes ſaluos fieri, & ad agnitionum ſui no
minis venire: vt demonſtret quòd fecerit
Eſai. 5. vineæ ſuę quod debuit facere: & quòd per-
ditio noſtra ex nobis eſt. Et pleniſsime do-
Paſtorum cet cūctos paſtores, qui neſciūt qui ſint prę
doctrina. ordinati ad regnum & vitam, quòd debent
propter electos omnia ſuſtinere, vt ſalui
fiant qui inter reprobos cōmorantur. Exē-
plum hoc habes in Chriſto mille locis: ſed
in præſentiarū clariſsimè: licèt enim ſciret
quod multi ſtatim relicturi eſſent ſtationē
cæleſtis militiæ ſub eius magiſterio, omni-
bus tamen adeſt, oēs docet propter electos.
Obſerua obſecro, quā diſsimile eſt carnalis
hominis ſtudium. Chriſtus & diſcipuli eius
neque ſpatium habent manducandi: inten-
ti omnes ſaluti proximorum: carnalis autē
homo, præ crapula & ebrietate, neq; horā
vnam habet, ad pietatem, vel religionē. Væ

C qui potentes eſtis adſectādam ebrietatem. *Eſai. 5.*
Væ vobis qui ſaturati eſtis, quia eſurietis. *Lucæ. 6.*
Qui dicit ſe in illo manere, debet ſicut ille *1. Ioan. 2.*
ambulauit, & ipſe ambulare. Reliquit nobis *1. Petri. 2.*
exemplū, vt ſequamur veſtigia eius. Non tā
tū eſt redēptor dominus Ieſus, verū & ma
giſter & doctor noſter, non ſuperborū, aut
ebriorum, ſed paruulorū. De quibus Eſaias: *Cap. 33.*
Vbi eſt doctor paruulorum? Eorū de qui-
bus in Matthæo dominus: Reuelaſti ea par- *Cap. 11.*
uulis: qui vſque in diem hanc cernunt ocu-
lis fidei ſuę doctorem ſuum Chriſtum: ſicut
in propheta fuerat promiſſum: Non faciam *Eſai. 30.*
auolare à te vltra doctorem tuum: & erunt
oculi tui videntes pręceptorem tuum, & au
res tuæ audient verbum poſt tergum mo-
nentis: hæc eſt via, ambulate in ea. *Et conſcē-dentes in nauim abierunt, in deſertum locum ſeorſum.* Diſcipuli cum magiſtro, conſcendunt
in nauim, ſicut docet Matthæus. Quod cùm
audiſſet Ieſus, mortem ſcilicet Ioannis, ſe- *Cap. 14.*
ceſſit in nauicula in locum deſertum ſeor-
ſum. Luctum tanquam pro Principe demō *Luctuſ ribri*
ſtrat ſanctus Euangeliſta aſſumpſiſſe dn̄m *ſti pro Ioā.*
Ieſum, audita morte Ioannis. Solent nanq;
reges in morte charorum pignorum ſeceſſū
& ſolitudinem tenere per aliquot dies, vbi
nulli familiarium aditus patet. In hunc mo
dum ſanctus Matthęus introducit ſeceſſum
D quem coluit dominus Ieſus, & deſertum.
Abijt ergo in nauicula cæleſtis magiſter cū
diſcipulis ſeorſum, & in deſertum locum.
Vtrunque diſpoſuerat eis: & plenè obediē-
tes, diſcipuli, vtrunq; implent. Neq; dicunt:
Poſt labores & calores itineris cōduceret in
ter cognatos & amicos epulari, & cōfabula-
ri: ſed cum audiūt, Venite in locū deſertū
ſeorſum, abeūt cū magiſtro, conſcenſa naui.
Vides quomodo iā ſpirituales fiūt diſcipu
li? Nemo repētè fit ſummus. Diſce obediē-
tiam, quæ victima gratiſsima Deo eſt: me- *1. Reg. 15*
liorq; eſt obediētia quam victimæ, & aſcul
tare magis quā offerre adipē arietum: quo-
niam quaſi peccatum Ariolandi eſt repug- *Inobediētia*
nare: & quaſi ſcelus idolatrię, nolle acquieſ-
cere. Habes ſummum exemplum obedien-
tiæ in Chriſto: qui factus eſt obediens vſq; *Philip. 2.*
ad mortem crucis. Habes magnum exem- *Geneſ. 12.*
plum in Abraham: & in Iſaac. Et prædicās *& 15.*
beatitudinē hominis ſanctus Propheta in- *Pſalm. 1.*
quit: Beatus vir qui timet dominum, in mā-
datis eius volet nimis. In lege domine vo-
luntas eius, &c. Vidiſti ergo in magiſtro pa
ternam curam erga diſcipulos, qui ex iti-
nere

nere fatigati indigebant quiete: quam ipſi
non exquirūt à magiſtro. ſed ipſe præuenit
NOTA eos, Venite. Non inquiunt, concede nobis
valde. locum, & tēpus ad quietem: ſi quidē ex mā
dato tuo laſſa ſunt corpora noſtra. Chriſtus
verò qui dixit, Ite ad laborem & prædica-
tionē, ipſe inquit, Venite requieſcite. Hæc
& ſublimiora multò à Deo tuo ſpera pro
Geneſ. 14 labore. Ego (inquit ad Abrahā) ſum merces
Eſai. 64. tua magna nimis. Et in Eſaia, Oculus nō vi-
dit, neq; auris audiuit, neq; in cor hoīs aſcē-
dit, quæ præparauit Deus expectātibus ſe.
1. Cor. 2. Paulus verò docens de qua ſpe ageret pro-
pheta: inquit, Diligētibus ſe. Eſt ſpes viua,
& in formata charitate. Verbū illud præpa
rare, apud prophetā habes in euāgelio Ioā-
Capi. 14. nis: Si abiero & præparauero vobis locum,
&c. Bene ergo qui dixit, ite & prædicate:
ipſe iā inquit: Venite & requieſcite. Et ex
Cap. 1. obediētia labor aſſumitur, & quies à labore.
De bono deſerti, multa diximus in ſuperio-
ribus. Et *viderunt eos abeuntes, & cognouerunt*
multi: & pedeſtres de omnibus ciuitatibus cōcur-
rerūt illuc, & peruenerūt ad eos. Vide magnā
populorū deuotionē erga Chriſtū, & ad di-
ſcipulos, qui iā clari erāt ex doctrina & mi-
raculis. De omnibus adiacētibus ciuitatib⁹
conueniunt ad Chriſtū: non quidē equitan-
do, quòd laborem tēperaſſet, ſed pedeſtres:
Nec veniūt pedetētim: ſed currūt, præ deſi
derio: nec laſſati in via ſedent, aut tædio af-
fecti, in proprias domos reuertuntur. Sed
peruenerūt inquit ſanctus Euāgeliſta. Digni
qui ſub cæleſtis magiſtri cura reciperentur,
& reficerētur pane dono cęleſti cōceſſo. Et
hæc tibi ſunt facienda vſq; quò peruenias.
At dices: Hæc omnia ego libentiſsimo &
grato animo facerē, ſi mihi cōcederetur vi-
dere Chriſtū & aſtare ſub oculis eius, & au-
dire de ore eius verbū vitæ, & ſalutis, & pa-
nem de manu eius accipere, ſicut illis homi
nibus conceſsū eſt. Audi quid dicat ſcriptu
Geneſ. 12 ra de Abrahā patre fidei noſtræ. & de Mo-
ſe duce fideli populi ſui. Ad Abrahā locut⁹
eſt dominus. Egredere de terra tua, & de co
Hebre. 11 gnatione tua, & de domo patris tui. &c. quē
locū magnificās & exponēs Paulus apoſto
lus inquit. fide, qui vocatur, Abraham obe-
diuit in locū exire, quem accepturus erat in
Nota fidei hæreditatē: & exijt neſciens quò iret. Moy-
noſtræ alti ſes aūt fide reliquit Aegyptū: nō veritus ani
tudinem. moſitatē regis: Inuiſibilē enim tāquā vidēs
ſuſtinuit. Hæc eſt altitudo noſtræ fidei, quę

A inuiſibilem vbiq; præſentem tanquam vi-
dens ſuſtinet: neque opus habet præſentia
corporali, aut verbis materialibus, aut mira
culis, aut alijs ſimilibus. Sed inuiſibilem, tā-
quam videns ſequitur per deſertum relicta
domo & ciuitate, & ſine cibo. De Abrahā
Eſaias quoq; dixit. Quis ſuſcitabit ab Oriē- Capi. 4.
te iuſtum? Vocauit eum, vt ſequeretur ſe.
Nō ambulabat ſuper terram dominus, qui
in cælorum ſublimitate, & ſolio ſuæ æter-
nitatis reſidebat: & tamen ſcriptura inquit:
vt ſequeretur ſe. Fides inuiſibilē Deū cer-
nit, ſuſtinet, ſequitur, amplexatur, audit vo-
cem eius, non aure corporis, ſed mentis, nō
oculis materialibus, ſed ſpiritualibus: non
brachijs, ſicut Simeon, ſed animæ puriſsi- Lucæ. 2.
mis amplexibus. Vnde dominus ad Tho-
mam, Beati qui non viderunt, & credide- Ioan. 20.
runt. Relinque ergo ò homo domum tuā,
& Babylonem natiuitatis tuæ ciuitatem, & 3. Reg. 17.
fuge per deſerta etiam pedeſtris: vbi paſcit
dominus Eliam, & Paulum nobilem hæ- Pau. here.
remitam, qui inuiſibilem ſecutus eſt per de-
ſerta vſque ad annos nonaginta. Quàm ar-
dens fides & deuotio ſacri huius viri? *Pede-*
ſtres. Bonum verbum, notatuque dignum.
B Etiam ſi labor grandis neceſſarius ſit, vt
peruenias ad Chriſtum, non ſit tibi graue,
aut difficile. Maiora ſuſtinuit Ieſus, vt ve-
niret ad te, id eſt ad animæ tuæ ſalutem,
qui ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui ac- Philip. 2.
cipiens, factus obediens vſque ad mortem:
ſaturatuſque fuit opprobrijs, & contume- Tren. 3.
lijs. Vnde nouiſsimus virorum à prophe-
ta, dictus eſt: & vir dolorum, & ſciens, in- Eſai. 53.
firmitatē & abſcōditus vultus eius: De qui-
bus ad lōgum ſuo loco cap. decimoquinto.
Nō ſit ergo graue tibi, aut difficile pedeſtris *Labores*
venire ad Chriſtum, & multo cum labore, *omnes ad*
aut fatigatione. Non ſunt condignæ paſ- *gloriā quaſi*
ſiones huius temporis ad futuram gloriam, *nihil.*
quæ reuelabitur in nobis. De quo arden-
tiſsima deuotione Abach Propheta in can- Roman. 8
tico: Ingrediatur putredo in oſsibus meis Capi. 3.
& ſubter me ſcateat, vt requieſcam in die
tribulationis, & aſcendam ad populum
accinctum noſtrum, id eſt etiam ſi opor- NOTA
tuerit oſsium putredinem, & ſcaturigi- valde.
nem ſuſtinere ad inueniēdam requiem cę-
leſtis patriæ promiſſam populo præcincto,
& expedito ad opera dñi: nihil omnia illa
facerem, & grato animo ſubirem. Nō durū
aut graue Iacob Labā pro ſua Rachele qua Geneſ. 29.

tuardecim annis ſub ſolis arboribus,& gelu
per cāpos,& deſerta montiū ſeruire. Et filij
qui nati ſunt illi de Rachele immenſo labo
re affecerūt eū. Quantū doluit in ortu Bē-
iamin,quo in lucē prodeunte, obijt mater
eius,chariſsima patriarchę coniux. Quantū
Geneſ.37. doluit in venditione Ioſeph, cū tunica eius
corā oculis ſuis allata, intinctaq; ſanguine
hædi,ſciſſis veſtibus dixit: Fera peſsima co-
medit eum. Beſtia deuorauit Ioſeph,quem
luxit multo tempore, vides quātum mœro
ris & triſtitię pro illa pro qua.14.annis ſer-
uiuit, glorioſus vir ſuſtinuerit. Non luge-
bis,etiam ſi multo tempore ſeruieris pro di-
lectione Chriſti. Hæc eſt pulchra Rachel:
immò gaudebis lætitia inenarrabili, & glo
1.Petr.1. rificata,accepta hęreditate immarceſsibilis
gloriæ,&c. Habeſq; pignus huius hæredita
tis,ipſum ſpiritum ſanctum, & gratiā eius.
De quo ſtatim ſacer apoſtolus: In vobis qui
in virtute Dei cuſtodimini. Viderētur ger-
NOTA *valde.* manius cohærere omnia,ſi diceret: Benedi-
ctus Deus & pater dñi noſtri Ieſu Chriſti,
qui regenerauit nos in ſpē viuā in hæredi-
tatem,&c. conſeruatā in cælis vobis. Sed al
tiori ſenſu apoſtolus dicit: in vobis. Datiuus
caſus declarabat, quibus erat cōſeruata hæ-
reditas in cælis: ſed cū inquit conſeruatā in
cælis in vobis: exponit quomodo in ſinu
ſanctorū eſt pignus,& arrabo,& ius ad reg-
Ius ad glo- nū,& hæreditatē cęleſtē per gratiā,& inha
riam. bitantē ſpiritū ſanctū in illis. Ad illam ergo
hæreditatē per labores multos fœlici⁹ per-
uenitur. *Pedeſtres.* Sūt multi,immò fere oēs
qui ad Chriſtū deſiderant venire in quadri-
gis & in equis,&c. Hoc eſt in delitijs, & hu
ius vitæ voluptatibus. Sed gaudia æterna
poſt luctus præparata ſunt,& poſt pœnitē-
tiam. Vnde poſtquā ſcriptura deſcripſit la-
chrimas & anguſtias Iacob pro Ioſeph filio
dilectiſsimo,& deinde introducēs aduētum
eiuſdem Iacob in Aegyptū vbi regnabat
Ioſeph, proponit magnificū apparatū,quē
Geneſ.45 conſtituit Pharao in manu Ioſeph,pro ad-
ducendo patre, & inquit: Quibus dedit Io-
ſeph plauſtra ſecundū Pharaonis imperiū,
&c. Vſq; paneſq;,portātes. Vnde apoſtol⁹:
ſi cōmortui ſumus & cōuiuem⁹. Si ſuſtinebi
2.Tim.2. m⁹, & cū regnabim⁹. Et alio loco: hæredes
quidē Dei,cohęredes aūt Chri: ſi tñ cōpati-
mur,vt & cōglorificemur. Rect⁹ ordo,& ſe
Similitudi- cūdū rei naturā: Miles ad coronā venit poſt
nes. labores,& ſudores belli. Agricola fructū e-
dit medullę tritici,poſt multorū mēſiū diſa

C tigationē, & patiēter expectat. Nō ſit ergo
tibi durū,aut graue venire pedeſtrē ad Chri
ſtū. *Cucurrerunt illuc, & peruenerūt ad illos.*
Cucurrerunt & peruenerūt, inquit ſanctus *Gradus di*
euāgeliſta. Sūt qui ambulant in via & lege *uerſi iuſto*
dñi: & iſti beati ſunt. Beati qui ambulāt in *rum.*
legē dñi: Sūt qui currunt,quibus cordis dila
tatio opus eſt. De qua ꝓpheta Dauid. Viā *Pſal.118.*
mādatorū tuorū cucurri: cum dilataſti cor
meū. Ex diuina cōſolatione habetur huiuſ-
modi dilatatio cordis, & in aſsidua cōſide-
ratione patriæ & cæleſtis hæreditatis: Tūc
nō ſibi ſatis eſt ambulare,ſed currit. Alij vo
lāt,de quib⁹ ꝓpheta Eſaias: Mutabūt forti- *Eſai.40.*
tudinē,aſſumēt pēnas vt aquilæ volabūt,&
nō deficiēt. Primū neceſſariū eſt ad vitā &
regnū cōprehendē dū: Secūdum conuenit
ſectatoribus perfectionis. Tertiū perfectiſ- **NOTA**
ſimis omnibuſq; numeris abſolutis viris. Sed *valde.*
apoſtolus ſub verbo, Currite docet de reg- *Cap.5.*
no Dei,& de vita æterna. Sic currite,vt cō-
prehēdatis. Et ad Galat. inquit, Currebatis *Currere a*
bene: quis vos impediuit veritati nō obedi- *pud apoſto*
re? Sed ſtās in propoſita parabola agoniſta- *ſtolum ex-*
rū & brauij, cū dixiſſet,oēs quidē currunt, *ponitur.*
ſed vnus accipit brauiū,intulit. Sic currite
vt comprehendatis. Et Galatę magno fidei
D feruore currebant viā legis dñi. Curre ergo
tu in aſsiduis operibus virtutū, in orationis
feruore, in vigilijs, in patiētia, in miſeratio-
nibus multis erga pauperes, in fractione,&
cōmunicatione panis tremendi, in vigili cō
feſsione peccatorum, cum multo dolore &
verecundia. Sic igitur curre vt compre-
hendas,& peruenias, ſicut viri iſti. Sed ob-
ſerua literā noſtri euangelij. *Et per uenerunt*
ad eos. Cū ſacratiſsimus deſcripſiſſet Ioan-
nes primā epiſtolā,à verbo illo. Quod fuit
ab initio, quod audiuimus, quod vidimus,
&c. illam auſpicatus eſt. Reddēſq; rationē *Cap.1.*
aſſumpti laboris in ſcribendo & prædican-
do, inquit: Et hęc ſcribimus vobis, vt gau-
deatis, & gaudium veſtrum ſit plenum, vt
vos ſocietatem habeatis nobiſcum (quàm
longè ab Apoſtolis inuidia, & quàm ger-
mana charitas, & dilectio erga proximos)&
ſocietas noſtra ſit cū patre & filio eius Ieſu
Chriſto. Vſque huc tibi eſt currendum,
vt ſocietatem habeas cum Apoſtolis. Ne-
que in hoc beatitudo tua: ſed vt ſocieta- *Beatitudo*
tē obtineas & habeas cū patre & filio eius *noſtra.*
Ieſu Chriſto & ſpiritu ſancto. Curre ergo
ad apoſtolos,vt ipſi ducāt te ad Chriſtū. Di
lata ſi placet. *Et exiēs vidit turbā multā Ieſus,&*
miſer-

miſertus eſt ſuper eos: quia erant ſicut oues nō habentes paſtorem, & cœpit eos docere multa. Cū abijt in deſertū, fidē turbarū, an ſe ſequātur explorat, & exploratā digna mercede remunerat. Rurſus ipſe excipiendo fatigatos, docendo inſcios, ſanando ægrotos, recreando ieiunos, quanta deuotione credētium delectetur inſinuat. Erat quippe cū duodecim apoſtolis in loco ſeorſum, forſan ſub vmbra arborum, vnde egreſſus eſt ad miſerationes multas. Obſerua, ꝙ etiam ſi turbæ illæ pedeſtres venerint, dominus tamen exijt ad eos.

Gratia et liberum arbitrium.

Vtrumq; noſtræ ſaluti eſt neceſſariū: & gratia Dei, & miſericordia eius, & noſtri arbitrij cooperatio: neque alterū ſine altero ſufficit. Sed gratia dñi præuenit nos: & adhuc cooperātibus nobis, miſericordia eius operatur in nobis. Habes ergo vnde ſerues humilitatem, etiam cùm cucurreris, etiam cū pedeſtris veneris in multa fatigatione & labore. Inde etiam miſericordia domini inuenitur: immò abundantior & robuſtior. Serua ergo in omnibus humilitatē, &c. Certiſsimèq; ſcias ꝙ ſi dñs non exierit tibi obuiam, ſicut ouis non habens paſtorem, iacebis ſuper terram: ſed exibit ſine dubio, & tui miſerebitur. Fidelis Deus, & abſq; vlla iniquitate. Quis vſquā quæſiuit illū & non inuenit? Quis confidit in illo, & repulſam paſſus eſt? Denique facienti quod in ſe eſt, Deus non denegat gratiā: ſe ipſum negare non poteſt.

Humilitas etiam perfectis unde.

Exiuit ergo obuiam eis: vt doceret certum & precioſum miſericordiæ genus: quæ valde placet Deo: quęq; in Abraham & Loth, & Thobia dedicata eſt. Nimirum illam miſericordiam quæ gemitum pauperū præuenit, & deſiderium, ſine voce audit. Obuiam exibat Abrahā, & in vijs expectabat peregrinos: & Loth ſimiliter. Tobias concaptiuorum fratrū quærebat domos per omnē cognationem, & conſolabatur eos, diuidebatq; vnicuique prout opus habebat, & ipſe poterat de facultatibus ſuis: eſuriētes alebat: nudis veſtimenta prębebat: & mortuis atq; occiſsis ſepulturā. Deniq; Dauid cātat: Beatus qui intelligit ſuper egenū, &c. Et licèt ad Chriſtum referat propheta principalem intentionē: qui cum eſſet diues egenus factus eſt, vt nos illius inopia eſſemus diuites: poteſt etiam generaliter ad omem pauperem & egenum accomodari. Eritque tunc ſenſus, Beatum eſſe omnem qui ſuper egenos pauperes (quos mundus deſpectos habet)

Geneſ. 18.
Tob. 1.
Miſericordiæ genus optimum.
Pſalm. 40.
1. Cor. 8.

A ita intelligit, ita ſentit, quique ita eis afficitur, vt eorum miſerijs condoleat, & & egeſtatem ſuppleat in quibus potuerit. Et reuera ijs qui ſic intelligunt ſuper egenum, & pauperem, euenient omnia bona illa, quæ in ſequētibus duobus verſibus deſcribuntur. In die mala liberabit eos dominus. Hæc conſiderauimus, in exitu Chriſti ad turbas, ſuper quas miſertus eſt. *Et miſertus eſt ſuper eos.* Omnibus ſuis numeris abſoluam conſiderationem hanc. Sed prænotanda ſunt aliqua indubitatę fidei. Non idcirco quod verbum caro factum eſt, à terminis proprię diuinitatis exceſsit: neque ab ijs quæ diuinitati adſunt, Deum decentibus glorificationib⁹. Sed neque caro deificata, à propria verſa eſt natura: aut à naturalibus proprietatibus. Manſerunt enim & poſt vnionem naturæ inconfuſæ, & earum proprietates illæſæ. Caro autem domini diuinis actionibus ditata eſt, propter puriſsimam ad verbum vnionem, id eſt, hypoſtaſim, nequaquam proprietatem naturalium excedentiam ſuſtinens. Miſericordia quædam pars triſtitiæ eſt: quæ quarto loco reponitur à Damaſceno. Et philoſophus di-

Damaſce. lib. 3. c. 17.

Miſericordia pars triſtitiæ.

B xit, quòd miſericordia eſt triſtitia quædam ſuper apparenti malo corruptiuo vel cōtriſtatiuo: & Beatus Auguſti. dixit. Miſericordia eſt alienæ miſerię in noſtro corde compaſsio, qua vtiq; ſi poſſumus ſubuenire cōpellimur. Dixit etiā Seneca quòd inde trahit originem miſericordia, quia miſerum facit cor ſuper miſeria alterius. Fides noſtra docet quòd Chriſtus Ieſus eſt verus Deus & verus homo, ex anima rationali & humana carne ſubſiſtens: verbum enim caro factum eſt, & habitauit in nobis. Iam ex his tribus conſiderare oportet, quomodo ratio miſericordiæ conueniat Chriſto, ſecundū vtranque naturam, diuinam, ſcilicet & humanam. Multa dicenda ſunt: primum quòd abſolutiſsima ratio miſericordiæ ſoli Deo conuenit, qui ſubleuat omnes miſerias: & eſt maximus, nō habens ſuperiorem. Vnde proprium Deo dicitur miſereri & parcere. Et miſerationes eius ſuper omnia opera ei⁹. In nobis aūt melior eſt charitas: per quam Deo cōiūgimur, quē habemus ſuperiorem. Melius ac fœlicius certè eſt creaturæ coniungi Deo, quā proximo, & ei benefacere, miſeriāq; eius ſubleuare. Tolle ergo dolorē ac triſtitiā, quæ impfectionē reportat à mi-

Damaſce. lib. 2. c. 14. 2. Rethor. Lib. 9. de ciuitate Dei. c. 13. Seneca.

Ioan. 1.

Miſericordia propria Deo cōuenit.

 ſericor-

ſericordia,& illam ſceptrum regni ad dexte C
*Pſal.*192. ram Dei tenentem reperies. Apud domi-
num miſericordia: Et forſan hoc indicat
a.2.q.30 Sanctus Thomas cum dicit, quòd Deus
ar.2.in re- non niſi per amorem miſeretur, in quan-
*ſponſ.ad.*1. tum amat nos, tanquam aliquid ſui Longè
argum. ergo ab illa natura triſtitia, & miſerum cor,
quæ duo in miſericordia creaturarum inue-
niuntur. Et cùm ſeruauerit Chriſtus pro-
priæ naturæ, ac retinuerit conditionem, ſe-
cundùm omnes ſuas partes miſericors di-
citur, & eſt in quantum homo, vt ſic e-
Chriſtus quomodo miſericors. nim contriſtabatur de alienis malis, &
miſerijs, & miſerum cor gerebat: non ta-
men occupabatur ab his aut ſimilibus paſ-
ſionibus: ſed voluntariè eas aſſumebat, & ſu
ſtinebat quamdiu placebat ei. Triſtitia er-
gò cum ſit de proprio malo, ſicut & do-
lor, in tantum aliquis de miſeria aliena con
triſtatur, aut dolet, in quantum miſeriam
Triſtitia. alienam apprehendit vt ſuam. Hoc autem
contingit dupliciter, aut ſecundùm vnio-
nem affectus, quod fit per amorem: quia
enim amans reputat amicum tanquam ſe-
ipſum, malum ipſius reputat ſuum malum:
& ita dolet de malo amici, ſicut de ſuo. Vn
9. *Ethi.* 4. de Ariſtoteles inter alia amicabilia con-
numerat condolere amico. Et Apoſtolus
*Roma.*12. gaudere cum gaudentibus, & flere cum
flentibus. Alio modo miſeremur ſecun-
dum vnionem realem: vtpote cum malum
2.*Rethor.* aliorum propinquum eſt, vt ab illis in nos
tranſeat. Et ideo dixit philoſophus, quòd
homines miſerentur ſuper illos, qui ſunt il-
lis coniuncti, & ſimiles: quia per hoc fit eis
Fœlices mi nus miſericordes unde. æſtimatio, quòd ipſi poſsint etiam ſimilia
mala pati. Vnde illi qui reputant ſe eſſe
fœlices, & valde potentes, vnde nihil ma-
li putant poſſe pati, non ita commiſeren-
tur. Secundùm ergo priorem modum per
affectus vnionem, quæ fit per amorem,
NOTA. Dominus Ieſus ſecundùm humanitatem
miſericors dicendus eſt.. Valde enim di-
ligebat nos: & malum noſtrum tãquam ſuũ
*Pſalm.*21. reputabat. Adeò quod delicta noſtra vt
propria profitetur. Multa valde patieban-
tur turbæ illæ, laſſi erant ex itinere, inedia
& fame contriſtabantur: infirmi multi erãt
inter illos: Opus habebant doctrina. Su-
per hęc omnia miſertus eſt dominus Ieſus,
Quia erant ſicut oues non habentes paſtorem, &
*Cap.*14. *cœpit illos docere multa.* Neque Matthæus
*Cap.*9. neque Lucas, neque Marcus in indiuiduo,

aut in ſpecie deſcribunt doctrinam hanc
iſtis turbis à domino propoſitã. Sed vterq;
illorum curationem infirmorum, & langui-
dorum commemorant, ſed ſanctus Lucas
de regno Dei docuiſſe, ſcribit: Et loque-
batur illis de regno Dei. Obſerua quod
verbum de regno Dei proponit ante cura-
tionem languidorum. Quæ duo exponen-
da nobis ſunt: Exiſtimo cùm ſacer Euan-
geliſta inquit, Docebat de regno Dei, duo
in verbo hoc inuolui, & quod docebat de
via ad regnum, pœnitentiam ſcilicet, & ex-
ponebat quàm magna ſit gloria domus do-
mini, & ingens locus poſſeſsionis eius, quã-
ta ſublimitas & lætitia præparata ſint iu-
ſtis & pœnitentibus. Hæc duo valde neceſ-
ſaria ſunt populo domini: vt à præſentibus
delitijs abſtineat, & ad ſupernam patriam
feſtinet. Sint ergo in ore prædicatoris ver- *prædicator*
ba de regno Dei, ſicut in ore Ioſue & Ca- *Nume.*13.
leph verba fuerunt de abundantia terræ
promiſſæ Abrahæ. Doceat de ſuperna bea
titudine, & de vera pœnitentia diſputet: hęc
ſublimiora ſunt, quàm ſanitas corporis, vel
cibus eiuſdem. Priori ergo loco reponenda
ſunt, & quærenda ſicut dominus docet.
D Primo omnium de regno Dei agit, dein-
de curat languidos: tertio ſaturitatem ci-
borum concedit famelicis: qui verbo do-
cuit: Quærite primò regnum Dei, opere
demonſtrauit, & compleuit. Congruus or
do, & ſecundum naturam ab omnibus ſa-
pientibus obſeruãdus: vt primò quæras re-
gnum Dei, ac deinde quæ corpori neceſſa-
ria ſint. Sublimiori naturæ in primis con-
ſulendum eſt: ac ſecundo loco ei quæ humi
lior ac vilior eſt. Propter hoc ſapiẽtiſsimus
Eccleſiaſticus dicebat: Fili miſerere animæ
tuæ placens Deo. Tanquam duas ſubſtan- *Cap.*30.
tias corpus & animam, conſiderabat, cum
dicebat, miſerere animæ tuæ: Miſericor-
dia enim ad alterum eſt. Ab anima ergo, &
ab illis quæ ei conueniunt, incipiendum
eſt. Quid enim prodeſt homini ſi vniuer- *Matth.*16
ſum mundum lucretur, animæ vero ſuę de-
trimẽtum patiatur? Vtrumq; perdet Deus,
& animam & corpus hominis nequam in
iudicio. Sed cùm principalior ſit anima,
de illa diſputauit. Iam autem completur
quod Paulus Apoſtolus prophetauit: A 2. *Timot.*
veritate auditum auertent, & ad fabulas *cap.* 4.
conuertentur, & vani facti ſunt, in loque-
lis, & ſermonib⁹ ſuis: Sed vir ille qui celeſtẽ
philo-

philoſophiã docebat Dauid, dicebat. Nar- A
rauerunt mihi iniqui fabulationes, ſed non
vt lex tua. Væ illis qui velamen habẽtes ſu
per oculos cordis ſui p:iſsimi fabulas libẽti
animo audiũt, & à verbo regni Dei, auditũ
auertunt. In hac miſera ſorte ſunt filij prin-
cipũ, & magnatorũ à primo lacte ex ore ſec
Prou. 1. c. uorũ ſuorum. Vſq; quo paruuli diligitis in-
fantiam, & ſtulti, ea quæ ſibi ſunt noxia cu-
pient, & imprudentes odibunt ſcientiam?
Conuertimini ad correctionẽ meã. En pro-
feram vobis ſpiritum meum, & oſtendã vo
bis verba mea. Quærite primò regnũ Dei,
& à filio eius IeſuChriſto ſuſcipite illius do
ctrinam, & ſermonem. *Et cùm iam hora multa
fieret, acceſſerunt diſcipuli eius dicẽtes: Deſertus
eſt locus hic. & iam hora præterijt: dimitte illos,
ut euntes in proximas uillas & uicos emant ſibi
cibos quos mãducẽt.* Beatus Lucas clarius hũc
locum tradit. Dies autem cæperat declina-
re: eũ ſcilicet ſol iam ad occaſum vergeret,
& factum eſſet veſper. Vide vſque ad quam
horam ſuſtinẽt dominum Ieſum, de regno
Dei docentem, & quantus labor adfuit tũc
domino, qui vſq; ad veſperum non tacuit, lo
quens de regno Dei. Habẽt populi magnã
doctrinã, & vnde erubeſcant, qui nec ad ho
ram cõciones ac magiſtros eccleſiaſticos ſu-
ſtinẽt. Væ illis qui vanitatẽ ſequẽtes & vm
brã, ad lucẽ, & ſanctimoniã nõ perueniũt. B
Cap. 3. Audi de re hac Baruch prophetã domini,
Dereliquiſti fontem ſapientiæ. Nam ſi in
via Dei ambulaſſes, habitaſſes vtiq; in pace
ſuper terram. Diſce vbi ſit prudentia, vbi ſit
virtus, vbi ſit intellectus, vt ſcias ſimul vbi
ſit lõgiturnitas vitæ, & victus, & lumen, &
pax. In doctrina Chriſti de regno Dei do
cẽtis vſque ad veſperũ bona illa inueniun-
tur, nõ in plateis ciuitatis, de quibus nõ de-
Pſal. 54. ficit vſura & dolus. Nõ in aulis principum,
qui ad inferos deſcenderũt, & alij loco eorũ
Ibi. Baru. ſurrexerunt. Inter ſigna prædeſtinationis
ſacri magiſtri tradiderũt gaudiũ, in audien
dis diuinis verbis. Sed doctrina hæc aut hu-
iuſmodi increpatio non conuenit magnati-
bus, qui magiſtro non indigent, aut ferula:
cum cõpoſitiſsimi ſint eorum mores. & in-
Ironia. uiolabilis apud eos iuſtitia, honorabilis ve-
ritas: cum cibi & potus parcitas colatur ab
eis: proximus integerrimus, & honor illius:
odio eſt illis auaritia, ſuperbiam deteſtãtur:
colunt pietatem in Deum, & proximum.
Locutus eſt dominus ad Ezech: Tu autem
Cap. 2. fili hominis, audi quæcunq; loquar ad te, &

noli eſſe exaſperans, ſicut domus exaſpe-
ratrix eſt. Aperi os tuum & comede, quæ
cunque ego do tibi. Et vidi, & ecce manus
miſſa ad me, in qua erat inuolutus liber, &c.
Et ſcriptæ erant in eo lamentationes & car
men, & væ. Oportet vt comedat hunc li-
brũ Euãgelicus orator, cum ad hos pios & *Pro magna-*
iuſtos diſponit agere ſermonẽ: ita quòd ni- *natib⁹ præ*
hil iocundum & ſuaue coram eis loquatur, *dicatio qua*
aut raro, & appoſito ſemper timore domi- *lis.*
ni. Carmen lugubre ſermo eius ſit, aduerſus
vanam eorũ lætitiã: lamentationes intonet,
vt deterreat ſtultam eorũ ſecuritatem. Væ 1. Theſ. 5.
dicat in magna vocis amaritudine, vt ſic re-
ſipiſcant à laqueis diaboli à quo captiui te-
nentur ad ipſius voluntatem. Igitur vſq; ad
occaſum ſolis, & dominus prædicat, & po-
puli audiũt, etiam ſi corporalis cibus eis de-
eſſet. *Dimitte illos.* Ecce curam diſcipulorũ
erga illas turbas: & forſan pro magiſtro lõ-
ge ſolicitiores erant. Vnde latenter (vt mi-
hi videtur) quærunt magiſtro horam, & tẽ-
pus ad refectionem, quem viderunt obnixè
laboraſſe illa die. Qui enim ad meridiem in Io. 4.
Samaria dicebant: Rabi manduca: nunc ad
veſperam, quare non deſiderarent tempus
refectioni aptum laſſo magiſtro? Cùm ergo
inquiunt, Dimitte illos, omnium & magi-
ſtri mediæ conſulunt. *Emant ſibi cibos.* Non
B dicunt emant nobis, aut tibi dno noſtro, qui
pro ſalute eorũ diu multumque laboris im-
pendiſti: & dignus eſt operarius cibo ſuo.
Nullum horum inquiunt, ſed emant ſibi ci
bos, quos manducent. Ipſi ſibi, non tu, aut
nos diſcipuli tui. Nos pro te & familia tua
panes & piſces aliquot habemus. Quæ ſibi
ſufficere iudicabant, cum indiuidui comi-
tes parſimoniæ eſſent. Nihil ergo ab iſtis
turbis quærebant. Habes exemplum præ- *Prædica-*
dicator: cum cibus & potus tibi adeſt, no- *tor.*
li quærere alia bona à populis, vt ſic lucrifa
cias animas eorum Chriſto. Habes magnũ
exemplum in Apoſtolo Paulo: Ad ea quæ
mihi erant neceſſaria miniſtrauerunt ma- 1. Cor. 4.
nus iſtę, & his qui mecum erant. Non quę-
rimus veſtra, ſed vos. Obſeruãdus locus pro
noſtris prędicatoribus. Sed vigilet populus 1. Theſ. 2.
in eorum honore, & reuerentia, vigilet in vi
ctu quotidiano pro eorum ſuſtẽtatione. Il- & 2. Theſ. 3.
la enim ſupererogationis ſunt. *Reſpondens* Actor. 20.
ait illis. Date illis manducare. Nũquid neſcie- 2. Cor. 12
bat ſacratiſsimus Magiſter quod apoſtolis
deficiebant pro tanta multitudine panes?
Quid ergo inquit ad illos? Date illis man-

 ducare.

ducare. Nunquid ad conceſſam auctoritatē faciẽdorum miraculorum hoc verbum referendum eſt, ita quod velit magiſter dicere diſcipulis: Date vos illis manducare, ædito miraculo ſuper panes & piſces quos habetis? Mihi videtur nullum apoſtolorum in præſentia magiſtri, & ſaluatoris, neq; docuiſſe publicè, neq; feciſſe aliquod miraculum. Nō luceut ſtellæ in cōſpectu ſolis. Cū ergo inquit ad diſcipulos: Date illis manducare, duo intēdit, in altero prouocat apoſtolos ad fractionē panis: vt illis teſtātibus non habere quod ſufficiat, magnitudo ſigni innoteſcat: inſinuatq; ꝙ quotidie per eos ieiuna corda erāt paſcēda, cùm eorum exēplis, vel verbis, ad amanda cæleſtia ſuſcitemur. Adde quod in apoſtolis pauperculis, iā inſtituebat grāde præceptū eorum ſucceſſoribus, qui ad pinguiſſimā fortunam, ex decimis & oblationibus piorum principū & aliorum chriſtianorū aſcendebāt in proximo, vt pauperibus & egentibus darēt mãducare. De quo iā ſupra. Audiāt ergo hanc vocē prælati eccleſiæ ab ore dñi Ieſu. Date illis mãducare. Nō inquit: Inſtituite primogenituras, ædificate ſuperbas domos, quod valde familiare eſt hiſce tēporibus, & obſcurat decus, & lumen eccleſiaſtici ſtatus. Iudicet eccleſia de re hac, quę eſt columna veritatis. Video neſcio quos magiſtros aliter docere, quàm Vrbanus papa, aut Felix iudicarent: de quibus iam ſupra. *Date illis mãducare.* Vos ſpiritualem cibum in doctrinā, ſucceſſores veſtri vtrunque ſpiritualem & corporalem. *Et dixerunt ei. Euntes emamus ducentis denariis panes, & dabimus illis mãducare.* Pro concordia Marci & Ioannis dic clarius, quod beatus Ioannes reſponſum ſcripſit Philippi. Noſter euangeliſta cæterorū apoſtolorū. Vnde cū beatus Philippus dixiſſet, Ducentorum denatiorum, &c. huic ſententiæ ſubſcribētes cæteri Apoſtoli, dixerunt quod in Marco ſcriptum eſt. In qua reſpōſione potius impoſſibilitatem, quàm denariorum ſufficientiam demonſtrant. Ac ſi dicerent: Etiā ſi adſit nobis deſiderium, lōgè tamē abeſt facultas, cùm certe pauperes ſimus. *Et dixit eis: Quot panes habetis? Ite & uidete.* Haud neſciēs interrogat (ſciebat quidem quot panes habebant, & quid eſſet facturus, ſicut teſtatur beatus Ioānes Euangeliſta) ſed vt exiguitas panis cōprobetur, & magnitudo miraculi clarior appareat. Ite & videte, inquit, quia licet ſcire poſſent quot

Apoſtoli coram chriſto nec prædicauerunt nec fecerūt miracula.

Epiſcopis præceptum præſcriptū à Chriſto.

Capi. 6. a Conſenſus Ioannis & Marci.

Cap. 6.

C panes ſecum detulerint, ab illa hora cuſtos illorū, aut vnū, aut duos poterat diſtribuiſſe: vnde nō eſſet ex omni parte certa reſpōſio Apoſtolorū. Bene ergo inquit ad illos: Ite & videte. Hāc certitudinē habeat qui in teſtimoniū miraculorū adducitur: habeat inquam de infirmitate infirmi, qui per miraculum dicitur conualuiſſe, ite & videte. Non ſufficit qui audiuit, ſed qui vidit. Hanc certitudinem requirat iudex, cum cauſam ſanguinis audit, aduerſus proximum ſuum. Quærat inquam teſtes, qui viderint, non ſolum qui audierint. Cùm tanta ſit impiorum hominum malitia noſtris his calamitoſiſſimis temporibus, vt in aures aliquorum inſurrent, & ſpargant obſcuram famam, contra proximum ſuum, quem odio proſequuntur: & ipſi præſentantur in teſtes ex auditu. Væ illis. Videant principes ſæculares, nunquid vtilia ſint ſtatuta, quæ decernunt contra illos, quos ſola fama commaculauit. Vnde verbum illorum eſt, qui nec ſint, nec habeantur. Haberi poſſunt multi nobiles, vt obſcuri ex ſola inimicorum inuidia & odio, ſicut diximus. Quod oculis noſtris vidimus hiſce diebus. Quidam enim diaboli

D filius aduerſus quendam virum probum & iuſtum, dixit coram multis falſum teſtimonium: de quo cum argueretur, & retractaret ſententiam, admonitus ab amico cur magnum crimen commiſerit, de quo oporteret ad ſalutem recātare palinodiam, reſpondit: Faciam, ſaltem iam dictum erit, & inter multos fama hæc propagata eſt in poſterum. Videant ergo principes in expo natur periculo ſui regni nobilitas in verbo illo, neque habeantur. Philo tradit ex quodā ſapiente teſtes oculares integrę fidei eſſe. Aures minus fidei habent, quàm oculi. Nam oculi rebus ipſis interueniunt & contrectant quodammodo negotia, totaque percipiunt adiuuante luce per quam illuſtrantur, deprehenduntque omnia. Aures autem non ſic, vt quibus cum rebus ipſis non ſit commercium, ſed cum ſermonibus rerum interpretibus, non ſemper veritatem ſeruantibus. Vnde quidam ex legiſlatoribus Græcorum, tāquam legis caput aſſumpſerunt, & interdixerunt, ne ex auditu feratur teſtimonium. Quæ quis videt certa iudicanda ſint, quæ verò audit, non perinde firmæ fidei. Cum legis, ex auditu, per famam, & aliorum narrationem intellige

Miraculorum teſtes.

Teſtes qui deſiderandi à iudicibus.

Statuta ſecularium principum.

telligę. Tunc quidem minoris fidei eſt. Cum autem ab ore alterius verbum audiuimus, teſtimonium fidele erit. Rerum ergo geſtarum enarratio minus digna fidei eſt, quàm quod oculis cernitur. *Ite & uidete.* Ad decernendam pœnam contra proximum, tales teſtes deſiderat lex naturalis, qui viderint. Vnde Dauid cum audiſſet ab ore Amalechitæ, quòd mortuus eſſet Saul & Ionathas, prudenter interrogauit. Vnde ſcis quod mortuus eſt Saul & Ionathas filius eius? Ac ſi diceret. Nunquid fama tantùm ad te rem hanc detulit, an vero oculis tuis vidiſti? Sed aliquando teſtes ex auditu ſufficiunt cum ſuis circunſtantijs, quæ annotantur in iure. Denique dominus dixit diſcipulis Ioannis: Dicite Ioãni, quæ audiſtis, & vidiſtis. *Et cum cognouiſſent, dicũt: quinque & duos piſces.* De panibus erat interrogatio, & inquiſitio Chriſti ab apoſtolis: ipſi vero & de piſcibus renuntiant: & videntur liberali animo offerre illos pro turbarum cibo. Sed obſerua, quomodo nihil aliud faciunt apoſtoli, quàm quod magiſter iubet. Nõ adducunt illos ſine mandato. De hoc manifeſtum teſtimonium habes in Matthæo. Afferte mihi illos huc. Vide ergo humilis obedientiæ pulchram imaginem: Nihil ſuo iudicio, aut voluntate faciunt apoſtoli: ad omnia beneplacitũ magiſtri deſiderãt, & expectant. Forſan iam ſenſerant quid vellet rex cæleſtis facere, cum de piſcibus renuntiant: & in piſcibus etiam clarificationem operis diuini intendebant. Habes pro hac ſentẽtia, quod vno ex tribus modis conſulendum erat tot hominum inediæ, & neceſsitati vrgenti: aut eũtibus ad villas proximas ſingulis eorũ, ad emẽdos cibos, aut apoſtolis apponẽtibus panes corã eis. Vtrunq; excluſum eſt: aut certè per miraculũ: & hoc nõ ab apoſtolis ęditum, quod mihi placet. Reliquũ ergo erat, vt miraculũ fieret à Chriſto: quod iã ſenſerant apoſtoli, cũ audiunt: Adducite illos ad me. Optimum ergo, & omni laude digniſsimũ deſideriũ, quod in ſublimiorẽ glorificationẽ Ieſu Chriſti dñi noſtri fertur. De quo habes in vniuerſa ſcriptura mandatum. Audi eccleſiaſticũ orantẽ: Innoua ſigna, immuta mirabilia: glorifica manum & brachium dextrum. Audi dominum Ieſum docẽtem nos orare. Pater noſter qui es in cęlis ſanctificetur nomen tuum. Audi apoſtolum: Glorificate & portate Deum in corpore veſtro.

2. Reg. 1.

Cap. præterea de teſtibus. & glo. ibi. Hoſtiẽ. cum exẽplo de quodam. Panorm. in cap. ex literis.

1. Ioan. 1.

Capit. 14.

Obediẽtiæ imago.

Apoſtolorum deſiderium pro glorificatione ampliori Chriſti.

Cap. 3.

Matth. 6.

1. Cor. 6.

A Et dominus Ieſus ait, Videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum qui in cælis eſt. Si liceret conſiderationem hãc vſq; ad ſuã perfectiõẽ deducere, mihi quidem gratũ, & tibi iucũdum ſatis eſſet. Quis vel angelus Dei de cælo, quis vel Cherub, vel Seraph, rationẽ glorificãdi dñm Ieſum, ſatis edocebit? Nõ mihi ſermo eſt de ſua cum patre diuinitate, maieſtate, & gloria. Taceo eius omnipotẽtiã, prouidẽtiã eius erga nos & noſtra, quæ potẽti manu creauit. Taceo qđ de nihilo cũcta cõdita ſunt ab ipſo ſiue throni, ſiue dñationes, ſiue poteſtates. Vnũ hoc inculcat mẽs mea, & præ admiratione magnæ dignationis deficit, ꝙ mortuus eſt in cruce ꝓpter nos hoĩes, & propter noſtrã ſalutẽ. Hoc vnũ non ceſſat recogitare mens ſapiẽtis, quod ſuſtinuit dominus Ieſus mortem crucis & confuſionem, & opprobriũ illius. Quis ſatis pro ſummo hoc beneficio aliquando reddidit? Non Petrus, non Paulus, non omnes martyres; &c. Quis rationem tanti beneficij explicuit? Quis vnquam pio ac religioſo animo de illo excogitauit, & non ſoluta eſt mens eius præ lachrymis? Quis ſatis glorificauit te domine Ieſu? Quis ſatis nominis tui gloriam quæſiuit? verè beata mens quæ hoc tantum ſitiens, & ardens præ deſiderio te glorificat,
B te honorat. *Et duos piſces.* inquiunt Apoſtoli, vt etiam in illis glorificeris, vt etiam in illis, te dominum, & vniuerſorum dominatorem cõprobes. Satis ſolummodò eſt ſanctorum deſiderio, quod ad dexteram patris ſedes in excelſis, concelebrantibus cunctis angelorum choris tui nominis laudes, hymnos, cãtica, honorem, gloriam, & benedictionem. Dignus eſt agnus qui occiſus eſt accipere virtutem & diuinitatẽ, gloriam, & honorem, & benedictionem. &c. Satis eſt deſiderio ſanctorum quòd in maieſtate, & omnipotentia, & gloria venturus es ad iudicãdum vniuerſum mundum, vbi curuabitur ante te omne genu, & iurabit omnis lingua, & confitebitur. *Et præcepit illis, ut accumbere facerent homines ſecundum contubernia, ſuper uiride fenũ. Et diſcubuerũt in partes per centos & quinquagenos.* Ordinẽ in omnibus ſeruat, & cõfuſionem turbarum reijcit. Centenos & quinquagenos faciunt diſcumbere illos homines Apoſtoli: cùm ad tantum opus pręſto non eſſent amplius quã quinq; panes, & piſces duo. Ipſe enim ſciebat quid eſſet facturus. Qui enim vo-

Matth. 5.

Glorificandi Chriſti ratio.

Apoc. c. 5.

Eſai. 41.

Roman. 4. Bar. 3.

cat ea, quæ non ſunt, tanquam ea quæ ſunt: & diſcunt ei, Ecce ad ſumus, etiam cũ quinque panibus, & duobus piſcibus, præcipit quinque millia diſcumbere per conuiuia. Neque aliquis Apoſtolorum iam quærit, vnde poſsit ingens illa multitudo ſaturari in deſerto. Iam omnipotentiam ſentiunt Saluatoris, cum imperat per contubernia homines diſcumbere. Huc dirigit oculos ſuos fides, in voluntatem, & omnipotentiam creatoris: quos claudit, nec conſiderat panis exiguitatem. *Et diſcubuerunt in partes per centos, & quinquagenos, & acceptis quinque panibus, & duobus piſcibus intuens in cælum benedixit, & fregit panes, & dedit diſcipulis ſuis, ut ponerent ante eos, & duos piſces diuiſit omnibus.* Ordinem diſcumbentium deſcribit beatus Marcus tripliciter, primo à diſiunctione locorum per diuerſas areolas, hoc eſt, per diuerſas partes prati. Vbi fœnũ viride erat, quaſi proprijs ſulcis diſiunctũ, quemadmodum areolæ hortorũ diſtinguũtur ſulcis. Secundò à diuerſitate conuiuiorum: hoc eſt quod erant diſtincti quaſi per diuerſas menſas: vtpote ſinguli de vna ciuitate, aut vico, aut villa in ſuo cõuiuio ſedebant, ab alijs diſcreti aliquantulum. Deſcribit tertiò ordinem in diuerſitate numeri; quod aliqua pars menſæ aut prati erat capax centum, & alia quinquaginta: vel potiùs, quòd ad hoc cõuiuiam cẽtum colligebantur, & ad illud quinquaginta. *Intuens in cælũ.* Ecce moralis doctrinæ exemplũ etiã illis quibus non conuenit, aut datur miraculi poteſtas, vt in omnibus donis ac beneficijs, quę de manu liberali & magnifica altiſſimi tibi conceduntur, ſiue in quotidiano cibo & potu reddas laudes benefactori tuo Deo. Auiculæ ad fontes aquæ deſcendẽtes, indeq; potum capientes quantũ ſibi ſat eſt, roſtrum & oculos in cælum dirigunt, quaſi ad auctorem ſuum in gratiarum actionem, & laudem, pro accepto beneficio. De quo infra. *Benedixit & fregit panes*, Benedictione domini, mortua grana ſeminis in ſinu terræ vſq; ad fructum centeſsimum aſcendunt & multiplicantur. Benedictione omnipotentis Dei piſces maris in immenſum numerum multiplicati ſunt, & repleuerunt aquas eius, & abyſſum. De quo ſanctus propheta: Illic reptilia quorum nõ eſt, numerus. Et in creatione eorũ, dominus ad illos: Replete aquas maris, creſcite & multiplicamini. Sed multiplicationem hanc perficit aſsidua ac

Quod prædictũ iã fuerat in ore Sybillæ: ſicut refert Lactan. 4. lib. de uera ſapiẽtia, In panib⁹ quinque & duobus piſcib⁹, uirorũ quinque millia in deſerto ſatiauit. Et relicta ſumens fragmenta omnia, duodecim impleuit cophinos, in ſpẽ multorum.

Gratitudo in beneficijs.

Benedictio Dei.

Pſal. 103. Geneſ. 1.

noua generatio. Illam verò de qua ſanctus Euangeliſta agit, aut per nouã materiæ creationem, aut certè ex additione præiacentis (quod magis placet) cõſummatã eſſe nõ dubito. Stultiſsimũ enim eſt quod aliquid fiat mai⁹ ſine rarefactione materiæ, aut additione alterius. Sed primũ non contigit in præſentiarum, ſicut in cera videtur coram igne, aut ſole ardenti. Sic enim quinque panes & duo piſces rareficri nõ potuerũt, vſq; ad ſaturitatem quinque mille hominum. Fuit ergo additio præiacentis materiæ mirabili ac ſecretiori virtute Chriſti perfecta: & ſic in manu eius primo omniũ panes multiplicabantur, cùm frangeret eos, adeò abundãter, vt ſufficerent pro quinque millibus hominum. Vbi nota quòd non multiplicabat panes integros, ſed cum frangeret eos. Frange & tu eſuriẽti panem tuum, & dominus multiplicabit illud, & redũdabunt horrea tua. Vides quã operatrix eſt benedictio dñi? Vides quã potẽs, & liberalis eſt Saluator? Sibi nõ ſupereſt ſporta, aut cophinus fragmẽtorũ: tãtũ cophini duodecim ſuperſunt, iuxta numerũ duodecim apoſtolorũ. Ecce rationẽ liberalitatis perfectę: vbi alius perficitur & nihil propriũ quęritur. Ego autẽ in ſaturitate turbarũ, conuiuantiũ ſuper pratũ viride, & amœnũ, in duodecim cophinis plenis fragmẽtorũ panis & piſciũ, gloriam ſanctorum intueor in cæleſti patria, & ſuperna beatitudine. Vbi ordinem, diſtinctionem, gradus, contubernia diuerſarum familiarũ, id eſt meritorum, & diuerſas coronas ſanctorũ videbim⁹, & ſupra omnes illos, ſacratiſsimos apoſtolos Chriſti. Illi quidẽ vſque ad ſatietatẽ beatificantur: habet enim quilibet beatus quicquid vult, & nihil mali vult. Sed Apoſtoli ſupra cunctos, qui panem doctrinæ vbiq; gentium & terrarum diſtribuerunt, & plantauerunt Eccleſiam ſanguine ſuo. Vnde in ſignificationem ſuperabũdantis gloriæ ſuę duodecim ſportas ſeu cophinos collegerunt. Multo amplius eſt, quod ſportam implet, quam quod vẽtrem: in quo ſublimiorem mercedem Apoſtolorum intellige. *Intuẽs in cælũ benedixit & fregit panes.* Singula verba ſunt exponẽda. Cõſecraturus beatum calicem in ſacra menſa, in cælum eleuauit oculos, ſuſcitaturusque Lazarum, & oraturus in die palmarũ ſimiliter. In quo declarat quòd verè miſſus eſſet à patre, nõ contrarius illi, aut oppoſitus. Quod argumentũ elegãter abſoluit beatus Irenęus

Panũ multiplicatio quomodo.

D

Beatitudo ſanctorum.

Apoſtoli ſublimiores cunctis ſanctis:

Intuens Chriſt⁹ in cælũ ſignificationẽ magnam exhibet.

Irenæus lib.3.c.30 Irenæus contra Valentinum: Non enim eſt
contrarius filius patri ſuo, qui miſit illum in
mundum: in quem reſpicit, cum opus ma-
gnæ poteſtatis intendit ædere. Ab illo erat,
& ideò in cælum intuetur: vbi regni eius ſe-
des demonſtrabatur. *Intendens in cælum, be-
nedixit.* Vt oſtendat quòd à patre luminum
omnis benedictio deſcendit: cuius filius cō-
probatur, in habitaculum ſuæ diuinitatis
intuens, cùm vult benedicere panes. Non
ergo illi contrarius: imò ſecundùm diuinā
ſuam naturam, idem illud quod pater eſt,
cùm vnum ſint: & alius in perſona, & ſecun
Philip.2. dum humanitatem illi vniuerſorum patri
ſubditus, & obediens vſque ad mortē cru-
cis. In cælum itaque intuetur, vt doceat fu-
gere omnem inanem & vanam gloriam, in
magnis operibus: ac ſi in patrem referret
opus, quod iam diſponebat perficere: & di
gito oſtenderet, quem deberent turbæ ma-
gnificare & laudare, nimirùm patrē omni-
potentem: quam clarificationem in cunctis
operibus ſuis intendebat, ſicut in cœna lo-
Ioan.17. cutus eſt: Ego te clarificaui ſuper terram,
& manifeſtaui nomen tuum hominibus.
Hæc intendit docere, cùm in cælum intue-
tur, daturus magnum ſuæ diuinitatis, & om
nipotentiæ ſignum. Refer ergo in Deum
patrem, quæcunque bona habes, & quæ-
cunq; magna feceris. Non tibi arroges, aut
Conuiuia quomodo inſequēda. aſcribas virtutes, & opera tua. Docet etiam
ſaluator cunctos, qui ad cōuiuia conueniūt,
& ad menſam communem ſedent quotidie,
ne effundant animam ſuam ſuper cibos &
vina: ſed in auctorem omnium bonorum
reſpiciant, vt cum parcitate cibi & potus,
in gratiarum actione bibant, & manducēt.
Quàm procul ab hac menſa gula & ebrie-
Cap.31. tas, loquacitas, periurium, &c. De modeſtia
ad menſam ſeruanda docet Eccleſiaſticus
regulas vrbaniſſimas: Super mēſam magnā
ſediſti? Non aperias ſuper illam faucē tuam
prior. Ne extendas manum tuam prior, &
inuidia contaminatus erubeſcas: vtere quaſi
homo frugi his quæ tibi apponuntur, vt nō
cùm manducas multùm, odio habearis.
Ceſſa prior cauſa diſciplinæ: & noli nimius
eſſe, ne fortè offendas. Et ſi in medio mul-
torum ſediſti, prior illis ne extendas manū
Menſæ benedictio religioſorum tuā, nec prior poſcas bibere. Vigilia & cho
lera, & tortura viro infrunito, &c. Bene qui-
dem religioſi viri in benedictione menſæ
ſapientia prophetæ vtuntur: Oculi omniū
in te ſperant domine, & tu das illis eſcam

A in tēpore opportuno. Tu das, inquit pro-
pheta: Etiam ſi diu inſudaſti, & laborem ma
gnum ſubtinuiſti pro cibo tuæ menſæ, do-
minus tamen dat illum tibi. Neque qui plā *1.Cor.3.*
tat, neque qui rigat, eſt aliquid: ſed qui in-
crementum dat Deus. Ab illo accepiſti. In-
tuere ergo in cælum in menſa tua: recogita
diuinam erga te curam, & liberalitatem, &
gratias age. Et ipſe dominus Ieſus cum di- *Mat.26.*
ſcipulis poſt cœnam dicto hymno, exijt in *Mar.14.*
montem oliuarum: laus Dei cum cātico eſt
hymnus. Non pro magnatibus & potenti- *Ironia.*
bus hæc ſcripta ſunt, quibus altiſſimus om-
nia debet, cibos, potum, veſtes precioſas, do
mos ſuperbas, villas munitiſſimas, ſeruos fi-
deles, & vigiles, &c. qui ad menſem ſedēt,
vt beſtiæ campi ad præſepium, & velut pe
cora inſipientia, qui de menſa deſpumantes
vina aſſurgunt, ebrietatem halitu, ſudore, &
ſiccitate oris demonſtrantes. Væ illis, &
menſæ eorum. Væ qui potentes eſtis ad *Eſai.5.*
ſectandam ebrietatem, & ad bibendum vi-
num defęcatum. Vę qui bibitis vinum ad
ſonitum fiſtulæ. Non intuentur in cælum:
ſed oculos ſuos ſtatuerunt declinare in ter-
ram: ibi eorum mens & ſenſus omnes. *In-*
B *tuens in cælum benedixit.* Inde omnis benedi-
ctio ſpiritualis & carnalis. De hac Iſaac Ia- *Gen.27.*
cob filio ſuo: Det tibi Deus de rore cæli, &
de pinguedine terre abundantiam frumen-
ti, vini & olei. De illa Paulus Apoſtolus: *Epheſ.1.*
Benedictus Deus, & pater domini noſtri
Ieſu Chriſti, qui benedixit nos in omni ſpi
rituali benedictione, in cæleſtibus in Chri-
ſto. Vnde iudex in vltima die dicturus eſt
ſanctis: Venite benedicti patris mei. Non *Matt.25.*
tamen dicet reprobis: Ite maledicti patris
mei. Neminem perdit Dei maledictio: ſed
proprium delictum vnumquemque exulē
faciet a regno. Sint ergo oculi tui intuen-
tes in cælum: vnde à patre luminum, & mi-
ſericordiarum exora ſpiritualem benedi-
ctionem in Chriſto: per quam audias, Ve-
nite, &c. Sint oculi tui intuentes in cælū, *Phil.3.*
vt dicere poſsis cum Paulo: Noſtra conuer-
ſatio in cælis eſt, &c. *Benedixit.* Ne intelli- *Benedictiones à Chriſto quomodo fiebant.*
gas ſigno crucis benedixiſſe, aut hos panes
conſecraſſe, ſicut nec illū, quē in cœna con
ſecrauit. Nondum erat facta crux character
benedictionis, & ſanctificationis, ſicut nūc
eſt, cùm ipſam piiſsimus redemptor, ſuo ſa- *crux Chriſti.*
cratiſsimo ſanguine, tanquàm regia purpu-
ra decorauit, & ſanctificauit. Iam nunc om-
nia cruce Chriſti purgantur, ſanctificātur,

De conſecratione diſtinctione 5. ca. numquid.

& conſecrantur. Cùm ergo inquit, Benedi-
xit, aut aliquod ſignum viſibile impreſsit,
ponens manum dextram ſuper panes, ſicut
in alijs miraculis ſæpenumerò vſus eſt: aut
ſecretiori virtute diuinitatis & humanita-
tis, quæ coniunctum inſtrumentum eius
erat, multiplicandi virtutem panibus, & pi-
ſcibus impreſsit, vſque ad ſufficientiã mul-
torum millium hominum. *Et fregit.* In fra-
ctione demonſtrabatur benedictionis effi-
cacia. Non enim integri panes redditi ſunt
maiores in inſtanti, ſed in fractione per au-
gmentationem multiplicabatur quantitas
non numeralis, ſed continua. Vnde de pane
vno tot fragmenta fieri poterant, quòd pro
Hierony. mille hominibus ſufficiebant. Vnde Hie-
ronymus: Frangente domino ſeminariũ fit
ciborum. Si enim fuiſſent integri, nõ in fru-
ſtra dicerpti, nec diuiſi in multiplicem ſege
tem, turbas, & pueros, & fœminas, & tan-
tam multitudinem alere non poterant. *Et
duos piſces diuiſit omnibus.* Paria ſimiliaque
dic de piſcibus. Sed nota quòd & panes &
Matth. 14 piſces tradidit apoſtolis, vt ipſi ſingulis cõ-
uiuijs apponerent. Non enim accedebat ad
illa conuiuia Chriſtus. *Et manducauerunt om-
Omnipotẽtia Chriſti.* *nes, & ſaturati ſunt.* Ecce potentiam Chri-
ſti. In multis argumentis ſuam omnipoten-
tiam demonſtrabat ſaluator, & quòd verè
ille ipſe erat, qui in exordio naſcentis mun-
di cuncta de nihilo creauit. Hoc ſumme eſt
neceſſarium ad propagãdam fidem, crede-
re de domino Ieſu, quod & ſi ex infirmita-
te humanæ carnis, & eſuriuit, & ſitiuit, &
mortuus eſt, tamen ex maieſtatis potentia,
omnipotens credatur, & prædicetur. Neq;
Caro chriſti omnipotens non fuit. enim caro eius obtinuit omnipotentiam,
etiam ſi diuinitati fuerit coniuncta ab ini-
tio ſuę conceptionis: neque diuinitas om-
nipotentiam depoſuit, noſtræ infirmitati
Similitudo copulata: ſicut anima noſtra, & corpus no-
ſtrum: illa quidem, & ſi terreno corpori, &
animali vnitur, non tamen redditur irra-
tionalis, aut diſcernendi vim amittit & fa-
cultatem: neque illud extra ſenſuum ordi-
nem aſcendit, aut eleuatur: ſicut & ignis, &
NOTA *valde.* ferrum. Omnipotentiam igitur intuere in
multiplicatione panis & piſcium, & gra-
Mar. 13. tias age ei, qui aliquando eſuriens non ſibi
Ioan. 19. produxit in ficu groſſos & ſitiens in cruce,
non ſibi potum conceſsit. Pro noſtra autẽ
ſalute ſuam reuelauit potentiam. Mirum er-
go in modum conſideratio omnipoten-
tiæ Chriſti ad noſtram ſalutem conducit.

C Hinc timorem, & tremorem conciliabi-
mus erga legem, & mandata oris eius. De
quo Eſaias: Quieſcite ab homine, cuius *Cap. 2.*
ſpiritus in naribus eius: quoniam excel-
ſus reputatus eſt ipſe. Recogita, O ho-
mo, quòd certè omnipotens eſt, qui vt ve-
rus homo ſpiritum habet in naribus. Hanc *Cap. 1.*
doctrinam habes in ſacra Apocalypſi: Ec-
ce venit in nubibus, & videbit eum om-
nis oculus, & qui eum pupugerunt. Ego
ſum Alpha, &, O, principium & finis,
dicit Dominus Deus, qui erat, & qui eſt,
& qui venturus eſt omnipotens. Propter
hoc omnipotens prædicatur Dominus Ie-
ſus, vt timorem diſcas: & cùm audis ex
ore eius, Diligite inimicos veſtros, &c. *Mat. 5.*
Ego autem dico vobis: ſcias cui reddenda
eſt ratio in magno iudicio, omnipotenti
ſcilicet. Omnipotentem ergo recogita,
quem audis: Diſcite à me, quia mitis ſum, *Matt. 11.*
& humilis corde. Omnipotentiam reco- *Matt. 8.*
gita, & cum Centurione dic: Dic verbo,
& ſanabitur puer meus. Omnipotentiam
eius comproba apud te, & repone, & re-
conde in ſinu tuo, cùm orare decernis, ne-
que hæſitabis: Qui enim hæſitat, ſimilis eſt *Iacob. 1.*
D fluctui maris, qui à vento mouetur & cir-
cumfertur. Non ergo æſtimet homo ille,
quod accipiat aliquid à domino. Habes er-
go ex conſideratione omnipotentiæ Chri-
ſti multa bona: habes timorem & reuerẽn-
tiã, vt non extẽdas manũ tuã ad opus pec-
cati: habes vnde in oratione cõfidas & acci-
pias: Habes vnde ſummis laudibus illũ pro-
ſequaris: qui omnipotentiã ſuam propter te
abſcondit, & multa paſſus eſt. Vnde exiſti- NOTA.
mo, quod nullo vnquã tẽpore erga ſe, & pro ſua
vtilitate vſus eſt ſua omnipotentia dñs Ie-
ſus Chriſtus, præterquàm in ieiunio qua-
draginta dierum: vbi cum eſurijſſet, nõ per *Matt. 4.*
miraculum panem creauit, ſed angelis mi-
niſtrantibus manducauit. Non nobis ſermo *Luc. 4.*
eſt de multiplici repreſsione inimicorum; *Ibidem.*
aut cùm parabant illum præcipitare de ſu-
percilio montis, aut lapidare: vbi tranſiens
per mediũ illorũ ibat. Cùm certè, & in his,
aut ſimilibus ſua omnipotẽtia vſus ſit, pro
bono noſtro ſublimiori illa fecerit, & ad
perficiendã diſpenſationẽ & œconomiã mi-
ſterij incarnationis. Habẽt ergo principes & *Principũ*
potẽtes huiꝰ ſęculi magnã doctrinã in Chri *doctrina.*
ſto, cuius potẽtia pro aliorum vtilitatibus,
multa bona diſpenſabat: vt doceret quomo
do potentia magnatũ debeat ſeruire vtilita-

tibus

tibus paruulorum. Et item vt in ipſum ſpe- A
remus, Chriſtus ſuam propalauit omnipo-
tentiam: non vt vi & iniurijs nos, aut no-
ſtra occuparet, ſicut & iſti faciunt ſæpe nu-
mero. In ſpem ergo puſillorum & pauperũ,
ſuæ potentiæ & diuitiarum faciant demon-
ſtrationem potentes: non ad eorum oppreſ-
ſionem. Poſſunt & debent principes, ſuam
Principũ potentiæ, quomodo demõſtrandæ. magnificare potentiam cum Dei laude pro
ſubditorum correctione, & emendatione,
pro debellanda ſuperbia inimicorum, & re-
primendo conflictu. Pro his quidem hone-
ſta & conducibilis eſt potentiæ demõſtra-
tio, non ad iactantiam & vanam gloriam,
Dan. 4. ſicut ſuperbus ille Nabuchodonoſor: qui
cum ædificaſſet ſuperbiſſimam ciuitatem,
& muros eius ex lapidibus quadratis, & ſe-
ctis, in altitudine cubitorum. 70. gloriaba-
tur quaſi potens in potentia exercitus ſui,
& in gloria quadrigarum ſuarum: ſed fœmi-
næ manus humiliauit illum, & obſcurauit
Iudith. 13. ſplendorem potentiæ eius. Hæc eſt Iudith.
Et dum florens in domo & palatio ſuo glo-
riaretur, & in potẽtia regni ſui, diceret: Nõ-
ne hæc eſt Babylon ciuitas magna, quam
Daniel. 4. ego ædificaui in domum regni, & in robur
fortitudinis meæ, & in gloriã decoris mei? B
Cumq; ſermo adhuc eſſet in ore regis, vox
irruit de cælo, &c. & ex hominibus abie-
ctus eſt, & fœnum vt bos comedit, &c. Sic
confunditur ſuperbiæ iactantia: Et diuitiæ
regis Ezechiæ ductæ ſunt in Babylonem,
propter iactantiam regis. Non ſic docet cæ-
leſtis magiſter, qui omnipotens exiſtẽs, Pe-
Math. 4. tro & Andreæ dicebat: Venite poſt me, fa-
ciam vos fieri piſcatores hominum. Et in
Matt. 26. hora captionis ſuæ ad Petrum: An putas,
quia non poſſum rogare patrem, &c. *Et man-
ducauerunt omnes.* Qui ſunt omnes? Quinque
millia hominum. Quot panes aderãt? Quin-
que: & piſces? duo. Et qua obſecro hora diei
facta ſunt conuiuia? Nunquid ſummo ma-
ne, quando buccella panis ſingulis ſufficie-
bat? Cùm multa hora iam facta eſſet, id eſt,
cùm occidiſſet iam ſol, & ſi dimiſiſſet illos
ieiunos, deficerent in via: quibus omnibus
ſic ſe habentibus, omnes ſaturati ſunt. Ape-
ruit manum ſuam, & impleuit illos cibo &
benedictione. Sed quid miraris? Quid ob-
ſtupeſcis? quaſi non maiora, & ſublimiora
manus eius operetur aſsiduè? Quis paſcit
aues cæli, & piſces maris, & omnia iumenta
in mõtibus? Quis pecora campi, & tot mil-
lia millium hominum, ab ortu ſolis vſque

A ad occaſum? Nonne hic dominus Ieſus? cer-
tè hic eſt, in quem oculi omnium ſperãtes
aſpiciunt, & aperiens manum ſuam, implet
omne animal benedictione. Certè hic eſt,
qui ab exordio originalis mundi vſque ad
diem hanc, per ſingulas generationes paſcit
cunctum genus hominũ. Quia uerus Deus
æternus eſt, & cura eſt illi de nobis. Et tu
inſipiens hæc non veneraris, nec longè ma-
gnificẽtiora reſpicis. Aſsiduitate tibi viluе-
runt: cùm certe, vel quotidianum ortum ſo-
lis, cum magna reuerentia, erga gubernato-
rem omnium, & moderatorem Deum ſuſci-
pere debeas. Vnde cantat propheta: Ordi- *Pſal. 118.*
natione tua perſeuerat dies. Quantùm mi-
rati ſunt homines ſub Ezechia rege, quando
ſol aſcendit in horologio Achaz decem li- *4. Re. 20.*
neis, & retrouerſus eſt? Illudque ſemel actũ
eſt, & obſtupuerunt, cùm certè per tot mil-
lia annorum, nec latum vnguem, hàc vel il-
làc diuertat aliquando ſol, neque hoc mirã-
tur. De quibus Horatius: Hunc ſolẽ & ſtel- *Horatius*
las, & deſcendentia certis tempora momen- *in ſermone*
tis, ſunt qui formidine nulla imbuti expe-
ctent. Quæ & in miraculis ſaluatoris eue-
niunt, aut quando ex quinq; panibus quin- B
que millia hominum paſcit potenti virtu-
te, aut quando mortuum ad vitam reuoca-
uit viuum & integerrimum. Cùm manus
eius per ſingulos annos pauca grana multi-
plicet in tot ſegetes, & mille animas creã-
do infundat in corpora adhuc latentia intra
materna viſcera: quod lõge maius eſt, quàm
mortuum ſuſcitare: qui enim mortuum ex- **NOTA.**
ſuſcitat, quæ extant reunit & coniungit,
quamuis vniuerſæ naturæ pro re hac vires
deſint: qui vero generat hominem Deus,
animã eius creat de nihilo. Hæc diximus,
non ad auferendam reuerentiam, quæ exhi-
betur miraculis Chriſti, cùm digniſsima ſint
honore & timore: ſed vt doceam, & occa-
ſionem præbeam magnificandi dominum
Deum, in cunctis operibus, ab ortu ſolis vſ-
què ad occaſum. Lege caput. 43. lib. Eccleſ.
vbi docet laudare Deum in omnibus mira- *Eccli. 43.*
bilibus ſuis quotidianis. *Et manducauerũt om-
nes, & ſaturati ſunt.* Aduerſus diuites auaros
eſt ſermo hic: quippe qui viſcera ſuper fra-
trem & proximum egentem, & eſurientem
continent, nec buccellam panis, in multa
anguſtia concedunt. Adipem ſuum conclu-
dunt: vbi ſedes eſt miſericordiæ. Aduerſus
quos eſt ſermo domini in ſuo apoſtolo: In
hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam *1. Ioan. 3.*
ille

ille animam ſuam poſuit pro nobis: & nos debemus animas pro fratribus ponere. Qui habuerit ſubſtantiam huius mundi, & viderit fratrem ſuum neceſsitatem habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? Et beatus Iacobus oſtē-
Cap. 2. dere intendens, quomodo fides ſine operibus ſit mortua, cum præſto illi eſſent multa exempla ad comprobationem tanti dogmatis, in operibus miſericordiæ argumentum inſtituit. Quid proderit fratres mei, ſi fidem quis dicat ſe habere, opera autem nō habeat? Nunquid poterit fides ſaluare eū? Frange ergo eſurienti panem tuum. Nun-
Eſa. 58. quid alicui eſurienti panis integer concedendus non eſt? Certe ſic. Quomodo ergo propheta inquit, Frange eſurienti panem tuum? Audi & intellige. Cum dicit, frange eſurienti panem tuum, de illo pane agit, qui
Panis qui frangēdus eſt eſurienti ad cibum tibi conceditur. Etiam hunc panem frange, & porrige eſurienti: & vtrique ſufficit ex charitate. Tunc erumpet quaſi mane lumen tuum, &c. Quòd ſi non potes vel fragmentum minutum egeno concedere, effunde animam tuam ſuper illum, per affectum & compaſsionem: hæc nimirum principem locum oſtendit in miſerationi-
Mat. 25. bus, quam & dominus coronat ad plenum, non tantum in hac vita, ſed etiam in futuro
1. Thim. 4 ſæculo. Pietas ad omnia eſt vtilis: promiſſionem habet huius vitæ, quæ nunc eſt & futuræ. Pietas in loco iſto miſerationem miſerorum ſignificat, ſiue ſpiritualem, ſiue corporalem. Hæc coronatur in ſæculo futuro & præſenti. De quo ſacer Euangeliſta. *Et ſuſtulerunt reliquias fragmentorum duodecim cophinos plenos, & de piſcibus.* Teſtimonium reddunt miraculo duodecim cophini pleni fragmentorum panis & piſcium: confirmātq; quod verè miſericordia coronat cultores ſuos. De hoc habes elegantem hiſtoriam in
3. Reg. 17 libris Regum ſub Elia & vidua Sareptana Sidoniorum: quæ in miſericordia, quam fe-
Miſericordia ditat in hoc ſæculo cultores ſuos. cit cum Elia, ditata eſt oleo & farina vſque in diem, qua dominus dedit pluuiam ſuper faciem terræ. Lege locum illum, & expende ſingula verba viduæ mulieris, & ſacri prophetæ, in quibus latent eximia docu-
Iob. 39. mēta. Et cap. 39. lib. Iob. Vbi miſericordiæ
Iob. ultimo eius deſcribuntur: & cap. vltimum, vbi corona earum ſignificatur, Benedixit dominus nouiſsimis Iob, &c. Teſtimoniū inquam clariſsimum, & omni acceptione dignum perhibebant miraculoſo operi, fragmenta illa multa & magna, & piſcium, & panis. Ex quibus duodecim cophini, vſque ad ſummum repleti ſunt. In teſtimonium Ioſue. 4.
admirabilis operis, quod ſub Ioſue claruit, cùm Iordanis conuerſus eſt retrorſum ad tranſitum arcæ fœderis domini, præcepit
Ioſue filijs Iſrael, vt tollerent de alueo fluuij duodecim lapides: vt ſint (inquit) in ſignum inter vos. Et quādo interrogauerint vos filij veſtri cras dicentes: Quid ſibi volunt lapides iſti? Reſpondebitis eis: Defecerunt aquæ Iordanis ante arcam fœderis domini, &c. *Memoria mirabiliū dñi quam vtilis.* In hunc finem & ſcopum dirigitur intentio ſaluatoris in ſuperabundantia ciborum tanti populi, poſtquam ſaturati ſunt, vt ſcilicet eſſent in monimentum magnifici operis, & in recordationē ipſis apoſtolis per multos dies. Habuerunt nanque ante oculos ſuos apoſtoli panes per aliquot dies quaſi admonitores præteriti operis magiſtri, ne facilè excideret à memoria, quod coram eis actum erat: & ſic in fide ſemper proficerent, cum ad manducandum ſederēt hebdomada illa, & dicerent alter ad alterū, & vnuſquiſque in corde ſuo: Iſte eſt panis, quem dedit dominus ad veſcendum quinq; millibus, & ſupereſt vſque in diem hanc. Ad diuinam prouidentiam, & paternam erga nos curam ſpectat, quòd vbique relucent veſtigia præteritorum magnalium operū, quæ fecit propter homines. In recordationem, & gratitudinem religioſi, & timorati cordis, mirabilium ſuorum dominus Deus fecit memoriam. Propter hæc præcepit filijs Iſrael victimam agni paſchalis, in cunctas eorum generationes: vt cùm filij eorū interrogarent eos, quæ eſt iſta religio? dicerent: Victima tranſitus domini eſt, quando tranſiuit per domos filiorū Iſrael in Aegypto, percutiens Aegyptios, & domos noſtras liberans. Similiter ſancti Dei homines, vbi diuinas reuelationes, aut promiſſa domini accipiebant, aut aliquod grande beneficium: in ſignum, aut nomen nouum loco imponebant, aut lapidem erigebant. Sicut feciſſe Abraham teſtatur ſcriptura, &
Iacob nepotem eius. Ille quidem cùm im- Gen. 22.
molaſſet arietem pro filio, appellauit nomen loci illius: Dominus videt. vt ex nomine quicunque accederent ad locum illum, magni operis fideliſsimi ſerui, & superni promiſsi recordarentur. Et hic, id eſt Iacob
cùm vidiſſet viſiones Dei dormiēs ſuper Ibi. 28.
lapidem, ipſum erexit in titulum, fundens oleum

oleum deſuper: in ſignum & memoriā tan-
tæ reuelationis, quæ ibidem ſibi demon-
ſtrata eſt. Vtiliter hominibus conſulitur in
huiuſmodi ſignis ad recordationem operũ
Matt. 16. domini. Quòd ſi inter apoſtolos inuenitur,
quòd dominus reprehendat: quid cogitatis
inter vos modicæ fidei, quia panes non ha-
betis? nõ intelligitis, nec recordamini quin-
que panum, & quinque millia hominum,
& quot cophinos ſumpſiſtis? Neque ſeptem
panum, in quatuor millia hominũ, & quot
ſportas ſumpſiſtis? Quare nobis non ſatis
vtilis in ſimilibus memoria demandabitur?
In magnum ergo fidei, & deuotionis adiu-
torium memoriā facit altiſsimus ſub vtroq;
teſtamento mirabilium ſuorum, ſicut do-
cet propheta Dauid, & Paulus Apoſtolus:
Pſal. 110. Ille quidem decantauit: Memoriam fecit
mirabilium ſuorum miſericors, &c. Et hic:
1. Cor. 10 Quotieſcunque panem hunc manducabi-
tis, &c. In cuius memoriam præcepit do-
Luc. 22. minus dicens: Hoc facite in meam comme-
morationem. *Et ſtatim coëgit diſcipulos ſuos
aſcendere nauim, ut præcederēt eum trans fretum
ad Bethſaidam: dum ipſe remitteret populũ.* An-
te hæc deſcripſit beatiſsimus Ioannes hym-
nos laudis, & fidei titulos magnificos, quos
turbæ illæ reddiderunt domino pro magno
beneficio, quod non ſine ingenti admira-
tione præ miraculo receperunt. Illi ergo ho-
mines, cùm vidiſſent, quòd fecerat Ieſus
Deut. 18. ſignum, &c. De quo prophetæ agant, mani
feſtum eſt, cùm inquiunt: qui venturus eſt
in mundum: ille ſcilicet in Moſe repromiſ-
ſus. De quo iam diximus. Ad noſtrũ Euan-
geliſtam reuertamur. *Et ſtatim coëgit diſcipu
los ſuos aſcēdere nauim.* Nec vnus apex ocio-
ſus eſt in ſacra ſcriptura. Mirabile apparet,
quomodo cæleſtis magiſter mox vt ſerua-
uit magnam illam multitudinem, coëgit di
ſcipulos ſuos aſcendere nauim, & præcede-
re eum trans fretum: neque eis commiſit, vt
turbas dimitterent, ſicut & panes & piſces
diſtribuit per manus eorum. Noluit tunc
tẽporis cum illo intereſſent: ſiquidem iam
turbæ parabant, & mutuò ſe inuitabant ad
conſtituendum ſibi Ieſum in regem. Infir-
mi ergo cùm eſſent apoſtoli, ne forſan in
turbarum ſententiam deſcriberent, coëgit
eos diſcedere, & quidem trans fretum. Vbi
cùm legis, coëgit, claro ſermone oſtendi-
tur, inuitos eos à domino receſsiſſe: dum
amore præceptoris, nec per punctum quidẽ
temporis ab eo volunt ſeparari. Fęlices qui-

A bus datum eſt ſummum bonum intellige-
re, & per charitatem ei adhærere. Qui enim
à Chriſto recedunt, non localiter, ſicut di- *Diſcipuli à Chriſto inuiti diſcedunt.*
ſcipuli, ſed ſpiritualiter per aliquod pecca-
tum mortale, iam aduerſus illos per prophe
tam ſcriptum eſt: Expectatio Iſrael domi-
ne: omnes qui te derelinquunt, confunden Hiere. 17.
tur, recedentes a te in terra ſcribentur: quia *Scribi in terra quid ſit.*
dereliquerunt venam aquarum viuentium
dominum. Vt quid in terra ſcribuntur? Nũ-
quid malum hoc difficile eſt, quòd declina-
re deſiderant filij huius ſæculi? de illis ſcri-
ptum eſt in alio propheta: Vocauerunt no-
mina ſua in terris, Eſt liber vitæ, de quo in Pſal. 48.
pſalmo de Chriſto: In capite libri ſcriptum
eſt de me: in quo ſcripti ſunt, quotquot prę-
ordinati ſunt ad vitam æternam. In terra Pſal. 39.
autem ſcripti ſunt, qui ad aſtra & ſedes re-
gni cælorum non perueniunt. Meritò ergo
ſanctus propheta aduerſum eos, qui Chri-
ſtum dominum derelinquunt, & ab eo rece
dunt, decernit pœnam hanc grauem & vl-
timā. *Præcedere.* Reſpectiuum verbũ eſt *Reſpectiuum.*
præcedere. Neceſſe quidem eſt alium ſe-
qui, ſi præcedit hic. Quòd ſi alius non ſe-
quitur, hic nimirum non præcedit, ſed di-
B ſcedit. Neceſſe ergo eſt, quod ſequens præ-
cedentem obtineat in præfixa ſtatione. Ex
quibus manifeſtè comprobatur, quod ad
tempus, & quidem modicum diſcipuli rece
debant à Chriſto localiter: donec dimit-
teret turbas ſcilicet: & adhuc verũ eſt, quòd
magiſter cæleſtis Chriſtus cogit à ſe diſce- Luc. 15.
dere diſcipulos. Heu quot filij prodigi, con
gregatis omnibus abeunt in regionem lon-
ginquam, relicta domo & menſa patris. Di
ſcipulus autem Chriſti cum Heliſeo inquit: 4. Reg. 2.
Viuit dominus, & viuit anima tua, quia
non derelinquam te. De quo iam ſupra.
Ad Bethſaidam. Ciuitas eſt Galilææ, Petri *Bethſaida.*
& Andrææ, & Philippi, prope ſtagnũ Ge-
neſareth. Abundantius dilectio diſcipulo-
rum ad Chriſtum demonſtratur, & regula, *Regula pro iuſtis dedicata in apoſtolis.*
quam in omnibus oportet ſequi, cùm etiam
ad Bethſaidam coguntur ire diſcipuli, vbi
chari & amici, parenteſque exciperent eos,
neque oportebat cibos quærere mendican-
do hoſtiatim, aut menſam & lectum. Ciui-
tas enim eorum erat Bethſaida. Quæ omnia
nihili faciunt, dummodo oporteat à Chri-
ſto diſcedere. Ecce ſublime & apoſtolicum
dogma. Ecce exemplum patrum noſtrorũ,
qui per euangelium nos genuerunt. Neque
propter patriam, neq; propter fratres, neq;
pro

C pro amicis,& parentibus cõuenit tibi Chri-
Matt.10. ſtum derelinquere. Qui amat patrem ſuum
pluſquàm me, non eſt me dignus. Sed quis
pleno corde,atque animo volenti,hęc per-
ſequitur?Ille cui reuelatus eſt dominus Ie-
ſus,ſcilicet quis eſt dominus Ieſus, quantus
Gal.1. & qualis. De quo Paulus:Supra modũ per-
ſequebar eccleſiam Dei. Cùm autem pla-
cuit ei, qui ſegregauit me ex vtero matris
meæ,& vocauit per gratiam ſuam,vt reue-
laret filium ſuum in me,&c. Continuò non
acquieui carni,& ſanguini. Bene ſequitur,
vt non acquieſcat carni & ſanguini homo il-
Act.10. le,cui fit reuelatio à patre de filio ſuo:quo-
niam ipſe conſtitutus eſt ab eo iudex viuo-
Gal.2. rum & mortuorum: qui etiam dilexit nos,
& tradidit ſemetipſum pro nobis. Cui
hæc reuelantur à patre de filio, & vnctione
ſancta ſua interiùs edocetur, hic cõtinuò,
non poſt menſem aut annum,ſed cõtinuò,
non acquieſcit carni & ſanguini. Inuenta
Matt.13. enim vna precioſa margarita, præ gaudio
omnia bona ſua inuentor vendit: vt illam
emat:& inuento theſauro in agro ſimiliter:
Rom.8. & dicit de corde bono & perfecto: Quis
nos ſeparabit à charitate Chriſti? & ne à
D Chriſto ſeparetur,eligit potiùs mori,& per-
petuam mortificationem ſui corporis:ſicut
Pſal.43. ſcriptum eſt: Propter te mortificamur tota
die,æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis: &
1.Cor.4. ſpectaculum facti ſumus mundo, angelis &
hominibus: Et in his omnibus ſuperamus
propter eum qui dilexit nos. Orandus eſt
dominus Deus,& dominus noſter,vt reue-
let filium ſuum cordibus noſtris, vnctione
gratiæ ſanctæ ſuæ,& adaugeat nobis fidẽ,
vt continuò renuntiemus carni, & ſangui-
ni,& cum apoſtolis etiam Betſaida,id eſt ci-
uitas natiuitatis noſtræ nobis diſpliceat.
*Dũ ipſe dimitteret populũ. Et cùm dimiſiſſet eos,
&c.* Nota quòd verbum Græcum nõ ſigni-
ficat ſimpliciter dimittere,ſed dimittere be-
nignè & gratioſe:quemadmodum amicis ce-
lebrato conuiuio, beneuolè vale dicimus.
Qua in re Græcus ſermo erga ruſticos
ſummam Chriſti comitatem & gratiam
commendauit: & Latinus ſermo expri-
mere non valuit propter emphaſim, vel
innatam proprietatem idiomatis Græci. Su-
per quod lege Hilariũ in expoſitione pſal.
Hilarius. 65.& Ambro.in illa verba. Omnis conſum-
Ambroſi9 mationis vidi finem. Verba Hilarij:Lati-
ſuper pſal. nus ſermo plenam Græcæ literæ intelligen-
118. tiam non reddit. Ambroſius: Nõ poteſt ſer-

C mo Latinus in omnibus vim Græci ſermo-
nis exprimere: quia in Græco plærunque
maior ſit vis & pompa ſermonis. Qua in re
plurimum Theologos iuuare poſſunt in no-
uũ Teſta. annotationes Eraſmi, niſi eas ipſe
tam multis erroribus aſperſiſſet. *Dum i-
pſe dimitteret populum.* Plura in re hac
ſcribit beatiſsimus Ioannes pulchra val-
de,ſcituque digna. Ieſus ergo cùm cogno-
uiſſet,quod venturi eſſent, vt caperent eũ,
& facerent eum regem:fugit iterùm in mõ-
tem ipſe ſolus. Habes ergo duo,& quòd ipſe
dimiſit populum, & vnumquenq; illorum
in ciuitatem & domum ſuam,& quòd fugit
in montem. Non erat vnde timeret domi-
nus, quod ipſum conſtituerent regem, qui
iam diſceſſerant in propria. Quid igitur fu-
git? vt abundantiùs ſe in doctorem exhibe- 1.par. paſto. curæ. cap.3.
ret, & in exemplum. Vbi beatus Grego-
rius:Ipſe Dei hominumque mediator re-
gnum percipere vitauit: qui ſupernorum
quoque ſpirituum ſcientiam, ſenſumq; trã-
ſcendens,ante ſæcula regnat in cælis. Quis
enim principari hominibus tam ſine culpa
potuiſſet: quàm is,qui hos nimirùm rege-
ret,quos ipſe creauerat? Sed quia idcircò in
D carne apparuit,vt nõ ſolùm nos per paſsio-
nem redimeret: verùm etiam per conuerſa-
tionem doceret,exemplum, ſe ſequentibus
præbens,rex fieri noluit. Oblatam gloriam
culminis fugit. Pęnam probroſæ mortis ap-
petijt:vt membra eius videlicet diſcerent fa-
uores mundi fugere,terrores minimè time-
re, pro veritate aduerſa diligere, proſpera Dignitate mutati iuſti aliquando.
formidando declinare,&c. Nam plęrunque
aduerſitatis magiſterio, ſub diſciplina cor
premitur:quòd ſi regiminis culmen erupe-
rit,in elatione protinus vſu gloriæ permu- 1.Re.10.
tatur. Sic Saul,qui indignum ſe prius conſi-
derans fugerat, mox vt regni gubernacula
ſuſcepit,intumuit. Honorari nanque coram
populo cupiens, dum reprehendi publicè
noluit,ipſum qui in regem vnxerat, abſci-
dit. Sic Dauid auctoris ſui iudicio, penè in Lege Orig.hom. 9 in Ezech.
cunctis actibus placens, mox vt preſſuræ
pondere caruit,in tumorem vulneris eru-
pit. Factuſque eſt in morte Vriæ rigidus,
qui in appetitu fœminæ fuit eneruiter flu-
xus. Et qui malis ante nouerat, piè parcere,
in bonorum quoque nece pòſt didicit ſine
obſtaculo retractionis anhelare. Prius quip-
pe ferire deprehenſum perſecutorẽ noluit: Cauſa.8. q.1.in decreto.
& pòſt cum damno ſudantis exercitus,etiã
deuotum militem extinxit. Lege cap. In

ſcrip-

ſcripturis veſtris:vbi de illis, qui ad locũ regiminis veniunt vocati, & alij qui ſe intromittunt, ſapientiſsimè diffinitur, quid cum illis agendum ſit. Quid ergo dicet innumerabilis turba ambitioſorum? Neque ad ſæculares homines ſermonem dirigimus tantùm, ſed etiam ad illos, qui à tenera ætate ſub diſciplina regulari educati ſunt. Quorũ bona pars (heu) cathedram à rege deſiderat, & angelicis humeris formidandum onus & officium. Noli quærere ab homine ducatũ, neque à rege cathedram honoris, dicit ſcriptura. Iudicium enim duriſsimum his qui præſunt fiet: & horrendè, & cito apparebit. Fugite ergo honores & cathedram, fugite in montem ad orationem, ſequentes magiſtri cæleſtis doctrinam & exemplum. Quando autem oporteat paſtoralem curam ſuſcipere, ipſe ſacer Gregorius, vbi ſupra docet. Paſsim veteres & noui ſcriptores, & philoſophi de regia dignitate, qualis ſit, quam magni laboris & oneris ſcripſerunt. Pauca tamen à nobis deſideranda ſunt in præſentiarum. Officium Regum diſputat Plato, videlicet, vt cuicunque hominum generi neceſſaria ſint prouideat, præſertimque ad benè beateque viuendum. Iudicetque prudenter, quot artes, & quales ad hoc ipſum conferant, ſiue in pace, ſiue in bello, ſeu in dicendo, ſeu agendo, vel publicè, vel priuatim: habeatque vna cum ſenatu ſummum in omnes imperium: quia ſicut ipſe Plato docet ibidem: Nulla vnquàm multitudo poteſt ea diſciplina precellere, qua ſecundũ mentem ciuitas regatur. Sed vna recta illa ciuitatis adminiſtratio, vel apud vnũ, vel apud pauciſsimos certè eſt quærenda: vnde non immeritò ars artium, & ſcientia ſcientiarũ dignitas regia a quodam ſapiente dicitur, ſicut tradit Philo. Officium itaque regis eſt, vt præcipuè animos omnium, decentiſsima quadam fortitudinis, temperantiæq; mistione componat; muſicos imitatus, qui acuta grauibus ritè miſcentes, cõcentus ſuauiſſimos modulantur. Demõſtratq;, & id quidem diuinè, non eſſe tutum animos, vel fortitudinem verſus, quaſi in acutum ſupramodum intendere, vel temperantiam verſus, quaſi in graue nimis remittere. Illinc enim efferatos, hinc effœminatos tandem euadere. Et illi quidem ciues, & patriam, vel vt hoſtes inuadunt: Hi verò neque ſe, neq; patriam tuentur ab hoſtibus. Qua ratione vir ſapiens, bonuſque gubernabit ſem-

Eccleſ.7.
Sapien.6.
Grego.1. p.c.cap.5. lege Orig. tract.33.
Plato ciuilis, uel de regno.
Regis officium.
Plato ibi.
Rex unuq.
Ph.lib. de creatione principis.

A per, ita ad ſubditorum ſalutem reſpiciens: vt ad nautarum nauiſque ſalutem reſpicit gubernator. Nam vt ille, non ſcriptis, ſed arte, quaſi lege quadam nautas ſeruat: ita & vir ille verè ciuilis, & apud eos, qui ita dominari poſſunt, recta eſt rerum ciuiliũ adminiſtratio, vim artis legibus potiorem adhibens. Ac ſummatim quicquid prudentes principes agunt, nunquàm delinquũt, quãdiu vnum hoc potiſsimum ſeruant, vt mente & arte, quod iuſtiſsimum eſt ciuibus inducentes, tueri eos valeant, melioreſque ex detrioribus, quoad fieri poteſt efficere. Cui Socrates: His quæ modo dicta ſunt repugnare non licèt. Et Alcibiades.1. docet, quã expediat regi potiùs quam regere. Cæterum antequam virtus adſit, conducit viro, non ſolum puero, regi à meliore, quàm regere. Cui Alcibiades: Apparet inquit: Et Philo Iudæorum diſertiſsimus, prout ſuprà. Et libro de creatione principis, quod ſummè neceſſarium eſt noſtris his temporibus elegantiſsimè: docet, cùm aliquando res magnæ, aliquando minores tractandæ ſint, ne in exiguis conterat operam princeps, ſub præfectis eas delegabit, maiores verò ipſe examinabit diligentiſsimè. Maiora dico negotia, non vt quidam exiſtimant

B controuerſias, quæ inter claros, diuites, potenteſque incidunt: ſed quoties priuati egeni, obſcuri, præmuntur à potẽtioribus: cum nulla ſpes præſidij ſit, niſi in iudice. Quæ dico, patent ex ẽplis ſacræ ſcripturæ, à quibus non decet diſcedere. Fuit aliquando tẽpus, cùm ſolus Moſes, &c. Relatum eſt etiã hoc in ſacra ſcriptura, vt haberent quod imitentur poſterorum principes: primum, ne aſpernantur conſiliarios, quaſi poſsint ipſi deſpicere omnia Cùm ne Moſes quidem aſpernatus ſit amicus Dei ſapientiſsimus. Deinde vt ſibi vicarios ſecundæ & tertiæ notæ ſubſtituant, ne ſolicitudinem impendendo rebus vilioribus, negligant maioris momenti negotia. Impoſsibile eſt enim vnum hominem obire omnia munia: ad hoc exemplum adiungemus & alterum, confirmaturum quæ diximus. Diximus autẽ magnas cauſas eſſe perſonarum humiliorũ, vt ſunt viduæ, pupilli, aduenæ, his debet ius ſuum ſummus princeps reddere, qui poteſtatem habet nemini obnoxiam, quando quidem auctori Moſi credimus, ne Deum quidem rerum omnium regem grauatum cauſas talium cognoſcere. Sic enim vates laudat

Rex ſubditorũ proſpicit utilitatibus.
Vel de natura hominis.
NOTA ualde.
Exo.18.
Cauſæ magnæ quales

laudat eius virtutes dicens: Deus magnus, fortiſque, qui nullius perſonam reſpicit, qui ſine corruptelis iudicat. moxq; addit, quos iudicet, non ſatrapas tyranoſq; terra & mari latè imperantes, ſed aduenam, pupillum, & viduam. De Moſe agens Philo Iudæorũ diſertiſsimus inquit:

Lib. 1. de uita Moſis

Poſt nuptias præfuit gregibus, ad principatum ſe præparans. Nã paſtoralis ars ad regnum eſt præludiũ, hoc eſt, ad regimẽ hominum, gregis manſuetiſſimi. Quemadmodũ bellicoſa ingenia præexercent ſe in venationibus, in feris enim experiuntur futuri præfecti militiæ, brutis præbentibus materiam exercitij tam belli, quàm pacis tempore. Nam pręfectura manſueti pecoris habet quiddam ſimile cum regno in ſubditos, ideo reges cognominantur paſtores populorum, non contumeliæ, ſed honoris gratia.

Reges paſtores.

Et lib. 2. in exordio tradit antiquam philoſophorum ſententiã, haud improbandam: fore tunc fœlices reſpublicas, ſi aut philoſopheutur reges, aut regnẽt philoſophi. Regis enim officium eſt iubere, quæ oportet fieri, aut vetari, à quibus abſtinere decet.

Regis officium.

Cęterum iuſsio faciendorum, & interdictio cauendorum, propriè ad regem ſapientem pertinet. Atque ita conſequitur, vt rex animata lex ſit: lex verò ſit rex iuſtiſsimus: quiſquis aũt eſt rex ſimul & legislator, debet non ſolùm humani, verùm etiam diuini iuris peritus eſſe: Neque enim ſine diuina prouidentia regnum bene adminiſtratur, & ex ſubditorum vtilitate. Cùm ergo tale ſit regis officium, in doctrinam noſtram dimittit dominus Ieſus populũ, qui intendebat conſtituere eum regem. Attende: creator cæli & terræ, & gubernator prouidus cunctorum, cuius ſapientia attingit à fine vſque in finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter, ſine difficultate, & ſine aliqua ignorantia gubernare poterat tẽporale regnum, & monarchiam vniuerſi: regni tamẽ gloriam fugiens, abijt in deſertum.

Sap. 8.

Rebelles non ne omnipotentia ſua comprimere potuit? Et quid facilius? In manu eius ſunt omnes fines terræ, altitudines montium, ad quas confugere poſſunt, & ſolent facinoroſi homines, ipſius ſunt: & adhuc fugit in montem: cùm interim homo puluis & cinis, qui mille laborat ignorantijs, & excęcatur varijs cupiditatibus, illud appetat, vi & armis occupet. De quo infra cap. 9. Habes ergo magnum exemplum ſectandæ humilitatis, & fugiendæ gloriæ temporalis

Pſal. 94.

auram. Non enim ſe ipſum glorificauit dominus Ieſus, ſed ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiens: qui non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo, & in forma Dei. Quid ſignificat forma ſerui? Nunquid vilis pannus, quo inuolutus eſt cùm materna viſcera integerrima fuderunt illum in terram, & formam ſerui oſtendit, in qua inuentus eſt? Nunquid aſinus, ſuper quem inſedit, cùm ingreſſus eſt ſanctam ciuitatem, formam ſerui proclamat? Nunquid quia quærit hoſpitium apud Samariã, nec ab illis recipitur; formam ſerui teſtatur? Nunquid quia tanquàm pauper apud Zachæum ſe ingerit menſæ, & inuitatur a Phariſæo, formam ſerui implet? Nihil horum, neque omnia ſimul rem hanc, de qua nobis eſt ſermo, aperiunt: ſed verbum illud, quod apud Apoſtolum legis: Miſit Deus filium ſuum in ſimilitudinem carnis peccati.

Exemplũ humilitatis in Chriſto.
Heb. 5.
Phi. 2.
Forma ſerui quid.
Luce. 2.
Matth. 21
Luce. 9.
Luce. 19.
Ibi. ca. 7.
Rom. 8.

Nõ vereor, aut erubeſco dicere (quia vera dico) quod in forma ſerui peccati, apparuit dominus meus Ieſus, dum circunciditur, dum famem, & ſitim, & mortem ſuſtinet, quorum tria ſeruis peccati: propter tranſgreſsionẽ debita ſunt. Nota quod Apoſtolus cùm inquit in ſimilitudinem carnis peccati: ſimilitudo ad peccatum refertur: veritatem enim carnis habuit dominus Ieſus: peccati verò ſimilitudinem tantùm. Nõ ergo ſe ipſum glorificauit, ſed humiliauit ſemetipſum vſque ad mortem crucis: & regium nomen, quod declinauit fugiens in montem, ſuper caput ipſius deſcribitur, nõ vna tantum lingua, in qua natus eſt, ſed & Græca & Latina. Et contradicentibus Iudæis, pura manſit ſcriptura: ſicut demandatum fuerat Pilato in titulo pſalmi. Ne diſperdas Dauid in tituli inſcriptione. Et accepit à Deo patre gloriam & honorem: cùm dixit ad eum: Sede à dextris meis. Habes ergo ſummũ, incõprehenſibile, altiſsimum, venerandum, & totis viſceribus amplectendum exemplũ in Chriſti humilitate: quia propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit mortem, confuſione contempta. Fuge ergo mũdi gloriam, quæ vana & caduca eſt, & plena erroris, & amplectere humilitatem Chriſti, & aſcende cum eo in montem ad orationẽ.

NOTA ualde.
Ioan. 19.
Pſal. 56. 57 et 109
Heb. 12.

Abijt in montem orare. Sæpenumero ſolus orat: niſi ſermonẽ in Lazari ſuſcitatione, vel in die palmarum, vel poſt cœnã, voces orationem: orat ergo ſolus, qui à nullo perturbari poterat: nec cõmune habuit cum filijs

Oratio ſolitaria.

lijs Adam, quòd viſis cor eius tactum diſtra A
heretur & mens: & tamen in noſtrum exē-
plum orat ſolus: Habet etiam communis o-
ratio ſuum emolumentū & exemplū, & ſę
pènumero neceſsitatem. Sed cùm religio-
ſus vir aut fœmina omnia illa cōpleuerit,
Mat. 6. oret ſolus ad exemplum magiſtri. Vnde ali
quando docebat. Intra in domum tuam,
& clauſo oſtio, ora patrem tuum: ſic fugies
mentis alienationem, quæ diſpendium, &
naufragium facit orationis. Obſerua quòd
in die miſericordiam multiformem fecit cū
hominibus, & in nocte ad diuina cātica ac-
cingitur cæleſtis magiſter, iuxta illud quod
ſcriptū eſt: In die mandauit dominus miſe-
ricordiam ſuā, & in nocte canticū eius. In
Pſal. 41. die curauit lāguidos & infirmos, verba mul
ta fecit ad eos de regno Dei, panes & piſces
vſque ad ſaturitatem liberali & potenti ma
nu conceſsit: & in nocte aſcendit orare ſo-
Miſericordia in die, & laus diuina in nocte. lus. Et congruè quidem ante orationē & cō
templationē miſericordia multiplex præ-
mittitur: quæ ianuā palatij regis æterni pul
ſet, & aperiat. Et apud Ezechielem etiā ſub
alis aquilæ volantis manus hominis prophe
tæ demonſtratur. In quo ſuperiorem ſen-
Exercitia Chriſtiani tentiā cōfirmabis. Hęc ergo ſunt veri Chri- B
ſtiani exercitia, in quibus per diem manū
ſuam aperit inopi, & palmas ſuas extendit
ad pauperē: effundens ſuper illum animam
& viſcera miſerationis: & in nocte hym-
nos & orationes dn̄o Deo offert, puras ma-
nus leuans contra cælum. Hæc ſunt, de qui-
Pſal. 9. bus ſcriptum eſt: præparationem cordis eo-
rum audiuit auris tua. In his cor hominis ſe
diſponit ac præparat ad ſuſcipiendū imbrē
ſeu rorem cæleſtis ſuauitatis & gratiæ: & fa-
Eſai. 58. cilè exauditur à dn̄o, ſicut ſcriptum eſt: Frā
ge eſurienti panem tuum, & nudos vagoſq;
induc in domum tuam, &c. Tunc erumpet
quaſi manè lumen tuum, &c. Tunc inuo-
cabis. & dominus dicet: Ecce adſum, & ex-
Mat. 5. audiet. Et ſaluator: Beati miſericordes, quo-
niam ipſi miſericordiam cōſequentur. Hæc
ſunt facienda Chriſtiano cunctis diebus ſuę
peregrinationis ſuper terrā: per quæ Chri-
ſto aſsimulatur. Sed heu, ad quos eſt ſermo
noſter? Ad plebes integras, an ad vnum de
millibus? In die mādauit dominus miſeri-
cordiā ſuam, & in nocte canticū eius. Et
inſipiens populus, imò à ſacerdote vſque
ad prophetā, à rege vſq; ad cerdonē non eſt
Hierem. 6 qui vocē dn̄i audiat, aut legē eius exquirat.
Philpp. 2. Omnes auaritiæ ſtudent, omnes quæ ſua

A ſunt, quærunt: & aliena rapiunt, vel concu
piſcunt, ſi rapere non poſſunt; Sequunturq;
vanitatem per diem, & afflictionem ſpiri-
tus, vani facti ſunt: & ad ſomnum & lectum
aptiſsimi: & ad grauia ſcelera, quæ dicere
turpe eſt. Turpe eſt dicere, quæ ab ipſis fiūt
per noctem, in qua mandauit Deus canticū
ſuū. Aduerſus quos eſt ſermo dn̄i in prophe *Pſal. 4.*
ta: filij hominum vſquequo graui corde? Vt
quid diligitis vanitatem, & quæritis menda
cium? Riſus eorum mendacium eſt. Cui Sa
lomon: Quid fruſtra deciperis? Mendaciū *Ecclef. 2.*
eſt honor eorum, & iactantia antiqui ſan-
guinis. Sed ſcriptum eſt: Vanitas vanitatū, *Eccli. 1.*
& omnia vanitas. Quorum gloria ſicut fœ- *Pſal. 36.*
num areſcit, & ſicut olera herbarū citò de-
cidet. Conuertimini ergo ad correctionem *Prou. 1.*
meam: en proferam vobis ſpiritum meum,
& oſtendam vobis verba mea. In die man- *Pſal. 9.*
dauit altiſsimus miſericordiam ſuam, & in
nocte hymnos laudis ſuæ. Sicut in corpore *Similitudo*
humano nerui & oſſa firmamentum ſunt
eius, ſic quidem in religione Chriſtiana, o-
ratio & miſericordia. Quibus autē duo hæc
deſunt dominus dicit: Non permanebit ſpi- *Gen. 6.*
ritus meus in homine in æternū, quia caro
B ſunt. Caro inquàm non habens oſſa & ner-
uos, propter quod Deo inuiſa iacet: & vt
ſtercus fœtet, & vermibus peccatorum ſca-
tet. *Abijt in montem orare.* Orat non pro ſe, *Orationes*
ſed pro me. Nam etſi omnia pater poſuit in *Chriſti.*
manus filij, ipſe autem vt formam hominis
impleret, obſecrat patrem pro nobis, qui
aduocatus eſt nobis. Vnde aduocatum ha- *1. Io. 2.*
bemus apud patrem Ieſum Chriſtum iu-
ſtum. Si aduocatus eſt, debet pro noſtris in-
teruenire peccatis. Non ergo quaſi infirmus
obſecrat, ſed quaſi pius impetrat. Omnia
quæ vult poteſt, quia aduocatus eſt, & iu-
dex noſter eſt. Alterum pietatis eſt officiū,
alterum poteſtatis inſigne. Neque aliquid
habet ineptus Arius contra orthodoxam *Arius confutatur.*
fidem, cùm Chriſtum Ieſum, & patri æqua-
lem, & minorem prędicat ore pleno: quia
ſic vtranque eius naturam confitetur. Chri- *Ioan. 10. & 14.*
ſtus enim Ieſus, & vnum eſt cum patre, &
minor eſt patre: ſecundùm vnam & eandē
naturam, aut humanam, aut diuinam, vnum
cum patre, & minor illo eſſe non poteſt.
Vnum ergo cum patre diuinitatis iure: &
ſecundùm humanitatis diſpenſationem mi-
nor eſt patre. Secundùm hanc orat: ſecun-
dùm illam non eſt quod poſsit orare. *Abijt
in montem orare.* Ecce prædicatorum & pa-

V ſtorum

ſtorum exemplum, & regulam, quã ſequantur.
Eliæ orationes. In monte orat Elias vſque ſepties ad quærendam à domino aquam, quæ terrę ſa-
3.Re. 18. naret ſterilitatem à tribus annis, & ſex menſibus. In hunc modum pius prædicator, miniſter verbi, poſtquam in die fecerit miſericordiam cum proximo ſuo, in montium
NOTA *valde.* ſolitudinibus obſecret, & oret, vſque quo orationis vox exaudiatur in excelſis. Ob-
4.Re.1. ſerua quòd iuſſu Eliæ ignis deſcendit de cælo, ſemel & iterùm, & aſſumpſit principes quinquagenarios cũ ſuis militibus. Cum autem oraturus eſſet pro ſanatione ſterilitatis terræ, oret ſepties, neceſſe eſt: vt ſciat prædicator, & paſtor ouiũ, quantùm illũ oporteat orare pro ſui populi peccatis, cui iratus eſt dominus, & placandus eſt precibus & ge-
Eccli.5. mitibus ſacerdotis. Ira enim Dei reſpicit in peccatores: cui ſi deſiderat exire obuiã, & auertere brachium domini extentum, oret non ſemel aut bis: ſed ſepties, vſque quo dominus concedat benignitatem. In oratione
Eccli.3. dierũ exauditur iuſtus. Summè neceſſaria eſt doctrina hęc noſtris his calamitoſiſsimis temporibus: in quibus, neq; pro animæ ſalute, & remiſsione peccatorum, vix vnus de mille inuenitur, qui ſepties dñm oret: cum ſcriptum ſit: De propitiatu peccatorũ
Eccli.5. noli eſſe ſine metu. *Et cùm ſerò eſſet, erat nauis*
Cap.14. *in medio mari.* Inquit beatus Matthæus, & iactabatur fluctibus: Rationem reddens B. Marcus ait. *Erat enim uentus contrarius.* Laborabãt in remigando, quia ventus erat cõ-
Diſcipulorum anguſtia qualis. trarius. Vires & incrementum ex tribus habuit diſcipulorũ anguſtia: primò ex abſentia magiſtri, & hoc maius omnibus iudica-
Marci.4. bãt, valdeq; magnũ diſcrimẽ, cùm olim maiora patiẽtes, dormientẽ dñm excitauerũt: quo imperãte mari & ventis, ceſſauit & fugit omnis illa procella, factaq; eſt ſubito, & cæli ſerenitas, & aquarũ tranquillitas. Nunc autem abeſt magiſter, & ideo contriſtantur vehementer, & quaſi mente conſternãtur. Secundo grandis erat hæc anguſtia, quia in nocte occurrit apoſtolis: & laborabant in remigando. Tertiò in medio maris contigit contrarius hic ventus, vnde non facilis erat portus, ſed diſtans, & à longe expectare poterant illũ & ſalutare. Quibus omnibus ſic ſe habẽtibus adhuc magiſter perſeuerat in oratione in monte: neque ad diſcipulorum ſolatium, & liberationẽ deſcendit, aut accedit: ſed vſq; ad quartã vigiliam noctis (aut circiter) diſtulit aduentũ ſuum: at

C & tunc vehementiorem ingerit timorem: exiſtimabant enim, quòd phantaſma eſſet, videntes illum ſupra mare ambulantẽ. Ecce quale periculum eos, qui diſcedunt à Chriſto excipit: ecce qualiter cum diſcipulis ſe habet, & quæ illis neceſſaria, & valde vtilia ſunt, diſpenſat. Lege .c. 33. Exodi, vbi dominus promittit ſancto Moyſi nobile promiſſum: præcedetque angelus meus, & introducet te ad Amorrhæum, &c. Quod non ſatis fuit Moyſi: ſed cùm poſtmodum beneuolentiam domini Dei eſſet expertus in magnis argumentis, in multo deſiderio res duas à dño exorabat: & altera tantũ cõceditur ei. Orabat vt Deus faciem ſuã ei oſtenderet, & nudam diuinitatis eſſentiã, & gloriam: quod denegatum illi eſt: orauit
deinde pro ſtabilitate proximorũ, & incolumitate dicens: ſi tu nõ ipſe præcedas, ne educas nos de iſto loco. Habes ergo in ſancto Moyſe, vnde domini Dei tui pręſentiã vbiq; deſideres. Habes in ſanctis apoſt. vnde timeas à Chriſto diſcedere, quos tãta mala apprehenderunt. Habes vnde ſcias, quo- *Auctor ad longũ per totam. 15. homil. in pſal. 50.*
modo totus mundus poſitus eſt in maligno *Timor dñi*
tentationis & laborũ. Propter quod colum- *1. Ioan. 5.*
ba, id eſt anima iuſti nõ inuenit, vbi pes eius
D requieſcat. Redeat ergo ad arcam. Hinc eſt *Gen.8.*
quòd vniuerſa ſcriptura ad timorem nos vocat, ad aſsiduam orationẽ, per quam diuinũ inueniamus ſuffragium, & præcedentiam ſuę paternæ ſolicitudinis & gubernationis er-
ga noſtra & nos. De qua ſcriptum eſt: Niſi *Pſal. 25.*
dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtra vi-
gilat, qui cuſtodit eam. Et Paulus: Omnia *Philip.4.*
poſſum in eo, qui me confortat. Et beatiſsi-
mus Martinus gemma ſacerdotum: Ego ſi- *Martinus*
gno crucis protectus non clypeo, aut galea, *ſicut dicit*
hoſtium cuneos penetrabo ſecurus. Etiam *Hilarius.*
apoſtolis aduerſa & dura nimis occurrunt, cùm à Chriſto diſcedunt. Quid tibi fiet pauperculo, & infirmiſsimo homini? Quæ-
re ergo dominum in ducem & protectorẽ, *Exod.33.*
qui præcedat te in omnibus vijs tuis: & ſic inuenies quod Moyſi promiſit, & requiem dabit tibi, inquit. Alioquin mare & procellæ vndiq; te coanguſtiabũt, & mille peri-
cula te inueniẽt. Obſerua prudentiã magni *Gen.28.*
Iacob, poſtquam vidit viſiones Dei, inquit:
Si fuerit dñs mecũ, & cuſtodierit me, in via, NOTA
per quã ego ambulo, & dederit mihi panẽ *valde.*
ad veſcendum, & veſtimentum ad induendum, reuerſuſq; fuero ad domũ patris mei, &c. Vbi vides quomodo in capite maximũ

bonum

Carnalis homo qualis ſit. bonum deſiderat, quòd dominus cum illo ſit. Non ſic carnalis homo, qui ante omnia cibum & potum, veſtem plurimam à Deo exorat:& vltimo loco, tanquàm vecors & maieſtatis irriſor, Deum ſibi propitium & cuſtodē rogat:cùm dominus doceat:Quærite primò regnum Dei, & iuſtitiam eius, &c. *Mat. 6.* Iam manifeſtè deprehenditur apoſtolorum prudentia, qui à magiſtro inuiti recedebant præcepto eius obaudientes. Sed mirùm eſt, quomodo in tantam calamitatem inciderunt, qui ex dilectione adhærere Deo ſuo deſiderabant? Nunquid non oportebat vt cuncta fauſta & iucunda contingerent ſanctis apoſtolis? Nunquid ad ſequentia mandata grandia, & difficilia in hoc parcendum illis non erat, vt ſereno maris vultu transfretarent in vlteriorem ripam, ad quam miſsi erant ex obedientia? *Labores ſanctorum.* O mirabilis diſpoſitio ſapientiæ Dei. O altitudo cōſilij cordis diuini. Vbiq; ſuos probat manus domini, & per varios caſus & anguſtias in cæleſtem patriam reducit. Non conceditur otij locus, non ſpatium, vel ad ſomnum, & cibum. Quis ſacratiſsimi Pauli labores, & ærumnas enarrabit? De quibus iam ſupra dictum eſt. Quis ſuo tempore ſanctior beato Iob: de quo dominus ad ſathanā. *Cap. 1.* Nūquid conſideraſti ſeruū meum Iob, q non ſit ſimilis ei in terra? Et hic talis ac tantus ſathanæ traditur:& percuſsit eum vlcere peſſimo, à planta pedis vſque ad verticem capitis: qui teſta ſaniem radebat, ſedens in ſterquilinio. Denique quæ mala paſsi non ſunt omnes chari & amici æterni regis? Lege ca. 11. Epiſt. ad Heb. & acta apoſt. & Hiſtoriā Eccleſ. & rem hanc aliqualiter dignoſces. *In labore ſanctorum quātæ vtilitates.* In quibus calamitatibus fides illorum exercebatur, & tanquàm aurum in fornace probata eſt eorum patientia, & conſtantia: *NOTA valde.* corona aurea expreſſa ſigno ſanctitatis, & fortitudinis fabricata eſt. Magnam virtutē conſeruabat humilitas in tribulationibus: vt non ſimus ſperantes in nobis, ſed in Deo, in medijs fluctibus, & procellis anguſtiarū inquiunt cum Paulo: *2. Cor. 1.* Dies magni iudicij, & reſurrectionis in doloribus iuſtorum, & flagellis cōprobatur & prædicatur: cùm ad iuſtitiam pertineat dare vnicuique iuxta opera ſua, aut in hac vita, aut certè in futuro ſæculo. Vides quanta bona ex ſanctorum afflictionibus manus dñi, & ſapientia eius demonſtrat nobis: propter hoc ſaluator dicebat: *Ioan. 12.* Niſi granum frumenti mortuum

A fuerit, ipſum ſolum manet, &c. Sicut certè prædeſtinati ſunt, quotquot ad regni coronam ordinantur, ſic & quantitas gloriæ: ad quam per talia, aut talia obſequia peruenire neceſſe eſt. Beati qui ad lauream martyrij præordinati ſunt a Deo, quibus & martyrium præparatum eſt: & ſic de alijs. Dulciter & ſuauiter cum ſuis Deus omnia diſponit, ſiue cùm periclitari in medijs fluctibus permittit, ſiue cùm liberat de manibus & vnguibus leonis. Quod in Ioſeph apertè monſtratum eſt in Egypto: qui ſeruans innocentiam, & precioſam caſtitatis margaritam, dura valde paſſus eſt, & tandem de carcere dominus & ſaluator Aegypti prædicatus eſt. *Gen. 39. & 41.* In hoc vno conſiderare licet, quomodo fœliciſsimæ ſorꝰ ſanctorum conſeruata eſt in cæleſtibus, poſt eorum calamitates & anguſtias. Ignis probat argentum, tribulatio verò homines receptibiles: nimirùm in regno cælorū. *Eccli. 2.* Quòd ſi moram fecerit dominus in ferendo auxilio, & aliquando vſque ad portas mortis deueneris, expectans expecta eum, quia veniens veniet, ſaltē circa quartam vigiliam noctis, ſicut in euangelio legis. *Abac. 2.* *Et circa quartam vigiliam noctis uenit ad eos ambulans ſupra mare.* Mos erat antiquus quòd duces exercitus noctē diuidebāt *Vigiliæ Exercitus.* B in quatuor partes, ſeu vigilias, & in ſingulis electi milites vigilabant ad cuſtodiā exercitus, ne dolo aut vi in media caligine inimici occuparent ſtatiōnem illorū. Quarta ergo vigilia eſt vltima pars noctis. Sed cùm dicit, venit circa quartam vigiliam noctis, magis videtur congruere literæ quòd in fine tertiæ vigiliæ venerit dominus ſupra mare ambulans, & iuxta principium quartæ vigiliæ. Et videre potuerūt apoſtoli dominū, ex luce lunæ & ſtellarū, & luciferi, qui tres horas noctis, id eſt totam vigiliam matutinā dicitur illuminare. Cùm B. Matthæus inquit, quod in quarta vigilia venit dominus, idem ſignificare intendit, quod Marcus, qui circa quartam deſcribit veniſſe. *Conſenſus Marci & Matthæi.* Vnde vel à fine tertiæ, vel ab exordio quartę denominare vterq; potuit. Patet ergo apoſtolos tota nocte laboraſſe: & diluculo appropinquante auxiliū habuiſſe: quia cum preſſuris obſita humana fragilitas paruitatē virium ſuarū conſiderat ipſe, in ſe nihil niſi tenebras anguſtiarum & hoſtiū inſurgentiū ęſtus conſpicit. Cùm verò mentē ad ſuperni præſidij lumen, & ad perpetuæ

retributionis dona erigit: quaſi inter vmbras noctis repente ortum luciferi conſpicit, qui diem proximum, id eſt Chriſtū nuntiet. Venit ad eos quarta vigilia. Habes ergo in tribulationibus magnum ſolatium, & vnde ſpem firmam concipias, etiam ſi tui oblitus tibi videatur dominus. Si moram fecerit pro tuæ infirmitatis & imbecillis carnis deſiderio, quæ ſtatim liberationem deſiderat: expecta eum ſecundùm animæ virtutem virilem, quæ licet inquit: Quare oblitus es mei, & quare contriſtatus incedo, in ſe tamen reuerſa dicit: Spera in Deo, quoniam adhuc, in medijs doloribus confitebor illi. Expecta ergo eum, quia veniens veniet, & non tardabit. Non vt infirmum, Dei brachium ſuppetias differt, & auxilium militibus ſuis, ſub acie laborantibus, in tribulatione, vel tentatione, quod manifeſtè demonſtratur. Medicus ægrotum faciliùs curare poteſt in exordio infirmitatis, quàm cùm nihil integræ virtutis supereſt, & deſperatus eſt morbus. Glorificatur dux in bello, qui poſt dubium exitum certaminis, ad palmam & victoriam aſcendit, reportans de inimico triumphum. Glorificatur ergo dominus Deus in tribulationibus ſanctorum, cùm propter eum, nec in morte cedunt inimico, & ſummo ſtudio virtutem colunt, ſeruantque patientiam, laudantes nomen domini: & tandem liberat eos de ore leonis, & de faucibus eius. Quantum magnificatus eſt paſtor Dauid, cum eruebat arietem gregis patris ſui Iſai de ore leonis, vel vrſi? inſurgebat aduerſus eos, & apprehenſo mento eorum diſcerpebat illos. Abundantiùs laudi & coronę eius deſeruiebat, quòd raperet leo arietem; quòd fugeret, quòd deuorare pararet: quàm ſi ſtatim funda & lapide fugaret eum de gregibus. Age ergo gratias, quod ad ſuam gloriam te tradit Deus laboribus & ærumnis: & tibi repoſita ſunt omnia illa bona, & fructus, quæ ſuperius enarrabimus. *Super mare.* Ecce magnificum opus potentiæ & maieſtatis plenum. Super vndas maris ambulat, qui verum & ſolidum, & graue corpus habet mortale, & paſſibile, nec tamen demergitur, vel vſque ad talos, & ſi pondus carnis habens, dixit gloſa interlinealis. Deſeruiuit in hoc ſuo auctori aquæ elementum, ſicut aliàs ſæpènumero ſub antiquis patribus Moſe, Elia, Eliſeo: de quibus ſtatim. Dudum comprobauit ſuam omnipotentiam

Spes & ſolatiū in tribulationibus.

Pſal. 41.

Abacuc. 2

Similitudines.

Liberatio ſanctorum in tribulationibus.

1. Re. 17.

Omnipotētia Chriſti.

Corpus Chriſti ante reſurrectionē qualе.

C dominus Ieſus in panis multiplicatione ad ſaturitatem quinque millium hominum, ex quinque panibus tantùm, vnde populus ille multus acclamantes vocibus magnis dixerunt: quia hic eſt verè propheta, qui venturus eſt in mundum. Iam nunc aquas maris in teſtimonium latentis ſub carne humana virtutis aſſumit nouo ſigno, nec minus nobili, quàm illud quod apparuit, in tranquillitate turbati maris. Ambulat ſtadia multa ſuper mare, quod nulli alij conceſſum eſt ex antiquis patribus. Sub Moſe nanque indiuiſiones apertum eſt mare rubrum, vt tranſiret domini populus, ſicco veſtigio. Neque Moyſes, aut Aaron, ſuper aquas maris ambulauērunt. Similiter cum Ioſue tranſiſſet fluuium Iordanis, diuiſum eſt in duas partes aſcendentibus aquis in altū, inſtar montium, & reliquis abeuntibus. Et ſic arca domini, & quicunque illam comitabantur, tranſierunt. Elias autem cum raperetur in cœlum, diuiſit eundem Iordanem: & ipſe, & Hæliſeus in vlteriorem ripam aſcenderunt. Hæliſæus etiam, cum à domino ſuo eſſet relictus, percuſsit aquas Iordanis palio Eliæ dicens: Vbi eſt Deus D Eliæ? Et diuiſę ſunt aquæ huc atque illuc, & tranſiuit. Nemo tamen iſtorum ſuper aquas ambulauit, niſi dominus vniuerſorum & creator, non quidem auferens corpori ſuo grauitatem naturalem, ſed imperans aquis ne diuiderentur: ſed vt ſolidæ & impenitrabiles redderentur. Quod obſequium vultu hilari dn̄o ſuo impenderunt. *Et volebat præterire eos.* Sicut & in itinere Emaus. Intelligere potuerunt hoc, quia in diuerſum ibat, eos volens tanquàm alienos præterire, à quibus non agnoſcebatur, ita vt phātaſma putaretur, quod ad miſticam ſignificationē referri poteſt. &c. Illa ergo voluntas prætereundi ad eliciendum illum clamorem valebat, cui ſubuenire oportebat. Auguſtin. libro. 2. de conſenſu Euangeliſtarū *Et illi ut viderunt illum ambulantem ſupra mare, putauerunt quòd phantaſma eſſet, & exclamauerunt.* Obſerua quod eorum quæ vidimus, phantaſiam facimus & habemus: eorum autem quæ nunquàm vidimus phātaſma. Exemplum eſt Beati Auguſtini: Illud quod aliquando vidi, ſicut patrem meum, in memoria inuenio: auus verò, quem non cognoui, phantaſma eſt, & in motu animi, qui ex iis ortus eſt, quos habet memoria. Arbitror tamen

Ioan. 6.

Chriſtus & Petrus tantùm ambulant ſuper aquas.

Pſal. 135.

Exod. 14.

Ioſue. 3.

4. Reg. 2.

Luc. 24.

Cap. 47.

Aug. lib. 6 de muſica. capit. 11. tom. 1. f. 398.

I

men, quòd ſi nunquàm corpora humana vidiſſem, nullo modo ea poſſem viſibili ſpecie cogitando figurare. Quòd autem ex eo quod vidi facio, memoria facio: & tamen aliud eſt in memoria inuenire phantaſiam, aliud de memoria facere phantaſmata: quæ omnia vis animæ poteſt. Sed vera phantaſmata habere pro cognitis, ſummus error eſt. Vbi manifeſtè vides, quòd non habet veritatem, nec ſoliditatem, quod per phantaſmata cognitum eſt. Putauerunt ergo diſcipuli dominum Ieſum ſupra mare ambulantem, phantaſma eſſe, non verum hominem, ex rei nouitate: cùm videbant ſupra aquas ambulare, nec demergi. Quem errorem hæretici adhuc impleЀtuntur, nec veram carnem aſſumpſiſſe dominum Ieſum, ſed apparentem, ſicut phantaſma.

Phantaſia & phantaſma.

Theodor⁹ Bedsſuper 6. c. Marci

Theodorus nanque Pharanitanus epiſcopus ſcribit corporale pondus non habuiſſe dominum, ſed abſque pondere & carne ſupra mare ambulaſſe. Fides autem catholica, & pondus cum ſecundùm carnem habuiſſe prædicat, & onus corporeum, & cum pondere, & onere corporali incedere ſuper aquas non infuſis pedibus. Vnde Dionyſius in de diuinis nominibus ſic ait: Ignoramus, qualiter de virgineis ſanguinibus alia lege præter naturalẽ formabatur, æqualiter non infuſis pedibus corporale pondus habentibus, & materiale onus deambulabat in humidam & inſtabilem ſubſtantiã. Vnde non tutum, ac religioni conſonum, iudico, quòd quidam auctor, alioquin pius & doctus ſcripſit de corpore domini Ieſu, intra materna viſcera latente, ſcilicèt quod nihil oneris præſtabat matri grauidæ, cùm Paulus dicat, debuit per omnia fratribus aſsimilari. *Exclamauerunt.* Aut confuſa mente præ timore, aut certè pro auxilio & ſuffragio cæleſti. Hoc ſecundum iudico ſanctitudini apoſtolorum magis congruere. Quod in omnibus periculis nobis eſt faciendum. Nec deſperemus ſtatim ab orta tempeſtate. Fac ergo in tribulationibus, quod in nautis comprobas: quanto magis tempeſtas conſurgit ac ſęuit, tantò magis laborant remigando. Miſeri quidem ſunt, qui ſub exordio tempeſtatis deſperant, remoſque abijciunt. Idque impijs contingere ſæpè videmus: ſicut ſcriptum eſt apud Hieremiam prophetam: Erit (inquit) in die illa peribit cor regis, & cor principum. Et iterum: Et erit cor fortium Moab, ſicut cor

Corpus domini pōdus habuit.

Dionyſius

Heb. 2.

Spes in tribulationibus.

Similitudo

Cap. 4.

A mulieris parturientis. *Omnes enim viderunt eum, & conturbati ſunt.* Satis conſultum eſt à domino ad teſtificandam fidem ſaluatoris: Duodecim viri eliguntur, quibus contradicere nefas eſt. De quo ad longum ſupra dictum eſt. *Confidite, ego ſum, nolite timere.* Germanus ordo. Prima ſubuentio eſt pellere timorem, ſecunda tempeſtatẽ præſentiæ ſuæ virtute compeſcere. Nec mirùm ſi domino aſcendenti in nauim, ceſſat ventus. *Ego ſum.* Verbum ſupremæ auctoritatis eſt hoc, licèt in præſentiarum communi loquendi modo accipiendum ab ore illius, qui aliâs familiaris erat, & vel ſola voce agnitus: ignotus nunc præ magnitudine mirabilis operis. Ad charos ergo & familiares inquit: Ego ſum, vt confidentiam, & animum virilem inſerant pectoribus ſuis. Impijs verò & peccatoribus vox hęc, Ego ſum, terribilis erit, & grauis auditu. Dilata & pondera. *Et reſpondens Petrus dixit: Domine ſi tu es, iube me venire ad te ſuper aquas. At ipſe ait: Veni. Et deſcendens de nauicula ambulabat ſuper aquam, ut veniret ad Ieſum.* Primò, certum eſt Petrum apoſtolum ex verbo illo, Ego ſum, certitudinem infallibilem nõ accepiſſe de præſentia & perſona domini. Quod inde manifeſtè comprobatur, quia

B conditionaliter inquit, Si tu es. Et conſurget altior difficultas, quomodo ex verbo hoc, Veni, certus fieri potuit Petrus, quòd non eſſet phantaſma (ſicut ipſe & ſocij dudum iudicarunt) qui loquebatur: ſed verè ſaluator & magiſter: cùm æquè vel dominus, vel phantaſma, verbum illud dicere potuerit. Neque ex hoc ſatis comprobatur, vtrùm Spiritus ex Deo ſit, cùm inquit: Si tu es, iube me venire ad te ſuper aquas. Iuſsio hæc gratiſsimè fieret à diabolo, vt ſeſe Petrus tanto exponeret periculo: & tentare Deum videbatur: quod ſcripturæ aduerſatur. Vnde ergo in hoc opere magnificabis B. Petrũ? Pro ſanctiſsimo apoſtolo, priori loco dicendum eſt: & ſecundo pro modulo noſtro acta eius mirifica magnificabimus, & in altum extollemus. Manifeſtum eſt Petrum paratum, & accinctum eſſe ex verbo hoc, Iube me venire ad te ſuper aquas, committere ſe mari, & vndis ex Chriſti obediẽtia: quod ex ipſa litera cõſtat. Conſtat ſecundo actionẽ hanc ex amore procedere, cum amplijs præ magnitudine dilectionis, abſentiã Chriſti pati non poſſet: à quo ſupra omnes coapoſtolos

1. Ioan. 1.

Petrus defenditur.

Petri dilectio.

inuitus receſſerat. Videtur iam rationi conſonum, quòd nullo modo, niſi à Chriſto vox hæc VENI, dici potuit. Fidelis eſt Deus, ſe ipſum negare nõ poteſt: & diligentes ſe diligit, & cuſtodit, vt pupillam oculi ſui. Non potuit ſe negare dominus Ieſus; cui fideliſsimus & deuotiſsimus diſcipulus ſe cõmittebat. Vnde certũ mihi eſt, quòd in verbo iuſsionis dñi Ieſu ad Petrum, quod ab ipſo exigebat apoſtolus, refulſit diuinæ lucis charitas, qua certificatus fuit, ꝙ verè eſſet Ieſus, qui loquebatur, & qui deambulabat ſuper aquas: propter quod nec temerè ſe cõmiſit mari & vndis, nec tentauit cõtra legẽ dñm Deum: quin potiùs deuotionem ſuam & dilectionem erga Chriſtum ſupra cæteros comprobauit: & in opere magna prædemonſtrata ſunt myſteria: de quibus ſtatim. Habes appoſitiſsimum exemplũ in Maria & Chriſto Ieſu dño noſtro. Illa nimirũ gemebũda, & anguſtijs plena dñm quærebat in monumẽto ipſa die dñica, & tandẽ poſt multa apparuit ei ſub ſpecie hortulani, & locutus eſt cum illa dicens: Quẽ quæris? In quibus verbis & alijs multis haud eũ agnouit: exiſtimans eſſe hortulanum. In voce autẽ, Maria, agnoſcit magiſtrum, & reſpondit Rabboni. Nunquid hæc vox, Maria, ab hortulano horti illius dici non potuit, ſicut à Chriſto? Nũquid paulò antea nõ credebat hortulanũ eſſe, & vt talẽ allocuta eſt eum: Si tu ſubtuliſti eũ, &c. Quomodo ergo in hoc verbo, MARIA agnoſcit magiſtrũ, & adorat ad pedes? Nõne idololatriç periculo ſe expoſuit, adorans, quem nuper credebat eſſe hortulanũ? Nec tamẽ de hoc ab aliquo audit male deuotiſsima diſcipula. Certè in verbo Maria, quod ab hortulano dici potuit: & dictum eſt a Chriſto, reſplenduit menti eius cæleſtis lucis radius, in quo certiſsima fuit de vera reſurrectione, & perſona Chriſti. Similiter & Petrus in verbo VENI, certus fuit ſuper perſona magiſtri & domini ſui. Propter quod tutò ſe cõmiſit mari: nec Deum tentauit, ſed fidem & deuotionem, & dilectionis ardorem comprobauit. *Domine ſi tu es, iube me uenire ad te ſuper aquas.* Vbique ardens eſt, & religioſus ſacratiſsimus Petrus: Dominum cõpellat eum, etſi dubius eſſet: & adeò deſiderabat ſocietatem Chriſti, quòd non poterat ſe continere, & expectare aduentum eius: pro nihilo ducẽs vndas, & procellã maris, dũmodò ſibi citiùs præſentia Chriſti concedatur. Iube me venire ad te ſuper aquas. Iuſsio & imperium voluntatis tuæ maria creauit, & talem naturam aquæ conceſsit, vt flueret, nec ſolida ſeſe præberet alicui. Imperium tuum, corpus humanum condidit, & terram conceſsiſti ei, ſupra quã deambulet: nec põdus eius ferre, aut portare poteſt aqua, quin demergatur. Vtrunq; tamen & aquæ fluiditas, & corporis grauitas ſub obedientia tua ſunt, & quidquid iuſſeris, fiet ſtatim. Iube ergo, vt ad te perueniam ſuper aquã. Neq; ex hõc æqualitatẽ requiro. Imò obedientiã exhibeo & demõſtro. Iube, & tanquam ſeruus & diſcipulus, dño meo, & vniuerſorũ, tibi humiliter obtẽperabo. In verbo, Domine, me ſeruũ profiteor, in verbo, Iube, ſubditum. Tu ergo dñe, & prælate mi, iube me venire ad te. Hoc tantum cupio, & exoro fideli mente, & deuoto pectore, vt citiùs ad te perueniã, & tecũ ſim, nec ſeparer à te: quẽ totũ bonũ meum, & partem meam, & hæreditatẽ iudicaui. Nec mare, nec ventus validus, non procellæ ſonitus horribilis deterrent cor meum, dummodo ad te veniã. Habes multa bona in ſacratiſsimo Petro. Primum eſt, reuerentia in Deũ, cùm ad ipſum eſt ſermo tuus, Dñe inquit, & iube. Hæc verba reconde in ſinu cordis tui, cùm decernis loqui cum Deo. Cognoſce te ipſum, & maieſtatem illius recogita, & erit ſermo tuus in multo timore & reuerẽtia. Vniuerſorũ dñs eſt, tu verò eius inutilis ſeruus. Sic locutus eſt Abrahã in multo timore: Loquar ad dñm meum, cùm ſim puluis & cinis. Et iterùm: Quia ſemel cœpi, loquar ad dominũ meum. Et Heli ſummus Dei ſacerdos docuit Samuelem, & poſuit in ore illius verbum doctrinæ huius, magnæque philoſophiæ. Vade & dormi, & ſi deinceps vocauerit te dices: Loquere dñe, quia audit ſeruus tuus. Sed à dño Deo, optima hæc vrbanitas religioq; habet exordiũ. Cùm doceret Moyſem de his quæ facienda erant in eductione filiorum Iſrael de ſeruitute Aegypti, dixit: Ingredieriſque tu & ſeniores Iſrael ad regem Aegypti, & dices ad eum: Dñs Deus Hebræorũ vocauit nos, ibimus viam trium dierũ, vt immolemus dño Deo noſtro. Suis nominibus compellandus eſt Deus (vnum & ens dixit ille) Dominus & Deus, dic tu mente & ore religionem colens, & deuotionem, & obedientiam animi demonſtrans, ſicut Petrus. Docet nos ſecundo loco Petrus deũ de-

Marginalia: 2.Theſ.2. Prou.8. Pſal.16. — *Maria quo modo cognouit Ieſum in uerbo, Maria.* Ioan.20. — *Petrus ubique ardẽs.* — *Reuerẽtia in uerbis ad Deum.* Gen.18. 1.Reg.3. Exod.3.f.

Deſideriũ uerũ quan tum bonũ. derium ex corde perfecto, & vero: quod nõ vulgare, ſed ingens bonum eſt. Sicut in can tico virginis demonſtratur: Eſurientes im pleuit bonis, inquit ſublimis illa puella, Nõ
Luc. 1. ſatiauit. Amoris enim bona eò minus ſa-
Sic Ricar dus de ſan cto Victo re. tiant, quò magis replent. Impleuit bonis. Quibus bonis? Nolo à me quæras, quæ ſint bona charitatis. Profectò illa exiſtimo, de quibus dicitur: Oculus non vidit abſque te,
Eſai. 64. quæ præparaſti expectantibus te, & diligẽ-
1. Cor. 12 tibus te. Audis diligentibus pręparata, vt di lectionis bona fore non ambigas. In hac enim repoſitæ ſunt æternitatis delitiæ, & omnis cæleſtis ſuauitas. In hac ſunt pax, pa tientia, longanimitas, &c. Diſce ergo deſi derare Chriſti ſocietatem, & nec mundi, nec maris pericula timebis. Diſce deſidera-
Pſal. 41. re, vt cum propheta dicas: Sicut deſiderat ceruus ad fontes aquarum, ſic deſiderat ani ma mea ad te Deus. Et alibi: Sicut terra
Pſal. 142. ſine aqua tibi. Expandi manus mas ad te. Vir ille magnus hoc nomine cõpellari me-
Ca. 9. 10. ruit, vir deſideriorum. Hic eſt Daniel Pe trus verò qui haud per integram noctẽ vel diem diſceſsit à Chriſto, ſe continere nõ va let præ amore & gaudio: & ſuper mare ſpo
Rom. 8. pondit venire ad quẽ diligebat. Nõ ſunt cõ B
dignæ paſsiones huius tẽporis, &c. De quo
Cant. 8. iã ſup. lege caput. 8. cant. Pone me vt ſigna-
NOTA. culum ſuper cor tuum, & vt ſignaculum ſu per brachium tuum, id eſt, in cogitatione, & opere: vſque in finem capituli. Et inexti mabile precium dilectionis intelliges cum Petro, qui modò timoratus erat, & in feruo re dilectionis, nec maris vndas ſæuientes ti met: & ſecurus ad aquas ſe proijcit in verbo domini dicentis, veni. *Et deſcendens Petrus de nauicula ambulabat ſuper aquam ut ueniret ad Ieſum.* Abundantiùs demonſtratur poten-
Potentia Chriſti. tia Chriſti, cùm infirmo & puro homini in verbo virtutis ſuæ ſuper aquas concedit am bulare. Non ergo exiſtimes Chriſtum ſoli-
Corpus Chriſti ue rum. dum, & verum capus non habuiſſe, quia ſu per aquam deambulabat. Ecce Petrum gra dientem ſuper illam, dũ in ſinu eius fiducia integra perſeuerat. Sed cõſidera rei magni tudinem, quæ hìc & alibi demonſtrabatur.
Ioan. 21. Cùm dominus poſt reſurrectionem ſuam ſe manifeſtauit diſcipulis ad mare Tiberia dis: ſolus Petrus cùm audiſſet, quia domi nus eſt, tunicâ ſe ſuccinxit (erat enim nu dus) & miſit ſe in mare: alij autem diſcipu-
Bern. li. 2. ad Eugen. li nauigio venerunt. Hoc quippe fuit, ſicut docet ſanctus Bernardus ſignum ſingularis

A pontificij Petri: per quod non nauim vnã, *Prima. Petri.*
vt cæteri quique ſuam, ſed ſæculum ipſum ſuſcepit gubernandum. Mare ſæculum eſt: naues eccleſiæ, & nunc inſtar domini gra diens ſuper aquas, vnicum ſe Chriſti vica rium deſignat: qui non vni populo, ſed cun ctis præeſſe deberet. Siquidem aquæ mul tæ, populi multi. Solus ergo ſuper aquam iuſſus eſt venire ad Chriſtum, vt daretur in telligi, quod totus orbis, qui per mare eſt deſignatus, ſuæ ditioni parêre deberet. Ne- *Luc. 5.*
que fruſtra dictum Petro exiſtimat ſanctus *Ambr.*
Ambroſius: Duc in altum rete, hoc eſt in profundum diſputationum. Quid enim tã altum, quam altitudinem diuitiarum ſapien tiæ & ſcientiæ Dei videre, ſcire filium Dei, & profeſsionem diuinæ generationis aſſu mere? Hæc conſidera in Petro, cùm ambu lat ſupra mare cum Chriſto. *Videns uerò uẽ tum ualidum, timuit.* Pro eius doctrina & hu miliatione actum eſt, vt ventus validus con cuteret, & probaret Petrũ. Viſitat Deus & *Iob. 7.*
probat ſubitò: quod in magno apoſtolo cõpro batur, qui fide ac deuotione multa dixit: Dñe ſi tu es, iube me venire ad te ſuper a quas. Et in magna fiducia deſcendit de na-
B uicula in mare, videnſq́; ventũ validũ timet, & cœpit demergi. Tãdiu ſtabilis eſt huma- 1
na fragilitas, & ſuper aquã tutò deambulat Petrus, quamdiu perfectè confidit. Tũc de mergitur cùm diffidit. Timeat ergo omnis humana ſublimitas & altitudo, nec ſibi in aliquo complacere audeat, aut de ſua virtute præſumere, cùm Apoſtolus Petrus, *Timor ſan ctorũ etiã.*
qui modo ſuper aquã ambulabat, iã timet, & demergitur: & niſi dñs extendat manum ſuam, & apprehendat eũ, non ſaluatur. Quis enim niſi dominus cuſtodierit, ſuſtinebit tri bulationẽ, vel perſecutionẽ mundi? Dicat ergo in toto corde ſuo, vir iuſtus & ſanctus: Diligã te dñe fortitudo mea: dominus fir- *Pſal. 17.*
mamentum meum, & refugium meum, & liberator meus. Deus meus, adiutor meus, & ſperabo in eum: protector meus, & cornu *2. Cor. 1.*
ſalutis meæ. Reſponſum habeat cũ Paulo: Non ſumus fidentes in nobis, ſed in Deo vi- *Rom. 4.*
uo, qui ſuſcitat mortuos, &c. Dicat vir iuſtus: Omnia poſſum in eo, qui me confortat. Di *Philipp. 4*
cat: laboraui abundantiùs: non ego, ſed *1. Cor. 11*
gratia Dei mecum. Dicat etiam, qui diſcer pit leonem & vrſum, cùm ad ſingulare cer tamen deſcendit: Tu venis ad me in gladio, & haſta & clypeo: ego autem venio ad te in nomine domini exercituũ, Dei agminũ

1.Reg.17 Iſrael. Nō confidebat in ſuperioribus vir-
tutibus à ſe nobiliter factis in leonem & vr
ſum, non in funda & lapide, quem manu
tenebat, vel in pera paſtorali: ſed in nomine
domini inquit: quod eſt mirabile & omni-
potens. Et *cùm cœpiſſet mergi, clamauit dicens:*
Domine ſaluum me fac. Duo nos docet Pe-
trus præſenti loco. Alterum, quòd ſtatim in
exordio periculorum, cùm incipiunt, &
Oratio an maximè ſub hora tentationis ad peccatum,
te tentatio clamemus ad dominum. Sublimius habes
nem. magnæ huius philoſophiæ mandatū à Chri
Matth. 6. ſto. qui docēs nos orare, vltimo loco dixit:
Et ne nos inducas in tentationē. Et opere
demōſtrauit, cum orauit pro Petro ante la
Luce.22. pſum ipſius: Ego rogaui pro te Petre. Opti
mū genus orationis, etiam cùm omnia ſunt
ſerena & tranquilla. Tunc enim excogitat
diabolus, quomodo perdat nos. Et tres illos
Matt.26. diſcipulos docuit, Orate ne intretis in tenta
NOTA tionē. Cùm cœpiſſet mergi, orauit Petrus,
valde. nec expectauit cum Iona, vt deſcēderet in
abyſſum aquarū in ventre ceti. Et erat (in-
quit ſcriptura) in vētre tribus diebus, & tri-
Ione. 4. bus noctibus, & orauit Ionas ad dūm de vē
tre piſcis. Nō orauit cùm tētaretur à diabo
lo, uno animo ob firmato cōtra diuinū mā
Ione. 1. datum fugit à facie domini: & dormit in
profundo maris: cum vel nautæ clamāt ad
Marci.14 Deū ſuum. Sic diſcipuli pro oratione ſom-
num accipiunt. Ionas ergo, qui non orauit,
cùm cœpiſſet mergi in tempeſtate, & vn-
dis tentationis, abſorptus eſt à piſce, & de-
ſcendit in profundum maris, ſicut confite-
Cap.2. tur ipſe. Circundederunt me aquæ, vſq; ad
animam, abyſſus vallauit me, &c. Simus er
go nos diſcipuli beatiſsimi Petri. Clame-
mus in initio tentationis & tribulationis, vt
ſtatim adſit auxiliator Deus, & manus eius
omnipotens: ſicut affuit Petro. Quòd ſi cū
Iona in profundum maris deueniſti, clama
ad dominum. Cum anguſtiaretur in me ani
ma mea, domini recordatus ſum: vt veniat
ad te oratio mea ad templum ſanctum tuū.
Oratio ad Tertiò loco nos docet Petrus, quod ad domi-
Dominum num vniuerſorum aſcendat mēs noſtra pro
etiā in pro auxilio contra mundi tempeſtatem, & ten-
fundo malo tationes diaboli: nec ſperemus in principi-
rum. bus, aut diuitijs, aut iuuētute, & robore car-
nis. Omnia enim hæc caro ſunt & fœnum,
vana & imbecillia ad ferendum ſuppetias &
Pſal.141. auxilium. Nolite confidere in principibus,
neque in filijs hominum, in quibus non eſt
Eſai.30. ſalus. Aegyptus vanè & fruſtrà auxiliabi-

C tur: Aegyptus homo, & non Deus, equi eo- *Cap.31.*
rum caro, & non ſpiritus, & dominus incli-
nauit manum ſuam, & corruet auxiliator, &
cadet, cui præſtatur auxilium: ſimulq; om-
nes conſumentur. Vnde Hieremias in Tre- *Cap. 5.*
nis. Aegypto dedimus manum, & Aſsyrijs,
vt ſaturaremur pane. Ad dominum ergo ſit
ſpes noſtra, & oculi noſtri: ad dominum ſit
refugium in tribulationibus: dicamus cum
Apoſtolo: Domine ſaluum me fac. De illis *Pſal.51.*
ſcriptum eſt: Videbunt iuſti, & timebūt, &
ſuper eum ridebunt, & dicent: Ecce homo,
qui non poſuit Deum adiutorem ſuum: ſed
ſperauit in multitudine diuitiarū ſuarum, &
præualuit in vanitate ſua. Petrus verò, qui
poſuit, & inuocauit Deum in adiutoriū ſuū,
inuenit manū dñi, quæ ipſum eripuit. *Et cō*
tinuò Ieſus extendens manum ſuam, apprehendit
eum. Iraſcitur Deus aduerſum eos, qui aliū-
de, quam ab ipſo ſuæ ſalutis quærunt adiu-
toriū. De quo expreſſum habes exemplū
in libris Regum. Inuocantibus verò dum 4. Reg. 1.
in veritate cordis ſui adeſt manus eius, quæ De Ocho
de omni periculo educit, & tribulatione. *zia conſu-*
Continuò extendit manum ſuam ſaluator, *lente Beel*
& apprehendit Petrum. Vide quàm proxi *zebub deū*
mus erat Chriſto Petrus, & adhuc timet. *Acharon.*
Apparuit quidem modica fides Petri: quia
D ex quo ad præceptum domini, ſuper aquas
ambulauit, de vento contrario timere non
debuerat. Naturę tamen humanæ hoc eſt,
vt difficilioribus ſuperatis, ſuccūbat in mi-
noribus: quod Helias ſub Iezabeth paſſus 3.Reg.18
eſt, & Moyſes in Aegypto. *Et ait illi: Modi-* Exo.2.
cæ fidei quare dubitaſti? Oſtēdit ei, quòd nō à
procellis, neq; à vēto valido, ſed à modica fi
de expugnabatur. Niſi enim aliquo modo
labefactatus fuiſſet, etiā vētis facilè reſtitiſ-
ſet: idcirco manu apprehendēs eū, cōfirma-
uit, vēto adhuc ſpirāte: qui quādiu firma fi-
des aderat, nihil nocere poterat. Et ſicut ſi *Similitudo*
nido pullus exiens, antequā queat volare, in *Chriſoſt.*
terrā decidat, mater velociter raptum in ni- *homil. 51.*
dum reſtituit: ſic tunc Chriſtus in Petro pe
regit. Obſerua, quomodo nō ſine correctio
ne reliquit ſaluator ſuum Apoſtolū, quam-
uis modicus fuerit error. Arguo quos dili- *Prouer.3*
go. Noſtræ ſalutis res agitur, cum altiſsimus *Heb.12.*
pater omniū nos arguit, ſiue interius in con *Apoca. 3.*
ſciētia, ſiue exterius in facie. Dauid ſanatus
eſt in correctione Nathā. Et duo filij Heli 1.Reg.12
perierunt in bello, quia pater eorum acriter
nō corripuit eos. Bona & valde vtilis corre 1.Reg. 4.
ctio, valdeque neceſſaria, vt reſipiſcat ab

errore

errore viæ ſuæ homo. O quanti reſpicerent à laqueis diaboli, ſi argueret eos prælatus, pater, aut dominus eorum, Multi pereunt
Ezech. 3. & ſanguinē eorum de manu præpoſitorum requiret dominus: quia nō admonentur, nō arguuntur, non increpātur, ſed laudatur pec
Pſalm. 9. cator in deſiderijs animæ ſuæ, & iniquus benedicitur. Et ſic periculoſiùs aſsiduè impinguntur.
Theophi. super. 14. c. Matth. *Modicæ fidei.* Theophilatus: Non omninò dubitat Petrus, ſed ſecundū quid: hoc eſt, ex parte. Nam iuxta id quod dubitauit incredulus fuit: iuxta id autē quod clamauit: Domine ſerua me, curauit incredulitatem: ideo paruæ fidei dicitur, non incredulus. *Et aſcendit ad illos in nauim, & ceſſauit uentus.* Hæc noſter Euangeliſta. Dominū aëris ſe oſtendit. Intrat in nauiculā, & fugit omnis illa tempeſtas. Sufficit Saluatoris præſentia, neque aliud nobis quærendum eſt: omnia ipſo præſente pacatiſsima fiunt, & dulcia. Intrante itaque ipſo in nauim, plus ſtupent Apoſtoli (ad illos defert Beda & gloſſa verbū hoc magis ſtupebant) carnales adhuc diſcipuli magnitudine quidem virtutū ſtupent: ſed diuinæ maieſtatis veritatē non cognoſcebant: De quo ſanctus Euangeliſta.
Cap. 14. *Erat enim cor eorū obcæcatū*: vt ſcilicet in tātam lucem aſcenderēt, quod firmiter, & plenè crederent latentem diuinitatem in Chriſto, quàuis per miracula pateſieret. Beatus Hieronymus ad vectores & nautas confeſſionem, apud Matthæum, vere filius Dei es, defert. *Et cum per tranſiſſent uenerunt in terrā Geneſareth, & applicuerunt.* Aliquando agēdum erat miraculis ad fidei propagationē, & teſtimonium diuinitatis abſconditæ: reliquū verò ſecundū humanæ naturæ regulas, vt verus homo cōprobaretur. Si enim ſemper per miracula res proprias, aut ſuorum procuraſſet, & gubernaſſet, verus homo nō crederetur: aut ſi ſecūdum carnis imbecillitatem ſemper ageret, latens diuinitas non manifeſtaretur. Illa ergo opera elegit, quæ ſufficienter comprobarent omnipotentem virtutem, & in reliquis eſt omnibus aſsimilatus. Super vndas maris ambulat, & deambulare fecit Petrum, & reliquum maris na-
Matth. 4. uigio tranſegit. Quadraginta diebus, & totidem noctibus, ſine omni cibo ſe conſerua-
Marc. 11. uit: & eſuriens deinde in ficu poma quæſi-
Luce. 4. uit. Tranſiēs per medium inimicorum ibat
Matt. 27. non ſemel, & rogatus vt deſcendat de cruce, in obedientia & mandato patris perſeuerat: & ponit animam ſuam in illa. *Cū egreſſi*

A *eſſent de naui, continuò cognouerunt eum, & percurrentes uniuerſam regionem illam cœperunt in grabatis, illos qui ſe male habebant, ci: cumferre, ubi audiebant eum eſſe.* De proximorum dilectione loco iſto agendum eſt: Nota tamen quod iam homines iſti cognoſcebant Chriſtum: ſicut ſupra demonſtratum eſt: & habetur Matthei cap. 8. & ſic cum primò audiūt aduenisse dominum, & ſuam fidem in eū, & dilectionem in proximos oſtendunt. Diuinam cognoſcebant virtutem, ſupponentes vniuerſę regionis infirmos in plateis: Vide viſcera miſericordiæ. Talibus obſequijs promeretur Deus: & qui proximū diligit, legem impleuit. Eligamus ergo locum vnū apud hunc Apoſtolum, ad docēdum de dilectione proximi. Cùm doceret Apoſtolus fugere omni ſtudio offendiculum & ſcādalum paruulorum, inquit: Et peribit infirmus in tua conſcientia frater, propter quem Chriſtus mortuus eſt. Obſerua ante omnia, quomodo ad dilectionem Dei, Apoſtolus pro ſeipſo & recogitat, & profitetur mortuū eſſe Chriſtum, tradidit ſemetipſum pro me, inquit: Expende vim argumenti, & dilata illud. Nō potuit Paulus ſublimiùs philoſophari in materia hac, de dilectione proximi, quàm dicēs, propter quē Chriſtus mortuus eſt. Multum eſt quod ad Dei imaginē conditus eſt homo, vt dignus habeatur honore, cibo, veſtitu, hoſpitio, curatione in infirmitate, &c. Omnia hæc debita ſunt illi, cum indiguerit. Grande eſt quòd ab vno parente diſſeminatum eſt genus noſtrum vniuerſum ſuper terrā. Valde conducit ad dilectionem proximi, quòd vel vno loco nati ſimus, vel eodē ſanguine generati. Sed quantò præcioſius eſt, quod Ieſus Chriſtus Dei filius pro illo mortuus eſt? Hæc recogita apud temetipſum, & cùm primò occurrerit tibi debilis, aut claudus, aut febricitās, dic in corde tuo: Pro hoc mòrtuus eſt Ieſus Chriſtus. Ex hoc antecedenti intulit ſacratiſsimus Ioannes ſummam illam cōcluſionem, quæ chriſtianę religionis obtinet principatum: In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille animam ſuam pro nobis poſuit: & nos debemus animas pro fratrib[9] ponere. Noli ergo diligere verbo, ſed opere, & veritate: vnde ſcriptum eſt etiam: Dilectio ſine ſimulatione. Et in ſequens Eccleſiaſticus doctrinam magni illius principij rationis naturalis: quod tibi vis, fac alteri, & è cōtra, inquit: Intellige quæ ſunt proximi

Hebr. 19. Roma. 13
1. Cor. 8.
NOTA, valde.
Galat. 2.
Dilectionis proximi rationes.
Dilectionis proximi exercitium.
1. Cap. 3.
Ibidem.
Cap. 31.

tui ex te ipſo, ex neceſsitatibus tuis illius cognoſce anguſtias. Sit eadem menſura ad te, & ad proximum tuum. Homines Geneſareth percurrunt vniuerſam prouinciam, & deferunt omnes ęgrotos ad Ieſum, vt curarentur ab eo. Omne animal diligit ſibi ſimi- *Eccleſ.13.* le: ſic & homo proximum ſuum. O magnã confuſionẽ. O noſtram verecundiã. Quid dicis ô Propheta? quid opus tibi erat dicere. Equus diligit equum, & bos bouem, & pardus pardum, vt deinde inferas, ſic homo diligit proximum ſuum, niſi vt oſtendas, quod homo qui proximo ſuo non eſt beneuolus, *Eccleſ.4.* ea odit, quæ beſtiæ ad vnguem complent. Fili; eleemoſynam pauperis ne defraudes. & oculos tuos ne tranſuertas ab vllo paupere. Animam eſurientẽ ne deſpexeris, & non exaſperes pauperem in inopia ſua. Ab inope ne auertas oculos tuos propter iram, & non relinquas quærentibus tibi retrò maledicere: maledicentis enim tibi in amaritudine animæ, exaudietur deprecatio illius: ex- *Matth.6.* audiet autem eum qui fecit illum. Beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam cõſequenter. *Cœperunt ferre ingrauatis eos qui malehabebãt, ubicunque audiebant eum eſſe.* Nec D grauitas infirmitatis, cui multo ſtudio erat inſeruiendum, deterret viros hos miſericordes, quo minus ad Chriſtum infirmos ſuos deferant: immo vbicunque adeſt, illuc conueniunt, ingrabatis ſuper humeros ſuos, vel in plauſtris eos deportantes. Neque furtum loci iſtius, quia ibi non inuenitur Saluator, qui quã infert moleſtię, vt incepti operis pœniteat: Sed alibi quæritur medicus, & deportatur infirmus. Nota quòd à dilectione proximi, rectiſsima via ad dilectionem *Dilectio. proximi, uia ad dilectionẽ Dei* Dei, aſcendimus: & ab hac iterum ardentiùs ad proximum afficimur, ſicut nubes aquea, quæ terram irrigat, & fœcundiſsimam reddit: à terra quidem aſcendit exalatio, vnde genita eſt, & in terram deſcendens imber, infundit eam, & dat panem, & vinum, & oleum, &c. In hũc modum dilectio Dei, & proximi ſe habeat. De quo Ioannes: Si pro- *1.Ioan. 4.* ximum, quem vides nõ diligis, Deum quẽ C non vides, quomodo poteſt diligere? Et in viſione illa ſublimi, quę demonſtrata eſt Iacob, cõfirmantur omnia quæ diximus: per *Geneſ. 28* ſcalam aſcendebant, & deſcendebant angeli. Nõ inquit ſcriptura: deſcendebãt, & aſcẽdebant, ſed è contra. Aſcendebant, & deſcẽdebant. Et dominus angelorum in ſummitate ſcalæ reſidebat. Mirabilis viſio prophetæ, locus natiuus angelorum cælũ eſt: & tamen aſcendunt de terra, & aſcendunt vſque ad cælũ. Vt certè intelligas deferre ſanctos angeles, opera iuſtorum in conſpectu domini, & afferre in ſinu ſuo ad viros miſericordiæ dona gratię, & propitiationem Saluatoris. *Et quocũque introibat, in uicos, uel in uillas, aut ciuitates, in plateis ponebant infirmos: & deprecabantur eum, ut uel fimbriam ueſtimenti eius tangerent. & quotquot tangebant eum, ſalui fiebant.* Quàm mirabilis in conſpectu populorum comprobatus eſt dominus Ieſus, cũ ab eo tot millia infirmorũ curata ſunt. Quã beati, qui pedes eius tenebant, aut oſculabãtur. O in quantis lachrymis fiebat enarratio infirmorum, cùm iam reſtituti erant ſanitati, ad charos, & amicos: Ego manu mea tenui pedes domini Ieſu, aut deoſculatus fui D eos: & ecce in perfectam reſtitutus ſum ſanitatem, liber ab omni imbecillitate. Hęc & ſimilia dicebat vniuerſa illa multitudo. Virtus enim de illo exibat, & ſanabat omnes. Non exibat virtus de corpore Ieſu ad *Luce.6.* ſalutem infirmorum, ſicut exijt odor de flore ad refectionem infirmi exanimati, qui cõtinuò exinanitur, & tandem omnino deperditur. Aut ſicut exijt à medicamine, medicina & curatio infirmi, quod inutile poſtmodum fit: ſed exibat à corpore domini, virtus ad ſalutem omnium infirmorum, ſicut egreditur à ſole radius, & ſplẽdor eius qui ab ortu ſuæ natiuitatis, vſq; in diẽ hãc illuminat vniuerſum, & integer perſeuerat in virtute ſua. Fides Geneſareth cõprobatur magna, ſicut & illius mulieris quæ dicebat: Si te tigero tantum fibriam veſtimenti eius ſalua ero. De fimbrijs Iudæorum ad longũ diſputauimus illo loco.

Virtus eu ratiua quo modo exibat de corpore domini.

Finis Capitis ſexti, & Libri ſexti Commentariorum in Marcum.

LIBER

LIBER SEPTIMVS COMMENTARIORVM IN MARCVM.

ET CONVENIUNT *ad eum Phariſæi, & quidã de Scribis uenientes ab Hieroſolymis, & cũ uidiſſet quoſdam ex diſcipulis eius, communibus manibus, id eſt, nõ lotis mãducare panem, uituperauerunt. Phariſæi enim & omnes iudæi niſi crebrò lauent manus non manducant: tenẽtes traditionem ſeniorum.* Valde magna ſunt quæ præſenti capite deſcribit ſanctus Euangeliſta: nec minus piũ, quàm attentum deſiderant auditorem: ne ſpiritualem libertatẽ in occaſionẽ carnis trahamus. De quo nos admonent magni Apoſtoli Petrus & Paulus. (Galat. 5. Cap.) Videte (inquit Paulus) ne libertatẽ detis in occaſionem carnis. Et Petrus: Quaſi liberi, & non quaſi velamen malitiæ habentes libertatem: quam impij & deprauati hõmines ad ſuarum concupiſcẽtiarum deſideria ex ſacro Euangelio arripuerunt, ipſi fidei ſacratiſsimæ iniurioſi: & in laqueum diaboli traditi ſunt. (B) Lex quidem gratiæ a Iacobo dicta eſt perfectæ libertatis, (Cap. 1. lex quomodo perfectæ libertatis.) propter hęc proculdubio, quia tanquam adultis filijs & iam à pedagogia exeũtibus hæreditatis poſſeſsionem nobis tradidit: Et quia Chriſtus nec nos, nec patres veteres Euangelij ad cæremonialia aut iudicialia coarctauit: ſed liberè illa reliquit præfectis ac magiſtratibus pro conditione locorum & temporum inſtituenda. Deniq; quia noluit vt quaſi ſerui illa impleremus: ſed quaſi liberi per gratiã. Sublimia (inquam) ſunt quę beatus Marcus in præſentiarum nobis tradit: & familiaria per anni curſum in ſacris euangelijs ad doctrinã populi. (Cap. 15.) *Et cõueniunt ad eum Phariſæi.* Beatus Matthæus ab hoc aduerbio, Tunc hanc hiſtoriam orditur. In quo omnia quæ à rethore deſiderantur in oratione, inueniũtur. Non vulgaris circunſtantia eſt, quæ tẽpus, quo res aliqua facta eſt deſignat, & velut digito demonſtrat: Vt dum perſonæ & locus & tempus demonſtrantur, non tantũ fidelem habeas hiſtoriam, ſed etiam rei grauitatem ex his perpendas. Dignoſcitur in (A) his omnibus hic vel ille actus, à qua perſona, quo tempore, & loco profectus ſit. Cũ ergo Chriſtus ſummo gaudio à Geraſenis exceptus eſſet, fides illorum in multis argumentis comprobata eſt, & vera dilectio erga proximos: propter quæ vel extranei ad fidem & exemplum adducendi erant: tunc Phariſæi & Scribæ ab Hieroſolymis ad accuſationem piorum diſcipulorum, & vituperationem conueniunt: ſed & magiſtri: cũ dedecus magiſtri in diſcipulis ſatis agnoſcatur. O altitudo diuitiarum ſcientiæ & ſapiẽtiæ Dei, quàm incõprehenſibilia ſunt iudicia eius. (Roma. 11) Sapientes & religioſi viri, loco & ciuitate ſancta oriundi, inter vaſa & miniſteria tẽpli conuerſati à pueritia, accuſant diſcipulos, quos educat Dei ſapiẽtia Chriſtus: cum rudes agricolæ Geneſareth ipſum magiſtrum venerantur, & veram dilectionem erga proximos oſtendunt. Bene aliquando dixit magiſter cæleſtis. (Matt. 11.) Abſcondiſti hæc à ſapientibus & reuelaſti ea paruulis. Et propheta longè anteà dixerat. Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, (Hier. 9.) nec glorietur fortis (B) in fortitudine ſua, & ne glorietur diues in diuitijs ſuis: ſed in hoc glorietur qui gloriatur ſcire & noſſe me, quia ergo ſum dñs qui facio miſericordiã & iudiciũ & iuſtitiã in terra: hæc enim placẽt mihi, ait dominus. Quæ omnia hodie completa ſunt. Vides quomodo (1. Cor. 1.) non multi ſapientes, non multi nobiles electi ſunt? Scribæ, id eſt, ſapientes in lege doctiſsimi, qui die & nocte de lege domini diſputabãt ſubtiliter, & duces erãt & magiſtri ad populũ. phariſæi, id eſt, religione inſignes viri, qui habitu & ceræmonijs & ieiunijs clariores videbantur ſuper vniuerſum populũ iſti ab Hieroſolymis, loco ſancto, vbi templum domini, ſancta ſanctorum, ſacrificia & holocauſta erant, conueniunt, id eſt, vno animo, liuoris ſpiculo percuſſi veniunt ad vituperationem diſcipulorum. De his ſit ſatis. Nota quod noſter euangeliſta expreſsè inquit communibus manibus mãducaſſe Apoſtolos, id eſt, nõ lotis. Hæc notabimus propter beatum Hieronymũ: qui (Hierony. ſup. Matth. 15. ca.) hanc accuſationẽ Phariſæorum & Scribarum aduerſus Apoſtolos aſſerit eſſe falſam calumniam. (Calũnia.) Calumnia autem, falſa & malitioſa

litioſa impoſitio criminis eſt. Similiter negat dixiſſe Dominum apud Matthæum capit. 17. Quem me dicunt eſſe homines? Cū expreſſe apud Marcum illud legas. Et Auguſtinus ſermone omnium ſanctorum dicit de beatitudine illa, beati pauperes, quòd nō dixit Saluator. Beati pauperes quoniam veſtrum eſt regnum Dei & manifeſtè hoc legitur apud Lucam, cap. 6. Propter hæc & alia maioris momēti, quæ in ſacris doctoribus oſtendes, noli ſine iudicio atq; obſeruatione in lectionem illuſtrium expoſitorum & oſcitanter te inferre, & eorum ſcripta ſine delectu vorare. Sed diſcerne qua de cauſa quæ legis ſcripta ſint, quibus affectibus, quibus occaſionibus, locis, temporibus, ac perſonis accommodata: num diſputandi, nū opponendi, aut increpandi gratia dicta ſint, vel ſub certa aſſeuerationis diffinitione firmata: quæ dum inconſiderati doctores non aduertunt, neceſſe eſt eos plerunque labi in diuerſos errores: quos in expoſitorum lucubrationibus, vel ipſi auctores tam per occaſionem quàm per incuriam reliquerunt, vel hæretici per fraudem intruſerunt. Quod non mirari debes, cum abſque vllo præuio doctore intentatum antea iter aggreſſi ſint: primique (vt vulgo fertur) glaciem ſcindentes, viam poſteris aperuerint, per quam abditi ſcripturarum ſenſus inueſtigarentur. Neque ſolent prima quæq; diſciplinarum initia ſemper eſſe ex omni parte fœlicia, omniſque culpæ expertia. De quò beatus Anſelmus: In libris ſanctorum doctorum quos authentice legit Eccleſia, nonnunquā inueniuntur quædam praua vel hæretica: non tamen pro his vel libri, vel auctores damnātur. Perlegat eorum libros prudens lector, & inueniet, verū eſſe quòd dico. Adde pro honore ſanctorum patrum, quod licèt lapſus aliquot, qui diſsimulari nequeunt, in eorum libris extent, non tamē ex his aliquid eorum ſanctitati, & eruditioni ipſorum derogatur: cū nōdum eccleſia temporibus illis de his, quæ nunc damnata ſunt, quicquā aut in quæſtionem vocaſſet, aut ſtatuti determinatione diffiniſſet: & diuinæ ſcripturæ auctoritas in vtranque partem videbatur ambigua, nec vetitum erat cuiquam de his ſentire aut docere quod vellet. Neq; pulcherrimū corpus propter Næuum abijciēdum eſt. Tandem vt vltimam manum huic cōſiderationi imponamus, qui corrigere videmur ſanctorum patrum aſſertiones, obſerua quòd Pāphilius martyr, Euſebius Cæſarienſis, Dydimus & Rufinus conqueſti ſunt, videlicet Clemētis, Dioniſij, Origenis, & Athanaſij, & aliorum nobilium doctorum ſcripta plurima fuiſſe olim adulterata ab hæreticis, qui vt hæreſibus auctoritatē conciliarent ſub nomine glorioſiſsimorum patrum, & permutarunt multa, & detraxerunt, & cætera. Neceſſarium duximus mentem noſtram aperire in hac parte cum ingenti fructu lectoris. Cum autem, &c. De quibus aliàs dicendum eſt. Ad ſanctū Marcum veniamus. *Et cùm vidiſſent quoſdam ex diſcipulis communibus manibus, id eſt, nō lotis manducare panes.* Apertiſsime, vt hiſtoriator rei geſtę Beatus Marcus ſcribit quòd viderint Scribæ & Phariſæi quoſdā ex diſcipulis manducantibus non lotis manibus. Et quamuis nō ita clarum haberes teſtimonium in Euangeliſta, ſatis eſt quòd aliunde reuincit hos accuſatores Dominus Ieſus pro diſcipulis, nec tacere debuit calumniā obiecti criminis, ſi falſum eſſet in quo accuſabātur ſacri diſcipuli. Ad germanam interpretationem præſentis ſentētię obſerua, quod ſub lege, concedente domino, conſtituti ſunt Septuaginta ſenes, ætate, & moribus maturi, & ſcientia præclari ad tanti populi gubernationem, in qua ſupra modum grauabatur ſanctus Moyſes: ipſe tamē ſummus erat inter illos & Monarcha. Ab hoc tempore ſeruatus fuit mos apud Iudæos, vt per manus impoſitionem huiuſmodi iudices, ordinarij inſtituerētur. Qui omnes Hieroſolymis reſidebant: & ad eos vndique cōueniebant Iudæi pro difficilibus ac grauibus quæſtionibus. Et reſpōſa eorum pro lege firma habebantur: nec repugnare aut cōtradicere licebat: vt habetur in Deuteronomio, & in multis gloſſis Hæbraicis. Iudices & ſeniores huiuſmodi multa ſtatuebāt, quæ ad regimen populi pertinebāt. In quibus ſtatutis aliqua erant de neceſsitate obſeruāda, aliqua verò ſub monitione & quadam honeſtate. De iſtis erat hoc ſtatutum, quod in lectione Euangelij legitur, ſcilicet quòd accedentes ad menſam prius lauarent manus ſuas. Tamen Phariſæi & Scribæ ſub hoc ſtatuto ſuperſtitionem quandam diſſeminabant, quod acquirebatur mentis munditia & ſpiritualis per huiuſmodi lotionem. Inducebantur in hanc ſententiam quia ſecundum legem quædam immunditiæ per corporales lotiones mundabantur. Et diſcipuli

Homel. 4. di octaue omniū ſanctorum.

Auctorum ſacrorū lapſus in eorū ſcriptis qualiter excuſandi.

In Cōmēt. 2 epiſto. ad Corinth.

C

D.

Septuaginta ſenes iudices ordinarij.

Cap. 18.

Superſtitio Phariſæorum in baptiſmatibus ſuis.

puli Chriſti quæ nõ erant neceſſaria, ſed potius ſuperſtitioſa, facile dimittebant. Cum ergo inquiũt. Quarè diſcipuli tui, &c. in diſcipulis magiſtrum accuſant ac vituperant. Quare diſcipuli tui non ambulant iuxta traditionem ſeniorum? Nõ dubium quin Phariſæi iſti, & legis Scribæ, diligentiſsimi cultores extiterint traditionum ſeniorum in huiuſmodi exteriori cultu: de quibꝰ inquit ſanctus Euangeliſta. *Phariſæi enim & omnes Iudæi niſi crebrò lauent manus, non manducãt panes, tenentes traditionem ſeniorum.* Nec dubiũ etiam quin calce ſanctam legẽ abiecerunt: vnde hypochritæ erant. Et econtrà ſancti

Phariſæi hypocritæ.

diſcipuli domini obſeruãtiſsimi legis & ſanctorum mandatorum perſeuerabãt. Ad cõdemnandam igitur falſam iuſtitiam, quam in huiuſmodi lotionibus, aut baptiſmatibus viri iſti peſsimi profitebantur: & cum in illum ordinem excelſum mandati vel legis tales conſtitutiones non aſcenderẽt, ſed decentiam quandam moſtrarent, relinquebãt baptiſmata illa manuum aut calicum. Vel certè quia nec tempus ad manducandũ panem illis cõcedebat ſatis pia occupatio in proximorũ miſerationibus multis. De quò iam ſupra, Tantum abeſt quod præ otio liceret manus nithro lauare. Obſerua quomodo ſi crimen aduerſus legẽ obijcere poſſent iſti accuſatores ſanctis Apoſtolis, certè non diſsimularent ex miſericordia. Maximè cum vigilarent & obſeruarent magiſtrũ

Lucæ. 14.

& diſcipulos. Vnde qui accuſare venerant,

NOTA.

teſtes facti ſunt ſanctitudinis, & obſeruantiæ apoſtolorũ. Quippe qui in minimis ac leuibus accuſatores inuenti ſunt, ſi inueniſſent, nõ tacerẽt grauia crimina. Vides quomodo innocẽtiæ facti ſunt teſtes qui obſcurare conuenerunt & magiſtri & diſcipulorum gloriã? *Vituperauerunt.* Inquit ſanctus

1. cap. 4.

Euãgeliſta De quò edoctus ſanctus Petrus dicebat: Nemo veſtrum patiatur vt homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor. Si autem vt Chriſtianus, non erubeſcat, glorificet autem Deum in iſto nomine. Propter hoc glorioſè magnificata eſt Saluatoris innocentia & in concilio aduerſum eum, & in morte, cũ vel inimici callidi

Ioan. 11.

& amarulenti nullum crimen in medium obiecrint: ſed verbum eorum hoc eſt. Hic homo ſigna multa facit: ſigna diuinitatis certè. Non inquit Caiphas Adulter eſt, aut alienorum raptor, aut homicida: ſed ſigna multa facit, quibus contradicere non valemus, aut eorum ſplendorem extinguere, vel obſcurare. Habes ergo propter multa, vnde glorieris in Chriſto, & in cruce eius nobili, in qua innocens affixus eſt. Habes vnde patienter perſecutorum accuſationes feras, cum iudicem ſeſe exhibeat in huiuſmodi talirator, qui pro apoſtolis iure & inuincibiliter confutauit, & expugnabit hypocritas illos. De quo ſanctus Euangeliſta ſtatim. Vituperauerũt igitur Phariſæi, & Scribæ ſanctos Apoſtolos. Ad hoc venerũt ab Hieroſolymis, cum promiſcuus populus, & indocti audiebant verbum regni Dei ab ore Chriſti. Phariſæi autem ad quæſtionum pugnas concurrunt. O viri hypocritę: qui exterius loti erant, interiùs verò conſcientiæ liuore polluti. Ad quos aliquando Chriſtus: Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, qui mundatis quod de foris eſt calicis & paropſidis, vt fiat id quòd de foris eſt mundum. Væ vobis Scribæ hypocritæ, & Phariſæi, qui ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, &c. Non laborandum vel inſudandum nobis eſt noſtris his calamitoſiſsimis temporibus in agẽdo contra hypocritas, cum omnes aperto marte contra virtutem coniura-

Matth. 23. Scribæ & Phariſæi hypocritæ.

B tionem & fœdus inierint. Heu ad quam deflorationem in omnibus Eccleſiæ gradibus deuentum eſt. De quo ad longum in ſequẽtibus. *Conuenıunt*, ſimul veniunt. O quot inuenti ſunt qui amicitias componunt ad malum, & vix duos cultores virtutis reperies! Non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum. Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt. Quàm facilè multitudo inuenitur ad homicidium innocẽtis, ad falſum teſtimonium, ad luxuriã & ebrietatem? Quos deſcribit in prouerbiis Salomon, docens filium ſuum, vt nullo modo conſiliis eorum ſubſcribat. Fili mi ſi te lactauerint peccatores, ne acquieſcas eis. Si dixerint, veni nobiſcum, inſidiemur ſanguini, & abſcondamus tendiculas contra inſontem, &c. Fili mi ne ambules cum eis, prohibe pedem tuum à ſemitis eorum. Pedes enim eorum ad malũ currunt, &c. Ipſi quoque cõtra ſanguinem ſuum inſidiantur, & moliuntur fraudes cõtra animas ſuas. *Cõuenıunt* ergò multi ad malum contra proximos, cum vix duos inuenias qui fratri ſuo dicant confortare. Deſcribit ſanctus Eſaias feliciã & aurea illa tempora primitiuæ Eccleſiæ apoſtoloũ quando ſanguis Ieſu Chriſti corda fidelium calore ſuo fouebat, & vſque ad martyriũ fortes, &c

Pſalm. 13.

Prouer. 1.

tes & ſitiẽtes conuertebat, & armabat, quã- C do frater fratri auxilium ferebat ad bonũ.

Cap. 41.

Ego dominus, primus & nouiſsimus ego ſum. Viderunt inſulæ & timuerunt, extrema terræ obſtupuerũt, & appropinquauerunt, & acceſſerunt. Quæ omnia in prædicatione Apoſtolica completa fuit. Et deſcribens vberrimum fructum dilectionis fraternæ, inquit, vnuſquiſque proximo ſuo auxiliabitur, & fratri ſuo dicet, Confortare. Quo verbo vſus eſt ſanctus Moyſes ad Ioſue, cum Ducatum magni illius populi ex mandato domini illi tradidiſſet. Inquit ad illum: Confortare & eſto robuſtus. Tu enim introduces populum in terram quam daturum ſe patribus eorum iurauit dominus. Vſque ad introitum regni cæleſtis nõ ceſſat fraterna dilectio in auxiliando fratre: & dicit, Confortare. Nec mirum eſt ſi diligentiſsimum & expeditum faciat hominem erga proximum fraterna dilectio.

Dilectiõis fraternæ fructus.

Deut. 31.

NOTA.

Confortauit faber ærarius percutiens maleo eum qui cudebat tunc temporis, dicẽs glutino, bonum eſt, id eſt, confortabat cæteros, qui ei ad idoli fabricam erant adiutores, dicens glutino, Bonum eſt. Quod ſi ad malum faber ærarius confortabat, quãtò magis ad idolorum abnegationem debet hoc fieri? Hæc erant verba vnius cuiuſque ad proximum ſuum: Recedite ab D idolis: ſimulacra dæmonum antiqua contẽnite quæ humana finxit manus, quæ maleo cudente producta ſunt: quæ compacta glutino, quæ ſtabilita clauis, vt non moueãtur, & cum ſteterint, ambulare non valeãt. Lege ſi placet Ricardum de Sancto Victore de gradibus charitatis. Relinquite ergo Scribarum, & Phariſæorum glutinum ad malum, & concordem vnanimemque volũtatem ad vituperãdum diſcipulos Chriſti: & ſequimini quod ſcriptum eſt: Confortare. Habes hanc doctrinam apud diuum Paulum: Videte fratres ne quando ſit in aliquo veſtrum cor malum incredulitatis diſcedẽdi à Deo viuo. Sed adhortamini vosmetipſos per ſingulos dies, donec hodie cognominatur, vt non obduretur quis ex vobis fallacia peccati. Vbi nota aduerbium illud. Hodie, per quod ſignificatur tempus gratiæ. Philo Iudæus inquit. Per hanc vocem, hodie, intelliguntur infinita ſæcula menſium annorum, & in vniuerſum temporum circuitus. Nota, & illa verba, adhortamini, & per ſingulos dies. Adhortamini ad bonum fratris non ſicut Phariſæi, & Scribæ: qui conueniunt ad vituperandum diſcipulos Ieſu. Quibus ipſe. *Bene prophetauit de vobis hypocritis Eſaias ſicut ſcriptum eſt. Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè eſt à me.* Conſidera altitudinem conſilii Ieſu Chriſti domini noſtri, quo vſus eſt in reſpondendo obiectæ accuſationi aduerſum diſcipulos ſuos. Prophetam adducit in medium & quidem nobiliſsimum, Eſaiam ſcilicet.

Cap. 4. p. 1

Hebre. 3.

Fraterna dilectio.

Philo. lib. de profugis Tom. 1. fo. 396.

Reſponſi Chriſti ſapientia.

Qui longè antea præuidit, domino & ſpiritu ſancto ſuo reuelante horũ hypocreſim, & prædixit quàm eſſent odibiles Deo vniuerſorum: qui ad captandam auram gloriæ ſæcularis baptiſmata multa inſtituerint: vt munditiam interiorem viderentur profiteri: cum certè eſſent velut ſepulchra dealbata intus cuſtodientia omnem peccatorum ſpurcitiem. Ac ſi diceret. Non opus eſt, vt vobis ego reſpondeam. aut aliquis ex diſcipulis meis. Quem vos colitis, & patres veſtri tanquam verum prophetã receperunt, & eius ſcripturam, vt ſacram venerantur: ille iam multò anteà aduerſum vos locutus eſt, ac in munimentum æternum literis mandauit. Vt qui doctrinam meam tanquam vobis contrariam nõ ſuſcipitis, prophetæ veſtri ſententiam reijcere ne præſumatis. Sic alio loco & tempore cum huiuſmodi homines inuidia torquerentur ex honore turbarum ad Chriſtum, cùm introibit Hieruſalem in hymnis & diuinis carminibus cum multo comitatu populorum ramos & palmas deportantium, & dicerent. Non audis quid iſti dicunt? Reſpondit: Vtique. Nunquam legiſtis quia ex ore infantium & lactentium, &c. Paratiſsimi eſtis cuicunque ſermoni meo contradicere, & teſtimonium quod propoſuero obſcurare: propterea audite eximiũ Prophetam, & Patriarcham Dauid, qui antequàm ego in mundum veniſſem, hæc omnia in pſalmo decantauit: Eſtò mea culpa ſit quod pueri decantent hymnos, laudeſque concelebrent diuinas: qui fieri poteſt quod culpa mea fuerit, in reuelandò Prophetæ quæ modò geſta ſunt? Optimũ genus reſponſionis quodq; inimicum reuincit cum ſacram ſcripturam in mediũ proponimus. Hoc ergo conſilio vſus eſt domin9 hic, & alibi multoties. Inquit ergo. *Benè prophetauit de vobis hypocritis Eſaias.* Prophetauit Eſaias quæ ab his viris peſsimis agenda erant

Mat. 21.

Pſalm. 8.

erant, ipſi tamen non obid deſeruientes dicto Prophetæ & quaſi ex neceſsitate operati ſunt, quæ fuerāt prædicata. De quo ſupra ad lōgum cum Athanaſ. & Origene, in quorū expoſitione habes multorū locorū valde difficiliū germanam interpretationē: ſcilicet eorum ominū, quæ aut dominus Ieſus, aut apoſtoli in doctrina ſui Euangelij aut epiſtolarū adducunt, eū aliquid factū eſſe demōſtrāt, quia in prophetis eſſet prędictū. Quæ omnia obſcura & valde difficilia ſunt. *Benè prophetauit.* Nō bonū ſed benè, id eſt, iuxta illud quod à dño ſibi fuerat reuelatum, quod & à vobis agendū erat plena cordis veſtri libertate, immò cum ſumma licētia. De vobis hypocritis, id eſt, ſimulatoribus. Hypocrita enim ſimulator eſt: qui dū intus malus, & lupus rapax eſt, bonū ſe palā oſtēdit & ouem. Simulator eſt, vt ille qui in feſtis theatrices, Agamenonem aut Menalaum repreſentat: cum certè ſit ipſe aut cerdo ignobilis, aut ſutor pauper, & vilis. Sic in Eccleſia vel in omni vita humana quiſquis ſe vult videri quod non eſt, hypocrita eſt. Simulat enim iuſtum, & non exhibet, quia totum fructum in laude hominum reponit: quam laudem poſſunt etiam ſimulatores percipere, dum fallunt eos, quibus videntur boni ab eiſque laudantur. Sed tales ab inſpectore cordis Deo mercedem non accipiunt, niſi fallatię ſupplicium. Simulatores ergo ſunt hypocritæ omnes, quorum faciem denudat Chriſtus: ſicut olim Elias, ad quem impius Ieroboam, qui peccare fecit filios Iſrael miſit vxorem ſuam mutato habitu vt quæreret ab eo ſuper ſalutem pueri. Quæ cum ingreſſa eſſet vbi erat Elias, cuius oculi calligauerunt, ſtatim vt audiuit. Ingredere (inquit) vxor Ieroboam: quare aliam te eſſe ſimulas? In hunc modum hypocritæ Phariſæi, & Scribæ denudantur à domino, vt confundantur. Veniunt vt religioſi viri: & legis magiſtri, cunctis venerabiles, qui eos aſpiciebant tanquam legis & ſeniorum zelatores. Dominus autem proprio nomine compellat, eos adducto in medium propheta: & vocat hypocritas. Etiam ſi poſt oſtium, & retro poſtem repoſuerit hypocrita memoriale, tamen prophetis domini reuelantur quaſi ſub luce meridiana: vt videant nepharia opera eorum. De quo habes apud Ezechielem expreſſam ſcripturam. Quod autē Eſaias prophetice deſcripſit, ecce iam in vobis completur. *Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe eſt à me.* Digito oſtendit Dominus de quibus ſanctus Propheta agat ſermonem, cum inquit: Hic populus. Non de Aegyptijs, aut Babyloniis, nec de Tyrijs & Sydonijs loquor, ſed de populo meo Iſrael, cui mandaui: Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, & ex omni mente tua, &c. Hic populus, qui à me habet magnum hoc mandatum, labijs ſolum, id eſt ex terno ſermone labiorum & certè externis, & nudis ceræmonijs, aut ſacrificijs honorat me, & cor eorum longè eſt à me. Labijs me honorat, dum tanquam Deo verò ſingularem exhibet cultum & latriam: ore confitentur quod ego ſim ſolus, & omnes dij gentium dæmonia: quod ego creator vniuerſorum ſim, & eorum gubernator, quæ omnia à ſanctis ſcripturis Prophetarū dixerunt. Cor autem eorum longè eſt à me: per odium quod aduerſus filium meū, quem miſi in mundum, ad eorum ſalutem, exercent. Longè eſt à me propter amarulentiam, quam contra innocentes, ſicut veri hypocritæ, gerunt. Hæc duo ſunt propter quę præcipuè hodie Scriptura iſta completur in vobis. De vobis enim prophetauit Eſaias. Miſit enim Deus Pater, me filium ſuum dicens: Verebuntur forte filium meum, & ecce in verecunda frōte, & animo infrunito, Dæmonium habet, dicitis. Et hic homo non eſt à Deo, qui Sabbathum non cuſtodit. Et ad diſcipulorum meorum vituperationē vno animo & concordi voluntate conuenitis ab Hieroſolymis: qui religioſi apud illos eſtis, & ſapiētes. Hæc interpretatio inde mihi probatur, quia in textu dicat dñs Ieſus: Relinquentes mandata Dei. Qui dū illa, vel illa nō determinat, de principalioribꝰ litera videtur interpretanda. Hæc autem ſunt dilectio Dei, & proximi. Illud enim maximum mandatum eſt: hoc ſimile illi, & ſic cōpletur quod ſtatim in propheta ſcriptum eſt: Ideò ecce ego addam vt admirationem faciam populo huic miraculo grandi, & ſtupendo: peribit enim ſapientia à ſapientibus, & intellectus prudentium eius abſcōdetur. Et reuera grande miraculum Deus fecit in populo poſt Aduentū Saluatoris: vt vno atque eodē tempore arderet Hieruſalem, templumque corrueret, & omnis magiſtrorū ſciētia tolleretur: impleto illo ꝙ ſupra dictum eſt.

Ecce

Hypocrita ſimulator interpretatur.

3. Reg. 14

Eſai. 57.

Cap. 8.

Deut. c. 6

Matt. 21.

Ioann. 8.

Ibi cap. 9.

Miraculū grande in deſtructiōe Iſrael.

Ecce enim dom'nator dominus exercituũ
afueret à Hieruſalem & Iuda validũ,& for-
tẽ,& omne robur panis,& quæ cap.3.Pro-
pheticus ſermo contexuit. Obſecro attẽde
prudens lector quàm longè erant à Deo
Matth. 2. viri iſti peſsimi,qui inimico odio preſeque
Defuncti bantur Chriſtũ a cunabulis: quem ex ſacris
ſunt enim, ſcripturis & ex mirabilib⁹,quę paſsim apud
qui quære- illos faciebat mirifica maieſtatis demõſtra-
bant animã tione agnonerunt eſſe Meſsiam,patribus in
pueri,&c. prophetis repromiſſum & in lege Moyſi.
Ibi Hiero. Quem,ſi vellent,agnouiſſent eſſe Dei filiũ:
propter quod ignorãtia tãti myſterij in il-
lis, inexcuſabilis erat.Et quibus tãta deficie
Pſal.24. bat de dño Ieſu cognitio, in ſummis eius be
Actor.10. neficijs (pertranſijt enim ſanandi oẽs infir-
mos eorũ, & oppreſſos à diabolo) obnoxij
illi erant valde.Et cũ ſcriptura inquit:Odio
habuerunt me gratis, amplius & altiùs mul
tò peccatũ eorum ponderandum eſt:contra
omnem rationẽ & vrbanitatẽ, benefactorẽ
Matt.27. ſuum, & auctorẽ vitæ interfecerũt, & pe-
tierũt dimitti ſibi homicidã. Nec canis nec
leo benefactori ſuo aliquid triſte Infert: &
iſti dñm ſuũ à cunabulis (vt dixit B. Hiero-
Super. 2.c. ronymus) perſequũtur,vſq; ad mortem cru
Matthæi. cis:& diſcipulos vituperant.Quã ergo lõgè
à dño erat cor eorũ?Et quanta cũ modeſtia
taxauit ſcriptura immane ſcelus eorũ? Cor
eorũ longè eſt à me,inquit.Et odio habue-
Exod. 32. rũt me gratis.Sic olim cum patres eorum in
grande illud idololatriæ ſcelus incidiſſent,
dixit dñs ad Moyſem:vade deſcende pecca
uit popul⁹ tuus,quẽ eduxiſti de terra Aegy
pti. Receſſerũt cito de via,quã oſtẽdiſti eis.
Vide & conſidera quale fuit illud crimẽ,&
tamen de illo, receſſerunt, inquit, quaſi ad
Proximo- manus eſſet reditio ad viam bonam & re-
rum corre- ctam.Clemens Deus docet præter ſuã miſe
ptio. ricordiam multam,quomodo in proximo-
rum peccatis prælatus, & iudex,modeſtiã,
& miſericordiã debeãt cuſtodire: quam do
Ad Gala. ctrinã apud apoſtolũ habes. Si præoccupa
Cap.6. tus fuerit hõ in aliquo delicto:vos qui ſpiri-
tales eſtis,inſtruite in ſpiritu lenitatis huiuſ
modi. Noli ergo exclamare cõtra illũ, neq;
in mille verbis aggraues opus proximi tui.
Ipſe autẽ peccator, & qui pro illo orat,cõ-
NOTA. fiteatur cũ Moſe:Obſecro dñe peccauit po
Exo.c.32. pulus iſte peccatum maximũ.Obſerua cir-
cunſtantiã temporis in quo à domino tra-
dita eſt hæc ſcriptura Eſaiæ. Cum diſcipu-
los pauperculos magni illi apud populum
proſequebantur, apertè tunc cum Eſaia hy

C pocritas eos cõpellat, & eſſe cor eorũ lon-
gè à Deo docet. Et certè (vt dixi) in perſe-
cutione aduerſus Chriſtum primo interpre
tanda eſt illa ſcriptura Eſaiæ: & tamen cum
proximus læditur,& circumuenitur, tũc in-
ſurgit contra hypocritas manſuetus ſalua-
tor:vt ex hoc intelligas quã char⁹ Deo ſuo
ſit humilis ſeruus eius,qui tota cordis deuo
tioni auctorem ſuum ſequitur, ſolicituſque Miche. 6.
ambulat cùm Deo ſuo. Qui huiuſmodi tã- Zacha. 2.
git,pupillam oculi domini tãgit. Cognoui Pſal.139.
quia faciet dominus iudiciũ inopis, & vin
dictam pauperum. Eſto tu fortis & conſtãs
in pupillis defendendis & orphanis: eripe
inopẽ de manu fortiorum:defendite viduã
&c,& in tuis iniurijs eſto humilis, & mãſue
tus ſicut Saluator.Et factus ſum ſicut homo
non audiens,neque habens in ore ſuo redar Pſalm.37.
gutiones.Qui cum malediceretur,non ma- 1.Pet.2.
ledicebat:cum pateretur, non comminaba-
tur:nobis relinquens exemplum, vt ſequa-
mur veſtigia eius.Cum autem aduerſus pau
peres audit vituperationem,induit pro tho
race iuſtitiam,& armat linguam ſuam zelus
illius:& inquit: Quare vos tranſgredimini
mãdatum Dei propter traditiones veſtras?
D Hypocritæ bene prophetauit de vobis Eſa
ias.Obſerua quomodo & quantum noſtro
populo,qui gloriatur ſe diligere Chriſtum,
conueniat hæc ſcriptura. Ex tribus conſur-
gebat germana interpretatio Eſaiæ.Primo
quia Chriſtum domini odio proſequeban-
tur:Secundo, quia proximos nõ diligebãt,
& vituperabant & accuſabant. denique ter
tio, quia externo cultui, & cæremonijs &
ſtatutis ſeniorum adhærentes, diuina man-
data ſpernebant.Iam ergo videamus quàm
longè hæc ſint à populo noſtro, an verò Dilectio-
quomodo ei conueniant. Lata eſt ſentẽtia *nis proba-*
ab ipſo Saluatore:per quã dilectio eius cõ- *tio.*
probari debet:& ecõtra.Si quis diligit me, Ioann.14.
ſermonem meum ſeruabit. Qui non diligit Ibi.
me,ſermones meos non ſeruat. Si diligitis Ibidem.
me,mandata mea ſeruate.Qui habet manda
ta mea,& ſeruat ea, ille eſt qui diligit me.Ec
ce ſi vnuſquiſque veſtrum interrogetur, an Gre. hom.
diligat Deum,tota fiducia reſpondet:Dili- 30. in euan
go.In lectione autem euãgelij demonſtra- gel.
tur nunquid verus ſit ſermo illius. Probatio
dilectionis exhibitio eſt operis. Et Ioanes
Euangeliſta inquit: Qui dicit diligo Deũ,
& mandata eius non cuſtodit, mendax eſt. 1. Ioan. 4.
Et qui in vno deliquerit factus eſt omnium Iac.2.
reus.Et Paulus aliunde trahit argumentum ad Titũ.2.
ad pro-

ad probationem rei huius. Dicunt ſe noſſe A
Deum: factis autem negant. Quæ ſunt hæc
facta? mandatorum violationes. Quis ergo
inter mille viros Deum diligit, & dominũ
noſtrũ Ieſum Chriſtum? Quis amat proxi-
mum ſuum? Nunquid non nobis ſcriptura
Eſaię loquitur, quãuis non inueniatur odiũ
aduerſus Ieſum in aliquo noſtrũ? Nunquid
noo ſumus mẽdaces, ſicut teſtatur Ioannes,
qui dicim⁹ nos diligere Deũ, & mãdata eius
non cuſtodimus? Non ergo diligit Chriſtũ,
qui ſacra eius mandata violat. Obſerua ob-
ſecro ſententiã D. Pauli, vt rẽ hãc abſolua-
1. Cor. 16 mus: quam & in mentis exceſſu mihi vide-
tur dixiſſe. Si quis non amat dominum Ie
ſum Chriſtum, ſit anathema Maranatha, ſit
maledictus, non inquã excommunicatus.
Eo enim quod aliquis mortaliter peccat,
17. q. 4. ſi non eſt ipſo facto excommunicatus, niſi ta-
quis de ſen le ſit crimen, aduerſus quod lata ſit ſenten
tentia ex- tia excommunicationis, ſicut percuſſio cle
communic. rici, & crimen hæreſis, &c. In violatione
autem omnium præceptorũ Decalogi non
inuenitur excommunicatio: Sed cũ inquit
Pſal. 118. Paulus: ſit anathema, cum Dauide illud ex-
Anathem. ponitur. Maledicti qui declinant à mãdatis
apud Pau. tuis. Sic & Paul⁹ maledictos clamat eos, qui
Actione. 7 non diligunt dominum Ieſum. Vnde in ſe B
cũda Synodo Nicæna, cum aduerſus dãna-
tores adorationis venerabilium imaginum
Anathema decernerent patres, exponen-
teſque quid ſignificare vellent in verbo
anathema, dixerunt. Anathema autẽ iſtud
nihil aliud eſt, quàm ſeparatio à Chriſto.
Quòd ſi ſolam hanc ſignificationem habe-
ret, ſuperfluum videretur dicere. Anathe-
Anſelmus ma iſtud. &c. Anſelmus ſuper nonum cap.
ſup. 9. c. ad ad Romanos Anathema pro maledicto aſ-
Romanos. ſumit: Optabam Anathema eſſe à Chriſto,
id eſt, maledictus, ſicut ille pro nobis fa-
ctus eſt maledictum. Significat & ſuſpen-
Gal. 3. ſum. In media ſignificatione nos illud ex-
poſuimus cum propheta Dauid. Marana-
Maranatha tha Syria dictio eſt: & ſignificat: domi-
apud nus iudicabit: aut dominus veniet. Scili-
Paulum. cet ad iudicium. Beatus Hieronymus Sy-
Hierony. rium etiam exiſtimat verbum Marana-
ſuper. 9. c. tha, magis quàm Hebræum: tametſi ex
ad Roma. confinio, vtriuſq; linguæ aliquid Hebræũ
ſonet: Et interpretatur, Dominus noſter
venit: vt ſit ſenſus: ſiquis dominum noſtrũ
Ieſum non diligit, ſit Anathema. Et illo
completo deinceps inferatur: Dominus
noſter venit. Quod ſuperfluum ſit aduer-

A ſus eum odijs pertinacibus velle contende-
re, quem veniſſe iam cõſtat. Epiſcopus
Burgenſis ex materna lingua Hebræa ſpe-
cialem tradit interpretationem præſentis
nominis indeclinabilis Maranatha. Eſt er-
go maledictus, vel maledictio illa vltimi
diei, & ſupplicij æterni comminatur ei,
qui non amat dominum noſtrum Ieſum
Chriſtum: & ſeparationem à Chriſto me-
retur quicunque non diligit eum. Et huic
aduentu eius primus nihil attulit vtilita-
tis: immo ſeparatus eſt ad ſecundum, ſi ſic
perſeuerauerit: in quo reddet Deus vni-
cuique ſecundum opera eius. Cor ergo *1. Cor. 3.*
omnium peccatorum longè eſt à Deo ſe-
cundum menſuram delicti, cum ipſum
non diligant. Cor ergo noſtrum, id eſt,
voluntas noſtra ſit ad dominum, ne nobis
ſicut & illis, pro menſura etiam delicti,
dictum Prophetæ conueniat. Cor autem
eorum longè eſt à me. Ad tertiam ratio-
nem accedamus, propter quam Iudæis di-
ctum eſt: Populus hic labijs me hono-
rat: cor aũt eorũ longè eſt à me. In exterio-
ribus cæremonijs & ſacrificijs, in multis ba
ptiſmatibus manuum & vrceorum & cali-
cum &c. reponebat vniuerſa illa multitudo
hypocritarum iuſtitiam ſuam, quos pręſen-
B te ſermone taxat dominus Ieſus. Dilata-
bant fimbrias, orabant in angulis platea-
rum, exterminabant facies, vt viderentur
hominibus ieiunare. Sunt etiam apud nos
cantus, dies feſti, cęremoniæ, ieiunia, ſicut
apud Iudæos. Obſeruandum itaque no-
bis eſt: ne contra nos militet ſententia
Prophetæ. In ſpiritu & veritate ſeruien-
dum eſt domino Deo noſtro, ſecundum
ſententiam Saluatoris ad Samaritidem. *Ioan. 4.*
In ſpiritu, vt carnales cæremonias Iudæo-
rum & ſacrificia dimittas quæ vſq; ad Chri
ſtũ repoſita erant, & ſignificationẽ verita-
tis & myſterij retinebãt: & in veritate, vt ri-
tus gentiũ abijcias. *In uanum autẽ me colũt, do-
centes doctrinas, & præcepta hominũ.* Relinquẽ-
tes enim mãdata Dei, *tenetis traditiones hominũ:
baptiſmata urceorũ & calicũ, & alia ſimilia his
facitis multa.* In Propheta ſic legis: Et ti- **NOTA**
muerunt me mandato hominum. Anno- *ualde.*
tauit beatus Hieronymus ſuper hunc locũ, *Hierony.*
quod alias ſæpenumero facit in nouo teſta-
mento, plęrunque Euangeliſtas & apoſto-
los non verbũ fuiſſe interpretatos de ver-
bo: nec ſeptuaginta interpretũ auctoritatẽ
fuiſſe ſecutos, quorum æditio illo tempore

legebatur. Sed quaſi Hebræos & inſtructos in lege abſq; damno ſenſuum ſuis vſos eſſe ſermonibus. Quod autem æditio noſtra vulgata ex ſacris euangelijs habet, in vacuum me colunt, & in propheta legis: timuerunt me, timor pro cultu Deo debito legitimè vſurpatur. Qui timet dominũ, cultor illius eſt. Beatus Matthęus dixit: Sine cauſa colũt me. (*Cap. 15.*) Sicut enim medicina dicitur ſine cauſa, vel fruſtra propinari, quæ non confert ſanitatem: Sic cultus diuinus: qui non ducit ad veram fœlicitatem. Quod ſignificantius dixit noſter Euangeliſta. *In uanum me colunt.* Senſus literæ eſt. Non quia ſtatuta ſeniorũ contraria erant diuinis mandatis, iſta ſcilicet, de multiplicibus baptiſmatibus, in vanum dicit propheta, & Chriſtus colere Iudæos dominum: ſed quia illa ſolummodo ſeruabant, ſicut ſupra demõſtratum eſt. Quàm autem ſit vanum placita hominum ſeruare, ſpretis diuinis mandatis: & mercedem à Deo expectare, ſatis manifeſtum eſt. In vanum ergo laborabant expectantes retributionem: qui ſicut veri hypocritæ receperunt mercedem ſuam. Vel aliter: In vacuum colunt me, vel timent, doctrinas & præcepta hominum docentes: cùm contraria ſint diuinæ voluntati, reuelatæ quidem hominibus in ſanctis mandatis legis. Et ſtatim proponit exemplum. Bene irritum feciſtis mandatum Dei propter traditionem veſtrã, Sed prior expoſitio germanior videtur, & tenenda. Quod inde cõſtat quia de impio opere manifeſtæ transgreſsionis legis domini, quale erat de honeſtatio parentum, non diceret dominus in vanum colunt me, cum propter illud durum iudicium & ſupplicium æternæ amaritudinis eos expectarent. Scio etiam quod pro hypocreſi damnandi erant. Sed aliud eſt magnum pręceptum legis naturalis irritum facere, aliud doctrinas hominum, quæ legi non obuiant, ſeruare. Et de hypocritis conſuetus loquendi modus erat domino Ieſu: receperunt mercedem ſuam. *In uacuũ.*

Leg. eccleſiaſticæ, & humanæ obligant in conſciẽtia.

Obſerua vt fugias errorem pernicioſum valde, quod non vituperat Chriſtus, aut reijcit ſtatuta hominum ſiue ſint principum ſæcularium, ſiue ab Eccleſia condita: dum modò diuinis legibus non ſint cõtraria. Quod de legibus eccleſiæ cogitare non poteſt. Secundo non reijciendo illa, accuſat obſeruatores humanarum conſtitutionum, non quia illas colunt: hoc enim bonum eſt: qui enim poteſtati reſiſtit Dei ordinationi reſiſtit: dum modo non ſit lex principis contraria Deo. (*Rom. 13.*) Tunc nimirum libertate Chriſtiana vti debet ſeruus Chriſti verbo Petri. Obedire oportet Deo magis quàm hominibus. (*Actor. 5.*) Audiendus eſt Deus & ſancta lex: potius quàm homo. Quod ſi propter hoc patiatur perſecutionem ſeruus Dei, beatus. Et nota quod licèt leges quæ humano tantum bono aduerſantur, non obligent in conſcientia: aliquando tamen illis parendum eſt, ratione ſcandali: ſecus ſi bono repugnent diuino, ſicut diximus. (**NOTA.**) Et hic eſt legitimus ſenſus ſententiæ Petri Apoſtoli. Accuſat ergo hypocritas obſeruatores humanarum conſtitutionum: quia in obſeruantia illorum, vniuerſam reponebant iuſtitiam: relinquentes mandata Dei. Videant ergo Principes qualiter condant leges ſuas: quibus à Deo data eſt poteſtas: quia certè in tantum vim leges habent & obligant, in quantum iuſtæ ſunt, & æquæ. Sunt enim Principes publici parentes ciuitatis. (*Principes parẽtes ciuitatis.*) Cùm verò in ſubditorum detrimentum abutuntur potentia, nequaquam Principes, ſed hoſtes appellandi ſunt, cum agant hoſtilia. Et tunc quidem maximè ſunt Reipub. hoſtes, & potentia abutuntur in detrimentum populorum, cùm leges contra diuinas condunt. Tunc temporis relinquendi ſunt. Caueãt ne ſupra modum multiplicent leges Eccleſiaſtici Prælati, in laqueum ſubditorum. Quod ſi vt decet, & æquum eſt in cuſtodia legum ſuarum inuigilent vt à ſubditis inuiolabiles obſeruentur: certè pro zelo legis Dei ſui inſtituti ſunt capita populorum. Pro legum diuinarum vindicta aduerſus transgreſſores gladium habent, & excommunicationem. Non oportet in præſentiarum aduerſus Manichæum diſputare, (*Manichæ. ſtultus.*) de nomine traditionum: cũ manifeſtè Paulus contra ipſum clamet: Lex quidem ſancta eſt, & præceptũ ſanctum & iuſtum. (*Roman. 7.*) Nõ ergo nomine traditionũ intelligit Chriſtus vetus teſtamẽtum, eò præcipuè quòd in toto teſtamento veteri nulla harum traditionum inuenitur. Non ergo damnauit aliquam partem diuinarum ſcripturarum pręſenti loco dominus. Stratonicus Cumarum Epiſcopus in collectaneis ſuis autumat huiuſmodi traditiones fuiſſe placita ac decreta Iudaicarũ ſectarũ. (*Stratonic.*) Quatuor enim fuerũt ſectæ & inſtituta viuendi apud Iudæos: De

quibus

Lib. 18. antiq. c. 18. et libro. 2. de Bel. iu. c. 7

quibus lege Epiphanium & Ioſephum. *Bene irritum feciſtis præceptū Dei, ut traditionem ueſtram ſeruetis.* Iam inſurgit cōtra grauem iniquitatē Scribarum & Phariſæorū. In ſuperioribus nō diſputauit contra ſtatuta ſeniorū, quaſi cōtraria eſſent diuinis mādatis: nō enim contra aliquā legē erant baptiſmata illa & manuum ablutiones. Quod autem iam proponit erat cōtra magnum legis præceptum de honore parentibus exhibēdo. Propter quod grauiter inuehitur in eos dicens. Bene irritum feciſtis pręceptū Dei, quod deſiderabile erat ſuper aurū & lapidē

Pſalm. 18

pretioſum multū: & in illius obſeruantia retributio magna à Deo, & in hoc ſæculo & in futuro. *Moyſes enim dixit: Honora patrē tuū & matrem tuam: & qui maledixerit patri, uel matri morte moriatur.* Ante quam ad præſentē ſcripturā accedamus, obſerua qualiter à dño Deo traditum eſt hoc mandatū. Cum agit de honore exhibendo parentibus, copulatiua oratione vtitur, dicens. Honora patrē & matrem. Cum verò pœnā mortis decernit aduerſus trāſgeſſores, diſiunctiuè loquitur.

NOTA. ualde.

Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. Satis eſt ad violationem tāti mādati alteri parentum maledicere: & neceſſarium ad obſeruantiam præcepti vtrumque colere. Ambo certè principium vnum ſunt noſtri. *Bene irritum feciſtis mādatum Dei: propter traditionem ueſtram.* Exponamus primo vim literæ, quæ aliquantum obſcura eſt, & deinde morali doctrinæ inſeruiemus. Adeò auaritia cor ſeniorū & ſacerdotū Iſrael ſui iuris effecit, quod non ſatis illis fuerunt mille partes ſacrificiorum & primitiarū Iſrael, quas dñs illis conceſſit. Quod quidē ſummū honorem attullit; cùm participes fierēt eorum quæ Deo ſacrabantur à gratis hominibus. Paratusq; erat cibus abſq; eorum labore & cura. Ex quibus liquet iuxta legis iudiciū ſacerdotes æquiparari honore ac maieſtate regibus: Siquidem illis tanquā principibus conferri tributa imperabat. Idque fiebat longè aliter quam in cæteris ciuitatibus ſubdiſtractis de gentibus. Nam hæ gementes & coactæ vix tandem conferunt. At ſacerdotibus debitam pecuniam proprius de qualibet mactata pecude duas partes libens gaudenſque depromebat, quaſi non daret, ſed acciperet addēs fauſtas ominationes & gratiarum actiones populariter. Idque quotannis. Nullum horum ſatis illis erat: ſed ad refocilandam auaritiam ſuam,

A docebant populum, & ſtatuerāt traditione Iſrael filios tunc temporis, non eſſe parentibus obnoxios, etiam in magna paupertate, cū Deo bona illa eſſent oblata & dicata. Verbum illorum hoc erat. *Si dixerit homo patri aut matri: korbam (quod eſt donum) quodcunque ex me tibi profuerit: & ultra non dimittitis eum quicquam facere patri ſuo, aut matri, reſcindentes uerbum Dei per traditionem ueſtram, quam tradidiſtis. &c.* Docebāt filios populi ſui, cum pater aut mater cibo aut veſtitu indiguerint, conſecrate Deo, & in donum eius deputate quantum illis eratis conceſſuris. Melius enim eſt Deo quam hominibus offerre donaria & ſacrificia. Et ſi veniētes ad vos, vel vobis euntibus in domos illorum dixerint, Fili commoda mihi veſtē, panem, vel aliquid huiuſmodi in multa māſuetudine dicitè illis: Korbam pater mi, id eſt, donum Deo obtuli, quod à me exigis, & magis tibi proderit, quàm quæ à me modo poſtulas. Et ſic miſer pater audiens eſſe conſecratum per votum quod poſtulabat, etiam laborans magna neceſsitate, amplius à filio non exigebat. Hæc erat ſancta, religioſa, & valde pia mens Phari-

Traditiones contra mandatum de honore parentum.

B ſæorum & Scribarum & ſacerdotum templi, qui de cultu, & honore eius valde ſoliciti erant. Quàm autem impia ac deteſtabilis fuerit hæc traditio in præſentiarum docet Chriſtus in duobus iſtis verbis: Irritum feciſtis, & reſcindentes verbum Dei. Sed & lumen ipſum naturale, & vniuerſa prophetarum ſcriptura confutat, & condemnat eos. Superiorem expoſitionem verbi Korbam cum Marco Euangeliſta, tradit ex quodam magiſtro Hebræo Origenes ſuper Matthæum. Vſque huc aſcendit Phariſaica auaritia, vt neceſſaria parentibus raperet impunè ſub velamine pietatis: cum certè eſſet contra graue præceptum de honore exibendo parentibus. Qui non tantum in reuerentia exteriori conſiſtit, ſed quàm maximè in ſubleuando eorum neceſsitates.

Orig. ſup. 15. c. Matthe.

Honor parentum in quibus ſit.

NOTA.

De per ſe eſt & ſecundum naturam, quod pater theſaurizet filio, non filius parenti. Debent parentes filijs ſuis educationem religionem, &c. & bona temporalia ſecundum æquitatem acquiſita. Aliquando autē parentes in calamitoſam ſortem & paupertatem deueniunt. Tunc nimirum ex vi pręcepti de honore parētum, debent filij ſuis genitoribus, quæ ab illis acceperūt, victū ſ.

& veſtitũ.Pro hac doctrina eſt quaſi totũ,
cap.5.lib. Eccleſ. Si ut qui theſaurizat,ſic
qui honorificat matrẽ ſuã. Qui timet dñm
Lege cap. 2.lib. 9.Ethicorum. honorat parẽtes,& quaſi dñis ſeruiet eis qui
ſe genuerũt. In opere & ſermone, & omni
patiẽtia honora patrẽ tuũ,vt ſuperueniat ti
bi benedictio à Deo, & benedictio illius in
nouiſsimo maneat.Benedictio patris firmat
domos filiorũ,maledictio aũt matris eradi-
cat fundamẽta.Quã malę famę eſt qui de re
linquit patrẽ, & eſt maledictus à Deo qui
Infames ſũt filij qui non honorant parentes. exaſperat matrem.Infames & obſcuri ſunt,
& à Deo maledicti qui derelinquũt patrẽ
in paupertate ſua, & in anguſtia cordis ſui.
Quod ſi benefaciendũ eſt omnibus indigẽ
tibus,quãto magis parẽtibus,à quibus ſum-
pſimus originem & habemus principium?
Non ergo poteſt Deo placere quod ſibi of-
fertur, ſi parentibus erat ad victũ,vel veſti-
Pſalm. 5. Oſeæ.6. tum neceſſariũ. Bonorum noſtrorũ non in-
diget,& miſericordiam vult,& non ſacrifi-
ciũ.Quod ſi alterũ dimittendam eſt,dimit-
te ſacrificium, vt miſericordiam indigenti
præſtes.Immò ab altari cõcedit altiſsimus
vaſa initiata propter pauperes & pupillos,
& captiuos. De quo iam ſupra. Auctore Iu
ſtino,Melchiades poſt Xerxem ſuperatum
peculat⁹ reus in carcere mortu⁹ eſt,cui mor
tuo ſepulturam Cymon eius filius, vinculis
in ſe translatis redemit. De huiuſmodi ho-
nore,parentibus debito in eorum neceſsita
1.Tim.5. tibus extat duplex ſcriptura Pauli Apo-
ſtoli.Honora viduas, id eſt, tribue neceſſa-
ria verè viduis.Et ſtatim de pręsbytero in-
quit. Qui bene præſunt pręsbyteri duplici
honore digni habeantur,maximè qui labo
Lib.de decalogo. rant in verbo & doctrina. Philo,in cuius lau
des omniũ patrũ ora aperta ſunt,mira dicit
de hoc quinto præcepto. In primis nota ꝙ
ex æquo in tabulis legis quinque deſcribit
præcepta. Vñ primã & grauiſsimã orditur
rationẽ.Sequitur(inquit) quintũ præceptũ
de honorãdis parẽtib⁹ ſitũ in duarũ tabula
rũ cõfinio,cũ enim in prima ſit vltimũ cõiũ
git ambas, priori ſecundã applicãs, cõple-
xãs ius ꝙ nobis intercedit cũ hominibus,ꝙ
ideo factũ arbitror:quia parentũ natura vi-
detur mortalis,& immortalis eſſentiæ con-
finiũ:mortalis,propter cognationẽ cum ho
minibus & cæteris animantibus,& propter
corpus corruptibile:immortalis vero quia
gignẽdo refert Deũ genitorẽ omnium. Et
paucis interpoſitis. Sciãt ergo ſe damnatos
pro duobus tribunalibus,quæ ſola ſunt na-

C turalia:impietatis apud diuinũ, ꝙ ſecundos
poſt Deũ actores vitæ ſuæ non tractant ex
officio: inhumanitatis vero apud humanũ:
cui enim benefaciẽt qui proximos & opti-
mè de ſe meritos vilipẽdunt: quibus nulla
poteſt referri gratia nõ inferior acceptis be
neficijs: quomodo enim natus genitorem
ſuum poterit viciſsim gignere? quam exi-
miam prærogatiuam natura dedit parenti-
bus,nunquam compenſandã à liberis. Pro-
inde indigniſsimum fuerit, ſi qui ne omni-
bus quidem officiis poſſunt gratitudini ſa-
tisfacere, grauentur præſtare, vel minima.
Eos ſic libet alloqui:feræ debent ſicurari ab
hominibus, & licet nonnunquam videre
manſuefactos leones, vrſos, pardos,blãdien
tes,non ſolum cibum prębentibus,ſed alijs
etiam, opinor quia vident illis ſimiles: de-
cet enim deteriorem ſectatorem eſſe potio-
ris,in ſpem profectus futuri:nunc cogor cõ-
trariũ dicere. Vos cum homines ſitis, quaſ-
dam feras imitamini. Illæ pro accepto be-
neficio norunt gratiã reponere.Canes do-
mos cuſtodiunt, & cadunt pugnando pro
dominis circumuentis aliquando repentino
periculo. Alij gregibus ſeruandis adhibiti,
vſque ad mortem certant pro ſalute peco-
D rum, ne damnum accipiant pecuarij, &
non fatebimur probrum eſſe longè turpiſ-
ſimum, hominem gratijs natum,gratitudi-
ne ſuperari à carne audaci, aſperaq; beſtia?
Quòd ſi à terreſtribus virtutem hanc non
diſcimus, eamus ad volucres præ pedibus
pennis vltro citroque volantes per aërem:
diſcamus ab eis ſaltem quid nos deceat. Ci-
coniæ ſenes impotes volandi nido ſe conti-
nent: ex his prognatæ terra marique vo-
lant:& cibos parentibus afferunt:ſic illæ vt
earum ætati æquum eſt, quiete fruuntur &
copia: iuniores verò laborem comportan-
di ſolantur pietate, ac ſpe recipiendę in ſe-
nectute gratiæ,debitum perſoluentes,inte-
rim quòd tempus poſtulat.&c. Lege ibi au-
ctorem in expoſitione quinti præcepti.
Propter traditionem ueſtram. Gloſſa inter-
linealis dixit, veſtram, id eſt, veſtræ auari-
tiæ.Quam iniquitatem nõ aggreditur in ve-
recunda & vilis auaritia? Arcem omnium
iniquitatum appellat eam Philo Iudęus,
cum iudicem atque principem in rep. inſti
tuit:& iure quidem:cum tutiſsima, & quaſi
inexpugnabilia ſint omnia vitia intra arcẽ
auaritiæ, velut ciues intra arcem regiæ ci-
uitatis. Qui dum ab inimicis impugnatur,

qui ipſam antea non obtinuerunt cines, irri-
dent eorum laborem caſſum & inutilem. In
hunc modum eſt vitiorũ omnium arx auaritia,
quæ dum ipſa in corde hominis regnat
illudq; obtinuit, tuta ſunt omnia, & ſi agmina
virtutũ curent illam expugnare. Nã qui
1. Thim. 6 volunt diuites fieri, incidunt in tentationẽ
& laqueũ diaboli, & deſideria multa inutilia
& nociua, quæ mergunt homines in interitum
& perditionem. Radix enim omnium
malorum eſt cupiditas, quam quidam
appetẽtes errauerũt à fide & inſeruerunt ſe
doloribus multis. Pondera ſingula verba.
Auarus primò incidit in tentationẽ, ac deinde
in laqueũ diaboli ferreũ, dũ auri ſpecies
rapit auari mentẽ & ſenſus. Hinc deſideria
multa inutilia oriũtur: dũ auarus lucrũ
futurũ noctu diuq; in ſortẽ cõputat, &
fallax inuenitur ſępe numero: Et nociua, dũ
ſectans auaritiam mari, ſaxis, ventis, & igni
ſe committit auarus, ne ditior illo ſit alter.
Et tandem mergitur in profundum malorum.
Sicut Phariſæi, & Scribæ, qui propter
auaritiam irritum fecerunt ſanctum
Dei mandatum. Quos arguit dominus Ieſus
coram omni populo. Quare vos tranſgredimini
mandatum Dei? *Bene irritum fe-*
Matth. 9. *ciſtis præceptum. Dei.* Non ſic loquitur
Ioan. 5. aut Paralytico in Capharnao, aut alteri pa-
Luc. 9. ralytico in probatica piſcina in Hieruſalem:
aut mulieri peccatrici in Nain. Iſtis
autem hypocritis, & de propria virtute
præſumentibus publicè obijcit grauia cri-
1. Petri. 5. mina. Deus enim ſuperbis reſiſtit: humi-
1. Cor. 10. libus autem dat gratiam. Et alia ſcriptura,
inquit. Si noſmetipſos iudicaremus, non
vtique iudicaremur, dic tu prius iniquitates
tuas, vt iuſtificeris. Neque ex his exiſtimes
non eſſe feriendos pœnitentes reprehenſione,
dum peccata confitentur: cũ
certe neceſſaria ſit, & ab Eccleſia deman-
Conci. La- data. De quo extat præceptum in con-
ter. ſeſſ. 10. cilio Lateranenſi ſub Leone decimo ad-
§. 9. ad abo- uerſus blaſphemos. Dic ergo in lachryma-
-lendam. bili confeſſione peccata tua, ô homo, priuſquam
à iuſto iudice tibi obijciantur, ſiue
in morte, ſiue in iudicio. De quo eleganter
Cap. 7. interpretatur ſcriptura Ezechielis. Nunc de
propinquo effundam iram meam ſuper te,
& complebo furorem meũ in te, & iudicabo
te ſecundũ vias tuas, & imponã tibi omnia
ſcelera tua. Et non parcet oculus meus,
nec miſerebor: ſed vias tuas imponam tibi,
& abominationes tuæ in medio tui erunt,

A Et *alia ſimilia his facitis multa.* Singulariter &
generaliter locutus eſt dñs cõtra Phariſęos
& Scribas. Manifeſtè duo crimina eis obiecit,
hypocreſim & auaritiã, cętera vniuerſaliori
ſermone perſtrinxit. Nõ ſic aut in mor-
te, aut in iudicio. Tũc referet vnuſquiſq; pro- 1. Cor. 4.
pria corporis, put geſſit. Tunc oẽs abomina
tiones noſtræ in medio erũt. Noli ergo pro
anima tua in hoc ſęculo abſcondere veritatem.
Eſt enim confuſio adducẽs peccatũ, &
eſt confuſio adducẽs gloriã. Peccatores er- Eccleſi. 4.
go qui verã agũt pœnitentiã filij vocãtur,
& bono animo eſſe iubentur, de dño confidentes,
& ſub alis ſuæ protectionis Deus il-
los fouet. Quis accuſabit aduerſus electos Rom. 8.
Dei? Deus qui iuſtificat, quis eſt qui cõdẽnet?
Iſtos aũt hypocritas & diuini mãdati trãſ-
greſſores arguit dominus. Habes enim do-
ctrinam timoris domini, in verbo hoc, Qua
re vos tranſgredimini, aut in illo, Bene irri-
tum feciſtis: *Et multa alia facitis.* Poſſet quidẽ
demonſtrare illa digito, ſed noluit: vt doce
ret miſericordiam iudices & prælatos. Non
oportet cõfundere fratrẽ in ſingulis, quę ma- *Iudices &*
lè egit, & tibi tãquã priuatę perſonæ reſera- *prælati mi-*
ta ſunt, argue quæ ad iudiciũ tuũ cõducũt, *ſericordes.*
B & ſilentio cætera cõtege, vel vniuerſaliori
ſermõe epiloga. *Aduocãs iterum turbas dicebat
illis. Audite me omnes & intelligite.* Reliquit
Phariſæos & Scribas hypocritas, qui legẽ
dñi violabant propter auaritiã; & auſi ſunt
cõcedere traditiones cõtra mandatũ altiſſimi:
& cõuertit ſermonẽ & faciẽ ſuã ad vulgus
& turbã. Vides quã nihili facit dñs ſcientiã *Scientia ſi-*
ſine charitate, quæ inflat: & ſpernit exterio- *ne charita-*
rẽ religionis habitũ Phariſaicũ, qui hypo- *te.*
creſim repreſẽtat, ſine medulla integerrimę 1. Cor. 8.
religionis? Vñ ad turbas ſe cõuertit mẽte &
lingua. Quæ ſæpenumero timoratæ & humiles
inuẽtę ſunt, nõ cõtradicẽtes, ſed in mã
ſuetudine ſuſcipiẽtes dñi verbum & doctri
nã. Nõ habitabit iuxta te malignus, neque Pſalm. 4.
permanebũt iniuſti ante oculos tuos. Odi-
ſti qui operãtur inquitatẽ. &c. *Audite me oẽs
& intelligite.* Profecto magnã deſiderat attẽ
tionẽ, & corda illarũ turbarũ excitat: & nos
qui ſcripturam hanc legimus. Non memini
an alio loco hoc verbo vſus ſit Saluator, Au
dite me, quã in præſentiarũ. Apud D. Mat
thæum, ſępius dixit. Ego autem dico vo-
bis: Dixit apud omnes Euangeliſtas: Qui
habet aures audiendi audiat: verbũ hoc, *Au* NOTA
dite me. Non legó alibi. Iam Eſaiã dimittit, *valde.*
iã Moyſem poſt tergũ reliquit: quorũ ſen

C tentias in hac lectione & alibi multoties propoſuit, vel ad reuincendos inimicos, vel ad reſpondendum calumnijs ſibi illatis, vel ad comprobandum tempus alicuius myſterij & veritatis iam completæ, & à prophetis prædemonſtratæ. Facilia ſunt pro his omnibus exempla in ſacris Euangelijs. Nunc autem cum de ceſſatione multorum legalium inſtituit agere, non adducit Moyſem magiſtrum & ductorem eorundem, ſed à ſeipſo loqui inſtituit, cum dicit. *Audite me.* Sic & Eſaias, Audite audientes me. Nec tantum propter obſeruantiam dicendorum attentos nos inſtituit, quod familiare eſt & Prophetis & Chriſto & Apoſtolis, & cunctis magiſtris: verum ne in ſiniſtrum ſenſum, & falſam intelligentiam eorum quæ erant dicenda deueniant, audientes doctrinam libertatis Chriſtianæ. Huic ſermoni carnalis homo vtramque aurem libentiſsimè præbet, & vtraque excępit manu, quæ dicuntur, & maiora deſiderat: immò & intelligit, ac pertinaciter defendit, vel fuiſſe dicta, vel debere intelligi in iam dictis: vnde in errores trahet illum ſua voluptas.

Cap. 55.

Libertatis chriſtianæ, ſermo quo modo audiend⁹.

Huiuſmodi deprauant ſcripturas ad ſuum interitum & perditionem. Propterquod ad veram intelligentiam dicendorum nos vocat cæleſtis magiſter: quaſi immineat grande periculum in ſententia, niſi fideliter interpretetur, & cuſtodiatur germanus ſenſus ſecundum regulas Scripturæ ſanctæ & Eccleſiæ. *Audite me oēs & intelligite.* Poſſent dicere Iudæi: Ad gētes facit ſermonē, quas præſcit adducēdas in fidem ſuam quibus bene conceditur omnium ciborum vſus quibus nullus eſt prohibitus. Nobis autem, qui ſub Moſe millitamus, nullo modo conuenit huiuſmodi ſermo. Vnde eo audito multi Iudæorum ſcandalizati ſunt: & poſtmodum iudicabant obſeruandam eſſe legem cum Euangelio. Vt autem deſtruat ſenſum hunc, & claram veritatis lucem ſub oculis omnium proponat, inquit. *Audite me omnes.* Iudæi & gentes. Ad omnes hic ſermo dicitur, pro omnibus aperio theſaurum ſcientiæ & conſilij cæleſtis: neque deinceps diſtinctio erit inter fideles in cibis: ſed ſicut ad omnes vnus Deus, vna fides, vnum baptiſma, ſic & communis cibus. Omnes ergo audite, & intelligite. Hæc erant prælibanda ante expoſitionem Euangelij. Non ergo ſolam attentionem requirit dominus, ſed & dextrum oculum & aures: ne deprauet carnalis homo, quæ pro libertate Chriſtiana dicenda ſunt in materia ciborum. Inquit ergo. *Nihil eſt extra hominem introiens in eum, quod poßit eum coinquinare. ſed quæ de homine procedunt, illa ſunt quæ coinquinant hominem.* Obiectū erat à Phariſæis & Scribis aduerſus ſanctos domini diſcipulos quod immundis manibus, contra ſeniorum decreta, manducarent panes: quaſi ex hoc aliquid immunditiæ ſpiritualis illis aduentaſſet. Vt autem doceat Chriſtus quam vana eſſet hæc eorum ſententia, non ſolum aduerſus illam diſputat ac diffinit, prout habes apud diuum Matthæum, non lotis manibus manducare, non coinquinat hominem: verum generalem concluſionem tradens de omnibus cibis quos Deus creauit, determinat quod iam tempus adeſſet in ianuis, in quo vt mundi haberentur & eſſent, nihil maculæ ſpiritualis habentes, vel ad ipſos Iudæos, quibus multa cibaria interdicta erant. Vnde obſerua diligenter quod multa quæ in ſacris euangelijs dicebātur à Chriſto non ſtatim vim obligationis ad ſui obſeruantiā inducebant, aut legem Moyſi ſtatim ſoluebant & irritam faciebant.

Cap. 15.

NOTA. *ualde.*

Mādata ſacramētorū non ſtatim obligabant in euāgelio

Ioann. 3.

D Non ſimul atq; dominus Ieſus dixit Nicodemo: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſācto, lex baptiſmi obligauit vel ipſum Nicodemū: ita quod ſine baptiſmo non ſaluaretur, ſi tunc temporis animam ageret: neq; circuncißio ceſſauit, aut facta eſt mortifera. Similiter cum dicit; non quod intrat in os coinquinat hominē non reijcit legē & mādatum de cibis immūdis. Sed in his & multis alijs oſtendit quæ erant facienda in ſacra Eccleſia pro loco & tempore, cū obligatione præcepti, aut cū licentia legis euangelicæ. Dicit ergo. *Nihil eſt extra hominē introiēs in eum quod poſſit eum coinquinare.* Sed neque ſub Moſe erat aliquis cibus qui poſſet coinquinare, vel cōmunicare, ſicut aliqui codices legūt: & idem ſunt: Cōmune enim apud Hebræos immundum erat. Nullus ergo cibus erat (vel ipſius Porci qui vt talis, id eſt, quia cibus carnis porcinæ) qui poſſet coinquinare ex natura ſua, quæ bona erat & à Deo cōdita: Quod inde clarè cōprobatur quia Chriſtianis licet carnib⁹ porci veſci. Sed in tātū immūd⁹ cibus erat, quia lege prohibitus. Cū ergo inquit. Nihil eſt quod in hominem introiens poſsit coinquinare illum, de ceſſatione illius mandati agit: nihil tri-

hil tribuens munditiæ, aut tollens immunditiæ à cibis ipſis. Manifeſta eſt in vtroque teſtamento veritas huius materiæ. Moyſes in primis, qui de immundis paſsim diſputat, ipſe dicit, & vera dicit. Vidit Deus cuncta quæ fecerat & erant valde bona. Et Paulus. Omnis creatura Dei bona eſt. Nihil mali ab ipſo fit, neque fieri poteſt. Certum tamen eſt quod multa animalia interdicta erant à Moyſe Iudæis. Sed neque à lege Moyſi nomina hæc, mundum, vel immundum trahunt originem: Sub ipſo Noe munda & immunda inueniuntur ad arcæ ingreſſum, & ad holocauſtum deinde. Multę ſunt rationes, propter quas Dominus Deus præcepit populo ſuo ab aliquibus abſtinere & in cibis & in ſacrificijs. Primo omnium gens inſtituebatur, cuius Symbolum in ſecretiori parte hominis reconditum erat: neque ipſi homini licebat inſpicere illud: nimirum circuncifio. Cum ergo gens hæc ab alijs ſegreganda eſſet, oportebat, vt in veſtibus & in cibis eſſet ſingularis. Vnde ſimbrias deferebant in quatuor angulis pallij, & à cibis vetitis abſtinebant: non ſolum apud ſeipſos agentes, ſed quam maximè apud gentes, cum ad illas diuertebant. In quo ſummopere commendatur Tobias, qui agens inter Niniuitas, edentibus Iudæis qui erant in captiuitate eadem cibos gentium, cuſtodiuit animam ſuam à peccato. Commendantur & ſacri martyres Machabęi de quibus ſupra, qui glorioſum ſuſtinuerunt martyrium propter hanc legem immundorum ciborum. Vnde ab Eccleſia venerantur. Secundò interdicta erant quædam cibaria Iudæis ad exercitiū & obedientiam, ſicut olim Adę in Paradiſo. Tertiò ad doctrinam ſpiritualem, dum certum eſt per animalia immunda quædam vitia, quæ ſunt ab hominibus vitanda, ſignificata fuiſſe. De quibus aliquot adducemus exempla ex vetuſtioribus Magiſtris & Scriptoribus. Eleazarus ad Ptolomeum per legatos quos miſit ſuper ſcripturæ interpretationem. Ariſteus alter ex legatis Ptolomæi miſſus ad Eleazarum & Ariſtobolum, dignum eſt inquit nonnulla eorum quæ ab eo audiuimus breuiter proponere: præcipuè, quoniam temerè quædam de puris atque impuris animalibus in lege ſcripta multi arbitrantur. Interrogatus enim à nobis,

Geneſ. 1. *1. Timo. 4.* *Gen. 7. 8.* *Cibi interdicti & rationes mādati.* *2. Mac. 1.* *Geneſ. 1.* *In cibis interdictis iudeis doctrina ſpūalis.* *Ariſteus, Ptolome. ex Eleazaro, & Ariſtobolo.*

A quam ob rem ſi à Deo vniuerſa creata ſunt, impura nonnulla ſcriptura vocitat? à quibus abſtinendum iubet: ita diſſeruit. Volucres omnes quibus veſcimur domeſticæ ſunt mundæ, tritico vt leguminibus connutritæ, aut columbæ, turtures, perdices anſares, cæterǽ; huiuſmodi. Quæ verò prohibitæ ſunt eas, rapaces, carnibuſque aliarum auium nutriri comperies, à quibus agnis, hædiſque raptis, hominibus quoque tam viuis, quam mortuis infertur iniuria. Quæ omnia meritò immunda nominauit, vt vel hinc rapina, & cæde nos deterret, & ad iuſtitiam hortaretur moneretque, iuſtiſsimè atque pacificè viuere, ſicut omnes volucres mundæ, quæ nulli auium neque omnino alijs iniuriantur. In his itaque Symbolis ad iuſtitiam intelligentes conuenerit. Cùm itaque ſcriptura porcum, accipitrem, coruum interdicit, docet, quod porcus, qui eſt animal voluptati deditum & immundum, Symbolum ſit ingluuiei & libidinis, ſignificatq; ciborū cupiditatem & fallacem in re venerea intemperantiam, & inquinatam vitam in cœno vitiorum iacentem, fugiendam eſſe: quę ad

B cædem & interitum ſaginatur. Aquilæ verò & accipitris & corui interdictio, oſtendit eos non eſſe imitandos, qui labore & virtute neſciunt nec volunt ſibi parare victum: ſed rapina viuunt & iniquitate. Aquila enim rapinam, coruus auaritiam, ſignificat. Cætera lege apud Euſebium Cæſarienſem libro octauo de præparatione Euangelica, capit. tertio. Et apud Clementem Alexandrinum libro ſecundo Pedagogi capit. decimo vbi de lepore mira dicit. Tantum ex Philone locum vnum exponam. Non vides (inquit) quod Camelum animal impurum eſſe lex pronūtiat: qui ruminat quidem, ſed non diuidit vngulam? at qui ſi cauſam hanc ita vt ſonat conſideremus, non video, quam rationem habeat: quod ſi introſpiciamus penitus, apparebit ratio. Quēadmodum enim quodlibet ruminas cibum ſemel deuoratū & rurſum ſub dētes reuocatū, atteritsic anima cuiuſcunque diſciplinarū ſtudio ſi poſtquā per aures receperit contēplatione dignum aliquid obliuioni nō tradit: ſed per otium ſecum ipſa retractat ſingula, & cuncta ſibi reducit in memoriam &c. Habes ergo rationes literales & tropologicas propter quas quędā animalia immūda erant ſecundū legem: quæ cū contra præ-

Porcus. *Aquila.* *Coruus* *Euſe. Cæſ.* *Clem. Alexandrinus.* *Philo lib. de agricul.* *Camelus quare impurus.*

ceptum ſuæ legis manducabant Iudæi mũdi fiebant. Nunc autem quando ſeruiendum erat domino Deo, in ſpiritu & veritate, non ab vna gente tantum, ſicut olim à Iudæis, ſed ab omnibus, quæ ſub cælo ſunt, iam nulla diſtinctio neceſſaria erat, neque in cibis aut veſtibus, & omnia quæ à Deo creata ſunt, vt verè munda, conceduntur, ad cibum hominum. *Nihil eſt extra hominem introiens in eum quod poßit eum coinquinare.* Auditè dixit ante hanc ſententiam, ne inde ad deſideria carnalia quiſquam cor ſuum inclinet: Potum vſque ad ebrietatẽ, & cibum ſine menſura ſumens, & licere ſibi dicat, quia nihil quod eſt extrà hominem coinquinare poteſt illum. Oportet audire & intelligere antiquatum per hanc doctrinam vetus legis mandatum, non tamen contra temperantiæ regulas & abſtinentiæ quicquam conceſſum. Immò apud Eccleſiam reliquiſſe dominũ auctoritatem & iuriſdictionem interdicendi aliquos cibos ſelectis diebus. Et qui illam non audit, ſponſum eius ſpernit, & immundus fit, ſicut Hæbreus, cum manducabat immunda ſecundum legem. Nec tamen immundæ vocãtur carnes in Quadrageſima & ſextis ferijs & vigilijs, quamquam ab illis ſit abſtinendum excepta Sexta feria Natalis Domini: quod inde comprobatur quia tempore neceſsitatis de conſilio medici, & cum bona, venia patris ſpiritualis illis diebus carnes & oua ſunt licita. Quod nullo modo Iudæis in cibis immundis licebat. Coinquinant ergo huiuſmodi cibaria, quia interdicta ab Eccleſia iurè & iuſte, & quia contra ſanctum eius mandatum manducantur. Nihil Iouinianus monachus, de quo iã ſupra dicere poteſt aduerſus ſanctam & ſalubrem Eccleſiæ conſtitutionem de ieiunio in ſolis piſcibus & carnibus eorum. Sed neque Vvaldenſes, qui tempore Quadrageſimæ carnes, & oua & reliqua prohibita comedebant: cũ apud illos (traditi enim erant in reprobum ſenſum) nullum eſſet peccatum: neque apud eccleſiam tanta eſſet iuriſdictio (ſecundum eorum ſentiam) quod illud præcipere poſſet. De hac etiã hæreſi vehementem in ſe ſuſpitionem ingerit Eraſmus Retorodamus: qui non vno loco tantùm manifeſtè ſcripſit, & luce clariùs dixit nil proficere ad pietatem ciborum diſcrimen: & eſſe magis chriſtianæ doctrinæ conforme, ſi talis ciborum delectus

Ioan. 4.

D. 4. c. deniq; de obſeruatione ieiuniorũ. cap. explicari. Hon. 3.

Iouinian⁹ monachus.

Vvaldẽſes

Eraſm⁹ de Herſ. Vvaldẽſ. ſuſpectus ſupra. cap. 8.

C ſtatuto eccleſiæ tolleretur. Immò dicit eſſe puriorem Chriſtianiſmum, & magis euãgelicæ, & apoſtolicæ doctrinæ cõſentaneũ à nullo cibo abſtinere. Neque eſſe bonum cogere aliquem ad ciborum abſtinentiam. Nihil enim pietati quicquam addit, vel adimit horum delectus. Vide quomodo qui vult haberi eccleſiaſticus hæreticorum ſubſcribit inſanijs? Habet ergo eccleſia poteſtatem condendi leges, ſecundum quod Salomon teſtatur. Conſerua fili mi præcepta patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ. (Hæc eſt eccleſia) liga ea in corde tuo iugiter. Et Paulus ad Romanos, & ad Titum, & ad Hebræos eandem doctrinam clariſsimè docet. Denique in priori concilio apoſtolorum, cum omnium rerũ cibus conceſſus eſſet in Matthæo & Marco, Apoſtoli congregati in vnum Hieroſolymis proſpicientes tranquillæ conuerſationi eorum qui ex Iudæis, & gentibus conuertebãtur, decretum ædiderunt in hunc modum: Viſum eſt ſpiritui ſancto & nobis, nihil vltra imponere vobis oneris, quàm hæc neceſſaria: vt abſtineatis vos ab immolatis ſimulacrorum: & à ſanguine & ſuffocato, & forni-

D catione, à quibus cuſtodiẽtes vos bene agetis. Obſecro expẽde verba illa. Hęc neceſſaria, ex ordinatione ſanctæ eccleſiæ, & bene facietis. Nam neque ab idolotito in quantũ creatura Dei eſt, erat cur abſtinerent ſe Iudæi, vel gẽtes: ſed propter ſcãdalum vel inuocationem dæmoniorum. Nunquid apoſtoli hæc docentes errauerunt? Abſit Apoſtolos erraſſe poſt acceptum ſpiritum ſanctum, in rę tãta: & omnes concorditer. Pręcipuè cum dicãt: Viſum eſt ſpiritui ſancto & nobis. Si ergo apoſtoli iuſta de cauſa prohibere potuerunt eum ſuffocati & ſanguinis, cur etiam modò eccleſia aut concilium generale illam repreſentans, illos eoſdẽ, aut alios ſimiles cibos certis diebus ob aliquas cauſas iuſtas prohibere non poterit? Lege Euſebium Cæſa. & concilium Toletanum nonum, vbi ſic ſtatuerunt patres. Et etiam quicunq; quadraginta dies, quæ anni totius decimæ putantur, quæ & in oblatione ieiunij domino conſecrantur, quibus etiam ſaluberrima conditio humani generis expiatur, ad hãc religionem crediturus adducitur. &c. Illi qui temerariè omnia contemnunt, neque voracitatis ingluuiem frenãt, & quod peius eſt Paſchalia feſta illicitorum eſuum perceptione profanant, quibus

hoc

Prou. 6.

Capi. 13.

ca. 3. ca. 4.

Capi. 15.

& 7.

Cibi aliqui ab apoſtolis interdicti in eccleſia.

Acto. 14.

Lib. 2. hiſ. eccleſiaſti. capi. 17.

Capi. 9.

Quadrag. quomodo obſeruãda.

Medici quam fac ile indulgẽt

hoc acerrimè interdicitur, vt quiſquis ſine ineuitabili neceſsitate atque fragilitate, & euidente langore, ſeu etiam impoſsibilitate ſtatutis diebus quadrageſimæ eſum carnium præſumpſerit attentare, non ſolùm reus erit reſurrectionis Dominicæ, verùm etiam alienus ab eiuſdem diei ſancta communione, &c. Non eſt amplius in re hac immorandum. *Sed quæ ab homine procedunt, illa ſunt quæ coinquinant hominem.* Hęc ſunt peccata, ſicut ad diſcipulos dixit, & ſtatim de ſingulis agendum eſt. Quę & ſecundùm grauitatem ſuam, magis aut minus commaculant animam, & fędā faciunt. Quod oculatiſsimus propheta Dauid penetrauit, & cognouit pleniſsimè, cùm diceba: Putruerunt, & corruptę ſunt cicatrices meæ. Propter quod vehementiùs orabat. Amplius laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me. Quanta eſt ſpurcitia cicatricum corruptarum, quæ iam à multo tempore putruerunt? Propter hoc vehementer orat: Amplius laua me, &c. Aliquando magnifici hymni laudes domino, offerēs ſimul etiā miſerabilem ſortem peccatoris ante oculos eius proponit. Quis ſicut dominus Deus noſter? ſuſcitans à terra inopem: & de ſtercore erigens pauperem? Denique apud Ezechielem de immunditia hac docemur, quamque commaculent, quæ ab intus à corde homines procedunt. Multo labore ſudatum eſt, & non exijt ab ea nimia rubigo eius, neque per ignem. Immunditia tua execrabilis, quia mundare te volui, & non es mundata à ſordibus tuis, &c. Vides qualiter ponderat ſcriptura immunditiam aliquorum peccatorum? Aliquando ſub nomine nimiæ rubiginis, & execrabilis immunditiæ, aliquando ſub nomine ſtercoris: aliquando verò ſub nomine cicatricis corruptæ. Videat iam cęcus homo, qui in vaſe cordis ſui ſordes peccatorū reportat, & fętor immanis, per os eius egreditur, aut in verbis blaſphemiæ, aut in ſermone luxuriæ, &c. Videat peccator, & alta mente conſideret ille, qui ſuo corpori lectum ſternit mundiſsimum, nec leuem patitur maculam aut rugam, quod certè iacet in ſtercore, ac miſerabiliter amplexatur illud, & vt delitias reputat luxuriæ fętorem horribilē. Et qui ſuper menſam, neque modicam rubiginem in cultello patitur, habet cor adeò maculatum, quod à propheta execrabilis dicitur malitia eius & rubigo nimia. Nullū

Pſal. 37.

Pſal. 50.

Pſal. 112.

Cap. 24.

Immunditia peccatorum.

horum apud peccatores locum habet ad timorem domini, cùm odio proſequantur animas ſuas, ſicut docet propheta. Qui diligit iniquitatem, odit animam ſuam. Super quē pluet Deus laqueos ignis ſpiritus procellarum: & hæc pars calicis eorum, non potus plenus. Audite me duro corde, qui longè eſtis à iuſtitia. Audi popule ſtulte, qui non habes cor carneum ad conſiderandūq; vigil. Imo de huiuſmodi ſcriptū eſt. Noluerunt attendere, & auerterunt ſcapulam recedētes: & aures ſuas aggrauauerūt, ne audirent, & cor ſuum poſuerunt quaſi adamātem, ne audirent legem, & verba quæ miſit dominus exercituum in ſpiritu ſuo ſancto, per manus prophetarum priorum, & facta eſt indignatio magna à domino exercituū. Imò neque Dei ſapientiam Chriſtum audiunt, qui docet de corde exire, quod hominem coinquinat, & commaculat vehementer & turpiter: nihili faciunt mētis ſpurcitias, fętorē ſtercoris, ſordes & corruptionem vulnerum. Et quod in Ezechiele ſcriptum eſt, ad vnguem cumpletur in illis. Tranſiens per te, vidi te conculcari in ſanguine tuo. Sicut & ille Amaſa, qui ſanguine ſuo aſperſus iacebat in via ad omnium ſpectaculum: ſic noſtri peccatores effuſis in teſtinis & ſtercore eorum, cooperti ſanguine peccatorum, iacent in via. Heu, peccata ſua prædicant, & ſordes eorum in pedibus ſuis. Si quis aures habet audiendi, audiat hæc, & recogitet corde, & ſingula crimina vitæ ſuę animaduertat, quibus cōmaculatus eſt. De quibus etiam ad populum ſaluator agit ſermonem. *Ab intus de corde hominum malæ cogitationes procedunt, adulteria, fornicationes homicidia, furta, auaritiæ, nequitiæ, dolus, impudicitiæ, oculus malus, blaſphemia, ſuperbia, ſtultitia: Omnia mala hæc ab intus procedunt, & coinquinant hominem.* Obſerua quòd præſenti loco arguit diuus Hieronymus contra Platonem, qui in cerebro ſedem animæ collocauit: cùm iuxta Chriſti ſententiam in corde reſideat. Sed vt mihi videtur nihil exploratum in hac parte habet, aut philoſophia, aut theologia, propter hoc quod anima rationalis eſt tota in toto corpore, & tota in qualibet eius parte, ſicut Origenes & Auguſtinus, & ſanctus Thomas docent, & Philo libro de victimis, cùm requirit de partibus animalium, quæ Deo ſacratæ erāt, & vidit quod nō elegiſſet dominus, nec cor nec cerebrum, tradit vtranque eſſe ſedem

Pſal. 10.

Eſa. 46.

Hierem. 5

Zachar. 7.

Cap. 16.

2. Re. 20.

Animæ ſedes.

Hier. ſuper 11. ca. Matt.

Lege Ga. le. quòd mores animæ, ca. 3. et Ci ce. li. 1. Tuſcu. queſt.

S. Th. 1. p q. 76. ar. 8

principalis partis animæ. Ob idque reijci à domino, quia ſtultum eſt in ipſo ſacrificio refricari, ſcilicet complacendo ſibi ipſi in
3.Re. 17. illis, non aboleri peccatorũ memoriã. Et oratio Eliæ, cum puerum mortuum inſtituebat reſuſcitare, hæc erat: Reuertatur obſecro anima pueri huius intra viſcera eius.
Cap. 28. Et in Iob ſic legis: Quis poſuit in viſceribus hominis ſapientiam? Et Dauid orabat: Spiritum rectũ innoua in viſceribus meis.
Pſal. 50. Et apud Hieremiam, dominus promittit daturum ſe legem in viſceribus hominum. Quòd ſi adhuc viſcera pro corde velis accipere, nec tibi cõtradico, nec tu mihi in hoc quod anima principale inſtrumentum habet ad ſuas operationes cor hominis: propter quod illi aſcribimus cor, vt ſedẽ & locũ natiuũ. Secundò notat ipſe Hiero. quòd germanus locus eſt iſte ad arguendũ eos, qui cogitationem a diabolo immitti putant, & nõ ex propria naſci voluntate. Diabolus adiutor & incenſor malarum cogitationum poteſt eſſe: auctor eſſe non poteſt. Sin autem in inſidijs poſitus leuem cogitationem nostrarum ſcintillam ſuis fomitibus inflãmarit, non debemus opinari, eum cordis quoque occulta rimari, ſed ex geſtibus & habitu corporis æſtimare, quid verſemus intrinſecus. Verbi gratia, ſi pulchram mulierem nos viderit crebrò inſpicere, intelligit cor amoris iaculo vulneratum. Vnde beatus
Cap. 1. Iacobus docet, quomodo à nobis, & à corruptela carnalis concupiſcentiæ noſtræ exeant tentationes. Nemo cùm tentatur, dicat, quoniam à Deo tentatur. Deus enim intentator malorum eſt. Vnuſquiſque verò tentatur à concupiſcentia ſua abſtractus & illectus: &c. peccatum cùm conſummatum fuerit, generat mortem. Conſummatũ inquit aut per internum mentis cõſenſum, aut certè cum opere exterioris operationis, & tũc maiorem grauitatẽ induit. Vnde Origenes dixit: Adulteriũ quidem in corde peractum, minus eſt peccatum, quàm ſi quis adiungat etiam factum. Et gloſſa interlinealis, Coinquinant: Inquinatum cogita-
Orig. ſup 15. Mat. tione, magis inquinant ſordida locutione. Ac deinde docet Iacobus, quomodo con-
Cap. 3. cupiſcentia noſtra, in ignem accendatur ad deſideria ſua, inquiens: Et lingua ignis eſt, vniuerſitas iniquitatis. Lingua conſtituitur in membris noſtris, quæ maculat totũ corpus: & inflammat rotam natiuitatis noſtræ inflammata à gehenna, id eſt, à ſuggeſtione

Tentiones unde.

Diabolus quomodo ſit cogitatio-num cogni tor.

Peccatum opere com pletũ, maiorem malitiam habet, quàm ſolo cõſẽſu

C diaboli. Habes ergo concupiſcentiam omnis doli & malitiæ capaciſsimam, quæ & cor hominis tangit, & quaſi iacto ſemine delectationis, expectat conceptum mentis & partum. Quæ autem poſsit diabolus in corde & corpore noſtro, aut phantaſia, iam ſupra dictum eſt. *Adulteria.* A grauioribus incipit cæleſtis magiſter docere, quæ & qualia ſint, quæ de noſtro corde procedũt, & illud coinquinant. Adulterium in primis. In quo eſt violatio thori alieni, aut cõſenſus in graue illud crimen. De quo iam diximus in ſuperioribus, cùm aduerſus Herodem tyrannum diſputauimus: & cap. 4. cùm de ſtatu coniugatorum tertio loco egimus. Vnam tantum annotationem ſuper Ambroſium in præſentiarum faciam, & doctrinam quandam Philonis pro Ioſepho caſto & pudico tradam, cum altera contra adulteros eiuſdem Philonis. Videtur Ambroſius expreſsè dicere concubitum Abrahæ cum Agar fuiſſe adulterium: neque fuiſſe peccatum, cùm nondum lege eſſet prohibitum. Ambroſius quidem, aut ex aliorum ſententia hoc dixit, aut dimittendus eſt: Lege enim naturali, quã haud ignorauit Abra
D ham, prohibitum adulterium erat. Et etiã apud paganos cognita erat lex: ſicut ab Abimelech ipſe Abraham aliquando audiuit: Quia induxiſti ſuper me, & ſuper regnum meum peccatum grande. Neque contra ſe tantum futurum cognouit ſupplicium pro adulterio, ſed etiam in euerſionem regni ſui. Vxor ergo facta eſt Agar Abrahæ, neque tanquàm ad alienã acceſsit: ſed vt propriam cognouit: & verè facta eſt vxor eius: dixit enim ſcriptura: Et facta eſt vxor eius. Non enim tantus patriarcha Deo ſuo charus tantum nephas patraſſet. A quo & cæteris patribus ſacer Ioſeph bonam indolem & educationem accipiens etiam ante legẽ Moyſi nephario operi adulterij nõ conſenſit: De quo Phil. Ille præſentem importunitatem fortiter ſubmouens in has liberas, & ſuo ſanguine dignas voces erupit. Quid moleſta es? Bonis moribus & legibus vtimur nos Hebræorum poſteri. Aliæ gentes poſt ribus quatuordecim annũ ætatis egreſſis permittunt vſum ſcortorum, & fœminarum, corpore quæſtũ facientium. apud noſtrates nulla eſt meretrix, capitali ſupplicio propoſito, talem quæſtum exercentibus. Ante legitimam copulam alios congreſſus cũ muliere neſcimus, caſti caſtis virginibus cum-

Adulteriũ quid ſit. 34 q. 6. Non mœchaberis.

Amb. lib. 1. de Abraham. c. 4.

Gen. 20.

Agar vxor Abrahæ.

Philo lib. de Ioſeph.

coniungimur, non voluptatis, ſed liberorũ quærendorum gratia, qui ad hanc diem purus manſi, non incipiam ab adulterio leges contemnere, flagitio peſsimo, qui etiamſi aliàs perperam educatus eſſem, & obſecutus ætatis affectibus, aut veſtram mutuatus laſciuiendi licentiam, tamen non deberem alieno inſidiari matrimonio, quod crimen, cui mortalium non cæde vindicandũ videtur? Nam de cæteris diſſentiri ſoliti, in hanc ſolam cõſpirant ſententiam, ita vt omnes vbique rem capitalem pronuntient, & deprehenſos iniudicatos læſo dedant necandos, tu verò quaſi res parùm damnata ſit, eam tertio ſcelere cumulas, cogens me non tantum ad adulterium, ſed & ad thori herilis iniuriam: niſi fortè ideò in ædes veſtras veni, vt relictis ſeruilibus miniſterijs inebrier & debacher in ſpes domini, coniugium, familiamque, & cognationem eius adulterans, &c. Docetque alio loco, quanta mala ex adulterio ſequantur, cùm adultera homicidium excogitet, aut viri legitimi, aut prolis conceptę, ne deprehendatur adulterium. Et furtum ſæpènumero: dum educat filios non ſuos, quod furtum iniquiſsimum eſt, inquit. Cæterùm qui in vxores aliorum, & interdum amicorum inſaniunt, & in damno proximorum viuendo familias numeroſas adulterare conantur, coniugaliaque vota irrita facere, & ſpem poſteritatis abrumpere laborant inſanabili morbo animæ, capite plectendi, vt publici hoſtes humani generis: ne impunè plures domos contaminent, neue alijs exemplum fiat nequitiæ, quæ facile imitatores inuenit. Vnde Perſæ ſeueri criminum vltores, ideò capitali pęna in adulteros animaduertebant: quia dicebant illos ſanctam & naturalem nonnubij amicitiam perimere. Hinc Troię incendium & Priameiæ domus excidium, quo nihil a poëtis decantatur triſtius. De quo ſit ſatis. *Fornicationes.* Concubitus ſunt illiciti eorum, qui matrimonio non ſunt coniuncti: neque qui caſtitatem uouerunt domino. Manifeſtum autem eſt huiuſmodi concubitus legi naturali repugnare, & eſſe crimine reum, qui vel ſimplicem fornicationem committit. Eſt enim mortale peccatum: & contrarium aſſerere eſt error, hæreſi proximus. Et ſicut nobiles magiſtri docuerunt: grauius peccatum eſt genere ſuo, quàm furtum. Nam de adulterio nemo dubitat, quod ſit furto grauius, propter iniu- A riam alteri illatam. Grauitas autem peccati ex obiecto potiſsimum penſanda eſt. Malũ autem fornicationis eſt nocumentum futuræ vitæ prolis. Nam qui ex fornicatione, ac vago concubitu gignitur, ſi ad rei naturam ſpectes, neque educari commodè poteſt, neque inſtruitur diſciplina aut religione. Vita autem præſtantius bonum eſt rebus exterioribus, quę furto auferũtur: propterea grauius crimen eſt fornicatio, quàm furtum. Nam ex natura rei, qui non ſunt matrimonio coniuncti, non poſſunt educare, & bene inſtituere prolem. Et ſimplex per mollitiem pollutio turpior illa eſt, eo quod ſeminatio nemini licita eſt, niſi propter fructus ferendos: quare illa quæ fruſtranea eſt, maiorem induit iniquitatem, & adulterat monetam naturæ. Eſt ergo graue peccatum fornicatio, cum contra temperantiam ſit. Obſerua quòd aliquando fornicatio pro adulterio vſurpatur apud ſacram ſcripturam. Apud Matthæum ſic legis: Omnis qui dimiſerit vxorem ſuam, excepta cauſa fornicationis. Mulier certe nupta cum fornicatur, adulterium eſt illi. Accipitur & pro inceſtu, qui eſt coitus cum perſona cõſanguinea, vel affini. De quo habes exemplum apud diuum Paulum. Omninò audi- B tur apud vos fornicatio, & talis fornicatio qualis neque apud gentes, ita vt vxorem patris ſui aliquis habeat. Beatiſsimus Paulus cùm ageret de ſceleribus illorum hominũ, qui non probauerunt Deum habere in notitia, certè negantes diuinã prouidentiam, aut non actu contemplantes illam, inquit: Tradidit illos Deus in reprobum ſenſum, vt faciant ea, quæ non conueniunt: repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, auarítia, &c. Vide qualis ſit fornicationis progenitor. Ad ſimilitudinem illius non probat fornicarius Deum habere in notitia ſcelus ſuum, id eſt, non actu conſiderat: per quod fugeret diuinam iniuriam, ſicut docet ſacra illa fœmina Suſanna, quæ dicebat: Quàm peccare in cõſpectu Dei. Adeò ſtudebat ſanctus apoſtolus ſegregare omnes Chriſtianos à fornicatione, quòd vel nomen eius auditu indignum iudicabat. Fornicatio & omnis immunditia, aut auarítia, nec nominetur in vobis, ſicut decet ſanctos. Primogenita enim appellatur ab eodem apoſtolo inter opera carnis. Manifeſta ſunt opera carnis, fornicatio, immunditia, &c. Pro loco illo, ſicut decet ſanctos, lege

Adulteriũ quaſi torum malorum radix.

Phil. li. de ſpecialibus legibus.

Adulteri humani generis hoſtes.

Fornicatio unde peccatum mortale.

S. Thom. 22. q. 154 art. 3.

Pollutio ſeu mollities.

Fornicatio adulterium aliquando ſignificat.

Cap. 5.

1. Cor. 5.

Rom. 1.

Fornicatio quam lõgè a Chriſtianis.

Epheſ. 5.

Gal. 5.

Homil. 11 in cap. 20. Leuitici.

lege Origenem. Quantum coinquinet hominem fornicatio, ipſe Apoſtolus docet, & remedium efficax contra illam. Fugite fornicationem. Omne enim peccatum quodcunque fecerit homo extra corpus eſt: qui autem fornicatur, in corpus ſuum peccat.

1. Cor. 6.

Sicut propheta docet fugere de medio Babylonis ſic fugiẽda eſt fornicatio: nõ enim incorrupti iudicamus de illa. Nõ oportet cõſiliari ſuper illã: cum nulla ſit in re tã fœda conſultatio. Cũ ſenioribus Troyæ reſpõde. Abijciatur. Fuge aſpectũ alienæ pulchritudinis, fuge veſtes delicatas, fuge colloquia praua, fuge vini ebrietatẽ, in quo eſt luxuria, fuge vel primum flatũ mulieris, vel manus illius: vincula enim ferrea ſunt. Noui amariorẽ morte mulierẽ, quæ laqueus venatorũ eſt: & ſagena cor eius, vincula ſunt manus illius, qui placet Deo, effugiet illã: qui autẽ peccator eſt, capietur ab illa.

Luxuriæ remedium fuga.

Eccleſ. 7.

Homicidia. Tertio loco poſuit ſaluator homicidiũ, quod intra arcanum cordis humani fabricatur, in quo cõſiſtit immunditia execrabilis, Cõſummatur exterius per interfectionẽ hominis iniuſtã. Graue crimẽ, hoc eſt. Cuius argumentũ exordiar ab illo loco, vbi dñs Ieſus de diabolo diſputãs homicidã illũ compellauit: Ille homicida erat ab initio. Aut quia primo homini inſidias mortis tetẽdit, & obtinuit illũ per mulierẽ: aut certe, ſicut cõtextus literę videtur docere, quia Chriſtũ ſummo ſtudio deſiderabat in carne occidere: quẽ ſecundũ mentem nõ potuit ſibi ſubdere per peccatũ. Nũc autẽ quæritis me interficere. Vos ex patre diabolo eſtis: ille erat homicida ab initio, mex ſcilicet natiuitatis per manus Herodis. Anthonomaticè diabolus dicitur homicida, quẽ audiens homo, in fratris ſui ſanguinẽ inſurgit, & in vulnera vſq; ad necẽ miſerandã. Hoc eſt grauiſſimũ omniũ quæ contra proximũ fieri poſſunt, & abſolutè grauius ſcelus eſt omnibus, exceptis his, quę fiunt cõtra Deũ: vt periuriũ, infidelitas, blaſphemia, odiũ Dei, &c.

Diabolus quare homicida eſt.

Ioan. 8.

Matth. 2.

Quod ſic demonſtratur. Tria ſunt bona hominis. Amicitia Dei per gratiã, vita corporalis, honor, & diuitiæ. De primo nõ eſt diſputandũ, cùm certum ſit neminẽ Dei amicitiã amittere inuitũ. Laqueũ & ſcandalum homo proximo ſuo abſcõdere poteſt, vel manifeſtè in peccatũ inducere, cogere aũt haud poteſt. Inter cætera bona, vita corporalis eſt optimũ, & fundamentũ aliorũ. Grauiſſimũ ergo erit peccatũ, & turpiter hominẽ coinquinabit, per quod aduerſus optimũ & maximũ proximi noſtri inſurgimus. At dices: Nõ occidi hominem, mundus ſum ab hac ſpurcitia diaboli. Tibi, dicit Ioannes: Qui odit fratrem ſuum, homicida eſt. Nonne intellexiſti, quæ dominus dixit: De corde exiunt cogitationes prauæ, quæ coinquinant hominẽ: Quòd ſi fratrẽ tuum odiſti, homicida es & immũdus. De homicida voluntario, lege Philonem ſuper illud, morte moriatur.

Hominis tria bona.

Cap.

Lib. de profugis.

Furta. Quibus res alienæ ſubtrahuntur clam, aut per vim, & aliàs non indebitæ, & priuata authoritate. Eſt ergo furtũ ablatio rei alienæ inuito domino, quòd genere ſuo eſt mortale, & coinquinat hominẽ: niſi ex rei paruitate in veniale trãſeat. Læditur in hoc peccato iuſtitia. Vnde reſtitutioni obnoxium eſt, quod per furtũ accipitur, aliàs non debitũ. *Auaritiæ.* In quãtum res iniuſtè detinentur. Vt ſic, manifeſtè eſt peccatum mortale cõtra iuſtitiã. Aliquãdo tamen auaritia contrariatur liberalitati: & ſic ſignificat inordinatũ appetitũ pecuniæ: & ſic communiter eſt peccatũ veniale: ſecundum hunc ſenſum auari vocantur tenaces, & parci in dando, de quibus dicitur: Auaro tã deeſt quod habet, quàm quod nõ habet. Et Plato docet quàm lõgè ab auaro ſit oblectatio in inueſtigatiõe veritatis. Auarũ autẽ haud quaquã neceſſe eſt in veritatis inueſtigatione, quanta inſit oblectatio percepiſſe, expertumq; fuiſſe. Imò verò ſi nitatur, nõ facile illud aſſequitur. Propter quod quaſi inelubilis eſt turpitudo cordis eius. Obſerua ꝙ ſæpenumero cõtingit tantũ eſſe affectum, aut in acquirendo, aut ad retinendum, quòd eſſet peccatũ mortale, quod inquinaret mentẽ, & cor hominis pollueret. Cùm ſcilicet Dei, vel Eccleſiæ pręcepta, propter cupiditatẽ paratus eſt auarus, prout occurrerit, violare. Quod vitiũ familiare eſt agricolis & mercatoribus. Extat apud 3. lib. Regũ obſtupendũ exemplum cõtra auaros homicidas in Acab & Iezabel.

Auaritia. Contraria liberalitati quando.

Lib. 31. dialogus. 9 de rep. vel de iuſto.

Cap. 21.

Nequitiæ. Quæ conſiſtunt in calumnijs contra proximos. Calumnia autẽ eſt falſa & malitioſa impoſitio criminis. *Dolus.* In deceptione proximi conſiſtit. Non defecit de platæis eorum vſura & dolus. Et lingua eorum tota die concinnabat dolos. Denique Hieremias. Domus eorum plenæ ſunt dolo. Vinum illorũ mixtum eſt aqua: & argẽtum ſtãno, &c. *Impudicitiæ.* Hæ locum habent in tactibus & aſpectibus impuris & libidi-

Pſal. 9.

Pſal. 49.

Cap. 5.

bidinoſis. Valdeq; coinquinant hominē,& ad maiora & turpiora crimina aperiunt ianuam. *Oculus malus.* Et quantū ad inuidiā, & quantùm ad odium: contriſtatur oculus eorum in rebus ſecundis fratris ſui:& auertit illum à proximo ſuo ex odio. Tria alia commemorat beatus Marcus, quæ ex teſtimonio domini coinquinant hominem. Primum eſt *Blaſphemia.* Secūdùm mentē Ambroſij diffinitur, vt affirmatio falſitatis, vel negatio veritatis ſit circa Deum:& blaſphemare ſit attribuere Deo falſum, ſiue quod illi non conuenit, quia nomen blaſphemię importat derogationem excellentis bonitatis diuinæ: quicunque autem negat de Deo aliquod ei conueniens, diuinæ derogat bonitati, quia cùm Deus ſecūdùm Dionyſium ſit ipſa eſſentia bonitatis, quicquid Deo conuenit, pertinet ad eius bonitatem,&c. Vt ſi Deo quis tribuat corpus, aut ignorationem, vel tollat ab eo omnipotentiam, vel prouidentiam, & noſtri curā. Grande ergo zelus & morte expiandum. Lege quæ in ſecunda ſynodo Lateranenſi contra blaſphemos decreta ſunt. *Superbia*, id eſt, Dei vel proximi contemptus. Per ſuperbiam ſe ipſum homo exaltat, & it ſupra ſeipſum. Superbia conſummata eſt, cùm quis adeò ſe ipſum magnificat, vt ad hoc perueniat, quod nolit ſe ipſum ſubijcere diuinæ regulæ,& contemptus diuinæ diſpoſitionis eſt. Vltimo loco ſtultitiam commemorat: quæ in qualibet iniuria proximi inuenitur. *Omnia mala hæc ab intus procedunt: & coinquinant hominem.* Non lotis autem manibus manducare non coinquinat hominem. Neque per ſe, neque quia conſtitutio illa veſtra & ſeniorum vllam vim legis habet. Videas ergo quàm neceſſarium ſit ſapientis conſilium. Omni cuſtodia ſerua cor tuum. Cuſtodiebant lectum Salomonis, qui hanc docet ſapientiam, ſexaginta fortes, omnes tenentes gladios:& ad bella doctiſsimi ex fortiſsimis Iſrael. Vniuſcuiuſque enſis ſuper fęmur ſuum propter timores nocturnos. Vbi nota quòd non dicit ſcriptura, adſunt circa lectum, ſed ambiunt, ex omni parte circūdant. Ne vel ex latere liceat, aut pateat inimico locus inſidiarum, ad necem regis. Ambiunt inquit, quod vnico verbo complectitur, omni cuſtodia ſerua cor tuū. Non hac cuſtodia, vel illa, ſed omni. Tanquàm leo rugiens, tanquàm draco, qui in occulto parat inſidias, circuit diabol⁹, quærens quem deuoret. In ictu oculi perambulat terram, nullumque non mouet lapidem ad capiendum cor noſtrum. Vbique retia tetendit, vbique laqueos abſcondit, vbique tella ignea brachio potenti tenet, vbique ſatellites & ſuæ nequitiæ miniſtros habet. Super hoc eſt certamen inter ipſum & Deum ſuper cordis humani poſſeſsionem: cum audiat à domino: Fili præbe mihi cor tuum. Videas ergo, ſi liceat militi Chriſti huic militiæ inermem ſe ingerere, videas obſecro, ſi liceat vel ſemel in anno ociari: vide ſi indulgere vino,& cibis ſit ſecurum. Omni cuſtodia ſerua cor tuum. Require à domino cuſtodiam, ab angelis, à ſanctis, ab oratione, à ieiunio, ab eleemoſyna,&c. Optima cuſtodia eſt, quam Dauid demonſtrat: In corde meo abſcondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Sit ergo lex domini in medio cordis tui, vt inſurgentes vulpes paruulæ minima rum cogitationum, ſtatim ſtrangulentur, & redigantur in fauillam. De huiuſmodi exponitur illud pſalmi. Beatus qui tenebit & allidet paruulos ſuos ad petram. Qui verò inquinatum cor habet, in ſanguine agni per contritionem & lacrymas lauet illud. *Et inde ſurgens abijt in fines Tiri & Sydonis, & ingreſſus domum neminem voluit ſcire.* Pulcherrimam hiſtoriam deſcribit ſanctus Euangeliſta: gratam legentibus & audientibus, de Cananęa vel Syrophœniſſa: quæ ꝓ filia orās cum perſeuerantia, ſalutem hauſit de fonte miſericordiæ:& quæ grauiter vexabatur à dæmonio, in verbo domini liberata eſt. Reliquit ergo Iudæos,& abijt in fines Tiri & Sydonis. Gentes erant longè à cultu vnius, & veri Dei: ſed inter illas affuit, quæ primitias afferret excellentiſsimæ fidei,& manipulos deuotionis plenæ. Hæc eſt mulier Cananæa. Quid obſecro boni relictum eſt Iudæis, cùm ab eis deceſsit Chriſtus? Aut quid mali permanere potuit, apud quam diuertit medicus ſalutis, ſaluator Ieſus? Secundum duritiam cordis ſui multam receperūt Scribæ & Phariſæi, cùm dominus Ieſus reliquit eos: & ſecundùm magnam miſericordiam Dei actum eſt cum gentibus. Tenebræ ſuper aëra diffunduntur: cùm ad occaſum ſol occidit: cùm verò ſol iuſtitiæ diſcedit, obſcuratum eſt, inſipiens cor eorum, & omnes viæ illorum tenebræ, & lubricū, & perditio. Reliqui domum meam, dimiſi hæreditatem meam. Facta eſt mihi hæreditas mea, quaſi leo in ſylua: dedit contra me vocem

Marginalia: *Blaſphemia.* — *Tom.4. Concil. fol.634.* — *Prouer.4. Cant.3.* — *Diabolus quanto ſtudio in perditione hominū inuigilet.* — *Prou.13.* — *Pſal.136.* — *Pſal.136.* — *Similitudo* — *Hier.12.*

vocem,ideò odiui eam. Crucifige,crucifi-
ge.Dedi dilectam animam meam in manus
inimicorum eius.Et apoſtoli ad exemplum
ſaluatoris, cùm Iudæi repuliſſent eoſ, &
eorum doctrinam. Paulus & Barnabas di-
Acto. 13. cunt:Vobis oportebat loqui primum ver-
bum Dei:ſed quoniam repellitis illud,& in-
Dereli- dignos vos iudicaſtis æternæ vitæ, ecce cõ-
ctio Dei. uertimur ad gentes.Obſerua quòd illos de-
ſerit dominus,quo ad ſpecialia auxilia,& ef
ficacia,qui lucis gratiæ ſuæ inueniuntur irri
ſores & ingrati, qui contradicunt medico
ſuo,& expuunt in ſalutis medicinam. De
quo habes teſtimonium apud Hieremiam.
Inquiunt ſancti angeli cuſtodes,ſicut expo
Cap.51. nit gloſſa: Curauimus Babylonem,& non
eſt ſanata,derelinquamus eam,eamus vnuſ-
Lege bea- quiſque in viam ſuam. Tanquàm deſpera-
tum Bon. tus morbus à medico, cui nulla ſubeſt cura
a.lib.S.d. de illo: ſic fit cum huiuſcemodi rebellibus
15.nu.25. hominibus. O meritiſsimum ſupplicium.
O diuinam vltionem? Domine audiui audi
tum tuum,&timui.Omnia viſcera mea ob-
ſtupuerunt, cùm audio verbum hoc,dere-
linquamus eam. *Et ingreſſus domum, nemi-
nem uoluit ſcire, & non potuit latere.* Ob-
ſerua quòd certè aut hoſpitium quærēs, aut
aliquid ſimile in domum aliquam ingreſſus
fuit dominus cum diſcipulis ſuis. In quam
conuênit,& hominum multitudo,ac deni-
que mulier Cananæa, quæ ab Euangeliſta
deſcribitur. Neque tantùm obuiam exiuit
domino in via, cum ab illis recedebat, ſed
à domo hoſpitij orare cœpit pro filia. De
NOTA quo ſanctus Euangeliſta. Mulier intrauit,
ualde. & procidit ad pedes eius. Propter hoc &
multa alia loca ſcripturarum,& qui ſcribit,
& docet verbo canones beati Hieronymi
legere debet: vbi deſcribuntur, in quibus
ſint ſingulares ſacri Euangeliſtæ,aut in qui-
bus ſimilia ſcripſerunt.Imò & aliqua dixit
vnus Euang.deſcribens eandem hiſtoriam,
quæ alius ſubticuit in enarratione eiuſdem.
Exemplum deſume ex hac hiſtoria: quam
Cap.15. deſcribens beatus Matthæus proponit hãc
mulierem egredientem à finibus illis,& cla
mantem poſt Chriſtum: & tacet quomodo
ingrediens domum hoſpitij procidit ad pe-
des domini,& orauit. Vbi non licet, aut
prædicatori, aut ſcriptori deſcribere ora-
tionis initium ab itinere ſaluatoris. Neque
vlla inuenitur repugnantia inter Euange-
liſtas:cùm Matthæus,quid actum ſit in via.
Marcus vnde originem habuit oratio Ca-
C nanææ deſcribant. *Et non potuit.* Non refer
tur ad potentiam abſolutam & voluntatē:
quòd enim abſoluta voluntate vult domi-
nus,fieri ſtatim neceſſe eſt:quod in eiectio-
ne dæmonis à filia Cananææ comproba-
tur:ſed ad congruentiam refertur. Nõ erat
congruum, quòd aduentus medici lateret
infirmos:nec fuit decens quod manifeſtare-
tur per ſuos diſcipulos:cùm ad gentes diuer
tebat:quæ valdè moleſtæ erant Iudæis.Ma
nifeſtus autem factus eſt aduentus eius per
alios,qui & famam eius audierant,& mira-
cula,& doctrinam ab ipſo acceperant: ſicut
docet cap.3.Marci. In doctrinam apoſto-
lorum facta ſunt hæc,vt in miraculis huma
ni fauoris gloriam,quantùm poſſent,decli-
narent:nec tamen à pio opere virtutum ceſ
ſarent,cùm hoc fieri,vel fides bonorum iu-
ſtè expectaret, vel incredulitas prauorum
neceſſariò cogeret.Ob hanc equidem cau-
ſam Tiri & Sydonis fines intrauit, vt filiã
Syrophęniſſæ à dæmonio liberaret: & per
fidem fœminæ gentilis, Scribarum & Pha
riſæorum perfidiam argueret. Vnde domi-
nus ad Ezechielē inquit.Fili hominis oſten *Cap.14.*
de domui Iſrael templum, vt confundãtur
D ab omnibus iniquitatibus ſuis,& metiantur
fabricam,vt erubeſcant ab omnibus quę fe
cerunt. Vbi beatus Gregorius:Templum *Lib.24.c.*
quippe Dei filijs Iſrael oſtenditur, quando *6.ſup Iob.*
vniuſcuiuſq; iuſti anima,quam inſpirãdo
Deus inhabitat,quanta ſanctitate fulgeat ad
confuſionem ſuam peccatoribus demon-
ſtratur: vt in illa bonum, quod negligunt,
videant:& in ipſis malum, quod operãtur,
erubeſcant. Oſtendere ergo vult Chriſtus
Iudæis perfidis animam huius fœminæ ad
eorum confuſionē. Vide & obſerua quàm
vtiliter ac fructuosè ſanctorum vitas, & *Imagines*
prædicamus,& ſcribimus,& in imaginibus *& ſancto-*
delineantur ad doctrinã populorum. Ob- *rum uitæ.*
ſerua etiã quòd dñs venit ad locum ſeu ci-
uitatem,vbi puella hæc erat à dæmone poſ
ſeſſa:& mater eius venit in domum,vbi do-
minus aderat. Nemo noſtrum venit ad in-
dulgentiam,niſi dominus veniat ad quæren
dum nos. Vnde Dauid: Quære ſeruũ tuum. *Pſal.118.*
Errauit ſicut ouis quæ perijt,quære ſeruum,
&c.Et ſaluator: Venit filius hominis quæ- *Luce.19.*
rere,& ſaluum facere quod perierat. Nota
ſecundò,quomodo vna mulier tantùm ade-
rat in conſpectu dñi, & perſeuerat in hac
regione,& in ciuitate Nain,vna mulier pec *Luce.7.*
catrix in lachrymas reſoluitur. Heu quàm
pauci

Miche. 7. pauci ſunt, qui ſaluantur. Factus ſum ſicut vir, qui colligit in Autũmo racemos vindemiæ, non eſt botrus ad comedendũ: præcocas ficus deſiderauit anima mea. Lege obſecro cap. 6. huius prophetæ. Perijt ſanctus de terra, & rectus in omnibus non eſt: omnes in ſanguine inſidiantur: vir fratrem ſuum ad mortem venatur. De hac vna muliere, quæ ad Chriſtum venit, deſcribitur magnæ philoſophiæ dogma. *Mulier enim ſtatim, ut audiuit de eo*, ſtatim inquit, non poſt meridiem, aut in ſequentem diem diſtulit, dicens: Apud nos manebit aliquot dies, & cùm mihi placuerit, licebit, liberumq; mihi erit eum adire, & omne cordis mei deſiderium concedet: ſed & maiora. Mulier nullum horum dicit in corde ſuo: ſed ſtatim vt audiuit de illo, venit clamans & orans. Simile fecit mulier illa peccatrix, vt audiuit, vt cognouit, &c. Quod proprium eſt eorum, qui in toto corde & in veritate animæ ſuæ Deum quærunt. Illud verò familiare eſt impijs & ſceleratis hominibus, qui de die in diem ſuam ſalutem procraſtinant, & præoccupati ſubitò hora mortis, quærunt locum pœnitentiæ, nec inueniunt. Qui ſcis ô homo, qui dicis in corde tuo: Miſericordia domini magna eſt, mei miſerebitur, vel in hora exitus mei, qui ſcis ſi craſtina diès tibi erit ad vitam, an ad mortem? Miſericordia enim & ira ab illo citò proximant, & in peccatores reſpicit ira illius. Ne tardes conuerti ad dominum, & ne differas de die in diẽ, ſubitò enim veniet ira illi⁹, & in tẽpore vindictæ diſperdet te. Vt cognouit mulier peccatrix venit ad Ieſum in multis lachrymis, & Cananæa ſtatim vt audiuit de eo. *Cuius filia habebat ſpiritum immũdum, intrauit & procidit ad pedes eius.* Dixit præſenti loco Hieronymus. Ego filiam Cananææ puto animas eſſe credentium, quæ malè à dæmonio vexabantur: ignorantes creatorem, & adorantes lapidem. Et intra eccleſiam certè eſt, cuius anima malè à dæmonio vexatur: pro qua non orat ipſe homo miſer & miſerabilis. Quis eſt iſte qui malè à dæmonio vexatur? Nunquid iracundus? Eſt certè. Talis à diabolo vexatur. Quid deterius homine, qui iræ deſeruit? Quis eum videns non auertit oculos? Vir iratus inſuauis quidem eſt obuijs, & vicinis, & ſi diuitijs abundauerit, non facilè egenorum inopiæ ſuccurret. Cõmunis eſt hoſtis, & vicinorum, & peregrinorum, clamat, vociferatur, plagas occur-

Remiſsio peccatorũ ſtatim quærenda.

Luc. 7.

Eccli. 5.

Eccleſ. 5.

Iratus à dæmonio uexatur.

A rentibus intentat: dicenda & non dicenda loquitur, aſpectu toruo, inflata facie, lingua rabida, & vt apparet, dæmone plenus. Et quis videns illum ita furere, dubitaret, vel dæmone agitari miſerum, vel voluntariè in tantam inſaniam proſilire? Qui iraſcitur, diaboli ludibrium eſt, dæmonum officina, & nequitiæ illius dignus miniſter. Qui à furore ita vincuntur, ſimiles ſunt naui, quę in media tempeſtate à gubernatore deſtituta ſummergitur: vndequaque in eam procellis ingreſsis. Ira enim quaſi fulmen, & tempeſtas quędam in animam irruit, ſeruientẽq; ſibi quaſi ſtupidum reddit. Patiens ergo tantum malum veniat cum Cananæa ad dominum Ieſum, in multa cordis & corporis humilitate, & inueniet ſalutem & manſuetudinẽ: per quã Deo & hominibus placeat. Et *procidit ad pedes eius.* Humilis eſt habitus corporis huius fœminæ, & certè debitus maieſtati tanti principis, quem venerantes angeli tremunt ac beata Seraphin prę reuerentia proprias facies duabus alis velãt. De hac reuerentia iam diximus in ſuperioribus: iterumque redibit ſermo. Habes ergo in Cananæa deuotionis feruorem, ardẽtẽq; deſiderium recuperandæ ſalutis filiæ, in verbo illo: ſtatim. Habes ſecundò veram cordis & corporis humilitatem in adoratione
B eius, quem confitebatur & credebat eſſe Dauidis filium & Meſsiam. Fundamentum ſtabile, & firmũ ſuę orationi iecit & inuenit quod deſiderabat. Procidit ad pedes Ieſu: certè adorans illum. Cùm domi erat, tenuit pedes Ieſu: cùm verò exijt, ſicut deſcribit beatus Matthæus in nullo difformis à Marco, ſequebatur eum & veſtigia eius. Vtrũq; nobis faciendum eſt. Bonum eſt nos eſſe ad pedes Ieſu, orantes & deprecantes eum pro animæ noſtræ ſalute, adorãtes eum: ac poſtmodum ſequi oportet veſtigia eius. Procidere ad pedes Ieſu reuerentiæ eſt, & confeſſionis profeſsio: ſequi veſtigia eius per virtutum opera & exercitia, charitas ac dilectionis habet inſigne. Vnum ſine altero nõ placet Deo. Multi dicent mihi in illa die: Domine, domine: quibus ipſe: Neſcio vos. Illum agnoſcit dominus, & charum habet, qui credit in eum, qui cultum latrię exhibet & ſequitur pedum eius veſtigia in operibus mandatorum. Vbi nota, quod adoratio & venerationem, & deſiderium, & timorem ſignificat. Verba ſunt ſecundæ ſynodi Nicenæ, in fine actionis ſeptimæ. Eſt adoratio quæ

Similitudo

Eſai. 7.

NOTA *ualde.*

Cap. 15.

Adoratio multa ſignificat.

Tom. 3. fol. 189.

quę tantummodo timorem ſignificat:quē-
Gen.23. admodum Iacob adorauit Eſau. Eſt quæ
gratiam notat,quomodo Abraham pro a-
gro,quem accepit à filijs Heth in ſepulchrū
vxoris ſuæ,adorauit eos. Rurſus qui ſperāt
beneficium accepturos ſe à potentioribus;
Gen.47. eos adorant. Quemadmodum Iacob ado-
Deut.6. rauit Pharaonem,&c. Latriæ verò,quæ ſo
li Deo debita eſt,cultum exhibuit hæc mu
lier:& docuit inſequens Chriſtum, illum
cultum ſublimiſsimum, & prorſus cæleſtē,
quē ſancti in imitatione eius, domino exhi
Lib.8. de bēt. Vidit hoc Seneca cùm dixit: Vis Deos
ciuit.c.17. propitiari? Bonus eſto. Satis illos coluit quiſ
Philo lib. quis imitatus eſt. Et Auguſtinus, Summa
de iudice. religionis,imitari,quem colis. Vera eſt etiā
priſci cuiuſdam auctóris ſententia,nūquàm
homines propiùs ad Dei ſimilitudinē acce
dere,quàm cum ſunt benefici. Quid porrò
fieri poteſt melius,quàm ſi creatura imite-
tur Deum immortalem & ingenitum? Er-
go nec diues aurum, argentumque in the-
ſauri, domeſticis cuſtodiat, ſed in medium
proferat,vt benignitate ſoletur inopes: nec
honoratus ceruicem extollat, ſed maleus
æquo iure viuere,ſinat libertate frui,etiàm
ignobiles. Quiſquis autem præcellit robo-
re,ſit protector infirmorum, non pulſans,
protrudenſque minores,quaſi in pancratio, D
ſed proprijs viribus,etiam alijs prodeſſe cu
piens. Nam qui hauſerunt è ſapientiæ fon-
tibus, inuidiam ex animo ſuo extermināt,
& vltro ſuccurrunt proximis, ſermonibus
trajcientes per aures ſcientiam in corū ani
mas: & quoties reperiunt iuuenes bonæ
indolis, velut generoſæ plantæ ſurculos,
gaudent rati ſe inueniſſe hæredes opulen-
tiæ reconditæ in animo, quæ ſolæ veræ
ſunt diuitiæ: itaque aſſumūt eos, & excolūt
eorum ingenia dogmatibus,contemplatio-
nibuſque, donec confirmatæ virtutis fru-
Roman.2. ctus proferant. Non auditores legis iuſti
ſunt apud Deum, ſed factores legis iuſtifi-
cabūtur. *Erat enim mulier gentilis Syrophœniſ*
ſa genere, id eſt, de Syria Phœnicis. Eſt enim
Syria nomen generale prouintiæ. Phœnis
autem nomen cuiuſdam ſpecialis contentæ
in illa prouintia. Mulier ergo gentilis de Sy
ria & Phœnice erat hæc,quæ tantæ fidei &
orationis, & perſeuerantiæ, & ſpei habet
præconia à Chriſto & Euangeliſtis. Benè
ſcriptum eſt: Populus quem non cognoui,
ſeruiuit mihi. *Et rogabat eum ut demoniū eij-*
ceret de filia eius. Haud ſcribit beatus Mar-

C cus,quibus verbis orauit ad Chriſtum, ſed
in genere, non in indiuiduo deprecationes
eius docet, prout mos illi eſt obſeruatiſsi-
mus. Beatus Matthæus cap.15. verba huius Mat.15.
mulieris, & orationis proponit. *Miſerere*
mei domine fili Dauid: filia mea malè à demonio
uexatur. Cum autem peruenit ad Deum in
via hæc fuit oratio eius. *Domine adiuua me.*
Non dubium, quin à ſpiritu ſancto fuerit
edocta hæc mulier: cui neque prophetarum
oracula reſerata erant, neque patriarcharū
promiſſa de Meſsiá explicitè manifeſta. De
domino Ieſu ex auditu cognoſcere potuit,
quod fiebat quotidie clarus miraculis, & in
doctrina magnificabatur à populis: non au-
tem quod eſſet Meſsias Dauidis inclyta pro
les: quem adorare iuſtum erat, vt Deum &
dominū, qui & dæmonibus imperabat, &c.
quę omnia voce, cęremonijs, & confeſsione
profitebatur. Ab Spiritu ſancto ergo fuit
edocta, de qua dominus dicit: O mulier, ma
gna eſt fides tua. Nemo venit ad me, niſi pa Ioan.6.
ter traxerit illum. Fides Dei donum eſt, vt Ephe.2.
ne quis glorietur. Quæ nemini debita eſt à Fides nemi
Deo. Imò ſcriptum eſt à Moſe: dominus di ni debita.
xit: Miſerebor cui voluero, & clemens ero, Exod.33.
in quem mihi placuerit. Quem locum bea- Cap.9.
D tus Paulus interpretatur in Epiſtola ad Ro
manos: & infert concluſionem, quæ expli-
cat ſecundam partem illius magnæ ſenten-
tiæ: & clemens ero, in quem mihi placuerit,
& inquit: Igitur non volentis, neque curren-
tis, ſed miſerentis eſt Dei. Poſſet quis erra- NOTA
re in verbo illo, in quem mihi placuerit, exi valde.
ſtimans beneplacitum eſſe Deo in aliquo
propter propriam & innatam illi virtutem,
& bonitatem: per quam, beneplacitum ha-
beret Deus in illo: ſicut de Chriſto pater cę Matth.4.
leſtis proteſtatus eſt: In te complacui. Quā
ſententiam Paulus auertit, dicens: Igitur
neque volentis, neque currentis, ſed miſe-
rentis eſt Dei. Omnibus opus eſt miſericor-
dia, quæ miſeriam ſanet, & naturam eleuet:
vt deinde dominus ſibi complaceat in illo.
Quod aliunde demonſtratur apertiſsimè.
Præpoſitio illa, IN, non regit in hac ſen-
tentia ablatiuum, ſed accuſatiuum. Non di-
cit: Clemēs ero, in quo mihi placuerit: ſicut
dixit de filio, ſed quid ait? Clemens ero, in
quem mihi placuerit. Vt doceat actionem
& effectum clementiæ tranſire, in quē vo-
luerit ſibi placere Deus: non ex meritis, aut
ex debito: ſed ſecundùm ſuam voluntatem
& miſerationem. De quo ſit ſatis. Hanc mi-
ſericor

miſericordiam, vt verè ſapiens, ac fidei magiſtra laudatiſsima à domino; priori loco, & priori verbo ſuæ orationis profitetur hæc mulier. Ab humilitate nobiliſsimum exordium prudens mulier docet in oratione ad Deum: vbi omnis rethorica & humana ſapientia inciperet à beneuolentia, & titulis honorificis: quales in ſecundo loco in hac oratione reperiuntur, domine & fili Dauid. Sed apud dñm humilitas ampliorē gratiā inuenit, quàm honorifici tituli. Taceo quod omnis puluis eſt & cinis, & momentum ſtateræ ante dominum, & quod minus omnibus eſt, peccator eſt: in quo firmiori iure miſeriæ fit profeſsio, & debet miſericordiā interpellare. Oratio humiliantis ſe, nubes penetrat, & placet oratio manſuetorum & humilium. Ab hac virtute auſpicatus eſt propheta Dauid pſalmum illum ſuæ confeſsionis & orationis, Miſerere mei Deus: vbi multa diximus. Non ergo audiatur vox iuſtitiæ propriæ, aut meritorum in ore tuo, cùm inſtitutus cum Deo excelſo ſermonem agere. Miſeriam tuam profitere, vt in confeſsione hac anthidotum reconciliationis inuenias. Fuge phariſæi iactantiam, qui orabat: Deus gratias ago tibi, quòd non ſum ſicut cæteri homines, &c. Fuge ergo alios contemnere, & tu ipſius complacentiam. Dic cum Paulo: Quorum primus ego ſum. De peccatoribus agebat, quorum primatum profitetur ſe habere. Dic cum Dauide: Erraui ſicut ouis quæ periit. Miſerere mei inquit Cananæa, docens cordis & oris humilitatem in oratione. Et pro ſe orare videtur, cùm inquit, mei miſerere, quæ filiæ, vt vera mater, ſciebat anguſtias amarulentas, quas paſsim ab immundo dæmone patiebatur. *Domine fili Dauid*. Præter hoc quod reuerentiam ſeruat in verbo domine, adhuc in humilitate firma iacet, & vt clauum dexterè & ſapienter eam tenet. Ancillam ergo ſe eſſe profitetur eius, quē pleno ore dominum vocitat: ſeruitutem ſpondet cùm ſaluatorem dominum appellat. Quantum ergo in oratione nomen patris confidentiæ ingerit oranti, tantum domini nomen tremorem & reuerentiam fouet, & demonſtrat animum ad obſequendum accinctum. Dic ergo in oratione tua, Domine & pater noſter, vt harum virtutū habeas profeſsionem in corde, & confeſsionem in ore. Et ſcriptura inquit: Non confundetur omnis qui ſperat in illo: Et quicūque

Humilitas orationis.

Eccli. 35.

Ho. 2. ſuper, pſ. 50

Luc. 18.

1. Thi. 1.

Pſal. 118.

Eſai. 49.

Ioel. 2.

A inuocauerit nomen domini ſaluus erit. *Fili Dauid*. Ille ſcilicet, qui Dauidi fuit promiſſus pro mundi ſalute, qui Meſsias & Chriſtus eſt, ſaluator & redemptor omnium. Vides quàm alta & ſublimis eſt hæc oratio? Dominum compellat, & Dauidis filium, non vt Salomonem, vel Amon, vel Abſalon, qui omnes viri ſceleſti fuerunt, ſicut docent libri regnorum. Quid ergo magni in oratione mulier hæc offert domino Ieſu inter filios Dauid ipſum annumerans? Et iam à ſanguine Dauid natiuitas, parum gloriæ conciliabat: cùm generis claritas ad fabrum lignarium deſcenderat: qualis erat Ioſeph. Illum ergo filium Dauid fideli corde recogitat: & pia oratione profitetur, quem vniuerſa ſcriptura Meſsiam docebat: cui repromiſſum erat ſolium patris ſui ad corroborandū illud vſque in ſempiternum. De quo Eſaias: Super ſolium Dauid, & ſuper regnum eius ſedebit, vt confirmet illud, & corroboret in iudicio & iuſtitia. De quo edocta fuit ſacra virgo Maria ab Angelo Gabriele. Hunc ergo intelligit fœmina hæc, cùm filium Dauid credit & confitetur eſſe Ieſum.

B Videt etiam perſeuerantiam in oratione eius. Inquit. *Domine adiuua me*. Congruentiſsimè iam adiutoriū deprecatur, quæ rei faciendæ non vulgare impendebat officium; in confeſsione fidei, in feruore orationis, in perſeuerantia, iacens denique ad pedes ſaluatoris: omnia hæc de muliere hac ſcripta ſunt. Taceo quam repulſam paſſa fuit, & in quibus verbis, & adhuc orabat & ſpe confirmabatur: & cum tantis fulgeret donis, & virtutibus ſplendeſceret: adiuua me: inquit Iure humilitatis & fidei magiſtram illam habemus. Neque vacat quod non adducit ſecum filiam oppreſſam à diabolo, neque rogabat magiſtrum, vt ſecum deſcenderet in domum: ſed adiuua me inquit, & omnipotentiæ Chriſti præſentiam vbique eſſe profitetur. *Qui dixit illi: ſine prius ſaturari filios.* Prius correlatiuum habeat neceſſe eſt, poſterius ſcilicet: & ſine illo non dicitur. Filios appellat Iudæos. Sicut & vniuerſa ſcriptura. Filios enutriui & exaltaui: Primogenitus Iſrael. Dilecti quidem propter patres. Quibus miſſus erat ſaluator, vt doceret eos, & in miraculis multis ſuam comprobaret potentiam ad pabulum fidei. Miracula ergo Chriſti præordinata erant tanquam panes ad cibum filiorū Iſrael. Quos

Cap. 9.

Luc. 1.

Perſeuerātia in oratione.

Iudei filij.

Eſai. 1.

Miracula panes Iudeis.

Act. 10. abundantiſsimè exhibuit dominus: Pertranſiens enim ſanauit omnes infirmos eorum, & liberauit oppreſſos à diabolo. Cùm ergo dicit: ſine prius, non reijcit orationē. Imò inſequēs tempus concedit ſe facturum quod rogabat. Priùs & poſteriùs correlatiua ſunt. Cùm dicit, ſine prius ſaturari filios poſt illorum ſaturitatem videtur repromittere, quod ſupplex orat Cananæa. Et in verbo Matthæi: Non eſt bonum ſumere panē filiorum & mittere canibus, ianuam aperuit mulieri ad ingreſſum vltimæ rationis, qua inuenta, ingrediens inquit: *Vtique domine.* Concedo ingenuè, æquum & iuſtum eſſe, quod panis filiorum non mittatur canibus. Hoc ſignificat cùm dicit, Vtique domine, vel etiam domine. In quibus verbis perfecta oratio inuenitur, & ſenſum habet completum. *Nam & catelli comedunt de micis ſub menſa puerorum.* Vide ſapientiam & rethoricam mulieris huius. Ac ſi diceret: Vtrunque concedo ex ore tuo domine Ieſu, & quòd panis mittendus non ſit canibus, & quod ego ſum canis. Sed quòd non denegatur catellis ſub menſa puerorū, mihi denegare nos debes. Canis ſum ego, non erubeſco ab ore tuo, quī vniuerſorum & meus es dominus, audire quod ſum: quod pro filia mea rogo, mica paruula eſt, & reſpectu tuæ omnipotentiæ, & in comparatione millium & magnificentiorum miraculorum, quæ filijs Iſrael conceſsiſti, ac deinde daturus es: non ergo deneges mihi, quod & catellis ſub menſa puerorum non denegatur.

Humilitas Cananeæ adhuc. Myſticè locuta eſt mulier in argumento, & humilitatem in omnibus ſeruat. Sub mē ſa inquit, & catelli, non ſe componit cū canibus, qui domino ſuo obſequium præſtare poſſunt, ſed catellis, qui adhuc educandi ſunt, & nutriendi lacte & micis ſub menſa dominorum ſuorum. Merito hanc magnificat dominus apud Matthæum.

Cap. 5. Rom. 4. O mulier, magna eſt fides tua: quæ contra ſpem, in ſpē credidiſti. Ex ore meo accepiſti: non ſum miſſus, niſi ad oues, quæ perierunt domus Iſrael. Dixi tibi etiam. Non eſt bonum ſumere panem filiorum: & quamuis in verbo illo, Sine prius, ſpem concipere potuiſti, nō tamē deſignabat tempus hoc præſens: propter quæ omnia ſpes tua languere potuit & deficere: & tamen contra ſpem in ſpem credidiſti.

Abraham quomodo credidit in ſpem cōtra ſpem. 4. ca. De Abraham verbum hoc dictum eſt, quod interpretatur diuus Paulus in epiſtola ad Romanos, & ibidem Origenes: cū dicebat: Filius procuratoris domus meę iſte Damaſcus erit hęres meus: & audita promiſſione domini, credidit contra ſpem naturalium virium, & in ſe & in vxore, quòd certè conciperet, & peritura eſſet, credens in ſpem cæleſtis repromiſsionis. In hunc modum de fœmina hac, cuius fidē dn̄s exaltat, interpretari poteſt ſcriptura. Quę toties repulſam paſſa ab ipſo Chriſto, adhuc ſperat & orat, & inuenit quod quærebat à dn̄o. *Propter hunc ſermonem, uade, exijt dæmonium à filia tua.* Beatus Matthæus dixit: Fiat tibi ſicut vis. In verbo Marci meritū ad miraculum recognoſco, propter hunc ſermonem magnæ fidei, exijt à filia tua dæmoniū. Vnde Hieron. Prudens humilis meretur quod poſsit. In vèrbo Matthæi, Fiat tibi: Conſidera quomodo exauditio orationi reſpondeat. Illa miſerere mei dicebat, quāuis pro filia eſſet oratio eius: Chriſtus fiat tibi inquit. Vt quæ bona proximi tui, vt propria reputaſti: & quæ diu triſtis in malis & doloribus eius eras, gaudeas in bónis, ſibi conceſsis, ac ſi tua eſſent, & tu illa recepiſſes. Fiat tibi. Illi fiat in veritate, tibi in charitate. Dilata ſi placet. *Et cùm ueniſſet domum, inuenit puellam iacentem ſupra lectum, & dæmonium exijſſe.* Cū

D poſſeſſa eſſet à diabolo mille tragœdias excitabat, neq; ferreis vinculis detinebatur, in facie horribiles demonſtrabat vultus. Iā nūc curàta a dn̄o, ſuper lectū iacet ſereno vultu. Pacatiſsima fiunt omnia cùm dæmoniū fugit à nobis, mens, cor, ſenſus, manus, oculus, & cæteri ſenſus hominis. Motū fluctuū cordis noſtri mitigat dn̄s. Ora ergo pro anima tua: quæ tibi ſit chara pluſquàm vnica filia, ora & perſeuera vſquequo benedictionē gratiæ ſalutaris à domino inuenias, & maximè in mortificatione concupiſcentiæ ſenſualis, ſicut olim ſanctus patriarcha Iacob: qui veniens de Meſopotania cùm luctaretur cū angelo per totā noctē, etiā rogāte angelo, vt dimitteret eum, quia aurora aſcendebat, reſpondit: Non dimittam te, niſi benedixeris mihi. Et vtinam, quam accepit, benedictionem inuenias. Emarcuit neruus in fœmore Iacob, & claudicabat. *Gen. 32.* Grande bonum & deſiderabile: ora & accipies illud à domino. Dilata & pondera. Obſerua quod diuus Hieron. reprehendit Philon lib. de Abrahā, & in de intepretatione Hebraicorū nominū & Euſeb. & Chriſo. & Hilar. tanquàm male interpretantes nomen Iſrael impoſitum Iacob, id eſt, vir videns

De mirabili uirtute orationis, lege Orig. hom. 13. in lib. Num.

dens Deum. Non tam vere (inquit) quàm
violenter interpretatum videtur. Sed dici
debuit, Princeps Dei, vel rectus Dei, in-
quit Hieronymus lib. Hebraicarum quæ-
ſtio. Quāuis igitur grandis authoritatis ſint
& ipſorum vmbra nos opprimat, qui Iſrael
virum, ſiue mentem videntem Deū tranſ-
tulerunt: nos magis ſcripturæ, & angeli, vel
Dei, qui ipſum Iſrael vocauit, authoritate
ducimur, quàm cuiuſlibet eloquentiæ ſæ-
cularis. Quod ſi ita eſt, optimè quadrat lite-
ra: vſq; ad inueniendā hanc benedictionē à
domino, vt rectus Dei dicaris & ſis: imò po-
tius claudus Dei (claudicabat Iacob tacto
neruo fęmoris ſui ab angelo) certandum ti-
NOTA. bi eſt in oratione cum domino. Quod cùm
tibi conceſſum fuerit, magnum theſaurum
inueniſti: nimirum extinctam concupi-
ſcentiam tui corporis ex dono altiſsimi,
& aſsidua mortificatione tui corporis: per
quæ iam rectus Dei factus es: & rectas facis
ſemitas eius. Quantum bonum ſit huiuſmo
di rectitudo, ad longum expoſuimus ſuper
Hom. 17. pſal. 50. Spiritum rectum innoua in viſce-
ribus meis. *Et iterùm exiens de finibus Tyri ue-
nit per Sydonem ad mare Galileæ inter medios fi-
nes Decapoleos, & adducūt ei ſurdum & mutū.*
Peracta curatione filiæ Cananææ, cęptum
iter perſequens dominus cum diſcipulis, di-
rexit viam ſuam per Sydonem ad mare Ga
lilææ, inter medios fines Decapoleos, id
eſt, decem ciuitatum. Pars vna regionis hu
ius decem ciuitatum vltra Iordanem erat:
& altera citra ipſum Iordanem, circa Hip-
pum & Pellen, & Gadaram. Sicut patet in
deſcriptione terræ ſanctæ. Igitur mare Ga
lilææ, quod eſt quidam lacus, per quem
tranſit Iordanis fluuius, reſpicit terminos
vtriuſque partis prædictæ. Cùm ergo dicit
ſanctus Euangeliſta: Venit ad mare Galilęę
inter medios fines Decapoleos, non ſigni-
ficat tranſiſſe ipſos, neque tranſnauigaſſe
mare: ſed vſque ad mare veniſſe. Obſerua
quantum laboris ſuſcepit dominus in præ-
dicando Euangelio. De quo admirabun-
dus & gemibundus nobilis propheta Hie-
Cap. 14. remias dicebat: Expectatio Iſrael & ſalua-
tor noſter in tempore tribulationis, quare
quaſi colonus futurus es in terra: & quaſi
Cap. 24. viator declinans ad manendum? Et prophe
ta Ezechiel; magnificiens hos labores &
ſudores domini Ieſu, comminationem in-
Labores dñi Ieſu. gerens magnam ſuo populo dicebat: Mul-
to labore ſudatum eſt: neque exiit ab ea ni-
mus

A mia rubigo eius, neque per ignem. Qualis &
quàm antiquata eſt rubigo ęris vel calda-
riæ, quæ etiam per ignem non purgatur?
quæ neque in multo labore & ſudore fabri
ferrarij non conſumitur? Heu quanta eſt, & *Peccato-*
quàm miſerabilis rubigo cordis noſtri, de *ris rubigo.*
qua ſupra, quæ neque per ignem charitatis
Chriſti, aut ſudoris ſanguinei purgatur, ſed
non tam nimiam conſideres rubiginē cor-
dis tui, quàm peruerſam & iniquam volun-
tatem. Nam ſi tantùm nimietas rubiginis
eſſet attendenda, non peruerſa voluntas, ni-
mia eſt charitas Dei non obiectiuè, ſicut *Rom. 8.*
culpa mortalis obiectiuè eſt infinita, nō ſic
charitas Dei, quam Paulus nimiam appel-
lat, ſed eſſentialiter infinita eſt. Vinceret er
go nimiam rubiginem cordis noſtri, niſi no
ſtra peruerſa voluntas obſtaret. Dabimus
proinde pœnas æternū cruciatus & doloris.
Hæc recogita, vbicunque labores domini *Timor do*
Ieſu tibi occurrunt, vt diſcas timere domi- *mini in la-*
num. *Et adducunt ei ſurdum & mutum.* Non ta *boribus*
lis natus eſt homo iſte, aut ex accidenti ſed *Chriſti cō*
inſidiis diaboli, qui in illo habitabat. Quos *ciliatur.*
effectus in mille peccatoribus paſsim inue-
nimus: imò in omnibus, niſi per Chriſtum
B curentur. Surdos reddit peccatores, ne au-
diant verbum pęnitentiæ ad confeſsionem
mutos & verecundos. Surdi ſunt etiā com
minationibus omnipotentis, etiā ſi ignem,
tenebras, ſtridorem dentium, gemitus ama-
riſsimos comminetur. Sed audient vocem *1. Theſ. 4.*
angeli vocantis eos ad iudicium. Audient *Matt. 25.*
vocem iudicis: Ite maledicti in ignē æter-
num. Huiuſmodi in deprecatione multa
ſanctæ matris Eccleſiæ adducendi ſunt ad
Chriſtum, vt ab eo curentur impoſita ma-
nu miſericordiæ ſuæ ſuper eos: antequàm
in ſuo furore dominus eleuet manum ad vin
dictam: ſicut legis in Eſaia. Iratus eſt dñs in *Cap. 5.*
populo ſuo, & extendit manū ſuā, procul-
dubio ad vindictam. *Deprecabantur eum, ut
imponat illi manū.* Didicerunt ex ante actis
mirabilibus Chriſti per manus impoſitio-
nem, aut tactum ſuper infirmos, reſtitutos
fuiſſe ſanitati integræ: propter quod nūc à
dño deſiderant ſuper hunc hominem ma-
nus ſuæ impoſitionem. Sed prudentioris ac
fidelioris cordis eſt omnia noſtra diuinæ or
dinationi & voluntati relinquere, cū certa &
determinata media ab eo non ſunt inſtitu-
ta. Nec tempus ergo nec media præſcribē- NOTA
da ſunt illi: etiam ſi ſimile, aut ſimili tem *valde.*
pore fecerit, cum aliis. Vnde prudenter

 ſan-

Cap.8. ſancta Iudith confutauit ſententiam Ozię, qui ſtatuit tradere Bethuliam Aſſyrijs, niſi intra quinque dies adeſſet filijs dominus. Quod eſt hoc verbum, in quo conſenſit Ozias, vt tradat ciuitatem Aſſyrijs, ſi intra quinque dies non venerit nobis auxilium? Poſuiſtis vos tempus miſerationibus domini, & in arbitrium veſtrum diem conſtituiſtis ei? ſed quia patiens dominus eſt, in hoc ipſo pœniteamus, & indulgentiã eius fuſis lachrymis poſtulemus. Nec tempus ab homine Deo præſcribendum eſt: nec modus ad miſerationes ſuas multas. De quibus habes elegantem hyſtoriam in libro Iudi- Iud.cap.6 cum ſub Gedeone & Madiam. Quem exiſtimabat in magno exercitu debellare, ſed aliter dominus rem diſpoſuit. Et in Naa- 4.Re.7. mam Syro & Eliſæo. Ille manum prophetæ ſuper lepram, vt medium ad hoc ordinatum intendebat, ſed longè aliter negotium actum eſt. *Media ordinata ferenda ſunt.* Cùm verò à domino media conſtituta ſunt, ſiue ad ſalutem animæ, ſiue ad medelam corporis: qualia ſunt ſacramenta, & medicina, ab illis medijs quærendum eſt diuinæ gratiæ & muneris ſuf- Cap.38. fragium & antidotum. Lege Eccleſiaſticũ: Noli ergo aliunde, quàm à ſacramentis Eccleſiæ, & ab operibus fidei, quæ per dilectionem operatur, quærere animæ tuæ ſalutem, ne perdas eam in æternum. Et dum per medicinam, quam creauit altiſſimus, infirmitati tuæ poteſt medicus occurrere, noli quærere miraculum. Sana cor tuum à peccato, & voca medicum, &c. Illa autem, in quibus non eſt homini diuinæ voluntatis beneplacitum reſeratum, omnia relinquenda ſunt illius diſpoſitioni. Sic pru- Marci.7. dens Cananæa orabat: Domine filia mea malè à dæmonio vexatur. Et Centurio: Domine, puer meus iacet in domo para- Ioan.4. lyticus. Regulus verò, cuius infirma erat fides, vt deſcendat orabat: quod dominus haud fecit. Similiter neque quod iſti homines deprecantur. Aliter enim curationem diſpoſuerat. *Et apprehendens eum ſeorſum à turba, miſit digitos ſuos in auriculas eius: et expuens tetigit auriculam eius, & ingemuit, & dixit: Ephphetha, quod eſt adaperire.* Seorſum à turba, quæ conuenerat, diſpoſuit liberare hunc hominem in doctrinam noſtram: vt doceat ſolius Dei gloriam quærendam eſſe in magnis operibus virtutum: fugiendamque humanæ gloriæ auram. Mirabile dictu. Curaturus hominem hunc, mira ac no- C ua demonſtrat: quem ſolo ſuæ voluntatis imperio liberare poterat: ſicut aliàs ſæpè fecit. Hic autem hominem apprehendit à turba. Quod verbum attentionem ingerit, & in operante vim, & voluntatis plenitudinem oſtendit. De quo infra ad longum. Poterat demandare Petro, vel Ioanni, vt ducerent hominem illum, quò ipſe vellet, vel ſignis vocare illum, quod facile eſſet. Nil horum agit: ſed apprehendit illum manu propria. Vbicunque verbum hoc legis, apprehendere vim ſuæ ſignificationis habet. Secundò digitos in aures eius immiſit, & tertiò expuens tetigit linguam eius, & denique ingemuit, & locutus eſt in verbo imperantis. Vtriuſque ſuæ naturæ proprietatem oſtendit in curatione hominis huius. Ingemiſcere hominis condolentis eſt, Ephphetha, imperantis: non certè deprecantis. Mira ſunt quæ ſacri magiſtri in ſputo, quod à capite domini Ieſu deſcendebat, conſiderant, & in loco iſto, & apud diuum Ioannẽ in cœco à natiuitate. Duo tantum in præſentiarum nos conſiderabimus. Alterum quantum condoluit dominus Ieſus generi noſtro, per inobedientiam Adæ miſerabili- D ter oppreſſo. Alterum de ceræmonijs, quas præſenti loco expreſsè demonſtrauit ſaluator, ac fecit. In homine iſto conſiderat beatus Hieronymus genus humanum, quod tã- *Genus humanum.* quàm vnus homo varia peſte abſumptus in protoplauſto, cœcatur dum videt: ſurdus fit, dum audit, dum odorat, emungitur: obmuteſcit dum loquitur: mancus fit, dum manus erigit: incuruatur, dum erigitur: hydropicus fit, dum concupiſcit: claudus, dũ progreditur: lepra ſuffunditur, dum mundatur: dæmone impletur, dum diuinitatem appetit: moritur morte, dum mendaciter excuſat. Per vnum ergo hominem mors & peccatum, ante illam mille calamitates, & cum illo innumeræ inſidiæ diaboli, & circumuentiones, vſquequo corpus, quod ad Dei templum fuerat compactum, habitaculum fit dæmonum immundorum. Et amplius vidimus: Vnus homo integram legionem habuit. Væ nobis. Sed Deus noſter plaſmator noſter in multa miſericordia ſanabiles fecit nationes terræ: & de ſinu patris veniens in vallem hanc lachrymarum per immaculatum uterum virginis, adiutor & protector noſter factus eſt. Neque nuda potentia ſuæ maieſtatis aduerſus diabolum egit pro nobis, ſed iuſtitia & æquitate: cum

ciam iniuſtè tanta ab ipſo diabolo ſuſtinuit. *Chriſti gemitus.* Ingemuit manifeſtè aliquādo. Sed heu domine mi, quot gemitus & ſuſpiria in montibus & rupibus terræ, cùm pernoctabas in *Ioan. 11.* oratione, pro nobis fudiſti? Ingemuit ſuper Lazarum, & lachrymatus eſt, & turbauit ſeipſum. Ingemuit ſuper hunc hominē mutum & ſurdum. Lachrymatus eſt ſuper *Luc. 19.* Hieruſalem: denique in cruce cùm patri ſuo *Heb. 5.* redderet ſpiritum. Quanta ſunt hæc, & qualem gratitudinē à nobis exigunt? ſed aliud *In gemitibus domini Ieſu magna ſapientia.* in ſuſpirijs & gemitibus ſaluatoris intelligo. Ignorat homo cæcus & inſipiens, quod diaboli mācipium ſit factus, quod ad ipſius voluntatem captiuum illud tenet, quod ius firmum habet contra ipſum ad damnationem perpetuæ carceris per peccatum. Nullum horum curæ eſt peccatori, neque atten*Similitudo* dit, quanta ſint illa. Medicus verò, qui peritia artis ſuæ edoctus agnoſcit, in quem finē talis infirmitas currat velociſsimè, ſaltem per ſuſpiria ac gemitus curat, de ſalute propria anxium ac ſolicitum reddere infirmū: vt amaram potionem viriliter, & ſi oportuerit, ferrum ardens ſuſtineat. Sapien*Sapien. 8.* tia tua domine Ieſu attingit à fine vſque ad finem fortiter, & ſtultitiam cordis noſtri intueris, quod tenebras iudicat lucem, & amarum pro melle amplectitur: vt autem doceas nos noſtri curam, etiam ſuſpirijs ac gemitibus admones. Infirmus, qui vim doloris experitur, medici opem & opera implorat: qui autem expers eſt doloris, immedicabilem habet infirmitatem. Ad ſenſum igitur nos reuocas, & in deſiderium excitas, cùm propter noſtras infirmitates ſuſpiria de profundo peccatoris effundis, & lachrymas. Hæc attende ô homo vbicunque legis difficilem ac gemebundam vitam domini Ieſu: qui in ſolo voluntatis ſuæ beneplacito liberare poterat genus noſtrum: & tamen per gemitus, & ſuſpiria, & lachrymas: denique per mortem crucis ſaluare & redimere diſpoſuit, quod perierat. Hanc virtutem dereliquit ſaluator in eccleſia ſancta ſua per lauacrum regenerationis & renouationis in Baptiſmo: in quo de manu diaboli: & de poteſtate eius *Col. 1.* transfert nos Deus in partem ſortis ſanctorum in lumine, & in regnum filij di*Rom. 8.* lectionis ſuæ, & facti filij Dei hæredes eius ſumus, & cohæredes Chriſti: conſepulti cum illo per Baptiſmum: vt quem-

A admodum ſurrexit ille per gloriam patris, *Rom. 6.* ita & nos in nouitate vitæ ambulemus: non viuentes nobis, aut deſiderijs carnis *2. Cor. 5.* noſtræ deſeruientes, ſed ei, qui pro nobis mortuus eſt, & reſurrexit. In ſacro baptiſmate has cęræmonias conſtituit eccleſia ab apoſtolis domini Ieſu edocta: & vſque in diem hanc per vniuerſum orbem inuiolabiliter cuſtodit. Et in alijs ſacramentis multas ſatiſque congruas cæremonias ab Apoſtolis accepit, & à Domino Ieſu. *Ceræmoniæ in baptiſmo & alijs ſacramentis à Chriſto et apoſtolis.* Decebat pro rei magnitudine, & pro ſtatu præſenti, in quo à ſenſibus pendet cognitio mentis noſtræ, vt ſub magnis cęræmonijs myſtica traderentur dona ſacramētorum. *Ceræmoniarum fructus.* Sic in precio ſunt apud mortalem hominem: ſic excitatur deuotio, accumulaturque fructus ſacramentalis gratiæ: dum homo maiori deuotione ac feruentiori animo illa tractat, conſecrat, & ſuſcipit. Cùm ergo in ceremonijs tanta inuenias emolumenta, non eſt quod obganies, ac debaccheris inuerecunda fronte, ſicut in exordio *Germania* ſuæ perditionis germani inueniuntur feciſſe: donec & ipſa precioſa ſacramenta calce abiecerunt. Si extra corpus conſtituti eſſemus, nudè traderentur nobis ſpiritualia dona: quia verò geminus eſt homo, & ani-

B ma immerſa corpori, corporaliter & ſub elementis, & cęræmonijs ſpiritualia nobis conceduntur. Denique & maior reuerentia exhibetur à populis, tum ex ornamentis ſacerdotalibus, quibus decorantur in ſacramentorum adminiſtratione, tum etiam ex ſacris cęræmoniis, quæ ibidem fiunt, & à Chriſto per manus Apoſtolorum inuiolabiliter ſeruat Eccleſia Romana. Miſit in auriculas digitos ſuos, & manu propria ſputum impoſuit ſuper linguam muti & ſurdi, curaturus omnem eius languorem: vt doceat ſingulis quibuſque vitiis occurrendum per ſpecialia medicamenta virtutum. Curanda eſt auaritia noſtra medicamine eleemoſynæ, caro laſciuiens per ieiunia & cilicium: ſuperbia in humilitatis ſtudio. Sanat Dei gratia omnem languorem: ſed ſingulis quibuſque vitiis contraria medicamenta virtutum exhibenda ſunt. Vnde in hoc valdè errant ab ſcopo principes & potentes huius ſæculi, qui vel vna ſola eleemoſyna, omnia vulnera diuerſiſsimæ figuræ intendunt curare. Cùm interim neque corpus

C ieiúnijs maceratur, neque ſupercilium ſuperbiæ deponitur: neque auaritiæ terminum imponunt, neque luxuriæ deſideria extinguuntur. Et certè in corpore eorum vno tantùm medicamine diuerſæ infirmitates non ſanantur. Sic cum anima agendũ eſt. *Et ſtatim apertæ ſunt aures eius & ſolutum eſt vinculum linguæ eius: & loquebatur rectè*. Statim vt imperauit in verbo Ephetta apertæ ſunt aures ſurdi, & ſolutum eſt vinculũ
D linguæ mutæ. Hæc eſt potentia ſaluatoris, ſicut prędictũ erat in propheta Eſaia: nõ cõcedit vel minimã morulam inimico. Quin potiùs ſtatim fugit, & incolumem reliquit hominem, quem poſsidebat. *Loquebatur rectè*. Expeditè ſignificat: ac ſi longo vſu

C loquendi peritiam adeptus eſſet. Rectè loquebatur, qui hymnos & laudes Chriſti concelebrabat. Ad hæc conceduntur nobis ſenſus noſtri, & maximè lingua: vt in ipſa Dominum Deum magnificis laudibus extollamus & glorificemus Ieſum filium eius, ſicut hæc turba: de qua ſanctus Euangeliſta. *Benè omnia fecit: & ſurdos fecit audire, & mutos loqui*. Quod beatus Mat-
D thæus apertiùs tradit. Venit ſecus mare Galilææ, & aſcendens in montem ſedebat ibi. Et acceſſerunt ad eum turbæ multæ habentes ſecum mutos & cœcos, claudos, debiles, & alios multos, & proiecerunt eos ad pedes eius, & curauit eos. Et magnificabant Deum Iſrael.

Finis Capitis ſeptimi, & Libri ſeptimi Commentariorum in Marcum.

LIBER

LIBER OCTAVVS COMMENTARIORVM IN MARCVM.

I N DIEBVS *illis, cùm turba multa eſſet cum Ieſu, neq; haberẽt quod manducarent, conuocatis Diſcipulis ſuis, ait illis: Miſereor ſuper turbam, quia ecce iam triduo ſuſtinẽt me, neque habent quod manducent: & ſi dimiſero eos ieiunos in domum ſuam, deficient in uia.* Magna ſunt quæ cap. præſenti deſcribit ſanctus Euangeliſta: Quatuor millia hominum de ſeptem panibus iterum ſaturantur, & ſuperſunt ſeptem ſportæ. Phariſæi ſignum quærunt de cælo, tentantes dominum: nec datur illis de cælo, ſed de terra. Docentur diſcipuli fugere in omni ſtudio fermentum Phariſæorum, & cæcus illuminatur. Petrus confitetur in ſpiritu ſancto Ieſum eſſe Chriſtum filium Dei uiuentis: & manifeſtè de morte ſua diſcipulis loquitur, & reiicit Petri ſententiam vehementi increpatione: qui eius mortem diſſuadebat. Denique congruo tempore, cùm de cruce ſua cæleſtis rex egiſſet, ad crucem ſingulos hortatur. In enarratione ſuperioris miraculi vbi quinque panes in quinque millia per manus domini diuiſi ſunt ad ſaturitatem & affluentiam, ad longum calamum extendimus, adeoque diligenter cuncta diximus: vt vix vel ipſæ reliquiæ ad delitias menſæ huius ſuperſint. In nomine autem domini Ieſu laxabo rete & velas. Spatioſum eſt enim mare ſacræ ſcripturæ, & magnalia opera, & verba oris domini: quorum virtutem & magnificentiam vix mortalis homo extremis, quod aiunt, labijs percipere valet: tantùm abeſt, vt comprehendat ea. Inquit ſanctus Euangeliſta. *In diebus illis, cùm turba multa eſſet cum Ieſu.* Superiori hiſtoriæ contiguum eſt hoc conuiuium, quod hiſce turbis præparauit dominus in monte. Sic legis apud

Cap. 15. Matthæum, poſtquàm deſcripſit Cananæam: Et acceſſerunt ad eum turbæ multæ habẽtes ſecum mutos, cæcos, claudos,

A &c. Et curauit eos. De quibus omnibus vnus tantùm deſcribitur à Marco. Matthæus verò poſtquam dixit laudes & hymnos populi illius, quos acclamauerunt Deo Iſrael pro mirabilibus, quæ dominus Ieſus faciebat inter illos, inquit: Ieſus autem conuocatis diſcipulis ſuis dixit: Miſereor turbæ, &c. Quamuis ergo Beatus Marcus dicat in diebus illis, nõ aliud tempus ab hoc, quod ſuperiori capitulo enarrauit, quærendum eſt, aut intelligendum. Vel dic cæcos, claudos, mutoſq; curatos à dño priori die, ac deinde perſeuerauerunt cum Chriſto tribus ſequentibus diebus incluſiuè. Seruans ergo legitimũ ordinem hiſtorię, narrare incipit miraculum: cùm dicit: In diebus illis. Primò omnium obſerua, quæ ſunt propria ac peculiaria in hac hiſtoria, longeque ab illis, quæ in ſuperiori apparuerunt. In altero miraculo panes erãt quinq;, & piſces duo. Et hominum millia quinq;: hîc autem panes inueniantur ſeptem & quatuor millia hominum. Illic cophini duodecim pleni ex fragmentis; hîc verò ſeptem ſportæ.

B Illic fœnum ad diſcumbendum: hîc autẽ ſuper terram nudam ſedent ad regium conuiuium: & cætera, quæ ſuis locis annotabimus. *Neque haberent quod manducarent*, Pendentes ab ore Chriſti (vel caſu accidit res) non exiſtimantes tam diu cum Chriſto futuros eſſe. Neque enim valde ſpirituales erant, aut perfecti: quin potiùs videntes ſigna quæ faciebat, ſequebantur dominum Ieſum. Videturque dicendum, ꝙ pro duobus diebus præcedentibus, quæ ipſis ſufficerent, ſecum deportarunt. Cùm autem Euãgeliſta dicit: Neque haberent quod manducarent, de tertia die, in qua à dño factum eſt magnificum hoc opus, interpretanda eſt litera. Conuocatis itaq; diſcipulis, miſereor, inquit, ſuper turbam. Diſcipulos conuocat, à quibus ſciebat, neque conſilium ſibi eſſe neceſſarium, neque adiutorium. Quo exemplo edoctus Petrus, cùm publicè eſſet diſputaturus de Chriſto aduerſus Simonem Magum, Nicetæ & Aquilæ, quondã diſcipulorum Simonis, audiuit conſilium, in quo deſcribere inſtituebant Simonem: *Petrus conſilium habuit cũ Aquila & Niceta.*

vt Petrus cautiùs & vigilanter magis ad certamen accederet. Seruarunt tamen integerrimè diſcipuli modeſtiam & humilitatẽ erga magiſtrum. Ex hoc iam ſummi pontifices in abſolutione grauium ac difficilium quæſtionum, fratrum ſuorum vtuntur conſilio. Non enim deſpiciendus eſt aliquis, qui vtiliter conſulere poteſt. Vnde Eccleſiaſticus: Fili ſine conſilio nihil facias. Conſilium cuſtodiet te: & prudentia ſeruabit te. Sapientiſsimus Moyſes à Ietro ſocero ſuo conſilium accepit: cùm ipſe quotidie cum domino loqueretur: ſicut amicus ad amicũ ſolet loqui. Salus enim vbi multa conſilia: & qui ſapiens eſt, audiet conſilium. Et Plato in Theage ad Demodocum: Vulgo dicitur: Conſilium res ſacra eſt. Pro docenda hac doctrina quærit Deï ſapientia à diſcipulis, & conuocat eos, vt facilè vnuſquiſque quid ſentiat, profiteatur in hoc negotio. Et certè honore magno decorabat eos, quos operis ſui vicarios inſtituebat: clariuſque demonſtrabatur, quanta eſſet loci indigentia & ſterilitas ad cibos millium hominum. Dicere potuit apoſtolis: Adducite quos habetis panes, in quibus meæ potentiæ iterum oſtendam vobis clarũ & venerandum ſignum: quoniã adhuc rudes eſtis. Iam nunc clariùs coruſcabit coràm oculis veſtris mea potentia. Nihil horum dicit. Sed conuocatis diſcipulis, & cum ſui conſilij ſenatoribus, cordis ſui arcanum reſerat, vt ex hoc eoram ingenti illa multitudine clariores fiant: ac deinde ſuperuenientibus ſæculis. Quanto honore iudicas dignum, quem rex habet à conſilijs: à quo ſępenumero rex adiuuatur, & illuminatur, & dirigitur? Non indigens in aliquo dominus Ieſus, per manus diſcipulorum ſuorum magna voluit perficere. In hunc modum regit ac gubernat dominus vniuerſa, apud ſe conſeruans, quod incommunicabile eſt, ſcilicet gubernationem & prouidentiam: executionem verò, & angelis, & hominibus, & cæteris cauſis ſecundis concedens. In quo Platonis opinio rejjcitur: qui diuiſit prouidentiam in tria. Primum quidem primi Dei, & magni Iouis, ad cuius arcem nemo poteſt aſcendere: qui prouidet rebus cæleſtibus & vniuerſa inferioribus omnibus. Secundam prouidentiam dixit eſſe ſecundorum Deorum, qui cælum circumeunt, ſcilicet reſpectu eo-

Clemens Ro. lib. 2. Recog. ad Iacobum. Conſilium. Cap. 32. Exo. 18. Prou. 2. Plato in de ſapientia. Similitudo. Prouidentia propria Dni. Protagoras uel ſophiſta. 17.

C rum, quæ generantur & corrumpuntur. Tertiam prouidentiam aſcripſit quibuſdam dæmonibus, qui ſunt cuſtodes humanarum actionum circa terram. Gubernat itaque Deus vniuerſa ſecundùm ſuam prouidentiam, & magnificans quos vult, executionem concedit faciendorum. Vnde non tantùm pertinet ad authoritatem regis terreni, quod executionem habeat ſuæ gubernationis: ſed etiam ordine miniſtrorum regia potentia clarior efficitur: & quibus talis executio demandatur, honorabiles fiunt apud omnes. In quo valde & ſublimius, quàm dici poteſt, Apoſtoli à domino honorantur muneribus largiſsimis, hîc & alibi in cœna, & poſt ſacram reſurrectionem. Quibus magiſter dixit: *Miſereor ſuper turbam*. Sicut aquila prouocans ad volandum pullos ſuos, & ſuper eos volitans: ſic docet Chriſtus Apoſtolos ſuos de magna virtute miſericordiæ, quam eorum menti infigere deſiderabat: dum cor ſuum menti oleo miſericordiæ affluens coram ipſis aperuit. Neque dubium, quin in facie eius ſigna humanæ condolentiæ apparebant ad maiorem efficaciam
D ſermonis. Ac ſi apertè diceret: ſi horum hominum tantam curam me habere comprobaſtis; qualem obſecro ſolicitudinem oportet nos habere pro animabus eorum? Ex hoc & alijs multis, quæ in domino Ieſu apparuerunt, & maximè in cruce, & morte eius armati ſunt Apoſtoli, & reddita ſunt flammantia pectora eorum erga ſpiritualem ſalutem hominum. Hinc illæ voces Apoſtoli Pauli: Triſtitia mihi magna eſt, & continuus dolor cordi meo. Optabam enim ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis. Quod optauit quondam Michæas propheta. Vtinam non eſſem vir habens ſpiritum, ad prophetiam ſcilicet, & mendacium potius loquerer. Et Moyſes pro populo ſuo: Si dimittis peccatum, dimitte: Si autem non vis, dele me de libro tuo. In hunc modum videtur Paulus diligere ſuos Iſraelitas. Propter quod Chriſoſtomus: Cupiebam anathema eſſe, id eſt maledictus ſicut & Chriſtus pro nobis factus eſt maledictũ à Deo pro mundi ſalute. Anſel. ſic exponit illũ loc. Anathema, id eſt, ſeparatus à Chriſto, ad tẽpus, non in perpetuũ. nõ per aliquod peccatum mortale: quod eſſet contra ordinẽ charitatis:

Similitudo. Miſericordia. Deutero. 32. b. Rom. 9. Anthema. Mich. 2. Exo. 32. De Moſe legit Hieron in q. 9. ad Agla- ſiã, et Chriſoſto. lib. de compunctione cordis. ier. lib. 3. de prouidẽtia Deiet An. q. 147

in lib. Exo. Et Euthymiũ Zigabenũ ſuper Pſalm. 68. Bernardũ, ſermo. 12. in Cant. & Rupertum Tuicenſ. li. 3. Cõment. in Exo. Hugonem Cardi. ſup. pſal. 138.

ritatis: ſed à fruitione diuinitatis S. Thom. Ad tẽpus vel ſimpliciter. Vnde Chriſoſtomus: Ita totã eius mẽtẽ deuicit amor, vt eo, quod cæteris omnibus amabilius erat, eſſe cum Chriſto, rurſum idipſum, quia ita placeret Chriſto contẽneret. Sed & cælorũ regna. Hinc illę voces ad ſuos. Corinth. 2. c. 12. Ego libentiſsimè impendam & ſuper impẽdar pro animabus veſtris. Docuit itaque Saluator diſcipulos ſuos immaculatam dilectionem erga proximos & eorum ſalutem ſpiritualem: quibus cõuocatis miſericordiã ſuam ſuper famelicas turbas oſtendit: qui & in alio miraculo docebat paſtores Eccleſiæ ouibus ſuis temporalia ſubſidia erogare, cum dixit: Date vos illis manducare.

Chriſoſto. lib. de compunctione cordis.

Et ſi dimiſero eos ieiunos in domum ſuam, deficient in via. Curam gerit eorum qui adhærebant ei per tres dies cõtinuos. Et hic numerus noſtræ ſaluti eſt conſecratus, ſicut & Iudæis via trium dierum ad immolandum domino.

Pœnitẽtia. *Exod. 3.*

Viam (inquit Moyſes) trium dierum ibimus in ſolitudinem: vt immolemꝰ domino Deo noſtro: Dominus Deus Hebræorum vocauit nos.

Via trium dierum.

Qui vocãte domino, ab Aegypto exeunt, viamque trium dierum percurrunt in vera cordis cõtritione & amara cõfeſsione peccatorum, & perfecta ſatisfactione, hi nimirum ſub cura domini Ieſu ſunt: eo maximè tempore, quo in domum ſuam vocãtur à Deo, id eſt, in patriam cęleſtem. Tunc quidem ex ſacrę ſynagis cibo cõfortantur ſicut Elias, ne deficiant in via: qui ab angelo domini, ſubcinericij panis cibum accipiens, ambulauit in fortitudine illius eſcæ vſq; ad montẽ Dei: quẽ vidit, prout humana fragilitas poteſt.

3. Reg. 19.

Auct. hom. 24. Pſal. 50.

Veri ergo pœnitentes qui Deo immolant cor contritũ & humiliatũ, quod ſacrificiũ ſuauiſsimi odoris eſt, & triduo ſuſtinent domini Ieſu præcepta de contritione, confeſſione, & ſatisfactione, ipſi quidem de manu domini, non panem aut piſcem, ſicut in præſentiarum Iudæi manducant, ſed immaculatum corpus diuinitate plenum: & ſaxinãtur & confortantur aduerſus inſidias diaboli: qui tunc temporis maximè ſæuit, vt deficiant in via. Et deniq; perueniunt vſq; ad montem beatitudinis, vbi videtur Deus facie ad faciem. *Quidam enim ex eis de lõgè venerant.* Et iſti ſub cura Dei ſunt. De longè veniunt ad Chriſtum (vt perſequamur aſſumptum ſermonem) qui poſt multa flagitia, & carnis ſpurcitias per veram contritio-

A nem ad ipſum conuertũtur. Qui certè in manu illius ſunt, & in ſinu & chariſsimi. In quacunque hora ingemuerit peccator, non recordabor amplius omnium iniquitatum eius: nec memor ero nominum eorum per labia mea. Quæ omnia in filio prodigo demonſtrantur, & in muliere peccatrice & latrone. Hæc dicit excelſus & ſublimis habitans æternitatem, & ſanctum nomen eius, in excelſo, & in ſancto habitans, & cum cõtrito & humili ſpiritu: vt viuificet ſpiritum humilium, & viuificet cor contritorum. Creaui fructum labiorum pacem ei, qui lõgè eſt, & qui propè, dixit dominus: & ſanaui eum. Eſto ergo humilis in oculis tuis, tu qui de longè veniſti: & qui de propè, timeat: neque alte ſapiat: & gratias agat.

Ezech. 18. *Pſalm. 15.* *Luc. 15. & 7. & 23.* *Eſai. 57.*

Et reſponderũt ei diſcipuli ſui. Vnde iſtos quis poterit ſaturare panibus in ſolitudine? Mira ignorantia Apoſtolorum, dignique acri correptione: quam cõgruo tempore iniecit dominus. Nunc autẽ diſsimulat coram hac multitudine: ne confunderet publicè quos apoſtolos inſtituerat, & munere miraculorum decorauerat. Oportebat ergo ſine arbitris eorum ſtultitiam arguere. Occurrebat congruus locus

B ad docendum quomodo prę̨lati & ſeniores ſint arguendi. Occurrebat & locus ille ad Galatas: Reſtiti ei in faciem, quia reprehenſibilis erat. De quibus diſputarem libentiſſime, niſi de re hac ſecunda luculẽter & plene legiſſet beatus Hieronymus.

Cap. 2.

Et interrogabat: Quos panes habetis? Vide clemẽtiam & manſuetudinem ſaluatoris quomodo docet ſuſcipiẽdos eſſe infirmos in fide, & imbecillitatem eorum ſuſtinendam: ali quandoque corrigere, aliquando arguere: nec iraſcendũ contra infirmitatem eorum: ſed confortandi veniunt per opera & doctrinam ad correctionem. Neque enim peccanti opprobrium faciendum eſt: iuxta id quod ſcriptũ eſt: Ne probro obijce homini conuertenti ſe à peccato. Sic beatus Baſilius. Sed nota quod ſtatim inquit. Neque enim nouimus vnquam exprobrationem in vtilitatem delinquentium aſſumptam eſſe. Ego tamẽ crediderim exprobrationem quam dominus Ieſus obiecit diſcipulis in Aſcenſione, ad vtilitatem eorum fuiſſe. Lege ſequentia in beato Baſilio. Dominus Ieſus & opere & verbis inſtruxit ſuos apoſtolos. Primò ad opera venit, vt confunderentur, qui dixerunt: Vnde quis poterit? Neque magiſtrum reſpiciebant: neque ſuperioris miraculi re-

Baſi. cõcio. in pſal. 14. hom. 3. *Marc. 16.*

cordabantur. Dixiſti: Quis poterit? Vt autem comprobet virtutem meam: quod vobis & vniuerſo proſus orbi eſt neceſſariū ad ſanam fidem, diſcumbant homines vniuerſi qui adſunt. Et præcepit turbę diſcumbere ſuper terram. *Et accipiens panes, gratias agens fregit, & dabat diſcipulis ſuis, ut apponerent.* Gratias agit, cùm multiplicat materiam illam panis ad pauperum eſurientium ſuſtentationem. Habes magnæ philoſophię regulam directiſsimam, quam ſi ſeruaueris, inuenies præclarum theſaurum. Regula eſt. Cùm tibi occurrerit pauper ad eleemoſynam, vel peregrinus ad hoſpitium, age gratias domino Deo tuo: cum verè ampliorē miſericordiam & gratiam tunc accipias, quàm exhibeas indigenti. De quo audi patrem fidei noſtræ Abraham: qui cum occurrerent ei viri tres, intelligens congruū tempus ad lucrum, vt cupidus mercator, dixit illis adorans in terra: Domine ſi inueni gratiam in oculis tuis, ne tranſeas ſeruū tuū. Dic mihi obſecro, quando ſic mendicus & pauper orauit coram hoc ſacratiſsimo viro pro eleemoſyna accipienda? Nunquàm certè. Cùm autem patriarca illuminatiſsimus eſſet, intellexit theſaurum abſconditum, & præ gaudio orat, & gratiam quærit ab eis, quibus ſplendidum conuiuium offerēs, bucellam panis reputabat, & vocitabat. Bucellam panis iudicat ſubcineritios panes tres ex ſimila, & vitulum tenerrimum & optimum, & butyrum, & lac. De quibus non ſupereſt ad loquendum. Hiſce oculis aſpiciendus eſt peregrinus famelicus, nudus, infirmus tanquàm à Deo miſſi pro ſalute animæ tuæ. Quomodo aut in quo gloriari potuit vidua illa Serapthæ Sidoniorum, quia cibauit Eliam, à quo accepit indeficiens oleum & farinam? Vtramque ergo conſiderationem habes in ſacris literis. Primam vidiſti in Abraham, qui ſciens quod Paulus dicturus erat: In præſenti tempore veſtra abundantia illorum inopiam ſupplent, vt illorum abundantia veſtræ inopiæ ſit ſupplementum: & fiat æqualitas. *Fregit & dabat diſcipulis ſuis.* Gloſſa interlinearis. Quia ſpiritualem ſcientiam tradidit eis, & per eos alijs. In hoc magnificat eos in terris, & in cœlorum ſublimitate: inſtituit enim eos magiſtros orbis, & poſuit in ore & corde illorum verbum reconciliationis. Obſerua quòd apoſtoli acceperunt primitias ſpiritus cæteris abundantiùs. Dedit enim eis ſpi-

Miſericordia in pauperes quomodo conſideranda.

Geneſ. 18

De quo longior ſermo habetur capit. 9.

3. Re. 17.

2. Cor. 8. Leg. Origen. hom. 5 in Geneſi. Et B. Gregor. lib. 22 Mor. cap. 14. Et ho. 23. *ſuper euangel.* Apoſtoli.

C ritus ſanctus ſcientiam ſcripturarum, & omnium linguarum, quam homines per ſtudiū & conſuetudinem acquirere poſſunt, quanuis non ita perfectè. Et ſic repromiſſum eſt illis à Chriſto. Cùm venerit paraclytus, qui à patre procedit: ille vos docebit omnia. Et alio loco ſcriptum eſt: Aperuit illis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas. Obſerua ſecundò, quātæ certitudinis ſint, quæ à ſacris apoſtolis accepit eccleſia. Beati ſumus ô Iſrael, quia quæ placent Deo, manifeſta ſunt nobis: Et cum apoſtolis conuerſatus eſt in terris: quibus frangebat panem ſcientiæ, & per illos nobis. Non in ore Platonis vel Ariſtotelis, aut Pythagoræ, aut Demoſthenis, vel Ciceronis. Quanquàm in illis, multa vera ſint, quæ etiam ad fidem & mores conducunt, quæ Deus illis manifeſtauit: & tanquā ab iniuſtis poſſeſſoribus nobis illa vendicamus. Et ille Plato multa ex Hebræorum libris in ſuos tranſtulit, ſicut docet beatus Auguſt. lib. 8. de ciuitate Dei. Et Iuſtinus martyr, & Euſebius Cæſarienſis in præparatione euangelica. Et Theodoretus in de Græcorum affectionibus. Hinc Numenius philoſophus dicebat: Quid eſt Plato niſi Moyſes Attici Zans? & Ariſtobolus Iudæus ad

D Philometoca lib. 1. legem inquit noſtram in multis Plato ſecutus eſt. Ab illis ergo quæcunque vtilia ſunt nobis vendicamus, & immenſas diuitias in libris apoſtolorum inuenimus, quibus dominus Ieſus ſcientiā ſcripturarum impertiuit. Ab apoſtolis ergo domini edocti ſumus. Vnde nihil ad ſalutem neceſſarium defecit in doctrina eorum: imò ſuperſunt ſportæ multæ, id eſt, cōſilia euangelica, quorum obſeruantia cùm neceſſaria non ſit, ſed ſuperabundās ad meritum & coronam, propter hoc inquio ſuperfluere, non quia inutilia ſint: cum perfectum conſtituant eorum cultorem. Vel multæ ſportæ ſuperſunt ex panibus, qui diſtributi ſunt per manus apoſtolorum, in hunc ſenſum. Quòd ſi compares ſcientiam philoſophorum cum Apoſtolica doctrina, quaſi arena exigua illa ad iſtam comparata inuietur. Quod argumentum elegantiſsimè perſequitur beatus Auguſtinus lib. 2. de doctrina Chriſtiana à cap. 40. vſque in finem libri. Et tandem inquit: Quantum autē minor eſt auri argenti veſtiſque copia, quam de Aegypto ſecum populus abſtulit præcepto domini, in comparatione diuitiarum, quas poſtea Hieroſolymę conſecutus eſt; quæ

S. Tho. 1. 2. q. 51. arti. 4.

Ioan. c. 16

Luce. 24.

Baruch. 4.

Aug. lib. 2 de do. chriſti. cap. 40.

Aug. c. 11

Iuſti. in parael. ad gētes.

Euſeb. Ceſar. Theodoret. Numeni⁹ Philoſophus.

Philoſophorū doctrinæ & apoſto. collatio.

Auguſtin.

quæ maximè in Salomone rege oſtenduntur: tanta ſit cuncta ſcientia (quæ quidem eſt vtilis collecta de libris gentium) ſi diuinarũ ſcripturarũ ſcientiæ comparetur. Nam quicquid homo extra didicerit, ſi noxium eſt, ibi damnatur: ſi vtile eſt, ibi inuenitur. Et cũ ibi quiſque inuenerit omnia quæ vtiliter alibi didicit, multo abundantius ibi inueniet ea, quæ nuſquam omnino alibi: ſed in illa tantummodò ſcripturarum mirabili altitudine, & mirabili humilitate diſcuntur. Vides qualis ſit Apoſtolorũ ſapientia, quã per manus illorum nobis conceſsit altiſsimus? Summo ergo amore proſequenda eſt & honorãda. De quo alias. *Benedixit & piſciculos, & iuſsit apponi.* Vtraque natura panis & piſcis ab ipſo cõdita, & multiplicata per ſingulas generationes, in ſpacijs ſibi conuenientibus, nunc ad nutum & benedictionẽ Chriſti perfectiſsimè multiplicatur, pro ipſius gloria & hominum vtilitate: & ad antiquum ſemelque obſeruatum morem, vt ſe creatorem oſtenderet, perfectè & abſq; mẽſium ſucceſſu cõdit rerum naturas, aut multiplicat iam conditas. Vnde nota cum omnibus ſapientibus, & maximè cum Philone, quod in exordio naſcentis mundi cõçui fuerunt fructus ſuis arboribus; & animalia perfecta, & piſces, &c. Verba Philonis hæc ſunt. Eodem iuſſu & arborũ ſpecies omnes ſunt æditæ. Nulla omiſſa vel mitium, vel ſyueſtrium, eaque omnia fructibus ſuis abũdabant, in ipſo ſtatim ortu: ſecus quàm hodie, nunc enim ſingula gignuntur ſuis vicibus: non ſimul omnia. Quis enim neſciat primam eſſe ſementem, & plantationẽ, tũc ſequi incrementa ſatorum, plantarumque deorſum radices, &c. Poſt hęc paulatim accedente alimento, quod rigat arborem, & flantibus tẽperatis ac tepidis auris mollibus nutricãtibus augeſcit, & ad iuſtã magnitudinem peruenit. At in prima huius vniuerſitatis generatione (vt dixi) Deus omnem ſtirpium ſyluam è terra produxit perfectis fructibus non inchoatis, ſed maturis refertam, ſine dilatione inuitantem ad fruendum futura mox animalia. Terra verò, &c. Vt ergo ſe oſtẽdat illũ eſſe qui in exordio cuncta ad perfectã menſurã condidit abſq; vllis ſpacijs temporum, nũc benedicens panes, & piſciculos multiplicat pro numero & neceſsitate multorũ millium hominum: vt ſuæ gloriæ & noſtræ fidei deſeruiat magnificum opus. Huc tendunt omnia quæ à

Philo lib. de mũdi opificio.

A domino Deo facta ſunt. Cuncta ergo quæ dominus fecit, eius gloriæ deſeruiũt, & ſub pedibus noſtris poſita ſunt. Vnde benedicti piſciculi appoſiti ſunt turbę, propter quas multiplicati ſunt & cõditi. Gratus eſto largitori tantorum munerum, & glorifica manum eius: quia ſi creaturis tibi conceſsis, abuteris, eaſdem armabit contra te inſenſatum valde, ſicut ſcriptum eſt: Armabit creaturam ad vltionem inimicorum, & pugnabit pro illo orbis terrarum contra inſenſatos. Et aliquando eaſdem creaturas abſcondit ab oculis noſtris in præſentiarum, vt eſurientes & ſitientes quæramus auxilium gratiæ eius per pœnitentiã: qui in ipſis luxuriã noſtram conciliabamus, ſicut ſcriptum eſt in Oſea: Populus hic non cognouit quod ego dedi eis frumentum, & vinum, & oleũ, & argentum multiplicaui ei. Idcirco conuertar & ſumam frumentum meum in tempore ſuo, & vinum meum in tempore ſuo. Quid eſt in tempore ſuo? Propter hoc (vt exiſtimo) dictum eſt in tempore ſuo, quia contigit ſæpenumero vſque ad plenam ſpicam ſegetem aſcẽdere, & racemos vuarum multiplicari nimis, & oliuarum fructus, ac
B tunc miſſa grandine de cælo, ſumit dominus vinum, oleum, & panem ab ingratis & impudentibus hominibus: qui in illis inebriantur ad luxuriam: vel ſectantes auaritiã, oculos ſuos à paupere & peregrino auertunt. Sequitur in Propheta. Et liberabo lanam meam, & linum meum, quo operiebant ignominiam eius. Vbi nota quomodo verbo liberale vtitur Deus cum de lana & lino agat ſermonem. Quam obſecro patiuntur aut iniuriam, aut calamitatis miſeriam lana & linum, quia eiſdem promittit Deus liberationem? Nonne contuſæ & quaſi captiuæ ſunt veſtes, quæ ad ſuperbię iactantiã, & ad impudicitię fomentum ab hominibus multiplicantur? Nonne captiuum poſſidet veſtimentum meretrix & auarus? Idẽ demonſtrat Aegæus Propheta: Vocaui ſiccitatem ſuper terram & ſuper montes, & ſuper triticum, & ſuper vinũ, & ſuper oleũ: & quæcũque profert humus. Obſerua quod in flagellis domini aliquando abſoluta voluntate quędã definita ſunt & ordinata ad ſalutem animarum: vnde tunc nec multiplicatis interceſsoribus placatur dominus: neque orationes Noe, neque Daniel, neque Iob ſuſcipit: ſed neque pœnitentiam eorũ qui flagellantur temporaliter: tuncq; medicina

Sapien. 5.

Cap. 2.

Ciborum inopia unde.

Cap. 1.

cina præſeruatiua & purgatiua vtitur domi nus pro præterito & futuro peccato. Ob-
Cap.1. ſerua ſecūdò, quòd in Aggæa Propheta ſpe ciale peccatū odit dominus in populo ſuo, propter quod & plaga percuſsit illum, cum templum eius quaſi homo ignobilis eſſet, cū ſtis ædificātibus deauratas domos. Videāt hoc Reges & Epiſcopi, & nobiles prouinciarum. *Et manducauerunt & ſaturati ſunt, & ſuſtulerunt quod ſuperauerat de fragmentis ſep-*
Satruatio, *temſportas.* Cū inquit ſcriptura ſaturati ſunt,
et ebrietas ne intelligas extra regulas temperantiæ ſa-
NOTA. turatos, ſed ad ſufficientiam, pro neceſsita-
Pſalm.21. te cuiuſque. Scriptum eſt. Edent pauperes & ſaturabuntur: & laudabunt dominū qui requirunt eum: viuent corda eorum in ſæcu
De quo in lum ſæculi. Sic & verbum inebriare haud
infra c.13 vbique damnabilem ebrietatem demon-
Ephe.c.5. ſtrat, in qua eſt luxuriæ crimen. Scriptum
2.Macha. eſt de viro illo excellentiſsimo Simone, &
cap.6. de filijs eius Iuda, & Mathathia, cum mortem eorū enarrat ſcriptura. Et cum inebriatus eſſet Simon & filij eius, &c. Occiderit eum, & duos filios eius. Quis vnquam de viro hoc dicere auſus eſt quòd damnatus fuerit, quia inebrietate fuit interfectus? Non ergo ebrietas excellum criminalem contra regulas temperantiæ, ſemper ſonat & reportat. Sed aliquando abundantiā, intra temperantiam ipſam. *Et ſtatim aſcendens nauim cum diſcipulis ſuis, venit in partes Dalmanutha,* vel Magedam ſicut dicit Matthæus: Vtrunque nomen habuit regio illa. Et plures codices
Cap.16. Marci pro Dalmanutha, Magedam legūt Sic Gloſſa & lyra. *Et exierunt Phariſæi & cœperunt conquirere cum eo, quærentes ab eo ſignū de cælo, tentantes eum.* Inuidebant vbiq; Phariſæi gloriæ Chriſti: egreſsique ſunt ad diſputandum cum eo: quaſi miracula quæ promebat, non ageret virtute cæleſti, & quod eſſent humilia ac plebeia: non qualia appa-
Pſalm 77 ruerūt ſub Moſe: qui per quadraginta annos dedit māna de cælo Iudæis in deſerto. Vel
4.Reg.1 ſub Elia: qui non ſemel ignem de cælo fecit deſcendere, id eſt, de loco ſuperiori, & conſumpſit Principes quinquagenarios. Et
3.Reg.18 ſub Achab ad manifeſtandum & glorificādum nomen domini Dei Iſrael. Propter quod ſi vellet eos, qui Phariſæi & ſceleſti homines erant, perſuadere, de cælo oportebat ædere ſignum. Vide quàm ſimilis eſt chorus Phariſæorū fœlici & piæ genti Geraſenorum: quam ſupra deſcripſimus: quę vniuerſæ prouinciæ infirmos ad Ieſum, etiā

C ſi multò labore opus eſſet, detulerunt, vt curaret eos. Phariſæi ad pugnas & contiones cōueniunt. Tentatio Phariſæorū ad malum
erat: ſicut in exordio patris eorum diaboli, Matth.4.
cum dominus ieiunauit. Vnde nota quod tentare Ieſum, id eſt, velle cognoſcere per ſigna quis eſſet, ad fidem & adorationem bo
num erat. Quippe qui in forma ſerui appa- Philip.3.
rens, & in ſimilitudinem carnis peccati, illa Roman.8.
debuit concedre hominibus, ad propagandam ſuæ diuinitatis fidem: quod & factum eſt ab ipſo. Cum autem ſpontè maiora quā homines poſſent excogitare, ipſe offerret ſigna, adhuc quærere alia, verè tentare erat: & nomen tentatorum digniſſimè habent: Hæc erat religio mūda & immaculata Scribarum, & Phariſæorū, qui ſæpe manus ſuas lauabant, & peccatoribus dicebant: Recedite à nobis, &c. Nunquid ſuper homines iſtos calamitoſiſsimos Rex clemētię & miſericordię multæ non debuit ingemiſcere? *Et ingemiſcens ſpiritu ait.* Condoluit ſuper affectatā malitiam cordis eorum, vt vel ſic ad reſipiſcentiam eos reuocaret, & meliorem mentem. Heu quantum doluit ſuper gentē
illam, nec tamen pœnitentiam egerunt. Fle- Lucæ.19.
uit in multa cordis ſui miſericordia, & ama-
D ritudine ſuper Hieruſalem: nec ſic ad ſanū ſenſum reuocati ſunt. Imò deinde die quinta manus iniecerunt in eum, & ſexta crucifixerūt. Sed quid aduerſus illos inſurgim⁹, cum nō ſint? Nec ſuper nos ipſos ſuſpiria & lachrymas fundimus, qui mille doloribus & gemitibus cordis ſaluatoris ingrati innenti ſumus? Væ nobis qui neque ad horā vicem rependimus. Quis vel ad horam luctum aſſumit pro peccatis ſuis? Quis ad honorem crucis domini ſui alapam vel inde corum verbum æquo animo ſuſtinet? Ad amarulenta conuitia conuolat lingua tua ô homo, manus ad vindictam & ſanguinem. Amicos conuocas in verbis deſcriptis in
libro Sapientiæ. Vino precioſo & vn- Cap.2.
guento nos impleamus. Venite fruamur bonis quę ſunt: non prætereat nos flos campi: Coronemus nos roſis antequàm marceſcāt. Bene quidem, pro felle & aceto domini tui, bibe vinum præcioſum vſque ad ebrietatem: pro mille plagis venerabilis honorabiliſq; corporis, vnge tu corpus tuum vnguēto & balſamo. Pro corona ſpinarum, corona tu caput ſuperbię tuum roſis & floribus. Hoccine eſt gratitudinem impendere? Ingemuit ſuper nos toto tempore vitæ ſuæ

Salua-

Saluator & nunc ſuper Phariſæos. In quò insignem malitiam eorum demonſtrat & tremendam iuſtitiæ vltionem, niſi reſipuerint. *Ingemiſcens ſpiritu ait. Quid generatio iſta ſignum quærit?* Tanquam adultera & infide-

1. Cor. 14

lis quærit ſignum: ſigna enim infidelibus cō gruunt, non fidelibus: prophetiæ vero fidelibus: & generatio hæc habens prophetias, & lumen cæleſtis reuelationis: quod pro infidelibus in theſauro cordis diuini repoſitum eſt, ſibi poſtulat animo, furibundo parata contradicere.

1. Cor. 1.

Bene Paulus dixit: Iudęi

Deut. 28.

ſigna quærunt: & Moyſes: Erit vita tua quaſi pendens ante te, nocte & die, & non credes vitæ tuæ. Vbi nota quod Tertulianus

Tert. Dialogo cōtra Iud. Iuſt. dialog. cū Triphone aduerſus eoſdem.

Apoſtolis valde proximus libro aduerſus Iudæos legit: Erit vita tua pendēs in ligno. Similiter legit Iuſtinus martyr & Philoſophus illud Pſalmi: Dicite in gentibus quia dominus regnauit à ligno: vterque aduerſus Iudæos de detrūcatione ſcripturarum agit. Et beatus Auguſtinus eos ſecutus eſt. Et nō

Pſalm. 95

credes vitæ tuæ? Quid eſt non credes vitæ

Aug. contra aduerſariū legis & prophetarū. To. 1. fo. 58. lege Anſel. inde incarnationeuerbi. Ioan. 7. Pſal. 34.

tuæ. Qui argui potuit Iudæus infœlix quòd non credidit vitæ ſuæ in ligno pendenti, ſi

B

ex ipſis ſcripturis & miraculis & operibus domini Ieſu, non probauit eſſe Meſsiam in lege promiſſum? Immò miſeratione di-

C

gniſsimus fuiſſet, ſi tāto bono priuatus fuiſſet. Cum ergo probro datur illis, & merito accuſantur, inde quidem eſt, quia agnoſcentes Ieſum eſſe Chriſtum, crucifixerunt eū. Et me ſcitis, & vnde ſim ſcitis. Sed ſermo legis veſtræ cōpletur, quia odio habuerūt me gratis. Obſecro te prudens lector pro nomine domini Ieſu attende ijs quæ dicuntur à Saluatore, Vnde ſim ſcitis. Quia ſcire potuerunt loco vnde fuit natus: & inde haud vulgare conſurgebat argumentum in adiutorium fidei in Ieſum: & tamen neglexerūt ideo, in eo, in quo rei ſunt magni criminis. Scire illos dicit vnde ipſe ſit. Secundo quomodo dicere poteſt dn̄s. Me ſcitis: ſi vel dignitatem Meſsiæ in illo ignorabāt? Propter hoc ſceleſti, & omni ſupplitio digniſſimi ſunt, quia ſole iuſtitiæ apparente inter eos, atque illuminante eorum oculos, oderunt lucem, & adhuc inquiunt: concede nobis ſignum. Si tu es Chriſtus dic nobis pa-

Mar. 14.

lam. Et cum dixiſſet; Ego ſum: reus eſt mortis, acclamarunt: quia ſe faciebat Chriſtum regem: Signumque de cælo quærunt, quaſi parati non eſſent illud calumniari & dicere: ex occultis, & varijs aëris paſsionibus, &

A

qualitatibus accidiſſe. Reſiſtere intendebat ſicut in Aegypto Ioannes & Mābres Moyſi. Vel ſignum de cælo quærunt, id eſt, mānam: vt qui paucis panibus multa millia hominum non ſemel ſaturauit, nunc ſicut Moyſes manna cælitus miſſo populū vniuerſum paſsim reficiat. Vnde Ioannes Apoſt. poſt

Cap. 6.

miraculum panis, turbas dixiſſe deſcribit: Quid operaris? Patres noſtri manducauerunt manna in deſerto. Ac ſi dicerent: Quāuis bis panes conceſsiſti innumeræ multitudini, maius tamen eſt quod Moyſes in deſerto per multos annos manna deſcendere fecit de cælo, Quibus dominus *Amen dico uobes, ſi dabitur generationi iſti ſignum.* Si dabitur id eſt, non dabitur quem tropum loquendi ſæpenumero ſeruat ſcriptura. In Matthæo ſic legis. Generatio mala & adultera ſignum quærit & ſignū nō dabitur ei, niſi ſignū Ionę. Cum verò noſter Euangeliſta, negat ſignum huic generationi peſsimæ, ſignum de cælo intellige, ſicut ipſi à domino poſtulabant. Sed ſignū de terra & de ſub terra pro-

De quo infra. ca. 16. cum Athanaſio.

mittitur illis: cui neque infernus contradice-

B

re poteſt: Scilicet Dominica Reſurrectiō. Exponamus ergo locum Matthæi. Obſerua quòd non ſemel, ſed iterum atque iterum quæſierunt Iudæi ſignum à Chriſto. & in eodem verbō reſpondit: ſignum non dabi-

Ionæ ſignū bis datum Iudæis à Chriſto.

tur, niſi ſignum Ionæ Prophetæ. Lege attēte cap. 2. & 3. Marci: & deprehendes Capharnaum fuiſſe locum vbi primò ſignum petierunt Iudæi, & hoc habuerunt reſponſum: ſignum non dabitur niſi ſignum Ionæ Prophetæ. De quo ad longum Matthæus capit. 12. Iterum in Dalmanutha vel Magedam ſignum quærunt, & iterum ad ſignum Ionæ Prophetæ remittuntur. Quod cum longè obſcurius eſſet, quàm vt humano ſenſu percipi poſſet, clariſsimè expoſuit illud dominus, quem Ionas & Cete & tres illi dies ſignificabant. Sicut fuit Ionas in vētre Ceti tribus diebus & tribus noctibus, ſic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Quis mortalium magnum hoc myſterium ſaltem à longe ſalutauit? Illud ergo aperuit dominus in ſuperioribus verbis. Neq; in ſerpente æneo genus redemptionis agnouerunt priſci illi & rudes homines. Oportet ergo in primis verborum fidelitatem; & veracitatem comprobare, quomodo ſcilicet rei euētus in domino Ieſu, cū illis dieb⁹, quos habuit Ionas in ventre Ceti, cōueniat. Secundo loco exponere

ponere oportet quantæ aut qualis conditionis, vel qualitatis ſit ſignum hoc, quod ad ſui manifeſtationem Dei Sapientia elegit, & hiſce hominibus repromiſit. Multũ laboris ſancti patres in elucidatione hu⁹ ſcripturæ impenderunt: neque inanis fuit labor eorũ. Beatus Pater Auguſtinus & beatus Hieronymus per ſinedochem figuram, totum à parte firmiter aſſeuerant eſſe intelligendum. Verba Hieronymi ſunt: Nos totum intelligimus à parte, vt ex eo quod mortu⁹ eſt, vnam diem ſupputemus & noctem: & Sabbati alteram, tertiam verò noctem, quæ diei Dominicæ mancipatur, referamus ad exordiũ alterius. nam & in Geneſi nox nõ præcedentis diei eſt, ſed ſequentis, id eſt, principium futuri: non finis præteriti. Hoc vt intellegi poſsit, dicam ſimpliciùs. Finge aliquem hora nona egreſſum eſſe de manſione, & alterius diei hora tertia ad manſionem alteram perueniſſe. Si dixerim bidui feciſſe eum iter: non ſtatim reprehẽdar mendacij: quia ille qui ambulauit, non omnes horas vtriuſque diei, ſed quandam partẽ in itinere cõſumpſit. Certè hæc mihi videtur interpretatio. Si quis autem iſtam nõ receperit, & meliori ſenſu poteſt loci huius exponere ſacramentum, illius magis ſequẽda eſt ſententia. Longiori ſermone vtitur beatus Auguſtinus: ſed eadem eſt ſentẽtia. In fine inquit. Ego autem quas reddidi rationes ex Eccleſiæ auctoritate à maioribus traditas, vel ex diuinarum teſtimonio ſcripturarum, vel ex ratione numerorum, ſimilitudinumque collegi. Contra rationem nemo ſobrius: contra ſcripturam nemo Chriſtianus: contra Eccleſiã nemo pacificus ſenſerit. Venerandæ quidem expoſitiones, ac toto pectore amplectẽdæ: quas vniuerſorũ magiſtrorum chorus colit per Eccleſiam. Pro noſtri ingenij paruitate exponamus quomodo ſe res habuit circa Ionam: qui tribus diebus, & totidem noctibus in ventre Ceti fuiſſe dicitur: & ſecundum illud quod in Iona apparuit, ſic de redemptore & in ſermonibus eius philoſophandum eſt. Ionas Propheta fugiens à facie domini in Tharſis, nauim conſcendit: mare poſtmodũ ibat in grauiorem tempeſtatem & diſcrimen nõ facile: vnde nautæ proiectis ad aquam vaſis vt nauis alleuiaretur, aduerſum tempeſtatẽ viriliter agebant, inuocans vnuſquiſq; Deũ ſuum in oratione. Ionas verò deſcendit in inferiora nauis, & dormiebat ibi ſopore

Aug. lib. 3 de doctri. christi. ca. 35. Tom. 9. fo. 63. et libro. 4. de Trini. ca. 6. codẽ. to. 301. Hierony super 2. ca. Ionæ tom. 6. fol. 127.

Loco citato.

C

graui: quem cùm excitaſſet gubernator, & didiciſſet ab eo ex propria confeſsione & per ſortem, tandem proiecerunt Ionã in mare. Ad quæ omnia ſpacium temporis erat neceſſarium. Etiam ſi ſub auroræ ortu nauigationem arriſpuiſſent: non tamen proiecerũt Ionam ſtatim in mare: ſed aliquot horis trãſactis. Hæc prima dies pro vna computatur veridico ſermone. Et cum beſtia deduxiſſet Ionam ad portum Niniuæ à qua ipſe fugiebat, ſicut docet Theodoretus, euomit illum tertia die: ad auroram, vt poſſet Ionas iter diei vnius agere ingreſſus Niniuem. In quo videtur quod ſub auroræ ortu (in qua & dominus reſurrexit) euomit illum. Et ſecundùm veram & certam computationem temporis, prima dies ſit qua proiectus ſit in mare, cũ nocte præcedentis diei, à qua dies naturalis denominatur. Nox enim non eſt præcedentis diei, ſed ſequentis, ſicut docet Hieronymus ex Moſe. Nox autẽ quę hũc primum diem, ſubſecuta eſt, id eſt nox ferię ſextæ ad numerum ſecundi diei, & inchoationem eius, ſit ſecunda nox ac certè ſecundus dies. Denique tertius à nocte tertia incepit, & cõpletus fuit in luce diei Dominicæ, in qua reſurrexit dominus. Nec minus vera eſt propoſitio, ſi dicas, Ionas exijt de ventre Ceti tertia hora, quàm nona; aut beſtia deuorauit illum hora ſexta quàm ad auroram, vt in illis duos dies conſtituas. Similia apparuerunt in Ieſu domino noſtro. Prima dies in ſexta feria conſtituitur, quæ à nocte præcedenti computatur, non à ſequenti: ſicut Moyſes connumerat primam diem, quæ habuit noctem ſub iure ſuo ad numerum vnius diei. Secunda nox, & ſecũda dies in nocte feriæ ſextæ & tota luce Sabbathi annumeratur. Tertia denique nox & dies tertius in nocte Sabbathi, & aurora lucis diei dominici, in qua ſurrexit domin⁹. Pręter hoc quod tota nox quintæ feriæ abſumpta fuit in mille laboribus & anguſtijs Saluatoris. In illa orauit ad Patrem, & factus eſt ſudor eius, ſicut guttæ ſanguinis decurrẽtis in terram. In illa captus eſt, alapis cęſſus, & multa alia paſſus eſt, propter quæ omnia computari poteſt cum duabus noctibus ſequẽtibus. Exiſtimo Auguſtini eſſe hãc expoſitionem. Signum ergo eſt, Ionas, cũ tribus diebus abſorptus, crederetur extinctus pręter omnem ſpem redditus eſt è ventre Ceti: ſic filius hominis ad triduum abditus in ſinu terrę, pręter expectationem ve-

ſtram

Theodo. in ſerm. 10. de prouidẽtia Dei. 2. to. fo. 717.

D

Dies ſepulturæ Chriſti.

ſtrā rediuiuus exiliet, & ſic ſententias beati Auguſtini & Hieronymi intelliges. Non enim aliud docemus, quàm ipſi ſenſerunt. Iam ergo demonſtramus quomodo ſancta admirabiliſque reſurrectio domini noſtri Ieſu Chriſti fuit ſupremum ſuæ diuinitatis ſignū. De hoc ad longū eſt agendum in fine huius operis cum beato Athanaſio: cum de ſacra reſurrectione Saluatoris neceſſario occurret ſermo. Duæ tantum annotationes faciēdæ ſunt in præſentiarum. Obſerua quod maxima quęque noſtræ fidei myſteria, fuerunt antiquitus ſub ænigmatibus & figuris,

NOTA. ualde.

vel apertis prophetijs prędemonſtrata: neq; ſubito apparuerunt. Hoc argumentum abſoluit copioſè diuus Irenæus: Vbi totū corpus domini demonſtrat à prophetis ſuis coloribus depictum fuiſſe. Adeò vt ſi imaginem illam à prophetis pictam compoſueris cum domino Ieſu, & comparaueris: neque in linea vna diſsimilis erit: præter hoc quod nondum venit ad iudicium. Vide in imagine genus vnde erat oriundus Saluator, & tribum cōſidera, & locum natiuitatis & decus illud pulcherrimum, quod ab alio propheta vt carbunculus primus & electus, pennicillo delineatum eſt, nimirum ex virgine ſacrā conceptionem. Denique omnes colores & lineæ imaginis prophetarum, cum domino Ieſu conueniunt: neque ad latum vnguem inuicē ſibi repugnant. Propter quod ſatis ſolicitè hoc verbo & Saluator & Euangeliſtę vſi ſunt: vt adimpleretur quod dictū erat in propheta. Vel tūc adimpletum eſt. Conſurgebat ex hoc inexpugnabile argumentum pro aduentu Meſsiæ & quod verè ille eſſet dominus Ieſus. Sicut imago, illū cuius eſt imago, per omnia debet repreſentare, & cognoſcibiliter in imagine ille cuius eſt imago agnoſcitur & econtra. In Iona non tantùm apparet imago reſurrectionis domini Ieſu, ſed etiam gentium ſalus per apoſtolorum prædicationem: cùm eò deduxit illum beſtia ad prædicationem pœnitentiæ, vbi gentes habitabant, non Iudæi: & in verbo illius crediderunt domino & à rege vſque ad infantē, cuius erat vita vnius diei ſuper terram, ieiunauerunt & ſuſcepit dominus orationes & contritionem eorū: neque induxit malum quod facere cogitabat cōtra illos. Sic actum eſt cum gentibus & Iudæis: ſicut & per omnes prophetas decantatum erat. *Et dimittens eos aſcendit iterum nauim & abijt transfretum. Et obliti ſunt ſumere*

Ire. lib. 4. aduerſus hær. c. 66.

Prophetię imago in qua cognoſcitur quis ſit Meſsias

Eſai. 7.

A *panes, niſi unum panem nō habebant ſecū in naui.* Vide quomodo ſpirituales fiunt Apoſtoli qui pendentes ab ore & doctrina & mirabilibus Chriſti, etiā neceſſarios panes dimittunt, & quaſi deſpiciunt ſemetpſos. Induimini dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & carnis curam ne feceritis in deſiderijs. Quid ad hoc anxia ſolicitudo mortalis & citò perituri hominis dicit? Quis non ſui corporis ſolicitudinem plus iuſto gerit & nimiam curam? Illam philoſophiæ partem eleganter docuit dominus Ieſus, & exornauit pulcherrimis exemplis apud Matthæum. Nolite ſolicitè eſſe animæ veſtræ quid manducetis: neque corpori veſtro quid induamini, &c. Quærite primum regnum Dei & iuſtitiam eius, &c. Intenti ergo diſcipuli dulcedini verbi Dei, panes deſpiciūt, dum obliti ſunt eos ſecū deportare, niſi vnum. Pars mea dominus dixit anima mea. Et Dauid altiori ſpiritu. Pars mea Deus in æternum. Impij autem dicunt: fruamur bonis, quæ ſunt, &c. Quoniā hæc eſt pars noſtra. Si autem conferas verbum hoc impiorum hominum, cum illis qui in Deùteronomio ſcripta ſunt, firmum erit argumentum ad confuſionem.

Rom. 13.

Cap. 6.

Hiere. trē. 3.

Pſalm. 72.

Sapien. 2.

Cap. 32.

B Quid inquit Propheta? Pars domini populus eius, Heu, heu, heu, Quomodo audes verbum hoc exarare ô ſacer Propheta? Nunquid dominus æternaliter beatus non eſt & fons gloriæ & lætitię? Nunquid apud illum nō eſt fons vitæ? Quomodo Iſrael pars eius? Quomodo puluis & cinis pars domini? quomodo hæreditas eius caro quæ facilè corrūpitur? Vtinam ſic comprobaret homo mortalis quòd verè Deus hæreditas ſua eſt, ſicut & immortalis Deus illud in mille demonſtrauit argumentis. De quibus non ſupereſt adloquēdum. Optimum ergò commerciū, vt qui nos in nullo noſtri indigens, dixit eſſe partem ſuam Deus, ſit ipſe pars noſtra. Bone Deus quale eſt hoc cōmercium? quātum lucri accidit in illo homini pauperi? Quales diuitias prodigit altiſsimus? Neque mortuus in cruce puſillū ſanguinis & aquę ſacramentalis ſibi ſeruat. Vnus militum lācea latus eius aperuit, & cōtinuò exiuit ſanguis & aqua. Sit ergo pars tua Deus ô anima mea: nec ad tempus ſicut vſque in diem hanc. Sed cum Dauide. In æternum pars mea dominus in æternum. In hoc carnis cura tenuis valde redditur, immò deſpicitur & caſtigatur, & in ſeruitutē redigitur ſpiritus, vel cæleſtis, vel ipſius hominis, qui cum

Ioan. c. 19

diuino

diuino afflatu regitur. De quo ſit ſatis. Cum C
verò apoſtoli ſequeſtrati ſunt à turbis cum
magiſtro & maximè à Phariſæis: qui cūcta
ſuauiter diſponebat cæleſtis rex docet, ac re
prehēdit cæcitatē eorū. *Et præcipiebat eis di*
cens: Videte & cauete à fermento Phariſæorū.
Attētos reddit, & autem corporis & cordis
exigit cum inquit: Præciebat eis, & videte
& cauete appoſuit. Primū eſt videre & exa
Doctri. ex minare doctrinā, ac deindè cauere ab illa.
aminādæ et Et qui habitū religionis, & ouis, qui foris pa
magiſter. tet, ſolūmodo intuetur, amplectitur inſipiē-
tèr errores, & falſam doctrinam pro ſana &
vera. Propter hoc ergo præcipit Chriſtus
1. Cap. 4. Videre & cauere. Et Ioānes apoſtolus. Cha
riſsimi nolite omni ſpiritui credere ſed pro
bate ſpūs an ex Deo ſint: quoniā multi pſeu
do Prophetę exierūt in mundū. Videte in-
quit dominus & *cauete.* Ne ſit tibi difficilè
aut graue diſcurrere per lectionē veteris te-
ſtamenti, & attēde quāta, quàm grauia, aut
quàm enormia erant illa in quibus verbum
hoc ſcriptū eſt. Cum vellet magnus Abra-
Cauere ham dere vxorem filio ſuo Iſaac & abiuraſ
uerbū mag ſet ſeruum ſuum, ne traderet illi aliquam ex
nū in ſcrip filiabus Chananęorum, ſed ex gentis ac ge-
tura. neris ſui mulieribus vxorem quæreret filio
Geneſ. 24. ſuo: dixit etiam ſeruo ſuo. Caue ne quando
reducas filium meum illuc. Quantum erat
ſi Iſaac in terram natiuitatis Abrahæ reuer-
teretur? Magnum valde. In illo erant repro
miſsiones non ſolum de Saluatore venturo:
ſed etiam terra illa repromiſſa erat à domi-
mino ipſi Abrahæ, nō ſtatim. ſed poſt quar
tam generationem. Impediretur ergo pe-
regrinatio eorum & deſcenſus in Aegyptū
ſi Iſaac reuerteretur in terram patris ſui: &
illic hæreditaretur. Et Pharao in ira mag-
Exod. 10. na allocutus eſt Moyſi. Recede à me, & ca-
ue ne vltra videas faciem meam: quocun-
que die apparueris mihi, morieris. Et do-
Leuit. 15. minus ad Moyſem. Docebis filios Iſrael,
vt caueant immunditias, & non morian-
tur in ſordibus ſuis. In hoc verbo docuit
ipſe Moyſes filios populi ſui, fugere idolo-
Deut. 11. latriā: Cauete ne decipiatur cor veſtrum, &
recedatis à domino, ſeruiatisque dijs alie-
nis, & adoretis eos. In hoc ipſo verbo do-
cet dominus Ieſus fugere fermētum, id eſt,
doctrinam corrumpentem Phariſæorum.
Fermentū. Apud Matthæum fermentum pro feruore
fidei accipit dominus Ieſus: nūc autem pro
fallacia doctrinæ ac malignitate Phariſæo-
rum. Nec mirum ſi eadem res ſecundum di-
uerſas qualitates ſuas & conditiones contra
ria aut diſsimilia ſignificet. Leo enim in ſa-
cris literis ſecundum diuerſas cōditiones &
Chriſtum & diabolū ſignificat. Dictus eſt *Leo Chri*
Chriſtus in ſacra Apocalypſi Leo de tribu *ſtus & dia*
Iuda: propter conſtantiā & audatiā in ag- *bolus.*
grediēdo ardua & periculoſa: quale fuit o- *Cap. 5.*
pus noſtræ redemptionis: in quo aduerſus
principem huius mundi egit. Et diabolus
propter ſuam crudulitatem Leo dictus eſt à *1. Cap. 5.*
B. Petro. Aduerſarius veſter diabolus tan-
quā leo rugiens, &c. In hunc modū fermen
tum propter calorē incluſum ſignificat fer-
uorem fidei: propter corruptionem autem
doctrinam malam, qualis erat Phariſæorū
quā dedocere intēdit Chriſtus, cum inquit:
Videte, & cauete. In quibus verbis docēdus
eſt populus domini de vitijs & virtutibus,
de pœna & gloria, de reſurrectione ad vitā,
& de reſurrectione ad mortem: de verbo il-
lo. Venite benedicti, & de illo: Ite maledi- *Matt. 25.*
cti in ignem æternum. De obſeruantia mā-
datorum Dei, & Eccleſiæ & Principū: qui-
bus omnibus obtemperandum eſt. Deniq;
de fide, & doctrina Eccleſiæ, vt oculis aper
tiſsimis videāt & conſiderent eius celſitudi
D nem, veracitatem, neceſsitatem, & fugiāt &
caueāt à doctrina hæreticorū: quæ ducit ad
mortē. Habēt ergo paſtores & doctores Ec *Paſtores*
cleſiæ regulā & regiminē populorū in ver *et doctores*
bis iſtis videte & cauete. Sic & medicus cor
poralis frugis medicinæ docet neceſsitatem
ad amorē eius, & cauendū à ſuo contrario.
Paſtorq; oues ſuas ad paſcua vberrima & ſa
lutifera ducit & ad aquā Iordanis, retrahit
vero eas à Mara & ab impuris verbis. *Vide-*
te & cauete à fermēto Phariſæorū. B. Matthę.
dixit: & Saducæorū. Impij erāt & in Deum
& in homines auari, & hypocritæ & varios
docebāt errores. Noſter Euangeliſta dixit: *Phariſæo-*
& Herodis. Docuit ergo Apoſtolos cauere *rum fermē*
à Saducæis & Phariſæis, & Herode. Dog- *tum quale.*
muta Phariſæorū hæc erant. Piorū animas
in hāc vitā ab inferis ed nona corpora reuer
ti, rurſusq; migrare ſ ex illis in alia. Traditio
nes ſeniorū ſumma veneratione accipiēdas,
& pari honore cū lege Moyſi proſequēdas.
Saducæi docebāt cōtra Phariſæos, nullū eſ-
ſe factū, neq; diuinæ mētis deliberationē ali
quā aut decretū: Sed omnia eſſe ſub homi-
nis arbitrio & poteſtate. Animas vna cō cor
pore ſimul extingui neq; eſſe poſt hāc vitā
aut pręmiū aut ſuppliciū. Angelorū nullā
eſſe naturā. Et Herodes forſan ſubſcribebat
Phari-

Phariſæis in migratione animarũ ad noua corpora: cũ dicebat: Quẽ ego decollaui Ioãnes ſurrexit à mortuis. &c. Vide ergò ſi oportebat attẽtos reddere ſuos apoſtolos Saluatorẽ: vt cauerẽt à fermẽto Phariſæorũ & Saducæorũ, & Herodis, & ab operibus eorũ malignis. Lege Ioſephũ lib. 18. antiquitatũ, & Epiphaniũ aduerſus hæreſes. Herodis fermentũ deſcribit gloſſa interlinialis in hęc verba. Cauete à fermẽto Herodis, quod eſt adulteriũ, homicidiũ, temeritas iurandi: ſimulatio religionis. Apoſtoli verò ſimpliciùs intelligẽtes aut interpretãtes verbũ dñi de cõmuni pane fermẽtato, quẽ nolebant à Phariſæis accipere: *Cogitabant ad alterutrum dicentes, quia panes non habemus*. Frequenter cum locutus ſit Chriſtus apoſtolis in parabolis parabolicè debuerãt verbum fermẽti interpretari: non tamen intellixernut. *Quo cognito Ieſus ait illis: Quid cogitatis quia panes non habetis? Nõdũ cognoſcitis, neq; intelligitis?* Scilicet quis ſim ego, ex tãtis mirabilib⁹ in quib⁹ reſplenduit oculis veſtris virtus mea, & diuina potẽtia? *Adhuc cæcatum habetis cor veſtrum?* Sicut illa ipſa die qua vos vocaui ad ſuſcipiendam diſciplinam, & fidei lucẽ admirabilem? *Oculos habentes non uidetis: & aures habentes non auditis.* Et hoc verbũ ex teſtimonio Eſaiæ in ſuperioribus dixit dñs in parabola ſeminantis: cũ quærerent diſcipuli à magiſtro, vt quid loqueretur turbis in parabolis. Quid ergò? & cũ turbis illis annumerandu venit ſacer apoſtolorũ ſenatus? De turbis dicitur à Chriſto. Illis autẽ qui foris ſunt, in parabolis omnia fiũt: vt videntes videant, & nõ videãt: audiẽtes andiãt & non intelligãt. Et apoſtoli oculos dicuntur habere & nõ videre, & aures & nõ audire, id eſt, nõ intelligere. Ergò turbæ ſunt apoſtoli, & in numerum eorũ veniũt. Certè cùm turbis meritò connumerabis apoſtolos ſine Dei gratia & miſericordia: qui intelligere fecit auditum, & cõuertit ac ſanauit eos. Gratia Dei ſum id quod ſum. Nõ cũrrẽtis, neq; volentis, ſed miſerentis eſt Dei. Quis prior dedit ei, & retribuetur? Ei qui nõ operatur, credẽti aũt ei, qui iuſtificat impiũ, reputatur fides eius ad iuſtitiã ſecũdũ propoſitũ gratiæ Dei. Ego elegi vos de mũdo, nõ vos me elegiſtis. In his oĩbus & alijs multis licet agnoſcere nunquid apoſtoli ex turbis eſſent moribus: an vero digni tãtis muneribus & chariſmatibus. Quòd ſi illi qui cũ Chriſto conuerſabantur, luce cæleſti indigebant ad intelligentiã vrbi cęleſtis doctrinę, quid tibi cũ magno diſcrimine intelligẽtiã repromittis? Rogãdus eſt dñs Deus cu ad audiẽdum verbũ diuinæ legis cõuenim⁹, vt aperiat cor noſtrũ & illuminet luce gratiæ ſuæ oculos mẽtis noſtrę: ne & nobis ſicut & turbis dicatur: vt nõ intelligãt, & cõuertãtur, & ſanem eos. Quid muſſitatis inter vos, q̃ſi ꝓpter panũ obliuionẽ arguẽdi, cũ hæc obliuio propter ardorẽ cæleſtiũ, mihi grata ſit? Nec ſaltẽ illud memoria retinetis, ꝙ nuper bis exhibitũ eſt oculis veſtris: Vidiſtis nuper ſeptẽ panes in bñdictione mea fuiſſe quinq; millibus ad ſaturitatẽ. Et quot reliquias ſuſtuliſtis? Sub illius cura vos eſtis qui hæc magnalia opera corã vobis operatur: vt quod de fermẽto à me dictũ eſt, nihil curę materialis panis vobis deberet inijcere: ſed ſpiritalẽ intelligentiã in illo verbo requirere, & quę ſub cortice literæ latẽt intellecta ſũmo ſtudio cõplere. *Veniũt ad Bethſaidã & adducũt ei cæcũ: & rogabãt eũ ut tangeret illũ.* Diffamatũ erat apud oẽs illas prouincias Ieſum Saluatorẽ multa humanitate cũctis infirmis & calamitoſis hominibus ſeipſum concedere & quęcunq; illorũ manu propria tangere, & in integram ſanitatem reſtituere: aliquando autem ſolo verbo ſui imperij curare infirmos. Familiarior tamen prior modus curandi illi erat: propter quod à pluribus manus illius, & purus & virtuoſus tactus deprecabatur. Et quidem pro omnibus peccatoribus optima eſt hæc deprecatio ad dñm, vt tangat corda illorum per compunctionem: vt gemitus lachrymarum ſuper cæcitatem ſuam fundat, flentes cum Hieremia ſubuerſionem ciuitatis Dei, id eſt, animæ ſuæ. Tãgitur enim qui cõpũgitur, q̃d oratio nib⁹ ſanctorũ ſæpe inuenitur & eccleſię, ſanctorũ inquã qui ſunt in terra, & qui ſunt in cælo. De quo lege, c. 32. Exod. & c. 15. lib. 2. Mach. & c. 1. Zachar. & Hierem. c. 29. Et Hierony. aduerſus vigilantiũ, & c. 5. & 7. Apocalyp. Et c. 20. Cõcilij Grãgẽſis, & c. 23. cõcilij Aureliani, & c. 3. cõcilij Gerundẽſis, & c. 1. cõcil. 5. Toleta. & c. 1. Baruch. & c. 5. Iacob. apoſtoli, & c. 1. 2. Corinth. In quibus locis quàm vtilis ſit agnoſcitur ſanctorum oratio & in hac vita & in cælo. Et in præſentiarũ viri iſti rogant dñm, & inueniunt etiam amplius quam deſiderabãt. Vt tangeret Saluator cæcum deprecantur. *Et ipſe apprehẽſa manu cæci eduxit eũ extra uicũ, & expuens in oculos eius, impoſitiſque manibus ſuis*

Cap. 18. et lib. 2. de bello Iud. c. 7.

Fermentũ Herod.

Apoſtoli reprehenſi à Chriſto.

Cap. 6.

Cap. 4.

Apoſtoli gratia Dei ſublimati.

1. Cor. 15.

Roman. 9.

Roman. 4.

Ioann. 15.

Oratio pro intelligentia uerbi Dei.

Oratio pro peccatoribus à ſanctis qui ſũt in cælo & in Eccleſia ſatis utiles.

C *ſuis interrogabat, ſi aliquid uideret. Et aſpiciens ait: Video homines ut arbores ambulantes. Deinde iterum impoſuit manus ſuper oculos eius, & cœpit uidere: & reſtitutus eſt: ita ut clarè uideret omnia.* Mirabilis eſt curatio iſtius cæci, neq; vnquã ſic accidit in mille mirabilib⁹ à Chriſto factis. Tetigit linguã muti ſputo ſuo: fecit aliquando lutũ ex ſputo & puluere terrę ad ſalutem illius cæci à natiuitate. Nunquã tamẽ in linguam aut oculos eorum expuit. In cæco inſtituit docere ſaluator ſacros apoſtolos ad ſequentem confeſsionem: qui nõdum intelligebant in tantis mirabilibus corã ipſis factis, maieſtatem ſuã ad plenum. Vnde ſicut cæcus iſte educitur de vico apprehenſa manu eius, ſic ipſi apoſtoli & quicunque ſaluantur educuntur de malorũ cõſortio (Corrumpũt enim bonos mores colloquia praua) & de medio Babylonis, & de Sodoma. Et cum mortalis infirmitas repentè non aſcendat ad ſummum gradum perfectionis & culmen fidei, docentur de ſua infirmitate in cæco, qui paulatim reſtituitur & videt aliquando homines vt arbores: Nõ enim diſtinguebat delineamenta humanorum corporum: videbat tamen obſcurè corpora eorum moueri de loco ad locum. Certum eſt, & in aliis difficilioribus comprobatum, potuiſſe domini Ieſum perfectè ſanare D hominem iſtum ſubito, rem tamẽ ſic diſpoſuit in doctrinam. Quod familiare fuit prophetis in ueteri teſtamẽto, in quibuſdam factis magna opera ſignificare. Hoc egit Hieremias, & Ezechiel. Et ſaluator noſter maledixit ficui in ſignificationẽ, & ſtatim aruit: Myſteriũ doctrinæ in hoc conſiſtit. Per manus quę exteriora mẽbra ſunt, opera omnia quæ relucẽt in opificio vniuerſę terræ & illa quæ Chriſt⁹ geſsit mirabilia ſignificãtur. Quæ oĩa ſine ſputo ſui capitis non ſufficiũt ad cæci illuminationẽ, id eſt, ad illuminandũ cor hominis per fidẽ perfectam ſuæ diuinitatis. Caput Chriſti Deus: A capite ergò, ab interiori dono & gratia deſcẽdere oportet ſputum ſuper mentis noſtræ oculos, vt credamus & confiteamur. Viderũt apoſtoli mirabilia Chriſti, longè maiora quã aliquis vnquã fecit: non tamẽ ſufficit exterius ſignũ ſine interiori impulſu & dono ſpiritus ſancti ad fidẽ & confeſsionẽ. Abſterſit ergò dñs Ieſus cæcitatẽ apoſtolorum & humani generis, & per inuiſibilia diuinæ pietatis dona, & per oſtenſa à foris ſacramenta aſſumptæ humanitatis. Non ergò glorietur,

Cæci illuminatio haud inſtanta neaquid doceat.
Mar. ca. 8
Ioan. ca. 9.
1. Cor. 15
Gene. 18
Cap. 27.
Cap. 4.
Sputi ſacramentũ.
1. Cor. 11

C qui vel ex operibus creationis creatorem & omnium parentem Deum agnouit, vel qui ex mirabilibus Chriſti fidem eius acquiſiuit quia nullum horum ſufficiebat ſine diuinæ gratiæ ſuffragio. Dei donum eſt fides, vt ne quis glorietur ſicut ſupra demonſtratũ eſt, in expoſitione tituli huius euangelij. Non ſufficit quod homines illi rogabant, vt tangeret cæcum Saluator: in quo ſufficiẽtia auxilia gratiæ cõſidera: ſed addidit quod erat efficax & nunquam fruſtratur effectuo ſuo. *Apprehendit manum eius.* Quod manu apprehenditur, firmiter detinetur ne fugiat vel labatur: quod verò tangimus, facilè abire poteſt. Eſt ergo quoddam auxilium generale & ſufficiens: aliud verò efficax: quę ſecum reportant ſuas expoſitiones. Sed nota quod aliquando in verbo tangere, efficatia operis deſignatur. De quo habes expreſſam ſcripturã in lib. 1. Regnorum. Saul abijt in domũ ſuam in Gabaa: & abijt cum eo pars exercitus, quorum tetigerat Deus corda. Rogandus igitur eſt dominus Deus vt tangat cor noſtrum per compunctionem, & apprehẽdat manum noſtram in efficaci auxilio gratiæ ſuę, & educat de vico & de medio Babylonis, vt ſaluet vnuſquiſque animam ſuam. D Attendat itaq; homo etiam Petrus & Ioãnes, quòd nemo repentè fit ſummus: ſed incrementa ſua & virtutes & fides habẽt. Noueruntq; nõ ſufficere auxilia generalia Dei ad ſalutẽ: cũ in confeſſo ſit apud omnes, nõ cõmunicari nobis per merita Chriſti quam debita ſunt & ordini & ſuaui diſpoſitioni & adminiſtrationi mũdi, & ſuperfluè applicarentur merita Chriſti ad illa obtinenda. Cũ ergò per Chriſtũ ſit ingreſſus ad regnũ: nèceſſariũ eſt auxiliũ Dei ſpeciale & efficax ad noſtrã ſalutẽ, quod datur ex meritis Chriſti & iuſtitia eius: nõ quidẽ ex illa quã modo habet ad patrem ſemper veniens ad interpellandum pro nobis: ſed ex illa quam in hac vita habuit, factus obediens vſq; ad mortem crucis. Iuſtitia itaque noſtra in eſſe & in cõſeruari, & noſtra iuſtificatio ex hac iuſtitia Chriſti pendet. Hæc auxilia ſpecialia & efficacia in apprehenſione cæci hominis conſidera, & ora dominũ. Nemini quidem ſunt debita: ſed non denegantur alicui, qui humiliter orat dominũ. Et quicũq; illa auxilia ſpecialia & efficacia habet, certiſsime conuertitur. Sunt enim talis conditionis ac generis concurſus iſti ſpeciales, quibus Deus peculieriter & immediate noſtras rebelles

Gratia quam neceſſaria.
Epheſi. 2.
NOTA. *ualde.*
Auxilium generale et efficax.
Cap. 10.
Heb. ca. 1.
Philip. 1.
Auxilium efficax quãta uirtutis
Vega. lib. 13. cap. 13

A belles ad ſe conuertit voluntates: coniungēs ſe & intimo quodam & benigniſsimo modo vniens ſe ipſis. & potentiores eas ad operandum reddens, atque vt doleamus de peccatis noſtris & vitam malam in bonam commutemus, inflectens. Neque vnquā fruſtrātur, aut fruſtrari poſsūt à nobis, & omnes & ſoli eos habent, quos ſuorum peccatorū pœnitet, & ad dominum conuertuntur. Vides quanta latent dogmata, & noſtræ philoſophiæ quot regulæ demonſtrātur in expoſitione ſcripturarū. Quæ diximus, in verbo Raphaelis ad Tobiā deſcripta ſunt. Cum Tobias iunior inciperet lauare in magno fluuio Tigris pedes ſuos, ecce piſcis magnus egrediebatur ad deuorandum ſanctū Iuuenem: & exclamans ait ad Raphaelem: Dñe inuadit me. Et angelus ad eum. Apprehende branchiam eius, & trahe eum ad te. Apprehende dixit, & nō tange. Hæc in nobis fiūt per Ieſum Chriſtum Saluatorem noſtrum. Apprehendit ipſe cæcum iſtum & duxit extra vicum, luminaria conceſsit, ita vt omnia perfectè videret, & vnū ab altero diſtingueret. Obſerua pro miraculorū examine non eſſe neceſſariam inſtantaneam ſalutē.

Tob. c. 6.

Miraculi examinatio.

B Satis eſt ſi virtute diuina ſecūdùm ſuam diſpoſitionem per aliqua ſpacia vel incrementa ſalus fiat: dummodo nimia longitudo tēporis non adſit. Tunc naturali virtute potiùs quàm diuinæ opus aſcriberetur. *Vade in domum tuam, & ſi in vicum introieris, nemini dixeris.* Dixit Beatus Hieronymus: Cæcitatem tui corporis prædica non virtutem. Finis non ſubalternus, ſed primarius & excellentiſsimus præintentus à Chriſtò, in cunctis mirabilibus erat Dei Patris glorificatio & honor: per quod docemur nō quærere gloriam noſtram, ſed vniuerſorū domini & ſaluatoris præconia & laudes. Manifeſtum eſt hominem hunc non habuiſſe domicilium Bethſaidæ: cui dicens dominus, vade in domum tuam conditionali appoſita, itē dixit: & ſi introieris in vicum: quod ſi ibi domum haberet, oportebat intrare vicum. Expectabat omnis illa multitudo rei exitum: propterea dixit illi: Nemini dixeris. Sed ipſum lumen oculorum propalabat quod factum fuerat miraculum homine tacente ſecundùm præceptum ſaluatoris. Quid ergò ad illum Chriſtus? Nemini dixeris. Opus ſeipſum manifeſtat. Dic quòd forſan modum latēre voluit, quem ſeruauit in huiuſmodi opere, ne inde tanquam exiguæ & imbecillis virtutis omnium Saluatorem & dominū iudicarent, ignorantes quę intendebat docere in illis omnibus, quæ fecit cum cæco iſto: quæ homines haud intelligerent, rudes & minus ſpirituales ad iudicandum.

Miraculorum chriſti finis intentus.

Vide iam quomodo ſtultus eſt, & operam, & oleum perdit, qui ex magnificis operibus commendationem & laudem deſiderat: cum ipſamet opera auctorem ſuum demonſtrent, & decorent, & laudabilem oſtendant: neque opus eſt ſeipſum digito demonſtrare dicēdo: ego feci. Non ergo laudem humanam dimittit, qui Dei glorificationem in cunctis operibus ſuis intendit & deſiderat. Hoc eleganter deſcribitur in dicto filiæ Pharaonis, cū inuenit puerum, quem ablactatum Moyſem appellauit, quia de aquis tulerat eum. Aperuit namque fiſcellam, & cum vidiſſet puerum vagientem, miſerta eius ait. De infantibus Hæbreorum hic eſt. In circunciſione præputij agnouit eum. Vbi notauit Theodorethus quòd ab Hebræis acceperunt Aegyptij circūciſionem. Si enim mos apud populum illum iam eſſet, non poterat filia Pharaonis dicere, ex Hæbreis eſt infantulus hic, &c. Ipſe Moyſes qui diu latuit in ſinu matris, & in penetrabilibus domus patris ſui, ſe ſe manifeſtauit quod Hebræus eſſet & quidē vagiens.

Laud. propriæ deſirium quam ſtultum.

Exod c. 2.

Theo. lib. 1. de fide. tom. 2. fol. 747. circūciſio Aegyptiorū ab Hæbreis accepta.

Non opus eſt vero Iſraelitæ ſanctimoniam propriam ſub voce præconis propalare: in facie eius agnoſcetur, & glorificabunt Deum omnipotentem, & honorabunt virtutis cultorem. Habemus de hac re magna præcepta domini Saluatoris aduerſus hypocritas. Habemus propoſitum ſublime præmium, ſi gloriam Domini Dei noſtri in omnibus ſublimiori loco repoſuerimus. Et certe hic honor Deo noſtro debetur: quia ab eo omne datum optimum, & omne datum perfectum originem trahit: ipſius ergo gloriæ deſeruiat amator virtutis, & cultor. *Et egreſſus Ieſus & diſcipuli eius in caſtella Cæſareæ Philippi, & in uia interrogabat diſcipulos ſuos dicens eis. Quem me dicunt eſſe homines?* Perfectè intendo hanc hyſtoriam deſcribere; quæ breuior habetur apud noſtrum Euangeliſtam. Sed beatus Matthæus pleniſsimè illam enarrat. Propter hanc vniuerſi operis labores, & vigilias libentiſsimè ſuſcepi: & multo difficiliores ſuſtinerem. Quid iucundius, quid amabilius, quàm ori Petri nomine ſuo & cæterorum Apoſtolorum, audire Tu es Chriſtus filius Dei viui? Quid eſt inter oēs

Iaco. c. 1.

Cap. 16.

promiſsiones C'hriſti ad Eccleſiā ſpōſam & C
columbam ſuā quod maiori gaudio ſuſcipi
debeat, aut poſsit, quā audire ab ore dñi Ie-
ſu: Et portæ inferi non præualebunt aduer-
Eccleſiæ ſus eam. O certè colūna & firmamentū ve-
laudes. ritatis. O verè vrbs fortitudtnis noſtræ, in
qua Saluator eſt fundamentum impenetra
Canti.4. bili, murus & antemurale. O turris Dauid
ex qua mille Clypei pendēt, omnis arma-
Exod. 15. tura fortiū. O cādelabrū ex auro puriſsimo
in ſeptē lucernis vniuerſum orbē illuſtrās.
1.Reg.17 O lapis in funda & manu Dauidis, quę Phy
liſtęū, id eſt diabolū ad pedes tuos proſter-
nis, & gladio proprio detrūcas. O turris in
libano fundata, quæ reſpicis cōtra Damaſ-
cum. O ſancta Mater Eccleſia, quāta in Pe-
tro apoſtolo ſuſcepiſti dona, & quot pro-
miſsiones. Et quid dicā: Dñs promiſsit, Ego
vobiſcū ſum vſq; ad cōſummationē ſæculi.
Marci.13 Et certè cælū & terra trāſibunt, verba autē
hæc nō tranſibnnt. Ad hiſtoriā accedamus.
Illuminauit dñs Ieſus cæcū illū miris cære-
monijs, nec ſubito: ſed imponēs manus ſuas
ſuper illū ſecundo: & ſic perfectè ſanus fa-
ctus eſt, & videbat omnia. Vſq; huc duxit
Pędagog. dñs diſcipulos ſuos tanquā ſub pędagogo in
apoſtolorū multis miraculis & doctrinis, edocens illos D
miracula quis eſſet: nunquā tñ videbāt omnia, id eſt,
Chriſti. nunquā pleno fidei intuitu, ſuā agnoſcebāt
diuinitatē. Iam oportet vt vnanimi ac con-
cordi mentis aſſenſu & fide, per os eius: qui
maior ab exordio inter eos habebatur, qui
Cephas Cephas, id eſt Petrus ſolidū aut rupis eſt co
quid ſignifi gnominatus, quē credant eſſe magiſtrū con
cet. fiteantur, & clarè demonſtrent, quantū ſu-
pra reliquū populū profecerint ſub diſcipli
na Ieſu dñi noſtri. Huc tendit ratio huius
hiſtoriæ iucundiſsimæ: & hic eſt ſcopus &
Finis ſcri- finis ſcripturarū & prophetarū, & patriar-
pturarum. charū, vt cognoſcamus Deū viuū, & Ieſum
Chriſtū filiū eius dñm noſtrum, & cōfitea-
Roma.10. mur, & toto corde diligamus. Corde enim
creditur ad iuſtitiā: ore autē confeſsio fit ad
ſalutem. Finisq; legis Chriſtus ad iuſtitiam
Solicitudo omni credēti. Primò omniū obſerua quo-
Chriſto modo vbiq; diligentiſsimus magiſter, diſci-
pro ſuis di pulorū gerit curam ad docēdum & cōfirmā
ſcipulis. dum illos in fide & dilectione. Neq; in via
ab hoc inſtituto abſtinet: imò quaſi capiēs
tēporis & loci occaſionē congruā, fidei ab
eis exigit confeſsionem. Cōgruum erat tem
pus poſt tot miracula corā diſcipulis opera
ta: cōgruum etiā cùm facti ſunt à turbis ſe-
queſtrati, ac ſolitarij. Neq; oportebat corā
multitudine ſuæ fidei gloriā profiteri vſq;

ad reſurrectionem eius. Locus etiā erat ac- *Locus in*
commodus Cæſarea Philippi: in qua habi- *quo facta*
tabant gentiles & in confinibus, aut doce- *eſt fidei cō*
ret ad gentes fidem & deuotionem confeſ- *feſsio.*
ſionis Petri pertinere: ſicut per os omnium
prophetarū prædictum fuerat. Venit ergò
in partes Cęſareę Philippi: quia renouata &
ampliata à Philippo tetrarcha fratre He-
rodis: et tunc appellauit eam Cæſaream in
honorē Cæſaris, qui dedit ei quartam par-
tem regni, ſicut teſtatur Ioſephus. Dicitur
& Cæſarea Philippi, ad differentiā alterius
quæ dicitur Cæſarea Palæſtinę: vbi Corne- *Actor.10.*
lius Centurio manſit. Hæc ciuitas antiqui- *Iud. 17.*
tus lachis dicta eſt: & poſtea Dā, à filijs Dā,
qui eam occupauerant: poſtea dicta eſt Cæ-
ſarea Philippi, & nūc Pelneas, ſeu Palneas
dicitur, & eſt in prouintia Phenicis. Iuxta
hāc ciuitatem ergò primo quærit dñs Ieſus
à diſcipulis ſuis quā exiſtimationem de illo
habebant vulgus & turbæ hominum, nō de
opinione Phariſæorum aut Saducæorum
quærit: quorum fermentum mandauit caue
re eos. Inquit ergò: *Quem me dicunt eſſe homi-
nes?* Magna quotidie eis ſanitatum munera
concedo, dæmonibus impero, ac trementes
& obſecrantes exeunt ab hominibus, para
lyticos conſolidatis membris, in priſtinam
reſtituo ſanitatē: leproſos ſolo imperio oris
mei emundo, denique & mortuos ſuſcito
ipſis cernentibus, aut certe periculū poſt-
modū capientibus: magiſtratus eorum gra
uiter arguo in conſpectu totius populi: quis
ergo ſum apud illos, poſt tanta mirabilia, &
quam de me habent credulitatem & opi-
nionem? Oportebat priùs quę falſa erāt de-
ſtruere, ac deinde ſupra firmum fundamen
tum, quale eſt cæleſtis Patris reuelatio, no-
ſtræ ſalutis initia conſecrare. Reſponde: iij
diſcipuli. Nota quòd cum turbarum refe-
runt opiniones varias, ac pugnātes inter ſe,
multi reſpondent. Sic enim legis in plurali:
Et reſponderunt ei dicentes. Cùm vero fidem
veram ab eis rogat, vnus Petrus reſpondet **NOTA.**
pro omnibus. In quo præter primatū eius *valde.*
ſuper omnes apoſtolos, attentiſsimè conſi-
dera, quomodo ea quæ ad fidem ſpectant *Fidei una*
vnianimi ac concordi conſenſu vniuerſo- *ſentētia: o-*
rum, quaſi omnes vno ore loquentes, opor- *pinionum*
tebat confiteri. Quod certè multoties ſacra- *multiplex.*
tiſsimus Paulus docet. Si qua conſolatio *Phil. 2.a.*
in Chriſto, ſi quod ſolatium charitatis, ſi
qua ſocietas ſpiritus, ſi qua viſcera miſe-
rationis, implete gaudium meum, vt idem
ſapiatis, eandem charitatem habentes, &c.
Et

1. Cap. 1. Et ad Corinth. inquit. Obſecro vos fratres per nomen domini Ieſu: vt idipſum dicatis omnes, & non ſint in nobis ſchyſmata: ſitis aũt perfecti in eodẽ ſenſu, & in eadem ſententia, &c. Oportebat ſummopere vnũ eſſe os & ſenſus apoſtolorũ in cõfeſſione fidei, qui magiſtri orbis inſtituebantur: ne alius aliud à cæteris ſentiret. Propter qđ antequã per vniuerſum mundũ diuiderẽtur Symbolũ cõdiderũt in vnũ collecti, ſingulis quid ſenſerint dicẽtibus, vt diſcedẽtes ab inuicẽ, hãc regulã per omnes gẽtes prædicarent: id ipſum oẽs ſentiẽtes & docẽtes. Symbolũ enim Græcè Latinè collatio dicitur. Dicitur & indiciũ, ꝙ per hoc qui rectè crediderit indicatur. Hæc diximus annotãtes verbũ illud pluralis numeri. *Reſponderũt dicentes.* Cum certè in confeſſione fidei veræ & catholicæ, & orthodoxæ os Petri reſpondet ſolũ, & ſingularis numeri eſt verbũ apud oẽs Euãgeliſtas. Matthę, dicit. ca. 16. Reſpõdẽs Simõ Pretrus dixit. Marcus vero: Reſpõdens Petrus ait ei. Et Lucæ. 9. Et reſpondẽs Symõ Petrus, dixit, &c. Quæſiuit ergo dñs Ieſus: Quẽ me dicunt eſſe homines? *Reſponderũt dicentes. Alij Ioannẽ Baptiſtam, alij autẽ Eliã, alij uero Hieremiã, aut unum ex prophetis.* Primæ opinionis fuit Herodes & ſui ſequaces, ſicut ſupradictũ eſt: quæ & multũ honorem exiſtimabat cõferre Chriſto: cũ Ioãnes habitus ſit cunctis hominibus ſanctior. Qui verò attendebãt zelũ veritatis, qui in corde & verbis dñi Ieſu ardebat ſicut facula, Eliã exiſtimabãt illũ eſſe. Qui aũt patientiã & lachrymas eius intuebãtur, ac conſiderabãt qualiter ſuæ ciuitatis & gentis deſolationẽ prænũtiabat, Hieremiã illum eſſe affirmabãt: opinãdo tamẽ: & ſemper habet opinio formidinẽ de ſuo cõtrario, quod ſit fortè verũ. Qui etiam audiebãt quod vẽturus eſſet Elias, credebant ſcripturæ, ac ſuſpicabãtur, nũ Ieſus eſſet Elias. Vſq; huc aſcendit humana ſapientia in opinione eius, qui eſt Dei filius & Meſsias in lege promiſſus: ideoque homines appellati ſunt. *Quem me dicunt homines eſſe:* Qui de filio Dei tam infirma exiſtimãt & credunt, homines ſunt: apud quos nõ manet ſpiritus Dei, quia caro ſunt. Vides quã inſufficiẽs eſt vulgus & turba ad res fidei diſcernẽdas, ac diffiniẽdas? Nihil habet ſtabile, omnia per opinionẽ accipit, quę formidinem habet. Fides vero certitudidẽ infallibilẽ: eſt enim ſubſtãtia, fundamẽtum & hypoſtãſis rerũ ſperandarũ. Nõ enim pertinet ad vulgus & turbam de fide & articulis

Symbolum apoſto.

Clemens lib. Epiſto. ad Iacobũ. Fra. Dñi. Sic Rufin. præsby. Aquileæ, in præfat. expoſitionis in Symbol. apoſtolorũ Auguſ. ſermo. 2. Dñi nicæ palmarũ quinis Eraſm. in præfatione Paraphraſis in Matthæ. dicat: apertiſsimè ſe ignorare nũ ab apoſtolis ꝓditum ſit.

Opinio formidinẽ habet.

Heb. c. 11. Fides certitudinem infallibilem. NOTA.

A eius diffinire, imò nec diſputare, ſed ad apoſtolos & maximè ad Petrũ & Eccleſiã Romanã, quæ ab eo primatũ habet ſuper vniuerſas Eccleſias: De qua & dicitur ſtatim: Et portæ inferi nõ præualebũt aduerſus eã. Oẽs enim ſedes apoſtolorũ defecerũt: ſedes B. Petri vſq; in hodiernam diem permanet & vſq; in finem ſæculi. Perierũt omnes Eccleſiæ, quibus apoſtoli præfuerunt. Defecit Achaya, vbi Andręas: Aſia, vbi Ioãnes: India, vbi Thomas: Perſia, vbi Symon & Iudas, Aetiopia, vbi Matthęus: Hieroſolyma: vbi Iacobus: Græcia, vbi Paulus: Phrygia, vbi Philippus: Roma in fide permanet. Omnes illas Eccleſias aper de ſylua demolitus eſt. Sola hæc eſt, quæ fidei integritatem ſeruat. Paſtores ergo & magiſtri eccleſiaſtici ad ſacra concilia conuocandi ſunt, nõ cerdones, agricolæ, caupones, &c. Iure ergò ſacra conſilia generalia, vniuerſam eccleſiam repreſentant: dum inter alia, per epiſcopos & magiſtros quæ ad fidem ſpectant decernuntur auctoritate ac calore ſummi Pontificis. De quo ſit ſatis. Ab apoſtolis habet Romana eccleſia ad ſacrã Synodũ non quoſcunq; vocare, ſed prælatos eccleſiæ. &c. Sicut demonſtratur in concilijs apoſtolorũ.

B In duobus itaq; deficiebat populus, & quia non æqualiter de Chriſto ſentiebat, & quia minùs quàm par erat. Vtrumq; oportebat corrigere dominũ Ieſum: vt fides eius non omni vento doctrinæ moueretur, & vnus ſic, alius verò ſic doceret: per quod ſchyſmata in eccleſia oriuntur: quæ ſub fide vnius Dei & vnius baptiſmatis oportet vt militet. Vult ergo cæleſtis magiſter vt fiat ab apoſtolis, & maximè à Petro tanti myſterii cõfeſſio: & confeſſori repoſitum eſt ſublimioris gloriæ & coronæ præmiũ: primatus certè ſuper omnes eccleſias, & orbis vniuerſi principatus. Suauiter diſpoſitor omiũ Deus hanc cõfeſsionem, de qua nobis erit ſermo, fundamentum prædeſtinauit in eccleſia ſancta ſua. Inquit ergò. *Vos uerò quem me eſſe dicitis.* Periculum & experientiam docet faciendum à cunctis paſtoribus & prælatis eccleſiæ de profectu & ſalute ſuarum ouiũ inter quos vnus Paulus ſufficiat. Attendite vobis & vniuerſo gregi, &c. Super omnia ſua pericula & cunctas calamitates ſolicitudo omnium eccleſiarum cor eius cõanguſtabat. De quo apud Ezechielem extat manifeſta ſcriptura: in qua relicta illa quę habetur apud Hieremiam, & apud hunc Ezechie. placet annotare quoddã ſpecia-

Sedes omnium apoſ. perierunt præter Petri apoſto.

Concilijs qui debent intereſſe.

Epiſcoporũ cura pro ouibus ſuis

Capi. 3. d.

Capi. 6. d. 33.

liſsimũ verbum, ſpeculatorẽ dedi te domui Iſrael, & audies de ore meo verbum:& annuntiabis ex me eis, id eſt, in nomine meo. Si dicente me ad impium morte morieris: non annuntiaueris ei, neq; locutus fueris vt auertatur à via ſua impia & viuat, ipſe impius in iniquitate ſua morietur, ſanguinẽ autem eius de manu tua requirã. Si autem, &c. Sed & ſi conuerſus iuſtus à iuſtitia ſua fuerit & fecerit iniquitatem: ponam offendiculum coram eo: ipſe morietur, quia non annuntiaſti ei, in peccato ſuo morietur, & nõ erunt in memoria iuſtitiæ eius, quas fecit: ſanguinem verò eius de manu tua requirã. Habes ergo duos, quos ſub vitæ diſcrimine debet paſtor docere & monere, & exhortari, &c. Impium ſcilicet & iuſtum, qui à iu-

NOTA. *valde.*

ſtitia defecit. Quid aliud à paſtore requiret? Nunquid hæc ſollicitudo pro ouibus non ſufficit paſtoribus Eccleſiæ, vt ſaluet vnuſquiſque animam ſuam? Tertium ſubinde eſt in propheta ſcriptum quod propoſui notare. De iuſto magna ſolicitudo habenda eſt ab omnibus paſtoribus, vt non peccet. Non ſolum de illis, quæ errauerunt ab ouili, ouibus curam habet paſtor, & quærit, & ſuper humeros adducit eas? Sed quàm maximè, de illis quæ pingues ſunt & gemellos habent. De quo dominus ad Prophetã: Si autem tu annuntiaueris iuſto, vt nõ peccet iuſtus (animaduerte quòd tertio loco, tanquam diſtinctus ab aliis iuſtus reponitur) & ille nõ peccauerit, viuens viuet, quia annuntiaſti ei (notã quã neceſſarius ſit etiã iuſtis ſermo diuinus per os prædicatoris, quia annũciaſti ei inquit) & tu animam tuã liberaſti. De impiis, de iuſtis: qui ceciderũt, de iuſtis qui adhuc permanent & ſtãt, demandatur cura paſtoribus Iſrael, id eſt, Eccleſiæ. Hoc enim eſt paſtoris munus videlicet gregi commiſſo proſpicere: eius curam ſolicitam gerere. Quod ex eius nomi-

Epiſcopus ſuperintẽdẽs dicitur

ne facilè eſt colligere. Epiſcopus enim Græcè, ſuperintendens dicitur Latinè. Ab Epi præpoſitione Græca, quæ Latinè ſuper interpretatur, & ſcopos, id eſt, cuſtos aut ſpeculator. Hinc Epiſcopus dicitur qui ſuper aliorũ cuſtodiã vigilat. Hac ratione iuxta

Ad Hebr. Cap. 13.

Pauli apoſtoli ſententiã tenemur obedire præpoſitis, & Prælatis, quia illi tenẽtur vigilare pro nobis. Qualiter ergo paſtor aut Epiſcopus dici poteſt, cui nulla eſt cura de ouibus? qui neq; vidit vnquã gregẽ ſibi cõmiſſum. Sed per curias principũ deuagatur

Ioan. 10.

Bon⁹ paſtor de ſe dicit, cognoſco oues meas & meæ me. &c. Ad hãc ſolicitudinẽ inuitat Chriſtus apoſtolos docẽs in via illos. Quorũ tantã habet ſolicitudinem, quòd multò ante ſuã paſsionẽ & aduentũ ſpiritus ſancti, edoctos in fidei ſubſtantia vult eos inſtituere: propter quod dicit: *Vos verò quẽ me eſſe dicitis?* Vt ſi adhuc corrigere oportet fidẽ veſtrã: in re tãta nõ deficiã: cũ ad vniuerſum mundũ etiã hoc medicamẽtũ pertineat: qui per vos eſt docẽdus. Obſerua quã verũ & neceſſarium eſt paſtores eccleſiæ eſſe doctores.

Epheſ. c. 4

Vtrunq; cõiungit apoſtolus, & ſacra concilia ſic definierũt. Sed & qui ad partẽ ſolici-

Prædicatores docti ſint oportet.

tudinis aſſumuntur, prædicatores, ſcilicet quorũ nõ minima pars aliorũ ſcriptis, non quidẽ intellectis, cũ literas primas vix didicerũt, apud vulgus ſe oſtẽdãt: neq; aliam rationem ſuæ doctrinæ reddere poteſt, quam ſic in alueolo ſe habere. De quibus apoſto-

1. Tim. 1.

lus: volẽtes eſſe legis doctores, nõ intelligẽtes, neq; quæ loquũtur, neq; de quibus affirmant. Quod corrigendũ cenſeo in Eccleſia per examẽ perſonale: quod iam prouiſum eſt in multis conciliis. Vidimus turbarum opiniones falſas de Ieſu dño noſtro, vidim⁹ interrogationẽ vnã & alterã dñi ad diſcipulos ſuos & reſpõſionẽ primã: ad ſecũdã accedamus. *Reſpõdens Petrus ait ei: Tu es Chriſtus filius Dei viui:* Miror & nõ partius quã velit

Frat. Dominic. Sot. d. 24. q. 2. arti. 3.

quidã auctor pius & doctus confeſsionem hãc propriã eſſe Petri, propriã inquam, id eſt, nõ nomine aliorũ apoſtolorũ prolatã. Cuius ratio eſt: quia nõ ſatis erat explorata Petro fides aliorũ apoſtolorũ & maximè Iudæ Scariothis, qui inter illos erat. Ego ſemper iudicaui quòd quãuis Petrus, vt primus &

Petrus nomine omniũ apoſtolorũ reſpondit.

vertex apoſtolorũ confeſsionẽ fidei ædidit magnificis vocibus: nomine tñ aliorũ apoſtolorũ in vnũ conſentiẽtiũ explicitè, confeſſus eſt. Tu es Chriſtus: alias à ſingulis eorum quæreret magiſter & interrogaret. Tu quẽ me eſſe dicis? Et cũ ab omnibus quæſiuiſſet, vos aũt, tanquã dij nõ homines, quẽ me eſſe dicitis? Si Petrus ſuo nomine tantũ nõ omniũ apoſtolorũ reſpõdiſſet, neceſſariũ erat quòd ſinguli cõfiterẽtur. Vnã fidẽ omniũ apoſtolorũ oportebat eſſe, & vnũ ſcilicet caput & Cephã, id eſt, Petrũ ſolidũ, vel petrã qui pro ſe & o[m]bus reſpõdet. Nũquid nõ erat interrogãdus Ioãnes, Andreas, & Iacobus, ſi nomine eorum nõ eſt facta confeſ-

Hierony.

ſio? Hanc ſententiã expreſsè tenet B. Hieronymus in hæc verba: *Petrus ex perſona omniũ apoſtolorũ profitetur. Tu es Chriſt⁹ filius Dei viui.* Et gloſſa ordinaria. Reſpõdẽs

Simon

Simon. Ideo vnus reſpondens, & vni tantū reſpōdetur pro omnibus, vt vnitas in omnibus obſeruetur. Et Nicolaus Lyranus: Petrus tanquā principalis inter alios, pro ſe & pro aliis reſpōdit. Et venerabilis ac ſanct⁹ Beda: Reſpondens Petrus. Vnus pro omnibus omnes enim idē ſciebāt. Quod in gloſſa interlineali adducitur. Neq; per hoc quod Petrus nomine ſuo ac omniū apoſtolorum confeſſus eſt, Tu es Chriſtus; primatus eius aliqualiter obſcuratur: imò luce meridiana clarior redditur. Dū ab apoſtolis, & à Ioanne tāti habitus eſt Petr⁹, ꝙ licèt oēs de Chriſto iam nunc eadē crederēt, nemo auſus eſt reſpondere: ſed tanquā maiori honorē dētulerunt hunc maximū. Vides quōmodo non ſolū nō obſcuratur ex ſentētia hac primatus Petri ſupra reliquos apoſtolos: verū & confirmatur firmiſsimè, dum nō ſolū cūctis feruētior ac ardēs magis in fide inuenitur: verūm dū tanquā pater pro filiis & frater maior natu pro fratribus ſuis reſpondet, ſicut alter nobilis Matthathias de quo ſcriptura: Venerūt illuc qui miſsi erāt à rege Antiocho, vt cogerēt eos, qui fugerāt in ciuitatem Modin, immolare & accēdere thura, & à lege Dei diſcedere. Et multi de populo Iſrael cōſentiētes acceſſerunt ad eos: ſed Matthathias & filii eius cōſtāter ſteterūt. Et reſpondētes qui miſsi erāt ab Antiocho dixerūt. Et ſi oēs gētes regi Antiocho obediūt. &c. Ego & filii mei, & fratres mei obediem⁹ legi patrū noſtrorū. Filii eius aſtabāt oēs: & omnes tacēt, vnus Matthathias pro omnibus alta voce cōfitetur fideles eſſe ſe legi patrū ſuorū: In hūc mūdū Petrus pro omnibus fratrib⁹ & cōapoſtolis reſpōdet: Tu es Chriſt⁹. Cui dicere conuenit. ꝙ Matthathiæ dicebatur. Princeps & clariſsimus & magnus es in hac ciuitate & ornatus filiis & fratribus, ergo accede priùs, &c. Quod ſtatim dñs Ieſus dixiſſe ei videtur: in dū no ſolū beatificat illū, ſed etiā claues regni cęlorū repmittit. Nomine ergo ſuo & aliorū apoſtolorū reſpōdet alta voce Petr⁹ ſicut alter Matthatias: *Tu es Chriſtus filius Dei viui*. Oia cōplexus eſt: quí & naturā & nomē expreſſit, in quo ſumma virtutū. Verū hominē & verū Deū & credit & confitetur. Inquit, Tu es Chriſtus Rex ille Meſsias in lege & Patribus pmiſſus, ab origine mūdi vſq; in diē hāc deſideratus cunctis gētibus, nō vt Dauid vnctus oleo materiali quí & Chriſtus dictus eſt, nec velut Salomō filius eius, ſed tu es Chriſtus vnctus oleo illo, qui in propheta magnificatur, In quo, expreſsè Deus appellatus es tu: vnxit te Deus (vocatiui caſus eſt) Deus tuus oleo lætitiæ, præ cōſortibus tuis. Imò vt plenius de vnctione hac tua loquar cum propheta Eſaia: ſpiritus dñi miſit me, eò ꝙ vnxit me: vnctus es ſpū ſancto & virtute: cui nō eſt data ſpiritus ad menſurā, ſed de plenitudine tua oēs accepim⁹ gratiā pro gratia. Quòd in Aaronis vnctione delineatū eſt: dū oleū nō ſolū caput eius vnxit, verū per barbā eius vſq; ad orā veſtimēti eius deſcendit. Tāquā veſtis incōſutilis Chriſti reputātur omnes iuſti, de cuius vnctione ad nos vſq; deriuatur vel pars minima & maior quoq;. *Tu es Chriſtus*. Nō qualis à Iudæis nūc inſipiēter expectatur, diuitiis affluēs, potētia & auro glorioſus, qui à mari vſque ad mare dnetur: quis dū carnaliter interpretantur ſcripturas, carnales redditi ſunt. Sed tu es Chriſtus, qualis à prophetis repromiſſus eſt prior tuus aduentus: in carne mortali, in noſtra infirmitate: in multis iniuriis, deniq; in morte crucis. Quare ipſi prophetæ redempturum primū hominem & vniuerſum genus eius: forti & conſtanti animo prædixerunt. *Tu es Chriſtus*. Non nudus homo, & per quandam excellentiā ſingulariter dictus filius Dei inter multos fratres eiuſdem naturæ: imò es Chriſtus homo verus & verus Deus de Deo vero & vnigenit⁹ ęternaliter. *Filius Dei viui*. Naturalis cōſubſtātialis, coæternus, coæqualis, de ſubſtantia patris genitus & natus. Hæc omnia in cōfeſsione ſacratiſsimi Petri clauduntur, quæ ab ſpiritu ſancto reſerata ſunt, & in exordio huius operis aliqualiter demonſtrata & comprobata. Iam nunc locus aptiſsimus ſe ſe offert in quo deſeruiētes gloriæ Dei, noſtrum deſiderium compleuimus: qui teſtimonium Ieſu Chriſti domini noſtri coram omnibus gentibus deſideramus. In hac eadem confeſsione tantæ fidei ſupra quam fundata eſt Eccleſia, addidit beata ac fœlix illa mulier: Qui in hunc mundū veniſti apud Ioannē. *Tu es Chriſtus*, inquit, Petrus. Ille ſcilicet Rex Meſsias in lege promiſſus. Demonſtrauimus hanc veritatem in multis argumētis huius ſacri Euāgelii. Cū B. Marcus huic myſterio teſtimoniū perhibebat dicens: Initium Euangelii Ieſu Chriſti filii Dei. Quæ in confirmationem huius veritatis illic ſcripta ſunt, pro loco iſto maximè cōgruūt, potiſsimū argumētū de ſumptū ſunt ex completione ſcripturarū in Ieſu

Primatus Petri demōſtratur cū nomine ppſ illius apoſtolorū reſpondet.

Matthathias petro apoſt. ſimilis.

1. Mac. c. 2. b.

2. Reg. 2.

3. Reg. 1.

A Pſal. 44.

Eſai. 61.

Act. 10. f.

Ioann. c. 1.

Aaro. unctio referebat unctionē Chriſti

B

Cap. 1 f.

Capit. 1.

Saluatore noſtro. Propter quod millies ſancti Euangeliſtæ, & ipſe dominus Ieſus vſus eſt hoc dicēdi genere: Vt adimpleretur: vel tunc adimpletum eſt, vel ex ipſis ſcripturis reſpondebat. Quas nimirum ſcripturas obijciunt nobis Iudæi increduli, & infideles tāquam nondum in Ieſu noſtro completas: propter quod eſſe Chriſtum & Meſsiā proteruè & procaciter negant. Oportet ergo hoc eorum argumentum diluere: nō enim ampliùs concedit nobis ſcriptura hæc calamum extendere.

Scripturæ completæ in Chriſto argumentū quod ipſe ſit Meßias

De Meßia quæ ſunt cō probanda.

De Meſsia hæc ſunt ſcienda: genus eius: & tribus, locus natiuitatis ſuę, locus etiam educationis ſuæ, ꝙ certè aliquādo ſit à patre vocatus ex Aegypto: quòd de virgine ſit cōceptus & natus, ꝙ à regibus ſit adoratus: quòd aurum & thus ei in veritate obtulerunt. Quòd Saluator ſit Iſrael: quòd dominetur à mari vſque ad mare, & à flumine vſq; ad terminos orbis terrarum. Quòd Aetyopes corám eo procidāt. Quòd docturus eſſet oēs gētes: quod congregaturus diſperſiones Iſrael, quòd veſtimentum ſuū lauaret in ſanguine vuæ, quòd in illo ſanguine eductur us eſſet de lacu ſine aqua vinctos ſuos. Quòd poſt multa miracula & doctrinā, cruci affigendus eſſet inter duos nequā, ꝙ veſtimenta ſua milites inter ſe, &c. quòd ſepulchrū eius ad modū futurū erat glorioſum, & tertia die reſurrecturus eſſet à mortuis. Hæc omnia cōpleta ſunt in Ieſu, quem Petrus confitetur Meſsiā & filiū Dei viuētis: hic ergo colendus eſt vt verus Meſsias à patre miſſus in mundi redemptionem.

Dominus Ieſus filius Abrahæ.

Manifeſtū eſt Dauid ex Abrahā fuiſſe ortundū, & de tribu Iuda. Huius regis filia eſt beata virgo Maria, de qua natus eſt Ieſus Saluator noſter. Hoc demōſtrat B. Matthæus & Lucas: cū Ioſeph proponūt à Dauide generatū, quē ſecundū legē de tribu ſua vxorem oportebat ducere. Per quod demonſtratur & ipſa ſpōſa ſacraq; virgo Maria de Dauidis domo & familia deſcendere.

Cap. 1.

Cap. 7. Lucæ. 2.

Hæc autē ſecundum prophetiā Eſaiæ ſine tactu pudoris effecta eſt mater ſaluatoris: dum ſpiritus ſanctus deſcendens ſuper eam, omnipotenti virtute ſua ſacrum myſterium operatus eſt, & qui de ſpiritu ſancto fuit conceptus, eductus eſt manu patris ſui, id eſt, potentia patris ſui omnipotentis ſicut & Dauid prædixerat: Tu es qui extraxiſti me, de vtero matris meæ, Quæ cùm adhuc prægnans eſſet, venit Bethle em, quæ ſecundū prophetā ad natiuitatem noui ducis erat electa. Et factū

Pſalm. 21

Michæ. 4.

Lucæ. 20.

C eſt cum eſſent ibi, ipſa & Ioſeph ſponſus (data enim erat orbi pax, & ſecundum edictum Imperatoris Romani deſcribebatur vniuerſus orbis) impleti ſunt dies vt pareret & peperit filium ſuum, &c. Ibidemq; à magis ſciente hoc vniuerſa Hieruſalem & Herode adoratus eſt ab oriente veniētibus: eique munera regia & myſtica obtulerunt aurū, vt regi magno, thus vt vero Deo, myrrham, pro eius ſepultura. Iamque completis omnibus ſecūdùm legem, aſportatus eſt in Aegyptum ex mandato angeli: Indeque redeūte, impletum eſt quod ſcriptum erat: Ex Aegypto vocaui filium meū. Omniaq; idola Aegypti in ingreſſu eius corruerunt ſecundùm Prophetā: Locus educationis eius Nazareth erat ſignatus vt Nazareus appellaretur: in Nazareth veniunt, ibidemq; multis annis māſit. Vnde à vobis inde oriūdus eſt iudicatus: quod & Pilatus credidit: cum imponēs cauſam eius ſuper caput eius in cruce, ſcripſit Ieſus N.R.I. Et ſit ſtulti facti ſunt principes veſtri, quod audientes reges Orientis veniſſe ad adorandum Meſsiā iam natum ſecundū Danielis & Iacob prophetiam: neque vnus inuentus eſt, qui locū & genus huius infantis annotaret: ne in re tā ta vt cæci erraretis à via vitæ & fidei.

Lucæ. 2.

Matth. 2.

Matth. 2.

Oſe. 11.

Sic Irenæ.

Ioan. 19.

D Iāque vir factus prædicauit regnū Dei & euāgeliū implens omnes prophetias de cęcorum illuminatione, & claudorum cæterorumq; infirmorum ſanitatibus. Vnde & à dæmonibus cognitus eſt & adoratus, & obteſtabātur illum ne eus torqueret. Tandem implēs ſacerdotij ſui officium panem & vinum cōſecrauit & obtulit Deo patri, & diſcipulis conceſsit. Qui vt conſummaretur redemptor orauit ſecundùm dictum Prophetæ, clamaui per diem & non exaudies: & nocte, & non ad inſipiētiam mihi, ſed ad comprobādam naturę noſtræ carnem veram infirmā, & captus eſt ſecundum dictum Prophetæ: Chriſtus captus eſt in peccatis, noſtris: denique diſciplina pacis noſtræ facta eſt ſuper eum in domo & atrio Pilati Præſidis. Idēque vt aries, qui demonſtratus eſt Abrahæ, hærēs vepribus, coronatus eſt grauibus ſpinis. Tandem cum iniquis reputatus, eductus eſt ad crucifigendum inter duos latrones: Vbi vt impleretur ſcriptura. In ſiti mea potauerūt me aceto: dederūt in eſcam meā fel, datum eſt ei vinum felle mixtum. Vbi & ſcriptura, dinumerauerunt omnia oſſa mea, completa eſt in eius crucifixione. Et

Matth. 26

Lucæ. 22.

Pſal 21.

Trenor. 3.

Eſai. 53.

Ioan. 19

Geneſ. 22

Eſai. 53.

Matth. 26

Pſal. 68.

alia ſcriptura quæ inquit; Diuiſerũt ſibi ve-
ſtimenta mea. Milites quidẽ inter ſe ſe par-
Luc.23. titi ſunt veſtimenta domini Ieſu, & ſuper
tunicam inconſutilem miſerunt ſortem, ſe-
Eſa.53. cundum prophetiam. Et prophetia quę in-
quit pro tranſgreſſoribus orauit: impleta eſt
dum orans dicebat: Pater ignoſce illis. Et
ne vel iota vnum aut apex vnus deficeret;
quin omnia implerentur, ſicut dictum erat:
Pſal.108. Viderunt me & mouerunt capita ſua, fa-
Matt.27. ctus ſum illis opprobriũ: Patres veſtri aſta-
bant crucifixo Ieſu domino noſtro, mouen-
tes capita ſua, & dicentes: Vah. Tandem
Luc.23. obſcuratus eſt ſol, & tenebræ factæ ſunt ſu-
per terram veſtram, & petræ ſciſſæ ſunt, &
velum templi ſciſſum eſt, cum mortuus eſt
ſaluator Iſrael. Et ſepulchrum factum eſt
Eſai.11. glorioſum, dum à cunctis regibus terræ
Matt.28. humiliter & deuotè adoratur. Quod vobis
cuſtodientibus & militibus veſtris, facto
terræmotu, apertum eſt: nõ vt ſaluator exi-
ret: qui iam reſurrexerat; ſed vt à diſcipulis
& ſacris mulierib⁹ ſic vacuũ cerneretur, nõ
Ioan.20. tamen ſine linteaminibus, quibus ſacratiſſi-
mum corpus fuit inuolutum, & in ſingula-
ri loco erat ſudarium, quod fuit ſuper caput
eius. De quo iam diximus, & in fine maio-
Zach.9. ra dicturi ſumus. Tunc quod ſcriptum eſt,
adimpletum eſt. In ſanguine teſtamẽti ſui,
eduxit ſanctos patres, qui erant in lymbo,
Ioan.11. atque congregauit veros filios Iſrael, qui
per vniuerſum mundum ſub idolorum cul-
tura erant, in prædicatione Apoſtolorũ, &
fide gentium. In quo innumeræ ſcripturæ
omnium prophetarum completæ ſunt: qui
de gentium vocatione ſub rege Meſsia pro-
Ioel.3. phetauêre: Iam in hoc mouetur cælum, &
Aggeas.2 terra, & deſideratus cunctis gentibus venit:
Pſal.71. iam dominatur à mari vſque ad mare, & à
Mat.4. flumine Iordanis, vbi baptizatus eſt à Ioã-
ne, ibidemque glorificatus à patre voce ela-
pſa à magnifica gloria: Hic eſt filius meus
dilectus. Iam coram illo Aetyopes proci-
dunt, dum vexillum crucis eius amplexan-
tes & ſalutantes, humiliter crucifixum do-
Malach.1 minum noſtrum adorant. Vbique gentium
Pſal.17. offertur domino oblatio munda orationis
& laudis, & in ſacro ſancto altari. Quid er-
Pſal.17. go deeſt in prophetis, quod ad vnguẽ non
popul⁹ que eſt completum? niſi quod prædictum erat,
nõ cognoui quòd vos Iudæi obcęcandi eratis, & diſper-
ſeruiuit mi gendi per vniuerſum orbem, & tandem in
hi. &c. fine mundi hunc redemptorem adorabitis,
Rom.11.c fidem & crucem eius ſuſcipientes? Hoc vnũ

A deeſt, quia omnia quæ de priori eius aduen-
tu decãtata erant in prophetis, certe imple-
ta ſunt: in quo demonſtratur hunc eſſe Meſ-
ſiam, quem Petrus apoſtolus Chriſtũ con-
fitetur cælitus edoctus. Hoc argumentum
elegantiſsime & luculentiſsimè abſoluit Eu-
ſebius Cæſarienſis per cõtinuos. 10. libros:
quos de demonſtratione euangelica appel-
lauit. Et in principio magiſtrorum Eccle-
ſiæ Tertulianus (quanquam ſciſmaticus fa-
ctus eſt deinde) & multi alij ſcriptores, Iu-
ſtinus, Athanaſius, Cyrillus, &c. Non ergo
dubium, quin Ieſus Bethleemites & Naza-
renus, ex ſemine Abraham, Dauidis filius,
de virgine generatus & natus, vocatus de
Aegypto, baptizatus in Iordane, adoratus
à Magis, & confeſſus à dæmonibus & homi-
nibus, medicus omnium infirmitatum, ſa-
cerdos ſecundum ordinem Melchiſedech:
captus à Iudæis ac vapulatus, ſpinis coro-
natus, felle & aceto potatus, crucifixus, mor-
tuus & ſepultus, victor mortis & inferni, &
tertia die ſuſcitatus: gentium vniuerſi orbis
dominator: hic ſit verus rex Meſsias ab ori-
gine mundi repromiſſus, & maximè ſanctis
patriarchis, Abraham Iſaac, Iacob, & Da-
B uidi, quem hodie in ſpiritu ſancto Petrus
confitetur, Tu es Chriſtus filius Dei viui. In
hoc omnis error Iudæorum fundamentum
habet, quòd non intelligunt ſcripturas ſpi-
ritualiter, ſed carnaliter: neque duos aduen-
tus Chriſti, alterum in humilitate, & alterũ
in gloria: alterum vt iudicaretur ab homini-
bus, alterum vt iudicaret vniuerſum orbẽ:
alterum in paupertate, alterum in poteſtate
magna & maieſtate: quod de ſecundo aduẽ-
tu decantatum eſt, priori tribuentes, regem
Meſsiam in poteſtate regni ſæcularis expe-
ctant, vt dominetur cunctis gẽtibus. Quod
nullo modo priori aduentui conuenire po-
teſt. De quo ad longum Ioannes Dryedo-
nis in de gemino aduentu Chriſti. Tom. 1.
fol. 162. pag. 2. & fol. 163. per totum. Si pla-
cet. vtilis eſt reſolutio eius. Denique cum
templum Iudæorum deſolatum ſit: & per
prophetam dictum ſit domus nouiſsima:
non eſt quòd aliud templum expectent Iu-
dæi. Nouiſsima enim domus eſt, poſt quam
non eſt alia. Mal.3. Et Meſsias rex per aliũ
prophetam promittitur, quod ſtatim ve-
niet ad templum ſuum dominator, quem
vos quæritis: hic eſt Meſsias. Cùm ergo nul-
lum templum futurum ſit Hieroſolymis a-
pud Iudæos, ſequitur Meſsiam veniſſe in il-

Ambro. ſuper. 14. epi. ad Corint. 5. to. 281. De Hieron. aduerſus Eluidiũ. 2. to. fol. 13. & in. Catalogo ſcriptorũ Eccl. docet ad Mõtani dogma delapſum fuiſſe. Lege Eraſmũ in ſcholijs ſuper hunc locum.

Iudæi ũ[illegible] de errat in Ieſu domino noſtro.

Obſeruaeſ ſe Iudæorũ cõmunẽ doctrinã chriſtũ nõ moriturum: quod ex reſponſione turbarũ ad ſentẽtiã ſaluatoris cũ de cruce ſua agebat cõprobatur. Nos audiuimus ex lege, quia Chriſt⁹ manet in æternũ, quomodo tu dicis oportet exaltari filiũ hominis, Io. 12. Familiare dogma hoc erat apud Iudæos neſciẽtes ſcripturas.

lud, quòd poſt mortem domini Ieſu deſtructum eſt. Quod nobilitatum fuit, ac maiori gloria reſplenduit cùm in illo fuit præſentatus puer Ieſus: & Simeon iuſtus decantans dixit: Quia viderunt oculi mei ſalutare tuum. Hæc eſt maior gloria nouiſsimæ illius domus: quàm prioris. Quam ſummè ornauit Salomon. Neque poſsibile eſt argumento, quod ex hebdomadibus Danielis deſumitur, reſpondere Iudæos, cùm in fine illarum ſanctus ſanctorũ vngendus promittitur, per quem conſummaretur iniquitas, & adduceretur iuſtitia ſempiterna. Hic eſt dominus Ieſus Chriſtus: per quem iniquitas terræ deleta eſt, & chirographum, quod erat contrariũ nobis, cruore eius piiſsimo deletum eſt: & iuſtitia ſuæ mortis & obedientiæ ſempiterna venit in mundum.

Luc. 2.
Gloria maior. 2. templi, quam prioris, qualis fuit.
Cap. 9.

Hunc confitetur Petrus dicens: *Tu es Chriſtus filius Dei viui.* Non ſatis mirari poſſum, quomodo Iudæi Meſsiam ſuum domui ſuę & genti ſuæ repromiſſum, expectatum, deſideratum, non cognouerunt verum cæli & terræ Deum, in humana natura hominem factum: ſed purum hominem, quamuis excellenter iuſtum & Deo charum ſunt arbitrati: Cùm mille ſuorum prophetarum ſcripturæ clament ac præconizent Meſsiam Deum cæli & terræ eſſe creatorem & dominum: Imò neque vt peccati generis humani redemptorem & redemptionem: ſed regem magnum potentiſsimũ, qui vel omnem mundi gloriam honores, diuitias, delitias, ad nutum ſuis Iudæis poſsit concedere. Talem expectabant Meſsiam ſuum, Ab hoc ſecundo placet hoc argumentum ordiri.

Meſsias purus homo creditus à Iudæis.

D

Meſsias non expectabatur à Iudæis, ut redemptor peccati.

Quid obſecro eſt, quòd moriens Iacob patriarcha in Aegypto in has voces exhalat animam, vel aliquantulum ante confeſſus eſt ſuæ fidei ſpem certiſsimam: Salutare tuum expectabo domine? Quid ſenex multorum dierum, qui vniuerſis mundi bonis fruebatur, filijs, nepotibus, diuitijs, ouibus & bobus, denique Ioſepho & Beniamin: qui viam vniuerſæ carnis ingrediebatur, & à morte abſorbebatur: quid inquit: ſalutare tuum expectabo? Nunquid in hanc vitam regreſſum ſibi pollicebatur ſub Meſsia, vt bonis carnalibus cum cæteris filijs frueretur? Minimè gentiũ. Sciebat optimè, quòd homo ſpiritus vadens eſt, & non reuertens: niſi in magni iudicij reſurrectione. Quid ergo expectabat, cùm inquit ſalutare tuum expectabo domine? Qui Meſsiam ſalutare

Demõſtratur quòd Meſsias erat futurus redemptor.
Gen. 49.
Iacob cognouit Meſsiã futurum eſſe mundi redẽptorẽ.
Pſal. 77.

C

Dei compellat, infirmitate magnam profitetur, non qualis ab Auicena, vel Hypocrate, vel à Salomone, qui ſapientior cũctis medicis extitit, curari poſsit. Non enim corpus quod mandat filijs aſportare in terram ſibi promiſſam, cùm dominus viſitauerit illos, curandũ erat medicamine materiali. Quid ergo ſalutare Dei moriens expectat? Quem fructum ab illo deſiderat, qui iam moriebatur: Nunquid honores & menſæ regiæ conuiuium, & vini dulcedinem? Imò neque viuens hac ipſa ætate diſcerneret dulcedinem ciborum præ ſenectute. Sicut Dauidi ille dicebat. Aliud ergo eſt quod mortuus, à Meſsia deſiderat & expectat, non hæc. Quod inde elegantiùs demonſtratur, quia certè vir hic iuſtiſsimus erat, & Deo charus, quem ab vtero matris dilexit: & ei ſe reuelauit, ac protector illius fuit? Imò de ſe ipſo dicit, cùm filios Ioſeph benedicebat. Inuocetur ſuper eos nomen meum: nomina quoque patrum meorum Abraham, Iſaac. Cuius nominis inuocatio, quam efficax ſalutis in cunctis periculis veſtris fuerit, omnis ſcriptura veteris teſtamenti demõſtrat.

Salutare Dei.
Iacob ſanctiſsimus vir.
Geneſ. 48

Quid ergo de viro hoc iuſtiſsimo, & Deo ſuo chariſsimo iudicatis? Nunquid moriens ad vitam, & regnum tranſiit? Nunquid ad patriam cæleſtem aſcendit? Minimè gentium: Ipſemet hoc teſtatur. In diebus proximè elapſis, cùm Ioſeph crederetur mortuus, atque à beſtia deuoratus, gemens & lachrymans dicebat. Deſcendam ad filium meum lugens in infernum. Nunquid cum Ioſeph venditus eſt in Aegyptum, nõ erat iuſtus & ſanctus Iacob pater eius? Nũquid & Ioſeph iuſtus non erat? Ecce de illo dicit. Deſcendam ad filium in infernũ. Ergo ibidem eſſet anima Ioſeph, ergo ſi tunc ageret animam Iacob, in infernum deſcendiſſet, non enim in patriam & gaudia regni cæleſtis abiret: ſed lugens deſcendiſſet in infernum. Ergo nunc cum collectis cunctis filijs moritur, in infernum deſcendit. In ſpem ergo redemptionis per Meſsiam, quem ſalutare Dei expectat, exhallat animam Iacob. Opus ergo illi erat redemptore: vt redemptor ergo expectandus erat à vobis Meſsias veſter: ſiquidem ſummi illi patres talem illum profitentur. Quod poſtmodum propheta clariſsimis vocibus decantauit. Tu quoque in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti vinctos tuos, qui erant in lacu, in quo non erat aqua. Obſecro attẽde ô Iſraël. Ad quẽ

NOTA valde.
Cap. 37.
Deſcenſus patrum in infernũ euidenter comprobatur.
Meſsias ut redemptor erat expectandus.
Zach. 9.

rogo

rogo, dirigit propheta has voces? cùm inquit: Tu quoque. Quid & ante hanc eductionem victorum ſuorum egerat ille, cui loquebatur? Vtrunque in oratione dicit propheta. Tu & quoque. Sic legis in propheta Zacharia. Exulta ſatis filia Sion: Iubila filia Hieruſalem: Ecce rex tuus venit tibi, iuſtus & ſaluator: ipſe pauper, & aſcendens ſuper aſinum, & ſuper pullum aſinæ. Vobis loquitur propheta: ad gaudium & lætitiam meritiſsimè inuitat pro ingreſſu regis Meſsię in ciuitatem veſtram. Sicut olim cùm Salomon in mula regis Dauid patris ſui. De quo ſcriptum eſt: Dixit quoque rex Dauid, vocate mihi Sadoch ſacerdotē, & Natham prophetam, & Banaiam filium Ioiadæ. Qui cùm ingreſsi fuiſſent coram rege, dixit ad eos: Tollite vobiſcum ſeruos domini veſtri, & imponite Salomonem filiū meum ſuper mulam meam, & ducite eum in Gihon, & vngat ibi eum Sadoch ſacerdos, & Nathan propheta in regem ſuper Iſrael: & canetis buccina, atque dicetis: Viuat rex Salomon, &c. Et dixit omnis populus, viuat rex Salomon, &c. Non agit propheta ſermonem de mula regis, de apparatu bellico, de buccina & tibijs, quæ inuenta ſunt in rege Salomone, ſed aſinum & pullū filium aſinæ commemorat, & iuſtè cum de rege ſuo ageret ſermonem, quem pauperē profitebatur: cui ſat eſt aſinam & pullū habere, quos aſcendat. Pauper (inquit) aſcendens aſinam & pullum. In aduentu pauperis Meſsiæ iubet propheta gaudere & iubilare Hieruſalem, & filiam Sion, ſublimius multo, quam olim ſub Salomone, de quo clamore & gaudio, dicit ſcriptura. Et inſonuit terra à clamore eorum. Pauper ergo eſt rex veſter, non ſolū, cùm in mundū venit, verū & cùm ciuitatē veſtram ingreditur ſolenniter & in laudibus & iubilis vniuerſæ gentis. Quod in Ieſu domino noſtro completum eſt: qui ingrediens ciuitatē veſtram, iuſſit aſinam & pullum filium eius adduci ſibi a diſcipulis, ſuper quos ſedēs ingreſſus eſt in hymnis & laudibus, & in ramis palmarum & oliuarum, & in Oſanna filio Dauid, ciuitatem veſtram. Vbi quod in pſalmo ſcriptum eſt, completur: Ex ore infantium perfeciſti laudem. Et illud: O domine ſaluum me fac: O domine bene proſperare. Benedictus qui venit in nomine domini. Conſtituite diem ſolennem vſque ad cornu altaris, quod & factum eſt in die palmarū, & ibidem decantat ingredienti Meſſiæ vſque ad cornu altaris, poſt quàm deſcēdit de aſina & pullo. Deus meus es tu, & cōfitebor tibi. Deus meꝰ es tu, & exaltabo te. Quare? Quia factus eſt mihi in ſalutem. Nūquid non mortuus erat Dauid? certè ſic: ſed factus eſt in ſalutem, ſicut & Iacob. Deus ergo & ſaluator in ſanguine ſuo Meſsias redemptor. Ad hunc ergo dirigit ſtatim ſermonem, cùm inquit: Tu quoque, In ſanguine teſtamenti tui emiſiſti vinctos tuos, qui erant in lacu, in quo non eſt aqua. In ſanguine, quem effudiſti pauper, ſed iuſtus. Propter hoc quidem emittere potuiſti vinctos tuos, quia ſanguine & iuſtitia actum à te eſt contra diabolum & peccatum primi hominis: Hoc nimirùm erat vinculum, quod eos detinebat in carcere, & lacu ſine aqua, id eſt, limbo. Qui quamuis vincti erant, tui erant. Quid eſt tuos? Emiſiſti vinctos tuos, inquit propheta. Tui eſſe non poſſunt, ſi purus homo ô rex Meſsia tu es? quomodo tuus Abraham, Iſaac, & Iacob, & Moyſes, & Samuel, & Dauid, qui ante te per millia annorum fuerunt in mundo? Imo tu ô rex Meſsia: illorum es, & poſterior, & filius. Vnde neque Dauidis dominus: cuius contrarium in pſalmo ipſe decantat: Dixit dominus domino meo: ſede à dextris meis. Tui ergo, quia tu illorum Deus, dominus & redemptor. In hoc, ſalutare Dei, te compellat patriarcha Iacob, & te expectat moriēs, vt ſaluator illius ſis in ſanguine tuo, quia iuſtus & ſaluator tu es. De quo manifeſtiſsimè Eſa. proph. inquit: ſi poſuerit pro peccato animā ſuā (nō pro peccato ſuo, qui iuſtus eſt, ſed pro peccato totius mundi) videbit ſemen longæuum. Quod nunc inquit peccatum, paulò antea dixit. Poſuit in eo dominus iniquitatem omnium noſtrùm. Nō ergo in ſanguine teſtamenti emittit populum ſuum rex Meſsias, ſicut olim ſub Moyſe in ſanguine agni, edux it vinctos ſuos, ſed in ſanguine proprio, quod & Iacob, & Eſaias docent. Hic dixit: Si poſuerit pro peccato animam ſuam: hoc eſt, ſi mortem turpiſsimam ſuſtinuerit, & dederit dilectam animam ſuam. Vbi verbum, ponere, & dare, liberam voluntatem in actione demonſtrant, ſicut Eſaias docet: oblatus eſt, quia ipſe voluit: & dominus Ieſus. Poteſtatem habeo ponendi animam meam, & iterum ſumendi eam. Prophetarum veſtrorū ſunt omnes illæ voces. In ſanguine ergo ſuo, quem

Margin notes: *Meſsias demonſtratur redemtor in ſanguine ſuo à Zacharia propheta.* — 3. Reg. 1. — *Salomonis ingreſſus in Hieruſalē diſsimilis ab eo qui de Meſsia deſcribitur.* — Mat. 21. — Pſal. 8. — Pſal. 117. — NOTA valde. — Pſal. 109. — Cap. 53. — Exo. 13. & 14. — *Meſsias voluntariè moriturus demōſtratur. ca. 53.* — Ioan. 10.

quem dedit & animam ſuam dilectam in manus inimicorum, qui contra me dederunt voces, ſicut leo in ſylua: crucifige: crucifige, &c. Emiſit vinctos ſuos de lacu ſine aqua. In ſanguine myſtico & figuratiuo eduxit de Aegypto vinctos ſuos: In ſanguine proprio patres, qui propter Adam erant vincti in lacu ſine aqua. Et Iacob patriarcha, de Iuda filio ſuo, de quo deſcendit Meſsias, de quo Meſsia etiam prophetizat: Non auferetur ſceptrum de Iuda, quod in diebus domini Ieſu adimpletum eſt, antequàm naſceretur in mundo: de illo Iuda dixit: Lauabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine vuæ pallium ſuum. Quod in filio eius Ieſu domino noſtro completum eſt, dum ſanguis aſperſus eſt ſuper corpus ſuum, quod eſt ſtolla & pallium ſuæ diuinitatis. In ſanguine ergo ſuo, iuſtus & ſaluator, ſecundum voces prophetarum emiſit vinctos ſuos, vt Deus & redemptor eorum: ſui ſunt, & ſi patres eius. Hoc ſalutare Dei expectabat Iacob, cùm moriebatur: pauperem, ſed iuſtum: vt redemptorem, vt ſaluatorem: non gloriam temporalem regni temporalis: aut dierum longitudinem, qui iam vitam finiebat. Et certe ſi purus homo, quantumuis ſanctus, & Deo charus eſſet rex Meſsias, & nõ ſimul verus & naturalis Deus eſſet, ex ordinatione diuina, redemptorem agere non potuiſſet. Non enim ſine precij ſolutione, quod magnũ & infinitum erat, cum diuina iuſtitia ſit infinita, voluit Deus redemptionem fieri generis humani. Hoc autem precium, neque purus homo, aut angelus ſupremus factus homo, exoluere potuit. Oportebat ergo quòd ſimul ſit Deus & homo, mediator & redemptor generis humani. Quod mille locis voces prophetarum ſonant. In primis nobiliſsimus propheta Eſaias, cùm fœlicisſima tẽpora aduentus Meſsiæ deſcriberet, & digito demonſtraret, in quibus ſignis illũ agnoſcerent, inter alia ſic locutus eſt. Ante omnia deſcribens gentiũ fidem & deuotionẽ dicit: Lætabitur deſerta & inuia, & florebit ſolitudo, & florebit quaſi lilium, &c. Confortans autem debiles & imbecilles, tàm quàm qui non poterant de manu & ſeruitute peccati ſe ſe liberare inquit: Confortate manus diſſolutas: & genua debilia roborate, dicite: Puſilanimes confortamini, & nolite timere. Quare? cùm ſit diabolus princeps huius mundi? Ecce Deus veſter vltionem adducet retributionis. Bonum iucundiſsimumque nuntium. Sed quomodo ſciemus, quod verè ſaluare nos poterit hic, quẽ Deum dicis? Multa enim ſignificat nomen, Deus, & iudicem, & principem, & ſacerdotem, &c. Attendite: quem prædico venturum, nullus horum eſt. Imo Deus ipſe veniet, & ſaluabit nos. Deus ipſe. De quo iam diximus. Aduentumque eius agnoſcetis in multis argumentis & ſignis. Tunc aperientur oculi cęcorum, & aures ſurdorum patebunt. Tunc ſaliet ſicut ceruus claudus: & aperta erit lingua mutorũ. Quæ omnia per Ieſum dominum noſtrũ dudum facta ſunt. Deus ergo eſt ipſe, qui venit & ſaluauit nos, non purus homo, quantumuis ſanctus. Ac propterea ſigna ad eius cognitionem dedit, quia non manifeſtus venit in gloria regni ſui, ſed ſub carne noſtra mortali & paſsibili, de quo ſtatim dixit. Hæc dicit dominus, Labor Aegypti, & negotiatio Aethiopię: & Sabaim viri ſublimes, ad te tranſibunt, & tui erunt (ad Meſsiam agit ſermonem) poſt te ambulabunt, vincti manicis pergent, & te adorabunt, teque deprecabuntur. Tantũ in te eſt Deus, & non eſt abſque te Deus. Vere tu es Deus abſconditus, Deus Iſrael, ſaluator. Miror etiam quoſdam ex noſtris dicere, non eſſe ſcripturam, per quam demonſtrare poſsimus Iudæis Meſsiam verũ eſſe Deum. Cùm tam apertè Eſaias hanc veritatem demonſtrauerit in præſenti loco, cum tanto verborum pondere, ac replicatione nominis, Deus. Illud maximè nota. Quod dicit. Et non eſt abſque te Deus. Quod ſi de vero Deo non ageret ſermonem, falſa eſſet propoſitio & erroris plena. Si Meſsias purus homo, & propter excellentiam ſanctitatis & officij Deus diceretur, & non quia naturalis Deus, falſum & hæreticum eſſet dicere illi. Abſque te non eſt Deus. Cùm verò Deus verus & naturalis ſit: non eſt certè abſque illo Deus alius. Pater namque non eſt alius Deus, alius in perſona eſt: alius Deus nõ eſt. Pater & filius vnum ſunt: propter quod & vnus Deus. Apertiſsimè etiam Baruch propheta hanc veritatem cõfirmat. De quo propheta in ſuperioribus cœpimus dicere. De domino & Deo vero, agens ſermonem, inquit: O Iſrael, quàm magna eſt domus domini, & ingens locus poſſeſsionis eius. Magnus eſt, & non habet finem (verbum hoc de rege aut de ſacerdote ſummo aut de iudice dici non poteſt) non de Dauide aut Salomone, non de Aaron, neque de Sa-

Sanguis agni in Aegypto.

Meſsias ſi purus homo eſſet nõ ageret redemptionẽ

Meſsias uer^9 Deus demõſtratur ex utere teſtamento.

Cap. 35.

Gentes ad fidem preordinatæ à Deo.

Deus multa ſignificat.

Cap. 45.

NOTA *ualde.*

2. arg. pro diuinitate Meſsiæ ex eodẽ Eſaia.

Capit. 3. Meſsiæ diuinitas.

Geneſ. Atha. contra Arria. ſermon. 4. folio. 232. Theod. q. 88. in Geneſim. Euſeb. Ceſ. lib. 1. hiſt. Eccle. c. 2. & 3. & li. 7. de demõſtratione Euãgelica capit. 5. Hieron. ſup. 8. c. Eſai fol. 231. 232. et clarius. 233. Damaſ. 4. lib. orth. fidei. ca. 17. Irenæ. lib. 4. aduerſus hæreſes. cap. 11.

Samuele, qui omnes, & ſi magni, finem habuerunt, & alij loco eorum ſurrexerũt. Sed neque ſequentia verba vlli eorum conuenire poſſunt: ſed Deo cæli & domino viuiuerſorum. De quo manifeſtiſsimè inquit: Poſt hæc in terris viſus eſt, & cũ hominibus conuerſatus eſt. At dices. Viſus eſt aliquando in terris, ſicut de Abraham & Iacob ſcriptura enarrat, & ſacri magiſtri Eccleſiæ exponunt: Verum hoc eſt: ſed cum nullo eorum conuerſatus eſt aliquando Deus cæli, qui eis apparuit. Ille ergo qui dedit ſcientiam Iacob puero ſuo, & Iſrael dilecto ſuo: apud quem dignitas excellentiæ magiſterij reſidet, neque angelis communicatur: ille in terris viſus eſt. De quo Ioannes Baptiſta: Ioan. 1. Medius autem veſtrum ſtetit, quẽ vos neſcitis. Iam apertiſsimè, ſicut Eſaias, demonſtrat Baruch, de quo agat ſermonem, dicens: Hic eſt Deus noſter, & non æſtimabitur alius aduerſus eum. Meſsias ergo in lege, & prophetis, & patriarchis promiſſus verus, & naturalis Deus eſt ſecundùm ſcripturas: quod ipſe ſufficienter oſtendit apud Iudæos: quibus inexpugnabilia ſigna ſuę diuinitatis conceſsit: & agnoſcere potuerunt illius diuinitatem. Præparatus fuit primus eius aduentus in paupertate, & in ſanguine: quem Petrus Apoſtolus confitetur in Spiritu ſancto dicens: Tu es Chriſtus filius Dei viui. Egreſsi ſumus metam commentariorum: ſed gloriæ Chriſti deſeruientibus cõcedendum eſt, & venia. De argumentis pro diuinitate domini Ieſu ſuper verbum illud: Chriſtus, in exordio egimus. *Reſpondens autẽ Ieſus, dixit ei: Beatus es Simon Barjona: quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed pater meus qui in cælis eſt. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam.*

Chriſtus apertè dixit Deum eſſe ſuum patrem.

Hæc omnia ex beato Matthæo delumpſimus: Quæ ad longum prout dominus conceſſerit, ſunt exponenda. In primis obſer. quomodo ſaluator patrem ſuum omnipotentem in hac reſponſione confeſſus eſt: neque patrem habere ſe ſuper terràm, qui eſſet homo mortalis ex carne & ſanguine conſtans. Qui enim dixit, caro & ſanguis non reuelauit tibi, ex quibus vniuerſi homines cõſtant, & ex aduerſo dixit, ſed pater meus, ſequitur hunc patrem aliud eſſe quàm hominem. Præter hoc quod manifeſtè dixit, qui in cælis eſt, vbi tunc Abrahã, aut Iſaac, aut Iacob, aut Dauid non erant, quos ha-

A buit patres, ſecundùm carnem. Eſt ergo domini Ieſu pater, Deus æternus, omnipotens & ſanctus. Inquit ergo ad Petrum. *Beatus es Simon Barjona, quia caro & ſanguis non reuelauit tibi.* Secundò obſerua, quòd etiam ſi beatificatur Petrus in hac reuelatione cælitus ſibi facta, & à patre immediatè, ſicut infra dicendũ eſt, non tamen eò vſque aſcẽdit in luce hac reuelationis, vt diuinitatem Chriſti cerneret, ſicuti eſt: quòd nulli mortalium in carne conſtituto aliquando contigit: ſicut per integram homiliam demõſtrauimus ſuper pſal. 50. Quod de beato Petro diximus, manifeſtè docet Auguſtinus. Petrus tam paruulum ſe adhuc oſtendebat, vt timeret amittere morientem, quem filium Dei viui, hoc eſt vitæ fontem, fuerat paulò ante cõfeſſus. Facta eſt ergo Petro de Chriſto reuelatio, non per ſpeciem, ſiue diuinitatis, ſiue clariſsimæ viſionis diuinitatis Chriſti, ſicuti eſt, qui meritò beatificatur, cũ ſuper eum lux cæleſtis refulſerit, & vbiq; fideliſsimus prædicatur, & maximè ab hac die ſtabilis in fide inuentus ſit. De quo in-

Hom. 15. Auguſt. epiſt. 112. Cap. 12.

B fra. Et in hoc etiam beatus ſecundùm ſcripturas iure dicitur. Beatitudo nanque noſtra in hac vita fides eſt, quæ per dilectionẽ operatur. De quo Chriſtus in Euangel. Qui credit in me, habet vitam æternam. Non dixit, habebit: ſed habet: vt clarè oſtẽderet fidem dici vitam æternam: eò quòd via quædam eſt rectiſsima ad vitam æternam conſequendam. Hæc expoſitio eſt beati Cyrilli non vno loco tantum, ſed ſuper Ioannis 3. cap. & de fide ad piètiſsimas reginas. Ante illum Origenes ſic expoſuit. Verba Cyrilli ſunt hęc Radicem atque originem vitę æternæ, fidem, & veræ pietatis virtutẽ eſſe affirmat, veram autem pietatem illam aſſerimus, cui alieni, falſique cultoris crimẽ inuri non poteſt. Vnde miror quomodo multi recentiores Theologi mordicus locũ Ioannis. 17. cap. de fœlicitate beatitudinis in cęlis interpretentur ad confirmandum opinionem ſuam, de primatu beatitudinis, in quo conſiſtat. Cùm nihil minus ex loco allegato comprobari poſsit, quàm clarã Dei viſionem eſſe fœliciorem ſanctorum partem in patria, cùm certè de fide locus ſit interpretandus. Neque enim quorumlibet diſputationes, quamuis catholicorum & laudatorum hominum, velut ſcripturas canonicas habere debemus: vt nobis non liceat, ſalua honorificentia, quæ illis debetur homini-

Ioan. 3. Fides quomodo vita æterna.

Cyrillus.

Orig. lib. 2. epiſt. ad Roman. Cyr. ſuper 17. ca. Io.

Auguſtin. epiſt. 3. Doctorũ dicta quali ueneratione digna.

minibus, aliquid in eorum ſcriptis improbare atque reſpuere: ſi fortè in uenerimus, quod aliter ſenſerint, quam veritas habet, diuino adiutorio, vel ab aliis intellecta, vel à nobis. Fidem ergo diuinitatis Chriſti, & myſterij incarnationis eius habuit Petrus: propter quod à Chriſto beatificatur. *Beatus es Simon Barjona.* Filius Ioana. Bar, idem eſt, quod filius. Iona ponitur per diminutionē ſubſtracta ſyllaba media: pro Ioana. Vnde compoſitum eſt ex integro & corrupto. Significat ergo Simon Ioannis, ſicut apud Ioannem legimus: Simon Ioannis diligis me? Beatus es ergo tu ô Simon, quia in diſcipulum altiſsimi, qui reuelat myſteria, aſſumptus es: futurus poſtmodum magiſter orbis & eccleſiarum. Et certè nullo modo beatus eſſet Petrus, ſi deceptus eſſet in hac confeſſione. Stultum eſt enim valde, falſa opinione aliquem iudicare, & prædicare beatum. Imò impoſsibile eſt non agnouiſſe veritatem ſacratiſsimum Petrum: cùm pater cæleſtis illuminator mentis illius fuerit. Deus enim veritatem diligit, & incerta & occulta ſapientiæ ſuæ reuelat & manifeſtat: Vnde cùm ſit prima veritas, nec falli, nec fallere poteſt: quod ſumma ingenuitas ſuæ naturæ eſt. Tertiò confirmatur veritas reuelationis factæ Petro, quia longè ab ea abeſt caro & ſanguis, id eſt, homo, qui ore pleno ab ſcriptura deprædicatur mendax. Ego dixi omnis homo mendax: Vnde tibi credendū, ſi homo omnis mēdax eſt? In exceſſu meo dixi ſentētiam illā: propter quod credendū eſt mihi. Beatus igitur es ô Simon Petre, qui hunc locum & gratiam coram domino inueniſti: vt Dei filium ſub forma ſeruis & in habitu humanæ carnis agnoſceres: & tranſcendens aêrem, cælos, & cunctas angelorum acies, ipſum in ſinu Dei patris inueniſti quieſcentem, & in terris fideli ore & lingua Chriſtum eſſe confiteris. *Tu es Chriſtus.* Præter hoc quod magnificatus eſt beatus Petrus à patre in reuelando illi filium ſuum in excellentiſsimum gradum reuelationis aſcendens: primatum etiam ampliſsimum inuenit inter omnes apoſtolos: vnde ſpecialiter & ſingulariter regni cælorum claues repromittuntur ei à Chriſto. Ab ore enim eius vniuerſa per orbem eccleſia confeſsionem Chriſti accepit: & reuelationi ſibi factæ innixa, firmiter & conſtanter Ieſum eſſe

Barjona.

Cap. 21.

Pſal. 50.

Pſal. 115.

Lege col. ſeq. 4. D.

C Chriſtum Dei filium, vbique gentium, & terrarum in iubilo, & inenarrabili exultatione confitetur etiam coram tyranis furibundis. Beatus es ô Simon Petre. A te & per te eſt fides noſtra. A te magiſtro, eccleſiarum patre, qui immenſum laborem ſuſtinuiſti in prædicanda fide ſaluatoris. A te eſt fides noſtra, qui à patre accepiſti Ieſum filium eius eſſe, & ducem patribus repromiſſum, & mundi ſaluatorem. A Deo patre accepiſti ſummi arcani, ſacramentique abditiſsimi reſeratiomem. Nihil quidem ſic occultum & incertum illis temporibus, quàm Ieſum eſſe Chriſtum. Alij, qui caro & ſanguis erant, dicebant eſſe Ioannem Baptiſtam: alij Eliam, alij Hieremiam: & denique alij rudiores vnum ex prophetis. Tu verò qui à patre didiciſti immediatè, ſine angelorum miniſterio, quod familiare fuit prophetis: Tu es Chriſtus filius Dei, inquis. Obſerua quod Leo Papa huius nominis nonus de hac reuelatione inquit. Non ergo perpendis, quanta impudentia dicatur pater qui in cælis eſt (aduerſus Michaëlem Epiſcopum & Leonem, agebat de primatu ſedis beati Petri) abſcondiſſe à principe apoſtolorum Petro, cul-

D tum ſiue ritum viſibilis ſacrificij, per diſpenſationē vnigeniti ſui, cui per ſe ipſum pleniſsimè reuelare dignatus eſt illud ineffabile arcanum inuiſibilis diuinitatis filij ſui? Immediatè ergo à Deo patre accepiſti veridicam confeſsionem, Tu es Chriſtus. Diues factus es ô Petre ſupra modum & omnem menſuram: per cuius fidem vniuerſus orbis certatim à cultura dæmoniorum in fidem, & pietatem veri & vnius Dei tranſeunt. Et quicunque à parentibus, traditæ ſibi morbidæ ſuperſtitionis vinculis tenebantur, per doctrinam tuam ſimul, & per miracula, quæ fieri, vel ab vmbra tua videbant, recepta veri Dei notitia, tanquàm à tyrannicis dominis liberati, ad vnum verum Deum, & filium eius Ieſum, vetuſti pœnitentes erroris fideli confeſsione venerunt. Et abiectis calce immundis idolis, ſuperba Roma ſub crucifixi Domini noſtri imperio collum ſubmiſit. In fide confeſſionis tuæ, ô Petre, montes & deſerta mundi colunt Sacri Eremitæ, ſolummodo recogitantes, quòd propter nos & propter noſtrā ſalutem Deus factus eſt homo, & mortem

crucis

Confeſsio Petri ſummè cōmendanda.

Cap. 6. & integra pax incipit.

Petrus immediatè accepit reuelationem.

De hac reuelatione verbū unū dixit Ambro. ſupra fol. 164. col. 2. A.

Confeſsio Petri.

crucis ſuſtinuit. Pro gloria huius confeſſionis martyres inclyti coram carnificibus tyrannorum non reformidant, vel ipſam mortem: diuinitatis & ſacræ diſpoſitionis facti confeſſores inuicti. Hæc confeſsio tua Petre expoliauit Aegyptios, ditauit Hebræos: ac mare ſicco veſtigio tranſeunt veri Iſraelitæ. Hæc confeſsio cruciat diabolum, & ignibus voracibus inuoluit: ſuperbas manus ligat: & abyſſo inferni dante cōtra Petri confeſsionem, vocem horribilē, & manus potentiæ leuantibus principibus,: confeſsio immobilis perſeuerat. Hæc confeſsio cæli ruinas reparat, filios Dei, qui erant diſperſi per mundum in vnius Dei fide congregat. Quàm precioſum perinde os tuum ô Petre, quàm ſacrū cor tuum, quod cæleſti lumine clarificatum eſt, & fidelem emiſit per auram confeſsionem: in cuius ardorem currunt vndique gētes, & cōfluunt, vt inundantes aquæ. Meritò ergo beatus diceris ab eo, qui beatitudinem præparauit, & affluenter conceſsit. Cognouit vniuerſus Iſrael quondam à Dan vſque Berſabeæ, Samuelem prophetam fidelē eſſe domini. Comprobauitque vetus illa ſynagoga factum fuiſſe verbum domini, Eſaiæ, & Hieremiæ, &c. Vnde ſummum gradū obtinuerunt verba eorum. Confeſsio tua Petre ore Chriſti confirmata eſt. pater meus, qui in cælis eſt, reuelauit tibi. Digniſsimus ergo fide beatus Petrus, quem ſcimus à patre didiciſſe fidelem confeſsionem. Cui dominus. *Ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiā meā.* Ego dico tibi, hoc eſt, ſicut meus pater tibi manifeſtauit meam diuinitatem, ita & ego tibi notā facio excellentiam tuam, quia tu es Petrus, id eſt, cùm ego ſim inuiolabilis petra, ego lapis angularis, qui facio vtraque vnū, ego fundamentum, præter quod nemo poteſt aliud ponere: tamē tu quoque petra es, quia in ea virtute ſolidaris: vt quæ mihi poteſtate ſunt propria, ſint tibi mecum participatione communia. Sic ſanctus Leo Papa: Variæ ſunt magiſtrorum interpretationes circa expoſitionem prioris partis huius ſententiæ. Grauiſsimi ſunt doctores, qui Petro Apoſtolo tantam deferunt dignitatē, quòd ſit ipſe fundamentum eccleſiæ, atque ſupra ipſum ſit fundata. Hanc ſententiam tenet Theophilatus, Hieronymus, Hilarius, Leo tertius, Auguſtinus, Gregorius, & ante omnes Tertullianus. Et Clemens Rom. 1. Epi-

Abac. 3.

Ioan. 11.

Confeſsio Petri quā canonica.

1. Reg. 3.

Ephe. 2.

1. Cor. 3.

Leo Papa. ſerm. in anniuerſario ſuo.

De Petro variæ ſententiæ.

A ſtola ad Iacobum. Orig. li. 5. in epiſtola ad Romanos. Baſilius aduerſus Eunomiū. Hilarius canone in Matt. 16. Iſti omnes patres apertiſsimè aſſerunt Petrum eſſe fundamentum eccleſiæ, atque adeò ſupra eum fuiſſe à Chriſto fundatam. Ex quo magnū argumentum deducunt alij magiſtri ad cōprobandum primatum Petri aduerſus Græcos & Armenios, denique noſtris temporibus aduerſus Lutherum. Ac ſi aliunde non poſſemus hunc hæreticum cum Neſtorio & Dioſcoro, & Euthyce conuincere. De qua re (cum bona venia) ſtatim dicendum eſt: etiam ſi terminos commentariorū tranſeamus. Sed ſi alicubi faciendum erat, propter Chriſtum, & Petrum, & primatū eius facere expedit. Semper ego credidi hanc ſcripturam Matthæi de Chriſto principaliter debere interpretari, & omnes ſanctorū ſententias de Petro ſecundario, & minùs principaliter. Vnde cùm Chriſtus dicit: Super hanc petram ædificabo eccleſiam meā, de petra quæ Chriſtus ipſe eſt, debet præſens locus interpretari. Et ſic illum intelligit gloſſa interlinealis. Super hanc petram, id eſt, Chriſtum, quem credis. Et Auguſti-
B nus in de verbis domini in monte, & tractatu in Ioannem. 124. & primò retractationum. Et Paulus apoſtolus inquit: Fundamentum aliud nemo poteſt ponere præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus. Schiſma quod erat inter Corinthios, cupiens extinguere, ad Chriſtum eos reuocat, & ad fidem eius: quam ipſe, vt ſapiens architectus pro fundamento firmiſsimo propoſuit, in ſua ad illos prędicatione. Hoc autem eſt Chriſtus Ieſus. Non Apollo, non Paulus: qui miniſtri erant, per quos crediderūt. Chriſtus autem pro omnibus mortuus eſt. Super quod beatus Athanaſius: Neceſſariū eſt fundamentum tale eſſe, qualia ea quæ ſuper inædificabantur, vt congruant inter ſe. Verbum igitur quatenus verbum eſt, non habet aliquos, qui ſecum congruant: vnigenitum enim eſt: cæterùm quatenus homo factus eſt, ſimiles ſibi & congruentes habet: vtpotè cum quibus etiam ſimilem carnem induerit. Quo circa quantum ad humanitatem etiam fundatur, vt & nos ſuper eum, veluti precioſi lapides inædificemur, efficiamurque templum inhabitantis in nobis ſpiritus ſancti. Chriſtus ergo & fides eius eſt eccleſiæ fundamentum. Quòd à propheta de loco prædictū fuerat. Ecce ego mittam in funa-

Cap. 16.

Chriſtus fundamentū eccleſiæ.

Aug. ſer. 13. ca. 21.

1. cap. 3.

Athanaſ. ſermone. 3 cōtra Arianos.

Eſai. 28.

in fundamentis Sion lapidem,lapidē proba
tum, angularem precioſum in fundamento
fundatum. Sion eccleſia eſt:cuius fundamē
ta ſunt apoſtoli,& maximè Petrus,ſicut prę
Pſal.86 dixerat Dauid:Fundamenta eius in monti-
bus ſanctis. Et Ioannes Euangeliſta: Cùm
Apocaly. verò de fundamento primo & digniori agit
21. ſcriptura, ſuper quo cæteri lapides fundan-
tur,qui fundamenta ſunt eccleſiæ , tunc in
ſingulari loquitur.Ecce ego mittam lapidē,
&c. In fundamento fundatum. Quid hoc
eſt? Super quem Chriſtus fundatur? Sacra
eius humanitas eſt, quæ fundatur,ſuper di-
uinam perſonam verbi fundatur & perſo-
natur,& ſuppoſitatur in illa,de quo extat ap
poſitiſsimum exemplum beati Athanaſij,
vbi ſupra. Obſerua diligenter ſecundum lo
Eph.2. cum beati Pauli. Propoſuit antecedēs hoc,
per ipſum,id eſt,Chriſtum,habemus acceſ-
ſum ambo in vno ſpiritu ad patrem.Ex quo
intulit concluſionem: Ergo iam non eſtis
hoſpites & aduenæ: ſed ciues ſanctorum &
domeſtici Dei.Et rationem reddēs inquit:
Superædificati ſupra fundamentum Apo-
ſtolorum & prophetarum. Dubia eſt ſentē
tia. Aut docere intendit, quòd Epheſij, &
omnes nos,qui Deo credidimus,ſuperædifi
cati ſumus ſupra fundamentum Apoſtolo-
rum & prophetarum,in hunc ſenſum,quòd
apoſtoli ſunt nobis, & noſtræ fidei funda-
mentum, & prophetæ ſimiliter: aut quod
ſumus fundati ſuper illud fundamentum,ſu
Eph. 2. per quod apoſtoli & prophetæ ſunt funda-
ti: propter quod non ſumus hoſpites & ad-
uenæ: quia ſuper vnum & idem fundamen
tum omnes ſumus fundati, & prophetæ &
apoſtoli & nos: vnuſquiſque tamen in ſuo
ordine. Hoc ſecundum habet apoſtolicus
ſenſus:atque eorum & noſtrorum omnium
Chriſtus fundamentum eſt. Non Cephas,
Paulus,aut Apollo,aut Ioannes,&c.qui mi
1.Co.4. niſtri ſunt,per quos credimus, & legati, in
2.Co.5. quorum linguis poſuit dominus verbum
NOTA. reconciliationis:non opus eiuſdem:ille ſu-
per quem poſuit opus redemptionis cæle-
ſtis pater,eſt fundamentum. Hic eſt Chri-
2.Cor.5. ſtus. Erat Deus in Chriſto,mundum ſibi re
concilians:& poſuit in nobis verbum recō-
Leo Papa ciliationis.Hanc ſententiam cōfirmat Leo
9.c.6.to.3 Papa huius nominis nonus aduerſus præ-
fol.579. ſumptiones Michaëlis Archiepiſcopi, &
pro prima Leonis. Taliter ſancta eccleſia ſuper petrā,
tu Petri di id eſt,Chriſtum, & ſuper Petrum,vel Ce-
ſputans. pham filium Ioannis, qui priùs Simon di-

C cebatur,ædificata, quia inferi portis,diſpu-
tationibus ſcilicet hæreticorum, quæ va-
nos ad interitum introducunt, nullatenus
foret ſuperanda:ſic pollicetur ipſa veritas,
per quam ſunt vera quęcunque ſunt vera.
Et portæ inferi non præualebunt aduerſus
eam. Vides quomodo docuit Leo Papa,
qualiter in re hac ſit docendum,& loquen-
dum,& quomodo interpretanda ſunt dicta
ſanctorum? Super Chriſtum primò : ſuper
Petrum ſecūdo fundata eſt eccleſia. Vnde
Petrus à petra dicitur , non petra à Petro.
Ab alio ergo habet nomen Petrus, non il-
lud à Petro.Illud ergo,à quo Petrus habet
nomen,eſt fundamentum. Petrus à petra, Alij codi-
quæ Chriſtus eſt, dicitur. Vnde ipſe Leo ces aliter
Papa,poſt illa verba, quæ ſuperius diximus legunt.
mus,inquit:Et cur non per angelum,neque
per prophetam,ſed proprio ore ipſe domi-
nus angelorum & prophetarum in ſequen-
tibus,ſic repromittit:Et ego dico tibi, quia
tu es Petrus,&c. Illius capiti vos ſubtrahe-
re ſatagitis Chriſtum Ieſum , præter quem
nemo poteſt vniuerſali eccleſiæ aliud po- Petrus cru
nere fundamentum? Quod vtique deuotiſsi cifixus ver
mus ille Petrus, non ſolùm viuens,ſed etiā ſo capite,
moriens demonſtrauit, quando nimia hu- quid ſigni-
D militate , & congrua ſignificatione ſe cru- ficet.
cifigi deorſum verſo capite petiuit : profe-
cto diuina inſpiratione præfigurans ſe ſe eſ
ſe primum & quadrum lapidem fundamen NOTA
to,quod Chriſtus eſt,compaginatum,cohę valde.
rentem,ac connexum:qui vtpote ſuperpo-
ſitus angulari lapidi totum pondus eccleſia-
ſticæ fabricæ incorruptibili ſoliditate ſuf-
ferret,ac proprij capitis ſuppoſitione om-
nia membra corporis Chriſti per aptas &
naturales iuncturas vſque ad conſumma-
tionem ſæculi,quaſi vſque ad pedes creſcen
tia inflexibili collo ad cælos ſuſtolleret. Et Hiero.ſup
beatus Hieronymus exponens locum ſu- 28.c. Eſai
pra allegatum Eſaię,aliam literam Danielis Cap.2.
coniungit de lapide abſciſſo de monte ſine
manibus,& inquit: De hoc lapide & in Da
niele legimus , quòd exciſſus ſit de monte
ſine manibus, & impleuerit vniuerſum or-
bem: eò quod diuini germinis diſpenſatio
humanum corpus aſſumpſit , & habitauit Ad Col.2.
in eo plenitudo diuinitatis corporaliter: ſu
per hunc lapidē, qui alio nomine appella-
tur petra (nota) Chriſtus ædificauit eccle-
ſiam , & firmo iuxta Hebraicum fundauit
fundamine. Primatus ergo Petri nō oſten-
ditur in hoc quod ſit fundamentum primū
eccle-

Eccleſiæ: ſed aliunde ex millibus, in quibus relucet dignitas eius ſupra cunctos apoſtolos, ſuprà comprobatũ eſt ſępè numero. Quod copioſiſsimè & eleganter comprobat Leo Papa, vbi ſuprà, contra Michaelẽ Archiepiſcopum: In primis deſumens argumentum ex illis, quæ à religioſiſsimo & claro principe Conſtantino acta ſunt cum Syluestro Papa in honorem beatiſsimi Petri Apoſtoli: ac ſecundo ex multis teſtimonijs ſacrorum Euangeliorum & Epiſtolarum Apoſtolicarum. Placuit tamen quæ à Conſtantino acta ſunt eiſdem ſyllabis, quibus ſcribit ea Leo Papa inſerere præſenti loco in gratiam lectoris: quæ ſic ſe habent. Sed ne fortè adhuc de terrena ipſius dominatione aliquis vobis dubietatis ſuperſit ſcrupulus, neue leuiter ſuſpicemini ineptis & anilibus fabulis ſanctam Romanam ſedem velle ſibi inconcuſſum honorẽ vendicare & defenſare aliquatenus, pauca ex priuilegio eiuſdem Conſtantini manu cum cruce aurea ſupercæleſtis clauigeri venerabile corpus poſito ad medium proferemus. Quibus fundetur veritas, & cõfundatur vanitas: vt omnia membra catholicæ matris cognoſcãt nos illius Petri diſciplinæ eſſe, qui ſic in epiſtola ſua ait de ſe: Nõ enim indoctas fabulas ſequuti, notam vobis fecimus domini noſtri Ieſu Chriſti virtutẽ, ſed ſpeculatores facti illius magnitudinis, & nos vobis inculcare, non tam relatu quolibet, quam ipſo viſu & facto comperta, vel admoniti recognoſcite: quia idem glorioſus princeps in iam dicto priuilegio, poſt Chriſtianæ fidei claram, perfectamq; confeſsionem atq; baptiſmatis ſui enucleatam commendationẽ, ſpecialẽ S. Romanæ eccleſię dignitatẽ ſic promulgauit dicẽs: Vtile iudicauimus vnà cũ omnibus noſtris ſatrapis, & vniuerſo ſenatu, optimatibus etiã & cũcto populo Romanę glorię imperio ſubiacẽte, vt ſicut B. Petrus in terris Vicarius filij Dei eſſe videtur cõſtitutus: ita etiã & Põtifices ipſius principis apoſtolorũ vice principat⁹ poteſtatẽ, amplius quã terrenæ imperialis noſtræ ſerenitatis mãſuetudo habere videtur, cõceſſam à nobis, noſtroq; imperio obtineãt, eligẽtes nobis ipſum principẽ apoſtolorũ, vel eius vicarios firmos apud Deũ eſſe patronos. Et ſicut nr̃a eſt terrena imperialis potẽtia, ita ei⁹ ſacroſanctã Rom. Eccleſiã decreuimus venerãter honorare, & amplius quã noſtrũ imperiũ, terrenũq; thronũ

Tom. 3. Conci. fol. 582. uſque 589.

2. Petri. 1.

NOTA. Promulgauit dicti.

Nota quod magnus Cõſtantinus ſine præiudicio ſummo rũ PP. Vi

A ſedẽ ſacratiſsimã B. Petri glorioſè exaltare, tribuentes ei poteſtatẽ & gloriæ dignitatem atq; vigorẽ, & honorificentiã imperialẽ, atq; decernẽtes ſancimus, vt principatum teneat tã ſuper quatuor ſedes Alexandrinã, Antiochenã, Hieroſolomytanã, ac Cõſtantinopolitanã, quãq; etiã ſuper omnes vniuerſo orbe terrarũ Dei eccleſias, & põtifex, qui pro tempore ipſius ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ extiterit celſior & princeps cunctis ſacerdotibus totius mũdi exiſtat, & eius iudicio, quæq; ad cultũ Dei vel fidei Chriſtianorũ ſtabilitatẽ procuranda fuerint, diſponantur. Iuſtum quippe eſt, vt ibi lex ſancta caput teneat principatus, vbi ſanctarum legum inſtitutor, ſaluator noſter B. Petrum Apoſtolum obtinere præcepit cathedram, vbi & crucis patibulum ſuſtinẽs beatæ mortis ſumpſit poculum, ſuique magiſtri, & domini imitator apparuit. Et ibi gentes pro Chriſti nominis confeſsione colla flectant, vbi eorum doctor beatus Paulus Apoſtolus pro Chriſto extenſo collo martyrio eſt coronatus. Et illic uſque in finem quærant doctorem, vbi ſanctorum docto- B rum quieſcunt corpora, & ibi proni ac humo proſtrati, cæleſtis regis Dei & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti famulentur officio, vbi ſuperbi terreni regis ſeruiebant imperio. Et ſuccinctè cõmemorato ſuo ſtudio & deuotione in cõſtruẽdis aliquot ſanctorũ Baſilicis, & imperialiũ donationũ magnificẽtia abundãter ditatis ait: Cõcedimus ipſis Sanctis Apoſt. dñis meis beatiſsimis Petro & Paulo, & per hos etiã B. Syluestrõ patri noſtro ſummo Põtifici, & vniuerſali vrbis Romæ Papæ, & omnibus eius ſucceſſoribus Potiſicibus, qui vſq; in finẽ mundi in ſede B. Petri erunt ſeſſuri, atq; de præſenti contradimus palatium imperij noſtri Lateranenſe: quod omnibus in toto orbe terrarum præfertur, atq; præcellit palatijs. Deinde Diadema, videlicet coronã capitis noſtri, ſimulq; phrygiũ, ideſt, mitrã, necnõ & ſuperhumerale, videlicet lorũ quod imperiale circũdare aſſolet collũ: verũ etiã & chlamidẽ purpureã, atq; tunicã coccineã, & omnia imperialia indumẽta, ſed & dignitatẽ imperialiũ præſidentiũ equitũ, cõferẽtes etiã ei imperialia ſceptra, ſimulq; cuncta ſigna atq; baoda, etiam & diuerſa ornamenta imperialia, & omnem proceſsionẽ imperialis culminis, & gloriã poteſtatis noſtræ. Viros etiam reuerẽdiſsimos clericos diuerſi

carios apoſtoli Petri cos cõpellat. Neque ſenſit, aut excogitauit inferioris iuriſdictiõis eſſe: ſed cũ dicit uicarios, ſucceſſores intelligit. Lege ſextũ Decretaliũ lib. 1. de cõſtitutionibus. Tit. 1. & inter nomina quæ Romæ. Ponti. habet, nullibi inuenies quod appelletur uicarius Petri, in gloſſa. Additio

AA ordinis

ordinis, eidem ſacroſanctæ Romanæ Ecclesiæ ſeruientes; illud culmen ſingularis potẽtiæ & præexcellẽtiæ habere ſancimus. Cuius ampliſsimus noſter ſenatus videtur gloria adornari, id eſt, patritios atque conſules effici, nec non & cæteris dignitatibus imperialibus, eos promulgamus decorari. Et ſicut imperialis extat decorata militia, ita & clerum ſanctæ Romanæ eccleſiæ ornari decernimus. Et quemadmodum imperialis potentia diuerſis officiis, cubiculariorum nempe & hoſtiariorum, atque omnium excubitorum ornatur: ita & ſanctam Romanam eccleſiam decorari volumus. Et vt ampliſsime pontificale decus præfulgeat, decernimus & hoc, vt clerici eiuſdem Romanæ eccleſiæ mappulis & linteaminibus, id eſt candidiſsimo colore decoratos equos equitent: & ſicut noſter ſenatus calciamentis vtitur, cum vdonibus, id eſt candido linteamine illuſtratis, ſic vtantur & clerici, & ita cæleſtia ſicut terrena ad laudem Dei decorentur. Præ omnibus autem licentiam tribuentes, concedimus ipſi ſanctiſsimo Patri noſtro Sylueſtro vrbis Romæ Epiſcopo, & Papæ, & omnibus, qui poſt eum in ſucceſſu, & perpetuis tẽporibus aduenerint, beatiſsimis pontificibus, pro honore & gloria Chriſti Dei noſtri in eadem magna Dei catholica & apoſtolica eccleſia ex noſtro indicto, quem placatus proprio conſilio clericare voluerit, & in numero religioſorum clericorum connumerare, nullum ex omnibus præſumentem ſuperbè agere. Decreuimus itaque & hoc, vt idem venerabilis pater noſter Sylueſter ſummus pontifex, vel omnes ſuccedentes ei pontifices, diademate (videlicet corona, quam ex capite noſtro illi conceſsimus) ex auro puriſsimo, & gemmis precioſis vti debeant, & in capite ad laudem Dei pro honore beati Petri geſtare. Ipſe verò beatiſsimus Papa ſuper coronam clericatus, quem gerit ad gloriam beati Petri, C omninò ipſa ex auro non eſt paſſus vti corona: Phrygium autem candido nitore, ſplendidam reſurrectionem Dominicam deſignans, eius ſacratiſsimo vertici manibus noſtris impoſuimus: & tenentes frenum equi ipſius pro reuerentia beati Petri ſtratoris illi officium exhibuimus, ſtatuentes eodem Phrygio omnes ſucceſſores eius ſingulariter vti in proceſsionibus ad imitationem imperij noſtri. Vnde vt Pontificalis apex non vileſcat, ſed magis quàm terreni imperij dignitas, & gloriæ potentia decoretur, ecce tam palatium noſtrum, vt prælatum eſt, quàm Romanam vrbem, & omnes Italiæ, ſeu occidentalium regionum prouincias, loca, & ciuitates ſępè fato beatiſsimo pontifici, & patri noſtro Sylueſtro vniuerſali Papæ contradentes, atque relinquentes, ei vel ſucceſſoribus ipſius Pontificibus poteſtatem, & ditionem firmam imperiali cenD ſura, per hanc noſtram diualem iuſsionem, & pragmaticum conſtitum decernimus diſponenda, atque iuri ſanctæ Romanæ Eccleſiæ concedimus permanſura. Vnde congruum proſpeximus noſtrum imperium, & regni poteſtatem orientalibus tranſferri ac tranſmutari regionibus, & Bizantiæ prouintiæ optimo loco nomini noſtro ciuitatem ædificari, & noſtrum illic conſtitui imperium: quoniam vbi principatus ſacerdotum, & Chriſtianæ religionis caput ab Imperatore cæleſti conſtitutum eſt, iuſtum non eſt, vt illic terrenus Imperatoc habeat poteſtatem. Hæc verò omnia, quæ per hanc imperialem ſacram, & per alia diualia decreta ſtatuimus, atque confirmauimus, vſque in finem mundi, illibata & inconcuſſa permenſura decernimus. Deinde facta obteſtatione coram Deo viuo, & terribili eius iudicio, & imprecatione æternæ condemnationis, temeratori, & contemptatori iſtius ſui priuilegij, ſequu-

Huius opinionis eſt clariſsimus uir Caietanus, capite tertio Apologiæ de primatu Papæ, & Innocentius, cap. per uenerabilem. Qui filij ſint legitimi. Ad idem propoſitum allegauit hiſtoriam: Vado Romam iterum crucifigi: quam adducit Caietanus ad confirmandam ſuam ſententiam, quod ſcilicet de iure diuino Epiſcopus urbis ſit orbis Papa. Aſſert illam hiſtoriam Egeſyppus lib. 6. ca. 3. de excidio Hieroſolymitano. & Ambroſius libro. 5. Epiſtol. Sed reuera, & ſi decentiſsimum ſit Roma. Eccleſ. ſanguine Petri decoratam, ad ſucceſſores Petri pertinere perpetuò, nulla tamen ſcripturæ auctoritas clarè illud demonſtrat, & ſanctione Eccleſiaſtica ordinari poteſt, ut fiat tranſmutatio Sedis Petri ab Romana urbe. De re hac lege Turre Crem. ſummæ Eccleſiæ, libro ſecundo, capit. 36 ubi cum Marcello Papa, & Mart. in capit. Rogamus. 24. quæſt. 1. uidetur ſentire, quòd & Conſtantinus, ubi dicit. Poſterius iubente Domino Rom. tranſlata eſt. Lege fratrem Dominicum Soto.

tus idem venerabilis Conſtatinus ait: Huius verò imperialis noſtri decreti paginam proprijs manibus roborantes ſuperuenerandum corpus beati Petri poſuimus, ibique eidem Dei apoſtolo ſpondentes nos cuncta inuiolabiliter conſeruare, & noſtris ſucceſſoribus imperatoribus conſeruanda, in mandatis relinquere patri noſtro Syluestro ſummo pontifici & vniuerſali Papæ, & per eum cunctis ſucceſſoribus pontificibus, domino Deo & ſaluatore noſtro Ieſu Christo annuente tradimus fœliciter atque perenniter poſsidenda. Hæc Leo Papa de primatu Petri, ex priuilegio Magni Conſtantini. Caue tamen ne ex hoc in errorem incidas Marſilii de Padua condenatum in extrauaganti Ioann. 22. & poſt fuit renouatus per Ioannem Hus, & condematus in concil. Conſtantienſi.

Diſtin. 21

Non enim emanauit auctoritas Papalis ſupra reliquos conſtitutione, & dono Conſtantini Imperatoris: ſicut iſti dixerunt.

Pelagius Papa.

Sed feruore & deuotione fidei ſuccenſus deuotiſsimus Imperator, vt nullus per ignorantiam ſe excuſaret, aut malicia ſe Rom. PP. obedientiæ ſubijcere excuſaret, promulgator & executor fuit diuinæ ordinationis, non conditor nouæ legis. Ad Petrum enim inquit Christus. *Super hanc petram ædificabo eccleſiam meam* Super hanc petram, quam confeſſus es, ædificatus es tu; & adhuc ædificaberis: & cùm ſuper me ædificatus ſis, ædificabo ſuper te eccleſiam meam. Magnum honorem ex confeſsione ſua conſecutus eſt Petrus. Primus dignitate & gloria, ſuper petram iudicatur ædificatus ad ædificium eccleſię. Eccleſiam meam dixit: nō tuam. Vnde a Christo Chriſtiani dicuntur perenni nomine: non petriani à Petro.

Theophil.

Et Theophilatus, qui abſolutè fundamentum eccleſiæ confeſſus eſt Petrum in expoſitione loci illius, Confirma fratres tuos, ſic inquit:

Luc. 22.

Planus huius intellectus hic eſt: Quia te habeo, vt principem diſcipulorum, poſtquàm me negato fleueris, & ad pœnitentiam veneris, confirma cæteros. Hoc enim te decet, qui poſt me eccleſiæ petra es, & fundamentum. Poſt me dixit.

Portæ inferi.

Et portæ inferi non præualebunt aduerſus eam, id eſt, tyranorum perſecutiones, & inſultus, & tentationes malorum ſpirituum, & hæreticorū argumenta, & totius inferni calliditas, nō ſeparabunt eccleſiam meam à charitate mea: neque aduerſus eam præualebunt: imò glo-

A riosius fulgentem & ornatam monilibus aureis vermiculatis argento, & ornatis omni lapide precioſo, adhærere facient mihi eccleſiam meam chariùs & longè ardentiùs: quia ſcriptum eſt: Fortis eſt, vt mors dilectio, dura, vt infernus æmulatio:

Dilectio quomodo fortis ſicut mors, cāt. 8.

Ideò à te exigo, vt ponas me vt ſignaculum ſuper cor tuum: quia prior te amaui: & per mortem meam te à morte liberaui. Illa ergò affectio, quam à te exigo, non tepida eſſe debet, ſed efficax & valida inſtar mortis: quæ hominem ab omnibus ſeparat & euellit, quæ in hoc mundo videntur, delectabilibus. Et æmulatio dura & tenax eſt, velut infernus: quia zelus bonus conſequens diuinam dilectionem, tenax propoſiti eſt, quemadmodum infernus durus eſt, & inflexibilis: qui, quod ſemel apprehendit, nunquàm dimittit, nulliſque flecti poteſt precibus. Aquæ multæ tribulationum & perſecutionum non poterunt extinguere charitatem eccleſiæ meæ: ſed neque rapida flumina obruent illam: ſed ſemper victrix euadet, ſicut arca Noe in diluuio, & ſicut rubus viſa à Moſe: quam ardens irriguuſque ignis, velut fons

Geneſ. 8. Exod. 3. Eccleſia ſicut arca Noe, & ſicut rubus Moyſi.

B non combuſſit: ſed aduerſus illum reportauit victoriam: quia angelus domini, & certè ego dominus angelorum in medio illius ſum vſque ad conſummationem ſæculi: & ſicut vitis, cuius palmites gladio amputantur, ſtatim abundantius & floreſcit, & vberiores reddit fructus: ſic Eccleſia mea ſub perſecutionibus, & hæreſibus, inuenietur.

Similitudines.

Et ſicut aurum quod per ignem probatur, & purgatur, & ſplendidus fit, ſic tyranorum & hæreticorum impugnationibus, fiet eccleſia, quæ eſt columna & firmamentum inexpugnabile. Quantum obſcurauit & turbauit eccleſiam vnus Arius Alexandrinus: ſed nunquàm ſic claruit conſubſtantialitas filij cum patre. Tunc euaginauerunt gladios ſuos ſexaginta illi viri fortiſsimi Iſrael, qui lectulum Salomonis cuſtodiunt, propter timores nocturnos, & dux illorum ſtrenuiſsimus Athanaſius, & effugauerunt aciē hæreticorum, & requieuit ſponſus pacificus in lecto domus ſuæ, quæ eſt eccleſia.

Cantico. 3. Doctores eccleſiæ cuſtodes lectuli Chriſti.

Sic de aliis hæreſibus & tyranis. Bene ergo fundata eſt domus domini ſupra firmam petram. Petra autem eſt: Tu es Chriſtus filius Dei viui. Denique de hac Eccleſia dictum eſt à Chriſto. Vobiſcū ſum cunctis

Mat. ult.

diebus vſque ad conſummationem ſæculi. Apoſtoli autem iam mortui ſunt. Sequitur quòd eccleſiæ facta eſt repromiſsio vſque in finem ſæculi. Et *dabo tibi claues regni cælorum.* Obſerua quàm diſsimilis eſt hæc oratio ab illa, quam de ore domini audiuit Petrus ab exordio, cùm vocauit eum de naui. Ibi faciam vos fieri dicit. Cùm autem pleniſsimam iuriſdictionē repromittit Petro, non inquit: Faciam vt tibi concedantur claues regni: ſed dabo tibi claues regni cælorum. Autoritatiuè illas ego habeo, & excellentiæ autohritatem: per quam poſſum claues regni tradere cuicunque voluero: & hāc præeminentiam mihi ſeruans: quæ nulli alij communicari poteſt: tradam tibi claues regni. Cùm tibi eram ignotus, velut aduocatum aut patronum tuum me tibi obtuli, & dixi: Faciam vos fieri. Nunc autem cùm meam diuinitatem tibi pater meus reuerauit: Dabo tibi claues regni cęlorū, inquio. *Tibi dabo claues regni cælorum. Et quodcunque ligaueris ſuper terram. &c.* Obſecro attende, ad quàm multa vſus clauium, & poteſtas hęc repromiſſa Petro in verbo clauium ſe extēdat. Clariùs tamen, ſi quod ſignificatur nomine clauium intellexeris in exordio. Claues ſunt diſcernēdi ſcientia, & poteſtas iudicandi. Sic gloſſa, & magiſter. Sed non video, quomodo intrinſecum ſit primum horum ijs clauibus, de quibus nobis eſt ſermo. Aliàs ſequeretur quod pontifex ignarus claues non haberet. Extrinſeca ergo videtur clauibus iſtis diſcernēdi ſcientia: quæ humano ſtudio ac diligentia acquirēda eſt: non cælitus reuelanda, ſicut Apoſtolis. Ad rectum tamen vſum ſcientia neceſſaria eſt: ſimpliciter verò non eſt neceſſaria. Neque oportet pro ſolis apoſtolis diffinitionē clauium aſsignare, & (iuriſdictio & ſcientia à Chriſto conceſſæ ſunt) cùm illæ ipſæ claues, quas dedit dominus Petro, adhuc in Romano Pontifice reſideant: & ab illo in reliquos eccleſiæ miniſtros dimanent. Habuit ergo Petrus apoſtolus à Chriſto in vtroque foro plenam iuriſdictionem. Inſtituebat nanque mirabilem remp. & ſummū Hierarchiā in illa. Apud quam rempubl. eā duplex forus futurus erat: alter ſecretiſsimus: in quo idem ipſe homo eſt accuſator, & reus in ſacramento pœnitentiæ. Ad hūc forum perinet exercitium clauium prædictarū, vt ianuam regni cæleſtis ei aperiat ſacerdos, habens iuriſdictionem à Petro & ſede Rom. & verè abſoluit, licet non principaliter, & claudit regni ianuam, ſi viderit claudendam. Abſoluit inquam non principaliter, ſed ſicut miniſter. Propter quod legendus eſt cautè beatus Hieronymus ſuper hunc locum: quia videtur nullam poteſtatem concedere ſacerdotibus ligandi & ſoluendi: & Lutherus ſuum errorem præſenti teſtimonio confirmat. Lege doctiſsimū virum Alphonſum à caſtro. Decretum eſt concilij Conſtantienſis miniſtrum ſacramentorum per ipſa ſacramenta gratiā conferre. Lege communiter Doctores in. 4. ſent. d. 1. q. 3. & diſt. 20. contra magiſtrum. Et in ſeſsione quarta concilij Tridentini ſic legis: Si quis dixerit abſolutionem ſacramentalem ſacerdotis non eſſe actum iudicialem, ſed nudum miniſterium pronuntiandi & declarandi remiſſa eſſe peccata cōfitēti, anathema ſit. Futurus erat alius forus publicus: ſicut cuilibet alij reipublicæ adeſt: in quo corrigenda ſunt delicta publica. Tunc enim ciuitates optimè gubernantur, cùm iniuſti dant pœnas. Aduerſus hos criminoſos eſt poteſtas excommunicādi, per quam à communione fidelium reijciuntur, & poteſtas abſoluendi ſacramentaliter poſt pœnitentiam, cùm reſipuerint. Hanc acceperunt apoſtoli in die reſurrectionis, illam Matthæi. 18. Et clauis hæc non eſt eadem cum illa: quia ſine ſacerdotali caractere inuenitur, ſicut in Archidiacono: & ſic inuētæ ſunt in apoſtolis. 18. Matthæi. Quæcunque ligaueritis ſuper terrā, &c. Et conſecrati ſunt ſacerdotes in cœna, vbi ſuper corpus Chriſti verum acceperunt poteſtatem, iuriſdictionem verò abſoluendi in reſurrectionis die. Poteſtas ergo repromiſſā & conceſſa Petro ad ſoluendum & ligandū in vtroque foro intra militantem eccleſiam ſe extendit: & ratum habet Deus in cælo, quod facit Petrus in terra. Et ſicut ianua clauibus aperitur filijs ad ingreſſum: & clauditur inimicis, ſic per has claues claudit & aperit Petrus cælum, id eſt præſentem ecclæſiam, & beatitudinis patriam. Neque intelligas hanc authoritatem, de qua nobis eſt ſermo, eſſe authoritatem ſimpliciter & principalem, quæ apud Deum trinum & vnum reſidet, & germana eſt illi: nulli cōmunicabilis: neque humanitati Chriſti: quia ſolus Deus ex ſe eſt iuſtus, imò & ipſa iuſtitia. Primum autem iudicium non poteſt conuenire, niſi primo iuſto. Primum

autem

Margin notes: NOTA valde. Matt. 4. — Claues eccleſiæ. — Scot. in. 4. d. 19. ar. 1. — Forus eccleſiæ duplex. — NOTA. — Lib. 1. aduerſus hereſes. — Cōcil. Cōſtant. — Concil. Trid. — Plato Amatores, uel de Philoſophia. — Matt. 18. — Authoritas prima & ſimpliciter ſolius Dei.

autem inſtùm oportet eſſe perfectiſsimum, & ita iuſtiſsimum à ſe, & talis eſt Deus, vt Deus. Et ſecundo hæc poteſtas Deo conuenit, quia iudicare eſt præſidentis. Primus ergo præſes non eſt, niſi ſolus Deus: vnde ſicut non poteſt alij communicare diuinitatem, ſic nec primam poteſtatem iudicandi, nec per conſequens clauem ſimpliciter principalem aperiendi cælum. Neque intelligas eſſe poteſtatē excellentiæ, quę propria eſt humanitatis Chriſti: ſed cùm dicimus repromiſſas, ac deinde conceſſas claues beatiſsimo Petro, ac poteſtatem hanc ſublimem, tertio modo intelligendum eſt nomen clauium conceſſarum & poteſtatis, tanquàm miniſtris Chriſti & Dei. Et eſt particularis poteſtas reſpectu duarum ſuperiorum. Et obſerua quòd poteſtas excellentiæ non tantùm conſtat ex præeminentia cauſarum iudicādarum, quia ad omnes cauſas ſe extendit, & ex firmitate ſententię definitiuæ: quæ duo conueniunt humanitati Chriſti, quia habet ſcientiam omnium meritorum, & demeritorum: propter quæ, aut clauditur, aut aperitur cælum: & voluntatem inſeparabilem à iuſtitia diuina: ſed etiam, quia ſine ſacramentis effectum ſacramentorum conferre potuit. Per hæc conſtant, quomodo loquendum ſit de auctoritate excellentiæ Chriſti, & Dei trini, & vnius, & miniſtrorum eccleſiæ. Extendit ergo ſe auctoritas clauium repromiſſarum Petro ad vtrunque forum, interiorem & exteriorem, quo ad culpam & quo ad pœnam. Directè quidem abſoluit à culpa, & indirectè ligat indiſpoſitum pœnitentem, oſtendendo non eſſe dignum venia. Et ligat obligando ad pœnitentiam & ieiunium, orationem & eleemoſynam, &c. Per hanc clauium poteſtatem concedere poteſt Petrus indulgentias, & relaxare iniunctam pœnitentiam. Eſt enim indulgētia Eccleſiaſticá, relaxatio pœnæ peccato debitæ, quæ extra ſacramentum fit. Poteſt & interdicere terram hanc vel illam. Et per ceſſationem à diuinis firmiter ligare, ac deinde abſoluere. Habet & conſecrare epiſcopos, & ſacerdotes, & cæteros eccleſię miniſtros. Condere leges & ſtatuta, interpretari ſcripturam, ac declarare articulos. Condere autem ſcripturam canonicā propriū eſt apoſtolorum, nō clauiū repromiſſarū Petro & eius ſucceſſoribus. Et poteſtas hæc ad puniēdos reges eccleſiæ ſe extendit. Ita quòd poteſt Petrus

Poteſtas excellētiæ, in quibus conſiſtat.

Lege Cyprianum in de excellēti baptiſmo Chriſti.

Indulgētia ad claues Petri.

Interdictū ad claues Petri.

Sicut patet cap. Alius 15. q. 6. vbi Gelaſi⁹ Papa Cō

A & eius ſucceſſores auferre ab hoc regnū propter inobedientiā vel hæreſim, & conferre alij. De quo paſsim oſtēdes exēpla in hiſt. eccleſiaſt. Deniq; poteſt cōcilia cōuocare, & loca & terras ad eorū celebrationē deſignare: & diſſoluere, cū ei viſum fuerit: vt deinde nō ſit conciliū vniuerſalē eccleſiā repręſentans: neq; ſequētia acta vim habent poſt diſſolutionē ſummi pōtificis, & cętera alia multa, quæ numerare longū eſſet. Lege reuocationē. 3. Bullæ Eugenij. 4. præcipuè in illo loco. Nā hoc de iure notiſsimū eſt. Ego *dico tibi, quia tu es Petrus.* Tu confeſſus es, atq; dixiſti mihi: Tu es Chriſtus, nihil ex tua hac cōfeſsione mihi acceſsit: tibi verò, pro tua cōfeſsione repromitto claues regni cælorū, & excellentioris poteſtatis, quàm vniuerſi principes, aut monarcha ipſe habet in terra. Adeò præclara & venerāda eſt hæc poteſtas, vt quæcunq; ſolueris ſuper terrā, &c. Conſultiſsimè B. Bernar. Eugeniū. de cōſ. lib. 1. admonet, ne ex hac poteſtate in ſuperbiā aſcēdat: nō ſatis intelligens: aut minus perpendens, quæ cum illa accepit mādata ac miniſteria. Reſolutionem materiæ habes apud D. Tho. 2. 2. q. 100. arti. 1. quāuis res eccleſiæ ſint Papæ, vt principalis diſpēſatoris: nō tamē ſunt eius, vt dñi & poſſeſſoris. Habet tamē propriū, & habere poteſt, ſicut clerus vniuerſus. *Et cōminatus eſt eis, ne cui dicerēt de illo.* Clarius apud Mat. 16 Tūc præcepit diſcipulis ſuis, vt nemini dicerēt, quia ipſe eſſet Ieſus Chriſtus. Nō oportebat docere populos, nec publicè, nec priuatim tātū myſteriū. Primo quia popul⁹ nō crederet ex ore diſcipulorū. Firmiuſque res per miracula & prophetias cōprobantur apud populū: vnde maiores eorum illud cognouerunt. Et expreſſè Egeſipus hiſtoriator illorū, cùm egiſſet de dno Ieſu inquit: Hic eſt Chriſtus. Nō ergo crederet indoctus populus: cùm Meſsiā ſuū in gloria & in iucūditate tēporalis regni expectarēt. Sed & ab ipſis Scribis & Phariſæis per ſequutionē ſubſtinerent apoſtoli, fierentq; extra ſynagogā tanquàm excommunicati. Non ergo erat tempus, quouſque redemptio generis humani fieret, atque à mortuis reſurgeret ipſe ſaluator. *Et cœpit docere illos, quoniam oportebat filiū hominis multa pati, & reprobari à ſenioribus & ſummis ſacerdotibus. et Scribis, & occidi, & poſt tres dies reſurgere. Et palā verbum loquebatur.* Vnū ex duobus oportet dicere in loco præſenti, aut q nūc primò lo-

ſtantino ita ſcribit: Pōtifex Zacharias regē Francorū, non tā pro ſuis iniquitatibus, quā pro eo quod tantæ poteſtati erat inutilis à regno depoſuit, & Pipinum Caroli Impe. patrē in eius loco ſubſtituit: omneſque Francigenas à iuramento fidelitatis abſoluit. Lege Petrum de Palude lib. de poteſtate eccleſiaſtica, & TurreCrēſiuum eccleſiæ, lib. 2 c. 114. Lege acta Innocentij. 3. in Regn. Portugaliæ, lib. 6. ca et grādi de ſupple. neg. præl. Lege Henricū de Gādauo, quod lib. 6. arti. 23. & Vlricū in ſummaria ſua.

cutus ſit dominus cū diſcipulis ſuis de morte ſua, aut quòd ſi antea de re hac egit ad eos ſermonem, non ita palàm, ſicut in præſentiarum comprobatur: quod cōgruenter extitit, cùm ſcandalum crucis euacuabatur apud illos, qui diuinitatis potentiam agnoſcebāt in magiſtro. Vide iam attentiſsimè ſub quo verbo agit ſaluator de morte ſua, cùm iam ab hoc loco paſsim inculcet ſermonē de illa. Quoniā oportet filium hominis multa pati, OPORTET. A pueritia ſua verbum hoc, OPORTET, loquitur dominus meus Ieſus. Primò ad matrem, cùm duodecim eſſet annorum.

Luce. 2. Neſciebatis quia in his quæ patris mei ſunt, oportet me eſſe? In hoc autem loco dubitabis, an illi accuſatiui, me & filium hominis determinentur à verbo illo, OPORTET. ita quòd faciat hunc ſenſum. Mea intereſt, & me oportet pati: an verò faciat hunc, vos oportet me pati, &c. Conſulamus etiam ſcripturam, vbi ſcriptum ſit verbum hoc, OPORTET, vt rem & nodum diſſoluere poſsimus. In Luca Euang. legis ad Zachæum dictum à Chri-

Cap. 19. ſto: Deſcende, quia hodie in domo tua oportet me manere. Et cùm eſſet curatu-

Ioan. 9. turus illum cœcum à natiuitate, dixit diſcipulis ſuis. Me oportet operari opera eius, qui miſit me. Denique diſcipulis in Emaus

Luce. 24. tontē dentibus dixit: Oportebat pati Chriſtum: & intrare ita in gloriam ſuam. Ex loco illo ad Zachæum, & alio ad diſcipulos ſuos demonſtratur, quid velit dicere Dominus Ieſus: Me oportet operari, & me oportet manere. Forſan in hunc ſenſum accipienda eſt litera. Quoniam oportebat filium hominis multa pati. Quem oportebat? Filium hominis? an nos oportebat filium hominis multa pati? Vtrunque certè. Neque licentia vtimur, aut indulgentia indigemus, quaſi in hac parte minus

Chriſtus habuit præceptū moriendi. ſapienter loquamur. Te oportebat Domine Ieſu pro me pati: de quo mandatum habuiſti à patre tuo, quia in hoc dilexit nos,

Ioan. 3. quòd tradidit te filium ſuum chariſsimum pro nobis. Tuus eſt hic ſermo: non meus:

Ioan. 14. vt agnoſcat mundus, quia diligo patrem, & ſicut mandatum mihi dedit pater, ſic facio, eamus hinc, ſcilicet ad locum paſsionis & crucis: vbi multa illa, quæ antea prædixi vobis, patiar. Te oportet pati, & erat neceſſarium ex fine ad conſequendam gloriam tui corporis, ſicut à te dictum eſt: Hæc

C oportebat pati Chriſtum: & ita intrare in gloriam ſuam. *Luce. 24.* Neceſſarium fuit, & te oportet, quia ſic diffinitum à patre tuo: cuius diffinitio prædicata in ſcripturis, oportebat vt impleretur. Te oportebat pati multa à ſenioribus, non quidem vt ſolueres quę rapuiſti: ſed quæ ego: quia peccatum non *1. Pet. 2.* feciſti, neque inuentus eſt dolus in ore tuo. Te decet pati ô domine Ieſu, non vt tui ipſius agas redemptorem: ſed vt me redimas, & vniuerſum orbem. Te oportebat pati, qui ſupra modum amator factus es noſtri, & delicta noſtra, vt tua iudicaſti: *Pſal. 21.* Feſtinans deſcende, inquis ad Zachæum, quia hodie in domo tua oportet me manere. Nunquid tanta inedia coanguſtabatur corpus tuum, quod oporteret feſtinanter deſcendere Zachæum, & te in domum ſuam recipere? Hæc nimirùm famis tua eſt, vt illius feſtinanter animæ ſalutem concedas, qui veniſti quærere, & ſaluum facere quod perierat. Te ergo oportet pati, quia ſaluator mundi promiſſus es hominibus, & patrem tuum veracem comprobabis, & nobiles promiſsiones eius ad homines. Te oportet pati, & ita intrare in glo- *NOTA valde.* riam tuam. In quo verbo apertè diſpoſitio magni huius ſacramenti demonſtratur,

D cùm gloria tua dicitur, & certè ſic eſt: & tamen in verbo oportet pati, de illa diſputas: cui nulla neceſsitas aderat, quæ ex peccato tibi defenderet, id eſt, corpori tuo gloriam ſibi debitam. Propter nos ergo & propter noſtram ſalutem ſic omnia diſponuntur, vt per mortem crucis intres in gloriam tuam, & tui nominis exaltationem inuenias. Hæc diximus exponentes verbum illud, OPORTET. Secundum verbum exponendum eſt: in quo laborare oportet, & ſcrutari ſcripturas: exiſtimo non ſatis ab omnibus pro ſui excellentia & dignitate interpretatum. *Filium hominis.* Paſsum in nouo teſtamento ſcribitur hoc verbum, neque quanta in illo lateat maieſtas perpenditur. Scio beatum Hieronymum annotaſſe ac docuiſſe, pro filio Adam ſemper accipiendum eſſe. Optimè, ſed quis aut quantus ſit iſte filius Adam, qui ſub hoc nomine deſcribitur, apud neminem vidi. Videtur mihi dicendum non tantum infirmitatem carnis ex Adam ſignificare, per quod veram & integram hominis naturam intelliges: ſed etiam ad docendum Sacramentum ſum-

Filius hominis qualè verbum ſit, de hoc ſupra c. 2. Iuxta Hebraicam phraſim filius hominis ſignificat filium terræ, hoc

mæ

minē obſcurū & cōtēptibile: quæ nomenclatura Dei filius identidem in euāgelio gloriatur. Tāta fuit uerbi incarnati modeſtia

mæ dignitatis huius humanitatis, accipiendum eſſe, ſæpiuſque fuiſſe dictum. Nota quòd non ex vi nominis vtcunque currit conſideratio: ſed ex vi nominis prout Chriſto conuenit. Hæc enim humanitas, licèt infirma & humilis ſit ex conditione ſuæ naturæ, & ex parente primo: prout tamen exiſtit in Chriſto, ſummè exaltata eſt: adeò quòd potuit quærere, & ſaluum facere quod perierat. Quantus ſit oportet iſte filius hominis, qui poſsit quærere & ſaluum facere quod perierat? Nunquid Iacob ille eſt, qui etiam ſanctus Dei dictus eſt à Daniele & dilectus? Abſit. Et hic dixit: Lugens deſcendam in infernum, tantū abeſt,

Cap. 3.
Gen. c. 37

quòd poſſet vel ſuum Ioſeph quærere, & ſaluum facere. Nunquid hic eſt, aut tantus eſt, quantus ille Eſaias? Abſit. Et hic inquit: Omnes nos quaſi oues errauimus: vnuſquiſque in viam ſuam declinauit. Nunquid ſatis eſt, quòd hic filius hominis ſit tātus, quantus deſcribitur ille rex & propheta Dauid: qui fuit vir ſecundùm cor domini? Abſit: & hic dicit orans ad hunc filium hominis, de quo loquimur: Errauı ſicut ouis quæ perijt: quære ſeruum tuum. Neceſſe eſt ergo, vt ſit hic filius hominis, ſanctior Iacob, excellentior Eſaia, & longè ſublimior, quàm Dauid: ſiquidem de illo dicitur quod poſsit quærere, & inuentum ſaluum facere, quod perierat. Vides manifeſtè, quomodo in nouo teſtamento verbum filius hominis ſonat aliquid ſupra cunctam mundi excellentiam, & ſanctitatem & potentiam, cùm dicitur de Chriſto. De quo iterùm, quia aliter in verbo hoc humiliabat dominus Ezechielem, &c. Et omnia hæc in verbo Chriſti confirmantur, Poteſtatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis eſt. Quod cùm mirabile appareret, dixit ſtatim: Nolite mirari hoc, &c. Quod ſi prout in ſuperficie literæ ſenſus conſurgit, de ipſo eſſet iudicandum, erat certè, vnde admiratio teneret audientes; quia potiùs in ordine iudicandorum eſſet reponendus, quia filius hominis eſt, quàm in ſede iudicis. Summum ergo eſt, quod latet ſub hac forma loquendi, Filius hominis, cùm de Chriſto dicitur: ſiquidem datur ei iudicium facere cunctorum hominum, quia nimirùm beata illa humanitas aſſumpta à verbo hunc honorem meretur. De quo infra iterùm. Vides quomodo oportet ſcrutari ſcripturas, quia teſtimonium perhi-

Cap. 53.

Act. 3.
Pſal. 118.

Ioan. 5.

A bent de Chriſto, etiam ſub humilibus verbis? Hic eſt ergo ille filius Adam, qui ſemen mulieris dictus eſt: qui conterere poſſet caput ſerpentis: & tunc inuenitur genus humanum quod perierat in Adam. Inimicitias ponam inter te & inter mulierem, dixit dominus ſerpenti: & inter ſemē tuum, & ſemen mulieris: & ipſum conteret caput tuum: de hoc filio hominis dictus eſt hic ſermo. Vide etiam, quomodo non ſolùm pia eſt interpretatio magiſtrorum, quum filium hominis pro filio virginis vſurpant: ſed certè locum habet in ſacris literis veteris teſtamenti. Taceo quòd ſic rei veritas comprobatur ex Eſaia. 7. capit. & Luca Euangeliſta. 2. Ille prædixit de hoc filio hominis: Ecce virgo concipiet. Et iſte: Spiritus ſanctus ſuperueniet in te. Nec tantùm ex iſtis ſcripturis filius hominis comprobatur filius virginis, ſed ex inducto teſtimonio Moyſi aduerſus ſerpentem. Inter ſemen tuum & ſemen mulieris. Vbi mulier vſque in præſentem locum de virgine tantū dicitur: ſcriptū eſt. Ge. 2. Aedificauit dominus Deus coſtam quam tulerat de Adam in mulierem. Certè virgi-

Geneſ. 3
Filius hominis ſemē mulieris.

Interpres rē ſignificatā perpendens in maſculino genere tranſtulit ipſe. Apud Hebræos enim neutro genere ad ſemen refertur: Imperiti tū non intelligentes ſubſtituerūt ipſa
Hieron. in *in quæſt.* Hebraicis

B nem ædificauit dominus Euam: non corruptam. Et deinde cap. 3. Adam dixit domino: Mulier quam dediſti mihi. Virgo erat adhuc Eua, neque intra paradiſum conſummarunt matrimonium ſuum primi parentis, aut in ſtatu innocentiæ, de quo capit. 4. Adam cognouit vxorem ſuam, extra paradiſum certè. Iam tertiò in illo capit. 3. dicitur hoc nomen Mulier. Inimicitias ponā inter te & mulierem, &c. & ſemē mulieris, hic mulier pro virgine vſurpatur profectò. Vides quomodo filius hominis in rigore accipitur pro filio virginis? Propter cuius dignitatem & excellentiam, cum verus eſſet Deus, paſsiones, quas paſſus eſt, ſatis fuere ad inueniendum, quod perierat. Hunc ergo oportebat multa pati: Quare obſecro oportebat Chriſtum pati mortem, & multa alia ante eam? Huic quæſtioni vniuerſi theologi vno ore reſpondent: ex ſuppoſitione diuinæ ordinationis, fuiſſe neceſſarium pati Chriſtum ad noſtrā redemptionē. Sed ſi de potentia Dei abſoluta, quę nullis legibus tenetur, interroges, nunquid fuit neceſſarium pati Chriſtū? Tunc negatiuè reſpondetur. Eſſet tunc liberatio, nō tamen redēptio. Ingenuè fateor multis ab hinc annis, non ſatis mihi

Gen. 3.

Paſsio Chriſti, quomodo neceſſaria.

fuiſſe,aut quieuiſſe cor & cogitationẽ meã in hac reſponſione:in qua non ſit reſolutio vſque ad vltimum: illam tamen veneror & amplector:& iudico quærendam ſubinde rationem huius diuinæ ordinationis, in qua generis humani ſalus diſpoſita eſt. Non enim iudicandum eſt de ſummo omnium parente Deo, pro libito & ſine ratione, & prodigè voluiſſe filij ſui mortem ad noſtrã ſalutem. At dices: Hæc eſt ratio, propter quam voluit mortem filii ſui chariſsimi. Nõ eſt ratio hæc:ſed finis præintentus ac deſtinatus. Rationem quæro, propter quã hanc redemptionem voluit pater per mortem Chriſti Ieſu domini noſtri. Nunquid à natura rei trahenda eſt conſideratio hæc? An verò conſideranda eſt dignitas illius, cui facta eſt iniuria, vt ſic ſolutio precij attendenda ſit? Nunquid tam malignantis naturæ eſt peccatum, quod ad eius ſolutionem requiratur tãta & talis recompenſatio, qualis per Chriſtum facta eſt? An verò inde tale iudicatur peccatum, quia Deo optimo maximo, qui infinita bonitas eſt, per inobedientiam Adæ illata eſt iniuria? Ita q ſine abſoluta eius potentia non potuit pro peccatis generis humani ſatisfactionem aliter accipere, quàm per ſolutionem precii infiniti? Separemus certa ab incertis. Manifeſtũ eſt inde habere peccatum quandam malitiæ infirmitatem, ab extrinſeco quidem & obiectiuè, quia Deo & iuſtitiæ eius infinitæ illata eſt iniuria. Manifeſtum eſt diuinã iuſtitiam non habere ſatisfactionem ſine ſolutione tanti precii. Aequalitatẽ enim exigit iuſtitia: vt ſcilicet tantum reddas, quantum abſtuliſti, aliter æqualitas facta nõ eſt: neque ſatisfactum iuſtitiæ. Ergo ſecundùm rationem iuſtitiæ pro inobedientia Adę debetur ſatisfactio infinita diuinæ iuſtitiæ. Non ergo potuit dominus Deus, ſine ſua abſoluta potentia cõdonare delicta noſtra, ſine ſatisfactione hac magna, de qua loquimur. Ergo neceſſariò ordinauit genus hoc redemptionis per ſatisfactionem infinitam, ſuppoſito quòd voluit ſuæ iuſtitiæ Deus ſatisfieri: ſicut neceſſariò creans hominẽ, rationalem facit eum, ſuppoſito quòd liberè vult creare illum. Et ſecundùm iuſtitiæ naturam & conditionem peccati, etiam ſi extrinſecè & obiectiuè ſit malum infinitum, ordinauit Dominus Deus, ſeruans æqualitatem ſuæ iuſtitiæ, redemptionem fieri per ſolutionem tanti precii, quanta

Ratio ordinationis diuinæ de Chriſti morte.

Peccatum unde habet malitiã infinitam. Scotus. 3. ſen. d. 19. fol. 36.

C fuit & culpa. Inuenitur ergo in hac ordinatione prima ratio fundata in ſumma miſericordia, & liberalitate Dei, qui hominem liberare voluit: & ſecunda ratio fundatur in iuſtitia, cui faciendum erat ſatis, & tunc neceſſariò diſpoſita eſt redemptio in merito Chriſti infinito. Hanc rationem fortè confirmat Paulus ad Romanos, cùm de redemptione generis humani agit, & de Chriſto: vbi inquit: Quẽ poſuit Deus propitiatorem ad oſtenſionẽ iuſtitiæ ſuæ. Expende vim literæ. Ad oſtenſionem iuſtitiæ diuinæ, dedit Deus filium ſuum. Rationem prioris docet ſcriptura, imò ipſe Chriſtus: Sic Deus dilexit mundum: vt filium ſuum vnigenitum daret. Nõ ergo recurras ad ſolam ordinationem diuinæ mentis in conſideratione hac: ſed attende, quòd certè iuſtitia diuina conſideranda eſt, & bonitas eius: & quod facienda erat æqualitas inter diuinum honorem & peccatum hominis: propter quod preciũ exigitur coram Deo infinitum: aliâs pereat Adam, & vniuerſum genus eius, niſi per abſolutam potentiam liberetur: quod dominus noluit ſic fieri. Ne autem pereat, venit

Scopus difficultatis.

Cap. 3.

Grauioribus Magiſtris Complutenſibus placuit huiuſcemodi modus philoſophãdi in hac materia.

Ioan. 3.

D filius Dei, & obtulit ſemetipſum pro nobis: voluntariè ſacrificans hoſtiam ſui corporis. licèt vna gutta ſanguinis ſufficeret etiã in ſenſu rigido quæſtionis: & completum eſt illud prophetæ: Miſericordia & veritas obuiauerunt ſibi. Iuſtitia ſatisfactionem illatæ ſibi iniuriæ exigebat: miſericordia indulgentiam requirebat. In quo ſibi obuiant: ſed oſculatæ ſunt, facta redemptione, facta ſatisfactione iuſtitiæ, & liberato per miſericordiam homine. Intellige ergo in his, & Dei bonitatem, & eius iuſtitiam. Si enim abſque redemptore noluit condonare delictum, ſpreto etiam redemptore, & adhuc manente te in peccato, quo modo tibi parcet? Non inuenio locum alium in vniuerſa ſcriptura, ſicut illum Pauli, & hoc verbũ Chriſti, Oportet, ad docendum de timore domini: ſicut ad longum diximus ſuper pſalmũ. 50. Obſerua quod beatus Irenæus adducit alias duas rationes, propter quas dictus eſt Chriſtus filius hominis: vti ſalutẽ carnis noſtræ confirmaret: ſi enim non haberet caro ſaluari, nequaquàm verbum Dei caro factum eſſet. Et ſi nõ haberet ſanguis iuſtorum inquiri, nequaquàm ſanguinẽ habuiſſet dominus. Et infra: Propter hoc & dominus ſemetipſum filium hominis

Pſal. 53.

Pſal. 8.

Timor diuinæ iuſtitiæ.

Irenæus libro. 5. in medio.

minis confitetur, principalem hominem illum, ex quo ea, quæ ſecũdum mulierem eſt plaſmatio facta in ſemetipſo recapitulans. De quo ad longum lib. 3. ſed præcipue cap. 38. Quapropter liberato homine fiet quod ſcriptum eſt: Abſorpta eſt mors in victoria, quod non poterat iuſtè dici, ſi non ille liberatus fuit, cui primum dominata eſt mors. Illius enim ſalus euacuatio eſt mortis: Domino igitur viuificante hominem, id eſt, Adam, euacuata eſt mors. Lege cap. 34. huius lib. 3. Quia ergo ſaluaturus erat Adam, ſe filium eius toties compellat dominus Ieſus. Et beatus Auguſtinus: Cõmendat Chriſtus frequenter nobis quòd miſericorditer dignatus ſit eſſe pro nobis. De quo ſit ſatis. *Et poſt tres dies reſurgere.* Summè obſeruanda eſt temporis circunſtantia in quo palam de morte ſua docet Chriſtus ſuos apoſt. Cũ illius diuinitatem agnouerant & confeſsi ſunt, tunc de cruce & morte palàm eis loquitur. Per hoc ſcandalum crucis deliteſcit: imò in gloriam tranſit cum diſpoſitio ſacramenti agnoſcitur. Spes roboratur charitas fit ignea ardensq;: mundus & gloria eius, vt B flos campi & ſicut fœnũ deſpicitur. Et quid dicam? Cum ille qui in cruce pepẽdit, Dei filius agnoſcitur & mente reuoluitur deficit anima prę amore & ſancta admiratione, & ſperat, & ſuper ſperat in verbum Dei.

Crucis Chriſti cõſideratio quãtæ ſalutis efficax.

Quod ſcandalum habere poteſt trophæum ſummæ victoriæ? Quid ſcandali eſſe poteſt in ſceptro regis regum Ieſu Chriſti: in quo regum diademata decorantur? In quo magnificatur ſacramentum redẽptionis noſtræ? In quo poteſt enutriri ſpes noſtra, & altiùs aſcẽdere, quàm innixa ſuper crucis vexillũ? Vbi charitas ignea & tota accẽſa inuenitur niſi in cruce domini Ieſu. Vbi elephas generoſus ardentiùs animatur ad bellum, quã in loco fuſi cruoris? In hac circunſtantia, cum diuinitas filij Dei declaratur, docẽdus eſt ſæpenumero domini populus de cruce & paſsione redemptoris ſui. Qui inſtar ducis & gubernatoris ſtrenui prædicit nautis futuram inæqualitatem aeris, antequàm vndis & procellis peſſundẽtur, & inuoluãtur.

Similitudo

Et tertia die reſurget. Vtrumque docuit, paſſionem & reſurrectionem, & diem ſignificauit tertiã. Succumberẽt enim diſcipulorum animi audito ſermone crucis & mortis eius, quem confitebantur in mira deuotionis dulcedine, Meſsiam & Dei filium: niſi ſimul ageret de ſua reſurrectione. Huc aſpi-A ciendum eſt in ſermone crucis. Propter hũc ſermonem glorioſi illi martyres corpora ſua tradiderunt: Vnus illorum Machabæorum dicebat. E cælo iſta poſsideo (mẽmbra ſcilicet ſui corporis) ſed propter Dei leges nũc hæc ipſa deſpicio quoniam ab ipſo me ea recepturum ſpero. Quartus dicebat cum grauiſsimè torqueretur: Potiùs eſt ab hominibus morti datos ſpem expectare à Deo, iterum ab ipſo reſuſcitandos: tibi enim reſurrectio ad vitam non erit. O ſublimioris philoſophiæ magiſterium? O fidem inuincibilem, quæ in tormentis ſpẽ reſurrectionis reuoluis religioſo animo, ne deficias? Per hanc animantur ad tormenta glorioſi martyres & terrorem tyrannis ingerunt: ſi fortè reſipiſcant. Tibi reſurrectio non erit ad vitam: ſed ad mortem æternam.

2. Mac. 7.

Reſurrectionis ſpes & cõſideratio quàm efficax.

Congruenter ergò ſermo crucis & reſurrectionis coniunguntur: vt doceat Chriſtus in qua ſpe etiam proprium corpus traditur carnifici & morti, pro confeſsione diuinitatis: Obſerua quòd verbũ illud. *Oportet*, etiã hue vſque vim ſuæ ſignificationis habet, & B modificat hanc orationem, ſicut & illam. Oportet tertia die reſurgere. Actum eſſet de nobis, & de fide noſtra ſi non ſurrexiſſet dominus. Scio ſacrum corpus domini diuinitate eſſe plenum iacens exanime in ſepulchro: ſcio honore præſtãtiſsimũ, & tẽplum eſſe diuinitatis, ſcio quod etiã ſi vſq; in præſentẽ diẽ iaceret, nõ vidiſſet corruptionẽ: & tamen verum eſt, quòd propter nos reſurrexit & propter noſtram iuſtificationem. Habes hanc doctrinam apud eundem Apoſtolum. Qui ſuſcitauit Ieſum, & nos cum Ieſu ſuſcitabit. &c. Propter quod nõ deficimus. Sed licet is qui foris eſt noſter homo corrũpatur: tamẽ is qui intus eſt renouatur de die in diem, &c. In reſurrectionem reſpice ô homo, vnde corpori tuo æterna incipiunt & immenſum pondus gloriæ pro leuibus & breuibus: aut æternum ſupplicium. Stet in ore quatuor verbum hoc. In Pſalmo reſurrectionis domini Ieſu ſic legis. Propter hoc lætatum eſt cor meum & exultauit lingua mea: in ſuper & caro mea requieſcet in ſpe. Propter quid ô rex & propheta? aut cuius ſunt hæ voces? Nũquid tuæ ſunt? De te hoc dicis, an de aliquo alio? Abſit: Caro mea corruptionem videbit. Inſuper & vſque ad ſalutare Dei, quod omnes patres noſtri deſiderant, anima mea erit in inferno. Cuius ergo ſunt voces iſtæ gaudij noui & lætitiæ

3. Cor. 4.

Pſalm. 15

magnæ, & ſpei certiſsimæ? Et quæ obſecro eſt earum cauſa? A me habe rationem tanti gaudij: & aliud ſæculum ſuperueniet in quo tibi digito demonſtrabitur perſona, cui repoſita ſunt tanta ac magnifica dona: quanquam me non latuit, qui in ſcriptura nomine hoc magno magnificatus eſt, vt ſanctus Dei appellaretur: Nō dabis ſanctum tuum videre corruptionem. Nunquid hic eſt Iacob: cui nominēclatura illa ſublimis conuenit, ſicut in fornace orabant tres pueri propter Iſrael ſanctum tuum? Minimè. De quo dudum diximus. Chriſto ergo Ieſu repoſita ſunt. De quo habes manifeſtam ſcripturam apud Lucam. Locutus eſt Petrus de reſurrectione Chriſti: quia neque derelictus eſt in inferno, neque caro eius vidit corruptionem. Vides quomodo ante Chriſti reſurrectionem glorioſi milites vſq; ad mortē decertant generoſè. Et cor domini Ieſu gaudet, & lingua eius exultatione repletur, quia ſancta & glorioſa reſurrectio repoſita illi erat. Quàm facilè ergò omnia quæ vidētur & corpus proprium pro hac ſpe commutātu? Hanc ſpem repoſitā habe in ſinu tuo, ſicut à Chriſto edoctus diſcipulus. Erit quidem tibi in gaudiū & lætitiam ſub æſtu dolorū & iniuriarum. *Et palam verbum loquebatur.* Obſerua quomodo morti proximus non ſolum de reſurrectione ſua apoſtolis loquitur: ſed & gaudium inexhauſtum repromittit. Iterum videbo vos & gaudebit cor veſtrum. Palam ergo loquebatur de morte ſua in Hieruſalē & de reſurrectione. Obſeruet verbū hoc Epiſcopus & prędicator. De reſurrectionis gaudio mille inuenies magiſtros: cum vix vnus de pœnitentia & amaritudine crucis & mortificationis agat ſermonem. Vtrumque palàm docēndum eſt. Væ vobis principibus, & mundi huius potentibus: nemo ex his qui vobis chariſsimi ſunt, nemo eſt qui palàm verbum crucis vobis proponat. Omnes beatificant manus & opera veſtra: omnes de reſurrectionis gaudio & lætitia tractant: Sed væ qui conſuūt puluillos ſub omni cubitu manus; & faciūt ceruicalia ſub capite vniuerſæ ætatis ad capiendas animas, & cum caperent animas populi mei, viuificabant animas eorum. Vbi nota verbum illud vniuerſæ ætatis. A pueritia, ab infantia vſque ad ſenectam & ſeniū beatificant vos canes adulatores, omnes beatos vos dicunt: ad gaudia inuitant, & trahūt ex millè voluptatibus. Nōn adeſt ori eorū verbum vnum de cruce aut propria veſtra, quam, ſi reſurrectionis gloriā quęritis, oporter conſtanter accipere: aut certè de cruce Chriſti ad excitandum cor veſtrum in amorē & pœnitentiam. Dilata argumentum ſi placet. *Et aſſumens eum Petrus cœpit increpare illum dicens. Abſit à te domine. Non tibi hoc.* Noſter Euangeliſta inquit. Et apprehēdens eum Petrus cœpit increpare eum. Beda ſic exponit hunc locum. Increpare cœpit amantis affectu dicens: abſit à te domine, aut ſicut habetur in Græco, Propitius eſto tibi domine: non erit tibi iſtud: fieri nō poteſt, neque aures meæ recipiunt, vt Dei filius occidendus ſit. Abſit, optantis verbū eſt: & execrantis quaſi indigniſsimam rem. Sicut alibi legis. Nunquid iniquitas apud Deum? Abſit. Abſit vt Dei filius, quem modo confeſſus ſum moriatur, & tam indigna patiatur. Hæc excogitauit Petrus, neſciens quid diceret: imò inſipiēter locutus eſt, & diuinæ mētis cogitatus erga hominū ſalutem corrigere audet, ꝓpter quod ei dicitur. *Vade retro me Sathana,* id eſt, aduerſarie, vel contrarie: quia contraria ſentis & loqueris volūtatis meæ. Obſerua ꝙ nō fuit auſus Petrus corā alijs diſcipulis magiſtrū arguere: & ex inordinato amore procedebat verbū hoc, Abſit. In quo carnalis affectus demōſtratur: qui enim inordinatè diligunt, cùm de pœnitentia aut ieiunio adeſt tempus & mādatum, abſit, inquiunt: & graues rationes ſe inueniſſe credunt ad dedocendam pœnitētiam in lachrymis & cilicio, &c. Huiuſmodi homines abijciendi ſunt, ſicut Petrus à Chriſto: & ſi oportet, abſolute: Vade Sathana, ſine verbo hoc *poſt me,* dicendum eſt illis: ſicut elegāter exponit B. Hieronym⁹ locum illum Matthæi: ſi oculus tuus ſcandalizat te. Si ita eſt tibi quis coniunctus, vt manus, pes, oculus, & eſt vtilis atque ſolicitus & acutus ad perſpiciendum: ſcandalum autem tibi facit, & propter diſſonantiam morum te pertrahit in gehennam, melius eſt vt propinquitate illius, & emolumentis carnalibus careas: ne dum vis lucrari cognatos & neceſſarios, cauſas habeas ruinārum. Chriſtus verò non abiecit Petrum à ſe, ſed à ſententia, poſt me, inquit, id eſt, poſt meam voluntatem & ſententiam. Non te abijcio, in æternum ſicut illum, cui primò hanc vocē dixi Sathanas: hic eſt & diabolus. Cui dominus in tertia tentatione dixit: Vade Sathana. De quo ad longum cap. 4. *Conuerſus eſt, &*

Dan. 3.

Acto. 2.

reſurrectionis ſpes.

Ioan. c. 16

prædicator

Ezechie. 13

Principes ſæculi quā infelices.

Roman. 9.

Carnalis animus.

Cap. 18.

Petrus nō abiectus a chriſto, ſed a ſententia propria.

Matth. 4.

eſt, & uidēs diſcipulos ſuos, cōminat' us eſt Petro.
Hilarius. Tanta enim religio (inquit Hilarius) ei fuit
pro humani generis ſalute patiendi, vt Pe-
Matth. 16 trum filij Dei confeſſorem, Eccleſiæ funda-
mentum, cæleſtis regni ianitorem, & in ter-
reno iudicio iudicem cæli, Sathanæ nomine
nuncuparet. *Non ſapis quæ Dei ſunt: ſed quæ
ſunt hominum.* Nunquid tuam diuinitatē cæ-
litus non reuelauit pater huic Petro domi-
ne Ieſu? nunquid non confeſſus eſt & dixit,
Tu es Chriſtus? Sed neque caro & ſanguis
locum aliquem in illo habuerunt: ſicut tuo
confirmatur ſermone, Beatus es Simō, quia
caro & ſanguis non reuelauit tibi. Quomo-
do ergò non ſapit Petrus quæ Dei ſunt, ſed
quæ ſunt hominum? Nō dixit Chriſtus Pe-
tro, non ſapis quod Dei eſt: ſed nō ſapis quæ
Dei ſunt. Sapis certè qd̄ filius Dei ſum ego,
per reuelationem patris: non tñ apud te eſt
ſcientia voluntatis paternæ, firmæ & inuio-
labilis, pro mundi redemptione: neſcis ordi-
nationem illius voluntatis: qua diſpoſuit, vt
ego mortem crucis ſuſtineam pro mundi ſa-
lute. Hoc eſt à Patre meo ſciendum. Hæc
ſcientia in intimis præcordijs patris mei la-
Ad Tit. 1 tet: quā ab æternis tēporibus repromiſit: &
nunc tibi reſeratur per me filium ſuū: & in-
dignum iudicas, & abijcere prætendis. Ob-
Sciētia Dei que. ſerua quod ſcientia crucis, diuina appella-
tur, & cordis paterni. Et verbum vitæ præ-
ſentis ſine obedientia, ſcientia hominum vo-
catur. Non ſapis quæ Dei ſunt, cùm dicis
Abſit, ſcilicet mors & crux: ſed quæ homi-
num ſunt ſapis: cum vitā conſeruare inten-
dis. Altiſsima ergò ſcientia Dei eſt ſcire fi-
lium eius crucifixum & mortuum. Sic cō-
1. Cor. 1. pellat myſterium hoc apoſtolus Paulus.
Prædicamus Chriſtū crucifixum, &c. Ipſis
autem Iudæis atque Græcis, vocatis ſcilicet
ad fidem, ille ipſe Ieſus eſt, id eſt, agnoſcitur
1. Cor. 1. Dei virtus & Sapientia. Pereuntibus ver-
bum crucis ſtultitia eſt: ijs autem qui ſalui
fiunt, id eſt, vobis, Dei virtus eſt. Propterea
nihil aliud iudicauit apud Corinthios, ſe ſci-
re, ne habere videretur ſciētiam hominum,
& ſapere quę hominum ſunt, niſi Chriſtum
& hunc crucifixum. Hanc ſcientientiā ap-
Cap. 3. pellat eminentē ad Philip. Exiſtimaui om-
nia detrimentum eſſe propter eminentem
ſcientiam Ieſu Chriſti domini mei. Altior
eſt quàm vt manu & induſtria mortalis ho-
minis comprehendi poſsit. Hæc eſt ſapien-
Sapientia que. tiā ſcire crucifixum Ieſum filium Dei. Nul-
la alia ſcientia hunc ſaporem habet: ſicut
A illum qui de cruce domini habetur. Qui ſa-
porem huius ſapidiſsimæ ſcientiæ deguſtat,
cum Paulo omnia detrimentum facit, & ar- Philip. 3.
bitratur vt ſtercora. Heu mihi: Væ vobis.
Sapidiſsima ſcientia fuit Græcis & Iudæis
ad fidē cōuerſis ſermo crucis domini Ieſu:
Velut manna omnis dulcoris ſaporem ha- Sapiē. 16.
buit linguæ & faucibus eorū. Quo inebria-
ti: etiam carnis delitias, vt fel & ſtercora ar-
bitrati ſunt. In illo inebriati, amplexati ſunt
vexillum crucis, latitantes in cauernis ter- Hebr. 12.
ræ, in ſpeluncis, in ſolitudinibus exulantes,
& vlulantes gemitibus inenarrabilibus, vi-
dentes non poſſe vicem rependere crucifi-
xo Ieſu Dei filio. Admirantes enim & am-
plexantes in Chriſto illū amoris exceſſum,
quo propoſito gaudio ſibi, ſuſtinuit crucē,
humana confuſione contempta, vicem non
rependere confundebantur, atque paſsionis
eius ludubrijs, quaſi quibuſdam aculeis inci-
tati ferebātur effrænes in amoris abyſſum,
in profundum charitatis: id omnimodè &
ſolummodo quæritantes, Quid retribuam Pſal. 115
domino pro omnibus quæ retribuit mihi.
O excellētiam amoris. O vehementiam di-
B lectionis. Hei mihi: nil ſe feciſſe arbitrati
ſunt priſci illi Chriſtiani, niſi animā redde-
rent ei, qui ſuam dedit pro illis in manu ini-
micorum. Vę nobis qui relinquimus fontē
ſapientiæ. Dice ergo. O homo vbi ſit ſapiē-
tia, vbi virtus. &c. *Non ſapis quæ ſunt Dei, ſed* Baruch. 4.
quæ ſunt hominum. Hominis eſt propriam vi-
tam diligere & conſeruare, cum ſciat quod
reuocare ad vitam ſeipſum non poſsit: Dei Pſal. 77.
eſt ſecundum ſuam miſericordiam magnā,
dare proprium filium pro hominibus: qui
potēs eſt reſuſcitare illum tertia die. Dei eſt
parcere inimicis, etiamſi oporteat filium
ſuum dare pro eorum ſalute. Sapuit aliquā-
do Abrahā quæ erant Dei: non hęſitans in Geneſ. 22
fide quod reſuſcitare poſset illū à mortuis.
Secundum Deum habuerunt ſcientiam ſa-
cri martyres & confeſſores fideles, qui iu- Martyrū & confeſ. ſcientia.
giter mortificationem domini Ieſu in cor-
pore ſuo deportauerunt. Obſerua vltimò
quod non ſufficit fidem & confeſsionem ha-
bere diuinitatis Chriſti, niſi ſimul mortis
eius habeas ſcientiam. Etiam ſi beatificatus
fueris quia credidiſti, & confeſſus es, ſi ta-
men in hoc errateris, arguendus eris ab
Eccleſia, & ſi reſipueris, audies, Vade poſt
me: ſin autem: dicetur tibi, Vade Sathana.
*Et conuocata turba cū diſcipulis ſuis: dixit eis: Si
quis uult me ſequi, deneget ſemetipſum, & tollat*
crucem

crucem ſuam & ſequatur me. Pro omni proſſus homine erat doctrina, ideo omnes ad eſſe facit, & Apoſtolus & ſimplex Chriſtianus cruciferi ſint oportet ad ingreſſum palatij cæleſtis regni. Si quis ſiue diſcipulus, ſiue alius vult me ſequi, non corporalibus greſsibus, ſed vero mentis affectu, hæc ex lex quam vſque in finem ſeruare debet. Deneget ſemetipſum, & tollat

Crux chriſti.

crucem ſuam, & ſequatur me. Non meam quam neque humerus angelicus, neque vniuerſus orbis ad modicū deportare poſſent: tantum abeſt vt ad conſummandum opus adſint alicui vires. Poſuit in eo Dns iniquitatem omnium noſtrum.

Eſai. 53.

Vnius Dauid adulterium & homicidium adeò graue onus contulerunt, vt vix poſset ſub ſarcina ſtare dicens: ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me.

Pſalm. 37

Quid ad Dauid vniuerſus orbis ab Adam vſque ad finem ſæculi, & quid ad homicidium vnum, & adulterium alterum omnium hominum peccata? Taceo quòd aliunde non vulgaris eſt crucis Chriſti conſideratio: nimirum ab amore eius ad patrem, & agnitione magnitudinis ſcelorum noſtrorum. Tollat ergo vnuſquiſque crucem ſuam, & ſequatur me inquit:

Crux unde facilis.

Non difficilis crux quæ ſequitur Ieſum: & cui difficilis, ideò amara & ferè impoſsibilis, quia non ſequitur Ieſum: ſed neque aliquem ſanctorum.

Similitudo

Miles inſequens & aſpiciens brachium dextrum ſui Ducis ſanguine tinctum, excitatur ad calores & diſcrimina belli: qui autem ab Imperatore ſuo auertit oculos, vel ipſe tubarum ſonitus exterret illum, & in gentem pauorem & mæſtitudinem ingerens, terga cogit vertere. Habes apud Diuum Paulum hanc doctrinam. Nos habentes tantam nubem teſtium, deponentes omne pondus & circumſtans nos peccatum, curramus ad propoſitum nobis certamen aſpicientes (ecce) in auctorem & in conſummatorem fidei noſtræ Ieſum: qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit mortem confuſione contempta: atque in dextera ſedis Dei ſedet. Recogitate eum qui talem aduerſus ſemetipſum ſuſtinuit contradictionem, vt non fatigemini animis veſtris deficientes. Propter quod familiare & quotidianum, & certè horarum ſingularum ſit exercitium noſtrum in meditatione crucis Chriſti, ſi conſtanter crucem noſtram deſiderämus vſque ad palmam & coronam depor-

Heb. 12. De hac nube teſtiū legendus eſt Greg. lib. 27. Mor. ca. 5. Et de gaudio propoſito. Cyril. li. 9. cōtra Iulian. circa medium.

C tare. Sed nihil minus curæ eſt populo noſtro his calamitoſiſsimis temporibus, quàm cogitare quanta paſſus eſt pro nobis dominus Ieſus: ſicut docet apoſtolus ad agonis conſtantiam: imo & prædicatores indecorum iudicant ampliùs quàm ſemel in anno de re hac diſputare. O tēpora. O mores. O noſtram cæcitatem! Virium ſpiritualium aduerſus omnes inſidias diaboli, venam inexauſtā relinquimus: & ad riuos aquarū decurrimus: & vtinam vel ad illos eſſet os noſtrum. Theſaurū immenſæ gratiæ & diuitiarum abiecimus: nullusque eſt qui recogitet corde de cruce domini ſui, propter quod facilè vincimur, paſsim & omni in loco deficimus, & exanimes facti ſuperamur, vel modica tentatione circunuenti. Vt autem lex hæc intimis præcordijs inſideat, vt regina & regula actionum noſtrarum, inſpiciendus eſt Chriſtus & ſequendus. *Deneget ſemetipſum*. Quid eſt homo Adæ filius, in iniquitatibus conceptus & in medio concupiſcentiæ peruſtæ? quam ab origine trahit naturam? Quia ſi omnia pacatiſsima ac regulata ſunt ſecundùm legem ſpiritus, non eſt quòd debeat denegare ſmetipſum homo.

Denegationis noſtræ ratio.

D Sin autem omnia abierunt in deterius, & corrupta ſunt in Adam, neceſſaria eſt denegatio hæc, quàm docet ſacrum Euangelium. Memini dixiſſe me ſuper verbum illud Ecce in iniquitatibus conceptus ſum, omnia quæ huic debentur conſiderationi. Sed attentemus ex generalibus principijs de re hac iterum diſputare, quantum præſenti loco ſatis ſit ad eius elucidationem: Beatus Paulus inquit; Video aliā legem in mēbris meis, repugnātem legi mentis meæ, & captiuitatem me in lege peccati. Illa eſt cōcupiſcētia noſtra, quę ſicut docebit Beatus Iacobus, à gehenna inflammata, incendit rotam natiuitatis noſtræ id eſt, curſum vitę noſtræ, qui velut rota decurrit. In hoc fermento tota maſſa corrumpitur noſtri corporis: corrumpit inquam oculos, manus, linguam, ventrem, & quę ſub ventre ſunt tyrānica mēbra. Hinc otiū quærimus, fugientes laborem: horret homo lachrymas, & multo precio emit riſum. Verbum pœnitentiæ & ieiunij peregrinum eſt ei, & ignotæ linguæ: cùm certè ad nutum carnalis concupiſcentiæ, etiam nō deſiderata ſibi cōcedit. Et quid dicā? Legi Dei ſubiectꝰ nō eſt, neq; enim poteſt. Hæc & multa alia habet caro noſtra ab origine natiuitatis ſuæ, & quæcunq; illorum

Hom. 3. in pſalm. 50. fo. 68.

Roman. 7.

Cap. 3. b

Roman. 8.

illorum eundo vires acquirit, aduerſus quas A vna Dei gratia & auxilium dextrum ſuffi- ciunt. Videas iam obſecro nũquid conue- niat, nunquid expediat ad ſequendũ filium Dei & virginis, denegare ſeipſum, & tollere crucem propriam & recogitare; & in mẽte habere Dominicam crucem. Sub alio no- mine traditur hæc doctrina apud diuũ Lu- *Capi. 14.* cam: Si quis venit ad me, & non odit patrẽ ſuum & matrem, &c. adhuc & animam ſuã, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Sub alio a- *Cap. 12.* pud diuum Ioannem: Qui amat animam ſuam perdet eam. Vide ergo ſi oportet ab- negare temetipſum, & in multo ſtudio, car- nalis concupiſcẽtiæ deſideria extinguere. Nõ exigit à nobis dominus Ieſus impoſſibi- lia aut iniuſta: difficilia ſic: ſed ibi glorioſior triumphus, fulgentior corona, & magnifi- cum de reportata victoria præconium. Quã- *1. Re. 17.* tum magnificatus fuit adoleſcẽs ille Dauid aggrediens bellum aduerſus illum gigantẽ? Non talis ac tantus eſſet de victoria trium- phus, niſi talis ac tantus eſſet inimicus deui- ctus. Difficilis eſt doctrina hæc: ſed carnali- ter ſe amantibus, & præſentia contemplan- tibus. Audi ſapientiſsimum Salomonem. B *Cap. 8. Sapienti.* Hæc cogitans apud me (illa ſcilicet omnia luculentiſsima ac magnificẽtiſsima quæ de ſapientia prædicauit) & commemorans in corde meo, quoniã immortalitas eſt in cog- nitione ſapientię, & in amicitia illius dele- ctatio bona, &c. Circuibã quærens vt mihi illam aſſumerem. Et vt ſciui quia aliter non poſſem eſſe continens, niſi Deus det, & hoc ipſum erat ſumma ſapiẽtia, ſcire cuius eſſet hoc donum: adij dominũ & deprecatus ſum *NOTA. valde.* illum: & dixi ex totis præcordijs meis. Deus patrum meorum & domine miſericordiæ. &c. Habes ergò quod ſumma ſapientia hęc ex dono altiſsimi poſsidetur, & inuenitur in oratiõe ex totis pręcordijs. Habes apud D. Paulum & verbo & exemplo quæcunq; pro hac doctrina ſuperſunt. Propoſuit apo- ſtolus ſermonem de incorruptibili corona propoſita abnegantibus ſemetipſos, & odiẽ- tibus carnalia deſideria cordis ſui, & ſtatim *1. Cor. 9.* inquit: Ego ſic curro, non quaſi in incertum, ſic pugno non quaſi aërem verberans. Sed caſtigo corpus meum & in ſeruitutem re- digo, ne cum aliis prædicauerim, ipſe repro- bus efficiar. Non video quid argumẽto de- ficiat ad perſuadendum: niſi velis tibi expo- nã, quod apud eundem apoſtolum ſcriptũ *Cap. 8.* eſt de primogenito & de multis fratribus in

A epiſtola ad Romanos. Quos pręſciuit & pre- deſtinauit conformes fieri imaginis filii ſui, vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. *Leg. Ambro. lib. de paradiſ. c. 15. & Orig. 1. tom. 400.* Primogenitus de ſpiritu ſancto & ſacra vir- gine conceptus, in gloriam ſuam per crucẽ ingreditur: nũquid adoptiui & extranei & in iniquitatibus cõcepti, in gloriam alienã, per carnalia deſideria debẽt aut poſſunt in- trare? Non legiſti quid à militibus nobilis ducis Gedeonis actum ſit ad victoriam cõ- *Iudi. 7. Gedeonis victoria docet noſtrã mortificationem.* tra Madiam? Dimiſſa multitudine, quæ ad victoriã ſpiritalem inepta eſt, & electis tre- centis viris, dedit tubas in manibus eorum & lagenas vacuas & lãpades in medio lage- narum, & dixit illis: Quod me facere videri- tis, hoc facite: Ingrediar partem caſtrorum, & quod fecero ſectamini. Stãtes itaq; ſingu- li in loco ſuo per circuitũ caſtrorum, cũq; confregiſſent hydrias, tenuerũt ſiniſtris ma- nibus lampades, & dextris ſonantes tubas. Sicque domino adiuuante deuictus eſt Ma- diam. Hæc ſunt quæ nobis demandantur à domino. Qui *vult venire poſt me, deneget ſe- metipſum, & tollat crucem ſuam & ſequatur me:* Quod me facere videretis, hoc facite. Pri- B mogenitus ſum ego in trecẽtis fratribus: per quos qui ſaluandi ſunt deſignantur: quibus vnius & ſummę Trinitatis vna eſt fides. Iſti pauci ſunt reſpectu multitudinis, quam di- miſit Gedeon, ne ingrederẽtur ad bellũ: qui aquas manu & lingua, ſicut ſolent canes, la- berunt, id eſt, qui huius mundi delitijs par- cè vſi ſunt etiam in magna ſiti: hi nimirum apti ſunt ad victoriã & coronã: denegãt e- nim ſemetpſos. Qui verò genu flexo & cur- uati aquas ad plenum biberũt, reprobi ſunt ad bellum. Iſti enim homines illos ſignifi- cant, qui procumbentes ſuper delitias cor- poris, inebriantur, & ad victoriam haud ve- niunt. Sed qui lagenas ſuorum corporum in pœnitẽtia confringunt, quorũ lãpades bo- norum operum reſplendent coram homi- nibus ad Dei gloriam, quorum linguæ in- ſtar tubarum perſonant laudes & hymnos auctori ſalutis eorum & omniũ parẽti Deo, iſti quidem victorioſi ac triumphatores do- minũ ſuum ſequuntur, tollentes crucem pro- priam, ſinguli ſuam non alienam: de quibus cap. 3. diximus: cum de fructibus ſeminis di- ſputauimus. Clemẽs Alexandrinus inquit: *Stromatũ. lib. 2.* Si enim voluerit animam ſuam ſaluam face- re, ſoluere, abducere, & ſegregare (id enim crux ſignificat) ab ea quæ eſt in hac vita vo- luptate & delectatione. Qui *enim voluerit ani-*

mam

mam ſuam ſaluam facere perdat eam. Qui autem perdiderit animam ſuam propter me & propter euangelium, ſaluā eam faciet. Senſus eſt: qui vitam hanc naturalem tempore pacis conſeruare procurauerit, per quæcunq; illi placēt

Gen. 8. c. 6. ſecūdū ſenſus ſuos: & cor prauū & ab adoleſcētia pronum ad malū: vel tempore perſecutionis, quando oportet aut negare fidem meam & euangel. aut ponere animam ſuam pro cōfeſsione mei, his certè perdet animā, non in hoc mundo, ſed in futuro, ad gehennam ignis æterni:

Chriſtianus quid pacis tempore debet agere. Pacis ergo tempore frangenda ſunt deſideria carnalia, & cum perſecutio acciderit, ponenda eſt anima. In hūc modum ſub parabola grani frumenti hanc doctrinam tradidit Saluator, ac ſi diceret agricolæ.

Ioan. 12. Frumentum ſi ſeruas, perdis: Si autem perdideris & mortuum fuerit in terra, renouas, & cum ingenti fructu multiplicas, Habes ergò planum ſenſum verborum domini Ieſu. Saluā vult facere animam ſuam & vitam corporalem guloſus tempore quadrageſimæ in eſu carnium facili de cauſa, & ſic de alijs. Et tempore perſecutionis: cùm eligit negare Chriſtum, potius quā ſemetipſum. Neq; per hoc intelligas debere te obijcere tyranno & perſequutori nominis Chriſti, cum verbo & exemplo Chriſti & Apoſtolorum fuga conſulatur.

D De qua ad longum beatus Athanaſius.

Athan. in de fuga ſua *Propter me, & propter Euang.* Præclarum obiectum præclarè ornans opus, ipſaque paſsio & mors clarificātur, dum in teſtimonium & honorem illius, qui eſt filius Dei, qui & poſuit animam pro nobis ſuper lignū crucis, & nos odimus animas noſtras temporaliter, & occumbere eligimus, potiùs quàm gaudia præſentis vitæ poſsidere, ad quod ſuo nos hortatur exēplo ſaluator: ſequatur me inquiens. Quòd ſi pro amico laudabiliter & cū ingēti fructu licet animā ponere, quāto arctiori iure Chriſto debetur? Magna ſunt verba illa perdere & cuſtodire animam, de quibus alio loco dicendum eſt. *Quid enim proderit homini ſi lucretur mundum totum, & detrimentum fecerit animæ ſuæ?*

Detrimentū in nouo teſta. quid ſignificet. Obſerua diligēter quòd apud diuū Paulum nomen hoc detrimentum non eandem ſignificationem habet, quam præſenti loco apud Marcum. De iuſtis quidē qui ex infirmitate humanæ fragilitatis, ſuper fundamētum, quod confeſſus eſt Petrus, ſuperedificant, non ſolum aurū, & lapides precioſos, verum & ligna, fœnum, & ſtipulam, dixit

1. Cor. 3. apoſtolus: Dies domini declarabit, &c.

C Si cuius opus exarſerit, detrimentum patietur, ipſe autem ſaluus erit, ſic tamen quaſi per ignem. Vbi euidenter demonſtrat detrimētum, temporalem afflictionem in hac vita, vel in morte, vel in igne purgatorio, ſignificare: non æternum, de quo apud Marcum eſt ſermo, ſupplicium. Cum verò eiſdē Corinthiis de triſtitia pœnitentiæ loqueretur, in alio ſenſu accipit nomen detrimentum,

2. cap. 7. Contriſtati eſtis ſecundum Deum: vt in illo detrimentum patiamini ex nobis. Quomodo aliquis patitur detrimentum in Chriſto, & ex triſtitia quā aſſumit pro peccatis ſuis, & apoſtolo auctore? Detrimentum patitur gaudii præſentis iucunditatis, qua fruebatur in delitiis carnis ſuæ, quod bonum grande eſt homini.

2. Cori. 7. Dicit tamen apoſtolus tale detrimentum eſſe in Chriſto: quia triſtitia quæ ſecundùm Deum eſt, per quam detrimentum fit gaudij, & odit animam ſuā peccator in pœnitētia, eſt detrimentū in Chriſto. Cùm autem quis abſorbetur à triſtitia per deſperationem, talis triſtitia non eſt detrimentū in Chriſto: ſed in diabolo, & mortem generat.

Cap. 3. Et in epiſtola ad Philipenſes iterum hoc nomen legis.

D Cum egiſſet de nobilitate ſui generis apoſtolus & de religione Phariſaica, ac tertiò de cælo legis & conuerſationis ſine quærela apud ſuos: per quæ nimis clarus habebatur, & honore dignus: de ijs omnibus inquit. Verūtamen exiſtimo omnia detrimētum eſſe propter eminētem ſcientiam Ieſu Chriſti domini mei: Propter quem omnia detrimentum feci & arbitror vt ſtercora. Quæ autem mihi fuerunt lucra, hæc arbitror propter Chriſtum detrimenta. Detrimēta quidem ſalutis æternæ. Detrimentum enim æternę vitæ faciūt, qui adhuc legalia & circuncisionem ſeruant. In his detrimentum æternam mortē ſignificat: in quo ſenſu accipienda eſt litera Saluatoris, cum inquit: & detrimentum fecerit animæ ſuæ? Quòd manifeſtè docet B. Matthæus, qui ſtatim poſt illa verba inquit: Filius enim hominis venturus eſt in gloria Patris ſui cum angelis ſuis, & tunc reddet vnicuiq; ſecundū opera eius: Vbi nō aderit temporalis purgatio peccatoribus, ſed ſupplicium æternæ amaritudinis, *Qui enim me confeſſus fuerit & verba mea in generatione iſta adultera & peccatrice: & filius hominis confitebitur eum, cum venerit in gloria patris ſui cum angelis ſuis.*

Cap. 9. Apud Lucam perfecta habetur ſententia: Qui erubuerit me & meos ſermones: hunc

hunc filius hominis erubeſcet, cum venerit in maieſtate ſua. Vterque locus eſt exponẽdus: nam de confitentibus, & abnegantibus Chriſtum fuit ſermo. Ad confeſſores fidei principaliter dirigit ſermonem, de quibus dicit: Qui me confeſſus fuerit ſub oculis tyranni & perſecutoris nominis mei, vbique gentium, & terrarum, ſed præcipuè in hoc tempore quod iam inſtat, ſub generatione hac Iudæorum, quæ odio ardenti perſequetur diſcipulos meos, quæ non ſolum eſt generatio adultera, id eſt, ex patribus adulterantibus deſcendẽs, qui relicto Deo ſuo idolatriæ inſeruierunt, verum & peccatrix eſt, cum prophetas & iuſtos occidat, & nũc maximè in perſecutione mea: hũc ergo qui me confeſſus fuerit, confitebor & ego, id eſt, eũ ad me & ad familiam meam & regnum pertinere: non in angulo Iudeæ, aut coram rege vel tyranno hoc vel illo: ſed confitebor eum coram patre meo & angelis meis: non in aliquo indigẽs: cum venturus ſim in gloria patris mei & maieſtate: & multorũ millium angelorũ comitatu. Qui verò erubuerit me & meos ſermones, non audens confiteri me eſſe Chriſtum Dei filium, & veritatem Euangelij mei: hunc ego erubeſcam, id eſt, ad ou rs meas pertinere & ad regnum patris mei: ac perconſequẽs, cùm hædis ad ſiniſtram deputabitur ad gehennã ignis æterni. Ratio eſt: Quia corde creditur ad iuſtitiam: ore autem confeſsio fit ad ſalutẽ. Hæc autem confeſsio pertinet ad præceptum affirmatiuum: quod licèt obliget ſemper, non tamen pro ſemper: ſed pro loco & tempore occurrente caſu, in quo ex omiſsione confeſsionis ſubtraheretur honor fidei, debitus Deo. Vt ſi quis interrogatus de fide, taceret, quando ex ſua taciturnitate ab alijs crederetur nõ habere fidem Chriſti, vel Euangelium falſum eſſe, vel ſi acciderit propter eius taciturnitatẽ, alios auerti à fide: tunc cõfeſsio neceſſaria eſt ad ſalutẽ. Adeſt etiã & tẽpore pacis qñ aut confitemur per obſeruantiã mandatorũ Chriſtum, aut per inobedientiã denegamus. De quo apoſtolus, Cõfitentur ſe noſſe Deum, factis autem negãt: cùm ſint abominati, & increduli, & ad omne opus bonum reprobi. *Et dicebat illis: Amẽ dico vobis, quia ſunt quidam de hic ſtãtibus qui nõ guſtabunt mortem, donec videant regnum Dei venientis in virtute.* Beatus Matthæus dicit, Donec videant filium hominis venientem in regno ſuo. Vbi regnum Dei pro filio hominis poſitum eſt apud Marcum. Inquit ergo. *Amen dico vobis.* Vti qui agonis aliquam ſolennitatem receperint ex libendam, propo nere præmium ſolent iactare coronæ nobilitatem, quo certaturi ſtudio maiori conueniant, niſuque propenſiori decertẽt: ita dominus noſter Ieſus regni cæleſtis gloriam, perpetuæ quietis gratiam, vitæ æternæ beatitudinem, ad virtutis & crucis ferendæ incentiua proponit. Imperator quoque cum progreditur ad bellum, donatiuum militi & promotiones dignitatum numeris militaribus pollicetur: vt ſpes commodi furetur laborem, & metum abſcondat periculi. Vocauit nos rex cæleſtis ad crucem, & odium animę & corporis noſtri: in quibus graue nimis inuenitur certamẽ, & agon dubius. Proponit ergo aliqualem præmij imaginem & repromittit aliquib⁹: vnde ad cæteros dimanet ardor regni promiſsi, & laboris patientia, ac ſiię conſtanti animo crucem arripiãt ex magnitudine præmij attracti & illecti. Propter quod dicit *Amen*, Fideliter dico quòd ſunt aliqui de vobis (aderant diſcipuli ſimul & turba) qui antequam hanc, quam præcipio mortem pro loco & tempore, vel crucem deguſtent, vidrbunt corporalibus oculis filium hominis, me ipſum glorificatũ, aliqualiter in transfiguratione: ad plenũ autem omnes vos diſcipuli in mea reſurrectione. Prudenter egit Saul cum munera magna, viro, qui Goliath interficeret, repromiſit: ſed & prudẽter nimis Dauid, qui nõ ſemel ſuper re hac viros Saul conſuluit: & ingreſſurus duelli ſtationem, ſpurio gigãti dixit: Vt ſciat omnis terra quia eſt domin⁹ Deus in Iſrael, & nouerit vniuerſa eccleſia hæc, quia non in gladio neque in haſta ſaluet dominus, ipſius enim bellum eſt, &c. O tanto viro digniſsimum verbum. Ipſius bellum eſt. De honore Saul exiſtimas rem præſentem eſſe: ego autem fidelior animo rem agam: De honore Dei viuentis vniuerſum negotiũ conſidero. Iam retro relinquo magna ac nobilia promiſſa Saulis: & totus intentus diuino honori & glorię nominis Dei Iſrael, non timebo tecum manus conſerere. Similia ſunt facienda nobis in magno negotio militiæ præſentis. Inquirat non ſemel Dei ſeruus, interroget & conſulat ſanctos libros ſcripturæ, & cognoſcat coronam gloriæ candidatis regni promiſſam, vnde animus eius excitetur ad crucem & quotidianã mortificationem. Sed finis principalis & in tentus

Margin notes: Roma. 10 — Taciturnitas in confeſsione fidei quomodo mortalis. — Fidei confeſsio quando neceſſaria. — Ad Tit. 1 — Cap. 6. — Similitudines. — Promiſſiones vtiles. — 1. Reg. 17. — Præmium promiſſum conſiderandũ, et Deo propter ſe ipſum ſeruiendum.

tentus ſit Dei ſui honor & gloria. Inclinet C
Pſal. 118 cor ſuum ad faciendas iuſtificationes domini in æternum propter retributionem: ſed in primis pro gloria Dei viuentis. Magno ergo cōſilio vſus eſt dominus Ieſus cùm aliquibus ex diſcipulis ſuis repromiſit gloriæ ſcintillam vnam, vt ab ore eorum addiſcerent vniuerſi (per fidem ambulamus nō per ſpeciem) quanta ſit celſitudo premiorum, quæ præparauit diligentibus ſe. Hoc conſilio vſus eſt, etiā Moyſes, cùm miſsis exploratoribus in terram repromiſsionis, excitare voluit vniuerſam multitudinem aduerſus acies multas inimicorum, quos debellare oportebat ante ingreſſum terræ. Qui primi-
Num. 19. mitias aliquot afferentes, ex vberrimis fructibus comprobarunt quā pinguis erat terra illa, a tot generationes ſibi preparata. Sed heu quod illi populo accidit, in nobis ſpiritualiter cōpletur. Audientes quòd bellicoſi eſſent viri, aduerſus quos ſuſcipiēdum eſſet bellum, contra Aegyptum conuerterūt facies ſuas. Quod peccatum nunquā dimiſſum fuis illis, quo ad pœnam temporalem. Iurauit illis De⁹ in ira ſua neminem illorū Pſal. 93.
aſcenſurū ad terrā patriarchis repromiſsā: Præter vnū Ioſue & alterū Caleph. Super quod admonuit Paulus ſuos Philippenſes. Ad Phili. cap. 3.
Qui quāuis nō adfuit in mōte transfigurationis cū Petro, Iacobo, & Ioāne, de terra Ad Ro. 8.
repromiſsa cruciferis in hoc euāgelio, optimū retulit nuntiū dicēs: Saluatorē expectamus. Et alio loco dixit: Hæredes Dei, cohæredes autē Chriſti, ſi tamē compatimur, vt glorificemur. Et alio loco dixit: Neq; oculus vidit neq; auris audiuit, &c. Hęc alia & multa habes in exploratore iſto, qui aſcendit vſq; ad tertiū cœlū: & deſcendit dicens, Nō licet homini loqui amplius ſi dicet quā modo ſcripſimus. Videamus iam qualiter & quando & vbi, & corā quibus repromiſſum verbū impleuit dominus Ieſus.

Paulus explorator terræ promiſsionis.

1. Cor. 2.

Finis Capitis octaui, & Libri octaui Commentariorum in Marcum.

LIBER

LIBER NONVS COMMENTARIORVM IN MARCVM.

ET POST *dies*
ſex aſſumpſit Ieſus
Petrum & Iaco-
bum & Ioannē, &
duxit illos in mon-
tē ſeorſum ſolos, et
tráſiguratus eſt co
ram ipſis: & ueſti-
mēta eius facta ſūt
ſplendētia, & can-
dida nimis uelut nix: qualia fullo ſuper terram nō
poteſt cādida facere. Fidelis Deus in verbis ſuis:
Pſal. 144. ſeipſum negare nō poteſt: & ſanctus in om-
2. Timo. 2 nibus operibus ſuis. Repromiſit incertis &
indeterminatis perſonis, ex illis quæ illi ad-
hærebāt, antequā de hoc mūdo raperentur
ad patrias ſedes, q viſurę eſsēt regnū Dei ve-
niēs in virtute, id eſt, ipſum Saluatorē Ieſū,
venientē in maieſtate, Sic incertę ſunt repro-
miſsiones regni cęleſtis, quo ad nos, vt vnuſ-
quiſq; accingatur ad agonē & viā, vt brauiū
comprehēdat. Cumq; iam mortis adeſſet tē-
pus ipſi ſaluatori: poſt ſex dies excluſiue aſ-
ſumpſit Petrū, & Iacobū, & Ioānē ſeorſum
& ſolos. Vtrunq; notauit Euāgeliſta. Mag-
nificētiſsima eſt hiſtoria: in qua inſtar tēpli
Salomonis vbi ſecretiora erāt valde recōdi-
ta & dicebātur ſācta ſanctorū. Sic in noſtro
Euāgeliſta quæ iam ſequūtur ſecretiora ſūt
& valde recōdita myſteria. Neq; datur om-
ni populo accedere: ſed tantū tribus apoſto-
lis. Non adeſt pharſæus calūniator, no ſcri-
ba inuidus & ſacerdos accuſator, non indo-
ctus populus, qui non maiorē locū aut dig-
niorem cōcedit dño Ieſu, quā Eliæ vel Hie-
remiæ, vel Ioāni, vel vni ex prophetis. Sed
vox Patris à magnifica gloria intonat: & ſpi-
ritus ſanctus in nube apparet: & legislator
Moyſes, & acerrimus æmulator illius Elias.
Deniq; Petrus, Iacobus, & Ioannes: Locus
ſeorſum & altus eligitur. De cælo venit E-
lias, id eſt, de paradiſo, de inferis Moſes. Et
quid dicā? De morte & cruce dñi Ieſu eſt
ſermo inter illos. Deniq; mandatū accipit à
patre mortalis homo audiēdi & obſequēdi
filio eius. Qui ſplēdēs ſicut Sol trāſfiguratus,
Elię & Moyſi tantā claritatē cōcedit, qđ &
Anni mun- ipſi in maieſtate viſi ſunt. De his omnibus
di ſciri non eſt ſermo in exordio huius capituli. *Et poſt*
poſſunt. *dies ſex.* Obſerua ante omnia quod B. Hila-

A rius exponens illud & poſt dies ſex, ait. Cū *Hila. canō*
poſt ſex dies glorię dñicę habitus oſtēditur, *17. in Mat*
ſex millium ſcilicet annorū tēporibus euo- *thæ.*
lutis, regni cæleſtis honor pręfiguratur. Et
Auguſt. ſuper illud Apocaly. quòd Satha- *Augu. lib.*
nas erat alligādus mille annis, videtur tene- *20. de ciui-*
re eandē ſententiā quanuis vltimo loco ger- *tate Dei.*
manā expoſitionē ſit amplexus dicēs: in nu- *Cap. 7.*
mero notaretur ipſa tēporis plenitudo. Sed
& Germanus Cōſtātinopolitanus Epiſcopus
huic numero addit quingentos annos. Simi-
liter & Cyrillus & Chriſoſtomus. Lege La- *Lactā. lib.*
ctantiū qui refert eādem ſententiā fuiſſe a- *7. inſtitu-*
pud ethnicos, & Iuſtinus martyr ſuſcripſit *tionū. c. 7.*
aliquādo, & Hypolitus & Hieronymus, & *Iuſti. q. 71*
Irenæus. Similiter apud Hebræos habetur *ad gentes.*
antiquiſſima traditio Eliæ prophetæ. Cuius *Hieron. ſu-*
hæc ſunt verba. Sex millia annorū erit mū- *per pſalm.*
dus, & iterum deſtruetur. Duo millia inani- *89. in epiſ.*
tatis. Duo millia legis. Duo millia dierum *ad Cyp. &*
Meſsiæ. Beatus Ambroſius ſuper hunc lo- *ſup. Mich.*
cum haud recipit hanc dierum & annorum *c. 4. Irenæ.*
periodum, quia temporibus ſuis pluſquam *lib. 5. aduer*
ſex annorum millia comprobarentur. Sed *ſus hæreſ.*
B aliunde reijcienda eſt etiam ſententia, ſicut *ca. ultimo.*
reijcit Auguſtinus ſuper illud pſalmi. Mil- *Amb. lib. 4*
le anni ante te ſicut dies externa quæ præ- *in Luc.*
terijt Et eſt argumentū ex illo actorū: Non *Auguſtinus*
eſt veſtrū noſſe tēpora vel momēta quæ pa- *Pſal. 89.*
ter poſuit in ſua poteſtate. Lege Auguſti. *Cap. 1.*
epiſt. 80. & de annis mūdi, vſq; ad nos ibidē.
Et Cronicō Euſeb. Cęſariē. Numerus autē
ſex dierū myſterio congruit: & ſequētis hi-
ſtorię cōfirmatio hęc eſt. A die repromiſſę
claritatis & regni vſq; ad diē, hanc octo flu-
xerūt dies: ſed ſex intermedij à noſtro Euā-
geliſta cōputantur: quod ſufficit ad conſen-
ſum Euāgeliſtarū. In ſex diebus omnia ope- *Geneſ. 2.*
ra ſua operatus eſt altiſsimus, atq; die ſepti-
ma quieuit ab omni opere qđ patrarat. Vñ
dies requiei dicitur: & olim in lege Sabba-
tū erat. Iā nūc translatus eſt dies requietio-
nis in ſequentē, quæ Dominica dies eſt. In
qua (Benedictus Deus meus) requieuit dñs
Ieſus à laborioſiſsimo opere reparationis,
cū victor mortis & diaboli glorioſus ab in-
feris aſcendit, & reſurrexit: repromiſſa no-
bis ęternitate. In qua totus homo requieſcet
in ſuperna beatitudine. Pro qua intitula-
tur Pſalm. pro octaua. Laborandum igitur

eſt nobis ſeptem diebus cum Chriſto in noſtri corporis mortificatione. Eliguntur igitur tres præcipui apoſtoli ad contemplationem transfigurationis,nimirum Petrus, Iacobus, & Ioannes. Obſerua ſi forſan legeris, beatum Ambroſium ſuper Lucam,& Auguſt. ſuper epiſt. ad Galatas,qui dicunt hunc Iacobum fuiſſe illum, qui primus rexit eccleſiam Hieroſolymorum: qui frater Ioannis non fuit:ſed filius Alphæi, nõ Zebedæi.Hoc non dixerũt Auguſt. & beatus Ambroſ.aſſerendo, ſed referendo aliorum opinionem: quæ manifeſtè eſt contra ſcripturam Matthæi: Eſt ergo Iacobus iſte frater Ioannis Euangeliſtæ, Zebedæi filius qui cum Petro & fratre ſuo Ioanne electus eſt à domino cum præcipui eſſent Apoſtolorum:ſed inter præcipuos primatũ tenet Petrus & excellentior eſt: denique vertex & caput eſt omnium apoſtolorum.In Luca ſic legis. Factum eſt poſt verba hæc ferè dies octo (non dixit poſt dies octo) & aſſumpſit Petrum & Iacobum & Ioannem, & aſcendit in mõtem vt oraret. Et facta eſt dum oraret ſpecies vultus eius altera, &c. Ad orationem aſcendit in montem transfigurationis quaſi viam docens ad inueniendum diuinos ſplendores. In montem aſcendit corpus greſsibus corporalibus,& diſtantiam ſtigatur: mẽtis vérò per orationem aſcendit ſuper aëra & cælos vſque ad lumen inacceſsibile,et it ipſa rutilans,ſicut facies Moyſi ex colloquio Dei. Vtrumque eleganter coniungit apoſtolus. Noſtra conuerſatio in cælis eſt. Nimirum per aſsiduam orationẽ, quæ habet eleuationẽ mentis in Deum. Iã ordine congruo expectamus dominum noſtrũ Ieſum Chriſtũ,qui reformabit corpus humilitatis noſtrę, id eſt, mortalitatis noſtræ,quæ ad humilitatem nos manu ducit: docens ꝙ puluis & cinis ſimus. Quæ reformatio in aſsimilatione noſtri corporis ad corpus claritatis Chriſti conſiſtit & in alijs dotibus. Propter quod dicit. Configuratũ corpori claritatis ſuę. Inordinatè ergo à carnalibus expectatur claritas reſurrectionis in corpore glorioſo, quorũ conuerſatio in terris eſt: & ſolùm terrena ſapiunt,neq; ad orationem aſcendunt in montem. Illa ergo eſt via ad diuinũ ſplendorem, quã ſuo exẽplo demõſtrauit dominus noſter & apoſtolus eius Paulus, oratio & conuerſatio in cælis. Conuerſatio namq; in terra calligine inuoluit cor hominis,qui terrena ſapit. Sic

Iacob⁹ qui affuit trãſfigurationi quis de duobus.

Cap. 17.

Cap. 9.

oratio trãſfigurationẽ inuenit.

Philip. 3.

Conuerſatio terrena

C Loth iuſsus eſt ab angelis exire de Sodomis,& ſaluare ſe in monte relictis peſsimis Sodomitis in calligine & cæcitate. Ille ſaluatur egreſſus de Sodoma: iſti poſt cæcitatem & calliginem igne abſumuntur & ſulphure. Exiſtimo propter hoc tãtopere orationem fuiſſe commendatã à domino Ieſu tanquam venam aquarum viuentium & viã ad lignum vitæ & tãquam medium ordinatiſsimum ad lucem & ſplendorem: quo clarificatur mentis noſtræ oculus in hac valle lachrymarũ. Dum vniuerſa Aegyptus vllulat & vociferatur ex interfectis primogenitis, egreditur Iſrael in columna nubis per diem & in columna ignis per noctem: quæ viam docebat ſecundum domini voluntatem. *Et transfiguratus eſt coram ipſis.* In quo conſtituta fuit huiuſmodi trãſfiguratio, omnes Euangeliſtæ docent apertè: etiã ille qui dixit: facta eſt ſpecies eius altera. Et reſplenduit facies eius ſicut ſol, inquit Matthæus. Et inde conſecutum eſt quod in noſtro euãgeliſta ſcribitur. *Et veſtimenta eius facta ſunt ſplendentia & candida nimis, velut nix: qualia fullo ſuper terram non poteſt candida facere.* Cãdorem hũc deſcribens B. Lucas inquit: Et veſtitus eius albus & refulgẽs. In hoc ergo cõ- D ſiſtit transfiguratio dominici vultus: quia facies eius facta eſt altera ſecundũ Lucam,& quia reſplenduit ſicut Sol: qui olim ab exordio ſuę natiuitatis de intemerata virgine Maria in communi hominum habitu & forma & infirmitate apparuit, per omnia fratribus aſsimilatus: erat quidem ſecundum prophetam, Deus abſconditus. Nõ tamẽ transfiguratus eſt, aut facta eius facies altera eo ꝙ veram naturã dimiſerit, aut delineamẽta vultus. Sed propter ſplendorẽ dictus eſt trãſfigurari, & quod facies eius facta ſit altera. Vnde Beatus Hieronymus. Transfiguratio ſplẽdorẽ addidit, faciẽ nõ ſubtraxit. Nõ ſubſtantia tollitur, ſed gloria cõmutatur: Et Beda. Non verã carnis ſubſtantiam amiſit: ſed gloriam futuræ ſuæ, aut noſtræ reſurrectionis oſtendit. Talis poſt iudicium cunctis apparebit electis. Sciendum eſt ad claram intelligentiam dictorum & dicendorum, quod ex diſpenſatione magni ſacramenti actum eſt hoc grande miraculum quod humanitas Chriſti ab exordio vnionis perſonalis ad verbum, non fuerit perfectè beata, per omniaque impaſsibilis & glorificata. Denique in claritate illa, quæ decebat Dei filiũ. Mirabile eſt quod in Chriſto

Geneſ. 19.

Oratio.

Exodo. 13

Lucæ. 9.

Transfiguratio in quo conſiſtat.

Eſai. 45.

Hierony. ſup. 17. c. Matthæ.

Beda ſup. 9. c. Marc.

Miraculũ ſummum.

Coloſ. 2.

ſnha.

inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, perinde, ac anima in corpore, id eſt, eſſentialiter, citra mixturam & indiuiſibiliter, non quia informat corpus. quod rationali & intellectuali anima informatur. Mirabile deinde eſt quod hæc anima (forſan mirabilius, cũ ipſa anima informet corpus ſuum) ſit ſecundum portionem ſuperiorem beata, & aſpiciens clarè lucem diuinitatis: nec tamen ipſa plenè beatificetur, neq; corpus in quo habitabat. Hoc autem totum factum eſt (vt dixi) ex diſpẽſatione magni ſacramenti, quouſq; noſtra redẽptio paſſione & morte dñi Ieſu perficeretur. Cũ ergò facies domini reſplẽdet ſicut ſol, ex diuinitate inhabitãte deriuata eſt claritas, ſicut

Damaſce.

docet B. Damaſcenus, & ab animæ gloria,

Aug. epiſ. ad Dioſcorum.

ſicut Auguſtinus. Fuit igitur claritas, gloriæ, licèt non glorioſa, & ſecundum modũ: quia fuit claritas per modũ tranſeuntis qualitatis: & non per modum permanẽtis: quod proprium eſt dotis claritatis, ſcilicet quod permaneat. Vnde dicendum non eſt, quòd Chriſtus aſſumpſit claritatis dotem, quæ de ſua ratione importat permanentiam: neque immortalis, aut impaſſibilis factus eſt Chriſtus in hora iſta. Propter qđ dimittenda eſt

B

ſentẽtia Hugonis de ſancto Victo. qui quatuor dotes cõcedit Chriſto dum in hoc mũdo cũ hominibus conuerſatus fuit.

Dotes nõ fuerunt in Chriſto ante ſuam reſurrectionem.

Claritatis in trãsfiguratione: agilatis ambulãdo ſuper mare: ſubtilitatis egrediẽdo ad nos, clauſo vtero virginis: & impaſſibilitatis in cœna quando dedit corpus ſuum ad manducãdum, nec tamen diuiſum eſt. Sed miraculoſe habuit ea, quæ pertinẽt ad dotes: quia dos nominat qualitatẽ immanentẽ corpori glorioſo. Ergo miraculũ fuit, ꝙ ab exordio non glorificaretur corpus domini: & cùm hæc quæ diximus in illo apparuerunt, per miraculum facta ſunt.

NOTA. valde.

Obſerua primò omnium quã inglorius apparuit inter homines Dei filius propter nos, & propter noſtram ſalutem. Vnde qui cum ingenti fructu deſiderat conſiderare quæ in Chriſto fuerũt infirma oportet attendat hæc fortia, Si cum prophetis & deficere, & expaueſcere, & rapi extra omnem ſenſum intendit, hæc eſt via.

Præſepe dñi quomodo conſiderandũ. c. 1.

Qui in præſepio vagientem infantulum pauens cum Habacuc, & deficiens cũ Dauid deſiderat conſiderare,

Pſal. 118.

in hunc montem altum & excelſum dirigat ſtatim oculos ſuos cum Petro, Ioanne, & Iacobo, & conſideret claritatem faciei Dominicæ

A

quum inter duo animalia iacet ſuper fœnum. Audiatque Patrem: Hic eſt filius meus dilectus & chariſſimus. Et veniens iterum in diuerſorium, agnoſcat propter nos ad hæc indigna & humilia deſcendiſſe Dei filium: vt in ſtabulo reponatur, qui in ſinu patris requieſcit. Qui expaueſcere deſiderat, & deficere in ſalutare Dei, cum obſcurata ſunt luminaria eius in cruce, attendat claritati huic & à monte Thabor deſcendat in Caluarium. Et quid dicam? Dedit alapam Ieſu: & expuerunt in faciem eius & ſimilia.

Ioan. 18.

Ad pauorem & deliquium animæ, veniat ſtatim in Thabor ſi neſcit aſcendere in ſinum patris, id eſt, ad æqualitatem patris: & audiat, hic eſt filius meus dilectus: & currat in domum Annę & Caiphæ. Hic iam cum Propheta religioſa mens dicet: Domine audiui auditum tuum & timui: Conſideraui opera tua & expaui: in medio duorum animalium.

Abach. 3.

Et cum Dauide: Defecit in ſalutare tuum anima mea.

Pſal. 118.

Hic flammeſcit igne charitas, & os, lingua, mens, ſenſus, vigor confeſſionem, perſonant: & eructant labia hymnum, edocta mente de iuſtificationibus

B

diuinis. In hoc impletur deſiderium ſancti Regis Dauid: Faciem tuam illumina ſuper ſeruum tuum: & doce me iuſtificationes tuas:

Pſal. 118.

Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non cuſtodierunt legem tuam. Hic ad plenum impletur quod Salomon filius eius dicebat. Lampades eius lãpades ignis atque flammarum.

Canti. 8.

Iam fortis fit vt mors dilectio, & dura vt infernus ęmulatio, & zelus diuini honoris. Iam deſpicit homo omnem ſubſtantiam domus ſuæ: imò & corpus ſuum odit, & animam: Iam tollit quotidie crucem ſuam poſt Chriſtum. Iam mutat fortitudinem: & aſſumit pœnas vt aquila, & volat, nec in mille calamitatibus deficit.

Eſai. 40.

Iam currit in odorem vnguentorum tuorũ (o Dñe Ieſu) mortalis caro & homo quõdam peccator. De quo ſit ſatis. In hunc modum opera Chriſti infirma & humilia attendenda & conſiderãda ſunt, ad magnã vtilitatẽ. Transfiguratus eſt ergò dñs ante diſcipulos ſuos, eo ꝙ facies eius ſplẽduit ſicut Sol. Ego exiſtimo neque totum corpus domini Ieſu exterius, neq; profundum eius, neq; interiora reſplẽduiſſe in trãsfiguratione: ſed tãtum faciem, ſicut docet beatus Matthæus: ex qua claritate facta ſunt ſplendentia & candida ſicut

 nix ve-

nix veſtimenta eius. Et quod amplius rem hanc comprobat Moyſes & Elias viſi ſunt in maieſtate, ſicut dicendum eſt. Tantum licet in preſenti loco vnum argumentũ deſſumere de epiſtola ad Corinthios ſecũda ad comprobandam hanc rem mirabilem & ven- randam omnium oculis. Quod ſi miniſtratio mortis literis deformata in lapidibus fuit in gloria, ita vt non poſſent intendere filij Iſrael in faciem Moyſi propter gloriam vultus eius, quæ euacuatur: quomodo non magis miniſtratio ſpiritus erit in gloria? Appellat apoſtolus miniſtrationem Moyſi, miniſtrationem mortis, etiam ſi eſſet lex ſancta, & mandatum iuſtum & ſanctum & bonum. Et tamen quia de ipſo bono interficitur inobediẽs anima, vbi nõ adiuuabat gratia: miniſtratio mortis facta eſt lex in veteri teſtamẽto propter occidẽtẽ literam. Diſtinguitur lex ab Euangelio: eo quòd ſub illa alliduntur elati: ſub iſto eriguntur eliſi. Et euacuatur quia euangelij miniſtratione abolita eſt lex. Miniſter ergò legis mortis, quæ euacuatur, decoratus fuit tanto ſplendore ita vt deſcendente de monte, & neſciente quòd cornuta & rutilans eſſet facies eius ex conſortio Dei, non poſſent filij Iſraęl intendere in gloriã vultus eius: quãto magis oportuit vt legisl. tot Euangelij quod eſt ad vitam, & manet in æternum, appareat glorioſus in conſpectu domini, & nimia indutus claritate? In quo adhuc intellige humilitatem Saluatoris: qui miniſtro veteris legis ad conciliandum honorem & reuerentiam in populo ſuo claritatem permanentem in facie conceſsit. Ipſe autem Ieſus lux de luce, ad horam, coram quinq; viris claritatẽ habere voluit: qui venerat, crucifigi & multa pati. Verè dicitur, Exinaniuit ſemetipſũ formã ſerui accipiẽs. Sed vſq; in diem hanc dictũ nõ eſt de Moyſe quòd apparuit in maieſtate. Olim cornuta & rutilans facta eſt facies eius: nunc autẽ cum adeſt coram domino cum Elia, in maieſtate videtur. Vide ergò nunquid minor factus ſit ex colloquio cum Chriſto: an verò maior & ſublimior: nihil quæ ab eo accipit dominus meus Ieſus: qui antequam accederet Moyſes reſplenduit ſicut ſol: & veſtimenta eius erant iam rutilantia & candida ſicut nix, & Moyſes & Elias ex illa claritate videntur in maieſtate. *Et apparuerunt illis Elias cum Moyſe, & erant loquẽtes cũ Ieſu.* Alter de cęlo venit, id eſt, de paradiſo: alter

Capi.3.

Lex Moyſi quomodo miniſtratio mortis.

Exod. 34.

Lex et euãgelium.

Humilitas Chriſti.

Philip. 2.

Moyſes maior factus in thabor quã in Syna.

C

D

de infernis, id eſt, de patrum limbo. Nec dubium quin diuina virtutę veteris teſtamenti eximij prophetæ adducti ſunt in montẽ iſtum, & ad magni ſacramenti teſtimonium, & pro re ſumma, firmiter determinanda. Dubitatur à magiſtris nunquid ſanctus Moyſes, qui vita defunctus erat à multis annis reſumpto corpore, an verò in corpore ex aere formato, aut ex aliqua alia materia apparuerit? Beatus Hieronymus manifeſtè dicit quod viſus ſit ibi in proprio corpore. Dat ſignum de cælo (inquit) Elia inde deſcendente, quo conſcenderat: & Moſe ab inferis reſurgẽte. Quod ſi ita factum eſt, iterum, poſt hanc viſionem corpus ſuum ſepulturæ commendauit, vt illud in nouiſsimo die reſumeret. Veniunt ergò Moyſes & Elias, vt ſpeculatores ſint maieſtatis, vt quod ſummis votis deſiderarunt, aliqualiter in Chriſto nũc concedatur eis. De quo ſtatim. Satis conſtat qualis fuit Moyſes erga legem ſuam, quam ab ore domini viuentis accepit, & digito eius ſcriptam, quàm acerrimus vltor aduerſus tranſgreſſores. Sed & de Elia: qui æmulator legis exiſtens, die vna & manu propria quadragẽtos quinguaginta prophetas Baal iuſta torrẽtẽ Ciſon decollauit, Sed & Moyſes propter caput vituli, quod adorauerũt filij Iſrael occidi iuſsit vna die quaſi triginta tria hominũ millia. Per quæ & alia multa fideliſsimi habiti ſũt in domo dñi. Iam ergò intellige nunquid dñs Ieſus blaſphemus ſit in diuinam maieſtatem: nũquid ſabbathum violet: nunquid rapiat diuinum honorem, dicens ſe eſſe filium Dei & patrem habere in cælis: cùm ei famulentur & legislator & zelator eiuſdem Elias, & cum adorẽt. In teſtimonium ergò quod Ieſus eſt Chriſtus Meſsias in lege promiſſus, adeſt Moyſes ſuggillãs Iudæorũ ſuorũ perfidiã. Secũdò, hic Moyſes in ore duorũ aut trium conſtituit omne verbũ. Sũmum verbum & ſummæ rei teſtimonium in hoc audiendum erat, nimirum vox patris dicentis: Hic eſt filius meus. Congregantur ergò principes populorum cum Deo Abraham in monte, vbi conſtituit dominus magnificare filium ſuum. Congregantur Moyſes & Elias ex veteri teſtamento. Petrus, Iacobus, & Ioãnes ex nouo, ad aſtruendã fidẽ de voce patris ad filium: & ad teſtificandã obediẽtiam, quam vniuerſus orbis ei deferre deberet. Propter quod, teſtimoniũ perhibens

Hæc opinio probabilior eſt quòd ſcilicet reſurrexit Moyſes et deinde fuit mortuus.

Moyſes Eliasque quare ad ſunt transfigurationi,

3.Re. 18.

Exod. 32.

Deute. 17

Pſal. 46.

2.Per.1. bens Petrus de Chriſto inquit. Et hanc vocem nos audiuimus de cælo allatã, cum eſſemus cum ipſo in monte ſancto. Et Ioan
1.Cap.1. nes: Quod audiuimus & vidimus. &c. teſtamur. Firmum ergò & inuiolabile extat noſtræ fidei teſtimonium in Moſe, & Elia, Petro, Iacobo, & Ioanne. Videamus quid loquantur Moyſes & Elias cum domino Ieſu. De hoc nihil Matthæus, neque Marcus: ſed Lucas tantùm. *Et dicebant exceſſum quem completurus erat in Hieruſalem*, crucẽ & mortem Saluatoris intellige. Multa ſunt obſeruanda in præſentiarum. Primum quòd eo tempore in quo glorioſus apparebat dominus Ieſus, familiariter egit de morte & cruce ſua ſermonem. Cùm à Deo patre gloriã, & honorem accipit voce elapſa à magnifica gloria, tunc de contumelijs & confuſione crucis atque de eius amaritudines diſputat. In quo habes magnam doctrinam ad cuſtodiam humilitatis, tempore fœlicitatis & gaudij ſæcularis. Tunc quidem ſalubris eſt meditatio mortis & ſermo illius, ne fias in prædam ſuperbiæ. *Dicebant exceſſum*. Exceſſum habet mons iſte ad illum in magnitudine; cùm altior exiſtat & ſublimior. Et exceſſus inuenitur in ſolutione debiti, cum aliquis amplius multo ſoluit, quam erat debitum. Vt ſi exiſtens Petrus debitor centum aureorum, ſoluat mille, magnus exceſſus hic reperitur. Quòd ſi aliquando incœpit ſoluere, ac poſtmodum reſiduum vſque ad mille impendat, de hoc non ſolum dicere quòd facit magnum exceſſum verum eſt, ſed quod incœptum exceſſum perficit. Duo hæc in ſermone eximiorum prophetarum, & in opere noſtræ redemptionis coſidera. Primum per omnem modum ſimilitudinem refert eorum quæ diximus; Debitum Adæ & vniuerſæ eius poſteritatis obiectiuè & extrinſicè fuit infinitum; actus verò nullo modo gradualiter fuit infinitus. Pretium tamen intrinſicè & ſubiectiuè fuit infinitum, cum perſona Chriſti ſit infinita: propter quod inquio quòd intrinſicè & ſubiectiuè eſt pretium infinitum paſsio & crux domini Ieſu. His prælibatis vide iam qualis fuit exceſſus quem compleuit dominus in Hieruſalem. Quòd ſi de ſanguinis effuſione tantùm velis agamus ſermonem, in Bethleem, vbi fuit natus & circunciſus incœpit exceſſus hic, & tandem in cruce vbi mortuus, conſumatus fuit. Vbi cum

Mortis meditatio quo tẽpore habenda.

Similitudo

A.

Exceſſus chriſti qualis.

S.Tho. 3. p q.48. ar. 2. ad. 3. argum.

A vnus militum lancea latus eius aperuiſſet, continuò exiuit ſanguis, & aqua. Quantus eſt hic exceſſus, & qualis? Quæ lingua dicere poteſt qualis ſit exceſſus ille, quem cõplet dominus meus in Hieruſalem? Nonne magnus exceſſus eſt, vbi globi ſanguinis decurrentis in terram videtur, dum prolixius oraret Saluator? Qualis fuit agonia & lucta illa, in qua hæc ſigna laboris apparent. Qualis eſt exceſſus in ſolutione debiti cum flagellatur illud ſacrum corpus & diuinum pectus vſque ad mille plagas? Obſecro dic mihi qualis ſit exceſſus & quãtus, ſi quid habes mentis & halitus, cum faciem hanc, quæ reſplendet ſicut ſol, cædit alapa inſigni impurus ſeruus Pontificis? & tractis de profundo pectore ſputamentis obſcuratur, & fœdatur viliſsimè? Qualis eſt exceſſus ſolutionis ad debitum, vbi filius Dei cruci affigitur nudus, & luminaria manſueta obſcurantur! O copioſam redemptionem! O amorem inſuperabilem! O pretium magnum noſtræ redemptionis? O maximum exceſſum? O in-
B finitam Dei iuſtitiam? O noſtram ingratitudinem? O noſtram cæcitatem! Obſtupeſcite cæli ſuper hæc. Hic eſt exceſſus quem complet dominus in Hieruſalẽ. *Apparuerunt eis Moyſes & Elias*. Teſtãtur Tertulianus & Irænæus, & Origenes, & Augu. impletam fuiſſe promiſsionem domini ad Moyſem. Poſteriora mea videbis: Faciem videre non poteris. Poſteriora Dei humanitatẽ Chriſti cõpellant. Viſi ſunt in maieſtate Moyſes & Elias. Magnum neceſſe eſt quod in maieſtate videtur. Nunquid Moyſes & Elias amicti ſunt ſplendore ſicuti & veſtimenta Chriſti quæ rutilabant ab ſplendore faciei domini? In maieſtate viſi ſunt. Exiſtimo quòd ſicut ex luce diuina Chriſti facta ſunt candida ſicut nix veſtimenta eius & rutilantia: ſic Moyſes & Elias reſplendent in conſpectu domini. Vide iam ſi vera eſt repromiſsio Ieſu Chriſti domini noſtri, fulgebunt iuſti ſicut ſol in regno patris eorum. Cùm ex transfigurationis ſplendore, in maieſtate & gloria viſi ſint Moyſes & Elias. Quid fiet cùm animæ ſanctorum glorificatæ iam & vidẽtes Deum ſicuti eſt, inſeparabiliter ſuis corporibus adhærebunt? *Et reſpondens Petrus ait Ieſu: Rabbi bonum eſt nos hic eſſe, & faciamus tria tabernacula: tibi unum & Moyſi unum & Eliæ unum*. Poſſet quis dicere

Ioan. 19.

Lucæ. 22. Sic Irene. li. 3. aduerſus hereſ. cap.32.

Ioan.19. Sic B.Hieronymus.

Ioann.18. Matth.26 & 27.

Mat. 27.

Ter. aduerſus praxeã Iren. lib.4 aduerſ. hereſ. cap.37 Orig. Homel. 13. in Exo. Aug. ſuper pſal. 138. Exo. 33.

Moyſes et Elias quomodo viſi ſunt in maieſtate.

Matt. 13

inde originem ! abere ſermonẽ Petri, quia intellexit exceſſum, de quo prophetæ cum Chriſto agebant, & quod cupiens adhuc
Petrus. mortem eius impedire, dixerit: Bonum eſt nos hic eſſe. Ego quidem exiſtimo Petrum adeò ſubditum fuiſſe ordinationi diuinæ erga Chriſti mortẽ, vt amplius iã non ſit au
Matth. 16 ſus cõtradicere. Maximè cum deterruiſſet illum dñs in verbo illo, Sathana. Qui fieri poteſt vt vel obſcurè dicat, Abſit, qui propter hoc verbum audiuit ab ore magiſtri: ſcã dalum es mihi? Grande peccatum eſſet Petro ſi iterum diuinæ voluntati repugnaret: quod de tanto Apoſtolo timeo iudicare. Nõ ergo propter mortem ſpondet ſe facturum tabernacula tria: ſed delibata dulcedine cæleſtis lætitiæ ad terrena non vult deſcendere, ſed ſemper in ſublimibus perſeuerare. Conſequenter tamen ſequeretur conſeruatio vitæ Ieſu, nõ tñ intendebatur à Petro: ſtupefactus nanq; *neſciebat quid diceret.* Propter multa neſciebat quid diceret. Primò non erãt tabernacula neceſſaria, ſi illic permanerent pro voto ac deſiderio ſuo. Cũ neq; frigus aut æſtus quicquam moleſtię aſferre poſſent. Quod optimè in Moſe cõprobatur: qui ingreſſus caligine in mõte Syna,
Exod. 19. & perſeuerans vſq; ad quadraginta dies, in columis exiuit. Secundo neſciebat quid diceret, cum iudicabat, quæ oculus corporalis videbat ſibi ſufficere: aut ſplendore illo erat contentus & dulcedine quã inde hauriebat. Tertiò neſciebat quid diceret, cũ eligebat Chriſto paruulam illam glorificationẽ, cui ſedes Dñica parata erat: de qua cap.
Pſal. 109. vltimo. Quartò neſciebat quid diceret, ſiquidẽ de alijs diſcipulis non curabat: deniq; nec de vniuerſo orbe. Tamen ex hac reſpõſione Petri, quamuis neſcientis eſſet, colligere poſſumus quanta ſit ſupernæ beatitudinis iucunditas & lætitia, cùm regem in decore ſuo viderint iuſti: ſiquidem extremis
Beatitudo ſanctorum quanta. labijs delibata dulcedine ſanctæ humanitatis Chriſti adhuc mortalis, inebriatus. Petrus inquit: Domine bonum eſt nos hic eſſe: De quo ſanctus Propheta. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ: & torrẽte voluptatis tuæ potabis eos.
Pſalm. 35. Attende ijs quæ à propheta dicuntur. Inebriabuntur, ſed alieni à ſenſibus nõ erunt, & perfecto iudicio, vt diſcernere non valeant: ſed tanta erit abũdantia, quanta per ebrietatẽ deſignatur, nõ talis. Vt autem doceat quàm caſta & diſciplinata erit illa voluptas, alienaq; ab omni

C inordinatione, dixit: & torrente voluptatis tuę. Tua eſt à domino loquebatur, tua eſt, ac proinde puriſsima, caſtiſsima, ſine faſtidio, aut tædio. Imò qui illam aquam viuam bibunt, adhuc ſitiunt, id eſt, non faſtidiunt. Neſciebat itaque Petrus quid diceret: ſed ſciebat quàm ſuauis erat viſio illa transfigurationis: & exterritus erat timore, ſicut & condiſcipuli. Sicut enim ex magnitudine paſsionis aut timoris, vel amoris prorumpit homo in aliqua verba, non pręmeditãdo quid dicat: ſic ex vehementi delectatione dicuntur aliqua, quæ tamen non ſunt cõducibilia. Ex *facta eſt nubes obumbrãs eos, & uenit uox de nube dicens. Hic eſt filius meus charißimus, audite illum.* Neſcienti Petro quid diceret, & pro tabernaculis tribus quæ offerebat ſe facturum concedit altiſsimus nubẽ lucidam & obumbrantem. Supra omnem cogitationem humani ſenſus magnificatur viſio transfigurationis. Dei filius transfiguratus, ſicut ſol reſplendet. Moyſes & Elias in maieſtate videntur, lucidiſsima nubes obũbrat ſuper omnes qui illic aſtabant. Exiſtimo altiori & eminentiori loco extitiſſe dominũ Ieſum, & inferiùs Moyſem & Eliã: quamuis proximos, ipſi Chriſto, quocum
D loquebantur. In nube ergo ſpiritus ſanctus apparet, & pater in voce, & filius in humana carne transfigurata: ergò tota Trinitas adeſt in mõte. O magnum myſteriũ. Deus trinus & vnus adeſt ad confirmandam fidẽ vnius mediatoris Dei & hominũ Ieſu Chriſti domini noſtri: Trinus & vnus Deus adeſt ad docendam obedientiam noui legiſlatoris. *Ipſum audite. Hic eſt filius meus charißimus.* NOTA ualde. Latiſsimè de hoc egimus diſputantes cap. 1. de baptiſmate Saluatoris. Sed nil illic de paſsione & exceſſu dictum eſt. Quãto gaudio perfundebatur Moyſes in verbo hoc, Ipſum audite? quod etiam ab eo longè retro ſæculis prædictum erat. Propheta de gente tua & de fratribus tuis ſicut me, ſuſcitabit tibi dominus Deus tuus: ipſum audies: vt petiſti à domino Deo tuo. &c. Ponã verba mea in ore eius loqueturq; ad eos omnia quæ præcepero illi qui autẽ verba eius quæ loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego vltor exiſtã. In hoc dñs Ieſus ſimilis eſt Moyſi: quia legiſlator eſt. Propter hoc dixit, ſicut me: & deinde legẽ dũ; ſuſcitabit tibi, &c. Ipſũ audietis. Pater inquit: Ipſũ audite. Verba enim qui loquitur, ego poſui in ore illi⁹, & pręcepi & in noĩe meo loqtur, &

Lege bea. Leo. Pap. hom. de trãsfigura. dñi fo. 76.
Deut. 18.

eſt mi.

Obediētia. eſt mihi chariſsimus filius. Non poteſt amplius magnificari mandatū hoc, quā ex his
mandatorū quam exaggerata. quatuor quæ annotauimus. Ex quibus facile deprehenditur quā obediētiā debeamus mādatis & doctrinæ dñi Ieſu. Cuius os plenem eſt doctrina patri: & pręcipit illi quęcunq; locutus fuit nobis & in nomine eius docet: & deniq; eſt chariſsim⁹ filius: nō adoptiuus ſed proprius: nō aliunde creatus: ſed ex patre genitus: nec de alia natura illi fact⁹ cōparabilis, ſed de ſua eſsētia illi natus ęqualis.
Leo Papa hom. trāsfiguratio.
Hebræ. 2. Si ergo qui per angelos dictus eſt ſermo factus firmus eſt, & omnis præuaricatio & inobediētia accepit iuſtā mercedis retributionē: quomodo nos effugiemus ſi tantā neglexerimus ſalutē? Quāta obſeruātia digna ſunt verba dñi Ieſu? Aduerſus tranſgreſſores ipſe pater omnipotens vltor erit.
Deut. 18. Et qui nō audierit prophetā illū, ego vltor exiſtā. *Audite illū.* In multo timore & tremore, cū habeat oīpotētē patrē de ſuo honore ſolicitū.
Timor in lege et mādatis. Hūc timorē docēt nos ſacri apoſtoli: qui audiētes vocē hāc, ceciderūt in facies ſuas & timuerūt valde. Quia humana fragilitas cōſpectū maioris gloriæ ferre non ſuſtinet: ac toto animo & corpore cōtremiſcens ad terrā cadit. In faciē ergo ſuā cadat ſeruus Dei, cum audit ſanctā legē eius: animo reuoluat verbū illud: Ego vltor exiſtā. *Et ſtatim circūſpiciētes, neminē amplius viderūt niſi Ieſum tantū ſecū.* Ante circunſpictionē hāc acceſsit Ieſus, & tetigit eos, & dixit: Surgite & nolite
Daniel. 8. timere. Sic Gabriel, cū collapſus fuiſſet Daniel in terrā, tetigit illū, & ſtatuit in gradu ſuo. Timuerū ergò valde propter vocē maieſtatis, & corruerūt in facies ſuas: Dñs autē accedēs ad illos tetigit manu propria chariſſimos diſcipulos: & virtutē cōtulit, & cōfortauit ſermo blādus & familiaris. Poſt ſequitur quod in noſtro Euāgeliſta deſcribitur. *Et ſtatim circūſpicientes.* Velut ſomno grauari, ſic præ timore iacebant ſuper terram tres apoſtoli: quos cū cōfortaſſet dñs Ieſus ac familiariter fuiſſet allocutus, leuantes oculos ſuos ac circūſpiciētes ſi adhuc adeſsēt Moyſes & Elias & cætera quæ antea viderāt: neminē amplius viderūt, niſi Ieſum tātum. *Et deſcēdētibus illis de mōte præcepit illis ne cui quæ vidiſſent narrarēt, niſi cū filius hominis à mortuis reſurrexit.* Neq; alijs apoſtolis, vt exiſtimo: ne conſtritarētur, aut humanū aliquid inſideret cordi eorū: cū vocati nō ſint ad cōſpectū clariſsimæ viſionis. Nō erat propalādū myſterium turbis: ne incredibile pro ſui ma-

A gnitudine videretur, & poſt tantam gloriā, crucis dedecus immenſum, ſcandalum faceret apud rudes animos plebis indoctæ. Nō ergo ſine diſcretione reuelanda ſunt diuina myſteria: ſed cū auditor religioſus inuenitur. Et verbum continuerunt apud ſe. Inuenies neſcio quos ſtultos homines & fœminas, qui de reuelationibus neſcio à quo ſpū
Reuelationes. ſibi factis, iactāt ſermones apud vanos homines & mulierculas: quę pendēt ab ore loquētis: ac ſi diuina eſſent oracula. In qua re ſufficit ad mendaciū eorū, q̄ nō cōtinent verbū apud ſe, cū apoſtolis. Quodſi verus eſt ſermo eorū, atq; infallibilē certitudinē de illo habēt ex reuelāte: cū propheta dicāt apud
Eſai. 24. ſemetipſos, nō in aure aliorū: Secretū meū mihi. Quia ſi à Deo eſt ſermo eorū, ipſe etiā docebit quādo ſit reuelādus, an verò in ſinu cuſtodiendus. Abeant oēs iſti, & grauiter arguātur à paſtoribus huiuſmodi homines & fœminæ. Ludibriū enim ſunt diaboli: & manifeſta hypocreſis. *Verbum continuerunt apud ſe.* Latiſsimus & ſpatioſus cāpus occurrebat ad diſputandū de ſecreto: atq; contra eos, qui pro libidine & procacitate ſua aduerſus proximos ſuos ſecretū aperiunt, contra omne ius naturale & diuinū & humanū.
B Cōmemorabo tamē quod Philo tradit de
Philo. lib. quod oīs probus liber ſit. quodā viro valde celebri Anaxachi conſodali. Ille quidē cū à Zenone Eleates torqueretur acerrimè, ita vt ſublimis pēdēs & diſtenſus eſſet vt arcanum quoddā proderet, ignis ferriq; vim ſuperauit, præciſſaq; morſic⁹ lingua in tortorē ſuū eā expuit, ne vlla vox inuito extorqueretur. Obſerua quomodo apoſtoli conquirūt inter ſe de verbo reſurrectionis: vt ſi fortè aliquis illorū interpretari valeret & ſoluere nodū difficultatis. Subiit in corda eorū aliud difficile dubiū circa Eliā, quem dudū viderūt, & in habitu corporali agnouerūt: ſicut Moyſem in cornuta facie: ſuper qua dubitatione ſtatuūt cōſulere magiſtrū. *Et interrogabant eum dicētes, Quid ergò dicūt Phariſæi & Scribæ quia Eliam oportet uenire primū?* Ex his quę viderant in monte, & audierant ab ore Chriſti ancipites facti ſunt, memoria tenentes quę à Phariſæis, & Scribis didicerant de Ad-
Cap. 4. uentu Eliæ ante Meſsiam, quod in Malachia Propheta prædictum erat. Sic legis in Malachia: Ecce ego mittam vobis Eliam Prophetam antequam veniat dies Domini magnus & horribilis. Et conuertet cor patrum ad filios, ne fortè veniam &

percutiam terram anathemate. Ex hac prophetia docebant Scribæ & Phariſæi ante aduentum Meſsiæ venturum eſſe Eliam. Diſcipuli autem cum vidiſſent Eliam tam citò diſparuiſſe ab oculis eorum, neque perfeciſſe quæ à Malachia ſcripta erant, ſcilicet cõuertere cor patrũ Abraham & Iſaac & Iacob, in filios: meritò dubij tam de ſcribarũ doctrina, quam de germano ſenſu prophetæ, quærũt à magiſtro: *Quid ergò inquiũt Phariſæi & Scribæ quia Eliã oportet venire primũ*, Ac ſi dicerent: Ecce tu veniſti & Elias apparuit & ſubito euanuit: nũquid hic eſt ille aduẽtus, tuus quẽ repromiſit Malachias? Quibus ſub diſtinctione reſpondet Chriſtus: & quidem duplici: no enim ſimplex eſt Meſsiæ aduentus, aut vnus eſt Elias. Sed aduentus Chriſti duplex eſt: & Elias alterum, perſona propria alter in ſpiritu & virtute. Habes has duas diſtinctiões apud ſacras literas. De priori ſatis locuti ſum⁹ aduerſus Iudęos in confeſsione Petri. Pro ſecũda diſtinctione manifeſtę ſunt ſcripturę Malachię & Lucæ Euãgeliſtæ. De perſonali aduentu Eliæ Malachias locut⁹ eſt. De Elia in virtute, Gabriel dixit Zachariæ: Ipſe præibit ante illum in ſpiritu & virtute Eliæ. In his duabus diſtinctionibus abſoluitur quæſtio apoſtolorũ: & intelligitur reſponſio Chriſti quæ aliquantulũ obſcura habetur apud noſtrũ Euangeliſtã. Aduentus meus duplex cũ ſit, alter in forma ſerui, in qua vobiſcum cõuerſatus ſum multis ab hinc dieb⁹: alter verò in gloria & maieſtate multa: illũ pręceſsit Elias in virtute & zelo, id eſt, Ioannes Baptiſta: qui ſecundum eundem Malachiam parauit viam ante me: qui & angelus dictus eſt ab eo. Iſtum verò adiudicandum vniuerſum orbem Elias in perſona propria præcedet: & conuertet per ſuam prædicationem cor patrum ad filios, id eſt, conuertet ad fidem meam Iudæos qui tunc fuerint: & credẽt in me. Et cum aduentus meus ſecundus ſit ad iudicium, dies ſecunda quaſi caminus dicitur à propheta: & quòd certè inflammabit omnes facientes iniquitatem, qui erunt velut ſtipula: & quòd erit dies magnus & horribilis. Veni ergo ipſe, ſicut prædictum eſt, in prophetis: & ante me Ioannes, qui Elias dictus eſt: & venturus ſum iterum ad iudicãdum orbem, & ante hunc aduentum, ad cõuerſionem filiorum Iſrael, qui tunc erũt, veniet in propria perſona Elias, quem nunc vidiſtis: neque hic ad meam transfigurationẽ

Aduentus Chriſti & Elias duplex.

Cap.1.

Cap.4.

Luca.1.

Cap.3.

C aduentus Eliæ prædictus fuit à Malachia, vel ab alio prophetarum. *Venit ergo Elias* (id eſt Ioãnes) *& fecerunt illi quæcunque voluerunt, ſpreuerunt & decollauerunt eum* poſt multorum dierum incarcerationem. Reſpõdit ergo dñs Ieſus diſcipulis ſuis. *Elias cũ venerit primò reſtituet omnia, & quomodo ſcriptũ eſt in filiũ hominis, ut multa patiatur & contemnatur. Sed dico vobis, &c.* Clari⁹ traditur apud Matthæum præſens ſententia, quæ in Marco defectum videtur pati: Dixit Matthæus: Elias iam venit, & non cognouerunt eũ, ſed fecerunt in eum quæcunque voluerunt. Sic & filius hominis paſſurus eſt ab eis. Venturus ergo eſt Elias ante vniuerſorum iudicium, & reſtituet omnia aduerſus Antichriſtum: cum certè propter prædicationẽ eius cõuertẽtur Iudæi ferè & vniuerſus orbis ad Chriſtum: & ipſe paſſurus eſt mortẽ in glorioſo martyrio. Sed quid ſibi vult intempeſtiua hæc interpoſitio ſermonis de morte & paſsione ſua, quam proponit dominus Ieſus reſpõdẽs quæſtioni diſcipulorũ de Elię aduentu? *Sic & filius hominis paſſurus eſt ab eis.* Prius abſoluere volo duas ſuperiores conſiderationes, quas dudũ tetigim⁹ (vt tertio loco hanc quęſtionẽ diſſoluamus, à qua in gẽtem ſpero vtilitatem & fructum, ſi dñs conceſſerit.

D Deſcendentibus diſcipulis de monte cum ſacratiſsimo magiſtro: non quidẽ in ea ſpecie claritatis inqua ipſum viderant trãsfiguratũ: præcepit eis ne cui hominum myſterium magnum eis concreditum prædicarent, donec à mortuis ipſe reſurgeret. De verbo hoc, donec à mortuis reſurgat, cõquirebant apoſtoli inter ſe ſe: quid ſcilicet in illo ſignificare vellet. Per quod datur regula cunctis chriſtianis, ſed precipuè magiſtris & prælatis, non temerè aliquid ex ijs quæ ad myſteria Chriſti pertinent, definire, ſed conquirere inter ſe: quod ſi adhuc germanum intellectum, aut abſolutionem alicuius difficilis quæſtionis non inueniũt cum apoſtolis in ſecũda conſideratione ad Chriſtum recurrant, id eſt ad eius vicarium Romanum Pontificem, vt obſcura illuſtret & diſſoluat. Quod autem Papa habeat determinare ea quæ ſunt fidei & ſacræ ſcripturæ ſenſus interpretari, docet illud capit. 18. Exod. vbi legis quòd omnes difficiles cauſę deferebantur Moyſi determinãdæ ab ipſo: qui figuram tum agebat Rom. Põt. Sicut docet Bern. ad Eug. lib. 2. cap. 6. & cap. 15. Actorũ, id ſimiliter demõſtratur:

NOTA. *valde.*

Regula ſeruãda in grauibus quæſtionibus.

vbi

vbi Paulus venit ad Petrũ, &c. Et Innocẽtius PP. Syluano ſeni Valentino, idipſum dicit; & habetur ca. Quotiens. 24.q.1. & Nicolaus PP. id teſtatur in Epiſtola ad Phocium patriarcham monachum, vt habetur in actione octaui concilij œcumenici: Et quod actum eſt circa Cornelium miſſum per Angelum ad Petrum, vt in fide illum inſtrueret, cum ipſe angelus id perficere poſſet, ſatis commendat hanc veritatem. Lege Hier. ad Aug. epiſt. 22. & in epiſt. ad eundem Aug. quę incipit: Simul tres epiſtolas: & ſtatim iterùm dicendum eſt de hac re. Duo hæc apoſtolos in præſentiarum feciſſe legimus. Cõquirebant inter ſe de verbo reſurrectionis, & de aduentu Eliæ interrogauerunt, & propter Phariſæorũ & Scribarum doctrinã, & propterea quæ in monte viderãt. De primo dictũ eſt à Salomone: Immortalitas eſt in cognitione ſapientiæ, & in amicitia illius delectatio bona, & in operibus manuum illius honeſtas ſine defectione, & in certamine (ecce) loquellæ illius ſapientia, & præclaritas in cõmunicatione ſermonum ipſius. Quod in ſapiẽtia legimus certamen, hoc eſt in Apoſtolis cõquiſitio. Tale ſit oportet certamen: non in pugna verborum, & in incõpoſitis vocibus: ſed in modeſtia & amore inueniendæ veritatis, ſicut in concilio Toletano forma hæc cunctis patribus præſcribitur, vt ſtatim dicendum eſt, prout tam venerandam congregationem decet. Obſerua quàm neceſſaria ſint gymnaſia vniuerſitatum generaliũ in eccleſia, vbi magiſtri conquirant inter ſe de vero ſenſu, ac germano ſacrarum ſcripturarum. In certamine loquellæ illius ſapientia. De quo in cõcilio Toletano, quod refertur. 5.q.4. in loco benedictionis, regula talis præſcribitur: In loco benedictionis conſidentes domini ſacerdotes, nullus debeat, aut indiſcretis vocibus perſtrepere, aut quibuſlibet tumultibus perturbare: nullus etiam vanis fabulis, vel quod eſt deterius obſtinantis diſceptationibus tumultuoſas voces effundere. Si quis enim, vt ait Apoſt, putat ſe religioſum eſſe, &c. Cultũ enim ſuum iuſtitia perdit, cum ſilentia iudicij obſtrepentium turba confudit, dicente propheta: Erit cultus iuſtitię ſilentium. Debet ergo quicquid, aut conſidentium conſultationibus agitur, aut ab accuſantiũ parte proponitur, ſic mitiſsima verborum relatione proferri, vt neque contentioſis vocibus ſenſus audientium turbet, neque iudicij vigorem præ tumultu eneruet. Quicunque ergo in conuentu concilij, hæc quæ præmiſſa ſunt, violanda crediderit, & contra interdicta aut tumultu, aut contumelijs, vel riſibus ipſum concilium perturbauerit, iuxta diuinæ legis ędictum, quo præcipitur: Eijce deriſorem, & exibit cum eo iurgium, cum omni dedecore à conſeſsione abſtractus, à communi cœtu recedat: & trium dierũ ſententiam excommunicationis ferat. Quę certè etiam in noſtris gymnaſijs eſſent obſeruanda: vbi portentoſas pugnarum voces audimus: & iudicium turbatur, nec ad lucem veritas ducitur. Dilata ſi placet. Memini beatum Ambroſium in muris, quos Dauid deſiderabat Sion & Hieruſalem, vt ædificarentur: intellexiſſe inter alia certamen hoc ſcripturarum: per quod Sion & Hieruſalẽ, quæ eſt eccleſia, aduerſus diabolum, & portas inferi, quæ ſunt hæretici omnes, ſalua conſiſtit. Sic legis apud Ambroſium ſuper verbum illud, vt ædificentur muri Hieruſalem. Quid ſibi vult, quod vir peccatum ſuũ confitens, de Sion & Hieruſalem pſallit dicens: Benignè fac, &c. niſi quia accelerare ei placet eccleſiæ congregationem peruocationem gentium, &c. Muri itaque Hieruſalem, fidei propugnacula, & diſputationum munimenta, virtutum culmina ſunt. Vides quomodo cum fidei propugnaculis, diſputationum munimenta compoſuit? quæ & muros appellauit. Quàm neceſſarius eſt ciuitati murus aduerſus inimicorum impetũ: tam neceſſaria ſunt in Eccleſiaſticã diſputationum munimenta: imò hęc ſunt murus eccleſiæ. Non ergo quiſque pro ſua libidine, ſicut hęreticis familiare eſt, propriam ſententiam, tanquam virtutis regulam debet proponere ac defendere: vtilius eſt ac firmius, quod ex conquiſitione apoſtolicorum virorum & magiſtrorum inuenitur; quàm quod vnuſquiſque definit. Quod ſi adhuc dubia & difficilis res fuerit, conſulẽdus eſt Chriſtus ab apoſtolis: Quid ergo dicunt Phariſæi? &c. Conſulendus quidẽ eſt Chriſti vicarius Pontifex Rom. qui claues Petro commiſſas habet: & diuinum fauorem & illuminationes ampliores, quàm cæteri magiſtri, aut paſtores eccleſiæ. Neque per hęc quę dicimus quicquàm definire volumus, aut cõtra generalis concilij authoritatem: aut è conuerſo in ſummum pontificem. De cuius authoritate memini dixiſſe

Act.10.

Sap.6.

Scholæ vniuerſitatis quàm neceſſariæ.

Diſputationis forma.

Iacobus.1

Eſai.32 d.

Pro.22.b

Apolog. Dauid ca. ult.

Muri Hieruſalẽ quales ſint.

Pſal.50.

Similitudo

Rom. Põ. conſulẽdus in dubijs grauibus.

Iſidorus. beatum Iſidorum. In quibus pro culmine ſedis Apoſtolicæ non impar conciliorum extat authoritas. De quo & Anacletus. *Anacletus 2.q.5.c.ad Romanū.* Ergo hæc Apoſtolica ſedes cardo & caput omnium eccleſiarum à domino, & non ab alio eſt conſtituta, & ſicut cardine oſtium regitur, ſic huius ſanctæ ſedis authoritate omnes eccleſiæ, domino diſponente, reguntur. Igitur ſi quæ cauſæ difficiliores inter vos ortæ fuerint, ad huius ſanctæ ſedis apicē, quaſi ad caput referte, vt apoſtolico terminentur iudicio. Lege quæ & Zephyrinus. pp. ibidem dicit. *Diſt.2.ca. non decet* Et quæ Calixtus Archiepiſcopus eccleſiæ catholicæ vrbis Romæ, &c. Et Fabianus. P. Romanus. *Fab. Romanus. 2.q 6.cap.licet cum.* Deniq; in Deuteronomio ſic legis de Pontifice veteris legis. Si difficile & ambiguum apud te eſſe perſpexeris inter ſanguinē, &c. *Deut. 17.* Qui autem ſuperbierit, nolens obedire ſacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat domino Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille. Et ſecundum Malachiam: *Cap.2.* Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem exquirent de ore eius, quia angelus domini exercituum eſt. Non enim ſufficienter eſſet nobis à Chriſto conſultum, niſi penes eccleſiam ſuam exiſteret hæc authoritas, & infallibilis regula in interpretandis dubijs, quæ ad fidem ſpectant: neque haberemus vnde hæreticos poſſemus conuincere: ſi Eccleſia non haberet magiſterium hoc, de quo nobis eſt ſermo, ad interpretandā ſcripturam: cuius declaratio & interpretatio omnibus ſit regula dirigens, & lucerna lucens, & oſtendens veritatem. Nam ſicut docet beatus Auguſtinus: *Aug.li.83 q.69.* Non poteſt error oriri palliatus nomine Chriſtiano, niſi de ſcripturis non intellectis. Omnis autem homo errare poteſt: Eccleſia verò, quæ ſpiritū ſponſi ſui habet, errare non poteſt, dicente Chriſto. *Mat. 27.* Ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſæculi: quod verbum manifeſtè non ſolùm ad apoſtolos, verùm & ad eccleſiam dirigitur: cùm apoſtoli citò de hoc mundo in requiem cælorum tranſlati ſint. Habes ergo doctrinam in apoſtolis cō ferendi cum ſapientibus ſacras ſcripturas, ad veram intelligentiam earū: habes in dubijs magnis ſcripturarum, quem debeas interrogare, tanquàm regulam certam, & infallibilem, Chriſtum ſcilicet, id eſt, ſedem Vicarij eius Romani Pontificis: & concilia generalia legitimè congregata, *In decre. d.17.* authoritate ipſius Pōtificis, ac determinatione, &c.

C Iam ad tertium veniamus. Reſpondens Ieſus diſcipulis ſuis de Elia, de Ioanne propoſuit, quomodo ab Herode fuerit decollatus, & fecerunt in eum quæcunque voluerunt: dixit etiam de ſe ipſo. *Et quomodo ſcriptum eſt in filium hominis: ut multa patiatur & contemnatur.* Quod tradēs B. Matthæus dixit: *Cap. 17.* Sic & filius hominis paſſurus eſt ab eis. Obſerua primò, quomodo iterum atque iterum inquit: ſicut ſcriptum eſt: vel quomodo ſcriptum eſt. Iam ergo ad noſtram conſiderationem aſcendamus. *Et quomodo ſcriptum eſt in filium hominis: ut multa patiatur, & contemnatur.* Ecce iam tertio adeſt ſermo de paſsione & cruce domini noſtri Ieſu Chriſti. *Crucis ſermo quare toties repetitur.* Palàm loquebatur ſuperiori cap. de morte ſua diſcipulis in monte, poſtquā diffinierunt Moyſes & Elias, quod certe eſſet ſecundùm ſcripturas moriturus in cruce pro humani generis redemptione, & diſparuerunt. Iam tertiò, quòd multa ſit paſſurus & contemnendus declarat. Propter hoc proculdubio, vt crucis ſcandalum à cordibus diſcipulorum auferret: dum non ſupplicium, ſed myſterium eſſe humanæ reparationis docet crucem & voluntariam mortē.

D Vt quem dudum in gloria regia, & in ſplendore claritatis cæleſtis & diuinæ, in monte transfiguratum viderant, & teſtimonium patris audierant, quòd verè filius eius eſſet, crucis patibulum trophęum, & triumphi ſceptrum iudicarent: non criminis ſupplicium eius, in cuius ore non eſt inuentus dolus, neque mendacium. *1.Pet.2.* Ecce vnde ſcandalū crucis euacuatur, & ſicut transfiguratus: ſic obſuratus in cruce, adoratur & diligitur dominus Ieſus Chriſtus. Ecce vnde ABSIT illud ab ore Pauli audiuimus ex intimis pręcordijs proclamatum. *Phil.2.* Mihi abſit gloriari, niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chriſti. Nec mirùm quòd miles glorietur in tropheo ducis æterni, per quod aduerſus diabolum factus eſt triumphus & victoria. Nō mirùm quòd diſcipulus glorietur, in quo magiſter & Dei filius gloriatur. Quaſi glorians in cruce & morte, ſic multoties de illa inculcat ſermonem. Per quod nimirùm docet tum magiſtros eccleſiarum, tum etiā plebes vniuerſæ domus eius, quomodo oportet non ſemel in anno de morte ſua & cruce inſtruere & recogitare, *Crucis doctrina aſsiduè prædicanda.* non ſolùm ad animi gratitudinem, & concelebrandas laudes & hymnos, pro ſummo hoc beneficio: ſed quàm maximè ad inueniendam venā aquæ

viuæ:& ignem ardentis dilectionis, erga eũ A
qui dilexit nos, & tradidit, non angelum,
aut Abrahã, Iſaac, vel Iacob:ſed ſemetipſum
Crucis meditatio quã utilis. pro nobis. Hoc eſt altare illud, in quo iu-
bente domino, nunquàm deficit ignis ar-
dens & lucens. Hæc eſt menſa illa, in qua re
Exo.6. ponuntur panes refectionis & pinguiſsimæ
Leuit.24. medulæ tritici:ad ſaginandam animam, &
Exo.40. omnia interiora noſtra. Hoc eſt candelabrũ
illud:quod ſemptem lucernis clariſsimis ar-
detià quo dona Spiritus .S. perfectiſsimè in
cenditur in cordibus noſtris, per charitatis
ardorem, quę infunditur in corda fidelium.
Eſa.55.A Audite audiẽtes me, & comedite bonũ, &
delectabitur in craſsitudine anima veſtra. In
clinate aurẽ veſtrã, & venite, audite me. *Et
quomodo ſcriptũ eſt in filiũ hominis: ut multa pa-
tiatur & contemnatur.* Audite & recogitate
in multo ſilentio, & in magna reuerẽtia ver
bum crucis meæ:& delectabitur in craſsitu
dine tantæ huius dilectionis & amoris, quo
Pſal.62. dilexi vos. In verbo hoc, ſicut adipe & pin-
guedine replebitur anima veſtra, & labijs
exultationis laudabit os veſtrum. Et de ven
tre cordis impinguati & ſaturati, eructabũt
Fœdus noſtræ redemptiõis quã firmum. labia hymnum ſuauiſsimum domino. Au-
dite, & videte, & viuet anima veſtra:& fe- B
riam vobiſcum pactum ſempiternum. Nõ
in percuſsione ouis aut bouis, quod fami-
liare fuit priſcis hominibus in fœdere, quod
inter ſe ſe pro amicitia & reconciliatione
confirmabant: vnde facilè rumpebatur: at-
que ad priſtinas inimicitias reuertebantur:
ſed feriam vobiſcum pactum ſempiternum:
Eſa.55. cùm propter ſcelus populi mei percuſſero
filium meum. In quo fœdus, & redemptio,
& amicitia ſempiterna inueniuntur. Pro-
pter hoc nimirum, pactum eſt ſempiternũ,
& redemptio inuenta ſempiterna eſt, quia
ſicut ſcriptum eſt in filium hominis, vt mul
ta patiatur & contemnatur: quia filius ho-
minis, qui & filius Dei eſt, multa paſſus
Pſal.109. fuit, & percuſſus, & mortuus. Eſt nanque ſa
cerdos in æternum per oblationem & ho-
ſtiam corporis ſui:quoniam ſacrificiũ, quod
Cyprian' in de baptiſmo Chriſti in cruce obtulit, ſic in beneplacito Dei cõ-
ſtat acceptum, & perpetua virtute cõſiſtit:
vt non minus hodie in conſpectu patris ob-
latio illa ſit efficax, id eſt ſufficiens, quàm
ea die, qua de ſaucio latere ſanguis & aqua
exiuit:& ſemper reſeruatæ in corpore pla-
gæ, ſalutis humanæ exigunt preciũ:& obe-
dientiæ donatiuum requirunt. Audite &
viuet anima veſtra:& feriam vobiſcum pa-

A ctum redemptionis ſempiternæ: Miſericor
dias Dauid fideles. Ecce teſtem populis de-
di eum, ducem ac præceptorem, gentibus.
Hæc omnia dixit Eſaias, poſtquàm crucem Ca.54.55
& paſsiones domini Ieſu deſcripſit. Propter
hoc ergo toties inculcat de morte ſua ſer-
monem dominus Ieſus:vt doceat nos aſsi-
duam illius prædicationem & meditationẽ:
in quibus tam ſublimia bona inueniuntur:
ſicut deſcripſit Eſaias in ſuperioribus. Quod
ad vnguem compleuit ſacratiſsimus Paulus 1.cap.2.
erga ſuos Corinth. ad quos poſtmodũ ſcri *Crucis prædicator Paulus.*
bens inquit: Non iudicaui ſcire me aliquid
inter vos:niſi Chriſtum Ieſum:& hunc cru-
cifixum. De quo docens diſcipulum chariſ-
ſimum Titum inquit: Apparuit enim gra- Cap.2.d.
tia Dei ſaluatoris noſtri omnibus homini-
bus, erudiẽs nos, &c. Qui dedit ſemetipſum
pro nobis, &c. Hæc loquere & exhortare.
Audiant magiſtri & paſtores eccleſiæ, Pau
lus inquit: Hæc loquere & exhortare. Sed
attendãt quàm accõmodè doctrinã, & ver
bum abnegationis ſæcularium deſideriorũ,
cum verbo crucis domini Ieſu coniungit:
ſicut & ipſe in euangelio docuit. Nullibi fir *Crucis propriæ unde perſuadetur doctrina.*
mius & ardentius mens humana accingitur
B ad hanc abnegationem impietatis & ſæcu-
larium deſideriorum:quàm in meditatione
& ſermone crucis Chriſti. Denique man-
datum habes ipſius ſaluatoris de re hac in *Luc.22.*
hæc verba: Hoc facite in meam comme-
morationem. Quod exponens Paulus in-
quit: Quotieſcunque panem hunc manduca 1.Cor.11.
bitis, & calicem bibetis, mortẽ domini an-
nuntiabitis, donec veniat. Hæc dicta ſunt
pro præſentis loci & ſequentium expoſi-
tione: vbi multoties loquitur dominus Ie-
ſus de cruce & morte ſua. In quo etiam nos
docet, quàm oporteat nouiſsima noſtra nos
ipſi cõſiderare non ſemel aut bis:ſed quoti-
die, & p ſingulos dies. Memor eſto, quoniã Eccl.14.b
mors non tardat. Memorare nouiſsima tua:
& in æternum non peccabis. *Et ueniens ad
diſcipulos ſuos, uidit turbam magnam circa eos:
& ſcribas conquirentes cum illis.* Notandum
quod à beato Luca hæc hiſtoria deſcen- Cap.9.
ſus Chriſti de monte, in ſequenti die transfi
gurationis deſcribitur. Factum eſt autem in
ſequenti die, deſcendentibus illis de mon-
te, &c. Vbi manifeſtè vides, quòd dominus
cum tribus diſcipulis fuit in monte transfi-
gurationis, vſque in ſequentem diem. Per
quod conceditur nobis conſiderare vnum *Transfiguratio.*
ex duobus, aut vtrunque: vel quod non ad

hora fuit transfiguratus, & Elias & Moyſes
ipſis apparuerũt, nec in verbo vno aut duo-
bus de exceſſu collocuti ſunt: ſed in multis
ſermonibus. Quòd verba eiuſdem Lucæ de
clarant. Dicit namque, Loquebantur, & di
cebant exceſſum. Quæ verba actionẽ con-
tinuam, & in longum protractam ſignificãt.
Marc.9. Sed & de nube dictum eſt: Et facta eſt nu-
bes obumbrans eos: non quidem in tranſi-
tu, & ad modicum: ſed ad longum, aliqua-
leque temporis ſpacium. Per quæ omnia &
propter alias circunſtantias, quas ſapiens &
attentus lector in ſacris euãgelijs inueniet,
exiſtimo ſacram transfigurationem non in
momento diſparuiſſe, imò duraſſe per ali-
quod temporis ſpacium, & forſan vſque ad
noctem. Et ſic conſiderabis ſecundũ, quod
ſcilicet pernoctauit dominus in oratione
Dei in monte illo. Ad hoc enim aſcendiſſe
eum deſcripſit ſacer Euangeliſta Lucas, vt
Cap.9. oraret. Quod ſi dicas oraſſe dominum ante
transfigurationem non cõtradicam: & hoc
certè in euangelio dicitur: Et facta eſt cum
oraſſet facies eius altera. Sed & poſt tranſ-
figurationem oraſſe credendum eſt, ſiquidẽ
Euangeliſta inquit: quòd ibidem manſit vſ-
Oratio cõtinua. que ad ſequentem diem. Habes in hoc ma-
gnam ac valde neceſſariam doctrinam. Nõ
ceſſes ab oratione, imò pernocta in illa in
monte: etiam poſtquam claritas diuina mẽ-
tis tuæ oculos illuminauit, etiam ſi audias:
Filius meus es tu dilectus: ita quòd infallibi
lem de re hac reuelationem faciat tibi altiſ-
ſimus: illuc ora & exclama per noctẽ. De
quo ſit ſatis. Dilata ſi placet. *Et veniens ad di-
ſcipulos ſuos, &c.* Pro qualitate meritorũ do-
minus alijs aſcendit, dum perfectos, quorũ
conuerſatio in cælis eſt ſublimius extollen-
do glorificat, & de æternis inſtruit, & do-
cet quæ turba audire non valet. Alijs deſcẽ
dit: dum terrenos & incipientes confortat,
& docet & caſtigat. In monte maieſtatem
transfigurationis oſtendit, orat, & docet:
deſcendes miſerorum fletu pulſatur: infide-
litatis peccata exprobrat: malos ſpiritus ex-
pellit. Venit ergo ad diſcipulos ſuos, quos
externa die ad radicem montis dimiſerat:
quorum gerebat paternam ſolicitudinẽ, &
fortè iam humanam infirmitatem patieban
tur, indignantes quòd tres alij diſcipuli aſ-
ſumpti eſſent cum magiſtro in montem: &
ſuſpicantes, ne fortè voluiſſet nobile pro-
miſſum de videndo regno ſuo complere:
propter quod & indigni fuerunt ad impe-

C randum dæmonio, & ſanandum lunaticum
illum. Et hoc forſan eſt, quod Scribæ con-
quirebant cum apoſtolis: quare ſcilicet non
poſſent curare miſerum illum hominem à
dæmonio vexatũ: & deridebant eos, quaſi
qui tentauerant curare illum, & non potue-
runt. Neque ſolùm illa erat cauſa, propter
quam nequiuere apoſtoli curare illum, ſed
quã dñs deſcribit in euangelio, ſicut ſta-
tim dicendum eſt. *Et confeſtim omnis populus
videns Ieſum, ſtupefactus eſt, & expauerunt: &
accurrentes ſalutabant eum.* Neſcio vnde in
tantam admirationem rapitur turba hæc
multa in aduentu Ieſu ad illos: cum fami-
liaris eſſet illis a multis diebus. An quia
expectauerant eum: & neſciebant vbi eſſet,
aut quo tẽpore venturus? Sed neque ab apo-
ſtolis hoc didicêre. Exiſtimo ex mora quã
in monte traxit, cum transfiguratus eſt: vbi
vſque ad ſequentem diem permanſit, ſtupe
factam fuiſſe turbam: ſi fortè iam haud ſpe-
rabant illum. Et cùm repentè adfuit inter il
los, ſtupefactæ & admiratæ ſunt. Sed iucun
dum eſt, quòd poſt admirationem pro ad-
uentu domini, feciſſe teſtatur ſanctus Euan-
gelista. *Et accurrentes ſalutabant eum.* Quaſi Salutatio.
ſerui cum vrbanitate & humilitate multa,
D ac reuerentia. O quanti ſunt, qui venientẽ do
minũ de cælorum ſublimitate in hũc mun-
dum, neque ſalutant, neque obſtupeſcunt.
In quo obſecro plus obſtupeſcere debet
homo, & pauere præ admiratione, quàm in
aduentu Dei in mundum? Sed carnalis &
ingratus homo, præfocatus curis & ſolicitu
dinibus huius ſæculi, neque conſiderat, ne-
que ſalutat. Sed væ illis, qui in magni myſte
rij conſecratione dominum Ieſum non ſa-
lutant. Heu, heu, paſsim reperiuntur, qui tẽ
pus viſitationis ſuæ non intelligunt: cum ſu
per altare ſanctum, ſacra & venerabilia ſa-
cramenta reponuntur. Non ſalutant, non
adorant, non obſtupeſcunt, non accedunt à
quorum mens & cor longe eſt à domino.
Dilata ſi placet. *Et interrogauit eos. Quid inter
vos conquiritis?* Interrogat non neſciens: ſed
vt ex reſponſione arguat eorum increduli-
tatem. Exiſtimo interrogationem hanc ad
turbas factam fuiſſe. Quanquàm ex verbis
eius aliquis poſſet credere, quod à diſcipu-
lis requiſiuit magiſter de quæſtione eorum,
cùm ſcribis. Inquit enim: Quid inter vos
quæritis? *Et reſpondens vnus de turbis dixit: Ma-
giſter attuli filium meum ad te habentem ſpiritum
mutum, qui vbicunque illum apprehenderit, allidit
illum.*

A

illum, & ſpumat, & ſtridet dentibus, & areſcit. Et dixi diſcipulis tuis, ut ejicerent illum, & non potuerunt. In ſuperioribus vidimus, quomodo aduerſus omnia dæmonia poteſtatẽ conceſsit apoſtolis ſuis dominus Ieſus, & vt languores curarent: quid ergo cauſæ eſt, quòd in præſentiarum dæmonem ab homine nõ poſſunt eijcere? Nunquid temporalis fuit illa poteſtas: & non ad ſemper?

Hieronymus.

Beatus Hieronymus videtur reijcere cauſam in eum, qui curandus erat, vel in parentem eius. Cuius hæc ſunt verba. Obtuli eum diſcipulis tuis, & non potuerunt curare illum: Latenter accuſat apoſtolos: cùm impoſsibilitas curandi, interdum non ad imbecillitatem curantium, ſed ad eorum qui curandi ſunt, fidem referatur, dicente domino: Fiat tibi ſecundùm fidem tuam.

Miracula quare aliquando nõ fiebant.

Sed manifeſtè diſcipulorum incredulitati aſcribit dominus in Matthæo impoſsibilitatem huius curationis. Quare nos non potuimus eijcere illum? Dixit illis Ieſus: Propter incredulitatem veſtram.

Cap.13.

Vtriſque ergo obijciamus, quod nõ eiecerunt dæmoniũ, quod ex ſermone alio domini Ieſu comprobatur. Si potes credere, omnia poſsibilia ſunt credẽti. Credo domine, adiuua incredulitatem meam. Vides apertè quàm infirmus in fide erat homo iſte.

B

Sed & apoſtolos vidiſti ex voce domini incredulos. Ad textum accedamus. Homo iſte audita fama domini Ieſu, & aduentu eius, duxit ad illum filium, quem habebat lunaticum, poſſeſſumque à diabolo, à pueritia ſua: vt curaret illum. In quem tantam poteſtatem & tyrãnidem exercebat, quod vbicunque eum inuadebat, illic allidebat ad terram, & in teſtimonium magnitudinis doloris, voluebatur ſuper terrã ſpumans. Sed & mutũ reddiderat illum, & ſtridebat dentibus.

Diaboli ſæuitia contra hominẽ

Manifeſtiſsima ſigna diaboli inhabitantis hæc ſunt. Ad aquam ad ignem, ad terram allidere hominem, & mutum, & ſtridentem dentibus reddere & ſpumantẽ. Diabolus hæc omnia operatur pro ſæuitia ſua contra nos: nullum horum ſingulariter ei ſufficit: imò non expletur in ijs omnibus: dum ad gehennam non trahit vniuerſum hominum genus.

Pſal.73.

Superbia eius aſcẽdit ſemper: atqui aduerſus Deum eſt odium iſtud: qui creauit nos ad ſedes & manſiones cæleſtis regni. De quo iam multoties in ſuperioribus diximus. Qui *reſpondens ei dixit: O generatio incredula, quandiu apud vos ero? Quam diù vos patiar?* *Afferte illum ad me.* Non

A

ſuperatus tœdio manſuetus, & mitis Ieſu in hæc verba prorumpit: qui non aperuit os ſuum coram tondente: neque in verba furoris erũpit: qui infirmos in fide docebat in lenitate inſtruendos: & patientiam erga proximos ſuos: ſed in ſimilitudinem medici, qui ſi ægrotum videat contra præcepta ſua ſe gerere, dicát: Vſque quo accedam ad domum tuam? quouſque artis perdam induſtriam, me aliud iubente, & te aliud perpetrãte?

Eſaie.53

Similitudo

In tantum autem non eſt iratus homini, ſed vitio: & per vnum hominem Iudæos arguit infidelitatis. Notatu ſunt digniſſima duo illa verba, Quamdiu apud vos ero? quamdiu patiar vos? Similis exprobratio & comminatio deſcribitur in pſalmo: Filij hominum vſque graui corde? Vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendaciũ?

Pſal.4.

Quaſi dicat, Eia ô homo, qui ratione præditus es, pone finẽ curis & vanis expectationibus ad delectabilia præſentis ſæculi: audi vocẽ vocantis te dñi: & noli obdurare cor tuũ: quod ſi feceris, malum habebit in extremis.

Pſal.94.

Eccli.3.

Neque ſeducas temetipſum ex infirmitate vocantis & arguentis: qui in mortali habitu cum hominibus conuerſatur. Sed ſcito & animaduerte, quòd certè mirificauit dominus ſanctum ſuum in ſua reſurrectione: & dedit illi poteſtatem pleniſsimam ſuper cælum & terram.

B

Matt.28.

Ioel.2.

Quandiu apud vos ero? Quã diu patiar vos? Nunquid non miſericors tu es, & patiens, atque præſtabilis ſuper malitia hominum? Certè ſic: ſed adeſt tempus, in quo ego ipſe, qui tacui, qui ſilui, qui patiens fui, loquar vt parturiens, diſsipabo & abſorbebo ſimul.

Pſal.144.

Eſai.42.

Ne autem ad calamitatẽ hanc maximam veniat homo durus & incredulus, minas & terrores ingero: per quæ reſipiſcat: ac conuertatur. Heus tibi dicitur. Quandiu apud te ero? Quandiu patiar te? Similis reprehenſio eſt apud diuum Paulũ. An diuitias bonitatis, & patientiæ, & longanimitatis contemnis: ignorans quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit?

Rom.2.

Audi eundem apoſtolum, tu qui dominum deſpicis, qui ab infantia tua adeſt tibi, & vocat te in multis mirabilibus ſuis, & adhuc dicis, non ſeruiam ſecundùm duritiam tuam, & cor impœnitens: theſaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis, & iuſti iudicij Dei: qui reddet vnicuique ſecundũ opera eius.

Hier.2.

Audi obſecro ô homo vocem hanc domini Ieſu: Quandiu apud vos ero? Quandiu patiar vos? Et ſcito quod tempus habet

& fi-

& finem longanimitas & clementia altiſsi-
Eccli. 5. mi: & ira illius reſpicit in peccatores ad per
dendos illos in gehenna ignis: niſi reſipiſcãt
per pœnitentiam. Noli dicere in corde tuo:
Miſeratio domini magna eſt, multitudinis
Ibid. peccatorum meorum miſerebitur. Ne di-
xeris: Peccaui, & quid mihi accidit triſte?
Altiſsimus enim eſt patiens redditor. Et ve-
1.Theſ.5. niet vt fur, qua hora non putas. Imò in illa
hora, quando tibi repromittis dierum lon-
gitudinem: & poſt multos annos pœniten-
tiam: & tollet animam tuam à te: & ponet
partem tuam cum hypocritis. Tibi dicitur.
Quandiu apud vos ero? & quandiu patiar
vos? Qui in impudicitijs & luxurijs veſtris
in odio aduerſus proximum & fratrem, vſ-
que ad hanc ſenectutis horam, corpora &
corda enutriſtis? reſipiſcite in verbis his.
Vſque quo? & quandiu? quæ certè terminũ
præfigunt diuinæ miſericordiæ & indulgẽ-
tiæ, ſcilicet poſt hanc vitam: & vltionem
comminantur duriſsimam. Huc ſpectat vni
uerſa illa doctrina prophetæ & apoſtoli.
Eſa.55. Quærite Dnm, dum inueniri poteſt: inuo-
2.Cor.6. cate eum, dum prope eſt. Ecce nunc tem-
pus acceptabile: ecce nunc dies ſalutis, quan
diu dominus nobis eſt, & patiens, diſsimu-
lat peccata noſtra propter pœnitentiam. D
Epheſ.5. Similiter & Paulus docet: Surge qui dor-
mis, & ſurge a mortuis, & illuminabit té
Chriſtus. Videte itaque fratres, quomodo
cautè ambuletis, non quaſi inſipientes: ſed
vt ſapientes, redimentes tempus: quoniã
dies mali ſunt. Hæc eſt ſapientia redimere
tempus: per fletum, & gemitum pœniten-
tiæ ad reparandam anteactam vitã in mul-
tis peccatis, & bene vtendo placabili Dei
miſericordia, quę nunc ſe ſe nobis offert cle
mentiſsima. Propter grandem hanc mali-
tiam, quod homo deſpiciat diuinam longa-
nimitatem & vocationem, & viſitationem,
tam durè aduerſus Iudæos actum eſt à do-
mino. Quæ omnia mala cùm comminatus
Luc.19. eſſet dominus Iudæis Hieruſalem, dixit: Eò
quòd non cognoueris tempus viſitationis
tuæ. Non eſt ignoratio hæc, quæ ad intelle-
ctum pertineat: quaſi inuincibilis: ſed cùm
NOTA non cognoueris inquit: intellige quòd no-
valde. luit ſub alas gallinæ congregari. Hic nolui-
ſti legis, quod ad prauam voluntatem perti-
net. Sit ſatis. *Afferte illum ad me*, puerum ſci-
licet, non dæmonem: vt oſtendat illum dæ-
monio traditum propter peccatum ſuum,
vel parentum. *Et interrogauit patrem eius:*

C *Quantum temporis eſt, ex quo ei hoc accidit?* In-
terrogat non quaſi ignorans: ſed vt diutur-
nitas infirmitatis à patre pueri oſtendatur,
& oſtenſa, curationem gratiorem & com-
mendabilem faciat: non quidem ad vanam
artis aut potentiæ demonſtrationem: ſed
vt nutantia corda diſcipulorum confirmet.
At ille ait: Ab infantia. Videtur aſcriben- *Diabolus*
dum parentum peccatis, quod dicitur ac- *propter pa*
cidiſſe huic homini: ſiquidem ab infantia *rẽtum pec*
diabolus inuaſit & obſeſsit illum. Quæ *cata inua-*
ætas non accommoda eſſe ſolet magnis cri *dit aliquan*
minibus: propter quæ dæmon inuadere ſo- *do filios.*
lebat peccatores. Niſi mauis videre, quòd
certè adeò indiſciplinati, & nequam inue-
niuntur pueri, quòd magna crimina adhuc
operentur. Sed ſuperior ſententia magis pla
cet. Forſitan deuouit pater hic hunc filium
diabolo: & inuocatus arripuit eum: cùm
oporteret virga & flagello emendare, ac
reducere ad ſanum ſenſum. Timendum vo-
bis eſt: qui quos genuiſtis, & in multo la-
bore educaſtis, diabolo deuouetis & di-
ris: & in filiis dignam animaduerſionem
tanti ſceleris ſuſcipitis: dum certè ante ocu-
los veſtros duriſsima pati cernitis pigno-
ra chara & dulcia. Ad veſtram ergo do-
D ctrinam intuemini puerum iſtum, quem
diabolus mille nocendi modis vexabat,
& inſidiabatur. Dentibus ſtridebat: vbi-
cunque inuadebat, eum allidebat ad ter-
ram, ad ignem, ad aquam, & voluebatur
ſpumans ſuper terram: mutum & ſurdum
effecerat, & quidem ab infantia, quæ *Horatius.*
capiendæ diſciplinæ erat prompta, & vti- *Infantia di*
liter impenderetur. Et ſemel imbuta re- *ſciplinæ ca-*
cens conſeruabit odorem teſta diu. Imò *piẽdæ apta*
adoleſcens iuxta viam ſuam, cùm ſenuerit: Prou.22.
non recedet ab ea. Noli ergo curſim le-
gere verbum hoc. *Ab infantia*, aut ſolummo
do ad compaſsionem diuturni doloris au-
dias ab infantia. Imò de hoc maximè
doleas, quòd tempus diſciplinæ in æuum
ſequens, & forſan in æternitatem amit-
titur: cùm indiſciplinata præterijt iuuen-
tus & pueritia. In qua velut tener ra-
mus & planta dirigi poteſt ad bonum &
honeſtum, & æquum. Quod ſi indura-
uerit, actum eſt de diſciplina & corre-
ctione: & actum eſt de illius ſalute. De
quorum educatione iam diximus, capite
tertio. Et frequenter eum in ignem, &
in aquam miſit, vt eum perderet. Bea-
tus Matthæus dixit: Quia lunaticus eſt. Cap.13.
Obſer

Obſeruans diabolus lunæ curſum paſ- A ſim arripiebat hominem hunc ; vt lunæ qualitatibus aſcriberent, quòd talia patiebatur, qui illum aſpicerent: ac ſi in creaturis creatorem infamaret: tanquàm qui illis poteſtatem hanc nocendi hominibus conceſſerit. Ac ſic nec peccatũ ſuum homo recogitaret: neq; diabolum contrarium ſibi & inimicum ſuſpicaretur: ſed lunæ curſibus cõcederent tantũ malum: quale proprijs oculis aſpiciebant.

Diabolicura ad decipiendũ nos qualis.

Tria illa ſummæ curæ ſunt diabolo: Deum nobis contrarium in creaturarum gubernatione perſuadere, & quod noſtra peccata, nullum tale flagellum meruerunt: denique tertiò, quod ipſe diabolus in nullo nobis ſit contrarius aut inimicus. Ab exordio naſcentis mundi primum horum excogitauit, ac mulieri perſuaſit. Scit

Geneſ.3.

Deus, quòd in quacunque hora comederitis, eritis ſicut dij, ſcientes bonum & malũ: propter hoc interdixit eſum arboris iſtius. Ego autem, qui veſtri ſum nimius amator, ac veſtræ excellentiæ & magnificẽtiæ procurator diligentiſsimus: propter hoc veni huc: vt credentes mihi fideliſsimo ac veraci, Dei veſtri abijciatis ſermonem. Quod cùm

Pſal.48.

ita factum fuit: homo, qui in honore erat, non intellexit: & tranſgrediens legem Dei B ſui, cõparatus eſt iumentis inſipiẽtibus, & illis ſimilis eſt factus. Sic cùm ſanctus Iob grauiſsimè à diabolo tentaretur in mille tẽ-

Iob.1.

tationibus, dicebat: Ignis Dei de cælo cecidit, & tactas oues pueroſque conſumpſit. Neque in verbo vno nitebatur hoc perſuadere: ſed in duobus: ignis Dei, dixit, & de cęlo, vt perſuaderet infeſtum ſibi eſſe Deum,

Exo.7.et8

etiam ſi tantum ei ſeruirit. Procurauit per Ioannem & Mambres artis magicæ peritiſſimos perſuadere, quod non à Deo in vltionem inobedientiæ ad verba Moyſi tãta mala patiebantur: ſed contrà ex magicis artibus ipſius Moyſi. Vnde ſtatim ſimilia ipſi faciebant cum Moſe. Vidiſti apertiſsimè, quomodo verum eſt diabolum infamare creatorem & infeſtum nobis perſuadere: & ſe ipſum eſſe amicum beneuolum, noſtri honoris procuratorem: nihilque mali nobis propter noſtra peccata accidere. Cùm certè omnia è contrario eueniãt. Suprà modum noſtri curam gerit altiſsimus, in manu reportat: in ſinu fouet: ſub alas recipit ad-

Pſal.3.
Pſal.90.

uerſus inſidias milui & accipitris, id eſt, diaboli. Omnes creaturas ſubiecit ſub pedibus noſtris: quibus de nobis mandauit, & ipſis angelis etiam, vt cuſtodiant vbique. Nihilque eſt aut fuit aliquando, quod diuideret inter nos & Deum, præter peccata noſtra.

Eſa.59.

Sed & ipſe diabolus, tanquàm leo rugiens circuit quærens quem deuoret. Propter quẽ totus mundus poſitus eſt in maligno, per quem & eius inuidiam mors introiuit in orbem terrarum.

1.Pet.5.
Sap.2.

Hæc omnia diximus exponentes verbum illud. Et frequenter eum in ignem & aquam miſit. Lunaticus eſt. *Sed ſi quid potes, adiuua nos miſertus noſtri.* Manifeſtum eſt hominem iſtum fuiſſe imperfectiſſimum: dicit nanque: Si quid potes. Sed ſcriptum erat de Chriſto: Calamum quaſſatum non conteret: & linum fumigans non extinguet: imò calamum quaſſatum ſolidum & firmum reddidit: & linũ fumigans igne cęleſtis ardoris accendit.

Eſa.14.

Quaſſatus erat calamus hic, aliqualem fidem oſtendebat: infirmam tamen & imperfectiſsimam: oportuit non confringere in verbo duro & iræ: quod promptiſsimè agit dulcis & miſericors magiſter. Miſericordiam ab eo exigebat miſer homo pro ſe & filio ſuo. Quæ vox humilitatem in ianuis habet: neque merita recognoſcit: ſed liberalitatem miſerentis Chriſti profitetur. Dicit ergo illi dominus. *Si potes credere, omnia ſunt poſsibilia credenti.* Manifeſtum eſt fidem eſſe in hominis poteſtate, & liberam cum Dei adiutorio.

Fides libera.

Per quod manifeſtè etiam Lutherus hæreſeos conuincitur, qui dixit coactos nos trahi ad fidem. Nam quàuis fides actus ſit intellectus: ipſeque ſit naturalis potentia, & non libera, qualis eſt voluntas: tamen quia ad fidem requiritur pius affectus voluntatis: participatione hac fides eſt libera. De quo vulgariter cum Auguſtino dicimus: Cætera poteſt homo nolens: credere non niſi volens. Et alio loco ſuper illud: Ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua, inquit: Neque ſic exiſtimemus fidem noſtram eſſe in libero arbitrio (in quo ipſe Auguſtinus aliquando errauit) vt diuino non indigeat adiutorio.

Auguſt.3. In Ioan.
Luc.22.

Et Hugo de ſancto Victore: credere voluntatis eſt: & fides credere volenti deeſſe non poteſt: & niſi fides libera eſſet, nullum eſſet meritum noſtrum in credendo: quod eſt cõtra Concilium Lateranẽſe, ſub Innocentio tertio: ſicut patet ex vltima ſententia illius.

2. de ſacramen. par. c.7.

Sed ipſa fidei natura hoc docet. Cùm fides ſit rerum, quæ non videntur: nulla ratio naturalis eſſe poteſt, quæ vim aſſentiẽdi intellectui inferat: liberè ergo aſſentitur articu-

Cap. firmiter de ſũma Trinitate, & f. catho.

lis

Sefsio. 6. lis fidei. De quo in Concilio Tridentino de C
Cap. 6. iuſtificatione ſic legis. Diſponuntur autem
ad ipſam iuſtitiam, dum excitati diuina gra
tia, & adiuti, fidem ex auditu concipientes,
libere mouentur in Deum, credentes vera
eſſe &c. Neq; ex verbis Chriſti: Nemo po-
teſt venire ad me, niſi pater traxerit eum,
aliquid habet: de quo audi Auguſtinum in
Cap. 32. Enchi. Non eſt volentis neque currẽtis, ſed
Dei miſerentis, quia ex vtroque fit, id eſt,
volũtate hominis, & miſericordia Dei, &c.
Et beatus Cyrillus locum alterum Ioannis:
Cap. 12. Propterea non poterant credere, quia iterũ
dixit Eſaias: Excœcauit oculos eorum, ex-
plicat in hunc modum: Si fides libera eſt, &
cuiuſuis noſtrum ſubeſt poteſtati, quomo-
do ille aſſeuerat Iudæos non potuiſſe cre-
NOTA dere? Sed quare non poterant credere? Ad-
valde. hibenda eſt reſponſio: quia nolebant. Sicut
2.Tim.2. enim quòd Deus negare ſe ipſum non po-
teſt, laus eſt voluntatis diuinæ: ita quod illi
non poterant credere, culpa eſt voluntatis
humanæ. Optimè ergo in ſacro Euangelio
Fides, Dei dominus homini iſti dicit: *Si potes credere,*
donum. *omnia poſsibilia ſunt credenti.* Quæ quidem fi-
Eph 2. des, cum Dei donum ſit, non ex operibus,
vt ne quis glorietur: etiam noſtra dicitur à
Chriſto paſsim in ſacro euãgelio. Fides tua
Luc.7. te ſaluam fecit, &c. Sed nota quòd ſæpenu
Fides pro mero fides pro fiducia accipitur, ſicut eſt il-
fiducia. lud Ioan. Ieſus autem nõ credebat ſe ipſum
Cap.2. eis; id eſt, non fidebat eis, neque ſe tutò fi-
denter, aut ſecurè eorum conſuetudini &
poteſtati permittebat. Non tamen per hoc
intelligas fidem iuſtificantem nihil aliud
eſſe, quàm fiduciam de diuina miſericordia,
Seſsio. 6. peccata remittente propter Chriſtũ: quod
patres canone. 12. damnarunt in hæc ver-
ba. Si quis dixerit fidem iuſtificantem ni-
hil aliud eſſe, quàm fiduciam diuinæ miſe-
ricordiæ, peccata remittentis propter Chri
ſtum, vel eam fiduciam ſolam eſſe, qua iu-
ſtificamur, anathema ſit. Cùm ergo Chri-
ſtus dicit: Si credere potes, omnia poſsibi-
lia ſunt credenti: exiſtimo de hęſitatione in
fide eſſe arguendum hominem iſtum: ſicut
& de infirmitate in illa, ex qua oriebatur.
Hæſitabat in oratione dicens: Si quid po-
tes, adiuua nos. Hæc eſt illa fiducia & confi
dẽtia, quam expoſtulat beatus Iacobus. Pe
Cap.1. tat in fide nihil hęſitans, ſcilicet de potẽtia,
& virtute, & bonitate diuina. Quam cùm
homo iſte non agnoſceret in Chriſto Ieſu,
vtroque pede claudicabat: & in fide & in fi-
ducia: hæſitabatque de potentia Ieſu, ſiqui-
dẽ dicebat: Si quid potes, adiuua nos. Quã
infirmitatem curaturus cæleſtis medicus, ad
fidem vocat, tanquàm ad medicamentum
dicens: Si potes credere, omnia poſsibilia
ſunt credenti. Si potes credere, quod ſcilicet
poſſum curare filium tuũ fiet tibi: quia cre
denti quòd ego ſum Dei filius, mediator
Dei & hominum, &c. longè ſublimia ſunt
poſsibilia. De quo ſit ſatis. *Et continuò excla-*
mans pater pueri cum lachrymis aiebat: Credo do
mine, adiuua incredulitatem meam. Exiſtimo in-
fuſum fuiſſe fidei habitum ab Spiritu ſan-
cto in hunc hominem: quo igne ſuccenſus
in lachrymas, & vocem magnam erupit.
Credo domine. Et minus de ſe fidens, nec
recognoſcens ſuam fidem, quam ab eo exi-
gebat ſaluator, orauit: Adiuua incredulitatẽ
meam. Quòd ſi tantum donum non probas
concedendum eſſe homini huic, vt de Chri
ſto ſublimem hanc fecerit confeſsionem,
non tibi contradico: tàmen dicendum eſt
fidem habuiſſe, quæ ad concedendum illi
ſanitatem hanc ſufficiebat. Notandũ quòd *Fidei men-*
non vna eſt menſura, aut perfectio fidei. Eſt *ſura nõ v-*
enim fides infirma, de qua apoſtolus: Infir- *na & eadẽ*
mum in fide ſuſcipite. Et fides mortua: de Rom. 14.
qua apoſtolus Iacobus: Fides ſine operibus Cap. 2.
mortua eſt. Eſt & fides viua atque informa
ta charitate: quæ per dilectionem operatur.
De qua idem apoſtolus Paulus: In Chriſto Gal.6.
Ieſu, neque circumciſio, neque præputium
aliquid valet: ſed fides, quæ per dilectionem
operatur. Obſerua quod loquebatur de fi-
de adultorum, quæ oportet vt per dile-
ctionem operetur. Quod in paruulis, qui fi-
dem viuam recipiunt in ſacro baptiſmate,
non eſt poſsibile, vſque ad rationis vſum
perueniant. Cùm ergo inquit apoſtolus:
Sed fides, quæ per dilectionem operatur,
de adultorum fide tunc agebat: non de par-
uulorum ſtatu: quibus nulla eſt ad regnum
neceſſaria operatio. Obſerua quòd nullus
homo citra reuelationẽ poteſt ſcire, quòd
habeat fidem infuſam: quæ cùm infunditur *Huius ſen*
ſine obice recipientis, ſemper ſecum trahit *tentiæ eſt*
gratiam, & charitatem: de qua nullus eſt cer *Scotus.* 3.
tus fidei certitudine, quod adſit illi: non er- S. d. 23. q.
go ſcit, nec videt ſe habere infuſam fidem. *unica.* Ca-
Sed fide tenet, quòd habeat fidem infuſam. *iet.* 1. 2. q.
Dixi ſe habere, quia certè certus eſſe poteſt 112. *ar.* 5.
miniſter ſacramenti baptiſmi, cùm paruulũ Soto A-
baptizat, illum habere infuſam fidẽ & gra- *pol. contra*
tiam: cùm omnia quæ ſunt requiſita ad per- *Cath.* c. 5.
fectionem

feſſionẽ talis ſacramẽti ſibi poſſunt cõſtare, in expoſitione Pſal. de vera fide locũ Pau- *pſal.* 115.
euidẽter a deinde de fide eſt, & qui baptizatꝰ fuerit, &c. Sequitur quòd certitudinaliter ſcire poteſt paruulum eſſe in gratia. Cùm ergo neque euidenter ſcire poſsimus nos habere fidem infuſam, prudenter oraſſe hominem hunc comprobabis: cùm dixit: Adiuua incredulitatem meam: & apoſtolos, Domine adauge nobis fidem. Quod ſi aliquando legis apud doctorem ſubtilẽ, ſicut credo
In principio ſolutionis.q. unicæ.d.23.et 27.ar.in.3 ſen.& in.1 d.17.q.1. Deum eſſe Trinum & vnum: ita credo me habere fidem infuſſam, qua hoc credo: Nõ debes hoc ſic rigidè exponere, vt velis hũc eſſe ſenſum doctoris ſubtilis, quaſi eadẽ firmitate credat ſibi peculiariter eſſe infuſſam, qua credebat Deum eſſe Trinum & vnum, ſed ita debet exponi, vt ſenſus ipſius ſit eadem firmitate ſe credere fidem infundi fidelibus à Deo, vt credant, qua credebat Deum eſſe Trinum & vnum. *Credo domine adiuua incredulitatem meam.* Cum lachrymis confeſſus eſt: atque cum eiſdem orauit, pro ſuæ fidei augmento, quod omnibus faciendum eſt.
Rom. 10. Corde creditur ad iuſtitiam: ore autem confeſsio fit ad ſalutem. Dicit enim ſcriptura: Omnis qui credit in illum, non confundetur. Sed prudentiſsima oratio eſt: quæ adiutorium à domino requirit, & maximè in fidei cauſis & negotijs, quam diſſuadet ſuperba mens noſtra: & neceſſariò eſt captiuandus intellectus in obſequium eius.
2. *Cor.* 10 Arma militiæ noſtræ non carnalia ſunt: ſed potentia Deo ad deſtructionem munitionum, conſilia deſtruentes, & omnem altitudinem extollentem ſe aduerſus ſcientiam Dei: & in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obſequium Christi. Nam intellectus naturalis potentia eſt, ſolaque ratione naturali ac demonſtratione conuinci poteſt, & ea quæ fidei ſunt, innatam habent obſcuritatem, & demonſtrari argumentis, non poſſunt, quamuis gradus ſit intelligendi ipſa fides, intellectus autem meritum fidei; ſicut docet propheta: Niſi credideritis,
Eſai. 7. non intelligetis. Habet fides ipſa quoddam lumen ſuum in ſcripturis, in prophetis, in euangelia, &c. Lege Auguſtinũ.
Aug. li. 50 *homiliarũ, homil.* 23. Quamuis Eraſmus indoctè nimis admoneat, non de fide, ſed de fiducia Paulum agere, Quod ipſe apoſtolus refutat, cùm ſtatim dicat: Fide credimus aptata eſſe ſæcula verbo
Baſ. mag Dei. At fiducia non propriè reſpicit præterita, quemadmodũ futura. Et Baſilius mag. in expoſitione Pſal. de vera fide locũ Pauli interpretatur. Et Bernardus in epiſt. contra Abilardum, qui dixit nihil eſſe credendum, quod excederet facultatem noſtri intellectus. Et Theophulactus. Hinc certè eſt, quòd captiuare oportet omnem intellectũ voluntate imperante & conſentiente in obſequium Christi & fidei. *Bernard. epiſt.* 190. *contra Abilardum.*
Iam facilè ex his deprehendes, quàm prudens ſit oratio, quæ adiutorium à domino, etiam cum lachrymis exquirit in fide. Aduerſus quam humana ſapientia extollitur: ſtultitiam iudicans myſterium Christi, de quo Apoſtolus: Prædicamus Christum crucifixum: Iudæis ſcandalum: gentibus ſtultitiam. Sed quod ſtultum eſt Dei, fortius eſt, & ſapiẽtius eſt hominibus. *1. Cor.* 1. Vnde illis eiſdem Iudæis atque Græcis ad fidem conuerſis & vocatis: illud quod ſtultitia & ſcandalum erat ſecundum humanam rationem obſcuratam, & ſecundùm philoſophiam: Dei virtus & ſapiẽtia recognoſcitur & adoratur. Prudẽter ergo orat homo hic, & cũ lachrymis: Adiuua incredulitatem meam. Incredulitatem inquit, cùm certè confeſſus ſit dicens: Credo domine, cùm non ſibi conſtaret de fide ſua: an illa eſſet, quam ab ipſo requirebat dominus Ieſus. Quam longè ſuperbia à corde, quòd haud iudicat ſe diuinum donum habere? Hic certè aſsiduè orat: Adiuua, &c.
Etiam cognitis muneribus orandus eſt Dominus cum lachrymis. Adiuua, in quo vera profitetur humilitas, & in ſolo Deo firmamentum & robur reponimus. *Fiducia noſtra omnis à Deo pendet.* Sic orabat Dauid: Adiuua me, & ſaluus ero. *Pſal.* 118. De quo adiutorio alibi cantat, demonſtrans quàm neceſſarium ſit homini. Niſi quia dominus adiuuit me: paulò minus habitaſſet in inferno anima mea. *Pſal.* 93. Denique Apoſtolus Paulus huius adiutorij neceſsitatem docens, inquit: Spiritus adiuuat infirmitatem noſtram: nam quid oremus, ſicut oportet, neſcimus. *Rom.* 8. Sed ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Noli ergo in propria confidere virtute: non enim ſaluabitur vir in fortitudine ſua: neque in tibijs viri beneplacitum eſt Deo: ſed in his qui ſperant ſuper miſericordia eius. *Pſal.* 146. Sint ergo oculi tui ad dominum, donec tui miſereatur. Adiuua me, ſit oratio tua cum clamore mentis, & aliquando oris & lachrymis, ne in hora mortis & iudicij magni aduerſus te dicatur: Ecce homo qui non poſuit Deum adiuto- *Pſal.* 51.

rem ſuum:ſed ſperauit in multitudine diui-
tiarum ſuarum: & præualuit in vanitate ſua.
Fructum autem ſperantium in domino, &
ab eo quærentium adiutorium ſtatim decla
rat. Ego autem ſicut oliua fructifera in do-
mo Dei, ſperaui in miſericordia Dei in æ-
Cap.17.a ternum, &c. Deniq; in Hierem. ſic legis:
Maledictus homo qui cõfidit in homine: &
ponit carnẽ brachiũ ſuum: & a dño recedit
cor eius. Erit enim quaſi miricæ in deſerto,
& non videbit cùm venerit bonũ: ſed habi-
tabit in ſiccitate, in deſerto, in terra ſalſugi-
nis & inhabitabili. Benedictus homo qui cõ
fidit in dño, & erit dñs fiducia eius, &c. Et
inuenit à dño cordis ſui deſideriũ, & oratio
eius exauditur, ſicut in ſacro euangelio ſe-
quitur. *Et cùm vidiſſet Ieſus concurrentem tur-
bam, cõminatus eſt ſpiritui immũdo dicens illi: Sur
de & mute ſpiritus ego tibi præcipio, exi ab eo, et
amplius ne introeas in eũ.* Expectabat turba il
la rei euentum eò maximè, quia apoſtoli,
de quibus tanta audierant & viderant, non
potuerunt huiuſmodi lunaticum & dæmo-
niacum curare. Atque cùm vidiſſent patrẽ
pueri ex mandato domini Ieſu (ſicut inquit
Cap.6. B. Lucas) adducere filium ſuum ad ſaluato-
rem poſt familiarem loquelam vtriuſq;: exi
ſtimarunt q certè vellet curare illum, & cu
pientes videre mirabile opus concurrebãt
ad locum vbi dominus erat cum diſcipulis
ſuis. O quot ſunt qui ad miracula conſpiciẽ-
da concurrunt: cum certè ad doctrinã & nu
dum fidei ſermonẽ vix vnus inueniatur, qui
præ deſiderio currat. Imò fugientes locum
cathedræ & doctrinæ, currunt ad ſpectacu-
la vana & prophana, vbi hamo ferreo capiũ
tur & intrant in ſagenam diaboli ad interi-
tum ſempiternum. Vix fama inanis ad au-
res eorum peruenit, quòd in illo vel illo lo-
co, miracula fiunt: cùm iam conuolant tan-
quàm greges ad fœnum & fluenta aquarũ.
Nec tamẽ teſtimonio fide digno cõproba-
tum eſt aliquod factum ex portentoſiſsimis
quæ illis narrantur: quod hiſce diebus no-
ſtris oculis vidimus. Neq; deuotionẽ eorũ
dãnamus, qui bona fide ad hæc conueniũt:
ſed animæ pigritudinem arguimus: qui ani-
mæ ſalutem deſpicientes, fugiunt magiſtrũ
& doctrinam & ſacramẽta Eccleſiæ. *Vidẽs
ergo dominus Ieſus concurrentem turbam, commi
natus eſt ſpiritui immundo dicens:* Simile verbũ
ſcriptum eſt in mandato illo ad diſcipulos
Cap.8. ne cuiquam hominum dicerent, quòd ipſe
eſſet Chriſtus. Et comminatus eſt eis, ne cui

C dicerent de illo, quam comminationem de-
ſcribens beatus Matthæus dixit. Tunc præ Cap.16.
cepit diſcipulis ſuis, vt nemini dicerẽt, quia
ipſe eſſet Ieſus Chriſtus. Non ergo in ea-
dem ſignificatione vtrobique verbum cõ-
minatur, accipiendum eſt. Sed cum diabo-
lo comminatur, præter imperium & man-
datum domini, intellige quia coëgit eum, &
ad egreſſum, & ad receſſum in perpetuum.
Vnde beatus Hieronymus inquit: Mina do Mina dñi.
mini potentia eius. Ad apoſtolos mina do- Sup Mar.
mini mandatum eſt: ad diabolum verò præ-
ter mandatum potentia eſt: per quam coge-
batur agere diuinam voluntatem. Ego *præci
pio tibi.* Nulla arrogantia in verbis inueni-
tur: ſed maieſtas & omnipotentia propria
demonſtratur ad fidei adiutorium, quod du
dum exorauerat cum lachrymis pater pue-
ri. Adde quòd cùm apoſtoli non potuerunt
curare illum: oportebat in magiſtro tantam
ſplendeſcere potentiam, quanta ſufficeret
ad confirmandam fidem in mente illorum.
Vnde pro nomine demonſtratiuo, Ego, &
verbo imperantis, Præcipio, vſus eſt in cu-
ratione hac, quod raro aut nunquàm memi
ni dixiſſe ſaluatorem. Habes ergo manife-
ſtum exemplum, quod ſine detrimento hu
D militatis, quam diſcipulus Chriſti ſummis
votis colere debet, fieri poteſt in aliorum
vtilitatem potentiæ & authoritatis mani-
feſtatio, & maximè aduerſus ſuperbos & re
belles. Vtrunque vno loco docet Apoſto-
lus: In Chriſto Ieſu per euangelium, Ego
vos genui. Rogo ergo vos imitatores mei,
eſtote, ſicut & ego Chriſti, &c. Veniam ad 1. Cor.4
vos citò, ſi dominus voluerit, & cognoſcam
non ſermonem eorum, qui inflati ſunt, ſed
virtutem. Non enim in ſermone eſt verbũ
Dei, ſed in virtute. Quid vultis? In vir-
ga veniam ad vos: an in charitate, & in ſpi-
ritu manſuetudinis? Ego *præcipio tibi, ſurde
& mute ſpiritus.* Ab effectu ſic appellatus
eſt: reddiderat enim puerum hunc mutum
& ſurdum. Cum plures alios loquaces & au Diaboli
dientes faciat: hunc tamen mutum & ſur- poteſtas.
dum effecerat. Habes manifeſtè vnde com
probes, quanta ſit diaboli potentia, cùm li-
centiam habet à domino, etiam ad ingeren
das varias infirmitates intra & extra corpo-
ra noſtra. Neque audiendi ſunt, qui contra- Cap.2.
rium docent. Vlcere peſsimo percuſsit ſan-
ctum virum Iob à vertice capitis vſque ad
plantam pedis. Nec mirum, cùm ſubitò a-
ctiua paſsiuis applicare poſsit, & huiuſmo-
di

di mala facere. Nouit nanque omnium rerum qualitates, ſiue ad noſtram vtilitatem, ſiue ad malum & incommodum. Per hanc virtutem & potentiam mirabilia quædam operatur, ſicut apparuit in maleficis Pharaonis in Aegypto, donec diuina potentia detenti ſunt, ne facerēt cinіphes, quos Moyſes effecerat. Et confeſsi ſunt, atque dixerunt. Digitus Dei eſt hic. *Surde & mute ſpiritus.* O quot linguas ſoluit diabolus in verba blaſphemiæ contra dominum in conuitia & iniurias aduerſus proximū, in carnales ac impudicos ſermones. O quot aures aperit ad audiendum ſanguinem contra fratrem & detractionē. O quot aures aperit ad audiendum cōſilium peſsimū, &c. Nūquid non hi oēs à diabolo poſsidentur? Nūquid qui ora eorū claudit ad confitendū, & aures ad audiendum Dei verbum, nō facit mutos & ſurdos ad bona illa quæ diximus? Vtinā audiamus vocē domini dicentis: Exi *ab eo, & amplius ne introeas in eum.* Hic ad diabolū eſt ſermo: quē ſeruauit cōactus diuina potētia. Et eundem ſermonem audit in pœnitentia: cùm ſacerdos nobis dicit: Ego te abſoluo à peccatis tuis. Nec redire poteſt, niſi volentibus nobis, & vocātibus eum ad ſinum cordis noſtri. Cętera omnia poſſunt fieri in homine ipſo inuito: peccare nō poteſt, niſi volēs. De ratione enim formali peccati, voluntarium eſt. Aliter certè nō eſſet, vnde homo, aut coronaretur aut puniretur. De quo in propheta ſic legis: Perditio tua Iſrael: tantummodo in me auxiliū tuū. Nō poteſt homo dicere factori ſuo: Quid me feciſti ſic? Reliquit enim eū in manu cōſilij ſui: oſtēdit ei bonū & malū, vt extēdat manum ſuā, vel ad ignē, vel ad aquā. Præcepit ne declinet ad dexterā, vel ſiniſtrā. Neminē facit Deus, aut fatum (quod nullū eſt) neminē facit peccare: imò pro peccatis noſtris mortuus eſt: tantū abeſt, quod autor ſit peccati. Cum aliquē noſtrum ſanctificat, atq; à dæmone liberat, eidē mandat, ne amplius introeat in hominem ſanctificatum: quia quantum eſt ex parte Dei: ſine pœnitētia ſunt dona eius: & ex ratione gratiæ habet, quòd ipſa ſit perpetua, in illo cui infunditur: ipſe verò vocat diabolum ad ſe, & ad ſinum cordis ſui peſsimi: In quo habitat Deus per gratiam. Væ tibi, ô homo, qui prioris ſanctificationis oblitus, Deum tuum cum iniuria magna à te repellis, atq; loco eius diabolū & ſathanam adducis. Exi *ab eo, & ne amplius introeas in eū.*

Legendus eſt b. Auguſt. 3. de Trinitate, cap. 7. pro miraculis magorum.

Sanctificatio noſtra ex parte Dei & gratis æterna

Peccatum voluntariū

Oſeæ. 13.

Eccle. 18.

Eccli. 15.

Eccli. 15.

Rom. 11.

A In ſequentia tempora tantæ potentiæ comprobatio expectanda erat: ſed ſatis ex egreſſu diaboli, quid deinde eſſet facturus, oſtenditur: cùm ad mandatum & imperiū domini Ieſu exijt ab eo. Verè perfectum opus: per quod non ad tēpus, ſed in æternum liberatur homo. Quantū per hoc Chriſti potentia magnificatur? Quantū obſecro venerabilis redditur vox imperij eius: cùm in perpetuum liberatur homo à dura ſeruitute diaboli? Væ nobis, per quos per ſingulos dies diabolus reportat victoriā & triumphū. Væ nobis, per quos diuini labores inanes fiunt erga ſalutē noſtrā. De quo vehementē vocē habes in propheta Eſa. Et ego dixi. In vacuum laboraui, ſine cauſa & vanè fortitudinē meā cōſumpſi: ergo iudiciū meum cum dño, & opus meū cū Deo meo. Cui talia locutus eſt Dei filius ſi noſti, patri certè æterno: qui ei dixerat: Seruus meus es tu Iſrael, quia in te glorificabor. Neq; ſolum deſiderabat pater glorificari in filio, quod ad plenum ipſe perfecit: Ego te clarificaui ſuper terrā: ſed etiam in nobis per filium ſuū chariſsimum. Si luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant veſtra opera bona, & glorificent patrē veſtrum; qui in cælis eſt. Hoc

B procurabat filius à nobis & in nobis. Quod cùm diuinū ſplendorē obſcuramus, & maieſtatē altiſsimam dehoneſtamus ex noſtris malis & impijs operibus: iure dicit: In vacuū laboraui, ſine cauſa & vanè fortitudinē meā conſumpſi. Nō quod pater meus cæleſtis non ſit in me glorificatus, ſed quod propter vos nomē meum, quod eſt ſanctū, blaſphematur inter gētes. Propter quod iure dicit ſtatim & iuſtè: Ergò iudicium meum cum domino, & opus meum cum Deo meo. Audite hæc qui obliuiſcimini dñm: ne quieſcitis peruerſe agere: ne quādo iraſcatur dominus & pereatis de via iuſta. Eſt qui quærat gloriam meam, & iudicet. Ille ſcilicet pater æternus, quem ego glorificaui ſuper terrā. De quo ſit ſatis. *Et clamans, & multum diſcerpens eum, exijt ab eo, & factus eſt ſicut mortuus: ita ut multi dicerent: quia mortuus eſt.* Obſerua quomodo erat mutus dæmoniacus iſte, cū pacificè à diabolo poſsidebatur: cùm verò eijcitur, clamat præ dolore ſcilicet, & præ triſtitia. Delitiæ eius eſſe in filijs hominum: atque occupare locum, quem ſibi vendicauit diuina maieſtas, ad habitaculum. Dixerat enim Deus: Delitiæ meæ eſſe cum filijs hominum. Sic & diabolus in æmulatio-

Timor domini.

Cap. 49.

Eſai. 41.

Ioan. 17.

Mat. 5.

Eſaie. 52.

Roman. 2.

Eſai. 1.

Pſal. 2.

Ioan. 17.

Prou. 8.

nem aduerſus Deum exire illum à nobis C
procurat: vt ipſe inhabitator fiat. Sed væ no
bis: ſupra quos diuinum flagellum meritiſ-
ſimè deſcendet: cùm tantum malum ex no-
ſtri arbitrij libertate eueniat. Cùm ergo re-
portato triumpho glorians aduerſus Deum
in homine inhabitat diabolus, quod ſuas de
litias reputat: quantum oportet cùm eijcitur
ab illo, contriſtetur & gemens exclamet?
Quantum contriſtatur? Quantum verò lu-
ctus & doloris adeſt diabolo, cùm eijcitur
à nobis, tantum & multo amplius gaudium
eſt angelis Dei, & lætitia ſuper vno pecca-
Luc. 15. tore pœnitentia agente, &c. Obſerua quòd
cùm puerum hunc poſsidebat diabolus, li-
cèt infeſtus valde ei eſſet: nunquàm tamen
ſic afflixiſſe dicitur, aut torſiſſe, ſicut cùm
ab eo inuitus receſsit. *Multum diſcerpens eũ:
factus eſt velut mortuus*. Tunc maximè ſęuit,
cùm ſeruus Dei liberatur, quòd ſi liceret ei,
occideret certè. Sed non amplius conceſ-
ſum eſt, quàm quod ad proteſtandum di-
uinam authoritatem & potentiam in Chri
ſto ſufficiebat. Beati ſumus etiam cùm ex
multis laboribus & anguſtijs noſtris Chri-
ſtus glorificatur. Sed valde magnus factus
eſt Iob patriarcha, cùm in corporis ſui mil-
le doloribus adhuc ſuſtinuit patienter, &
Iob. 1. ſeruauit innocentiam pro Dei honore. Di-
xerat náque ſathanas: Nunquid fruſtra Iob
timet Deum? Imò in maximas vtilitates
ſuas, & commoda multa: propter quæ tibi
ſeruit. Tange eum, niſi in faciem benedixe-
rit tibi, ideſt, maledixerit. Quod cùm con-
ceſſum fuit diabolo, & ipſe Iob ſeruauit in-
nocentiam, & laudauit Dei nomen, glorifi
catus eſt dominus Deus. Manifeſtatur in
clamore hoc, & vehementi vexatione, quã
diſcerptionem appellat ſanctus Euangeli-
ſta, quòd non erat ægritudo naturalis, quam
patiebatur puer iſte: ſed quòd verè à dæmo
nio poſsidebatur. Nõ enim in clamore, aut
in acceſſu ad mortem ſanantur ægritudines
corporum. Verè ergo comprobatur & ex
verbis domini, Spiritus mute & ſurde, & ex
ijs quæ acciderunt, quòd non eſſet infirmi-
tas naturalis: ſed diaboli inſidiæ & ſollicitu
do ad nocendum. Clariùs ergo redditur o-
pus, cùm diabolus ita ſęuit & debachatur,
quòd efficitur velut mortuus puer, & ſana-
tur perfectè à Chriſto, vel inuitus deſerui-
uit gloriæ Chriſti Ieſu dñi noſtri. Cõfiteba
tur nanq; vniuerſa illa multitudo hominũ,
ꝙ mortuus eſſet puer: quẽ cùm ex tactu ma

nus dñi, ſanum viderunt, valdè magnificen-
tior apparuit virtus Chriſti & potẽtia. Quã
tò Gigas ille ſpurius Goliath plus iactabat
potentiã ſuã aduerſus exercitum dñi, quod
nullus adeſſet, qui auderet ad ſingulare cer-
tamẽ deſcẽdere, ꝙ fugaſſet præ timore acies
dñi: & aduerſus Dauid præcipuè, cui dice-
bat: Veni ad me, & dabo carnes tuas vo- 1. Reg. 17
latilibus cæli & beſtijs terræ: tantò ampliùs
magnificatus eſt Dauid in victoria aduer- Superbo-
ſus illũ. Audiant hæc vniuerſi ſuperbi, quo- rũ doctri-
rũ coronas ad terrã deijciet dñs, & colla cal na.
cabit cõcidens ceruices eorũ. Quibus pro- Eſai. 2.
pheta deiloquus Eſaias dicit: Quieſcite ab
homine, cuius ſpũs in naribus eius eſt: quo
niã excelſus reputatus eſt ipſe. Optimè cla-
ruit res hæc in Nabuchodonoſor: cuius ſu- Dan. 4.
perbia detracta eſt vſq; ad iumentorũ & pe
corũ ſimilitudinẽ. Paleas enim velut bos co
medit, & infectũ eſt corpus eius rore cæli:
donec capilli eius in ſimilitudinẽ aquilarũ
creſcerent, & vngues eius, quaſi vngues a-
uiũ: quæ omnia per ſeptẽ annos acciderunt
ei, donec ſciuit, ꝙ dominabatur Deus excel
D ſus in regno hominũ. Glorificare neceſſum
eſt cũctis hominibus dñm Deum, aut certè
glorificabitur Deus in illis, cùm caput ſu-
perbiæ traxerit ad terrã, & ad profundum
lacci. Noluit Pharao glorificare Deũ obe- Exod. 7. 8.
diens voci Moyſi & Aaron, glorificatus eſt 9. 10. 11.
in illo & in vniuerſo populo eius, cùm in ma
nu robuſta eduxit populũ ſuũ dominus, &
Pharaonẽ & omnem gloriã exercitus eius Exod. 15.
deiecit in mare. De quo Moyſes: Cãtemus
dño, glorioſè enim magnificatus eſt. Hæc
ſcientes iuſti & filij Dei, qui ſitiunt & eſu-
riunt iuſtitiam, cõſolantur, cùm ſuperbiam
peccatorũ aſcendere vident. quos deſiderãt
glorificare Deũ in vera & humili obedien
tia, &c. *Ieſus autem tenens manum eius eleuauit
eum & ſurrexit*. Vbiq; ſuæ humanitatis vir-
tutem & potentiam cõprobat. Cùm inquit
tenens manũ eius eleuauit & ſurrexit: ſanũ
intelligere debes, & perfectæ ſaluti condo-
natum. Clamans exijt diabolus, diſcerpſit:
adeò quòd mortuus iudicabatur. Sed eleua
uit eum manu ſua dñs ſanum & liberatum à
dæmone. Tria dicuntur. *Tenens manum eius,
eleuauit, & ſurrexit*. Hæc omnia ſpiritualiter
nobiſcum facit dñs Ieſus. Tangit ac tenet
cor noſtrum manu ſuæ potentiæ, & eleuat,
& ſurgimus. De quibus propheta in pſal-
mo. Quis ſicut dominus Deus noſter, qui Pſal. 112.
in altis habitat? & ſuſcitans à terra inopem,
& de

& de ſtercore erigens pauperẽ. Verè in hoc celſitudo diuina & bonitas Dei noſtri immenſa cõprobatur, q̃ de ſtercore erigit manu ſua pauperẽ: Extende ô homo qui iaces inter ſtercora immunda peccatorũ, extẽde manum tuã, ad dñm, qui in multa miſericordia ipſe ſuam ad te emittit, vt de ſtercore erigat ad ſoliũ vſq; ſuorum principum, in cælorũ ſublimitate. Noli auertere manũ erigentis te, noli cõtradicere. Væ enim qui cõtradicit factori ſuo. *Eſai.45.* Ecce ego, ecce ego, &c. *Eſai.65.* Expãdi manus meas tota die ad populũ incredulũ, qui graditur in via non bona, poſt cogitationes ſuas. Populus qui ad iracundiã prouocat me ante faciẽ meam ſemper. Et Salomon: *Prou.1.* Quia vocaui & renuiſtis, extendi manum meam, & non fuit qui aſpiceret, &c. Extendit certè manum ſuam, vt erigat de ſtercore peccatorum: non tamen eſt qui aſpiciat. Imò auertit manum erigentis: gaudens volutari intra cœnum ſuarũ luxuriarũ. Meritò in Eſaia dominus aduerſus huiuſmodi dicit. *Cap.1.* Cùm extenderitis manus veſtras, auertã oculos meos à vobis. Extendi ego manum meam: & non erat qui aſpiceret: extendentibus vobis manus veſtras, in tẽpore maximæ calamitatis, auertam & ego oculos meos à vobis, & ignis deuorabit vos. At- B tende ô homo & conſidera, quòd tota die præſentis ſalutis & acceptabilis tẽporis extendit ad te dñs manum, vt erigat te, & ad ſolium regni cum ſuis principibus deducat, attende & noli auertere manum tuam, imò extende eam contra dominũ, vt eleuet & erigat. Aliud iudico ſignificare verbũ eleuare, & verbum reſurgere. *Eleuare et ſurgere.* Via eſt ad ſurgendum eleuare: & terminus operis eſt ſurgere. Sunt multi, quos dominus eleuat, nec tamẽ reſurgunt: dũ certè incipiunt cũ Dei adiutorio ſalutẽ ſuam operari, & in media via cùm eijcienda eſt muliercula à domo, vel fama reddenda proximo, &c. & tandem quia dura hæc illis videtur, iacẽre in peccatis ſuis & delitijs præſentis iocunditatis eligunt. Hi nimirũ gratiã Dei in vacuum recipiunt: dum ad optatum finem & portũ ſalutis non perueniunt: ideò naufragium patientur duriſsimum: & vermis eorum nõ conſumetur in æternum: dum ſemper animo reuoluent, quomodo reſurgere potuerũt, nec tamen voluerunt. Tibi ô homo imputabitur: dabiſque pœnas meritiſsimas, quòd obduraſti cor tuũ contra vocẽ clamãtis, q̃ auertiſti inuerecũdè manũ, erigẽtis te dñi:

A *Et cùm introiſſet in domum, diſcipuli eius interrogabant eum. Quare nos non potuimus eijcere eũ?* Secretò interrogant, & intra domum, cauſam, quare hunc dæmoniacum non potuerunt curare. Erubeſcebãt adhuc de propria imbecillitate, & mentis imperfectione: & tamen non agnoſcebant cauſam propter quã illud contigerit. Habes perfectam imaginẽ ſecularium hominũ & ſuperborũ, qui nunquam propriam culpam agnoſcunt, in ijs, quę perficere non poſſunt: ſed miſericorditer cum illis agit dominus, aperiens vulnus eorum ipſis, vt reſipiſcant & ſanentur: quod propriũ eſt apoſtolorũ & electorũ omniũ. Qui certè & ſi ſancti ſunt, homines tamen ſunt, vſq; dũ cõſummentur per gratiã Spiritus S. Noli ergo ex verecundia vulnus ſecretũ celare, ab eo præcipuè medico; qui infirmos miſericorditer ſuſcipit, & ſanat medicamẽto ſuæ virtutis. Audierũt enim & curati ſunt. *Propter incredulitatem veſtrã.* Neſcio vnde in hãc venerũt incredulitatẽ apoſtoli: niſi forſan ex liuore aduerſus tres alios apoſtolos cõcepto, q̃ aſſumpti eſſent ad magnum illud ſpectaculũ: quia licet ipſi certi non eſſent de transfiguratione domini, excogitabant iam cõpleſſe repromiſſum de vi- *Matth.17.* B dendo regno Dei coram illis tribus apoſtolis. Vnde ex hoc peccato tracti ſunt in aliud incredulitatis. Sed non video quomodo connexa ſint hæc duo peccata. Certum tamen eſt, quòd incredulitatem habuerunt: cùm hoc in Matthæo legamus. Sed & aliam rationem, imò duas adducit dominus Ieſus, quare eijcẽre non potuerunt illud dæmonium. *Hoc genus in nullo poteſt exire, niſi in oratione & ieiunio.* Quæ duo non erant familiaria eo tempore apoſtolis: ideò curare non potuerunt puerum illum. *Oratio & ieiunij q̃ã fortia.* Quis hoc ſine Deo reuelante agnoſcere poteſt? Imò quis tantam poteſtatem orationis & ieiunij exiſtimaret, quòd potentia ſint ad eijciendum dæmoniũ ab homine, quem ab infantia poſsidebat? Sed vtrunque docet Chriſtus. Firma proinde eſt orationis & ieiunij potentia, quæ aduerſus ſathanam præualet: nec audet aut reſiſtere, aut reclamare. Quòd ſi ignoras nunquid aliquis ex millibus ſpiritibus malis illius generis impugnet te: recogita & alta mente conſidera, nunquid ſurdus factus ſit diuinæ vocationi, nunquid mutus redditus ſis ad confeſsionem laudis & peccatorum; & ſcias tibi eſſe neceſſarium ieiunium, & orationem ad dæ-

monem repellendum à te,& à cogitatus tui
affectu. Habes ex hoc loco quam neceſſa-
rium ſit ieiunium, & oratio quantũ valeat
contra dæmones. Habes manifeſtè cõpro-
batum, quomodo ſuos captiuos poſsideat
diabolus:quibus hoc vnum erat medicamẽ
tum ſalutis, ieiunium & oratio:quæ à ſe lon
gè abiecerunt,indulgentes cibo & vino, &
otium adamantes. Tibi imputatur,& con-
tra te eſt,quòd non exijt diabolus à te:cùm
antidotum neceſſarium contemnas,oratio-
nem & ieiunium. Illa eleuationem habet
mentis in Deum:hoc temperantiam & affli
ctionem carnis. Quod ſi dixeris, Oraui,ieiu
naui, & adhuc dæmonis aſtutia ſollicitat
me,& cõanguſtiat vndique in multis tentã
tionibus & peccatis: Audi diuinum reſpon
Eſai. 1. ſum:Cùm clamaueritis,non exaudiam vos:
Manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt.
Eſai. 58. Nunquid tale eſt ieiunium, quod elegi per
diem affligere hominem animã ſuam? Nun
quid contorquere quaſi circulum caput
ſuum, & ſaccum & cinerem ſternere? Nũ-
quid iſtud vocabis ieiunium & diem acce-
ptabilem domino? Nonne hoc eſt magis ie
iunium quod elegi, &c. Serua illa omnia
quæ à propheta deſcripta ſunt, & ora, &
ieiuna, & hoc genus dæmoniorum ſubdi-
tum tibi erit. Nec nimium aut plus iuſto
à te requirit Deus pro tanta victoria, &
tam magnifico triumpho, quem aduerſus
Similitudo diabolum hiſce armis reportabis. Quid ti-
bi difficile apparet pro reportanda victo-
ria aduerſus magnum principem, qui regi
tuo eſt infeſtiſsimus crudeliſque inimicus?
Non mille labores & ſudores,non mille no-
ctes inſomnes, non pondera armorum non
famis, aut ſitis difficilia tibi apparent,
qui totius gloriæ & coronæ victoriæ in-
tentus es. Sed ſit ſatis de hac re. *Et inde pro-
fecti prætergrediebantur Galilæam, nec volebat
quenquam ſcire* A monte transfigurationis,
qui communiter Thabor dicitur,altera die
deſcendit ad diſcipulos ſuos: obuiam venię-
tibus turbis & mirantibus, curauit puerum
illum à dæmonio vexatum: Deinde, Gali-
læam prætergrediens,noluit ſcire quenquã
Cap. 9. quòd apud illos eſſet. Beatus Lucas ante
prænunciationem paſsionis & mortis, quã
iterum prædixit diſcipulis ſuis dominus Ie-
ſus,deſcribit ſanctã admirationẽ turbæ de
magnitudine Dei,quæ in operibus Chriſti
relucebat: Illis autem admirantibus, dixit
ad diſcipulos ſuos. *Quoniam filius hominis tra-*

C *detur in manus hominum, & occident eum: & oc-*
ciſus tertia die reſurget. Ante quæ verba bea- Capit. 9.
tus Lucas dixit: Ponite vos in cordibus ve-
ſtris ſermones iſtos. Filius enim hominis,
&c. Et ponderans ignorantiam apoſtolo-
rum inquit: At illi ignorabant verbũ iſtud,
& erat velatum ante eos, vt non ſentirent il
lud, & timebant eum interrogare de hoc Cap. 17.
verbo. Beatus Matthæus dixit: Et contri-
ſtati ſunt vehementer. Exiſtimo vim literæ
præſentis in hoc conſiſtere: Ponite vos ver-
ba hæc in cordibus:facta hæc omnipoten-
tiæ meæ,per quæ diuina maieſtas, quæ la-
tet intra carnem hanc humanam, declara-
tur ac reſplendet religioſis oculis. Verba
hæc ponite vos in cordibus veſtris,quæ cer
te audiſtis ab ore turbarum obſtupeſcen-
tium in magnitudine Dei: Futurũ eſt enim,
vt infirmum Dei citò appareat in oculis ve
ſtris,id eſt,mors & crucis patibulum: quæ
cùm apparuerint, euacuabitur ſcandalum
eius,ſi hæc verba & cætera altiſsima opera
mea,quæ vidiſtis & audiſtis,repoſueritis in
recordationẽ illius temporis, in quo paſſu-
rus ſum mortẽ crucis. Per mirabilia quæ fe
cit,armabat corda diſcipulorũ aduerſus ma
gnam tentationẽ,quã paſſuri erant in mor-
D te eius:ideò toties de illa ſermonem incul-
cat,& reponere mandat verba hæc in cor-
de diſcipulis. Per quę non ſolùm ſcandalũ
non eſt patibulum crucis, ſed trahit ad ſe
religioſa corda intuentium vi & magnitu-
dine amoris. Cognoſcitur namque magni
ſacramenti diſpenſatio: qua factum eſt, vt
illũ,qui verus Deus agnoſcebatur in mira-
bilibus ſuis, confiteamur pro noſtra ſalute,
crucifixũ & mortuum. Quòd ſi placet ad
ſequentia referre verba dictum hoc ſalua-
toris: Ponite vos in cordibus veſtris ver-
ba hæc, adhuc ingentem adducit vtilita-
tem. Reponenda ſunt in medulis cordis *Paſsionis*
verba paſsionis & crucis domini Ieſu. Sed *uerbum in*
heu, quæ de Apoſtolis ſcripta ſunt,nobis *corde repo*
conueniunt etiam. At illi ignorabant *nendum.*
verbum iſtud. Quomodo ergo contriſta-
bantur, ſicut tradit Matthæus? Contri-
ſtabantur certè,quia non intelligebant ver
bum crucis & mortis ſui magiſtri ſacri apo
ſtoli. Non autem quia tanta eſſet paſſu-
rus, quæ haud vllo modo nunc intelli-
gebant, neque audebant magiſtrum in-
terrogare. Tria ex his vniuerſis plebi-
bus familiaria ſunt. Non reponitur ver-
bum paſsionis in cordibus eorum: non ſen-
tiunt

tiunt neque intelligunt, neque audent interrogare: imò ſi aſsiduus fuerit ſermo de morte & cruce Chriſti, grauis eſt ad audiendum. Sed neque contriſtantur in ignoratione tanti myſtrij cum apoſtolis. Ecce *docebat diſcipulos ſuos, & dicebat illis: Quoniam filius hominis tradetur in manus hominum: & occident eū: & occiſus tertia die reſurget.* Ecce iterum redit ſermo in ore domini Ieſu de cruce & morte ſua. Qui ab euangeliſta doctrina dicitur. Docebat diſcipulos ſuos, & dicebat: Quoniam filius hominis, &c. Hæc eſt germana doctrina Chriſti: & omnium diſcipulorum eius in eccleſia, quoniam filius hominis traditus eſt in manus hominum, & multa paſſus & crucifixus: & quòd tertia die reſurrexit. Perijt ſermo crucis ab ore prædicantium: perijt ab auribus & cordibus audientium: propter quod in frigus nimis conuerſum eſt cor populorum: refriguit charitas: omnes malè ſani ſunt: cùm oporteret amoris vulnera ſentire. Et quid dicam? qui debuerant crucem Chriſti tanquā ſignaculum ſupra cor ſuum reponere: ecce conuerſi ſunt ad ſignacula carnalia, per quę ineſcantur, & captiui tenentur laqueis diaboli. Semel in anno ſermo de morte & cruce Chriſti auditur: cùm ipſe intra paucos dies toties tradiderit de magno hoc myſterio doctrinam. Sed dices: Ecce ſecundùm eiuſdem magiſtri præceptum memoriam facimus mortis eius in ſacro myſterio altaris quotidie. Nolo tibi contradicere. Sed quid ad plebes indoctas & rudes, quæ vt corpora mortua crucifixo Ieſu domino noſtro aſtant in eccleſia? quid inquàm ad illas pertinet hæc memoria? quæ vix ſermonem ipſius euangelij audiunt præ irreuerentia & loquacitate. Heu, Heu, Heu, neque ſacerdos tanti myſterij legitimus miniſter, beatæ paſsionis domini Ieſu recordatur, etiam in verbo iſto: Vnde & memores domine nos ſerui tui, ſed & plebs tua ſancta, eiuſdem Chriſti filij tui domini noſtri, tam beatæ paſsionis, &c. Vnde valde timeo, quòd mendax eſt verbū oris aliquorū: & mendacium in conſpectu altiſsimi loquuntur. Non enim curant quid dicant, aut quid faciant: aut qualis & quāta eſt maieſtas, cui mendaci ore alloquuntur. Sicut & miniſter, ſic & populus mendax inuenitur in verbo illo: Habemus ad dominum. Surſum corda, dicit ſacerdos, reſpondet populus, Habemus ad dominum:

Sermo de paſsione domini aſsiduus.

Sacerdotiŭ & plebis mendacia in Miſſa.

Doctrina eſt Cypriani.

quod etiam mendacium eſt. De quibus omnibus propheta dixit: Viri mendaces non inuenientur in illa. De ſcientia Dei agebat ſermonem & ſapientia. Hic eſt Chriſtus in cruce moriens ſecundùm Apoſtolum. Non ergo eſt memoria paſsionis, de qua mandauit dominus: Hoc facite in meā commemorationem, quæ ex ſono harum vocum, vnde & memores domine, &c. conſurgit. Sed illa decet eſſe, quæ in verbis præſentibus, quæ nobis tradit beatus Lucas, demandatur. Ponite vos in cordibus veſtris verba hæc. Quoniam filius hominis, &c. Et illa memoria, quæ ex verbis Hieremiæ elicitur: Memoria memor ero: & tabeſcet in me anima mea. Hæc recolēs in corde meo, in Deo ſpetabo. Talem memoriam infixam medullitùs in corde requirit à nobis Deus, ad gratiarum actionem, ad compaſsionem crucifixi Ieſu domini noſtri: ad deteſtationem & odium peccatorū; propter quæ mortuus eſt Chriſtus: ad generationem ignis ardentiſsimæ charitatis & dilectionis, ad timorem diuinæ iuſtitiæ, quà factum eſt, quòd propter ſcelus noſtrum filium ſuum percuſſerit pater æternus: ad ſpē veniæ delictorum: quæ lauantur in ſanguine agni, ad mundi contemptum: ad amplectendam crucem mortificationis propriæ. Ad hæc omnia, & vſque ad martyrij conſtantiam, efficax eſt. Chriſti morientis in cruce memoria cum ipſius adiutorio. Quæ elatiſsima redditur, dum recolit mens humana, quanta mirabilia in ſignum ſuæ diuinitatis & potentiæ operatus fuit, qui pependit in cruce. Propter quod mandat dominus diſcipulis ſuis: Ponite vos hæc verba in cordibus veſtris. Non ſenſerunt apoſtoli verbum crucis & mortis, neque auſi fuere interrogare magiſtrū. Heu quàm durum eſt cor hominis, quod non vulneratur lancea illa, quæ latus domini in cruce aperuit. Hæc lancea non ſentitur in corde tuo ô homo ingrate? qua factum eſt, vt mitaret nobile illud lignum, in quo pendebat corpus domini Ieſu. Erat velatum ante oculos eorum verbum crucis, vt non ſentirent illud. Quod eſt hoc velamē noſtrorum oculorū, quod impedit, ne ſentiamus verbū crucis, quod etiā angelos cælorū in aſſumptis corporib⁹ ex aëre formatis inuitauit ad amarū fletum in cruce dñi? Quod eſt hoc velamen, quod facit inſenſibilia corda noſtra? Obſerua quòd velamen ad oculos refertur, nō ſentire

Eccli. 15.

1. Cor.

Paſsionis memoria demandata ſacerdotibus.

Tren. 3.

Paſsionis memoria, quæ bona generet.

2. Cor. 5.

Eſai. 53.

Ioan. 19.

Inſenſibilitas noſtri cordis ad paſsionem domini.

tire ad cor: Velamen oculorum apoſtolorũ erat ignorantia ſermonis. Non intelligebãt quæ dicebat ſanctiſsimus magiſter: Hoc erat eorum velamen ignorantia intellectus ad ſermones Chriſti. Quod de nobis dici non poteſt, quibus conſummato myſterio, reuelatum eſt arcanũ crucis, & mortis filij Dei Ieſu Chriſti domini noſtri: Aliud ergo ſit oportet velamen oculorũ noſtrorum à velamine apoſtolorum. Hoc eſt velamen oculorum noſtrorum, propter quod nõ ſentit mens & cor noſtrũ ſermonẽ de cruce domini Ieſu, & ſacra eius morte: Quærimus roſam ſine ſpinis. Quærimus mellis dulcedinẽ ſine apum aculeis. Aperi quod dicis. Quærimus in vini dulcedine fellis amaritudinis, denique in lecto & blanditijs carnis noſtrę; amariſsimos cruciatus lignẽ vitæ. Quàm obſcurũ velamen eſt pulchritudinẽ roſæ ſubeæ deſiderare, neq; ſpinis quibus coronatus erãt dñs meus Ieſus velle pungi in aliquali mortificatione noſtri corporis. Quale velamen eſt ſuper oculos cordis noſtri, velle cum Sanſone mellis dulcedinẽ ad plenũ capere, nec aculeis apũ feriri? Heu, inter riſum, & otium inter delitias menſæ & lecti, inter vina defęcata, & inter ſonitum tubæ quærimus audirę mœſtiſsimã vocẽ gementis filij Dei, & plorantis in cruce, antequam moreretur. Sentite hoc in vobis, quod & in Chriſto Ieſu: ſi vultis vt cor veſtrum ſentiat verbum crucis eius: & medulas animæ inebriet: calix enim eius inebrians eſt, & valde præclarus. Forſan de re hac redibit ſermo in ſequẽtibus. Aſsiduus enim eſt in ore Chriſti Ieſu: neq; abborrebat illũ vir ſapiens. Obſerua qualiter inter potentiã miraculorum, & ſtuporem turbarũ ex cognita magnitudine Dei, propoſuit de morte ſua & cruce, & reſurrectione ſermonẽ hunc. Valde conducunt duo hæc ad doctrinã crucis. Illud vt euacuetur ſcandalũ eius, & agnoſcatur redẽptionis myſteriũ: dum moritur in cruce, qui omnipotẽs in ſuis operibus cõprobatur: Illud verò, id eſt, ſacra & glorioſa reſurrectio, ad tollerantiã paſsionũ: per quas ad tantã gloriã perueniebat. De hoc ſecũdo in ſuperioribus diximus. *Et venerunt Capharnaũ. Qui cùm domi eſſent, interrogabat eos: Quid in via tractabatis? At illi tacebant. Siquidẽ in via inter ſe diſputauerunt, quis eorum maior eſſet.* Obſerua antequã ad textum accodamus, q̃ B. Matthæus inquit: In illa hora acceſſerũt diſcipuli ad Ieſum dicentes: Quis putas maior eſt in regno cælorũ? B. Marcus inquit: At illi tacebant. Verè vtrunque factum eſt. Primò enim cùm ſimul eſſent apoſtoli & diſcipuli, interrogauit cæleſtis magiſter. Quid in via tractabatis? Ipſi autẽ ex verecũdia tacuere: cùm valde inhoneſtum & indecorum eſſet diſcipulis humilis magiſtri, qui dudum de humiliatione crucis docuerat, & aliàs non ſemel, ambire primatum & magiſtratus altitudinem. Propter quæ cùm à magiſtro interrogantur, erubeſcunt confiteri. Sed cum ſedit domi, in qua illam interrogationem fecerat, vocauit ſingulariter duodecim: & ipſi interrogarunt, quod apud Matthæum legimus. Quis putas maior eſt in regno cælorum? quod noſter Euangeliſta tacet. Itaque qui priùs tacuerãt præ verecundia: accepta occaſione maiori, tam nunc interrogant: Quis maior eſt in regno cælorum. Hanc interrogationem vocat beatus Hieronymus repentinam. Et poſt inuẽtum ſtaterem, poſt reddita tributa pro Chriſto & Petro interrogant: Quis putæ maior eſt in regno cælorum? Qui viderant pro Petro & domino idem tributum redditum ex æqualitate precij arbitrati ſunt Petrum omnibus apoſtolis eſſe prælatum, qui in redditione tributi domino fuerat comparatus, ideò interrogant, &c. Habes ergo certam tãciturnitatem ad interrogationem Chriſti: tacuerunt præ verecundia. Habes deinde interrogationem diſcipulorum ad magiſtrum ex eo quod acciderat in ſolutione tributi, p Petro & dño. Iã quidẽ illis videbatur manifeſtè, q̃ omniũ eſſet Petrus maior & prælatus. Et terminatã videbãt quæſtionẽ, quam in via tractauerant de primatu diſcipulorũ: cùm Petrus omnibus anteferturin tributi redditione cũ magiſtro. Sed adhuc ab ore Chriſti deſiderant difficultatis huius abſolutionẽ. Non enim parum refert ſcire, quis in eccleſia primus ſit & caput, & ſummè neceſſarium eſt, & ab ore domini exquiſendum, Ipſe autem quamuis nunc tacuit, nec demõſtrauit digito, quis maior eſſet, iam ab exordio, & deinde multoties, & in fine maniſeſtiſsimè oſtendit Petrũ cunctis apoſtolis prælatum & maiorem & ſuum vicariũ: & in illo omnes ſucceſſores eius, vbicunq; ſedes eius reſideret. In ipſo exordio intuitus Petrum dñs Ieſus dixit illi: Tu vocabe-ſis Cephas, id eſt, Petrus & ſolidũ, vel rupis: Claues regni cęlorum ſingulariter repromiſit. Et tertiò firmamentum & confirmatorem

Marginal notes, left column: NOTA *uelle.* — *Iudic.* 14. — *Heb.* 1. — *Phil.* 2. — *Pſal.* 22. — *Similis tractatio loco. Principatus enim ut ingreditur ſic deſcribitur: & quã*

Marginal notes, right column: *diu tenetur labitur, & incertũ eſt in qua ſtatione, ideſt, in qua die finiatur.* — *Hieron. ſuper Mat. Cap.* 18. — *Conſenſus Matth. & Marci.* — *Matt.* 18. — *Petr⁹ omnibus apoſtolis prælatus.* — *Ioan.* 1. — *Matth.* — *Luc.* 22.

torem Apoſtolorũ conſtituit ipſum Petrũ. Confirma fratres ſuos. Denique ter illi dixit.

Ioan. 21.

Paſce oues meas. In quibus omnibus & alijs multis, Petrum maiorem cõprobauit & vniuerſæ eccleſiæ paſtorem. Curaturus ergò infirmitatem cordium apoſtolorũ ſingulariter ab alijs diſcipulis conuocat eos & dicit. *Si quis vult primus eſſe, erit omnium nouiſſimus.*

Ambitio vbi etiã inuenit locũ.

Non ſatis mirari ipſum in quãta paupertate & mundi contemptu ambitio locũ inuenit & ianuã ad aggrediendum cor apoſtolorum. Vix eleemoſynis illis aderat cibus, & ſimplex veſtis: & relictis omnibus ſequebantur pauperem Ieſum: & adhuc de primatu diſputant, ne dicam, contendunt. Quid non mortalia pectora cogis imperandi ſacra fames & ambitio? Quis gloriabitur alienum ſe eſſe ab hoc crimine? Væ nobis: cum inter paſtores & epiſcopos eccleſiæ de principatu diſputatur & cotenditur, vt ſemper altiùs in ſublimiorem cathedram aſcendant.

Ambitio in prælatis quam pernitioſa.

Actum eſt de populo cum in paſtore vulnus lætale locum & arcem obtinet. De cælo luciferum cum omnibus angelis, qui ei conſenſerunt, deiecit.

Apoc. 12.
Geneſ. 3.

Paradiſum expoliauit nobilibus primis hominibus: qui manu domini fabricati ſunt: & in miſeram reduxit ſeruitutem.

Ambitiõis medicus.

Quam infirmitatẽ curaturus Dei filius, humiliauit ſemetipſum, factus obediens vſq; ad mortem, mortem autem crucis.

Philip. 2.
Matth. 11
Luca. 19.

Propter quod dicebat: Diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde. Filius hominis non venit miniſtrari: ſed miniſtrare: & dare animam ſuam pro multis. Quid de nobis poteſt credi aut ſperare & de natura noſtra in mille vitijs enutrita: cùm etiam, qui apoſtoli erant, de maioritate & primatu diſputabant? O quali & quanta cuſtodia cuſtodiri debet cor noſtrum aduerſus inſidias quas diabolus, in honoribus & magnis dignitatibus repoſuit. Cum certè præeſſe alijs & cathedram tenere in ſublimi, periculoſiſſimum & valde difficilè ſit.

Roma. 12

Qui præeſt in ſolicitudine, tanquam qui redditurus eſt rationem domino vniuerſorum pro ſibi commiſſis ouibus.

Ezech. c. 3. & 34.

De cuius manu ſanguinem ouium requiret dominus. Videat qui primatus altitudinem ambit, quantò ſe exponat periculo. Neque cum apoſtolis ambitionẽ ſuam defendat: ſed qui illos, cum homines eſſent, imitandos iudicat, vel ad ſuam excuſationem aſſumit, imitetur etiam eorum humilitatem: mundi contemptum: doctrinæ obédientiam.

Peccata ſanctorũ quomodo conſideranda.

NOTA.

Vtinam vel hoc magnum bonũ

A cunctis peccatoribus eueniret. Si peccatrices mulieres, reſipiſcerent, ſicut illa quæ lauit domini pedes lachrymis ſuis & vnxit vnguento & extersit capillis ſuis, quantum bonum hoc eſſet eis & vniuerſæ eccleſiæ?

Luca. 7.

Si omnes vani mercatores & publicani rediſrent ad cor ſicut Zachæus, qui quadruplum reſtituit, ſi quid aliquem defraudauit: & deinde ex reliquis bonis, dimidium pauperibus liberaliter obtulit: quàm iucundũ Deo & angelis hoc eſſet?

Luca. 19.

Quod ſi quis negat Chriſtum & falsò iurat, cum Petro fleret amarè vſque in vltimum vitæ, quid peccatum illud grande illi noceret? In hunc modum conſideranda ſunt ſanctorum peccata & imperfectiones: non ad peccãdi licentiã: ſed ad reſipiſcendi calorem & fortitudinem. Propter hoc talia de illis ſcripta ſunt, vt nemo confidat de propria virtute: ſed qui ſtat videat ne cadat: & nolit altum ſapere: ſed timeat: & qui cecidit, non deſperet.

1. Cor. 10.
Ibidem.

Potens enim eſt Deus illũ ſtatuere, & ad ſublimiorem virtutis ſtatum & culmen reducere, & qui peccauit in ſimilitudinem ſanctorũ: ad eorum exemplum reſipiſcat, & emendationem à domino requirat: quam ipſe diſcipulis ſuis conceſsit, & nimis ſeriò: ſedit namq;

B & conuocauit duodecim ſeorſum ab alijs diſcipulis. Sed & tres Euangeliſtæ hanc hiſtoriam enarrant: vt quã neceſſaria ſit eius doctrina oſtendatur. Quid inquit Chriſtus? *Si quis vult primus eſſe, erit omnium nouiſsimus.* Obſerua in conſeſſu domini ad docendam humilitatem, quomodo declarauit, labores principũ & ambitioſorum.

Ambicioſorũ labores.

Illi euntes diſputabant de principatu: quod laborioſum eſt: ille dulciſsimus magiſter ſedẽs docet cõtemptũ principatus, & amorẽ ſedis nouiſsimæ & obediẽtię. Cõgruẽtiſsimus locus, & efficax argumẽtũ ſeſe offert ad docendũ & diſputãdũ aduerſus ambitioſos: nimirũ quã multũ laborãt: cum interim humiles ſedeãt in pulchritudine pacis.

Ambitioſorũ labores etiam inita dignitate principatus.

Quantò laboris ſuſtinuerunt omnes principes, & tyranni gentium: vſque dum ad faſtigium imperij peruenerunt? Sed & tunc quàm ſuauis aut dura, aut amara fuit vita eorum? Aut parcendum mihi erit, aut boni conſulas candide lector, ſi circa præſentem conſiderationẽ plus iuſto calamum extendero. Neque quidquã in rę hac ex marte noſtro expectes: cùm argumentum ab exemplo & auctoritate ſumendum & concelebrandum ſit. Nec ſolũ ante principatus & cõſulatus cathedrã, ſed

eo tempore cùm his potiuntur ambitioſi omnes, animo ſimulque & corpore pendent. Cuius rei, qui ſiculam ſcripſerunt hiſtoriam, teſtes locupletiſsimi ſunt. Nã vel amantiſsimam vxorem ſuſpectam adeò dicunt fuiſſe tyranno, vt tabulis cubiculum ſtrauerit, quo maior ſonitus, cùm ad illum iret, excitaretur nudam ijs ità eam re ſuſſiſſe, vt nihil occulte ferre poſſet: aditumque ipſum foſſa intercepiſſe, vt vel ſaltibus, vel longis gradibus, vel aſcenſu, deſcenſuq; per geſſo, nullũ poſſet telũ occultare. Quot quãtisque igitur animus hominis; qui vel vxorem ita ſuſpectam habebat, malis refertus erat? Illis certè mihi ſimillimus videtur fuiſſe, qui cum ad alta præcipitia ſcandant, antequam ad cacumẽ peruenerint, timore perculſi, neque altiora petunt iam feſsi, neque deſcendere audent, cùm adhiatum & profunditatem deſpexerint. Tyrannidẽ namq; & ambitionẽ, quaſi diuinam rem aggreſſus, Dionyſius cũ pericula eius agnouiſſet, & ſtãti in propoſito, innumerabilia videbat in dies pericula: & ab eũti mortẽ imminere nõ dubitabat, omnibus, & ſi non corporibus, ſed animo tamẽ aduerſus eũ armatis. Quod ille ipſe Dionyſius ita eſſe ſignificauit: Nã cum quidam tyrannorũ vitam; qui per ambitionem ad faſtigium aſcenderunt, quaſi beatam ita laudibus efferret, vocaſſe ad cœnam regio apparato inſtructam dicitur: ac ſuper caput illius ſedentis acutum gladium tenuiſsimo filo ſuſpendiſſe, quem poſteà quàm repente conuiua ille reſpexit, nec fugere inde auſus timore tyranni, nec bibere aut comedere potens, periculo perculſus, ceruice, et oculis ad pendẽtem gladium directis mortẽ expectabat. Quod cum vidiſſet Dionyſius. Num (inquit) intelligis quã beata ſit vita noſtra? Talis enim eſt, niſi velimus nobiſmetipſis adulari. Omnium enim rerum copiam habentes propter frequentiã periculorum, & impendentem formidinẽ; nulla frui poſſumus: illis ſimiles qui à de formibus ſæpe meretricibus decipiuntur, quæ veſte & auro valde ornatæ & fuco faciei deformitatem occultantes, quaſi hamo piſces his inſidijs captos attrahunt adoleſcentes. Hac infœlicitate nos premimur, qui multis fœlices videmur: & ſicut tormentis multi coguntur mentis ſuæ arcana pandere: ſic interdum huius vitæ moleſtia victi veriſsimas voces de miſeria noſtra emittimus. Illis certè ſimilibus animalibus ambitioſi & ty-

Hic eſt dionyſius.

Similitudo

Ambitioſus cui ſimilis.

Ambitioſi tyranni cõfeßio pro ſua calamitate.

Similitudo

Similitudo

C ranni ſumus, quæ ſaginantur, quibus comedendi bibendiq; non ad aliud quàm ad perniciem ſuam copia ſolet efferri. Hæc Euſebius Cæſarienſis. Lege eundem, ſi cognoſcere deſideras cauſã propter quã aliquã do Deus tyrãnos permittit in republica. Deſcribit Seneca libro de Breuitate vitę ſtupẽdũ exẽplũ Auguſti Cæſaris, qui agẽs in imperio ſumma omniũ congratulatione, deſiderabat ad communem hominum ſapientium vitam deſcendere, qui otium gratũ in meditatione diligunt. Cuius hæc ſunt verba. Diuus Auguſtus, cui dij plura quàm vlli præſtiterunt, non deſijt quietẽ ſibi precari vacationem à republica petere. Omnis; eius ſermo ad hoc ſemper reuolutus eſt, vt ſibi ſperaret otium. Hic labores ſuos, etiam ſi falſo, dulci tamen oblectabat ſolatio, aliquando ſe victurum ſibi. In quadam ad ſenatum miſſa epiſtola, cum requiem ſuam non vacuam fore dignitatis, neq; à priori gloria diſcrepantem pollicitus eſſet, hæc verba inueni. Sed iſta fieri ſpecioſius quàm promitti poſſunt, me tamen cupio temporis optatiſſimi mihi perduxit, vt cum rerum lætitia moreretur adhuc, perciperem aliquid volu-

D ptatis, ex verborum dulcedine. Tanta viſa eſt res otium, vt illam, quia vſu non poterat, cogitatione præſumeret. Qui omnia videbat ex ſe vno pendentia, qui omnibus gentibus fortunã dabat, illũ diẽ lætiſsimus cogitabat, quo magnitudinem ſuam exueret. Expertus erat quantũ illa bona per omnes terras fulgentia ſudori ſe exprimerent, quantum occultarum ſolicitudinum tegerent, &c. Itaq; otium optabat, in huius ſpe & cogitatione labores eius reſidebant. Hoc votum erat eius, qui voti compotes facere poterat. Habes in Dionyſio ſummam mentis anxietatem & pendẽte ſemper animum in ſceptro imperij per ambitionem & tyrãnidem occupati. Habes in Auguſto deſiderium vehemens exuendi imperialem tunicam propter otium conſiderationis & deſiderium ſibi ipſi viuendi. Depingit Seneca eleganter nimis eos qui ad faſtigium per ambitionem aſcenderunt, quanta prius ipſi cupiditate victi fuerũt, Multi inueniuntur qui ignem inferant vrbibus; qui inexpugnabilia ſæculis & per aliquod ætates tuta proſternant, qui æquum arcibus aggerem attollant, & muros in miram altitudinem adductos arietibus & machinis quaſſent: multi ſunt, qui ante ſe agant agmina; & tergis ho-

Euſeb. Cæſari. lib. 8 præparatione euãg. 8. ca. 5.

Seneca. ca. 5. tomo. 2. fo. 860.

Auguſti Cæſaris exemplũ ad dedocendã ambitionẽ.

NOTA *valde.*

Ambitioſi quomodo ipſi victi.

ſtium

ſtium graues inſtent, & ad mare magnũ perfuſi cæde gentium veniant: ſed hi quoq; vt vincerent hoſtem, cupiditate victi ſunt. Nemo illis venientibus reſiſtit: ſed neque ipſi ambitioni, crudelitatique reſiſterant. Tunc cum agere viſi ſunt alios, agebãtur. Agebat Alexandrum infœlicem furor aliena deuaſtãti, & ad ignota mittebat. An putas ſanũ, qui à Græcis primum cladibus: in qua nutritus eſt, incipit, qui quod cuique optimũ eſt eripit? Audi de Mario aliud exemplum. Marium ſemel conſulem (vnum enim conſulatum accepit, cæteros rapuit) cum Theatonos Cimbroſque cõcideret, cum Iugurtham per Africæ deſerta ſequeretur tot pericula putas appetiſſe virtutis inſtinctu? Marius exercitum, Marium ducebat ambitio. Iſti cum omnia concuterent, concutiebantur turbinum more, qui rapta conuoluũt: ſed ipſi antea voluũtur, & ob hoc maiore impetu incurrunt quia nullum illis ſui regimen. Ideoque cum multi fuerint mali; peſtiferam illam vim qua plærisque nocuerunt, ipſi quoque ſentiunt. Nõ eſt quòd credas quenquam fieri aliena infœlicitate fœlicem.

NOTA.

Seneca lib. 2 de beneficijs. ca. 25. Inſatiabilem ardorẽ ambitiònis deſcribit idem Seneca propoſito exemplo cuiuſdam Gnei Lentuli, ad hæc, tãdem peruenit. Non patitur auiditas quenquã eſſe gratum. Nunquam improbæ ſpei, quòd datur, ſatis eſt. Et maiora cupimus, quò maiora venerunt. Multoque concitatior eſt auaritia in magnarum opum congeſtu collocata, vt flammæ infinito acrior vis eſt, quò ex maiore incendio emicuit. *Ambitio impatiens æqualitatis.* Atque ambitio non patitur quenquam in ea menſura honorum conquieſcere, qua quondam fuit eius impudens votum. Nemo agit de tribunatu gratias: ſed queritur quòd non eſt ad præturã vſque perductus. Neque hęc gratia ſi de eſt conſulatus, neq; hic vnum ſatiat ſi vnus eſt. Vltra ſe cupiditas porrigit & fœlicitatem ſuam non intelligit, quia non vnde venerit proſpicit, ſed quo tendat. *NOTA. uslde.* Obſerua quàm congruant hæc vltima ſacris apoſtolis domini cùm ambitione permoti, de principatu diſputabãt. Sed in illorum ambitione nobis conſulere deſideramus: & quàm graue malum ſit oſtendimus: ac quanta ſuſtineat amara & difficilia ambitioſus. Eodem libro *Cap. 5.* deſcribit officialium magnatorum & regiæ curiæ ambitionem in hæc verba. *Ambitio officialium principum* Nihil æquè amarũ, quamdiu pendere. Aequiore quidam animo ferunt præcidi ſpem ſuam, quàm trahi. Plerisq; autem hoc vitium eſt ambitione parua differẽdi promiſſa, ne minor ſit rogantium turba. Quales regiæ potẽtiæ miniſtri ſunt, quos delectat ſuperbiæ ſuę longum ſpectaculum, minuſque ſe poſſe iudicãt, niſi diu multumq; ſingulis quod poſſint oſtendant. Nihil confeſtim, nihil ſimul faciunt, Iniurię illorum præcipites lenta beneficia ſunt. Quare veriſsimum exiſtima quod ille Comicus dixit: Quid tu non intelligis, tantum te gratiæ demere: quantũ moræ adijcis. Inde illæ voces quas ingenuus dolor exprimit. Fac, ſi quid facis. Et nihil eſt tanti, malo mihi iam neges vbi in tædium adductus animus incipit beneficium odiſſe, dum expectat. Mille alii modi oſtentãdæ ſuæ ambitionis inuenti ſunt ab ipſis, qđ vbique colunt etiã qui in ſpiritualibus pręſunt. Sed quid mirum quòd tantũ onus ac laborum magnitudinem ſubeant ambitioſi, cum peſsimum hoc vitium mẽtis eorũ oculum excæcat. *Similitudo* Quemadmodum ſæui quidã venti in tranquillum mare delati, totum ab imò ſubruũt, vt & arena cum vndis miſceatur, ſic etiam vitio & turpis quæſtus animũ ſubeuntes omnia ſubuertũt. Excæcat mentis intuitum pręſertim gloriæ furor: nam pecuniam quidem contemnere (ſicut Apoſtoli fecerunt) volenti ſatis eſt facilè: honorem autẽ deſpicere multi laboris indiget, magnę ſapientiæ, angelicæ cuiuſdam animæ ipſum cęleſtis teſtitudinis verticem tangentis. Nõ eſt enim, non eſt inquam, vitium ita tyrannicum, & vbique dominans, ex maiori quidem, vel ex minori parte: attamen vbique. *Chriſo. homil. de vanagloria et ambitione. tom. 5. fol. 261.* Lege B. Chriſoſtomũ, vbi magnum remedium pro tãti vitij curatione proponit. Sui & domini Derignoratio, ambitionis radix eſt. Securis quæ radicem ſecat, exemplum eſt Saluatoris. Qui namque dominum nouit, ſicut oportet intelligere, qui nouit quòd Dei filius ſe tantum humiliauit, non extollitur. Qui autem hæc ignorat, extollitur. Elatio verò parat ad inſolentiam qualem in omnibus ambitioſis reperimus. De quibus ſufficiat nobis vn⁹ Ozias rex Iudæ. *2. Paralipo. 26.* Is proſperiorẽ rerũ quas geſſerat, ſucceſſu ebrius ac tumidus commodiore tranquillitate temporis, quiddã affectauit ſua dignitate Auguſtius. Quodque rex eſſet, arbitratus eſt ſui iuris eſſe fungi etiam ſacerdotio: proinde irruit in adytum templi, & ſacerdote etiã prohibente voluit adolere incenſum ſuper altare thymiamatis. *2 Paralipo. 26.* Is nõ ceſsit ſacerdotis

imperio;ſed præcôceptæ inſaniæ acquieuit
pertinaciter, paruipendẽs ſacerdotis ſermo
nẽ. Illius temeritatis cauſa immiſit ei Deus
lepram in fronte. Quum enim voluiſſet
honorem ſua dignitate ampliorem arripe-
re, ea etiam ipſa regia adminiſtratione, quã
obtinebat, excidit. Etenim non modo nõ
eſt adeptus ſacerdotium: ſed & coopertus
immunda lepra exutus eſt adminiſtratio-
ne regni, domique ſeorſum habitauit, de-
liteſcens toto vitæ tempore, dedecus & in-
famiam non ferens. Populus inſuper, vniuer
ſus vna cum eo non leuem iacturam ſenſit,
indignante Deo, quòd leges eius paruipen
diſſet, neque vltionem expectiuiſſe de con
tumelia ſacerdotio irrogata. Quo igitur
pacto incommodum ſuſcepit ex ea indig-
natione? Donum prophetiæ retractũ eſt &
repreſſum. Iratus enim eis Deus, nulla de re
omnino reſpondit. Hoc vero non vſque
quaque fecit, ſed tantiſper dum vixit rex,
modum iſti vindictæ impoſuit. Igitur ille
Eſa. ca. 6. ſimul vt tranſegit vitam rex, & Deus con-
ceptam in eos indignationem præcidit, &
Chriſoſto. 1. tom. fol. 1186. Enarratio ne in. 6. c. Eſaie. rurſus fores ad aperuit prophetiæ. Quod E-
ſaias innuit, cùm inquit: In anno quo mor-
tuus eſt Ozias vidi dominũ ſedentem, &c.
Sic Chriſoſtomus: Grauiſſimum ergò cri-
mẽ ambitio eſt, & in quæq; mala & ſcelera
præcipitium parat: & non ſolum calamito-
ſum ac pendentem reddit animũ in media
fœlicitate, verum ſeruilem & omnibus ob-
ſequentem ante dignitatem concupitã. Cõ-
tendit, humilitatẽ fingit, donare promittit,
& quid non ambitioſus molitur? Cum ergò
talis ac tã deſperatus morbus ſit, & inuenia-
tur in ambitione, vide ſi ſeriò & ſedẽs & in
partem iuſirmis vocatis, cæleſtis medicus
ocioſe eos curat. *Reſidens ergo cõuocauit duo
decim, & ait illis. Si quis uult primus eſſe, erit om
nium nouiſsimus, & omnium miniſter.* Aliter &
Clarior redditur ſẽtentia ex eo quod in Matth. legimus qui interpretatiſimus. Et qui humiliauerit ſe ſicut paruulus iſte. hic maior eſt in regno cælorũ. Qui humiliauerit ſe, nõ nocẽ ſuã, nõ uultũ ſuũ, non laudes aut honores: ſed ſemetipſum. &c. aliter in republica gentium, & in familia
mea ad primatus faſtigium accenditur. In
illa quidem vi & armis, ambitione & tyrã-
nide, inferiorum oppreſsione & ſui ipſius
exaltationem: In hac manſuetudo, humili-
tas, aliorum ſeruitus, denique locus nouiſ-
ſimus primatũ obtinent. Quod ſi adhuc in-
tra familiæ meæ humilem ſtatũ permanere
diſponitis, hæc eſt regula quam ſummis vo-
tis obſeruare debetis. Si quis vult eſſe pri-
mus, erit omnium nouiſsimus, & omniũ
miniſter. Non dixit aliquorum miniſter;
ſed omnium. Quod quàm conſtanter ſer-

C uandum ſit in Eccleſia ſua, ex demonſtra-
tione, & ſententia generali cum commi-
natione vltimi & maximi diſcriminis com
probat. Ad quod vocauit puerum ſecun-
dùm Matthæum, & ſecundum Marcum,
*Accipiens puerum, ſtatuit in medio eorum. Quẽ
cùm complexus eſſet, ait illis.* Secundùm Mat-
*thæum. Amen dico uobis niſi conuerſi fueritis,
& efficiamini ſicut paruulis non intrabitis in re-
gnum cælorum.* Ad longum ſtatuo hunc lo-
cum Matthæi exponere. Multa ſunt no-
tanda & examinanda in præſenti ſenten-
tia: quæ non ſolùm ad Apoſtolos dicta
eſt: verùm & ad vniuerſum hominum
genus. Primò manifeſtum eſt ad neceſsi-
tatem ſalutis mandatum hoc pertinere: ne-
que ex numero & choro conſiliorum eſ-
ſe: quæ ad perfectionem ſpectant, ſine qui-
bus aditus regni cælorum patet. Scriptum
eſt enim. Si vis ad vitam ingredi, ſerua mã *Matt. 19*
data. Si vis perfectus eſſe, &c. De neceſ-
ſitate ergò ſalutis eſt, quòd in hac ſenten-
tia Apoſtolis & omnibus nobis tradit do-
minus Ieſus. Niſi conuerſi fueritis, & effi-
ciamini ſicut paruuli, non intrabitis in reg-
num cælorum. Secundò certum eſt eo tẽpo
re quo de magiſtratus primatu decertabant
D & diſputabãt apoſtoli nõ eſſe paruulos qua
les à dño requiruntur ad ingreſſum regni
cæleſtis. Quod inde comprobatur, quia in
tempus ſequens ab eis exigebat conuerſio-
nem hanc nondum illam ergo adepti erant.
Quod enim factum eſt: fieri iterum non
eſt neceſſarium. Neceſſarium vero propo-
nit quod efficiantur tales. Omnem operam
& diligentiam in præſentis ſcripturæ ex-
poſitione impendere oportet. Cardo enim
eſt ianuæ regni cæleſtis: ſine qua nõ aperitur
dicẽte dñó. Amẽ. Fideliter dico vobis, niſi *Matt. 18.*
cõuerſi fueritis & efficiamini, ſicut paruuli,
nõ intrabitis in regnũ cælorũ. Neq; cũ Ni- *Ioan. 3.*
codemo obſtupeſcas, & dicas, quomodo po
teſt homo renaſci, cũ ſit ſenex? Nõ tibi de-
mãdatur, vt ad ætatẽ puerorũ iterũ reuerta-
ris. Quod omnib' modis impoſsibile eſt: in *6. Ethi. 4.*
genita facere quæ facta ſunt, in intelligibile
eſt. Sed qđ tibi & vniuerſis hominib' demã
datur, hoc eſt: ſicut paruuli nõ ſenſu, ſed ma
litia, ſine tumore, ſine ſuperbia, ſine princi- *Paruulus qui fieri poteſt hõmo.*
patus ambitione, quales & vos nunc eſtis.
Vnde Apoſtolus interpretans hunc lo-
cum, inquit. Fratres nolite pueri effici ſen- *1. Corint. 14. d.*
ſibus: ſed malitia paruuli eſtote, ſenſibus
autem perfecti eſtote. In hoc ergo conſiſtit

hæc

hæc conuerſio quæ nobis ad ſalutem æternam præcipitur, vt ad puerorum veniamus innocētiam: & fugiamus eorum ignorātiā. Alterum docuit Chriſtus, alterum eius apoſtolus, in quo & ipſe loquebatur, ſicut aliquando dixit. An experimentum quæritis

2.Cor.13

eius, qui in me loquitur Chriſtus? Vtrunq; ergo verbum Chriſti eſt: & quòd ſimus paruuli malitia, & quòd nō ſimus paruuli ſenſibus. Hoc enim noxium eſt & claudit regnum cælorum. Vide ergo quàm magnum ſit quod tibi præcipitur: & quod certe non oportet otiari, & ſomno & curis huius vitæ indulgere: ſed omnem animi attentionem impēdere his quæ à domino dicūtur. Dicit ergò. *Amen dico vobis niſi conuerſi fueritis & efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis in regnū cælorum.* In expoſitione præſentis ſcripturę

Cap.5.& 6.lib.1.pedagogi.

ſub Clemente Alexandrino militandū eſt. Sublimiter quidem locutus eſt: & celſior cęlis vox eius. Ab eo exordium orditur in cōſideratione hac, quòd omnes qui in veritate verſantur ſunt apud Deum pueri, quod per allegoriam, ſimplicitatem velit ſignificare,

Ioan. ulti.

non puerum ætatem. Apoſtolis nanque aliquando dixit: Pueri nunquid habetis pulmentarium? quos vſu & diuturna conſuetudine habebat familiares. Neque hoc puero-

D

rum nomine contenta eſt Dei ſapientia vocare nos, ſed & pullorum adiecit nomēclaturam. Quemadmodum gallina congregat

Matt.23.

pullos ſuos ſub alas. &c. ita nos ſumus pulli domini: ſanè quàm admirabiliter & myſticè animæ ſimplicitatem ex puerili ætate deſcribente ſermone. Alicubi nos vo-

Eſai.68.

cat pullos, nonnunquam infantes, alicubi filias, & ſæpe filios, & populum recentem, & populum nouum. Et præſenti loco paruulos iubet noſmetipſos debere fieri. Ser-

Eſaie.65.

uis autem meis imponetur nomen nouum. Nomen nouum dicit quod eſt recens, ęternum, impollutum, ſimplex & infantile, & verum quod benedicetur in terra. Audi ergò quid per allegoriam hæc omnia nomina

Allegoria puerorum.

ſignificent. Nos vocat pueros & pullos per allegoriam ſignificans, vt qui vicii iugū nō ſubimus, qui ab improbitate minimè domiti ſumus. Sed ſumus & ſimplices & ad ipſū ſolum patrem exilimus: non equos ſubiugales qui ad propinquorum vxores inhiunt &

Puerorū nomē quid ſignificet.

fœminarum amore inſano tenentur, ſed liberos & recenter genitos qui propter fidē exultant, qui celeriter currunt ad veritatē, qui ſunt veloces ad ſalutem, qui mundana

C

proſternunt & conculcant. Hæc omnia in nomine puerorum clauduntur, quæ referenda ſunt diligenter: cùm lex promulgata ſit ore domini Ieſu in hæc verba. Niſi conuerſi fueritis, &c. Sed aliud clauditur in nomine pueri, quod Dominus noſter Ie-

Matt. 18.

ſus Chriſtus aperuit nobis in hac ſcriptura: nimirum humilitas. Dicit enim, cùm orta eſſet difficultas inter apoſtolos quis eſſet eorum maior: Qui ſe humiliauerit vt hic paruulus: hic maior eſt in regno cælorum. Non tū puerorum appellatione vſus eſt, tanquā qui per ætatem eſſent inconſiderati, & ratione minimè vti poſſent, quemadmodum nonnulli ſenſēre, neque ineruditè accipiendum eſt. Qui itaq; pueri ſumus quemadmodum ſerpentum more in terra ſerpimus, toto corpore inſtultis voluptatibus prouoluti: ſed mente ſurſum erecti, mundoq; & peccatis renunciantes, ſuſpenſo pede eatenus terram tangentes, quatenus in mundo eſſe videamur, ſanctam perſequentes ſapientiā. Adhuc ex vi nominis & origine eius quod eſt infans, perſiſtit in oratione, & aperit mandati veram intelligentiā & germanum ſenſum. Non enim nomen infans deſcendit à verbo Græco, quod de inſipientibus dicatur: ſed à verbo quod de eo qui lenē & mol-

D

lem animū habeat. Hoc autē manifeſtiſſimè cōfirmat ſermo Pauli apoſtoli. Fuimus

1.Theſ.2.

inter vos paruuli, &c. Mitis ergò, & mollis animo, & manſuetus paruulus eſt, & ratione magis tener ac mollis, quia doli & fraudis expers, & remotus à ſimulatione, rectoque & erecto animo. Hoc eſt enim fundamentū ſimplicitatis & veritatis: ſuper quem reſpi-

Eſaie.66.

ciam, niſi ſuper manſuetum & quietum? Sumus itaque nos pueri teneri ac molles, qui

Puerorū adhuc mēs deſcribitur

perſuaſioni non reluctamur, & à bonitate nō difficiliter colimur, bileque vacui, & malitia & peruerſitate minimè permiſti ſumus. Vetus enim generatio peruerſa eſt & duro corde. Chorus aūt infantium & nouus populus, mollis & delicatus eſt puer. De quo apoſtolus. Volo vos ſapiētes eſſe ad bonū: ſimplicis autē ad malū. Lege Eſaiā, vbi de pue-

Eſa. 49.et 66.

ris agit ſermonem propheta, & puerorum dignitatē & Dei erga illos curā & amorem deprehendes. Ecce leuabo ad gentes manū meā, & ad populos exaltabo ſignū meū, & afferent filios tuos in vlnis & filias tuas ſuper humeros portabunt. Fructum & effectum illius ſigni quod in nationibus leuabit

Capi. 66.

dominus deſcribens, inquit: Nunquid parturiet

turiet terra die vna? aut parietur gens ſimul, C
quia parturiuit & peperit Sion filios ſuos?
Act. ca. 2. Quod in prædicatione Petri maximè com
pletũ eſt, & deinde in gentibus. Sicut ergo
mater pueros ad ſe adducit, ſic pueri euange
lici matrem quærunt Eccleſiam. Quicquid
itaque eſt imbecillum ac tenerum, vt quod
propter imbecillitatem auxilio egeat, gra-
tum eſt, iucundum & delectabile animoſa
animæ parte, ei quod eſt tantillum auxiliũ
Similitudo ferẽte. Quemadmodum enim patres, & ma
tres lubentius quidem vident equorũ pul-
los, boum verò paruulos vitulos, & leonis
leunculum, & cerui hinnulum, & hominis
puellum: ita etiam vniuerſorum pater eos
qui ad ipſum confugiunt, recipit & in filio-
rum adoptionem ſpiritu regeneratos, nouit
mãſuetos, & eos ſolos diligit, eiſque fert au
xilium, & pro eis pugnat, eoſque defendit,
ideo pullos nominat. Hæc omnia in Eſaiæ
Cap. 43. prophetæ teſtimonio confirmantur, cùm
inquit de Chriſto. Ecce puer meus electus,
quem elegi, poſui ſuper eum ſpiritum meũ.
Cap. 8. d. Et dixerat anteà de apoſtolis, qui nunc à
Chriſto pueri inſtituũtur: Ego & pueri mei
quos dedit mihi dominus in ſignum & in
portentum in Iſrael à domino exercituum, D
Hebr. 2. c. qui habitat in monte Sion. Quem locũ Pau
lus Apoſtolus in epiſtola adducit ex Eſaia.
Mirabile eſt ꝙ pueri ſunt in ſignum, & in
portentum in Iſrael, ſed impoſsibile non
apparebit. Siquidẽ de Chriſto nomen puer
Eſai. 8. dictum eſt: de quo idem propheta: Puer na-
tus eſt nobis, &c. Et vocabitur nomen eius
admirabilis Deus, fortis. &c. Puer dictus ad
mirabilis. Pueros, id eſt, Apoſtolos fecit in
portentum in Iſrael: non Nembroth. & gi-
gantes, quos nõ elegit, ſed pueri mei & ego
quos dedit mihi dominus. Pueri ſint opor-
Ioan. 6. tet, qui dantur Chriſtò à patre. Omne autẽ
quod dat mihi pater ad me venit, & quod
venit ad me non eijciam foras. Foras autem
à regno cælorum excluduntur, quicunque
non efficiũtur paruuli in illis omnibus: quæ
dudum diximus. *Amen dico vobis non intrabi-
tis in regno cælorum, niſi conuerſi fueritis & effi-
ciamini ſicut paruuli.* Nõ vnius diei opus hoc
eſt: aut circa vnam rationem & virtutẽ tan
tum: ſed aſsiduum ſtudium, & diligentiam
multam, & ſuper omnia diuinum ſuffragiũ
requirit. Summa dictorũ hæc eſt. In his hęc
conuerſio conſiſtit. Quòd ſimus paruuli in
malitia & non ſimus ſenſibus inſipiẽtes, ſine
dolo & expertes malitiæ: bono conſentien

C tes: & malum fugientes, docibiles Dei, non
reijcientes doctrinam: ad matrem Eccleſiã
confugientes, humiles, manſueti, & tenelli
ad miſericordiam: nemini malum pro malo
reddentes, ſed vincentes in bono malum, tre
mentes ad verbum pedagogi noſtri Dei: &
ad eum in tribulationibus confugientes, ſi-
cut verè paruuli: humiliantes noſmetipſos,
cor & ſenſus noſtros, dicto parentis obau-
dientes: quæ omnia à puero Ieſu diſcuntur:
Diſcite à mè quia mitis ſum & humilis cor- *Matth. 11*
de. Non cogitat de vindicta puer læſus: non *Concluſio*
meditatur vltionem, non ex tollitur laudi-
bus aut honoribus: non gloriatur de gene-
ris nobilitate: nõ deſpicit quenquam, etiam
ſi obſcuro loco natus ſit: non quærit cathe-
dram magiſtratus: non circumuenit fratrem
in negotio. Patri adhæret, matrem ſequitur
etiã flagellatus. Hæc omnia docet nos Chri
ſtus ſub verbo hoc magno, quod columnas
cælorum deterrere debet. *Niſi conuerſi fue-
ritis, & efficiamini ſicut paruuli non intrabitis in
regnum cælorum.* Propter hoc regeneratos in
ſacro baptiſmate, quãuis grauioris ætatis,
modo genitos infantes compellat beatiſsi- *1. Pet. 2.*
mus Petrus. Qui concupiſcere debẽt lac do
D ctrinæ incoationis Chriſti: ac deinde con- *Hebræ. 6.*
fortati ad perfectionem ferantur, id eſt, ad
ſolidum cibum, qui perfectorum eſt. Non
enim conuenit diſcipulis Chriſti de prima-
tu diſputare, neq; ad breue tẽpus inuiæ: ſed
fieri ſicut paruulum illum quem dominus
Ieſus complexus fuit. Quem nõ dubito ſibi
fuiſſe tunc temporis gratum per gratiam iu
ſtificantem. Neque quẽquam ſibi ſumat ho *Heb. 5.*
norem: ſed qui vocatur à Deo tãquam Aa- *Nume. 17*
ron. Et rurſus idem egregius prædicator di- *2. Co. 5.*
cit: ſi vnus pro omnibus mortuus eſt, ergo
& oẽs mortui ſumus: & pro omnibus Chri-
ſtus eſt: ſuperſt vt qui viuunt, non iam ſibi
viuant: ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt & re *Cauſ. 8. q.*
ſurrexit. Locus ergo regiminis & primatus *1.*
cathedra ſicut deſiderantibus neganda eſt, *In ſcriptu-*
ita fugientibus offerenda eſt. Quicunq; de- *ris veſtris.*
ſiderauerit primatum in terra, inueniet con *Diſt. 40. c.*
fuſionem in cælo: neque inter ſeruos Chri- *Multi ſa-*
ſti computabitur qui de primatu tractaue- *cerdotes.*
rit, neque vnuſquiſque eorum feſtinet quo-
modo alijs maior appareat, ſed quomodo
omnibus inferior videatur: quoniam non
qui maior fuerit in honore inter homines,
ille eſt maior: ſed qui fuerit iuſtior ille ma-
ior. Expende diligẽter omnia quæ ſuperius
ex ſacris ſcripturis, & glorioſis magiſtris
diximus

diximus: & animaduerte nunquid paruulus ſis, an vir magnus. Ego, ſi verum licet impune dicere, ex hoc ſolo qđ ſcriptũ eſt: Niſi conuerſi fueritis & efficiamini ſicut paruuli, non intraqitis in regnum cęlorum, veriſſimam comprobo ſententiam illam: Anguſta eſt via quæ ducit ad vitam: & quàm pauci inueniunt eam? Veriſsimam comprobo ſententiam illam: Quàm difficilè diuites intrabunt in regnum cælorum. Facilius eſt camellum intrare per foramẽ acus, quòd diuitem intrare in regnum cælorum. Quis eorum paruulus efficitur? Quis eorum humiliatur? Quis eorũ de cathedra & magiſtratu, de ſanguinis nobilitate non decertat, & gloriatur cum humilium contemptu? Væ vobis diuitibus: qui eſtis magni in oculis veſtris: & demãdatum eſt vobis à domino vt efficiamini ſicut paruulus teneræ ætatis. Veriſsimè dico, & conſtanter teſtificor, quòd multi ſunt vocati, pauci verò electi: cum ſint pauci, qui per hæc quæ ſuperius diximus opera, certam faciant ſuam electionẽ & vocationem. Væ mundo, & væ cunctis filijs hominum qui rebelles & increduli inueniuntur aduerſus magnũ hoc præceptũ. Omnes auaritiæ ſtudent, omnes vindictam expetunt: omnes quæ ſua ſunt, quærunt: ad vxorem proximi ſui hinniunt: Et quid dicam? Corruit Hieruſalem: corruit veritas in plateis eius: pepegerunt fœdus cum morte & cum inferno: omnes curis huius ſæculi captiui tenentur ad diaboli voluntatem, & ſuffocati ſunt. Denique dominus proſpexit ſuper filios hominum, non eſt qui faciat bonum: non eſt vſque ad vnum. Sepulchrum patens eſt guttur eorum, linguis ſuis doloſe agebant. Iudica illos Deus. Hoc eſt iudicium. Non intrabitis in regnum cælorum. *Et quicũque ergò humiliauerit ſe, ſicut paruulus iſte, hic eſt maior in regno cælorum.* Illic quærenda eſt cathedra ſublimis: vbi ſuperbia & iactantia nullum locum inueniunt, vbi ex ſublimitate noſtra Deus glorificatur in humilitate ſanctorum: per quam ad illam ſublimitatem conſcẽderant. Ibi quærenda eſt & deſideranda celſitudo: per quã approximamus Deo: non tamen in hoc mundo, quæ periculum & ruinæ, & ſuperbiæ ægritudinem habet: & citò ſicut flos marceſcit. Qui ergò ad ſublimitatem aſpirat, illam in humilitate quærat: hæc eſt via, de qua iam multa in ſuperioribus diximus. Iam ſequitur perfectè lectio noſtri Euan-

Matt. 18.
Saluantur quã pauci.
Matth. 7.
Matt. 19.
Matt. 20. & 22.
Hiere. 7.
Philip. 2.
Hiere. 5.
Eſai. 28.
Pſal. 13.

A geliſtæ, ſicut & in Matthęo. *Et accipiens puerum ſtatuit eum in medio eorum. Quem cùm complexus eſſet ait illis: Quiſquis vnum ex huiuſmodi pueris receperit in nomine meo, me recipit. Et quicunque me ſuſceperit non me ſuſcepit: ſed eum qui me miſit.* Sublimia valde ſunt, & diuinam continent philoſophiam, quæ præſenti ſententia docet cæleſtis magiſter. Mandauerat ſub pœna vltima, vt efficerentur apoſtoli & quicunque hæreditatem cæleſtem deſiderant, velut paruuli pueri, de quibus non curat mundus, ſed exsybilat & calce abijcit propter quod recogitare poterant apoſtoli & omnes chriſtiani huius doctrinæ cultores (ſic enim nuncupati erant apud Aegyptum ſub Marco) quis noſtri curam geret? Quis in iniurijs defendet? Quis hoſpitiũ cõcedet? Quis menſam & cibum in fame & ſiti noſtra? Quis vel mortuos nos ſepeliet? Nullam à nobis mercedem expectare poteſt: quibus nihil commune cum mũdo eſt: qui totus poſitus eſt in maligno, & in retributionis ſpe beneficium impendit. Quòd ſi hæc omnia ad votum pro neceſsitate euenerint, ſub diſcrimine gloriationis de noſtra virtute ſumus, propter quam illa omnia concedent homines.
B His omnibus obuiat cæleſtis ſapientiſsimusque magiſter, cũ inquit. *Quiſquis vnum ex huiuſmodi pueris. &c.* Quaſi diceret: Nil horum recogitetis. Nihil vobis deerit apud gentes: imò ſummo honore & altiori loco habebunt vos: nõ propter vos ſed propter me, quem paruuli repreſentant: qui mercedem adeò grandem & ſublimem præparaui veſtris hoſpitibus, & benefactoribus, & patronis veſtris, qui cauſas paruulorum egerint: & educauerint, & ſuſceperint, &c. quòd certè me recipiet: ac in me impenſum beneficium & iuuamen, coronaturus ſum. Neq; me ſolum recipiũt, ſed eum qui me miſit, quia inter eum & me nil diſtat, vna ſola relatione excepta: quia ille pater meus, ego autem eius filius. Neq; ex impenſis vobis ſeruitijs & honoribus eſt ꝙ ſuperbè ſapiatis, cùm certè propter me hæc omnia exhibendã ſint vobis. Vides quomodo apoſtolis & eorũ cogitationibus ocurrit & conſulit: ne animis cadãt propter doctrinam magnæ illius philoſophiæ, quã docebat eos: Niſi cõuerſi fueritis & efficiamini, &c. Iam excitat ſimiliter vniuerſas plebes, & familias gentium, & cunctum mũdum ad hoſpitalitatis beneficia: ad communionem bonorum temporalium paruulis ſuis:

1. Ioan. 5.
Confidentia diligentibus uirtutem.

ſuis: ſub repromiſsione magna, quòd quicunque vel vnum paruulum talem ſuſcipit in nomine eius, quia Chriſti ſunt, ipſum Chriſtum recipit, & patrē qui miſit illum. O acutiſsimus aculeus ad excitandam deuotionem etiam rudium mentium, & carnalium hominum? O tuba animans & præparans ad hoſpitalitatis officia? Scire ex ore Chriſti & audire: Quiſquis ex huiuſmodi pueris receperit in nomine meo, me recipit. Quis apprehendit corde vocem hanc:

Geneſ.18. & non præ gaudio cum Abraham in viam exit, ad inuitandos peregrinos, vt in domū ſuam diuerterent? Quis non orat ſupplex & genu flexu. Diuertimini ad domū meā: ſi inueni gratiam coram vobis? Quis non parat aquam ad pedes lauandos? Quis in vocē hac, me recipit, non occidit pinguē vitulū de armento? Quis nō, quaſi inuēta margarita precioſa gaudēs, domū, menſā, cibos, potū, lectū concedit gratioſus, & ſeipſum offert? Non eſt quòd animo reuoluas aliud: ſolum-

Merces repromiſſa miſericordibus. modò recogita quod Dei filius dicit. Me ſuſcipit. & cum qui miſit me. Qui miſit me. Qualis eſt hic hoſpes? Quātus? quàm diues? quam potēs? Quàm liberalis? Quàm magnificus? Quàm gratus? Audi illum. Tunc dicet

Mat.25.d his, qui a dextris ſunt: Venite benedicti patris mei, poſsidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi. Quæ & quanta fuerunt illa, quæ pro honore tuo ò Iudex tremendæ & inſuperabilis iuſtitiæ fecimus? Quod regnum æternum congratulans tibi, & vniuerſis angelis, nobis concedis? Audientque diuinum reſponſum. Hoſpes fui, & collegiſtis me. Quādo te vidimus hoſpitem & colligimus te? Eſuriui enim & dediſtis mihi mādūcare, &c. Tūc reſpondebūt ei iuſti dicentes: Domine quādo te vidimus eſurientem & pauimus? &c. Et reſpondens Rex, dicet illis: Amen dico vobis, quamdiu feciſtis vni de his fratribus meis minimis, mihi feciſtis. Econtra autem omnia reprobis contingent in magna illa die. Quanta & qualis eſt repromiſſa merces viris miſericordiæ? Quale bonum hoc eſt & quantum deſiderabile? Exiſtimo me de re hac dixiſſe tum in hoc opere, tum etiam in alijs: & maximè in libris diuinarum repromiſsionum & minarum. Vides quò peruenimus in mādato huius cæleſtis philoſophiæ? Non eſt amplius quòd hæreas, non eſt quòd dubites in aggrediendo viriliter & conſtanter efficientiam & conuerſionem tuā ad paruulorum mēſuram, mores & virtutes: Quid moraris? Quid dubitas? Quid times? Deus

C eſt qui repromittit: quis auertet manus eius? Deus ſtatuit: quis infirmabit? Non eſt quod dubites aut timeas: omnipotens & fidelis ſpōſor eſt & magiſter viæ huius: quā nullus huius ſæculi princeps cognouit. Nolite mē-

Coloſ.3. *Paruuli quomodo efficimur.* tiri inuicem, expoliantes vos veterem hominem cum actibus ſuis: & induētes nouū, eum qui renouatur in agnitionē ſecūdum imaginem eius, qui creauit illum. Quis eſt homo qui antiquatam tunicam ſuam & pānoſam libenter nolit pro alia noua, & precioſa commutare? Quam libenter & celeriter exuit pauper tunicam ſuam illam, pro noua hac? Quis & viltatem & paupertatem veteris noſtræ tunicæ exaltabit? Quis demōſtrabit tibi qualis eſt generatio tua ex Adam, quàm miſera & miſerabilis? Heu in paupertate tua lætaris, congaudete mecum dicis cunctis huius ſeculi amatoribus. Heu quòd cæcus, & nudis, miſer & miſerabilis, indutus veſtibus decretis inferni & diaboli, non vis nouum hominem induere, id eſt, dominum Ieſum Chriſtum, non accipis tunicam candidam & precioſam: auream, cir-

D cumamictam varietate margaritarum fulgentium, id eſt, omnium virtutum: quas ſub nomine paruuli docuit dominus omnium. Quid dicam tibi? Quis ſanabit ſtultitiā tuā: & docebit te? O viri ad vos clamito, & vox *Prou. 8.b.* mea ad filios hominum. Intelligite paruuli aſtutiā & inſipiētes animaduertite. Accipite diſciplinā meam, & non pecuniam: doctrinā magis quàm aurum accipite. Melior *NOTA valde.* eſt ſapientia cunctis opibus precioſiſsimis; & omne deſiderabile ei non poteſt comparari. Expoliātes vos veterem hominem cū *Coloſ.3.* actibus ſuis. Non inquit excenterantes, vel euiſcerantes, quæ dolorem & maximam anguſtiam ſignificant: ſed exuentes veterem hominem: quod nihil durum habet vel difficile: quod ſi carni tuæ difficile & durum eſt: ſicut certe eſt: ſit delectabile & iucundū menti & rationi, quæ attendere debet quāti intereſt hęc facere. Quod inde fiet gratiſſimum, ſi exemplū quod apoſtolus propoſuit in doctrina hac, attentè reſpexeris. Dixit enim: Qui renouatur in agnitionem ſecundùm imaginem eius, qui creauit illum. Cùm cognouerit homo cuius imago eſt, & in quantum debet & poteſt nititur ſimulare. Imago Dei eſt homo: qui totus abijt in- *1.Cor.11* deterius ex Adæ peccato. Venit ergo Dei

filius

filius:qui expreſſa & perfecta imago patris eſt,& bonitatis illius: vt qui ex Adam fœditatem & turpidinem contraximus adeò grandem, vt vix cognoſcatur nunquid ad imaginem Dei conditi ſimus, an verò ad brutorum turpium & carnalium ſimilitudinem: ex Chriſti imitatione reformemur & renouemur. *Athanaſi. inde incarnatiõe uerbi Dei. fo. 44. co. 1.* Vt enim forma aliqua in tabulis depicta, ſordibusq; aliunde ſuperinductis obliterata, inſtaurari nequit, niſi eius præſentia adhibeatur, ad cuius ſpeciem primitus tabula depicta fuit: illius enim honori datur, cùm materia, quæ eius imaginem ſemel ſuſceperat, non abijciatur, ſed de integro interpoletur: eodem modo vndecumque ille bonus Patris Filius, imago & character Patris, ad regiones noſtras profectus eſt, vt hominem ad ſui ſimilitudinẽ factum, denuò reficeret, & perditum condonatione peccatorum repararet. Sit tibi ergò ò homo imago vitę domini Ieſu in exemplum per ſingulas virtutes, & per ſingulos dies, ad renouationem hanc, de qua nobis erat ſermo: erit namque facilè tibi & ſuaue temetipſum conuertere & efficere ſicut paruulum: vt ingredi poſsis in regnum cælorum. *Reſpondit illi Ioannes, dicens: Magiſter, uidimus quendam in tuo nomine eijcientem dæmonia, qui nõ ſequitur nos, & probibuimus eũ.* Hęc pars eſt incidentalis: ex hoc enim quòd Chriſtus dixerat paruulos recipiendos in nomine eius, quãuis ſint paruæ reputationis: intellexit Ioannes, in nomine eius eos non recipi debere, qui non ſincerè ambulant: vnde dicit Chriſto: Magiſter vidimus quendam, &c. Hic in nomine tuo nõ debet recipi. Putauit eum excludendum beneficio, qui non vtitur officio. Sed docet Chriſtus neminem à bono quod ex parte habet arcendum: ſed ad hoc potiùs quod nõ habet prouocandum. Vnde eis dicit. *Nolite probibere illum.* Quod inde irrationabiliter vos feciſſe comprobatur; *quia nemo eſt qui faciat uirtutem in nomine meo, & poßit citò malè loqui de me.* Vtile eſt & mihi & fidei quod non loquatur male de me: imò ex hoc aliqualem fidem comprobat ſe habere, quamuis infirmam. *Sic Chriſoſt. ca. 19* Vel erat homo iſte ſicut illi, qui deſcripti ſunt in actibus apoſtolorum, quibus dixit dæmon, Ieſum noui, & Paulum ſcio: vos autem qui eſtis? Manifeſtum mihi eſt ad miracula vſos fuiſſe apoſtolos inuocatione nominis ſacratiſsimi Ieſu: à quibus accepit homo ille doctrinam hanc, & inuocabat nomen maieſtatis & gloriæ aduerſus dæmonia & eijciebat illa. Sapientiùs rem hanc meditatus fuit glorioſus Paulus Apoſtolus, cùm Philipenſibus ſcribens dicebat: *Capi. 1. c.* Quidam ex charitate Chriſtum annuntiãt, ſcientes quoniam in defenſione Euangelij poſitus ſum. Quidã aũt ex contẽtione Chriſtum nuntiãt, nõ ſyncerè: exiſtimãtes preſſurã ſe ſuſcitare vinculis meis. Quid enim? Dum omnimodè, ſiue per occaſionem, ſiue per veritatem Chriſtus annuntietur, & in hoc gaudeo, ſed & gaudebo, &c. Magnificabitur Chriſtus in corpore meo, ſiue per vitam: ſiue per mortem, &c. Libenter exponerem vniuerſam hanc ſententiam. Multo minus prohibendus erat homo ille, qui inuocabat nomen domini Ieſu aduerſus dæmonia: ex quo magnificabatur Chriſtus. In prædicatione verò Euangelij inuidi homines; & aduerſarij Pauli hoc intendebant, vt Paulus magis, ac magis in vinculis premeretur: vel certè quòd de uita tollerent eum reipublicæ Principes cùm aſsiduè fides, quam Paulus prædicabat, à gentibus coleretur, relictis dijs patrum ſuorum, quod valde infeſtum erat tyrannis: & ſic Paulo conciliabant odium & mortis periculum. Confirmat ſuperiorem correptionem ad Apoſtolos iterum dominus Ieſus dicens: *Qui enim non eſt aduerſum uos, pro uobis eſt.* Difficilis eſt locus: ſed veritatem habet. Quomodo qui non eſt contra Chriſtum, continuò eſt pro illo? Nonne datur medium, aut actus indifferens qui neutram partem iuuet? Certè Magiſter cæleſtis negat medium inter *pro & contra ſe.* *Lege Scotũ. 2. ſentẽ. d. 41. et. d. 7. q. 1. & in quodl. q. 18. arti. 1. Et ſ. Tho. 1. 2. q. 18. arti. 8. & ibi. Caiet.* Itaque docet dominus Ieſus non dari medium inter religioſos & morales actus, ſed aut contra ipſum Ieſum, aut pro ipſo eſſe. Et verè ſic eſt: quoniam ſi recti ſunt mores, id eſt, ſi recta eſt religio, pro Ieſu eſt: pro fide Chriſti eſt: non recta autem religio, non recti mores, contra dominum Ieſum ſunt. Quo circa cùm ſanctæ religionis actũ exerceret homo ille, qui in nomine Ieſu eijeciebat dæmonia, nõ cõtra Ieſum ſed pro Ieſu Chriſto domino noſtro erat: neq; erat prohibẽdus. Cõſonat dictum hoc ſententię diui Matthæi: Qui nõ eſt mecũ, cõtra me eſt: par enim ratio eſt vtriuſq;. *Cap. 12.* Obſerua quàm religioſa eſt beatiſsimi Ioãnis propoſitio: *Magiſter, uidimus quendã, &c.* Vt certò ſciret ipſe & condiſcipuli alij vtrùm benè, vel malè feciſſent, & an liceret hoc alias facere in ſimili occaſione. Memini in ſuperioribus me dixiſſe *Capi. 6. d.*

quā prudenter actum fuit ab apoſtolis venientibus ad Ieſum, poſtquam prædicauerāt & miracula multa fecerant: renuntiātes ei omnia quæ egerunt & docuerunt. Vt ſcilicet in doctrina ſolidarētur, ne fortè aliquid ſiniſtrum fuiſſent locuti. In hunc modum beatiſsimus Ioannes aut emendationē & correctionem deſiderans, aut confirmationem in facto, tanquā gratioſo & meritorio, requirit à domino inquiens. *Magiſter vidimus quemdam, &c.* Habes magnā doctrinā in Ioannis interrogatione, quamuis ſera. Nō enim ſtatim poſt prohibitionem interrogauit: ſed accepta occaſione. Debēt omnes filij hominū magiſtros legis conſulere in omnibus, ad quæ eorū ſapiētia nō pertingit: & tenentur ſcire ſiue ad credendū ſiue ad operādū, aliás inexcuſabiles erūt. Diſce vbi ſit ſapientia, vbi virtus, vbi ſit intellectus vt ſcias ſimul vbi ſit lōgiturnitas vitæ & victus, vbi ſit lumen oculorū & pax. Familiare eſt hoc vitiū quaſi omnibus filijs hominū nolle ſcire, aut negligēter ſe habere ad ſciendū, qualiter in ſuis actionibus ſe debeāt gerere. De quibus propheta Dauid: Noluit intelligere vt bene ageret. Iniquitatē meditatus eſt in cubili ſuo, &c. Propter quod in Eſaia grauiter aduerſus huiuſmodi homines dn̄s inuehitur. Vę filij deſertores, vt faceretis conſiliū & nō ex me, & ordiremini telā, & non per ſpiritum meū, vt adderetis peccatum ſupra peccatū, qui ambulatis vt deſcendatis in Aegyptū, & os meū non interrogaſtis. Et in Malachia ſic legis: Labia ſacerdotis cuſtodiūt ſcientiā: & legem requirent ex ore eius: quia angelus domini exercituum eſt. Vos autē receſsiſtis de via, &c. Et adeò ſceleſti inueniuntur etiam magni & populorum principes, quòd videntibus dicunt: nolite videre nobis. De quibus ibi Eſaias: Nunc ingreſſus ſcribe ſuper buxum, &c. Populus enim ad iracundiam prouocās eſt, & filij, mendaces, filij nolentes audire legē domini, qui dicunt videntibus. Nolite videre, & aſpiciētibus, Nolite aſpicere nobis ea quæ recta ſunt: loquimini nobis placētia: videte nobis errores, &c. Sed dicetis: & quis inter nos tam vecors, & impius, qui talia dicere audeat prophetis & doctoribus, qui nobis ſunt à conſilijs? Agnitio vultus eorum reſpondebit eis: verba ſunt eiuſdem Eſaiæ, in vultu magnatorum agnoſcitur, nunquid deſideriū habeant agnoſcendæ veritatis: an ècontra ſecundū ſententiā & ad votū agere. In quo ſuis prophetis manifeſtè dicunt, quæ in Eſaia ſcripta ſunt. Quòd ſi aliter feceritis ecce in ianuis eſt tortus vultus: conſultatio aliorū magiſtrorū, vſq; quo inueniāt qui ad votū & deſideriū reſpondeāt. Quibus dominus in Hieremia. Hæc dicit dn̄s exercituū. Nolite audire verba prophetarum, qui prophetāt vobis, & decipiūt vos: viſionem cordis ſui loquuntur, non de ore dn̄i, &c. Heu quā vera ſunt hæc, quā familiaria auaritiæ cultoribus & guloſis: propter quę duo vel infrunito animo & inuerecunda frōte, contra legem & ſanctū mandatum, quæ eis placent faciunt: vel certè prophetas conſulunt, qui, *licet*, inquiunt, quæcunque illis placent. Cùm certè viros timoratos, conſtantes, inflexibiles oporteat adire ad conſilium capiendum, tanquam ab ore domini: De quo Paulus apoſtolus: vt filij lucis ambulate (fructus autem lucis eſt in omni bonitate & iuſtitia & veritate) probantes quid ſit beneplacitum Deo: & nolite communicare operibus infructuoſis tenebrarum: magis autem redarguite. Et infra. Nolite fieri imprudentes, ſed intelligentes quæ ſit voluntas Dei, ſicut Ioannes ab ore Domini requirit. Magiſter, &c. & in eo, quod non rectè egerat edoctus fuit. Nolite prohibere eum. Vnde B. Auguſtinus. Non omnis qui ignorat immunis eſt à pœna. Ille enim ignorans poteſt excuſari à pœna, qui quid diſceret nō inuenit. Illis autem hoc ignoſci non potuit, qui habentes a quo diſcerent, operā non dederunt. Vnde apoſtolus: Qui ignorat, ignorabitur. Edocto Ioanne cæteriſque apoſtolis, in eo quod ſcire deſiderabant, adhuc incæptū ſermonē orditur dn̄s Ieſus. Repromiſerat ſublimiſsima prēmia ſuſceptoribus paruulorū, id eſt, apoſtolorū, quos tūc paruulos inſtituebat. & vt oſtendat quā verus ſit ſermo repromiſsionis; in vno hoc obſequio & opere vulgatiſsimo, comprobat quale de illis maioribus indiciū habendum ſit & expectandū. *Quiſquis enim potum dederit vobis calicē aquę frigidæ in nomine meo, quia Christi eſtis: amen dico vobis, non perdet mercedem ſuam.* Ex quo ſermone perpende in maioribus obſequijs & muneribus quā remunerationē à dn̄o inueniūt viri miſericordię, qui paruulos Chriſti, quia Chriſti ſūt ſuſceperint, pauerint, coòperuerint, patrocinium impēderint aduerſus mūdi huius tyrannos, &c. *Quia Chriſti eſtis*, mei intuitu & gratia. Verè ſublimis relatio & circūſtātia finalis quę vel calicē aquæ frigidæ magnificat, & extollit vſq; ad coronā in regno cęlorū. Promiſſio-

Margin notes: C; *Interrogatio dubiorum quàm utilis et neceſſaria, et ecōtra quā le malū nō interrogare.*; Bar.3.; *Pſal.35.a*; *Eſai.30.*; D; *Cap.2.a*; *Eſai.ibi.*; *Principū interrogationes.*; *Cap.3.*; *Cap.23.*; *Interrogādi qui uiri.*; *Ephe.5.c.*; *Auguſ lib. quæſ. ueteris ac noui teſt. q. 67. & refert. d. 37, cap. finali.*; *Opera miſericordiæ relata in chriſtū quāta ſint.*

1.Tim.4. miſsionem habet pietas huius vitæ quę nūc
eſt & futurę. Neq; hoc ſolū cōſideres, com-
probās quā magnificè cū hoibus agat De⁹
ſiquidē vel aquæ frigidæ calicē coronat &
laudat: ſed quā maximè quia oibus quantū-
uis paruulis theſaurum hunc magnum, quē
in pietate conſtituit, offert, & diuites conſti
tuit. Quis enim tā pauper inuenitur: qui vel
calicē aquæ frigidę nō poſsit paruulis Chri
ſti, quia Chriſti ſunt concedere? Obſerua in
huiuſmodi miſericordię operibus hāc circū
Pauperes ſtantiā & reſpectū. *Quia Chriſti ſunt.* De ver
Chriſti i- bo hoc aſsiduè docendum eſt dni populus:
magines. quibus nihil minus curæ eſt quàm in paruu
lis Chriſtū honorare: & ſic operam impen-
ſam perdunt, aut vix aſcendit ad coronā: cū
certe ſi hiſce oculis formaliter aut virtuali-
ter paruulū Chriſti intuerentur, vel in aquæ
frigidæ calice, gratiā à dno inuenirent & re
Abraham. gnum. Abraham magiſter eſt magnę huius
Geneſ.17. philoſophiæ. Sed & Dauid. Vtrumq; habe
a.b. in exemplum. Ille quidē humiliter rogat vt
ad domum eius diuertant, aquā repromittit
pro lauādis pedibus. Requiē ſub arbore of-
fert, & cū excogitaret in corde ſuo feſtinan
ter currere ad armētum, indeq; adducere te
nerrimū & optimū vitulū & butyrū & lar,
ſed, & panē ſimilę recētē hęc omnia bucellā
nuncupauit, ſicut ſupradiximus fo. 181. col.
3.d. Audi maiora. Nobiliſsimæ vxori, Saræ
inquā, panes coquere præcepit, ipſe cucur-
rit ad armentū, nō mādauit, aut vni ex an-
cillis aut vni ex multis ſeruis vernaculis: ſed
ipſe cucurrit ad armentū, vxorq; coxit pa-
nes. Vn̄ hæc magna philoſophia viro huic
ante legē & euangeliū? Acceperat iam de in
effabili nomine vnā literā, he, (idioma He-
braicum eſt per he ſcribere & legere per a)
quapropter ei dicitur: faciā te creſcere vehe-
mētiſsime, nō tantū in mille generationib⁹:
& regibus qui ab illo egreſsi ſunt: ſed etiam
in mirificis virtutibus: quas deinde operat⁹
fuit. Vn̄ ſtatim cap. ſequenti feſtinās & cur
rens deſcribitur in operibus miſericordiæ:
nec tantū ipſe, ſed & vxor, & ſeruus. Omnia
peragūtur feſtināter ab eo, ab vxore, à ſer-
Gene.18. uis. Lege Geneſ. vbi hęc deſcripta ſunt. Pro
pter qđ & iam de nocte conſurgens audito
diuino mādato pergit ad immolationē cha
riſsimi Iſaac. Vides quomodo creſcit vehe-
mentiſsime ab illa die qua accepit ab ineffa
bili nomine, Tetragrāmatō vnā literā? No
mē Chriſti etiā eſt: Feſtina ſicut legis apud
Eſa.8. Eſaiā. Iam accepta litera, he, feſtinat Abra-
hā, feſtinat Sara, feſtinat ſeruus, & currunt,
Lucæ.19. Et Zachæo dicitur. Feſtinans deſcende.

A Et deſcendit feſtinans: & excipit gaudens.
Chriſtū, & erogat dimidium bonorū ſuorū
pauperibus, &c. Statim agnoſcitur, qui vel
literā vnam diuini nominis habet: nō ſatis
eſt ſibi feſtinare in via dñi, currereque: ſed
oēs vult feſtinare, ſicut patet in Abrahā, &
vxore eius, & ſeruo. Dilata & pōdera. Lege *Hiero. to.*
B. Hieronym. quęſtiones ſeu traditiones in *3.fo.210.*
Geneſim. Quid acturus eſſet poſt verbum
hoc. Me ſuſcipit: & poſt hoc. Quia Chriſti
eſtis? ſed & ante hæc oia, adorat, id eſt, reue-
rentiā exhibet magnā. Quid ad hæc dice-
mus fratres? qui calce paruulos abijcitis,
neq; aliud in eis, quā pānoſam veſtē, exter-
minatā faciem, puluerēq; cōſpicitis: deniq;
multū feciſſe, grādeq; opus impendiſſe ia-
ctatis, ſi ad ianuam veſtrā bucellā panis, vel
cū ſeruis, qui ludant cū Chriſti paruulis, cō-
ceditis & demādatis. Et vos obſecro nolite
intueri ꝙ Chriſti ſunt cū hæc facitis, cū ſic,
maioribus digni ſint: neq; inhonoretis in il-
lis maieſtatē & ſceptrū diuinitatis. Quia ho
mines ſunt, illa conceditis: non quia Chriſti
ſunt. Quia Chriſti ſunt, facite quę Abrahā,
quæ & Dauid cū Miphiboſſeth qui vtroq; *2.Re.9.d.*
pede erat claudus. De quo ſibi dixit, Miphi
B boſſeth autē filius dñi tui comedet ſemper
panē ſuper menſam meā. Sed attentiùs ini-
tium operis cōſidera & quid cogitauerit in
corde ſuo ſanctus rex. Vocari iuſsit Sibā, vt
ab eo exquireret nunquid ſupereſſet aliquis
de domo Saul, qui odio immani proſecu-
tus fuerat illum: & dixit: Nunquid ſupereſt
aliquis de domo Saul, vt faciam cum eo mi-
ſericordiam Dei. Hæc eſt certe miſericodia *Miſericor*
Dei? Filios inimicorū quærere ad menſam, *dia Dei a-*
non ad enſem, & gladium, & internitionē. *pud Daui-*
Quid tibi dicendum eſt poſt ſacram aſcen- *dem quæ.*
ſionē admirabilemq; dñi Ieſu ſuper omnes
cælos? Nunquid ſupereſt aliquis de domo
Ieſu domini mei, vt faciat mecum miſericor
diam Dei, acedens ad menſam meam, &
manducans buccellam panis: in quo repro-
miſſa mihi eſt merces valde magna? Quàm
longè ab hoc erit ſuperbia? Quàm procul
iactātia? Videas ergò nunquid fruſtra dixe
rim, ꝙ de verbo hoc (*quia Chriſti eſtis*) aſsi-
duè docēdus eſſet populus ad miſericordiæ
opera, quibus promeretur Deus: & quidā
ipſi altiſsimo placuerunt hoſpitio receptis *Hebr.13.*
angelis. *Quia Chriſti eſtis*, qui cū eſſe diues, *2. Cor.8.*
egenus factus eſt vt inopia eius vos diuites
eſſetis. Similiter & paruuli eius propter eū
pauperes facti ſunt, vt ſua paupertate, diui-
tes, à morte & gehenna liberent: dum oc-
caſionem eis ingerunt ad miſericordiam

& hoſpitalitatē erga eos, quia Chriſti ſunt. De quo ſit ſatis,ne in immenſum calamus eat. *Et quiſquis ſcandalizauerit unū ex his puſillis credentibus in me:bonū eſt ei magis ſi circundaretur mola aſinaria collo eius, & in mare mitteretur.* Primo omnium deſidero demōſtrare ꝙ ſententia ſaluatoris nō ſolū de viris apoſtolicis interpretāda ſit. quāuis de illis principaliter:ſed etiam de alijs paruulis & mūdi pauperib⁹. Quod inde mihi probatur : quia perſiſtens in aſſumpto verbo paruulorum, ad cuius dignitatē adducebat apoſtolos, vt in eorū innocentiā cōuerterentur & ſanctā humilitatē, iam nūc dicit. Et quiſquis ſcādalizauerit vnū ex his puſillis qui in me credunt, &c. Vbi B. Hieronymus. Nota ꝙ qui ſcandalizatur puſillus eſt, maiores aūt non ſcandalizantur. Verbum hoc puſillorū non ſolū ad apoſtolos & apoſtolicos viros, qui Euangelij perfectionem ſectantur cōuenit: ſed & puſillis & paruulis alijs hominib⁹ ſimpliciter in Chriſto credentibus: quibus officium pietatis impendere, quia Chriſti ſunt, etiam magnā habet remunerationē. Dicit ergò. *Et quiſquis ſcandalizauerit, &c.* Quamquā hęc generalis poſſit eſſe ſententia (nota valde) aduerſus oēs qui aliquē ſcandalizant: tū iuxta conſequentiā ſermonis, etiā contra apoſtolos intelligi poteſt: qui interrogando quis maior eſſet in regno cælorum, videbātur inter ſe de dignitate cōtendere: & ſi in hoc vitio permanſiſſent poterant eos, quos ad fidē vocabant, per ſuum ſcandalū perdere, dū apoſtolos viderent inter ſe de honore pugnare. Habes ergò primo omniū aduerſus quos ſit ſermo dñi, quod non parū refert intelligere: ne forte exiſtimēt qui perfectionis altitudinē cōſcenderunt, non poſſe ſcandalizare: imò ab eis periculoſius patitur paruulus ſcādalū: de quibus dicemus.

Scādalum à quo grauius.

Scandalū ergò videndum eſt quale ſit peccatū, qualiter & quanto ſtudio fugiendum, quā grauis pœna ordinet illud.

Scādalum quid.

Scādalum eſt dictū vel factum minus rectum, vel manifeſtè malū, occaſionē ſpiritualis ruinæ præbens. Sumitur analogia ab ſcādalo materiali: qui enim alteri recta & plana via ambulāti foueā parat, aut offenſionis lapidē proponit: hic certè ſcādalum eſt proximo ſuo ad corporalē ruinā. Qui verò in ſpiritualibus ſimiliter ſe gerit, ſcandalū eſt: de quo ſermo Chriſti eſt:

Num. 25.

Sicut cōtigit filijs Iſrael in via ad terram patribus eorum repromiſſam, quibus ex cōſilio Balaā occurentes mulieres ſpecioſiſsimę ex Madianitis, ſcandalū magnum fecerunt

C

in Iſraelitdum propter eas initiati ſunt Beelphegor: qui Deus erat Moab. Cōtra charitatem ergo eſt ſcandalizare aliquem actiuè: propriè enim præbet ei nocumentū ex parte animę: ꝙ ſi fuerit in re graui, qualis eſt alicuius mādati Dei aut eccleſię violatio, mortale erit & ſcandalū.

Scandalum quomodo peccatum mortale.

Facit enim illum ruere in peccatum mortale ex dicto vel facto ſuo malo. Quòd ſi faciat hoc ex intentione, vel ex inaduertentia nō operis ſed perſonę, quę illū videt, ſemper eſt peccatū mortale, etiā ſi illud quod facit ex genere ſuo nō ſit peccatum mortale, quod in illo qui ex electione & intentione opus minus rectū facit, debes intelligere: hic enim cum malum proximi graue intēdat, mortaliter certe peccat. Sicut dicens mendacium iocoſum mulieri intentione attrahendi eam ad adulteriū vel fornicationem, eſt peccatum mortale ex intentione finis. Inuenitur & ſcandalum per accidens, hoc eſt, non ex intentione vt alter peccet, ſicut committendo aliquid quod habet ſpeciē mali: ſic etiā eſt ſpeciale peccatū quia ad ſcādali ſpeciē reducitur. Aut cōmitendo aliquod verè malum, putā adulteriū publicum: vnde alijs præbetur malum exēplū: non tamē intentū ab adultero. Vtroq;

D

aūt modo ſcādalum per accidēs poteſt eſſe peccatū mortale & veniale. Nā vltimo modo, ſi peccatū publicum eſt mortale, cōſtat ſcandalū eſſe mortale: ſi verò eſt veniale, ſcādalū quoq; eſt veniale. Habes ergo quid ſit ſcandalū, qualeq; peccatū, quomodo certè aut contra charitatē proximi, aut præte :& quomodo ſit aut mortale crimē, aut veniale.

Scandalum unde.

Scandalū inde ortū habet & oritur, quia nō ſingulares, aut abſcōditi, ſicut Anachoritę vt Paulus Thebæus, vitā agimus. Sed certe in republica & communitate ſub proximorum oculis eſt cōuerſatio & vita noſtra. Non poteſt qui ſolus vitā agit ſcandalū eſſe aut facere, cum alter nō adſit, quē ſcandalizet. Debet ergo homo homini & proximo ſuo exemplū, & vitæ lumen, & veritatem, quia ſumus inuicem membra.

Finis reipub. Chriſtianæ.

Quòd ſi aliter eueniat, aduerſus rempublicam agit, quę ex bono & ordinatione ciuiū maximè cōſtat: de republica Chriſtiana agimus ſermonem: quæ ad pacem ſpiritualem ordinat ciues ſuos, & ad vitam æternam: nec tantūm temporalem ſtatum pacificum quærit, non faciens alteri iniuriam: quod familiare ac germanum eſt & præintentum à legiſlatoribus ciuilibus. In hac ergò republica & regno cælorū, cuius leges charitate firman-

tur,

A tur, cuius finis amicitia Dei & beatitudo ipſius eſt: vir debet viro, & frater fratri ſuo exẽplũ & lucẽ: ſummoq; ſtudio fugiẽdũ eſt ſcandalũ. Aliũde orditur argumentũ hoc ſacratiſsimus Paulus, & multo firmius. Cuius argumẽtum nõ ſolũ docet ſtudiũ fugiendi ſcãdalũ: ne alijs ſimus in ruinã, ſed etiã quãta & quã iuſta ſit pœna quã decernit iudex vniuerſorũ aduerſus eos qui ſcãdalũ faciũt. Inquit ergò. Noli cibo tuo illum perdere, pro quo Chriſtus mortuus eſt. In verbo hoc aliquãdo propoſuit dilectionis proximi altitudinẽ: pro quo Chriſtus mortuus eſt. In hoc proponit apoſtol[9] doctrinã ſummè neceſſariã de fugiẽdo ſcãdalo aduerſus fratrẽ. Audi tu qui pro nihilo ducis paruulũ ſcandalizare: tãti illũ fecit altiſsimus, ꝙ poſuit pro illo animã ſuã, vt ſaluus fieret, & tu quidẽ trahis ad gehennã & tartarũ. Conſidera hæc duo, Chriſtus tanti fecit paruulũ quem tu ſcãdalizas: ꝙ pro illo mortuus eſt: tu verò flaci faciẽs proximũ tuũ ſcãdalizas illũ, Chriſtus vt paruulũ aut fratrẽ tuũ adduceret in regnũ & ſupernã beatitudinẽ ſanguinẽ ſuũ obtulit liberaliter: tu verò ius hoc irritũ faciens, & euacuãs diuitias crucis Chriſti, trahis illũ ad carcerem & ignẽ. Quantũ eſt hoc crimẽ, aut quãta dignum ira & animaduerſione? Audi dñm. *Bonũ eſt ei magis ſi circũdaretur mola aſinaria collo eius, & in mare mitteretur.* Ac ſi diceret. Tale eſt crimẽ ſcãdali, quod ſi ad eius emendationẽ & correctionem grauiſsima hæc pœna imponeretur ſcãdalizãti, bonũ & eligibile eſſet ei, vt fugeret ſuppliciũ: quod ſibi paratũ eſt in magni iudicij die. Obſerua quomodo ex familiari malo, quod apoſtoli graue nimis iudicabãt, manuducit ad intelligentiã decretæ pœnæ aduerſus ſcandalizãtes. Piſcatoribus apoſtolis ſubuerſionis violẽtę, qualis eſt eius, cuius collo circũdatur aſinaria mola ad demerſionẽ & interitũ, quẽ nullo modo effugiet: ſubuerſionis inquã violẽtæ, quã ſæpius fuerũt experti, proponit exẽplũ: vt inde doceat à fortiori qualis ſit pœna aduerſus ſcãdalizãtes. Neq; dicit: qui ſcãdalizare fecerit: *Sed qui ſcandalizauerit*, quia quãuis ille nõ ſcandalizetur, nõ ruat, tu tñ qui ſcãdalũ das, ſcandalizas, & crimẽ ſcãdalizãtis nõ euadis, neq; pœnã ſtatutam. Neq; dicit plures ſed *unum*. Nõ exiguitur ꝙ plures ſcandalizentur, aut populus: ſed ſi vnũ tantũ ſcandalizauerit, dabis pœnas ſcãdalizantis, & ſcãdali. Cap. 25. Numerorũ deſcribũtur pœnæ aduerſus eos

Scãdalum quomodo fugiendum Ro. 14. c.

Scãdalum. Quãto ſtudio fugiendum.

Lege Origen. *homil.* 25. *ſuper numeros.*

qui ſcandalũ receperũt à Madianitis & maximè decreta pœna aduerſus principes. Et cap. 31. acerbior cruciatus ſcãdalizãtiũ. Audiãt hæc in primis hæretici oẽs: oẽs publici peccatores, & illi maximè, qui minis, precio, & precibus ad peccãdũ fratrẽ & proximũ ſuũ pertrahũt. Væ qui in errore Balaã mercede effuſi ſunt. Qui cõſiliũ dedit ad capiẽdos filios Iſrael in peccato. Quot inueniũtur in populo Dei qui aduerſus fratrem ſuũ ponũt ſcandalũ? De quibus dñs in Hieremia: Inuenti ſunt in populo meo impij, inſidiãtes quaſi aucupes, ad capiẽdos viros: Sicut decipula plena auibus: ſic domus eorũ plenæ dolo, &c. Heu quot inueniũtur in omni loco & ciuitate ex iſtis. Scortare docẽt: occaſionẽ proponunt, dũ meretrices domi alũt ad lucrũ turpiſsimũ: & omnia alia mala demõſtrãt tanquã magiſtri ex officina diaboli miſsi aduerſus animas paruulorũ. Dilata ſi placet. Nõ impunè gloriabitur talis homo nequã, & reipublicę proditor. Imò ſtatim vt de illo egit Pſalmiſta, dixit. Hæc feciſti & tacui. Exiſtimaſti iniquè ꝙ ero ſimilis tui: arguã te & ſtatuã cõtra faciẽ tuã. Intelligite qui obliuiſcimini dñm, ne qñ rapiat & nõ ſit qui eripiat. Vtrobiq; comminatur

Iudæ epiſ. Nume. 22

Hiere. 5.

Pſal. 49.

B magnũ ſuppliciũ ſcãdalizatoribus, vt ſaltẽ prę timore mali peccare oderint: & diſcãt deinde amore virtutis ei adhærere. Hæc dicta ſunt aduerſus eos qui alijs ſunt ſcandalũ. Ad perfectionẽ doctrinæ ſupereſt & illum, qui ſcandalũ accipit à proximo ſuo docere: qualiter ſcilicet ſe debeat gerere erga illũ, aut fugere. De quo cæleſtis magiſter. *Et ſi ſcandalizauerit te manus tua, abſcinde illã. bonũ eſt tibi debilẽ introire in vitã, quã duas manus habentem ire in gehennã, in ignem inextinguibilẽ, ubi uermis eorum nõ moritur. &c.* Iudicaui ex B. Hieronymo ſuper Matthæũ trahere expoſitionem vniuerſę ſententiæ huius, quæ clarè demonſtrat abſcindẽdam omnem materiam, & occaſionẽ ſcandali, etiam ſi cum tãto dolore, aut detrimento fiat, quale inuenitur in manus vel pedis abſciſsione, vel certè in eruẽdo oculo, & abijciẽdo à nobis. Figuratiua eſt locutio, & aliud docet quã primo Syllabę ipſę ſignificãt: Imò ſi exterius obſeruetur litera, cõtra præceptum ageremus de procurãda incolumitate noſtri corporis. Quid ergò in altera manuum, & in altero oculorum. &c, ſignificare & docere intendit cæleſtis magiſter? Ad hæc B. Hieronymus. Omnis truncatur affectus, & vniuerſa propin-

Cap. 18.

Abſciſio manus, uel pedis.

 quitas

quitas amputatur:ne per occaſionē pietatis vnuſquiſq; credentiū ſcandali pateat:ſi(in quit)ita eſt tibi cōiūctus vt manus ſpes, oculus,& eſt vtilis atque ſolicitus, & acutus ad perſpiciendū.ſcandalū aūt tibi facit,& propter diſſonantiā morū te pertrahit in gehēnā,melius eſt vt propinquitate illius & emolumētis carnalibus careas, ne dū vis lucrari cognatos & neceſſarios,cauſam habeas ruinarū. Itaq; nō frater,nō vxor,nō filij, nō amici,nō omnis affectus, qui vos excludere poteſt à regno cælorū amore dn̄i præponatur, Scādalō Græcè offendiculū dicitur Latinè, vel ruina, vel impactio pedis, vel vt alij,ſcrupulus. Ille ergo ſcādalizat fratrem, qui vel dicto,vel facto occaſionē ruinæ præbet *Manus*,id eſt,amicus,cuius ope & conſilio indigemus quotidie. Sed ſi hic lædere in cauſa animæ voluerit,excludendus eſt à noſtra ſocietate:ne ſi cum perdito in hac vita partē habere volumus:ſimul cū illo pereamus. *Quā duas manus*. Hieronymus, duæ manus principatus, humilitas,& ſuperbia. Abſcinde ſuperbiā, tene humilē principatum. Quod quā difficile ſit pōdera ad longū. Nouit vnuſquiſq; credentiū quid ſibi noceat: vel in quo ſolicitetur animus,ac ſæpe tentetur. Melius eſt vitā ſolitariā ducere,quā ob vitæ præſentis neceſſaria, æternā vitā perdere. Vbi obſerua q̃ ſanctus doctor de illis quæ ad vitæ neceſsitatē pertinent,& nobis ſunt coniunctiſsima velut vxor, filij,amici, &c,egit ſermonē,& de his interpretatus eſt ſermonē dn̄i tanquā obſeruant a omni neceſſariū. Quid ad hæc qui ſcandalū habēt in non ſibi neceſſarijs, ſed in ſuperfluis valde, & exterioribus? Qualis eſt infœlix & fallax pulchritudo ſcortū:quale eſt prauum colloquiū,quod bonos mores corrūpit:quale inter iuuenes laſciuiētes inuenitur (heu quam amara ſocietas) qualis eſt impudici ſaltus aſpectus:vbi diabolus ignea iacula, & ſagittas ardētis ſulfuris manu potenti iacit in corda torpentia:qualis eſt mulierū laſciuus cōptus,& veſtitus & greſſus. Hæc omnia ſunt ſcandalū & ruina certiſsima filiis hominū: quæ mandat Chriſti, abſcindere in gladio ſpiritus,& timoris dn̄i dicēs. *Bonū eſt tibi debilem introire in uitā,quā duas manus habentē ire in gehennam, in ignē inextinguibilem, ubi uermis eorū non moritur, & ignis non extinguitur*. Attēde quā neceſſariū ſit tibi fugere, & abſcindere à te ipſo omnē materiā ſcandali. Certè parantur tibi poſt hanc vitā gehenna ignis

Scandalon offēdiculū.

1.Co. 15.

C inextinguibilis, & vermis qui nō moritur. Exponenda ſunt omnia hæc, quia magna quidem ſunt,& nunc primo occurrunt in ſacro Euangelio: De quibu q; vtrunq; teſtamentū,ſed maxime Chriſtus palsim ad cōcutiēda dura noſtra corda diſputat. De introitu ergo regni & vitæ cæleſtis paradiſi, primo eſt ſermo, Secūdo de gehēna: tertio de igne inextinguibili inferni & dānatorū:deniq; quarto de verme eorū qui nō moritur,ac per conſequēs perpetuus erit, ac in æternū perdurabit. Firmiſsimum argumentū,ac firmiſsima doctrina hui⁹ philoſophiæ traditur,cum ab ore cęleſtis magiſtri audis. Erue oculū tuū qui tibi ſcandalū eſt,& abſcinde manum tuam dextrā: quia tibi paratus eſt per hæc vitæ æternæ introitus.& cæleſte regnū. Econtra verò hæc fouēs & diligens,cū tibi ſunt ſcandalum, ecce in ianuis gehennam ignis inextinguibilis: ecce gladium & flagellū diuinæ vltionis. Apposui tibi aquam & ignem:ad quod volueris porrige manum tuam. Ante hominem vita & mors: bonum & malum, quod placuerit ei dabitur illi: quoniam multa ſapiētia Dei, & fortis in potentia, videns omnes ſine intermiſsione. Hac doctrina vſus eſt dominus Ieſus præſenti loco. Et valde congruenter & neceſſariò, ſiquidē de rebus difficilibus eſt eius ſermo. Erue oculum:abſcinde manum, & pedem, inquit: Per quæ omnem materiā ſcandali ſibi & aliis præcipit abſcindendā. Iam ergo quod mandatum didiciſti, vide quale diſcrimen & vitæ diſpendiū in tranſgreſsione inuenitur, qualeq; præmium pro eius obſeruantia tibi repromiſſum eſt. *Bonum eſt tibi debilem introire in uitam*. Totū bonum tuum eſt introire in vitam mancum: ſicut totum malum hominis eſt deſcendere in tartara & ignem æternum. Nota quod cū dicit, debilem vel mancum introire in vitam,tibi eſt bonum: per hoc nullam corporis deformitatem ſignificat: ſicut nec verè & realiter abſcindenda eſt materialis manus. Nihil ergo turpe aut fœdum in te inuenietur, etiam ſi hæc,id eſt, manus,pes,oculi abſcindātur à te pro Chriſti confeſsione, ſicut docēt ſacri illi pueri ſub impiiſsimo Antiocho abſumpti. Tertius namq; linguā poſtulatus cito protulit, & manus conſtanter extēdit: & cū fiducia ait. E cælo iſto poſsideo, ſed propter Dei leges hæc ipſa deſpicio:quoniā ab ipſo me ea recepturū ſpero, Inquit ergo, Bonū eſt tibi. Optimū & perfectum

D

Eccle. 15. d

2.Macha. 17.

fectum eſt tibi mancum in vitam, aut luſcū, aut claudum intro ire. Vbi nota quòd de introitu in vitam ſolum facit ſermonem: nec māſionem & poſſeſsionē æternam cōmemorat ſicut alibi, cum dixit: Venite benedicti patris mei, poſsidete regnum: quod vobis repoſitum eſt ab origine mundi. Hic verbum poſsidete audis. Eſt ergo de ratione vitæ cæleſtis æternitas & ſecuritas: Vbi homo hæres fit Dei, & cohæres Chriſti, & ſimilis ei, quia videbit Deum ſicuti eſt. Vnde vnico verbo beatus Irenæus complexus eſt hanc doctrinam. Oportuerat autem primo hominem fieri, & factum augeri & auctum corroborari, & corroboratū multiplicari, & multiplicatum conualeſcere, cō ualeſcentem vero glorificari, & glorificatum videre ſuum Dominum: Deus enim eſt qui habet videri. Viſio autem Dei efficax eſt incorruptelæ. Perpetuitas ergo & incorruptela de ratione ſunt vitæ cæleſtis, cuius introitus exitum non habet, neque habere poteſt. Semel quidem conceſſus Dei aſpectus, iam amplius non denegabitur: qui enim adhæret Deo, vnus ſpiritus eſt: Deus autem verax eſt & fidelis, ſeipſum negare non poteſt. Et ſicut de intrinſeca ratione matrimonij in quo vir & vxor fiunt vna caro, eſt indiſſolubilitas & perpetuitas, dum vterque viuunt, neq; ſeparari vllo modo poſſunt ſine tranſitu ad perfectioēē ſtatum, etiamſi repudium fiat quo ad menſam, & thorum, & cohabitationem: ſic & qui adhæret Deo factus cum illo vnus ſpiritus, in corruptelam & ſuæ adhæſionis perpetuitatem acquirit in ipſo vitæ introitu. Forſan præter alia multa, quæ iucundiſsima occurrunt ſanctis in introitu regno cæleſtis, propter hoc ſpecialiter dixit beatiſsim⁹ Petrus: Quapropter fratres magis ſatagite, vt per bona opera certam veſtram vocationem & electionem faciatis, hæc enim facientes nō peccabitis aliquando. Sic enim abundanter miniſtrabitur vobis introitus in æternū regnū Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Taceo qualiter obuientia caſtra angelorum in ipſo regni introitu ſanctas animas excipiāt: taceo quale gaudiū & congratulatio ibi inuenitur, cùm de mūdo & principe eius diabolo miles Chriſti reportat inuiolabilē triūphū: & vnū hoc tibi gaudenter in fundo, quā abūdantia hæc introitus in regnū æternum Dei, æternitas ac perpetuitas eius eſt: quam dominus Ieſus repromittit. Vides quale & quantum bonū in verbo hoc repromiſſum eſt? Cum ergo dicit *bonum eſt tibi debilē introire in vitam*, nō ſolum introitus, prout verbū ſonat præparatur, ſed certè māſio perpetua, & clara Dei viſio, & iucunditas inenarrabilis, ac lætitia glorificata, ſicut docet idem Apoſto. Benedictus Deus & pater domini noſtri Ieſu Chriſti, &c. qui regenerauit nos in ſpem viuam per reſurrectionē Ieſu Chriſti, ex mortuis in hæreditatē incorruptibilē & in contaminatam, & immarceſsibilem, conſeruatam in cælis, &c. Conſidera huius vitæ & hæreditatis cōditionem. Incorruptibilis, & immarceſsibilis, & incontaminata, & conſeruata eſt in cælis hæreditas & vita hęc, quę debilibus, & luſcis, & claudis repromittitur propter fugā ſcādali. Econtra verò iis, qui illud diligūt, qui & certiſsimè in illo peribunt niſi reſipuerint dicitur: *Quàm duas manus habentem ire in gehennam, in ignem inextinguibilem: vbi vermis eorum non moritur*. Non piguit eum eodē loco ter eadē verba dicere. Quem non deterreat iſta repetitio, & illius pœnæ comminatio, tam vehemens ex ore diuino? Ecce vindictam diuinæ vltionis aduerſus ſacræ legis, diuiniq; mandati irriſores: Gehennam, & ignē inextinguibilē, & vermem qui nō moritur cōminatur: vt exterreat: de quo vltimo loco nobis agendum eſt. Cui placet etiā cū ſcandalo, duas manus habere, & duos oculos, ſed & duos pedes, paratus eſt ignis gehennæ. Per nota ac familiaria exempla docet cæleſtis magiſter vim ſupplicij ac magni doloris, qui citò & horrendè illis veniet. Non longè eſt ab Hieruſalem vallis gehennō, id eſt, filiorum Ennō, vbi impiiſsimus Manaſſes cōſecrauit diabolo filios ſuos faciēs trāſire illos per ignē, vbi cremabātur. Horrendū proinde erat, ſiquidē tradunt Iudæi ex hoc appellatā gehēnā, quòd ſcilicet omnis populus Iudęorū ibi perierat, offēdēs Deū. In quo loco etiā filios ſuos in igne idolis cōſecrauerāt, ſiue holocauſtū obtulerant. Hæc Hieronymus ſuper Hieremiam. Per id ergò, quod carnalibus oculis erat terribile viſu & auditu, quia filios ſuos cremauerint in valle Ennon, docere intēdi quantum oporteat ſacratiſsimo mandato, & doctrinæ obtemperare: ne in gehennam ignis non temporalis, qualis erat ille, qui in valle filiorum Ennon concremauerat olim filios Manaſſes, ſed æterni, & qui nunquam extinguitur, mitterentur. *Quàm mitti in gehennam ignis inextinguibilis inquit.*

Introitus in regnum æternam vitam ſignificat.

Roman. 8.
Ioā. 1. ca. 1
Irenæ. ca. 75. lib. 4. *aduerſ. hæreſes.*

1. Co. 6. d.

2. epiſt. 1. c

Iuſtorum animæ qualiter recipiuntur in regno cælorum.

1. cap. 1. d.
Hæreditas cæleſtis qualis.

Gehenna.
2. Par. 23.

Hierony. ſup. Hieremiam. c. 7.

conſecrat. Nec ſolũ ſale aſpergitur, ſed igne
conſumitur, quando non peccati tantũ con
tagio pellitur, ſed etiam præſentis vitæ dele
ctatio tollitur, & pro futura beatitudine to-
ta mente ſuſpirat, & iure cum apoſtolo di-
Phil. 3. cit: Noſtra conuerſatio in cælis eſt. Genera
lis eſt ſententia, & vniuerſaliter dictum eſt.
Omnis enim igne ſalietur, aliter corrũpetur,
nec dignus habebitur altari domini. Intel-
lige quæ myſtice dicta ſunt, clare & diſtin-
cte, ſiquidem ad ſalutẽ ſunt tibi neceſſaria,
valdeque vtilia. Omnis electus ad gloriam,
ſupernamque beatitudinem ſaliendus eſt in
hoc mundo igne, ideſt, ſpiritus ſancti gratiá
& tribulatione. Saluabitur vix iuſtus: ſic ta-
1. Pet. 4. men quaſi per ignem. Per Chriſtum abun-
2. Tim. 3. dant paſſiones noſtræ. Omnes qui in Chri-
ſto pie viuere volunt, perſecutionem patiẽ
Rom. 12. tur. Denique ſcriptum eſt. Obſecro itaque
vos fratres per miſericordiam Dei, vt exhi-
beatis corpora veſtra hoſtiam viuentem,
ſanctam, Deo placentem, rationabile obſe-
quium veſtrum. Et nolite conformari huic
ſæculo: ſed reformamini in nouitate ſenſus
veſtri: vt probetis, quid ſit voluntas Dei bo
na, bene placens & perfecta. Corpora offer-
re ſine igne tribulationis & mortificationis
omnium ſenſuum, impoſſibile eſt omninò.
Denique ſenſuum reformatio per abdicatio-
nem omnis materiæ ſcandali, ſine ſalis mor-
ſu, & ignis dolore fieri non poteſt. Vbi e-
nim oculus auertendus eſt ab antiquis deli-
tijs, ibi nubilum triſtitiæ & mœroris: vbi re-
frenanda eſt lingua, & retrahenda manus
ab omni delitiarum appetitu, & experien-
tia, ibi certe ignis ſalitus, & ſal ſapientiæ, ſi
cut dixit beatus Hierony. Obſerua quomo-
do in antiquis ſacrificijs ſignificatur noſtræ
ſalutis conſecratio, & iam in vmbra & figu-
ris inſtituebamus de his, quæ nunc à Chri-
ſto reſerata ſunt. Non ſemel ſermonem de
æterno igne inculcauit, ad quem fugiendũ,
docet ſalitionem in igne præſentis tribula
tionis, & mortificationis carnalis noſtræ
concupiſcẽtiæ: quæ in omnibus mẽbris cor
poris exultat & triumphat. Propter quod
captiuanda eſt, & in ſeruitutem redigenda,
vt vtrunque ſaluetur. Ecce nunc breuẽ & fœ-
licem commutationem pro æterno igne:
ſalari in igne præſentis mortificationis. Sin
autem, non erit quod poſſis reddere pro ani
Marc. 8. ma tua: etiam ſi vniuerſum mundum lucra-
Luc. 9. ti fueritis. Imò & vniuerſus mundus, &
gloria eius velut ſtercus deſpicienda ſunt,

C vt Chriſtũ lucrifacias, & regnũ eius. Audi
ergo. *Bonũ eſt ſal*, ideſt verbũ Dei audire, ſa
le ſapiẽtiæ cor cõdiri: & cũ apoſtolis ſal eſſe,
id eſt, alijs ſalis ſapientiam miniſtrare. *Bo-
num eſt ſal*; id eſt, diſcretio humanæ rationis,
quam condire neceſſe eſt gratia ſpiritus ſan
cti: aliàs infatuabitur ratio ipſa. Exiſtimo q
ſicut ſacri apoſtoli dicti ſunt ſal terræ, quia
rerum cæleſtium erãt prædicatores, & æter
nitatis velut ſatores: immortalitatem omni-
bus corporibus, quibus eorum ſermo aſper
ſus fuit, conferentes per doctrinæ virtutem,
nouo ſaliendi modo, æternitati corpora re-
ſeruantes: ſic ſpecialiter ad eos dictum eſt.
Bonum eſt ſal: vt & nos audito hoc ſermo-
ne, fructuque doctrinæ apoſtolicæ inſpe-
cto, amatores reddamur ſalis doctrinæ: per
quam corpora immortalia reddantur: ſicut
& ſale corpora animalia à corruptione ad
tempus ſeruantur: dum arcetur vermis & pu
tredo, ſic in æternum immortalia etiam
corpora noſtra redigũtur, dũ ſale apoſtolicæ
doctrinæ ſaliũtur. Tibi vſque in diẽ hãc ſpi-
ritualiter dicitur. Quicquid obtuleris ſacrifi
cij, ſale cõdies: ne auferas ſal fœderis Dei tui
de ſacrificio tuo. In omni oblatione offe-
rẽs ſal. Fœdus Dei noſtri eſt, ſicut in Marco
D legis. Omnis victima ſale ſalietur: nõ aliqua
vna vel duæ. Sed omnis inquit, quod &
Moyſes dixerat. In oblatione offeres ſal,
doctrinæ ſcilicet Apoſtolicæ, & diſcretio-
nis, & mortificationis, per quæ Deo fit
gratum noſtrum ſacrificium. *Bonum eſt ſal*,
& pro eo qui illum habet: & pro condien-
dis alijs, de quo dixit eis aliquando. Vos
eſtis ſal terræ. In quo oſtendit infatuatam
eſſe omnium hominum naturã, & putre-
factam à peccatis: & idcirco attendendum
ſibi ipſis ſummo ſtudio erat: ne & ipſi infa-
tuarentur, & ſal eorum inſulſum fieret, cum
iam non ſupereſſet magiſter & doctrina, in
quibus ipſi condirentur. De quo in euan-
gelio. *Quòd ſi ſal inſulſum fuerit: in quo illud
condietis?* Si doctor & magiſter errauerit,
in cuius ſinu theſaurus ſapientiæ & vena vi-
tæ repoſita ſunt, per quos reſipiſcere pote-
runt, & corrigi? Sal fit inſulſum, cùm amor
principatus ſibi vendicat magiſtrum, de
quo reprehenſi ſunt in hoc capitulo. Vel
cùm magiſter increpare non audet peccan-
tes, nec confiteri nomẽ Ieſu, & doctrinã ſibi
cõmiſſam: ne fiat extra ſynagogã. Heu quã
tam ſalis penuriã patimur: vnde & corpora
noſtra mortalitatis fœtore & vermibus ſcatẽt

dam

Apoſtoli quare dicti ſal. cap. 5. Matthei.

Leui. 2.

Matt. 5.

Sal quomodo infatuatur.

dum omnia vitia fouemus in ſinu cordis, nec eſt qui condiat ſale & igne. Vobis ò paſtores eccleſiæ, & prædicatores dicitur. Quòd ſi ſal inſulſum fuerit, in quo illud cõdietis? Non eſt in quo vos condiamus, cùm è contra nos à vobis condiendi ſimus. Ablatum eſt fœdus Dei noſtri, in quo demandatũ eſt, omnis victima ſale ſallietur. Vnde nec placet ſacrificium noſtrum, nec acceptum eſt in oculis Dei noſtri. *Habete ergo in vobis ſal.* In vobis ipſis primò, non in ſolis verbis & ſermonibus: ſed in vobis, & pro nobis, & noſtra ſalute. Habete primò in vobis ſal ſapientiæ, & diſcretionis, & doctrinæ, & gratiæ Spiritus ſancti: & habete pacem inter vos. Cùm ad magiſtrum, & maximè ad apoſtolos ſpectaret vitium arguere & reprehendere, temperandus eſt ſermo correctionis, amore proximi, ne fortè pax perturbetur eccleſiæ. Sal correctionis amor proximi temperet, & dilectionem ſal iuſtitiæ cõdiat. *Et pacẽ habete inter vos.* Si fieri poteſt, quod ex vobis eſt, cũ omnibus hominib⁹ pacẽ habete. Inter vos pacẽ habete non contendẽtes amplius de principatu, cũ omnibus hominibus, ſi fieri poteſt: quia cũ neceſſe ſit aliorum arguere vitia, quod propriè eſt propoſitorum eccleſiæ, præmiſit dicens: Si fieri poteſt, atque ſubiungit, quod ex vobis eſt. Difficile quippe erat, vt ſi mala acta corriperent, habere pacem cum omnibus poſſent. Sed cùm temporalis pax in prauorum cordibus ex noſtra increpatione confunditur, inuiolata neceſſe eſt in noſtro corde ſeruetur. Rectè itaque ait, quod ex vobis eſt: Ac ſi diceret: Quia pax ex duarum partium conſenſu ſubſiſtit, ſi ab eis, qui corripientur, expellitur: integra tamen in veſtra qui corripitis, mente teneatur. Itaque correctio veſtra, ſicut diximus, non excitet bella & lites: ſed exortas extinguat, & foueat charitatis pinguedinem. De quo beatus Gregorius: Per ſal quippe verbi ſapientia deſignatur. Qui loqui igitur ſapiẽter nititur, magnopere metuat, ne eius eloquio audiẽtiũ vnitas cõfũdatur. Hinc in ſacerdotis veſte iuxta diuinã voc ẽ tintinnabulis mala punica cõiungũtur. Quid enim per mala punica, niſi fidei vnitas deſignatur? Nam ſicut in malo punico vno exteriùs cortice, multa interius grana muniuntur: ſic innumeros ſanctæ eccleſiæ populos vnitas fidei contegit, quos intùs diuerſitas meritorum tenet. Ne igitur rector incautus ad loquendum proruat, hoc quod iam præmiſimus per ſemetipſam veritas clamat. *Habete ſal in vobis: & pacem habete inter vos.* Vel certe ad ſuperiorem doctrinam de non ambiendo principatu, per quod bella & contradictiones oriuntur, adhuc perfectionem in concluſione addit Chriſtus dicens: Pacem habete inter vos. Nolite de principatu diſputare: ſed honore præuenite voſmetipſos, & ſubijcite inuicem per veram humilitatem, & fraternitatis amorem: quia habere ſal ſine pace, non virtutis eſt donum: ſed damnationis argumentum. Quo enim quiſque melius ſapit, eò deteriùs delinquit.

Rom. 8. Pax quomodo conditionaliter doceatur à Paulo.

Greg. 2. p paſt. c. ca. 4 Sermo prædicatoris qualis. Exo. 38.

Rom. 12.

Finis Capitis noni, & Libri noni Commentariorum in Marcum.

LIBER

LIBER DECIMVS COMMENTARIORVM IN MARCVM.

C ET INDE *exurgens uenit in fines Iudææ ultra Iordanem, & conueniunt iterū turbæ ad eum, & ſicut conſueuerat, iterum docebat illos.* Deſcriptis rebus & ſermonibus, quæ acta ſunt in Galilæa per Ieſum ſaluatorem noſtrum, quæ certè magnificentiſsima & mirabilia valde fuerunt, ecce iam in Iudæam venit per locum, qui eſt vltra Iordanem in anno vltimo ſuæ prædicationis, quo & mortuus & crucifixus eſt. Conueniunt ad eum turbæ ex Iudæa, tum vt ab ore eius ſanctam Dei audirent legem, tum etiam vt curarentur à languoribus ſuis. Alterum docet beatus Matthæus: Et curauit eos ibi, inquit. (Matt. 19.) Alterum noſter Euangeliſta: Et ſicut conſueuerat, iterum docebat eos. Manifeſtum ex hoc redditur, quòd aliquando iā in hoc ipſo loco docuerat de regno Dei hanc vel aliam multitudinem. Inquit enim: D Conueniunt iterum turbæ, & iterum docebat, ſicut conſueuerat. Nullam dimittit occaſionem, in qua docere poſsit: ad annunciandum enim erat miſſus, & certè pauperibus. (Eſai. 61.) Aliquando vel vni ſoli loquitur: Sicut de Samaritide illa Ioannes teſtatur. (Ioan. 4.) Cui apertiſsimè ſe reuelauit in verbo illo: Ego ſum qui loquor tecum. Supra modum noſtri eſt amator, & vniuerſum hominum genus, tanquàm ouem vnam deputat, & vnā mulierculam (& certè ſcortum) tanquā turbam magnam: cui ſe reuelat apertiſsimè. Quod attendere debent viri ſpirituales, & quàm maximè eccleſiæ paſtores: quibus in hoc vigilandum eſt, vt vbique de regno Dei commiſſos ſibi populos doceant. (Paſtores eccleſiæ.) Sed & populi conuenire debent, quocunque audierint adeſſe paſtorem. Nullus eſt vel piſcator, vel trapezita, aut mercator, qui inuenta occaſione, non recogitet de lucro, & rete extendat, & pecuniam exponat negotiationi. (Similitudo) Quanto ampliùs & prædicator euangelij, cui commiſſum eſt verbum reconci-

C liationis hominum ad Deum? Væ mihi ſi non euangelizauero, dicebat ille prædicator nobilis: neceſsitas mihi incumbit. (1. Cor. 9.) Attende & conſidera, quid egit cæleſtis rex, cùm iterum ad Iudæam venit. Sequuntur eum turbæ, forſan à Galilæa, vel (vt dixi) à Iudæa, audito quòd illic adeſſet. & ſanat infirmos eorum, & docet, ſicut mos illi erat: ſicut conſueuerat, dicit ſanctus euangeliſta. Conſuetudo ſit in paſtore & doctore docendi. (Doctrina aſsidua in ore paſtoris.) In hoc etiam imitandus eſt ſummus paſtor Chriſtus in docendo: ita quòd dicere de illis poſsimus, docent ſecundum ſuā conſuetudinem. Heu quàm longè hoc à noſtris paſtoribus: quorum vultum vix centum ex multis millibus ouium, agnoſcunt. Imò neque ipſi ſuorum pecorum faciem: ſciunt tamen, & ad vnguem, imò vſque ad obulum, quanti ſint fructus & prouentus ſuarum dignitatum: quibus nec multa millia aureorū per ſingulos annos ſufficiunt. Sed iterū de illis redibit ſermo. *Sicut conſueuerat.* Cōſuetudinem docendi ingerit ſuis diſcipulis magiſter optim⁹, qui cùm primò occurrit mul- D titudo hominum, de regno Dei docet. Precioſior eſt ſermo in ore paſtoris, audiuſque oues illum ab ore eius hauriunt: quàm ab alijs prædicatoribus. Neque ſemel in anno vel ipſa Metropolis ciuitas ab ore ſuorum paſtorum audit verbum de regno Dei, cū certè ſtrictiſsimè demandatum illis ſit: Paſcite, qui in vobis eſt gregem, &c. (1. Pet. 5.) Turbæ ergo, audito quòd Ieſus à Galilæa aduentaſſet, ſequuntur illūm: non in craſtinum, aut in hebdomadam ſequentem verbi Dei auditionem dimittunt, ſed vno animo & concordi voluntate veniunt: honorantes cæleſtem medicum & magiſtrum. Phariſæi verò amarulento & liuido animo etiam conueniunt. Vna erat illorum aduerſus Chriſtum ſententia, vna mens mala, & peſsimus animus. Et *accedentes Phariſæi, interrogabant eum.* Accedit factio Phariſæorum & Scribarum interrogantium, vt quaſi cornuto teneant eum ſyllogiſmo, & quodcunque reſpōderit captioni pateat. De quo ſtatim dicemus. Mirabile eſt valdeque timendum, ne in idipſum duritiæ cæcitatis, & incredulitatis

A dulitatis exemplũ incidamus: ſicut & Phariſæi & Scribę. Quis non timeat in media luce, & inter tot mirabilia, & cæleſtia miracula, adhuc in cæcitate mentis & in duritia cordis homines iſtos perſeueraſſe? Quis nõ in illa hora, cùm loquitur dominus Ieſus, de regno Dei, tanquam poteſtatem habẽs, non timeret accedere ad tentandum? Et quis non expaueſceret omnipotentem manum, quam videbant tot mirabilia operantem? Nihil horum à concepto peccato impios hos homines auertit, aut deterret: quos inuidia ſtimulabat. *Inuidus.* Inuidus nanque, vel ignem ardentem non timet. Inuerecundi & infruniti animi eſt faciem maieſtatis, & manum omnipotentem non reuereri. Verecundiores inuenti ſunt ſerui illi, qui cùm miſsi fuiſſent ad capiendum Chriſtũ a ſummis ſacerdotibus, reuerſi ſunt glorificantes *Ioan. 7.* ſapientiam oris eius, & dicentes: Nunquàm ſic locutus eſt homo. Phariſæi vero accedunt interrogantes coram illa multitudine: vt multos haberent confeſsionis Chriſti teſtes, vel certè omnes contra ipſum excitarent, ſi prout eorum erat deſiderium & exiſtimatio, contra libertatem Moſaicam, de repudiandis vxoribus, quod inuiſum valde eſſet multitudini, loqueretur. Ecce fraternã

B dilectionem Phariſæorum: innumeros teſtes deſiderant aduerſus verbum fratris ſui: imò eoſdem omnes vindices verbi contra Moyſem & ſanctam legem. Interrogatio & quęſtio eorum erat. Si *licet uiro uxorem dimittere*? Exiſtimarunt nõ poſſe fugere laqueũ, & capiendum eſſe in ſermone, quodcunq; eſſet eius reſponſum. Si dixerit dimittẽdas eſſe vxores qualibet de cauſa, & ducendas alias, pudicitiæ prædicator ſibi docebit cõtraria, qui apud Matthæum dixit. *Cap. 5.* Et qui dimiſſam duxerit, adulterat. Si autem reſponderit, non omnem ob cauſam debere dimitti, quaſi ſacrilegij reus tenebitur: & aduerſus doctrinam Moyſis, &c. Ecce vnde de Chriſto triumphum reportare exiſtimabant inimici eius. Propter quod dicit ſanctus Euangeliſta, *Tentantes eum.* Vt in malum rueret, & in præcipitium, quod parauerant pedi- *Prou. 21.* bus eius: ſed non eſt ſapientia, neque prudẽtia, neque conſilium contra dominum. Imò facilè perdet prudentiam prudentium, & ſa- *1. Cor. 1.* pientiam ſapientium reprobat altiſsimus. *Eſai. 29.* Aduerſus hos ſcriptum eſt. Væ qui profundi eſtis corde, vt abſcõdatis conſiliũ veſtrũ à domino: qui ſcrutatur corda & renes: coram cuius oculis nox ſicut dies illuminabitur, *Pſal. 138.* & omnia ſunt nuda & aperta corã oculis eius: nullaque creatura inuiſibilis ei eſt. *Heb. 4.* Habes in Chriſto & Phariſæis, vnde in tentationibus & conſilijs aduerſus te inuentis ab inimicis tuis glorieris, neque fatigeris, cùm in ſimilem tentationem incideris. *Heb. 12.* Recogitate eum, qui talẽ aduerſus ſemetipſum ſuſtinuit contradictionem: vt non fatigemini, animis veſtris deficientes. Nouit dominus conſilia impiorum diſſoluere, & in nihilum redigere. Quod in Achitophel aduer- *2. Re. 17. a.* ſus ſanctum Dauid comprobatur: cuius malignum conſilium diſsipatum eſt nutu domini per Chuſai Arachitem. Spera in Deo, & domino de te erit cura vigilas & aſsidua, & ipſe reſpondebit pro te omnibus aduerſarijs tuis. Cogitauerant Scribæ & Phariſæi capere in ſermone dominum Ieſum, & accedentes tentant eum in verbo hoc. Si *licet uiro uxorem dimittere quacunque ex cauſa*? Ratio dubij erat quia per Moyſem licebat impunè dare libellum repudij inuiſæ vxori, ne eã interficeret, ſicut legimus in Deut. *Cap. 24. A.* Si acceperit homo vxorem, & habuerit eã, & non inuenerit gratiam ante oculos eius, propter aliquam fœditatem, ſcribet libellũ repudij, & dabit in manu illius, & dimittet

B eam de domo ſua. Cumque egreſſa alterum maritum duxerit, & ille quoque oderit eã, dederitque libellum repudij, & dimiſerit de domo ſua, vel certè mortuus fuerit, non poterit prior maritus recipere eam in vxorẽ, quia polluta eſt & abominabilis facta eſt corã domino. Quod verbũ ad ſequentia valde eſt notandum. Erat igitur mos Iudæis, quacunque ex cauſa repudiare vxores, quod nũquàm Moyſes mandauit, ſed permiſit ad duritiam, id eſt, propter duritiam cordis Iudæorum, ne eas occiderẽt, niſi ſibi ipſis permitteretur repudiare illas, & alias ducere. Quod in verbis Moyſi, mandati habet vim, & eſt præceptum, hoc eſt, ſcribet libellũ repudij, & dabit in manus illius, & dimittet eã de domo ſua. Hoc eſt Moyſi mandatum, & verè præceptum. Illud vero, quod antecedit, propter duritiam Iudæorum permittebatur, ad fugam maioris mali, ſicut & in vſuris ſimiliter cum illis actum eſt, ne fratribus ad vſuram pecuniam darent, conceſſum eſt alieniginis fœnerari. Vtrunque tamen malum: ſed hoc minus malũ. Permiſerunt etiã veteres Romani vxorum repudia tanta licentia, vt florente adhuc eorum rep. liceret cuique

Contraria opinio eſt probabilis: ſed hæc cõmunis ſuſtinetur. Lurãdus licet noſtrã exiſtimet magis cõmunẽ ſecundã ta

men exiſti mat proba biliorẽ. & Palud. & Scotus.

Euſe. Ceſ. li. 3. de præ par. euāg. capit. 2. Ioſeph. 4. lib. antiq. S. Th. 2. a q. 78.

Repudia Romanorum, & libellus.

cuique & quacunque de cauſa etiam occulta, vxorem miſſo libello eijcere. Vnde cũ Paulus Aemylius repudiaſſet vxorem ſuā Papyriam, Moſo iis viri conſularis filiam, cum qua longo tempore vixerat, & ex qua nobiliſsimam ſobolem acceperat inclytum illum ac maximum Scipionem, Aemilius nullam diuortij cauſam indicare voluit: ſed abundè ſe ſatisfacere percontantibus exiſtimauit, ſi, prorecto pede, reſpōderet. Hic calceus nouus eſt, & pulcher at nemo veſtrum nouit, qua parte pedem meum torqueat. Quam effrę nem licentiam repudiorum ſequentes imperatores nonnullis frę nis inhibuerunt, vt in tit. 17. lib. 5. codicis apparet. Formula verborum libelli repudij Romanorum hæc erat. Papyria Moſonis filia res tuas tibi habeto. Iudæi nunc lõgioribus verbis in ſuis libellis vtuntur. Diẽ & annum à mundi creatione ſignant, teſtes manu propria ſubſcribunt, denique licentiā cõcedunt, vt ad arbitrium ſuum abeat, quò ei viſum fuerit, ducique poſsit ab omni viro, neque eam quiſquam præſumat prohibere. Et ſicut Imperatores Theodoſius & Valentinus ſtatuerunt, licebat vxoribus repudiare viros ſuos, lege, conſenſu. Si qua mulier maritum ſuum adulterum, aut homicidam, au veneficum, aut certè contra noſtrũ imperium aliquid molientem, vel falſitatis crimine condemnatum inuenerit, &c. Tũc repudij auxilio neceſſariam ei permittimus libertatem. Huiuſmodi autem leges ius canonicum non admittit, ſed duntaxat ſecundùm euangelium, vt fornicationis cauſa vir diuortium, hoc eſt, ſeparationẽ tori faciat. Non tamen aliquando licuit cuiquā snortalium repudium facere, & viuente vxore aut marito ad alias nuptias tranſire, tāquàm ſi prius matrimonium diſſolutum eſſet. Licebat tamen viro aliam ducere, quia & vxorum pluralitas conceſſa fuit eis aliquando. Non tamen hoc licuit vxori dimiſſæ, quia vnam mulierem ſimul plures viros habere nullo vnquàm tempore permiſſum eſt: cũ de ratione contractus matrimonij indiſſolubilitas ſit, niſi propter nuptias ſpirituales, nempe propter conuerſionem ad fidem, altero coniuge cum ignominia ſaluatoris in ſua perfidia perſiſtente. Canone, ſi infidelis. 28. q. 2. Gregorius ait: Contumelia ſaluatoris ſoluit ius matrimonij, circa eum qui relinquitur. Et Innocentius quartus cap. Quāto, de diuortijs, cap. Gaudemus eo titulo. In

Vxorē repudiare uiros ex legibus Imperatorum.

Do. So. 4. S. d. 33. q. 2. ar. 2.

C omnibus alijs etiam adulterio in altero illorum inuento manifeſtè, indiſſolubile eſt matrimonium. Quod aduerſus Caietanũ præsbyterum cardinalium diximus. Et Iudæi repudiantes vxores manifeſtè ex ipſa litera Deut. conuinciuntur, eo quòd non fiebat matrimonij diſſolutio, etiam per libellum repudij, cum non liceret eis vxores repudiatas, & ab alijs dimiſſas, ſiue per repudium, ſiue per mortem iterum ducere. Quia polluta eſt & abominabilis facta corā domino, dicit ſcriptura. Quod non eſſet, ſi qui repudiatam duxit, legitimus maritus eſſet, & non alienus. Quam matrimonij perpetuitatem in multis argumentis comprobat dominus Ieſus, à mundi conſtitutione petitis. De quo ſtatim. Permiſſum igitur erat ex Moyſi lege dare libellum repudij inuiſę vxori. Quærunt ergo Phariſæi tentantes dominum, an liceat quacunque ex cauſa vxorem repudiare? Temperat verò reſponſum ſaluator, vt decipulam eorum tranſeat, & interrogat ab eis, quid Moyſes circa rem hanc definierit. *Quid uobis præcepit Moyſes? Qui dixerunt: Moyſes permiſit libellum repudij ſcribere, & dimittere.* Hoc quod per miſsionẽ Moyſi fatentur, mandatum erat: ſicut ſupra

Deut. 24. Matrimonium Iudæorũ nõ diſſoluebatur p repudium. Do. So. 4. S. d. 33. q. 2. ar. 2. & 3.

NOTA *ualde.*

D cum beato Auguſtino dixi. Velle repudiare, liberum erat, poſſe repudiare conceſſum & permiſſum: ſcribere autem libellum repudij præceptum erat: neque amplius illis concedebatur, ſcilicet tranſire ad ſecundas nuptias, licitè & ſine peccato, niſi cùm vxorum pluralitas erat licita: quod ipſi impunè facientes, licere ſibi iudicabant. Cùm ex natura contractus matrimonialis ſit indiſſolubilitas, viuente vtroque: etiam ſi adulterium in altero repertum eſſet. Quod dominus Ieſus comprobat, deſumpto argumẽto à diuino creationis opere, ex verbis, quæ propheticè, & diuino ſpiritu afflatus, locutus eſt Adam. Et ſic inquit: *Ad duritiam cordis ueſtri ſcripſit uobis præceptum iſtud. ab initio autem creaturæ maſculum & fœminam fecit eos Deus. Propter hoc relinquet homo patrẽ & matrem, & adhærebit ad uxorem ſuam, & erũt duo in carne una. Itaque iam non ſunt duo, ſed una caro.* Ad duritiam cordis veſtri Adamantini ſcripſit vobis præceptum de libello repudij, non tamen mandauit repudium. Tanquàm minus malum, non vt minus bonum permiſit repudiare vxorem, non tamen licebat vobis repudiantibus, vel ipſis repudiatis, ad alias nuptias tranſire, quod ipſa origi-

nalis

inalis hominum conſtitutio demõſtrat. Nã maſculum & fœminam creauit Deus, non fœminas, quod ex priorum vxorum repudio quærebatur: ſed fœminam vnam creauit altiſsimus: vt vnius coniugis conſortia necterentur. Adhærebit vxori ſuę dixit: nõ vxoribus. Et erunt duo in carne vna. Quæ tria comprobant, quòd nullo modo, & nulla ex cauſa matrimonium rumpi poſsit altero viuente, neque dato libello repudij trãſire ad ſecundas nuptias. *Quod ergo Deus coniungit, homo non ſeparet.* Quod autem legis in Matthæo: Dico autem vobis, quia quicunque dimiſerit vxorem ſuam, niſi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur: ſtatim ipſe cæleſtis magiſter, quantum valeat huiuſmodi dimiſsio vxoris, exponit, cùm inquit: Et qui dimiſſam duxerit, mœchatur. Etiam dimiſſam propter fornicationẽ: qui huiuſmodi ducit, mœchatur. Sequitur manifeſtè, quòd adhuc dimiſſa vxor illius eſt, neque ruptum, aut diſſolutum matrimonij vinculum: aliàs adulterium non eſſet illam ducere. Non enim committitur adulteriũ, niſi in alienam: aliena autem non eſſet, niſi prioris mariti adhuc vxor permaneret, quãuis repudiata. Hoc argumentum præuidit Eraſmus, & dixit, cùm ſtatuit ſententiam hæreticam, quòd liceret quidem marito ad alias nuptias tranſire propter adulteriũ vxoris; non tamen licere adulteræ alium virum ducere: quia hoc in pœnam ſui adulterij ſtatutum eſt. Sed militat manifeſtè argumentum contra ipſum & Caietanum. Non ergo licet viro, etiam propter adulterium publicum vxoris, ipſa viuente aliam ducere: quãuis repudiũ ſibi liceat, quod manifeſtè Matthæus, Lucas, & Marcus teſtantur. Et aduerſus Eraſmum eſt vniuerſorum patrum, & Theologorum ſententia. Denique & Concilium Florentinum, quod fuit generale, in definitione fidei Armenis data, de Sacramento matrimonij ſcribitur. Aſsignatur triplex bonum matrimonij. Primum eſt proles ſuſcipienda & educanda ad cultum Dei. Secundum eſt fides, quam quiſque coniugũ alteri ſeruare debet. Tertiũ indiuiſibilitas matrimonij: propter hoc quod ſignificat cõiunctionẽ Chriſti & eccleſiæ. Quamuis cauſa fornicationis liceat tori ſeparationẽ facere: non tamen aliud matrimonium contrahere fas eſt, cùm matrimonij vinculum legitime contractum perpetuum ſit. Quod Paulus apoſtolus, non vno loco tantùm do-

NOTA valde.

In annotationibus ſuper. 7. cap. 1. ad. Cor.

Matrimonij triplex bonum.

1. Cor. 7. Rom. 7.

A cet. Et nota diligenter verba Auguſtini, vt locum apud Matthæum intelligas. Inquit Matthæus: Dico autem vobis, quia quicunque dimiſerit vxorem ſuam, niſi ob fornicationem. Vbi Auguſt. Quamuis ſceleratiùs mœchatur, qui non cauſa fornicationis vxore dimiſſa, alterã duxerit, quod genus adulterij commemorat Matthæus: tamen non ſolùm ipſe mœchatur, ſed ſicuti eſt apud Marcum, Quicunque dimiſerit vxorẽ ſuã, & aliam duxerit, adulterium committit ſuper eam: & ſi vxor dimiſerit virum ſuum, & alii nupſerit, mœchatur: & ſicuti eſt apud Lucam: Omnis qui dimittit vxorem ſuam, & ducit alterã, mœchatur: & qui dimiſſam à viro duxerit, mœchatur. Vbi nota, quòd verba illa, Niſi *ob fornicationem*, non dicunt exceptionem, ſed quandam limitationem, aut reſtrictionem, quæ perinde eſt, ac ſi dixiſſet, non in cauſa fornicationis, aut ſine cauſa fornicationis. Neque inde ſequitur; quòd fornicante vxore, liceat viro alii nubere, ſicut ſupra comprobauimus. Vxor vt dimittatur, vna carnalis cauſa eſt, fornicatio: vna ſpiritualis, timor domini: vt viua ea, alia ducatur, nulla cauſa in Dei lege eſt. Gloſſa ordin. ex Auguſtino. Licuit ergo Iudæis per Moyſem repudium facere: &

B impunè aliam ducere vxorem: non tamẽ vxori aliquando conceſſum fuit, etiam repudiatæ alium virum ducere, priori viuente. Hęc eſt communis opinio: quantuis contraria eſt etiam probabilis: quod ſcilicet permiſſum eſt aliam ducere, tanquàm minus bonum: quam tenet Scotus, Palud. & Duran. Sed cõmunis opinio mihi probatur, nimirũ permiſſum eſſe libellum repudii, tanquàm minus malum, & aliam ducere. Quod inde cõſtat quia vſus eccleſiæ habet, ſicut docet Innocentius: Si quis legitimã repudiauit vxorem, licet aliam duxerit, cogitur, dum ad fidem conuertitur, aliis dimiſsis, cum illa repudiata reconciliari & permanere, ſi modo voluerit conuerti. Ergo per repudium nunquàm fuit inter gentes diruptum matrimonium. Hæc dicta ſint nobis ſecundum rigorem ſcripturæ & conciliorum, & canonũ, & magiſtrorum. Ad literam reuertamur. *Ab initio autem creaturæ maſculum & fœminam fecit eos Deus.* Obſerua quod Gregorius Nyſſenus inquit: Si primi parentes non peccaſſent, generatio prolis, & propagatio generis humani non fuiſſet per coitum: ſed per modum quendam multiplicationis perfectiſsi-

Aug. lib. de adulterinis coniugijs, cap 9.

Cap. gaudemus de diuortijs.

Niſſenus Li. de creatione hominis. ca. 23.

C ctiſsimum,quo multiplicati ſunt angeli.Nã generatio hæc,quæ fit ex concubitu, propter peccatum eſt introducta.Huic ſententiæ ſubſcribit Ioannes Damaſcenus. Et inter alia inquit: Deus præſcientia ſua omnia ſciens, antequàm fiat, quòd futuri eſſent tranſgreſſores.& morte condemnandi,anticipans fecit maſculum & fœminam:& augeri & multiplicari præcepit.Et ante Damaſcenum Auguſtinus, & Chriſoſtomus, & Præcopius,& Euthymius.Doctores iſti,& ſi qui alij eis ſubſcribunt, ex eo tracti ſunt in hanc ſententiam,quia non videbãt, quo modo ſine ardore libidinis generatio fieri potuit:quæ libido longè ab illo ſtatu innocentiæ erat. Auguſtinus verò libro de ciuitate Dei,dimittens priorem ſententiam dicit:Abſit vt ſuſpicemur non potuiſſe prolẽ fieri ſine libidinis morbo, ſed eo voluntatis nutu mouerentur illa membra,quo cætera,& ſine ardore, & illecebroſo ſtimulo, cum tranquillitate animæ & corporis. Et libro retractationũ dicit: Homines ante peccatum genitalibus membris ad procreationem imperare poterant,ſine fœdæ voluptatis pruritu. & potuerunt eſſe in paradiſo nu- D ptiæ honorabiles,& torus immaculatus ſine ardore libidinis,& ſine labore pariendi. Quæ enim ſunt naturalia homini,neq; ſubtrahũtur,neq; dãtur homini propter peccatum. Eſſet ergo propagatio generis humani per coitũ,ſicut mẽbra ipſa teſtantur. Obſerua ſecundò,ꝙ ſaluator abſolutè inquit: *Ab initio creaturæ*, nõ talis aut talis,humanæ vel angelicæ:ſed creaturæ inquit:In quo cõfirmata eſt ſententia Cõcilij Lateranenſis Romæ ſub Innocẽtio.3. anno dñi.1215. Creator omniũ inuiſibiliũ,& viſibiliũ, ſpiritualium, & corporaliũ ſua omnipotẽti virtute ſimul ab initio tẽporis vtramq; de nihilo cõdidit naturã:ſpiritualẽ & corporalẽ,angelicã videlicet & humanã. Sed attende ne hæreſeos notã ex hac ſentẽtia grauiſsimis eccleſiæ doctoribus obijcias, ſcilicet Gregorio Naziãzeno,& Hieronymo,& Ambroſio, & Hilario,& Iſidoro Hiſpalenſi epiſcopo, Ioãni Damaſceno,& plæriſq; alijs tã Græcis,quàm Latinis,quos enumerare longũ eſſet. Satis eſt,quod Caſsianus indicat hanc fuiſſe cõmunem opinionẽ ſuo tẽpore,ꝙ lõgè ante hãc creaturã viſibilẽ,cõdidit Deus naturã illã angelicã, ſicut & oẽs illi patres teſtantur,& huic opinioni ſubſcribũt: ſed & Origenes. Nõ ergo hęreſeos arguẽdi ſunt

Damaſcenus lib. 2. de orthodoxa fide.ca. 28.

Aug. 1.in Gen.c.19 Præcop.in Gen c. 4. Euthym.ſuper pſal.50

Nazi.ſer. de natali domini. Hieron.in commẽt.epiſt. ad Titũ in priori expoſitione. Amb.li.1. exem.c.5. Hilar.12.

C tanti patres:ſed attẽdenda eſt intentio ſacri concilij,& ſic de verbis eius oportet iudicare. Eſt autẽ (inquit D. Thomas) cõcilij propoſitũ refellere errorẽ,ſiue Origenis,ſiue eorũ qui dixerũt ſpirituales ſubſtãtias primò productas à Deo,vt ſpirituali dignitate potirẽtur:deinde cùm peccaſſent, creata fuiſſe corpora omnia,quibus veluti carceribus detruſæ,ſcelerũ darẽt pœnas. Lege D. Aug. vbi permittit,vt in hac re ſentiat vnuſquiſq; liberè quod velit: dũmodo ſpirituales ſubſtantias Deo coëternas nõ faciat,& omnia tã viſibilia,quàm inuiſibilia affirmet à Deo in tẽpore condita. De quo lege.S. Thomã, & Caiet.qui docet, In ſenſu ergo,in quo fit accipiẽda eſt litera cõcilij:nõ in ſenſu quem facit. Ab initio ergo creaturæ maſculũ aut fœminã fecit eos Deus:& coniunxit maſculum & fœminã,& fecit vt eſſent non duo, ſed vna caro. Vnũ dicit,vel propter cõiunctionẽ,vel propter originẽ fœminę, quę de maſculi latere creata eſt. Sic Aug. Et vir adhęrebit vxori ſuæ amore & cohabitatione, & per copulã carnalẽ ad prolis generationem,in propagationẽ religionis,& cultũ di- D uinum. Ecce veſtri matrimonij dignitatem; honorẽ,officiũ,amorem mutuum,& fidelitatẽ,deniq; & indiſſolubilitatẽ. Deus fecit maſculum & fœminã; vtrunq; ſexum generationi aptũ,ſecundũ actiuũ & paſsiuũ principium. Deus qui ſexuum fuit cõditor, fuit matrimonij author,& ſanctificator. Quod ergo Deus coniunxit (inquit) &c. Propter hoc dictũ eſt à Paulo apoſt. Honorabile cõnubium in omnibus,& torus immaculatus. Honore digniſsimũ,quod à dño cõditum, & inſtitutũ eſt. Vnde nota,quomodo vtriuſque teſtamẽti patres.qui deo ſuo chariſsimi fuerunt,matrimonij fœdera habuerũt. Abrahã Dei amicus, charus, & familiaris, Iſaac ſanctus, Iacob dilectus vxores habuerunt. Sed & Iob, Moyſes, Samuel, Dauid, Eſaias, Petrus, Andreas,& ſicut placet D. Hieronymo, Ioãnes. Deniq; non prius virgo Regia Deũ & hominẽ generat Chriſtũ Ieſum,quã matrimonio ſit copulata: ſed non venit ad nuptias Ioſeph vir eius, quæ de Spiritu S. fuit grauida. Honorabile ergo cõnubiũ in omnibus,& immaculatus torus, quẽ Deus in tãtis patribus dedicauit,& ſanctitudinẽ eius demõſtrauit. De quo multa in ſuperioribus ca.4. *Et in domo iterũ diſcipuli interrogauerũt eũ de eodẽ*. Nõ tentantes ſicut Phariſæi:ſed præ deſiderio agnoſcẽdæ veritatis in ſermone, & Moyſi,

de Tri. & libello contra Auxẽtiũ. Iſid.li. de ſumo bono.c. 12. Damaſ.li. 2.orth. fi. c.3.Caſ.li. 8.collatio. Orig. ho. 4.in Eſai. Tho in expoſitione primæ decretalis.

Aug.li.14 de ciuitate Dei.c.22.

Heb.13.

Matrimonium ualde commendabile.

Inquiſitio ueritatis, quàm neceſſaria.

Mens animus animæ Phil. li. de mundi opificio primo in exordio.

& Moyſi, & Saluatoris, quod legimus ſępè A feciſſe. Laudabile ſtudiũ, & cũctis diſcipulis dñi imitandũ. Altitudo cæleſtis ſermonis, & noſtri ingenij imbecillitas excitare debẽt mentẽ & deſideriũ noſtrũ, ad inquirendam verã & germanã dictorũ intelligentiã. Mens ergo noſtra, quã ſapientes animã animæ dixerunt, quemadmodũ pupilla in oculo, quã & ſcrutatores naturæ dicũt eſſe oculũ oculi, peruigil debet eſſe in indagãda, & inquirẽda veritate maximè in dictis æternę ſapiẽtiæ. Lõgè tamẽ à ſuperbis ſtudiũ hoc, longè certè ab ignauis hominibus, quibus nihil minus, quam amor adiſcendæ veritatis, qui deniq; nolũt intelligere, vt benè agãt. Qui dicunt vidẽtibus, nolite videre nobis quæ recta ſunt. Imò videte nobis errores, & placẽtia loquimini. Iterũ interrogãt humiles diſcipuli, amatoreſq; veritatis magiſtrũ cæleſtẽ de eodẽ. Interrogauerũt phariſęi: ſatiſq; in verbo illo diſcere potuerũt: ſed auidiùs & feruentiùs quærunt à magiſtro, quid voluit ſignificare in verbis ſuperioris ſentẽtiæ. Nõ erubeſcũt ſecundò interrogare, quẽ priùs nõ intellexerãt perfectè ſermonẽ rei difficilis. Quot elati & ſuperbi inueniuntur, qui de ſibi neceſſarijs nõ audẽt magiſtros eccleſię cõſulere: neq; ſacerdotẽ dñi, cuius labia cuſtodiũt ſcientiã: quia angelus dñi exercituũ eſt. Aduerſus quos eſt ſermo dñi in Eſaia. Væ filij deſertores, dicit dñs: vt faceretis conſiliũ, & nõ ex me, & ordiremini telã, & nõ per ſpiritum meũ: vt adderetis peccatũ ſuper peccatum, qui ambulatis, vt deſcẽdatis in Aegyptũ: & os meũ non interrogaſtis, &c. Sed & multi inueniũtur, qui in viã Achab regis Iſrael ambulãt: qui prophetas ſuos interrogãt, qui & mendaciũ reſpondent eis pro voto cordis ſui nequã, quaſi ex ore dñi. Quòd etiã ſi Michæas adſit, qui vera prædicet, adhuc in ſentẽtia procaciter & pertinaciter perſeuerãt: percuſſo ipſo propheta. Sed pereunt in bello cũ duce erroris eorũ. Achab nanq; etiã ſi audiuit ab ore Michææ, ꝙ ſpiritus mendax eſſet in ore ſuorũ prophetarũ, noluit tamẽ vocẽ dñi audire, & percuſſus ſagitta inter pulmonẽ & ſtomachũ mortuus eſt. Quòd ſi Michęã audiſſet, fugiſſet vtiq; tãtum malũ. Paſſim inter principes & potẽtes hoc cõpletur, quod in Achab: nõ tamen emẽdatur. Humilis verò Dauid conſulit dñm in percutiẽdis Philiſtæis, & agnita eius volũtate, abijt & pugnauit aduerſus eos. Cõſuluit dñm aſcẽſurus ad regni

Pſal. 35.
Eſai. 30.
Prou. 14.
Malac. 2.
Cap. 30.
3. lib. Reg. cap. 22.
3. Reg. 22.
1. Reg. 23.
2. Reg. 2.

A ſceptrũ, & multoties deinde. Interrogãdus ergo eſt dñs & cõſulendus, maximè à principibus in rebus grauibus ac difficilibus: Et quã maximè à magiſtris, qui ex officio docere habẽt dñi populos: vt probatiſſima & puriſſima ſit eorũ doctrina: bibãtq; greges aquã limpidiſſimã, nõ conculcatã & turbidã ex mẽdacio & erroribus. Benè eſt quod iterũ dñm de re magna interrogãt apoſtoli: vt ſermo eorũ ad nos omnẽ firmitatẽ & certitudinẽ habeat. Quã rẽ magni facit ſacratiſſimus Paulus ad Epheſ. Et ipſe dedit quoſdã quidẽ apoſtolos, quoſdã autem prophetas: alios vero Euãgeliſtas, alios vero paſtores & doctores ad conſummationẽ ſanctorum in opus miniſterij: in ædificationem corporis Chriſti, donec occurramus omnes in vnitatẽ fidei & agnitionis filij Dei, in virũ perfectũ, in menſurã ætatis plenitudinis Chriſti: vt iã nõ ſimus paruuli fluctuantes, & circũferamur omni vẽto doctrinæ in nequitia hominũ, &c. Firmũ ergo & ſtabile eſt, quod nobis ſacri apoſtoli tradiderunt, nõ ſemel interrogarũt: ſed cùm domi eſſet, iterũ diſcipuli quærũt à Chriſto dextrũ ſenſum dictorũ. Non eſt quòd dubites in doctrina, nõ eſt ꝙ hæſites, aut quòd debeas vertere in B quæſtionẽ: cùm apoſtoli ſacri, quæ ab ore dñi audierũt nobis infuderint, & inuiolabili cuſtodia ab eccleſia cuſtoditũ ſit, & per manus & ſucceſsiones epiſcoporũ ad nos peruenerit. Et dixit illis Ieſus. *Quicunque dimiſerit uxorem ſuã, & aliã duxerit, adulteriũ cõmittit ſuper eã. Et ſi uxor dimiſerit uirũ ſuum, & alij nupſerit, mœchatur.* Manifeſtiſſima eſt doctrina euãgelij huius: neq; erat, vnde Eraſmus os nequã aperiret aduerſus apertã ſcripturã euangelij, & D. Pauli. Sed neque Caietanus deſiderare debuit concilij generalis definitionẽ, habẽs apertam ſcripturam; quã inſequi debuit. Sed & ante eius aſſertionem iam extabat concilij generalis manifeſta determinatio. Clarus & lucidus eſt ſermo: Quicunq; dimiſerit vxorẽ ſuam, & aliã duxerit, adulterium cõmittit ſuper eam: & ipſa ſi alij nupſerit, mœchatur. Non ergo rũpitur vinculum matrimonij propter adulterium, ſed viuente viro, alligata eſt vxor lege viri, & viuente vxore alligatus eſt vir. Quoad torum, & menſam, & alia fieri poteſt diuortium, & interdum eſt neceſſarium: de quo ſtatim: aliâs innupta maneat: quia quod Deus coniungit, homo ſeparare non debet, neque poteſt. Obſerua quod hic

Doctrina ab apoſtolis, quàm firma & uera.
Cap. 4.
Eraſmus arguitur in ſtè.
Diuortiũ quãdo fieri poteſt aut debet.

quitas amputatur:ne per occaſionē pietatis vnuſquiſq; credentiū ſcandali pateat:ſi(inquit)ita eſt tibi cõiūctus vt manus ſpes,oculus,& eſt vtilis atque ſolicitus, & acutus ad perſpiciendū.ſcandalū aūt tibi facit,& propter diſſonantiā morū te pertrahit in gehēnā,melius eſt vt propinquitate illius & emolumētis carnalibus careas, ne dū vis lucrari cognatos & neceſſarios,cauſam habeas ruinarū.Itaq; nō frater,nō vxor,nō filij, nō amici,nō omnis affectus, qui vos excludere poteſt à regno cælorū amore dñi præponātur, Scādalō Græcè offendiculū dicitur Latinè, vel ruina, vel impactio pedis, vel vt alij,ſcrupulus. Ille ergo ſcādalizat fratrem, qui vel dicto,vel facto occaſionē ruinæ præbet Manus,id eſt,amicus,cuius ope & conſilio indigemus quotidie.Sed ſi hic lædere in cauſa animæ voluerit,excludendus eſt à noſtra ſocietateine ſi cum perdito in hac vita partē habere volumus:ſimul cū illo pereamus.Quā *duas manus*. Hieronymus,duæ manus principatus,humilitas,& ſuperbia. Abſcinde ſuperbiā, tene humilē principatum. Quod quā difficile ſit pōdera ad longū.Nouit vnuſquiſq; credentiū quid ſibi noceat: vel in quo ſolicitetur animus,ac ſæpe tentetur.Meliùs eſt vitā ſolitariā ducere,quā ob vitæ præſentis neceſſaria, æternā vitā perdere. Vbi obſerua φ ſanctus doctor de illis quæ ad vitæ neceſsitatē pertinent,& nobis ſunt coniunctiſsima velut vxor, filij,amici, &c,egit ſermonē,& de his interpretatus eſt ſermonē dñi.tanquā obſeruant a omni neceſſariū, Quid ad hæc qui ſcandalū habēt in non ſibi neceſſariis, ſed in ſuperfluis valde, & exterioribus? Qualis eſt infœlix & fallax pulchritudo ſcorti:quale eſt prauum colloquiū,quod bonos mores corrūpit:quale inter iuuenes laſciuiētes inuenitur (heu quam amara ſocietas) qualis eſt impudici ſaltus aſpectus:vbi diabolus ignea iacula, & ſagittas ardētis ſulfuris manu potenti iacit in corda torpentia:qualis eſt mulierū, laſciuus cõptus,& veſtitus & greſſus. Hæc omnia ſunt ſcandalū & ruina certiſsima filiis hominū: quæ mandat Chriſti, abſcindere in gladio ſpiritus,& timoris dñi dicēs. *Bonū eſt tibi debilem introire in uitā,quā duas manus habentē ire in gehennam, in ignē inextinguibilem, ubi uermis eorū non moritur,& ignis non extinguitur.* Attēde quā neceſſariū ſit tibi fugere, & abſcindere à te ipſo omnē materiā ſcandali. Certè parantur tibi poſt hanc vitā gehenna ignis

Scandalon offēdiculū.

1.Co.15.

C inextinguibilis, & vermis qui nō moritur. Exponenda ſunt omnia hæc, quia magna quidem ſunt,& nunc primò occurrunt in ſacro Euangelio:De quibus q; vtrunq; teſtamentū,ſed maximè Chriſtus paſsim ad cõcutiēda dura noſtra corda diſputat. De introitu ergo regni & vitæ cæleſtis paradiſi, primo eſt ſermo, Secūdo de gehēna: tertio de igne inextinguibili inferni & dānatorū:deniq; quarto de verme eorū qui nō moritur,ac per conſequēs perpetuus erit, ac in æternū perdurabit. Firmiſsimum argumentū,ac firmiſsima doctrina hui⁹ philoſophiæ traditur,cum ab ore cęleſtis magiſtri audis. Erue oculū tuū qui tibi ſcandalū eſt,& abſcinde manum tuam dextrā: quia tibi paratus eſt per hæc vitæ æternæ introitus.& cæleſte regnū.Econtra verò hæc fouēs & diligens,cū tibi ſunt ſcandalum, ecce in ianuis gehennam ignis inextinguibilis: ecce gladium & flagellū diuinæ vltionis. Apposuit tibi aquam & ignem:ad quod volueris porrige manum tuam. Ante hominem vita & mors: bonum & malum, quod placuerit ei dabitur illi: quoniam multa ſapiētia Dei, & fortis in potentia, videns omnes ſine inter-

Eccle.15.d

D miſsione.Hac doctrina vſus eſt dominus Ieſus præſenti loco. Et valde congruenter & neceſſariò, ſiquidē de rebus difficilibus eſt eius ſermo.Erue oculum:abſcinde manum, & pedem,inquit: Per quæ omnem materiā ſcandali ſibi & aliis præcipit abſcindendā. Iam ergo quod mandatum didiciſti, vide quale diſcrimen & vitæ diſpendiū in tranſgreſsione inuenitur, qualeq; præmium pro eius obſeruantia tibi repromiſſum eſt. *Bonum eſt tibi debilem introire in uitam.* Totū bonum tuum eſt introire in vitam mancum: ſicut totum malum hominis eſt deſcendere in tartara & ignem ęternum. Nota quod cū dicit, debilem vel mancum introire in vitam,tibi eſt bonum: per hoc nullam corporis deformitatem ſignificat: ſicut nec verè & realiter abſcindenda eſt materialis manus. Nihil ergo turpe aut fœdum in te inuenietur, etiam ſi hæc,id eſt.manus,pes,oculi abſcindātur à te pro Chriſti confeſsione,ſicut docēt ſacri illi pueri ſub impiiſsimo Antiocho abſumpti. Tertius namq; linguā poſtulatus cito protulit, & manus conſtanter extēdit:& cū fiducia ait. E cælo iſto poſsideo, ſed propter Dei leges hæc ipſa deſpicio:quoniā ab ipſo me ea recepturū ſpero, Inquit ergo. Bonū eſt tibi. Optimū & perfectum

2.Machab. 7.

Introitus in regnum æternum ni tam ſignifi cat.

fectum eſt tibi mancum in vitam, aut luſcū, aut claudum introire. Vbi nota quòd de introitu in vitam ſolum facit ſermonem: nec māſionem & poſſeſsionē æternam cōmemorat ſicut alibi, cum dixit: Venite benedicti patris mei, poſsidete regnum: quod vobis repoſitum eſt ab origine mundi. Hic verbum poſsidete audis. Eſt ergo de ratione vitæ cæleſtis æternitas & ſecuritas: Vbi homo hæres fit Dei, & cohæres Chriſti, & ſimilis ei, quia videbit Deum ſicuti eſt. Vnde de vnico verbo beatus Irenæus complexus eſt hanc doctrinam. Oportuerat autem primo hominem fieri, & factum augeri & auctum corroborari, & corroboratū multiplicari, & multiplicatum conualeſcere. cōualeſcentem vero glorificari, & glorificatum videre ſuum Dominum: Deus enim eſt qui habet videri. Viſio autem Dei effìcax eſt in corruptelæ. Perpetuitas ergo & incorruptela de ratione ſunt vitæ cæleſtis; cuius introitus exitum non habet, neque habere poteſt. Semel quidem conceſſus Dei aſpectus, iam amplius non denegabitur: qui enim adhæret Deo, vnus ſpiritus eſt. Deus autem verax eſt & fidelis, ſeipſum negare non poteſt. Et ſicut de intrinſeca ratione matrimonij in quo vir & vxor fiunt vna caro, eſt indiſſolubilitas & perpetuitas, dum vterque viuunt, neq; ſeparari vllo modo poſſunt ſine tranſitu ad perfectiorē ſtatum, etiamſi repudium fiat quo ad menſam, & thorum, & cohabitationem: ſic & qui adhæret Deo factus cum illo vnus ſpiritus, in corruptelam & ſuæ adhæſionis perpetuitatem acquirit in ipſo vitæ introitu. Forſan præter alia multa, quæ iucundiſsima occurrunt ſanctis in introitu regno cæleſtis, propter hoc ſpecialiter dixit beatiſsim⁹ Petrus: Quapropter fratres magis ſatagite, vt per bona opera certam veſtram vocationem & electionem faciatis, hæc enim facientes nō peccabitis aliquando. Sic enim abundanter miniſtrabitur vobis introitus in æternū regnū Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Taceo qualiter obuientia caſtra angelorum in ipſo regni introitu ſanctas animas excipiāt: taceo quale gaudiū & congratulatio ibi inuenitur, cùm de mūdo & principe eius diabolo miles Chriſti reportat inuiolabilē triūphū: & vnū hoc tibi gaudenter in fundo, quàm abūdantia hæc introitus in regnū æternum Dei, æternitas ac perpetuitas eius eſt: quam dominus Ieſus repromittit. Vides quale & quantum bonū in verbo hoc repromiſſum eſt? Cum ergo dicit *bonum eſt tibi debilē introire in uitam*, nō ſolum introitus, prout verbū ſonat præparatur, ſed certè māſio perpetua, & clara Dei viſio, & iucunditas inenarrabilis, ac lætitia glorificata, ſicut docet idem Apoſto. Benedictus Deus & pater domini noſtri Ieſu Chriſti, &c. qui regenerauit nos in ſpem viuam per reſurrectionē Ieſu Chriſti, ex mortuis in hæreditatē incorruptibilē & in contaminatam, & immarceſsibilem. conſeruatam in cælis, &c. Conſidera huius vitæ & hæreditatis cōditionei. Incorruptibilis, & immarceſsibilis; & incontaminata; & conſeruata eſt in cælis hæreditas & vita hæc, quę debilibus. & luſcis, & claudis repromittitur propter fugā ſcādali. Econtra verò iis, qui illud diligūt, qui & certiſsimè in illo peribunt niſi reſipuerint dicitur: *Quàm duas manus habentem ire in gehennam, in ignem inextinguibilem: ubi uermis eorum non moritur.* Non piguit eum eodē loco ter eadē verba dicere. Quem non deterreat iſta repetitio, & illius pœnæ comminatio, tam vehemens ex ore diuino? Ecce vindictam diuinæ vltionis aduerſus ſacræ legis, diuiniq; mandati irriſores. Gehennam, & ignē inextinguibilē, & vermem qui nō moritur cōminatur: vt exterreat: de quo vltimo loco nobis agendum eſt. Cui placet etiā cū ſcandalo, duas manus habere, & duos oculos, ſed & duos pedes, paratus eſt ignis gehennæ. Pernota ac familiaria exempla docet cæleſtis magiſter vim ſupplicij ac magni doloris, qui citò & horrendè illis veniet. Non longè eſt ab Hieruſalem vallis gehennō, id eſt, filiorum Ennō; vbi impiiſsimus Manaſſes cōſecrauit diabolo filios ſuos faciēs trāſire illos per ignē; vbi cremabātur. Horrendū proinde erat, ſiquidē tradunt Iudæi ex hoc appellatā gehēnā; quod ſcilicet omnis populus Iudęorū ibi periérat, offēdēs Deū. In quo loco etiā filios ſuos in igne idolis cōſecrauerāt, ſiue holocauſtū obtulerant. Hæc Hieronymus ſuper Hieremiam. Per id ergò, quod carnalibus oculis erat terribile viſu & auditu, quia filios ſuos cremauerint in valle Ennon; docere intēdit quantum oporteat ſacratiſsimo mandato; & doctrinæ obtemperare: ne in gehennam ignis non temporalis, qualis erat ille, qui in valle filiorum Ennon concremauerat olim filios Manaſſes, ſed æterni, & qui nunquam extinguitur, mitterentur. *Quàm mitti in gehennam ignis inextinguibilis vbi...*

Roman. 8.
Ioā. 1. ca. 3
Irene. ca. 75. lib. 4. aduerſ. hæreſes.
1. Co. 6. d.
2. epiſt. 1. c
Iuſtorum animæ qualiter recipiuntur in regno cælorum.
1. cap. 1. a. Hæreditas cæleſtis qualis.
Gehenna.
2. Par. 33.
Hierony. ſup. Hieremiam. c. 7.

De loco vnde ſumpta eſt metaphora ad docendum, ſatis notum eſt in libris regũ, & in Hieremia: & valde manifeſtum cunctis Hebræis erat. Sed & locum vbi gehenna ignis æterni inueniatur, conſtat ex ſcripturis & ſanctorum patrum ſentẽtijs, eſſe ſubtus terram. Vnde Dauid: Introibunt in inferiora terræ, tradẽtur in manus gladij, partes vulpium erũt. Vnde Auguſtinus (prout ipſum interpretatur Nicolaus Triuetus in Scholijs quæ ædidit in lib. de ciuitate Dei) interpretandus eſt, cùm dicere videtur, non eſſe loca corporalia, ſed ſpiritualia, lib. de Geneſi ad literam, quod opinando illud dixerit, non determinando, ſicut frequenter facit in libris illis. Et quod dixit de Geneſi inferos non eſſe ſub terra: hoc manifeſtè retractauit libro ſecundo Retract. De inferis magis mihi videor dicere debuiſſe quòd ſub terris ſunt, quàm rationem reddere cur ſub terris eſſe credantur, ſiue dicantur, quaſi nõ ita ſit. Eſt ergo locus gehennæ ignis æterni ſub terra, & non ſpiritualis, ſed materialis. Vnde obſerua ꝙ antiquitus Philo Iudæus lib. congreſſu quærendæ eruditionis gratia errauit dicens hunc locum nihil aliud eſſe, quàm flagitioſi hominis conſcientiam. De igne illo diſputatum ab antiquis magiſtris etiam eſt, nũquid ſit corporalis & materialis, qualis & noſter apud nos. Beatus Gregorius ſuper illud Iob, deuorabit illum ignis qui non ſuccenditur, videtur ſentire ꝙ non ſit corporeus. Sed mens auctoris ex lib. Dialog. attendenda eſt vbi percontanti Petro, vtrum ipſe gehennæ ignem eſſe corporeũ fateretur, an incorporeum, reſpondet: Ignẽ gehennę corporeũ eſſe non ambigo: in quo certum eſt corpora cruciari. Et quod B. Damaſcenus dixit. Et tradetur diabolus & dæmones eius, & homo eius, id eſt, Antichriſtus, & impij, & peccatores in ignem æternum, non materialem qualis eſt apud nos, ſed qualem nouit Deus, interpretandus eſt non cum Durando Portanienſi in quarto ſententiarum, quòd errauerit, ſed cum beato Thoma eſſe materialem quo ad ſubſtantiam, ſed nõ quoad punitionis effectũ. Punit ergò ſpirituali quadã actione corpora, quæ nec diſſoluit, nec conſumit, & ipſas animas multò magis ſpiritualiter cruciat. De quo Iob, luet quæcunq; fecit, nec tamẽ cõſumetur. Et nos in ſuperioribus diximus cũ Eſaia ſuper verbum illud cũ igne deuorãte. Aliqua alia ſuperſunt quæ ſcire oportet de

Gehenna ubi ſit.
Pſal. 62.
Lib. 2. de Geneſ. & lib. 21. de ciuit. Dei. cap. 10.
Capit. 24. lib. 2.
Philonis error.
Ignis inferni qualis.
Lib. 4. dialog. ca. 29
Damaſce. cap. ultim. libri. 4.
Cap. 20.
Cap. 33.

C igne infernorũ & gehennæ: quæ non ſolum ædificationẽ adducũt, verũ & ingenii exercitiũ requirũt. Ignis hic miro modo illuminat & obſcurat. Quod ex diuite in flammis cõprobantur: qui enim ad doloris ſui cumulum propinquorũ abſentium meminit, cõſtat proculdubio, quia eos ad augmẽtũ ſupplicij paulò poſt potuit præſentes videre: quid autem mirum, ſi ſecũ quoq; reprobos aſpiciat cremari, qui ad doloris ſui cumulũ, &c. Qua ex re colligitur ꝙ eos, quos inordinatè nũc reprobi diligunt, miro iudicij ordine ſecum tunc in tormentis videbunt, vt pœnam propriæ punitionis exaggeret: illa auctori præpoſita carnalis cognitio, pari ante oculos vltione damnatã. Ignis itaque qui in obſcuritate cruciat, credendum eſt quia lumen ad tormentum ſeruat. Secũdò ſciendum eſt quod vnus eſt quidẽ gehennæ ignis ſed non vno modo omnes cruciat peccatores. Vnius cuiuſque etenim quantum exigit culpa, tanta illic ſentitur pœna. Nam ſicut in hoc mundo ſub vno ſole multi conſiſtunt, nec tamen eiuſdem ſolis ardorẽ æqualiter ſentiunt, quia alius plus æſtuat atque alius minus: ita illic in vno igne nõ eſt vnus modus incẽdii, quia quod hic diuerſitas pec- D catorum vt ignem non diſsimilem habeãt, & tamẽ eoſdẽ ſingulos diſsimiliter exurat. Sicut vnuſquiſq; accipiet ſecũdum propriũ laborẽ in retributione, ſic in ſupplicio vnuſquiſque ſecundum ſua cruciabitur peccata. Quomodo autem poſsint corpora in vſtione eſſe perpetua, docet B. Auguſt. in lib. de ciuitate Dei. Beatus Bernardus de igne & vermi dicit ſerm. 16. paruorũ ſermonũ: In Eſaia legimus, vermis eorum non moritur, & ignis eorum non extinguitur: duo mala ſunt ignis & vermis: altero roditur conſcientia, altero concremantur corpora. Tertiò additur deſperatio: quia in eo vtiq; intelligitur quod dicitur: Nõ morietur & non extinguetur, &c. Talis ac tantis ignis paratus eſt diabolo & angelis eius primò, ac ſecũdò cunctis hominibus, qui ſanctam Dei legem violant: nec quicquam de ſcandalo fugiendo & abſcindendo curant: cum ſcriptũ ſit: ſi oculus tuus ſcandalizat te, erue eũ, &c. In ignem inextinguibilem, ergo perpetuũ: ergo æternum. Sic ſcriptum eſt. Ite maledicti in ignem æternum. *Et vermis eorum nõ moritur*, id eſt, conſciẽtia ſera. & dolor interius accuſans eos: vel intrinſeca pœna ſenſus. Hoc teſtimonium inductũ eſt ex Eſaia. Et egredie-

Lucæ. 16.
Similitudo
Auguſt. in lib. 21. de ciuit. Dei. cap. 2. Et auctor infra. c. 13
Matt. 25.
Vermis inferni. Cap. 66.

égrediẽtur & videbũt cadauera virorum, qui præuaricati ſunt in me: vermis eorũ non moritur, & ignis eorum non extinguitur, &c. Quam pœnam præcipuè decernit dominus Ieſus aduerſus eos, qui ſcandala à ſe non obijciunt, amore temporalis iocunditatis & delectationis. Sera ergo pœnitentia,
Sap. 5. de qua legimus, intra ſe pœnitentiam agentes, & præ anguſtia ſpiritus gemẽtes, eſt vermis eorum, & dolor interius accuſans: qui in æternum perdurabit. Propter quod dicit ſaluator. *Et vermis eorum non moritur.* Imò interiùs corrodens viſcera cordis, & mentẽ, vehementer dolorem augebit. Hæc animaduertito ô homo, & animo reuolue, &
Pſal. 76. cum propheta dic in corde tuo. Nunquid in æternum proijciet Deus? aut non apponet vt cõplacatior ſit adhuc? Et meditatus ſum
Conſcientia vbi mundatur. in nocte cum corde meo, & ſcopebam ſpiritum meum, vel ſcobebam ſpiritum meũ. In vera meditatione cordis, quòd gehenna ignis & vermis ſunt æterna, ſcopis mundatur ſpiritus, vel a tenuiſsimo puluere & rugine. Fœtor vermium de corruptione carnis & ſanguinis conſurgit: ideoque caro recens ſale conditur, vt excicato humore ſanguineo, vermis eſſe nequeat. Caro ergo & ſanguis vermes creant: quia delectatio carnalis, cui condimentum continentiæ non reſiſtit: pœnã luxurioſis generat, æternam,
Scandali materia. & ſpecialem. Quibus valde difficile ſolet eſſe à ſe reſcindere omnem ſcandali materiã, nimirùm colloquia praua, vinum, cibum, vſque ad ſacietatem, veſteſque & pulchritudinem earum, denique ſcortum ipſum dum minus potentes facti ſunt ex vſu & conſuetudine peccãdi. Ijs certè valde opus eſt gla-
Pſal. 7. Eccli. 1. dius timoris domini, quem manu potenti vibrat altiſsimus ad terrorem & ſanationẽ. Initium enim ſapientiæ timere dominum. Nam qui ſine timore eſt, non poterit iuſtificari. Ecce gladium ſpiritus. Ignis non extinguitur, & vermis non moritur. Ignis de-
Eſai. 33. uorabit eos. Quis ex vobis habitare poterit cum igne deuorante, & cum ardoribus ſempiternis? Aduerſus te ſcripta ſunt hæc, & ad doctrinam & correctionem. Obſerua quòd euangelium terrores & comminationes habet, ſicut & lex & prophetæ. Et in illis docendus eſt populus ceruicis duræ, & frontis exaſperantis, ſicut priſci illi homines. Vnde ad euãg. etiam ſpectat ſeruilis timor: eſtque ab ſpiritu ſancto, neque facit hominem hypocritam & malum: imò ianuam in

A corde hominis aperit charitati & dilectioni: qua ingreſſa ipſe foris relinquitur, ſicut ſeta in calcei ſutura. De quo multa in ſuperioribus, & in libris de ſpe & timore Chriſtiano, libro primo per multa cap. Vndè Aug. contra Adamãtum Manichæi diſcip. *Aug. tom. 6. fol. 181. Cap. 7.* Intelligit in bonitate & ſeueritate, miſericordiam & iuſtitiam Dei, teſtamentum vtrunque prædicare. *Omnis enim igne ſallietur, & omnis victima ſale ſallietur.* Bonum eſt ſal. *Quod ſi ſal inſulſum fuerit, in quo illud condietis? Habete in vobis ſal: & pacem habete inter vos.* *Sal ignis. NOTA valde.* Docuerat abſcindendam manum, eruendũ oculum, præſcindendumque pedem, ſi ſcandalum nobis eſſet, ad fugiendum ignem gehẽnæ æternum. Per quæ non ſignificabantur materialium membrorum abciſsiones, ſed abdicatio commodorum delectabilium: in qua neceſſariò afflictio reperitur, ac per cõſequens aliqualis ignis: ideò ſub nomine ignis totum genus afflictionum voluntariarum comprehendit. Et docet quòd omnis electus igne tribulationis ſalliendus eſt, id eſt, igne huiuſmodi vretur ad ſeruandum ſe ipſum à malo. Ita quòd ſi oportuerit, vel vim ignis, & aduſtionis eius experiri in vitando ſcandalo, & abdicanda omni mate-
B ria illius, iucundè hoc ſuſtinere habet, ne pereat. Quod in verbis illis, Erue, abſcinde, proijce abs te, demonſtrauit: quæ vim doloris repreſentant, etiam in ſono exteriori vocum ipſarum. Afflictiones enim non ſolùm ſunt neceſſariæ patientibus ſcandala, ſed vniuerſaliter omnibus electis. Inquit ergo. *Omnis enim igne ſallietur.* *Salliendus igne omnis iuſtus.* Firmat ſaluator doctrinam ſuam ex mandato legis veteris, exponendo myſticè, quòd ideò in lege præceptum erat, quòd omnis victima ſale condiretur, vt figuretur quod omnis electus, viua Dei victima, ſalliendus eſt. Omnis enim igne ſallietur. Mirè dictum eſt: Quod enim ſale ſallitur, vermis putredinem arcet: quod vero igne, aſperſo ſale, carnẽ conſumit quo- *Leui. 2. d.* que. Hæc ſecundum legem in hoſtijs ſiebant, quæ in altari cremabãtur: vnde in omni victima & ſacrificio ſal offerre præceptũ eſt. In ſale dulcedinem ſapientiæ intellige: in igne verò ſpiritus ſancti gratiam. Omnis igitur igne ſallietur, quia omnis electus ſapientia conditur: vt digna victima Dei efficiatur altaribus. Vnde benè addidit, *Et omnis victima ſale ſallietur.* Ille certe victima domini eſt, qui corpus & animam à vitijs emundando, ex amore ſpiritus ſancti Deo

conſecrat. Nec ſolû ſale aſpergitur, ſed igne C
conſumitur, quando non peccati tantũ con
tagio pellitur, ſed etiam præſentis vitæ dele
ctatio tollitur, & pro futura beatitudine to-
ta mente ſuſpirat, & iure cum apoſtolo di-
Phil. 3. cit: Noſtra conuerſatio in cælis eſt. Genera
lis eſt ſententia, & vniuerſaliter dictum eſt.
Omnis enim igne ſalietur, aliter corrumpetur:
nec dignus habebitur altari domini. Intel-
lige quæ myſtice dicta ſunt, clarè & diſtin-
ctè, ſiquidem ad ſalutē ſunt tibi neceſſaria,
valdeque vtilia. Omnis electus ad gloriam,
ſupernamq; beatitudinem ſaliendus eſt in
hoc mundo igne, ideſt, ſpiritus ſancti gratia
& tribulatione. Saluabitur vix iuſtus: ſic ta-
1. Pet. 4. men quaſi per ignem. Per Chriſtum abun-
2. Tim. 3. dant paſſiones noſtræ. Omnes qui in Chri-
ſto pie viuere volunt, perſecutionem patiē-
Rom. 12. tur. Denique ſcriptum eſt. Obſecro itaque
vos fratres per miſericordiam Dei, vt exhi-
beatis corpora veſtra hoſtiam viuentem,
ſanctam, Deo placentem, rationabile obſe-
quium veſtrum. Et nolite conformari huic
ſæculo: ſed reformamini in nouitate ſenſus
veſtri: vt probetis, quid ſit voluntas Dei bo
na, bene placens & perfecta. Corpora offer-
re ſine igne tribulationis & mortificationis
omnium ſenſuum, impoſſibile eſt omninò. D
Deniq; ſenſuum reformatio per abdicatio-
nem omnis materiæ ſcandali, ſine ſalis mor-
ſu, & ignis dolore fieri non poteſt. Vbi e-
nim oculus auertendus eſt ab antiquis deli-
tijs, ibi nubilum triſtitiæ & mœroris: vbi re-
frenanda eſt lingua, & retrahenda manus
ab omni deliciarum appetitu, & experien-
tia, ibi certè ignis ſalieus, & ſal ſapientiæ, ſi
cut dixit beatus Hierony. Obſerua quomo-
do in antiquis ſacrificiis ſignificatur noſtræ
ſalutis conſecratio, & iam in vmbra & figu-
ris inſtituebamur de his, quæ nunc à Chri-
ſto reſerata ſunt. Non ſemel ſermonem de
æterno igne inculcauit, ad quem fugiendũ,
docet ſalitionem in igne præſentis tribula
tionis, & mortificationis carnalis noſtræ
concupiſcētiæ: quæ in omnibus mēbris cor
poris exultat & triumphat. Propter quod
captiuanda eſt, & in ſeruitutem redigenda,
vt vtrunq; ſaluetur. Ecce nunc breuē & fœ-
licem commutationem pro æterno igne:
ſaliri in igne præſentis mortificationis. Sin
autem, non erit quod poſſis reddere pro ani
Marc. 8. ma tua: etiam ſi vniuerſum mundum lucra-
Luc. 9. tus fueris. Imò & vniuerſus mundus, &
gloria eius velut ſtercus deſpicienda ſunt,

vt Chriſtũ lucrifacias, & regnũ eius. Audi
ergo. *Bonũ eſt ſal*, ideſt verbũ Dei audire, ſa
le ſapiētię cor cōdiri: & cũ apoſtolis ſal eſſe,
id eſt, alijs ſalis ſapientiam miniſtrare. *Bo-
num eſt ſal*, id eſt, diſcretio humanę rationis,
quam condire neceſſe eſt gratia ſpiritus ſan
cti: aliàs infatuabitur ratio ipſa. Exiſtimo q *Apoſtoli*
ſicut ſacri apoſtoli dicti ſunt ſal terræ, quia *quare dicti*
rerum cæleſtium erāt prædicatores, & ęter *ſal. cap. 5.*
nitatis velut ſatores: immortalitatem omni- Matthei.
bus corporibus, quibus eorum ſermo aſper
ſus fuit, conferentes per doctrinæ virtutem,
nouo ſaliendi modo, æternitati corpora re-
ſeruantes: ſic ſpecialiter ad eos dictum eſt.
Bonum eſt ſal: vt & nos audito hoc ſermo-
ne, fructuque doctrinæ apoſtolicæ inſpe-
cto, amatores reddamur ſalis doctrinæ: per
quam corpora immortalia reddantur: ſicut
& ſale corpora animalia à corruptione ad
tempus ſeruantur, dum arcetur vermis & pu
tredo, ſic in æternum immortalia etiam
corpora noſtra redigũtur, dũ ſale apoſtolicę
doctrinæ ſaliũtur. Tibi vſq; in diē hāc ſpi-
ritualiter dicitur. Quicquid obtuleris ſacrifi
cij, ſale cōdies: ne auferas ſal fœderis Dei tui Leui. 2.
de ſacrificio tuo. In omni oblatione offe-
rēs ſal. Fœdus Dei noſtri eſt, ſicut in Marco
D legis. Omnis victima ſale ſalietur: nō aliqua
vna vel duę. Sed omnis inquit, quod &
Moyſes dixerat. In oblatione offeres ſal,
doctrinæ ſcilicet Apoſtolicæ, & diſcretio-
nis, & mortificationis, per quæ Deo fit
gratum noſtrum ſacrificium. *Bonum eſt ſal*,
& pro eo qui illum habet: & pro condien-
dis alijs, de quo dixit eis aliquando. Vos Matt. 5.
eſtis ſal terræ. In quo oſtendit infatuatam
eſſe omnium hominum naturā, & putre-
factam à peccatis: & idcirco attendendum
ſibi ipſis ſummo ſtudio erat: ne & ipſi infa-
tuarentur, & ſal eorum inſulſum fieret, cum
iam non ſuperſit magiſter & doctrina, in
quibus ipſi condirentur. De quo in euan-
gelio. *Quòd ſi ſal inſulſum fuerit in quo illud
condietis?* Si doctor & magiſter errauerit,
in cuius ſinu theſaurus ſapientiæ & vena vi-
tæ repoſita ſunt, per quos reſipiſcere pote-
runt, & corrigi? Sal fit inſulſum, cùm amor *Sal quomo*
principatus ſibi vendicat magiſtrum, de *do infatua-*
quo reprehenſi ſunt in hoc capitulo. Vel *tur.*
cùm magiſter increpare non audet peccan-
tes, nec confiteri nomē Ieſu, & doctrinā ſibi
cōmiſſam: ne fiat extra ſynagogā. Heu quā
tam ſalis penuriā patimur: vnde & corpora
noſtra mortalitatis fętore & vermibus ſcatē-
dum

dum omnia vitia fouemus in ſinu cordis, A
nec eſt qui condiat ſale & igne. Vobis ò pa
ſtores eccleſiæ, & prædicatores dicitur.
Quòd ſi ſal inſulſum fuerit, in quo illud cō-
dietis? Non eſt in quo vos condiamus, cùm
è contra nos à vobis condiendi ſimus. Abla
tum eſt fœdus Dei noſtri, in quo deman-
datū eſt, omnis victima ſale ſallietur. Vnde
nec placet ſacrificium noſtrum, nec acce-
ptum eſt in oculis Dei noſtri. *Habete ergo
in vobis ſal.* In vobis ipſis primò, non in ſo-
lis verbis & ſermonibus: ſed in vobis, & pro
nobis, & noſtra ſalute. Habete primò in vo-
bis ſal ſapientiæ, & diſcretionis, & doctri-
næ, & gratiæ Spiritus ſancti: & habete pa-
cem inter vos. Cum ad magiſtrum, & ma-
ximè ad apoſtolos ſpectaret vitium argue-
re & reprehendere, temperandus eſt ſer- B
mo correctionis, amore proximi, ne fortè
pax perturbetur eccleſiæ. Sal correctionis
Rom.8. amor proximi temperet, & dilectionem ſal
Pax quomodo conditionaliter doceatur à Paulo. iuſtitiæ cōdiat. *Et pacē habete inter vos.* Si fie
ri poteſt, quod ex vobis eſt, cū omnibus ho
minib⁹ pacē habete. Inter vos pacē habete
non contendētes amplius de principatu, cū
omnibus hominibus, ſi fieri poteſt: quia cū
neceſſe ſit aliorum arguere vitia, quod pro-
priè eſt propoſitorum eccleſiæ, præmiſit di
cens: Si fieri poteſt, atque ſubiungit, quod
ex vobis eſt. Difficile quippe erat, vt ſi ma-
la acta corriperent, habere pacem cum om-
nibus poſſent. Sed cùm temporalis pax in
prauorum cordibus ex noſtra increpatio-
ne confunditur, inuiolata neceſſe eſt in no-
A ſtro corde ſeruetur. Rectè itaque ait, quod
ex vobis eſt: Ac ſi diceret: Quia pax ex dua
rum partium conſenſu ſubſiſtit, ſi ab eis, qui
corripientur, expellitur: integra tamen in
veſtra qui corripitis, mente teneatur. Itaque
correctio veſtra, ſicut diximus, non excitet
bella & lites: ſed exortas extinguat, & fo-
ueat charitatis pinguedinem. De quo bea- Greg. 2. paſt. c. ca. 4
tus Gregorius: Per ſal quippe verbi ſapien- Sermo prædicatoris qualis.
tia deſignatur. Qui loqui igitur ſapiēter ni-
titur, magnopere metuat, ne eius eloquio
audiētiū vnitas cōfūdatur. Hinc in ſacerdo
tis veſte iuxta diuinā vocē tintinnabulis ma Exo.38.
la punica cōiungūtur. Quid enim per mala
punica, niſi fidei vnitas deſignatur? Nam ſi-
cut in malo punico vno exteriùs cortice,
multa interius grana muniuntur: ſic in nu-
B meros ſanctæ eccleſiæ populos vnitas fidei
contegit, quos intùs diuerſitas meritorum
tenet. Ne igitur rector incautus ad loquen
dum proruat, hoc quod iam præmiſimus
per ſemetipſam veritas clamat. *Habete ſal in
vobis: & pacem habete inter vos.* Vel certè ad
ſuperiorem doctrinam de non ambiendo
principatu, per quod bella & contradictio-
nes oriuntur, adhuc perfectionem in con-
cluſione addit Chriſtus dicens: Pacem ha-
bete inter vos. Nolite de principatu diſpu-
tare: ſed honore præuenite voſmetipſos, & Rom. 12.
ſubijcite inuicem per veram humilitatem,
& fraternitatis amorem: quia habere ſal ſine
pace, non virtutis eſt donum: ſed damnatio-
nis argumentum. Quo enim quiſque me-
liùs ſapit, eò deteriùs delinquit.

Finis Capitis noni, & Libri noni Commentariorum in Marcum.

LIBER

LIBER DECIMVS COMMENTARIORVM IN MARCVM.

ET INDE *exurgens venit in fines Iudææ vltra Iordanem, & conueniunt iterũ turbæ ad eum, & ſicut conſueuerat, iterum docebat illos.* Deſcriptis rebus & ſermonibus, quæ acta ſunt in Galilæa per Ieſum ſaluatorem noſtrum, quæ certè magnificentiſsima & mirabilia valde fuerunt, ecce iam in Iudæam venit per locum, qui eſt vltra Iordanem in anno vltimo ſuæ prædicationis, quo & mortuus & crucifixus eſt. Conueniunt ad eum turbæ ex Iudæa, tum vt ab ore eius ſanctam Dei audirent legem, tum etiam vt curarentur à languoribus ſuis. Alterum docet beatus Matthæus: Et curauit eos ibi, inquit. *Matt. 19.* Alterum noſter Euangeliſta: Et ſicut conſueuerat, iterum docebat eos. Manifeſtum ex hoc redditur, quòd aliquando iã in hoc ipſo loco docuerat de regno Dei hanc vel aliam multitudinem. Inquit enim: D Conueniunt iterum turbæ, & iterum docebat, ſicut conſueuerat. Nullam dimittit occaſionem, in qua docere poſsit: ad annunciandum enim erat miſſus, & certè pauperibus. *Eſai. 61.* Aliquando vel vni ſoli loquitur: Sicut de Samaritide illa Ioannes teſtatur. *Ioan. 4.* Cui apertiſsimè ſe reuelauit in verbo illo: Ego ſum qui loquor tecum. Supra modum noſtri eſt amator, & vniuerſum hominum genus, tanquàm ouem vnam deputat, & vnã mulierculam (& certè ſcortum) tanquã turbam magnam: cui ſe reuelat apertiſsimè. Quod attendere debent viri ſpirituales, & quàm maximè eccleſiæ paſtores: quibus in hoc vigilandum eſt, vt vbique de regno Dei commiſſos ſibi populos doceant. *Paſtores eccleſiæ.* Sed & populi conuenire debent, quocunque audierint adeſſe paſtorem. Nullus eſt vel piſcator, vel trapezita, aut mercator, qui inuenta occaſione, non recogitet de lucro, & rete extendat, & pecuniam exponat negotiationi. *Similitudo* Quanto ampliùs & prædicator euangelij, cui commiſſum eſt verbum reconci- C liationis hominum ad Deum? Væ mihi ſi non euangelizauero, dicebat ille prædicator nobilis: neceſsitas mihi incumbit. *1. Cor. 9.* Attende & conſidera, quid egit cæleſtis rex, cùm iterum ad Iudæam venit. Sequuntur eum turbæ, forſan à Galilæa, vel (vt dixi) à Iudæa, audito quòd illic adeſſet. & ſanat infirmos eorum, & docet, ſicut mos illi erat: ſicut conſueuerat, dicit ſanctus euangeliſta. Conſuetudo ſit in paſtore & doctore docendi. *Doctrina aſsidua in ore paſtoris.* In hoc etiam imitandus eſt ſummus paſtor Chriſtus in docendo: ita quòd dicere de illis poſsimus, docent ſecundum ſuã conſuetudinem. Heu quàm longè hoc à noſtris paſtoribus: quorum vultum vix centum ex multis millibus ouium, agnoſcunt. Imo neque ipſi ſuorum pecorum faciem: ſciunt tamen, & ad vnguem, imò vſque ad obulum, quanti ſint fructus & prouentus ſuarum dignitatum: quibus nec multa millia aureorũ per ſingulos annos ſufficiunt. Sed iterũ de illis redibit ſermo. *Sicut conſueuerat.* Cõſuetudinem docendi ingerit ſuis diſcipulis magiſter optim⁹, qui cùm primò occurrit mul- D titudo hominum, de regno Dei docet. Precioſior eſt ſermo in ore paſtoris, audiuſque oues illum ab ore eius hauriunt: quàm ab alijs prædicatoribus. Neque ſemel in anno vel ipſa Metropolis ciuitas ab ore ſuorum paſtorum audit verbum de regno Dei, cũ certè ſtrictiſsimè demandatum illis ſit: Paſcite, qui in vobis eſt gregem, &c. *1. Pet. 5.* Turbæ ergo, audito quòd Ieſus à Galilæa aduentaſſet, ſequuntur illum: non in craſtinum, aut in hebdomadam ſequentem verbi Dei auditionem dimittunt, ſed vno animo & concordi voluntate veniunt: honorantes cæleſtem medicum & magiſtrum. Phariſæi verò amarulento & liuido animo etiam conueniunt. Vna erat illorum aduerſus Chriſtum ſententia, vna mens mala, & peſsimus animus. *Et accedentes Phariſæi, interrogabant eum.* Accedit factio Phariſæorum & Scribarum interrogantium, vt quaſi cornuto teneant eum ſyllogiſmo, & quodcunque reſpõderit captioni pateat. De quo ſtatim dicemus. Mirabile eſt valdeque timendum, ne in idipſum duritiæ cæcitatis, & incredulitatis

dulitatis exemplũ incidamus: ſicut & Pharisæi & Scribę. Quis non timeat in media luce, & inter tot mirabilia, & cæleſtia miracula, adhuc in cæcitate mentis & in duritia cordis homines iſtos perſeueraſſe? Quis nó in illa hora, cùm loquitur dominus Ieſus, de regno Dei, tanquam poteſtatem habẽs, non timeret accedere ad tentandum? Et quis non expaueſceret omnipotentem manum, quam videbant tot mirabilia operantem? Nihil horum à concepto peccato impios hos homines auertit, aut deterret: quos
Inuidus. inuidia ſtimulabat. Inuidus nanque, vel ignem ardentem non timet. Inuerecundi & infruniti animi eſt faciem maieſtatis, & manum omnipotentem non revereri. Verecundiores inuenti ſunt ſerui illi, qui cùm miſsi fuiſſent ad capiendum Chriſtũ a ſummis ſacerdotibus, reuerſi ſunt glorificantes
Ioan. 7. ſapientiam oris eius, & dicentes: Nunquàm ſic locutus eſt homo. Pharisæi vero accedunt interrogantes coram illa multitudine: vt multos haberent confeſsionis Chriſti teſtes, vel certè omnes contra ipſum excitarent, ſi prout eorum erat deſiderium & exiſtimatio, contra libertatem Moſaicam, de repudiandis vxoribus, quod inuiſum valde eſſet multitudini, loqueretur. Ecce fraternã
B dilectionem Pharisæorum: innumeros teſtes deſiderant aduerſus verbum fratris ſui: imò eoſdem omnes vindices verbi contra Moyſem & ſanctam legem. Interrogatio & quęſtio eorum erat. *Si licet uiro uxorem dimittere?* Exiſtimarunt nõ poſſe fugere laqueũ, & capiendum eſſe in ſermone, quodcunq; eſſet eius reſponſum. Si dixerit dimittẽdas eſſe vxores qualibet de cauſa, & ducendas alias, pudicitiæ prædicator ſibi docebit cõ
Cap. 5. traria, qui apud Matthæum dixit. Et qui dimiſſam duxerit, adulterat. Si autem reſponderit, non omnem ob cauſam debere dimitti, quaſi ſacrilegij reus tenebitur: & aduerſus doctrinam Moyſis, &c. Ecce vnde de Chriſto triumphum reportare exiſtimabant inimici eius. Propter quod dicit ſanctus Euangeliſta, *Tentantes eum.* Vt in malum rueret, & in præcipitium, quod parauerant pedi
Prou. 21. bus eius: ſed non eſt ſapientia, neque prudẽtia, neque conſilium contra dominum. Imò facilè perdet prudentiam prudentium, & ſa
1. Cor. 1. pientiam ſapientium reprobat altiſsimus.
Eſai. 29. Aduerſus hos ſcriptum eſt. Væ qui profundi eſtis corde, vt abſcõdatis conſiliũ veſtrũ à domino: qui ſcrutatur corda & renes: co-

A ram cuius oculis nox ſicut dies illuminabi- Pſal. 138.
tur, & omnia ſunt nuda & aperta corã ocu- Heb. 4.
lis eius: nullaque creatura inuiſibilis ei eſt.
Habes in Chriſto & Pharisæis, vnde in tentationibus & conſilijs aduerſus te inuentis ab inimicis tuis glorieris, neque fatigeris,
cùm in ſimilem tentationem incideris. Re- Heb. 12.
cogitate eum, qui talẽ aduerſus ſemetipſum ſuſtinuit contradictionem: vt non fatigemini, animis veſtris deficientes. Nouit dominus conſilia impiorum diſſoluere, & in nihi
lum redigere. Quod in Achitophel aduer- 2. Re. 17.
ſus ſanctum Dauid comprobatur: cuius ma- 4.
lignum conſilium diſsipatum eſt nutu domini per Chuſai Arachitem. Spera in Deo, & domino de te erit cura vigilas & aſsidua, & ipſe reſpondebit pro te omnibus aduerſarijs tuis. Cogitauerant Scribæ & Pharisæi capere in ſermone dominum Ieſum, & accedentes tentant eum in verbo hoc. *Si licet uiro uxorem dimittere quacunque ex cauſa?* Ratio dubij erat. quia per Moyſem licebat impunè dare libellum repudij inuiſæ vxo-
ri, ne eã interficeret, ſicut legimus in Deut. Cap. 24.
Si acceperit homo vxorem, & habuerit eã, & non inuenerit gratiam ante oculos eius, propter aliquam fœditatem, ſcribet libellũ repudij, & dabit in manu illius, & dimittet
B eam de domo ſua. Cumque egreſſa alterum maritum duxerit, & ille quoque oderit eã, dederitque libellum repudij, & dimiſerit de domo ſua, vel certè mortuus fuerit, non poterit prior maritus recipere eam in vxorẽ, quia polluta eſt & abominabilis facta eſt corã domino. Quod verbũ ad ſequentia valde eſt notandum. Erat igitur mos Iudæis, quacunque ex cauſa repudiare vxores, quod nũquàm Moyſes mandauit, ſed permiſit ad duritiam, id eſt, propter duritiam cordis Iudæorum, ne eas occiderẽt, niſi ſibi ipſis permitteretur repudiare illas, & alias ducere. Quod in verbis Moyſi, mandati habẽt vim, & eſt præceptum, hoc eſt, ſcribet libellũ re-
pudij, & dabit in manus illius, & dimittet eã *Contraria*
de domo ſua. Hoc eſt Moyſi mandatum, & *opinio eſt*
verè præceptum. Illud vero, quod antecce- *probabilis:*
dit, propter duritiam Iudæorum permitte- *ſed hæc cõ-*
batur, ad fugam maioris mali, ſicut & in vſu- *munis ſuſti-*
ris ſimiliter cum illis a[vetitum] eſt, ne fratribus *netur. Lu-*
ad vſuram pecuniam darent, conceſſum eſt *rãdus licet*
alieniginis fœnerari. Vtrunque tamen ma- *noſtrã exi-*
lum: ſed hoc minùs malũ. Permiſerunt etiã *ſtimet ma-*
veteres Romani vxorum repudia tanta li- *gis cõmunẽ*
centia, vt florente adhuc eorum rep. liceret *ſecundã ta*
cuique

men exiſtimat probabiliorē, & Palud. & Scotur.

Euſe. Ceſ. li. 3. de præpar. euāg. capit. 2. Ioſeph. 4. lib. antiq. S. Th. 2. 2 q. 78.

Repudia Romanorum, & libellus.

cuique & quacunque de cauſa etiam occulta, vxorem miſſo libello eijcere. Vnde cū Paulus Aemylius repudiaſſet vxorem ſuā Papyriam, Moſonis viri conſularis filiam, cum qua longo tempore vixerat, & ex qua nobiliſsimam ſobolem acceperat inclytum illum ac maximum Scipionem, Aemilius nullam diuortij cauſam indicare voluit: ſed abundè ſe ſatisfacere percontantibus exiſtimauit, ſi, porrecto pede, reſpōderet. Hic calceus nouus eſt, & pulcher: at nemo veſtrum nouit, qua parte pedem meum torqueat. Quam effrenem licentiam repudiorum ſequentes imperatores nonnullis fręnis inhibuerunt, vt in tit. 17. lib. 5. codicis apparet. Formula verborum libelli repudij Romanorum hæc erat. Papyria Moſonis filia res tuas tibi habeto. Iudæi nunc lōgioribus verbis in ſuis libellis vtuntur. Diē & annum à mundi creatione ſignant, teſtes manu propria ſubſcribunt, denique licentiā cōcedunt, vt ad arbitrium ſuum abeat, quò ei viſum fuerit, ducique poſsit ab omni viro, neque eam quiſquam præſumat prohibere. Et ſicut Imperatores Theodoſius & Valentinus ſtatuerunt, licebat vxoribus re-

Vxorem repudiare viros ex legibus Imperatorum.

Do. So. 4. S. d. 33. q. 2. ar. 2.

pudiare viros ſuos, lege, conſenſu. Si qua mulier maritum ſuum adulterum, aut homicidam, aut veneficum, aut certè contra noſtrū imperium aliquid molientem, vel falſitatis crimine condemnatum inuenerit, &c. Tūc repudij auxilio neceſſariam ei permittimus libertatem. Huiuſmodi autem leges ius canonicum non admittit, ſed duntaxat ſecundùm euangelium, vt fornicationis cauſa vir diuortium, hoc eſt, ſeparationē tori faciat. Non tamen aliquando licuit cuiquā mortalium repudium facere, & viuente vxore, aut marito ad alias nuptias tranſire, tāquàm ſi prius matrimonium diſſolutum eſſet. Licebat tamen viro aliam ducere, quia & vxorum pluralitas conceſſa fuit eis aliquando. Non tamen hoc licuit vxori dimiſſæ, quia vnam mulierem ſimul plures viros habere nullo vnquàm tempore permiſſum eſt: cū de ratione contractus matrimonij indiſſolubilitas ſit, niſi propter nuptias ſpirituales: nempe propter conuerſionem ad fidem, altero coniuge cum ignominia ſaluatoris in ſua perfidia perſiſtente. Canone, ſi infidelis. 28. q. 2. Gregorius ait: Contumelia ſaluatoris ſoluit ius matrimonij, circa eum qui relinquitur. Et Innocentius quartus cap. Quāto, de diuortijs, cap. Gaudemus eo titulo. In

C omnibus alijs etiam adulterio in altero illorum inuento manifeſtè, indiſſolubile eſt matrimonium. Quod aduerſus Caietanū præsbyterum cardinalium diximus. Et Iudæi repudiantes vxores manifeſtè ex ipſa litera Deut. conueniuntur, eo quòd non fiebat matrimonij diſſolutio, etiam per libellum repudij, cum non liceret eis vxores repudiatas, & ab alijs dimiſſas, ſiue per repudium, ſiue per mortem iterum ducere. Quia polluta eſt & abominabilis facta corā domino, dicit ſcriptura. Quod non eſſet, ſi qui repudiatam duxit, legitimus maritus eſſet, & non alienus. Quam matrimonij perpetuitatem in multis argumentis comprobat dominus Ieſus, à mundi conſtitutione petitis. De quo ſtatim. Permiſſum igitur erat ex Moyſi lege dare libellum repudij inuiſę vxori. Quærunt ergo Phariſæi tentantes dominum, an liceat quacunque ex cauſa vxorem repudiare? Temperat verò reſponſum ſaluator, vt decipulam eorum tranſeat, & interrogat ab eis, quid Moyſes circa rem hanc definierit. *Quid nobis præcepit Moyſes? Qui dixerunt: Moyſes permiſit libellum repudij ſcribere, & dimittere.* Hoc quod per miſsionē Moyſi fatentur, mandatum erat: ſicut ſupra cum beato Auguſtino dixi. Velle repudia-

Deut. 24.

Matrimoniū Iudæorū nō diſſoluebatur p repudium.

Dom. 5. 4 S. d. 33. q. 2. ar. 2. & 3.

NOTA *valde.*

D re, liberum erat, poſſe repudiare conceſſum & permiſſum: ſcribere autem libellum repudij præceptum erat: neque amplius illis concedebatur, ſcilicet tranſire ad ſecundas nuptias, licitè & ſine peccato, niſi cùm vxorum pluralitas erat licita: quod ipſi impunè facientes, licere ſibi iudicabant. Cùm ex natura contractus matrimonialis ſit indiſſolubilitas, viuente vtroque: etiam ſi adulterium in altero repertum eſſet. Quod dominus Ieſus comprobat, deſumpto argumēto à diuino creationis opere, ex verbis, quæ propheticè, & diuino ſpiritu afflatus, locutus eſt Adam. Et ſic inquit: *Ad duritiam cordis ueſtri ſcripſit uobis præceptum iſtud. ab initio autem creaturæ maſculum & fœminam fecit eos Deus. Propter hoc relinquet homo patrē & matrem, & adhærebit ad uxorem ſuam, & erūt duo in carne una. Itaque iam non ſunt duo, ſed una caro.* Ad duritiam cordis veſtri Adamantini ſcripſit vobis præceptum de libello repudij, non tamen mandauit repudium. Tanquàm minus malum, non vt minus bonum permiſit repudiare vxorem, non tamen licebat vobis repudiantibus, vel ipſis repudiatis, ad alias nuptias tranſire, quod ipſa originalis

nalis hominum conſtitutio demõſtrat. Nã maſculum & fœminam creauit Deus, non fœminas, quod ex priorum vxorum repudio quærebatur: ſed fœminam vnam creauit altiſsimus: vt vnius coniugis conſortia necterentur. Adhærebit vxori ſuę dixit: nõ vxoribus. Et erunt duo in carne vna. Quæ tria comprobant, quòd nullo modo, & nulla ex cauſa matrimonium rumpi poſsit altero viuente, neque dato libello repudij trãſire ad ſecundas nuptias. *Quod ergo Deus coniungit, homo non ſeparet.* Quod autem legis in Matthæo: Dico autem vobis, quia quicunque dimiſerit vxorem ſuam, niſi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur: ſtatim ipſe cæleſtis magiſter, quantum valeat huiuſmodi dimiſsio vxoris, exponit, cùm inquit: Et qui dimiſſam duxerit, mœchatur. Etiam dimiſſam propter fornicationẽ: qui huiuſmodi ducit, mœchatur. Sequitur manifeſtè, quòd adhuc dimiſſa vxor illius eſt, neque ruptum, aut diſſolutum matrimonij vinculum: aliàs adulterium non eſſet illam ducere. Non enim committitur adulteriũ, niſi in alienam: aliena autem non eſſet, niſi prioris mariti adhuc vxor permaneret, quãuis repudiata. Hoc argumentum præuidit Eraſmus; & dixit, cùm ſtatuit ſententiam hæreticam, quòd liceret quidem marito ad alias nuptias tranſire propter adulteriũ vxoris; non tamen licere adulteræ alium virum ducere: quia hoc in pœnam ſui adulterij ſtatutum eſt. Sed militat manifeſtè argumentum contra ipſum & Caietanum. Non ergo licet viro, etiam propter adulterium publicum vxoris, ipſa viuente aliam ducere: quãuis repudiũ ſibi liceat, quod manifeſtè Matthæus, Lucas, & Marcus teſtantur. Et aduerſus Eraſmum eſt vniuerſorum patrum, & Theologorum ſententia. Denique & Concilium Florentinum, quod fuit generale, in definitione fidei Armenis data, de Sacramento matrimonij ſcribitur. Aſsignatur triplex bonum matrimonij. Primum eſt proles ſuſcipienda & educanda ad cultum Dei. Secundum eſt fides, quam quiſque coniugũ alteri ſeruare debet. Tertiũ indiuiſibilitas matrimonij: propter hoc quod ſignificat cõiunctionẽ Chriſti & eccleſiæ. Quamuis cauſa fornicationis liceat tori ſeparationẽ facere: non tamen aliud matrimonium contrahere fas eſt, cùm matrimonij vinculum legitimè contractum perpetuum ſit. Quod Paulus apoſtolus, non vno loco tantùm do-

NOTA ualde.

In annotationibus ſuper. 7. cap. 1. ad Cor.

Matrimonij triplex bonum.

1. Cor. 7. Rom. 7.

A cet. Et nota diligenter verba Auguſtini, vt locum apud Matthæum intelligas. Inquit Matthæus: Dico autem vobis, quia quicunque dimiſerit vxorem ſuam, niſi ob fornicationem. Vbi Auguſt. Quamuis ſceleratiùs mœchatur, qui non cauſa fornicationis vxore dimiſſa, alterã duxerit, quod genus adulterij commemorat Matthæus: tamen non ſolùm ipſe mœchatur, ſed ſicuti eſt apud Marcum, Quicunque dimiſerit vxorẽ ſuã, & aliam duxerit, adulterium committit ſuper eam: & ſi vxor dimiſerit virum ſuum, & alii nupſerit, mœchatur: & ſicuti eſt apud Lucam: Omnis qui dimittit vxorem ſuam, & ducit alterã, mœchatur: & qui dimiſſam à viro duxerit, mœchatur. Vbi nota, quòd verba illa, Niſi *ob fornicationem*, non dicunt exceptionem, ſed quandam limitationem, aut reſtrictionem, quæ perinde eſt, ac ſi dixiſſet, non in cauſa fornicationis, aut ſine cauſa fornicationis. Neque inde ſequitur, quòd fornicante vxore, liceat viro alii nubere, ſicut ſupra comprobauimus. Vxor vt dimittatur, vna carnalis cauſa eſt, fornicatio: vna ſpiritualis, timor domini: vt viua ea, alia ducatur, nulla cauſa in Dei lege eſt. Gloſſa ordin. ex Auguſtino. Licuit ergo Iu-
B dæis per Moyſem repudium facere: & impunè aliam ducere vxorem: non tamẽ vxori aliquando conceſſum fuit, etiam repudiatæ alium virum ducere, priori viuente. Hęc eſt communis opinio: quamuis contraria eſt etiam probabilis: quod ſcilicet permiſſum eſt aliam ducere, tanquàm minus bonum: quam tenet Scotus, Palud. & Duran. Sed cõmunis opinio mihi probatur, nimirũ permiſſum eſſe libellum repudii, tanquàm minus malum, & aliam ducere. Quod inde cõſtat quia vſus eccleſiæ habet, ſicut docet Innocentius: Si quis legitimã repudiauit vxorem, licet aliam duxerit, cogitur, dum ad fidem conuertitur, aliis dimiſsis, cum illa repudiata reconciliari & permanere, ſi modo voluerit conuerti. Ergo per repudium nunquàm fuit inter gentes diruptum matrimonium. Hæc dicta ſint nobis ſecundum rigorem ſcripturæ & conciliorum, & canonũ, & magiſtrorum. Ad literam reuertamur. *Ab initio autem creaturæ maſculum & fœminam fecit eos Deus.* Obſerua quod Gregorius Nyſſenus inquit: Si primi parentes non peccaſſent, generatio prolis, & propagatio generis humani non fuiſſet per coitum: ſed per modum quendam multiplicationis perfe-

ctiſsi-

Aug. lib. de adulter nis coniugijs, cap 9.

Cap. gaudemus de diuortijs.

Niſſenus Li. de creatione hominis. ca. 23.

C ctiſsimum,quo multiplicati ſunt angeli.Nã generatio hæc,quæ fit ex concubitu, propter peccatum eſt introducta.Huic ſententiæ ſubſcribit Ioannes Damaſcenus. Et inter alia inquit: Deus præſcientia ſua omnia ſciens, antequàm fiat, quòd futuri eſſent tranſgreſſores,& morte condemnandi,anticipans fecit maſculum & fœminam:& augeri & multiplicari præcepit.Et ante Damaſcenum Auguſtinus, & Chriſoſtomus, & Præcopius,& Euthymius.Doctores iſti,& ſi qui alij eis ſubſcribunt, ex eo tracti ſunt in hanc ſententiam,quia non videbãt, quo modo ſine ardore libidinis generatio fieri potuit:quæ libido longè ab illo ſtatu innocentiæ erat.Auguſtinus verò libro de ciuitate Dei,dimittens priorem ſententiam dicit:Abſit vt ſuſpicemur non potuiſſe prolẽ fieri ſine libidinis morbo, ſed eo voluntatis nutu mouerentur illa membra,quo cætera,& ſine ardore, & illecebroſo ſtimulo, cum tranquillitate animæ & corporis. Et libro retractationũ dicit: Homines ante peccatum genitalibus membris ad procreationem imperare poterant,ſine fœdæ voluptatis pruritu. & potuerunt eſſe in paradiſo nuptiæ honorabiles,& torus immaculatus ſine ardore libidinis,& ſine labore pariendi. Quæ enim ſunt naturalia homini,neq; ſubtrahũtur,neq; dãtur homini propter peccatum.Eſſet ergo propagatio generis humani per coitũ,ſicut mẽbra ipſa teſtantur.Obſerua ſecundò,q ſaluator abſolutè inquit: *Ab initio creaturæ*, nõ talis aut talis, humanæ vel angelicæ:ſed creaturæ inquit:In quo cõfirmata eſt ſententia Cõcilij Lateranenſis Romæ ſub Innocẽtio.3. anno dñi.1215.Creator omniũ inuiſibiliũ,& viſibiliũ, ſpiritualium, & corporaliũ ſua omnipotẽti virtute ſimul ab initio tẽporis vtramq; de nihilo cõdidit naturã:ſpiritualẽ & corporalẽ,angelicã videlicet & humanã.Sed attende ne hæreſeos notã ex hac ſentẽtia grauiſsimis eccleſiæ doctoribus obijcias, ſcilicet Gregorio Nazianzeno,& Hieronymo,& Ambroſio, & Hilario,& Iſidoro Hiſpalenſi epiſcopo, Ioãni Damaſceno,& plæriſq; alijs tã Græcis,quàm Latinis,quos enumerare longũ eſſet. Satis eſt,quod Caſsianus indicat hanc fuiſſe cõmunem opinionẽ ſuo tẽpore,q lõgè ante hãc creaturã viſibilẽ,cõdidit Deus naturã illã angelicã, ſicut & oẽs illi patres teſtantur,& huic opinioni ſubſcribũt: ſed & Origenes.Nõ ergo hæreſeos arguẽdi ſunt

Damaſcenus lib. 2. de orthodoxa fide.ca. 28.

Aug. 1. in Gen.c.19 Præcop.in Gen c. 4. Euthym.ſuppſal.50

Nazi.ſer. de natali domini. Hieron.in comẽt.epiſt. ad Titũ in priori expoſitione. Amb.li.1. exem.c.5. Hilar.12.

tanti patres:ſed attẽdenda eſt intentio ſacri concilij,& ſic de verbis eius oportet indicare.Eſt autẽ (inquit D.Thomas) cõcilij propoſitũ refellere errorẽ,ſiue Origenis,ſiue eorũ qui dixerũt ſpirituales ſubſtãtias primò productas à Deo,vt ſpirituali dignitate potirẽtur:deinde cùm peccaſſent, creata fuiſſe corpora omnia,quibus veluti carceribus detruſæ,ſcelerũ darẽt pœnas. Lege D. Aug. vbi permittit,vt in hac re ſentiat vnuſquiſq; liberè quod velit: dũmodo ſpirituales ſubſtantias Deo coæternas nõ faciat,& omnia tã viſibilia,quàm inuiſibilia affirmet à Deo in tẽpore condita.De quo lege.S.Thomã, & Caiet.qui docet, In ſenſu ergo,in quo ſit accipiẽda eſt litera cõcilij:nõ in ſenſu quem facit. Ab initio ergo creaturæ maſculũ aut fœminã fecit eos Deus:& cõiunxit maſculum & fœminã,& fecit vt eſſent non duo; ſed vna caro. Vnũ dicit,vel propter cõiunctionẽ,vel propter originẽ fœminę, quę de maſculi latere creata eſt.Sic Aug.Et vir adhęrebit vxori ſuæ amore & cohabitatione, & per copulã carnalẽ ad prolis generationem,in propagationẽ religionis,& cultũ diuinum.

de Tri. & libello contra Auxẽtiũ.Iſid.li. de ſumo bono.c. 12. Damaſ.li. 2.orth. fi. c.3.Caſ.li. 8.collatio. Orig. ho. 4.in Eſai. Tho in expoſitione primæ decretalis.

Aug.li.14 de ciuitate Dei.c.22.

D Ecce veſtri matrimonij dignitatem; honorẽ,officiũ,amorem mutuum,& fidelitatẽ,deniq; & indiſſolubilitatẽ.Deus fecit maſculum & fœminã; vtrunq; ſexum generationi aptũ,ſecundũ actiuũ & paſsiuũ principium.Deus qui ſexuum fuit cõditor, fuit matrimonij author,& ſanctificator. Quod ergo Deus coniunxit (inquit) &c. Propter hoc dictũ eſt à Paulo apoſt.Honorabile cõnubium in omnibus,& torus immaculatus. Honore digniſsimũ,quod à dño cõditum, & inſtitutũ eſt.Vnde nota,quomodo vtriuſque teſtamẽti patres,qui deo ſuo chariſsimi fuerunt,matrimonij fœdera habuerũt.Abrahã Dei amicus,charus,& familiaris, Iſaac ſanctus,Iacob dilectus vxores habuerunt. Sed & Iob,Moyſes,Samuel,Dauid,Eſaias, Petrus,Andreas,& ſicut placet D.Hieronymo,Ioãnes. Deniq; non prius virgo Regia Deũ & hominẽ generat Chriſtũ Ieſum,quã matrimonio ſit copulata: ſed non venit ad nuptias Ioſeph vir ei9,quæ de Spiritu S.fuit grauida.Honorabile ergo cõnubiũ in omnibus,& immaculatus torus, quẽ Deus in tãtis patribus dedicauit,& ſanctitudinẽ eius demõſtrauit.De quo multa in ſuperioribus ca.4. *Et in domo iterũ diſcipuli interrogauerũt eũ de eodẽ.* Nõ tentantes ſicut Phariſæi:ſed præ deſiderio agnoſcẽdæ veritatis in ſermone,

Heb.13.

Matrimonium valde commendabile.

& Moyſi,

Inquiſitio ueritatis, quàm neceſſaria.
Mens animæ.
Phil. li. de mundi opificio primo in exordio.

& Moyſi, & Saluatoris, quod legimus ſæpè A feciſſe. Laudabile ſtudiũ, & cũctis diſcipulis dñi imitandũ. Altitudo cæleſtis ſermonis, & noſtri ingenij imbecillitas excitare debẽt mentẽ & deſideriũ noſtrũ, ad inquirendam verã & germanã dictorũ intelligentiã. Mens ergo noſtra, quã ſapientes animã animæ dixerunt, quemadmodũ pupilla in oculo, quã & ſcrutatores naturæ dicũt eſſe oculũ oculi, peruigil debet eſſe in indagãda, & inquirẽda veritate maximè in dictis æternę ſapiẽtiæ. Lõgè tamẽ à ſuperbis ſtudiũ hoc, longè certè ab ignauis hominibus, quibus nihil minus, quàm amor adiſcendæ veritatis, qui denique nolũt intelligere, vt bene agãt. Qui dicunt vidẽtibus, nolite videre nobis quæ recta ſunt. Imò videte nobis errores, & placẽtia loquimini. Iterũ interrogãt humiles diſcipuli, amatoreſq; veritatis magiſtrũ cæleſtẽ de eodẽ. Interrogauerũt phariſęi: ſatiſq; in verbo illo diſcere potuerũt: ſed auidiùs & feruentiùs quærunt à magiſtro, quid voluit ſignificare in verbis ſuperioris ſententiæ. Nõ erubeſcũt ſecundò interrogare, quẽ priùs nõ intellexerãt perfectè ſermonẽ rei difficilis. Quot elati & ſuperbi inueniuntur, qui de ſibi neceſſarijs nõ audẽt magiſtros eccleſię cõſulere: neq; ſacerdotẽ dñi, cuius labia cuſtodiũt ſcientiã: quia angelus dñi exercituũ eſt. Aduerſus quos eſt ſermo dñi in Eſaia. Væ filij deſertores, dicit dñs: vt faceretis conſiliũ, & nõ ex me, & ordiremini telã, & nõ per ſpiritum meũ: vt adderetis peccatũ ſuper peccatum, qui ambulatis, vt deſcẽdatis in Aegyptũ: & os meũ non interrogaſtis, &c. Sed & multi inueniũtur, qui in viã Achab regis Iſrael ambulãt: qui prophetas ſuos interrogãt, qui & mendaciũ reſpondent eis pro voto cordis ſui nequã, quaſi ex ore dñi. Quòd etiã ſi Michæas adſit, qui vera prædicet, adhuc in ſentẽtia procaciter & pertinaciter perſeuerãt: percuſſo ipſo propheta. Sed pereunt in bello cũ duce erroris eorũ. Achab nanq; etiã ſi audiuit ab ore Michææ, ꝙ ſpiritus mendax eſſet in ore ſuorũ prophetarũ, noluit tamẽ vocẽ dñi audire, & percuſſus ſagitta inter pulmonẽ & ſtomachũ mortuus eſt. Quòd ſi Michęã audiſſet, fugiſſet vtiq; tãtum malũ. Paſsim inter principes & potẽtes hoc cõpletur, quod in Achab: nõ tamen emẽdatur. Humilis verò Dauid conſulit dñm in percutiẽdis Philiſtæis, & agnita eius volũtate, abijt & pugnauit aduerſus eos. Cõſuluit dñm aſcẽſurus ad regni

Pſal. 35.
Eſai. 30.
Prou. 14.
Malac. 2.
Cap. 30.
3. lib. Reg. cap. 21.
3. Reg. 22
1. Reg. 23
2. Reg. 2.

ſceptrũ, & multoties deinde. Interrogãdus ergo eſt dñs & cõſulendus, maximè a principibus in rebus grauibus ac difficilibus: Et quã maximè à magiſtris, qui ex officio docere habẽt dñi populos: vt probatiſsima & puriſsima ſit eorũ doctrina: bibãtq; greges aquã limpidiſsimã, nõ conculcatã & turbidã ex mẽdacio & erroribus. Benè eſt quod iterũ dñm de re magna interrogãt apoſtoli, vt ſermo eorũ ad nos omnẽ firmitatẽ & certitudinẽ habeat. Quã rẽ magni facit ſacratiſſimus Paulus ad Ephe. Et ipſe dedit quoſdã quidẽ apoſtolos, quoſdã autem prophetas: alios vero Euãgeliſtas, alios vero paſtores & doctores ad conſummationẽ ſanctorum in opus miniſterij: in ædificationem corporis Chriſti, donec occurramus omnes in vnitatẽ fidei & agnitionis filij Dei, in virũ perfectũ, in menſurã ætatis plenitudinis Chriſti: vt iã nõ ſimus paruuli fluctuantes, & circũferamur omni vẽto doctrinæ in nequitia hominũ, &c. Firmũ ergo & ſtabile eſt, quod nobis ſacri apoſtoli tradiderunt, nõ ſemel interrogarũt: ſed cum domi eſſet, iterũ diſcipuli quærũt à Chriſto dextrũ ſenſum dictorũ. Non eſt quòd dubites in doctrina, nõ eſt ꝙ hæſites, aut quod debeas vertere in B quæſtionẽ: cùm apoſtoli ſacri, quæ ab ore dñi audierũt nobis infuderint, & inuiolabili cuſtodia ab eccleſia cuſtoditũ ſit, & per manus & ſucceſsiones epiſcoporũ ad nos peruenerit. Et dixit illis Ieſus. *Quicunque dimiſerit uxorem ſuã, & aliã duxerit, adulteriũ cõmittit ſuper eã. Et ſi uxor dimiſerit uirũ ſuum, & alij nupſerit, mœchatur.* Manifeſtiſsima eſt doctrina euãgelij huius: neq; erat, vnde Eraſmus os nequã aperiret aduerſus apertã ſcripturã euangelij, & D. Pauli. Sed neque Caietanus deſiderare debuit concilij generalis definitionẽ, habẽs apertam ſcripturam, quã inſequi debuit. Sed & ante eius aſſertionem iam extabat concilij generalis manifeſta determinatio. Clarus & lucidus eſt ſermo: Quicunq; dimiſerit vxorẽ ſuam, & aliã duxerit, adulterium cõmittit ſuper eam: & ipſa ſi alij nupſerit, mœchatur. Non ergo rũpitur vinculum matrimonij propter adulterium, ſed viuente viro, alligata eſt vxor lege viri, & viuente vxore alligatus eſt vir. Quoad torum, & menſam, & alia fieri poteſt diuortium, & interdum eſt neceſſarium: de quo ſtatim: aliàs innupta maneat: quia quod Deus coniungit, homo ſeparare non debet, neque poteſt. Obſerua quod hic

Doctrina ab apoſtolis, quàm firma & uera.
Cap. 4.
Eraſmus arguitur in ſte.
Diuortiũ quãdo fieri poteſt aut debet.

Sponſalia multis de cauſis reſcindi poſſunt. *Cap. de illis. i. Et ca. Nobis, de ſpōſalibus impuberū. Cap. Præterea. de ſpōſalib⁹. Ca. Sicut ex literis, de ſpōſ. Cap. De illis. De conditione appoſitis. 27. q. 2. Si quis ſponſam. Cap. ex literis. Cap. Litera. Cap. Dilectus.*

C non eſt ſermo de ſponſalibus: quippè quæ ante quàm fuerint per copulam ex animo maritali conſummata, procul dubio propter fornicationem dirimi poſſunt, ſi voluerit innocens à peccatore recedere: etiam ſi ſponſalia fuerint iuramento firmata: ſicut habetur in cap. Quemadmodum de iure iurando. Et multis alijs de cauſis ſponſalia reſcindi poſſunt. De quo habetur cap. Veniens. Extra. qui monachi. Et habent Doctores ſcholaſtici in. 4. ſenten. d. 27. Nulla tamen cauſa contingere poteſt, quare matrimonium ratum, vel conſummatum dirimatur propter adulterium. Conceſſum eſt ergo diuortiū vnicuiq; cōiugū aduerſus adulterum, ſicut docet Innocentius Papa, Canone, Chriſtiana. 32. quæſt. 5. vbi ait: Chriſtiana religio adulterium in vtroque ſexu pari ratione condemnat. Pari enim ratione tenentur vir & vxor ad fidem ſeruandam, ſecundùm apoſtolum. Paria enim delicta mutua compenſatione diſſoluūtur. Quanquàm in hoc etiam Caietanus nō vult vxorē viro æquare. Super. 19. c. Matt. Cuius aſſertio condemnata fuit Pariſijs: tametſi ipſe dixerit, conatus abſtergere labem, id ſe non aſſeruiſſe, hæc tamen ſunt D eius verba: Nemo ex euāgelio colligat vxori licere virum dimittere: quoniam Deus id nō conceſſit. Quod reprobatum eſt multis canonibus, Canone ſcitato, Chriſtiana. Et eadem cauſa. q. 7. canone Apoſtolus: qui eſt Auguſtini, & canone, Vxor à viro, qui eſt Ambroſij. Et ex concilio Mileuitano canone, Placuit.

Diuortiū propria authoritate non fit.

Sed obſerua, quòd diuortiū huiuſmodi, ſecundùm ſuam integram rationem, fieri non debet, neque poteſt priuata authoritate viri aut vxoris. Publicum enim ſupplicium, niſi à iudice fieri non debet. Quo ad torum & amplexum fieri poteſt à quocunque illorum propria authoritate: ſi certum ſit adulterium. Serua ſecūdò, quòd ſiue vir, ſiue vxor ius hoc amittunt per adulterium ſequens.

Aliquādo in præcepto.

Obſerua vltimò in hac materia, quòd aliquando eſt ſub præcepto diuortium: eo ſcilicet tempore, cùm emendationem adultera non vult recipere: ſed perſiſtere in ſuo crimine, & illud eſt publicum.

Refertur, 32. q. 1.

De quo Chryſoſtomus ſuper. 11. c. Matthæi. Sicut crudelis & iniquus eſt, qui caſtam dimittit vxorem: ſic fatuus eſt & iniuſtus, qui retinet meretricem: patronus autem turpitudinis eſt, qui celat crimen vxoris.

Cap. 18.

Nam vt habetur libro prouerbiorū: qui C expellit mulierem bonā, expellit bonum: qui autem tenet adulterā, ſtultus eſt & inſipiens. De quo B. Hieronymus: & firmiùs Paulus apoſtolus. Qui adhęret meretrici, vnū corpus efficitur cum illa. *1. Cor. 6.* At verò cùm vxor adultera iam per pœnitentiam recantata palinodia, emendata eſt: non tenetur eam maritus relinquere. Locus ergo reconciliationi poſt emendationem patet, ſicut docet Apoſtolus: Si vxor a viro diſceſſerit, maneat innupta, aut viro ſuo reconcilietur. *1. Cor. 7.*

Regula iuris.

Neque regula iuris in contrariam ſententiā te inducat. Quod ſemel benè definitum eſt, nulla debet iteratione detractari: quia ſtatutum eccleſiæ in faciendo diuortio non erat compulſoria definitio, vt coniux neceſſariò dimittat adulteram, niſi incorrigibilem: ſed permiſſoria, vt dimittat ſi velit. Quare ſemper eſt ei integrum, etiam facto diuortio illam ad ſe reducere, cum emendata fuerit. De quibus omnibus ſit ſatis. *Et offerebāt illi paruulos, ut tangeret eos: diſcipuli autem comminabantur offerentibus.* Haud dubium quin à parentibus actum hoc ſit: quippè qui erga filios curam paternam agentes, magnum bonum & fœlicitatem prouenturam illis D ex tactu ſaluatoris exiſtimabant. A quo tot ſanitates in omnes debiles & infirmos decurrebant. Afficiebantur pietate in Chriſtū & ex vera religione in ipſum filios ſuos illi offerebant: vt ſingulis ſaltē manū imponeret ad ſalutē corporalē & ſpiritualē. Actus ergo eorum pius ſimul & religioſus erat, & laudabilis. Quomodo non expectabilis ac deſiderabilis tactus manus Chriſti, cùm & fimbria veſtimenti eius ſanguinariam curauerit à fluxu antiquæ infirmitatis? *Mar. 6. & Mat. 9* Sed quis enumerabit, quanta magnalia & mirabilia in manu ſua operatus fuit ſaluator? Quæ recogitantes homines iſti, offerebant ei paruulos ſuos. Apoſtoli verò adhuc rudes, cōminabantur offerentibus: ac ſi faſtidio afficerent magiſtrum, cùm certè obſequium & gratum opus impenderent.

Pueri quā amabiles.

Quod inde cōprobatur, quia id indignè tulit aduerſus apoſtolos, qui huiuſmodi impedire curabant. Omnia ſunt iucunda & amicabilia in paruulis, ætas, innocentia, manſuetudo, venuſtas & candor virgineus, & teneritudo ipſa: de qua multa diximus ſuperiori cap. cū Clemente Alexandrino. Propter quæ omnia & alia non ſolùm non debuerunt ſacri apoſtoli prohibere offerentes: verùm & inducere oportebat eos ad tale op⁹: præcipuè

quia

quia dudum experti fuerant, quã magnã oc- A
caſionẽ doctrinæ in paruulo puero inuenit
dñs Ieſus: & quãta docuit ad ſalutẽ eorũ, &
noſtram: neq; nunc ſimilẽ prætermittit: ſed
ait: Sinite paruulos venire ad me: & ne phi
bueritis eos. Talium eſt enim regnum Dei.
Talium dixit ſignificanter, non illorum.
Quaſi dicat: Mores regnant, non ætas. His
promittitur regnum Dei, qui ſimilem ha-
Matt. 19. bent ſimplicitatem & innocentiam. Sinite
paruulos venire ad me. Et ſummo ſtudio in-
uigilate, vt omnes homines veniant ad me:
pro omnibus veni in hunc mundũ: & om-
nes volo ſaluos facere: omnes qui laborant,
Ibid. c. 11. voco, vt eos reficiam. Sinite paruulos veni-
re ad me: & ſi oportuerit pro aduentu eorũ
ad me, animas veſtras impendite & ſuperim
pendite: tantum abeſt, quòd prohibere de-
beatis venientes ad me, & offerentes. Sed at
tendite quàm gratum ſit hoc cordi meo. Ta
lium eſt regnũ cælorũ. Quã obſecro mihi
erunt chariſsimi & amici: quã iucundũ eos
tangere, qui bus paratũ eſt regnũ cælorum,
vel quia magiſterium habent & formam ad
inſtructionẽ eorũ, quibus regnũ Dei ante B
mundi conſtitutionem repromiſſum eſt: &
magiſteriũ quidem in his reſplẽdet philoſo
phiæ, quã ego multo vos doceo ſtudio. Ta-
Benedictio Christi ad paruulos. liũ eſt enim regnũ cælorũ. Amplexatus e-
nim eſt eos: & manus imponens benedixit.
In benedictionibus ſpiritualibus, non ſicut
Gen. 48. Iacob filium ſuum: aut aliquis alius patrum:
ſed in benedictionibus deſurſum & cæleſti-
bus, ad regnum & patriã conducentibus. O
ter quaterq; beati, quibus datum eſt per ma
nus ſaluatoris benedici: & inter ſacros am-
plexus diuinis frui muneribus. Quid am-
plius nobis eſſet deſiderandum? Et quid ma
gni pro hac gratia eſſet ad offerendũ diffi-
cile? Fœlices & diuites facit cæleſtis Chri-
ſti benedictio, & cælis excelſiores. Benedi
2. Reg. 6. xit dominus Obededon, & omnem domũ
eius propter arcam teſtamenti ſui, quæ ex
mandato Dauidis diuertit apud illum. *Com
plexans eos, & imponens manus ſuper illos, bene
dicebat eos.* Nemo illorum hominũ, qui par-
uulos ſuos offerebat Chriſto, tanta auderet
quærere aut ſperare: Amplexum ſcilicet, &
manus impoſitionem, & benedictionem.
Per quæ omnis & grandis ſpes inſeritur cor
dibus fidelium, inueniendi plenitudinẽ bo
norum à Chriſto ſi velut paruulus accedat
Li. 1. Re. cap. 9. vir multorum dierũ ad thronum gratiæ eius
in auxilio opportuno. Cùm eſſet Saul par- A
uulus in oculis ſuis, inuenit à dño, imò ipſe
obtulit ei ampliſsimi regni ſceptrũ ſuper cũ
ctum Iſraël. Sed & noſtrã fœlicitatẽ deſcri
bit Apoſt. neq; ſine ingẽti gaudio, aut gra-
tiarũ actione: Benedictus Deus & pater dñi Ephes. 1.
noſtri Ieſu Chriſti, qui benedixit nos in
omni benedictione ſpirituali in cæleſtibus
in Chriſto: In quo conditi ſumus: in quo re- Colos. 1.
dẽpti, in quo ſignati ſpiritu pmiſsionis ſan-
cto, In ipſo benedixit nos, non in vna bene-
dictione tantũ, vel ipſa tẽporalis iucũdita-
tis, aut carnalis & caduci boni: ſed in omni
benedictione ſpirituali: Vides quãta eſt no
ſtra fœlicitas in Chriſto, & per Chriſtũ? Vn
guentũ Aaron etiã vſq; ad orã veſtimenti Psal. 132.
ſui deſcẽdit in ſua vnctione. In quo ſignifi-
catur, q de plenitudine Chriſti vniuerſum
corpus eius, quod eſt eccleſia, ſanctificatur
accipiens gratiã pro gratia. Quantũ doluit Ioan. 1.
& illachrymatus fuit Eſau pro benedictio- Gen. 27.
ne patris ſui Iſaac, quę in bonis tẽporalibus Heb. 12.
ſuũ Iacob magnificauit: quę citò euaneſcũt.
Quantũ & deprecatus eſt patrẽ ſenẽ, vt ſal-
tem vel vnã paruulam benedictionẽ ab eo Benedictio dñi quàm desiderabilis.
B acciperet. Diligentius ſtudiũ adhibendũ, &
impendendum eſt, pro inuenienda benedi-
ctione dñi Ieſu. Et tantum in hoc ſit luctus
& mœror, ſi extra ſuam benedictionẽ in-
uẽti fuerimus: certiſsimè ſcientes, q exul e-
rit à regno, qui expers benedictionis fuerit.
Pro qua orabat S. Propheta Dauid in ma-
gno deſiderio, & vehementi ſpiritu. Benedi Psal. 66.
cat nos Deus Deus noſter, benedicat nos.
Affectũ vtrobiq; demonſtrat, & cùm no-
mẽ Dei in oratione replicat, & benedici,
bis repetit. Quomodo nõ deſideranda hæc
benedictio, & ſummo loco reponẽda, cùm
cæleſtis magiſter dicat, Taliũ eſt regnũ cæ-
lorum? Et iterũ. *Amen dico vobis, quiſquis non
receperit regnũ* Dei *velut paruulus, non intra-
bit in illud.* Et certè aut dignos inuenit ſua
benedictione, quos amplexatur, aut dignos
facit regno cælorũ, quos benedicit & ample
xatur. Deniq; generalẽ ſententiã ad vniuer
ſum prorſus mundum iterùm promulgat.
Quiſquis non receperit regnum Dei velut
paruulus, non intrabit in illud. De quo iam
ſupra diximus. Amen fideliter dico vobis:
Quiſquis fide & opere non acceperit re-
gnum Dei velut paruulus, non intrabit in Humilitas quanto studio commẽdata à Christo.
illud. Totum ſtudium impendit ſaluator in
docẽdo ſuos Apoſtolos de humilitate cor-
dis, & de paruulorum innocentia. Homi-
nes cùm adhuc eſſent, ad magiſtratũ aſpi-

tabant,& cathedram ambiebant,quod hoc
cap.cõprobatur, ac deinceps in cœna. Vt
autem viam planam ac regiam ad regnum
Dei ſterneret,& quaſi digito demõſtraret,
amplexatur paruulos, quos ipſi prohibe-
bãt,ætatis ſcilicet infantilis: & in vlnis acce
pit,ac velut pater blãdiebatur:dein.q; ad apo
ſtolos aliquali indignatione propter prohi
tionẽ paruulorũ inquit: Amen dico vobis,
quiſquis non receperit regnum Dei velut
Apoc.ult. paruulus, non intrabit in illud. Nihil enim
inquinatum ingredietur in regnũ cælorum:
propter quod magno ſtudio inuigilandum
eſt in quærenda infantium puritate, non
1.Cor.14 ignoratione:ſicut docet Apoſt. Nolite pue
ri effici ſenſibus: ſed malitia paruuli eſtote.
1.cap.2. Et Petrus:Sicut modo geniti infantes,ratio
nabiles ſine dolo.Quod longè antè præui-
dens propheta Dauid decantabat: Cuſto-
diens paruulos dominus: humiliatus ſum,
& liberauit me: Conuerſus ſum in paruulũ
Iacob.4. per humilitatem ,& liberauit me. Superbis
nanque reſiſtit, & confundit eorum iuſti-
1.Cor.1. tiam:& elegit humilia,vt confundat fortia:
& humilibus dat gratiam. Obſerua quàm
multa bona hiſce paruulis repromiſſa ac re-
Pſal.114. poſita ſunt in ſacris prophetis. Intellectum
dat paruulis. Cuſtodit paruulos dominus.
Cap.33. Doctor dicitur,& haberi vult paruulorũ,ſi
cut legis apud Eſaiã.Quãta ſunt hæc, quàm
deſiderabilia ſi noſti? Deniq; à regno Dei
exul efficitur,quiſquis vt paruulus nõ rece
perit illud. Et iuxta hũc ſenſum dictũ eſt à
Matt.11. Chriſto. Reuelaſti ea paruulis. Non dixit
ſtultis & inſipientibus, ſed paruulis,id eſt,
humilibus,& puerorũ innocentiã ſectanti-
bus:atq; inſerentibus eã & pectori & ſenſi-
bus. Pondera qualis ſit doctrina,de qua to-
ties ſermonẽ inculcat Chriſtus, & in cuius
obſeruantia, aut regnũ, aut mors æterna in
eius tranſgreſsione repoſita ſunt. Neq; me-
dium datur in ſermone iſto, inter filios re-
gni & perditionis:cũ de adultis ſit, ad eoſq;
dirigatur. *Et cum egreſſus eſſet in uia, procurrẽs
quidam genu flexo ante eum, rogabat eum dicens:
Magiſter bone, quid faciam ut uitam æternã per-
cipiam?* Congruè quidẽ occurrit vir hic, aut
adoleſcens, qui princeps erat ſecundùm Lu
Cap.18. cam:& interrogat de via,qua itur ad regnũ,
& cæleſtẽ patriam, quã vitã æternã appel-
lat. Audierat fortè dominũ Ieſum dicentẽ:
Amen dico vobis, quiſquis non receperit
regnum Dei velut paruulus,non intrabit in
illud. Cupiens ergo clarè,& non in parabo

C lis, aut ænigmate, ſcire in quo paruulorum
imitationem,tanquàm neceſſariã ad vitam
præcipiebat,ne ex ignoratione,tantæ fœli-
citatis faceret iacturam, accedit corpore &
mẽtis deſiderio ad Chriſtũ:exhibitaq; reue
rentia genu flexo(non enim procidit ſuper
faciẽ ſuam, cùm Chriſtum haud verum &
perfectũ Deum crederet, ſicut ſtatim dice-
mus cũ Athanaſio & Ambroſio)inquit:Ma
giſter bone,&c. Fœlices & cõmendatione
digniſsimi fuerunt apoſtoli: qui in dubijs
os dñi interrogauerũt:vt certiores in omni-
bus ad ſalutẽ ſpectantibus fierent. In hunc
modũ fœlicẽ prædicabo hunc adoleſcentẽ:
Accede cũ illo,& interroga de ſemitis anti *Hierem.6*
quis,quæ ſit via bona,& ambula per eam,&
inuenies refrigeriũ animæ tuæ. Quod alijs
verbis ſaluator dixit,indicans hanc viã bo-
nã, quã propheta prædocet inquirendam:
Tollite iugũ meum ſuper vos,& inuenietis *Matt.11.*
requiẽ animabus veſtris. Interroga ergo de
ſemitis antiquis. Duo præmittit ante hanc
interrogationem S. Propheta. State ſuper
vias,& videte:quaſi viatorẽ alloquens, qui
dubius eſt & anceps de recta via ad ciuita-
tẽ,quã ingredi deſiderat: huic meritò dici-
tur:ſta & vide. Sta,ſiſte gradũ, atq; in biuio
D duarũ viarũ, expecta quem interroges ve-
nientem contra te. Confidentiùs à venien-
tibus è contra interrogamus de via noſtri iti
neris,quàm ab eo,qui à tergo nos ſequitur.
Interroga,& ſta,& vide. Vide ne fortè cùm *Prou.14.*
credideris de via tua, quòd ſit recta, extre-
ma eius te ducãt ad mortẽ. Sta ergo,& vide.
Et iã tertiò dicitur: Interroga,nõ ab eo qui
tecum incedit: quia vterq; ſic indeuiũ iter
incidetis. Nõ eſt in cunctis millibus homi-
num,qui viã Hieruſalẽ cæleſtis indicare poſ
ſit,niſi vnus dñs Ieſus Chriſtus, qui è cõtra
venit: venit à regalibus ſedibus factus ho-
mo,huic ſoli nota eſt via vitæ: quia nouit
quæcunq; diſpoſuit ad hominũ ſalutẽ. In il *Col.2.*
lo ſiquidẽ ſunt oẽs theſauri ſcientiæ & ſapiẽ *Eſa.9.B.*
tię Dei abſcõditi. Eſt magni cõſilij angelus, *Heb.3.*
& noſtræ ſalutis apoſtolus. Omnes errauc- *Pſal.13.*
runt,& inutiles facti ſunt: & duces cęco-
rum cęci. Vnus denique eſt magiſter no- *Marc.12.*
ſter Chriſtus: à quo de via vitæ æternæ
inquirendum eſt: & cùm didicerimus ad
vitam viam rectam & planam, pulchram,
& pacificam: ambulate in ea, inquit nobis
propheta. Quid viatori prodeſt viam re-
ctam agnoſcere, & eam dimittere, neque
ambulare per eam? Melius erat illis non
agnoſce-

agnoſcere viam iuſtitię, quàm poſt agnitio- A
nem retrorſum conuerti, ab eo quod traditū
2.Pet.2. eſt, ſancto mādato. Deſcripſit ſacratiſsimus
Apoſtolus eos qui dereliquerūt rectā viā,
& errauerunt, qui euſq; in ſtultititiam ve
Num. 22. ſaniamq; deuenerunt, vt ſicut Balaam Beſor
in correctionem habeant ſubiugale mutum
animal, in voce hominis loquēs, quod pro-
phetæ prohibuit inſipientiā. Interrogate er
go de via bona, & ambulate in ea, vſquequo
apprehendatis vitā æternā. Interrogate nō
aſtutia & hypocreſi, ſicut multi ſeducentes
ſemetipſos, de perfectione quærūt regulas,
& præcepta, cùm minorem iuſtitiam non-
dū guſtauerint. Heu quantā penuriā inter-
rogantiū patimur: non eſt qui requirat de le
ge dñi. Non eſt vſque ad vnū. Et cōpletum
2.Tim.4. eſt ex parte, quod Paulus Apoſt. prophetic
co prædixit ſermone: Erit tempus cùm ſa-
nam doctrinam nō ſuſtinebunt: ſed ad ſua
deſideria cōaceruabunt ſibi magiſtros pru-
rientes auribus, & à veritate quidē auditum
auertent, ad fabulas autē conuertentur. In
hoc crimine præcipuè ſunt diuites & poten
tes huius ſæculi: Quibus ſicut impio Achab
4.Reg.22 de quo ſupra, omnes prophetæ ſui menda-
cium loquuntur: & eos audiunt: relicto Mi-
NOTA chæa, id eſt, veridico magiſtro: Et certè ille B
iniquus in bello perijt, etiā ſi dignitatem &
perſonam diſsimulauit. Et quod ſcriptura re
fert accidiſſe caſu circa Achab, vt quis in in-
certum ſagittam mitteret: hoc ad perſonam
mittentis referendū eſt: nō in diuinā præor-
dinationē. In hunc modum, qui huiuſmodi
hominibus accidunt aduerſi caſus, à dño or
dinati ſunt, in eorum flagellū & caſtigatio-
nem: & vtinam corrigantur. Sit ergo primo
omnium in corde tuo amor diſcendi verita
Interrogatio aſsidua in illis quæ ad conſciētiā ſpectāt. tem, & exequendi & colendi illā. *Magiſter*
bone quid faciam, ut uitam æternam percipiam?
Pulchra & laudabilis interrogatio, ab eo
quærere, quid opus ſit ad ſalutem, qui viam
Dei in veritate docet: neq; errare, neq; deci
pere poteſt. Per ſingulos vitæ noſtræ actus
interrogandū eſſet de via vitæ, ne forte in
magnum illud malum impingamus, quod
Cap.14. in prouerbijs ſcriptum eſt. Eſt via, quæ vi-
detur homini recta, nouiſsima autem eius
ibi.12. deducunt ad mortem. Via enim ſtulti recta
Similitudo in oculis eius. Qualis eſt mœror & triſtitia,
quæ obuenit tibi ambulanti viam, quam re
ctam exiſtimabas, cùm è contra accidiſſe
cōprobas? Aduerſus temetipſum inſurgis,
quia non interrogaſti de recta via: cùm faci
A lè id peragere poſſes, habens obuiam vi-
ros, à quib⁹ certitudinaliter id diſceres. Hic
eſt vermis conſcientiæ inter alios: qui corro
dent viſcera dānatorum: qui ambulātes viā
mortis, exiſtimabāt ad vitā ſe peruēturos.
Viri timorati in Eſaia deſcribuntur: vbi mu
tuò loquūtur: Venite aſcendamus an mon-
tē dñi, & ad domū Dei Iacob (hæc eſt eccle Cap.2.
ſia) & docebit nos vias ſuas, & ambulabimus
in ſemitis eius. A quo edocti, iterū inquiūt:
Domus Iacob venite ambulemus in lumi-
ne Dei noſtri. O vtinā apud noſtrates hoc
genus hominū inueniremus. Interroga er-
go ô homo de vita tua, quæ tibi recta & iu-
ſta videtur: ne ſerò quæras locū pœnitētiæ,
neq; inuenies illā. *Quid faciam ut uitam æter-* Similitudo
nam percipiā. Interrogas per ſingulos dies à
medico de ſalute tui corporis, vt hanc cadu
cā & fugientē vitā, vel ad horā conſerues:
& obtēperas, etiā amaras & triſtes potiones
porrigenti: & pro eis munera & amicitiam
concedis. Interroga obſecro à Chriſto, &
ab eccleſia de regimine inueniendæ vitæ
æternæ. Nihil triſte tibi demādabitur: quia Pſ.18.b.
iuſtitiæ dñi rectæ lætificātes corda: præce-
ptū dñi lucidū illuminans oculos: & dulcio
ra mādata eius ſuper mel & fauum. Cōpara
B ſingula ſingulis: vitā æternam cum tēpora-
li: dulcorē mellis & faui cū reubarbari ama
ritudine, & cōfundatur facies tua & cor tuū,
quia hęc amplecteris, & deſpicis illa: fugiſq;
quaſi à facie ignis, diligens corpus ſordidū,
& animale, & odiens animam, ſummi Dei
imaginem generoſam. *Ieſus autem dixit ei:*
Quid me dicis bonū? Nemo bonus, niſi unus Deus.
Obijcit nobis inter alias hanc ſcripturā im-
pijſsimus Arius, tanquàm Achillem ſuę he Arius.
reſeos nepharię: quod filius minor ſit patre,
& inæqualis. Quì fieri poteſt, vt ſimilis &
æqualis filius ſit patri, cùm dicat, quid me di
cis bonum? Nemo bonus niſi vnus Deus.
Non ergo filius patri æqualis: cùm nomen
quod ei proprium eſt, à ſe reijcit: ac repre- *Aequalitas filij & patris.*
hendit dicentem ſibi: Magiſter bone. Huic
ſcripturæ & argumento elegantiſsimè an-
te omnes reſpondet beatiſsimus Athana- *Atha. inde natura humana ſuſcepta contra Apollinarium.*
ſius. Qui malitioſè ſcripturas diuinas intel-
lectas volunt, humana verba humilitatis fi
lij Dei ad conſtituendam ſuam ipſorū blaſ-
phemiam detorquent. Tota autem & abſo-
luta Chriſtianiſmi perfectio, in dictis humi
libus & actis inuenitur, &c. Et cùm ait: Quid
me bonum dicis? Nemo bonus niſi Deus:
cōnumerans ſe ipſum cū cęteris hominibus

ratione carnis ſuæ illud dicit: & pro animo C
eius, qui ipſum interrogationibus conuenie
bat, reſpondit. Si enim (inquit) hominē me
arbitraris eſſe, & non Deum: ne dixeris bo-
num: nullus enim bonus: quandoquidē bo-
nitas non humanæ naturæ cōpetit, ſed diui-
næ: ac ſtatim infert: Præcepta noſti: eoq; di-
cente: Quæ nam illa quæ? Subiūgit, Non
mœchaberis, eaq; quę ad illa per ſeriem ſub
ſequuntur. Reſpōdit ille: Hæc à iuuentute
mea ſeruaui omnia. Quid igitur mihi reſtat?
Tunc Chriſtus: Si vis perfectus eſſe, vende
tua, & da egenis, & habebis theſaurū in cæ
NOTA lis, & ſequere me. Iſthinc igitur oſtēdit hoc
valde. ipſum bonū eſſe, etiam ſibi cōpetere. Qui
enim eum, qui bonus non eſt, ſectatur, quo
modo vitā æternam adipiſci poterit? Hæc
Athanaſius. De quo & de Ario dicere poſ-
Eſai. 14. ſumus, quod in Eſaia ſcriptum eſt. Ecce ego
creaui fabrū ſlantem in igne prunas: hic eſt
ſathanas & Arius, qui vas ſuæ hæreſeos pro
ducunt in opus ſuum: ſed ſtatim legis. Ego
creaui interfectorem ad diſperdendum.
Hic eſt Athanaſius, qui omne vas, quod cō
fictum erat ab Ario contra dñm, confregit:
ac iudicauit in iudicio omnem linguam ve
NOTA ritati reſiſtentē. Cuius argumentū firmiùs
formari poteſt in hunc modum. Ad vitam
æternā percipiendam ſufficiebant huic ado
leſcenti veri Dei mandata, quę deſcripta e-
rant in decalogo. Et ad inueniendum copio
ſum præmiū & perfectionē, erant neceſſa-
ria illi euāgelica conſilia, quæ docebat Chri
ſtus, & ſequella eius. Qui ergo fieri poteſt,
vt ſequēs eum qui verus Deus, & bonus nō
eſt, perfectionē obtineat, & coronā ſplendi
NOTA diorem? Impoſsibile hoc etiā ab ſtolido ho
valde. mine iudicabitur. Imò ſi aliquod argumen
tum ex hac ſcriptura eſſet aſſumendum, &
cōſurgeret, aduerſus patrē potius, quā cōtra
filij conſubſtantialitatē & æqualitatē cum
ipſo, militaret: quod nullus hæreticorū attē
tauit: & impoſsibile in ſuperioribus demon
ſtrauimus. Potiùs cōprobares ex hac ſcri-
ptura filiū maiorem patre ſuo, quam mino-
rem: ſiquidem ſeruanti mandata patris, vita
repcomittitur æterna: ſeruanti verò cōſilia
Chriſti & ſequenti ipſum, perfectio & the
Orig. li. 1, ſaurus ditior in regno repromittitur. Et an-
Peri Arc. te noſtrū Athanaſium Origenes hunc locū
c. 2. in fine. exponens dixit. Principalis nanq; bonitas
ſine dubio, ex qua filius natus, qui per om-
nia imago eſt patris, proculdubio etiam bo
nitas conuenienter imago dicitur. Nō enim
aliqua alia ſecūda bonitas exiſtit in filium,
præter eam, quæ eſt in patre. Vnde rectè
ipſe ſaluator in euangelio dicit: quoniā ne-
mo bonus, niſi vnus Deus pater: quo ſcilicet
per hæc intelligamus filium non eſſe alte-
rius bonitatis: ſed illius ſolius, quæ in patre
eſt. Vbi nota verbum illud: Per omnia ima
go eſt patris. Cuius rectè imago appellatur:
quia neq; aliunde eſt, niſi ex ipſa principali
bonitate: neq; altera bonitas, quā in patre eſ
ſe videatur in filio: neq; aliqua diſsimilitudo
aut diſtantia bonitatis in filio eſt. Quod ſi
minor filius iudicaretur ab Origene, aliquā
diſsimilitudinem & diſtantiam inter pa-
trem & filium confiteretur: Inquit: Ergo.
Non debet velut blaſphemiæ aliquod ge-
nus putari, in eo quod dictum eſt: nemo bo
nus niſi vnus Deus Pater: vt propterea pu-
tetur, vel Chriſtus, vel Spiritus ſanctus ne-
gari: quod bonus ſit (ſed vt ſuperiùs dixi-
mus) principalis bonitas ſentiēda ſit in Deo
patre. Quid autem per principalem intelli-
gat, ſtatim præter ſuperiora declarat dicēs:
Ex quo filius natus, & Spiritus ſanctus pro-
cedens, ſine dubio bonitatis eius naturam,
in ſe retinent: quæ eſt in fonte, de quo naſci-
tur filius, aut procedit Spiritus ſanctus: ergo
D æqualis, ſiquidem eadem. Beatus Ambro- *Ambr. ſup*
ſiùs elegantiſsimè & acerrimè præſentem *18. ca. Lu*
locum interpretatur aduerſus Arianos. De *ce. libr. 8.*
quibus omnibus vnicum accipe argumen- *tom. 5. fo.*
tū. Quomodo nō bonus ex bono natus? Ar *137.*
bor enim bona, bonos fructus facit. Quomo *Matt. 7.*
do nō bonus cū bonitatis ſubſtātia aſſum-
pta ex patre, nō degenerauit in filio, quę nō
degenerauit in ſpiritu? Et ideò: Spiritus tuus
bonus deducet me in viā rectā. Quod ſi bo- *Pſal. 142.*
nus ſpiritus, qui accepit ex filio: bonus vtiq;
& ille qui tradidit. Et cùm bonus pater, bo-
nus vtique ille, qui habet omnia, quæ pater
habet. In eundē modum venerabilis Beda
in re hac argumentatur. Nō ergo reijcit à ſe
nomen BONVS, Chriſtus: imò ſibi conue
nit ex vi naturæ ſuę, & generationis æter-
næ. Cùm autē princeps iſte nō crederet Ie
ſum eſſe Deū, ſed nudum hominē, reſpōdit
ad illum. Quid me dicis bonū? ac ſi diceret:
Quid nomen, quod Deo proprium eſt, & *Autor ho-*
primarium, cùm eſſentia eius ſit bonitas ab *mil. 14. in*
ſolutiſsima & infinita, ei quem non credis *pſalm. 50*
Deum eſſe, concedis? Indignè tantū nomē, *ad longum.*
mihi non habito à te, quòd ſim Deus, cōce- *fol. 145.*
ditur à te. Crede priùs quòd filius Dei ſim *146.*
ego, & Deus verus de Deo vero genitus:
& tunc

A & tunc non magiſtrũ me dices, ſed Deum. *Nemo bonus niſi unus Deus.* Tria ſunt obſeruãda in prĕſẽti reſpõſione ſaluatoris. Primũ ꝙ nulla creatura, etiam cæleſtis & angelica, naturalem & eſſentialem habet bonitatem: ſed quaſi appendiciam & accidentalẽ, hoc eſt, non à ſe ipſis, ſed aliundè, à fonte bonitatis infinitæ mutuatam.

Bonitas nõ propria alicuius creaturæ.

Secundum eſt tibi obſeruandum, quòd bonus eſt Deus ſubſtantiuè, non denominatiuè, & eſſentialiter eſt bonus, qui quidem Deus tantum vnus eſt, quod eſt tertium notandum: & expreſſe hæc omnia in præſenti reſponſione habẽtur. Duplex bonitas poteſt conſiderari in creaturis vniuerſaliter ſumptis: aut quæ illis eſt naturalis, id eſt, quam habent ab ortu ſui eſſe. Tunc omnis rerum natura, vt ſic bona eſt: & vt teſtatur Moyſes, valde bona. Et ſic neq; dæmonum natura, aut peſſimorum hominum, mala reddi, aut effici poteſt: neq; per obſtinationẽ in peccato aduerſus Deũ. Hanc q; bonitatem habent, à quo ſuum eſſe, nimirùm à generante Deo, naturæ authore, & parente omniũ rerum. Omnia ergo ſũt bona diuina bonitate extrinſecè, bonitatibus verò proprijs formaliter.

Bonitas duplex in creaturis.

Gen. 1.

Alia eſt bonitas, de qua erat ſermo huius adoleſcentis, B & reſponſio Chriſti: nimirùm diuina & altioris ordinis, quam Deus ſolus ſecundùm ſuam plenitudinem habet infinitam, & interminatam: ſicut eſt à ſe ipſo, ſic habet ſuã bonitatẽ. Homo verò & angelus, qui tantũ capaces ſunt bonitatis diuinę participatiuè, à dño vniuerſorũ dono & gratia, habẽt bonitatem hanc in pondere & menſura: ſecundũ augmentũ, & ſuos profectus. Deus nanque ſuo cõſilio decreuit diuitias gratiæ ſuæ copiosè, largiterq; profundere in naturam, nullius bonæ rei per ſe capacẽ, ſine diuina munificentia: attamẽ nõ pro magnitudine gratiæ ſuæ beneficus eſt, nimirũ infinitę ac incõprehenſibilis: ſed attẽperat ſe ad vires eorũ, quos dignatur ſua beneficentia: nec tamẽ ſicut Deus ad benefaciendũ, ita creatura ad accipienda beneficia: illius enim potẽtia lõgè ſuperat: at hui' infirmitas impar eſt eorũ magnitudini: ſuccũberetq;, niſi Deus pro cuiuſq; captu moderaretur ſuã gratiã. In pondere ergo & mẽſura diuina bonitas communicatur ſuis creaturis. Quomodo enim qui ab alio eſſe habet & naturam: à ſe ipſo, & ſecundùm plenitudinẽ bonitatẽ habebit? Motus vniuſcuiuſq; rei à generante eſt. Angeli boni adhærẽtes Deo per volun-

NOTA valde.

A tatis liberæ actũ ex gratia Dei, confirmati ſunt in illa bonitate diuina: à qua iam diuelli nõ poſſunt. Quòd ſi alicubi angelũ aut hominem malum legis, noli natura & eſſentiam contemplari: ſed prauũ voluntatis effectũ, & maculã peccati. Solus ergo Deus bonus: cætera autẽ ab illo bona ſunt: neq; habent vnde glorientur, aut in ventum iactẽt bonitatis ſuæ trophæum, cùm certè quicquid habent, à Deo ortum ſit. De quo apoſtolus: Quid habes quod non accepiſti? aut quid gloriaris quaſi non acceperis? Quis prior dedit ei, & retribuetur illi? Non eſt retributio, ſed liberalis donatio, omnis bonitas & pulchritudo, quæ in cælo & in terra eſt. Solus ergo Deus bonus, & per cõſequẽs infinitè bonus, eſſentialiter & ſubſtantiuè.

Creatura unde mala dicitur.

1. Cor. 4.

De qua bonitate magnificè diuus Dionyſius. Si commodum ergo in eam iam ſermone diuinam nominationem redeamus, quã remotè theologi ſuper diuinæ deitati ab omnibus ſegregant, ipſam, vt arbitror diuinam ſubſiſtentiam bonitatem dicentes: & quia exiſtendo optimum, vt eſſentiale optimum, in omnia quæ ſunt, extendit bonitatẽ. Deus nanq; naturaliter, independenter, ſubſtantialiter; & infinitè eſt bonus: ita ꝙ B ſua eſſentia & natura eſt pura & ſyncera bonitas: quod ſtatim probat ſacratiſsimus doctor à poſteriori, hoc eſt, ab effectibus, inquiens: Etenim ſicut quidẽ, qui ſecundũ nos eſt ſol, nõ cogitans aut præeligẽs, ſed eo eſſe illuminat omnia quæ participare lumẽ eius ſecundũ propriã potentia ſunt rationẽ: ſic & optimũ ſuper ſolẽ: vt ſuper obſcurã imaginem excellẽter principale exemplum ipſa ſubſtãtia omnibus exiſtentibus proportionaliter ſupermittit totius bonitatis radios. Per quos aut ſubſiſtere inuiſibiles & intellectuales oẽs, & eſſentiæ, & virtutes, & operationes per eos ſunt, & vitã habent non deficientem, & non minoratam omni corruptione & morte. Et infra. Ex bono ipſo omnibus exiſtentibus eſſe ſecundùm propriã rationem ſingula quæcunque bona, & per bonum omnium copulationes, & ſocietates, & amicitiæ, & bono omni coadunantur: & principium omnium bonum velut factiuum cauſale & mouens omnia, & continens: ea propriæ pulchritudinis amore, & ſummum omniũm dilectiſsimum, velut perfectiuum cauſale. Propter bonum enim omnia fiunt, & exemplabile: quia ſecundùm ipſum omnia ſegregantur. Ideò

Dionyſ. 4. ca. de diuinis nomin.

Eſſẽtia dei bonitas.

Sol.

Bonitas Dei ubiq; diffuſa.

& ipſum eſt optimum bonum: quia bonum C
& optimum iuxta omnem cauſam omnia
concupiſcunt: & non eſt quid exiſtentium,
quod non participet bonum & pulchrum.
Quomodo autem malus non ſit dæmon, le
Fol. 222. ge eundem Dionyſium ex beato Hieroteo.
cap. quod incipit: Sed neque dæmones na-
tura mali. Tandem quòd vnus ſit Deus, re-
Guilielm' ſpõdet Chriſtus. *Nemo bonus niſi unus Deus.*
Var. li. 1. De qua propoſitione, ſcilicet ꝙ vnus eſt
d. 2. q. 2. Deus, dicunt aliqui, quòd non ſit demõſtra
bilis. ſed tantùm accepta à lege: & adduci-
RabiMoy tur auctoritas Rabi Moyſi, quòd vnitas
ſes. lib. 3. Dei accepta eſt à lege. Sed certum eſt de-
cap. 6. monſtrabilem eſſe per rationes naturales:
ſicut & Ariſtoteles comprobauit, & doctor
Scotus lib. ſubtilis. Tradita tamen eſt vnitas Dei, & in
1. d. 1. q. 3 lege, & in prophetis: Audi Iſrael dominus
Deut. 6. Deus tuus vnus eſt. Et Eſaias: Extra me non
Cap. 3. eſt Deus. Populus verò Iudaicus fuit rudis
& propenſus ad idololatriã: ideò neceſſum
fuit inſtrui per leges de vnitate Dei. Illa e-
tiam quæ poſſunt demonſtrari, vtile eſt cõ-
munitati tradi per viam auctoritatis: & pro
pter negligentiam communitatis in inqui-
renda veritate: & propter impotentiam in-
tellectus, & propter errorem inquirentium
per demonſtrationem: quia veritatibus ſuis D
multa falſa permiſcent. Sicut docet beatus
Aug. li. 18 Auguſt. Et ideò, quia ſimplices ſequentes
de ciuitate tales demonſtrationes benè poſſent dubita
Dei. c. 41. re, cui eſſet aſſentiendũ: ideò tuta eſt via &
facilis, & communis, auctoritas certa, quæ
Ricardus non poteſt fallere, neque falli. Lege Ricar-
in de Trin. dum de ſancto Victore, qui omnia quæ di-
par. 1. ca. ximus, eleganter demonſtrat. *Nemo bonus ni*
11. & 12. *ſi unus Deus.* Quem omnia intentis oculis &
13. 14. eleuatis manibus venerantur, adorant, con-
fitentur, laudes & hymnos concelebrant &
decantant. *Nemo bonus niſi unus Deus.* A quo
omnia ſumpſere principium & originem:
per quem omnia ſubſiſtunt: in quo omnia
Heb. 1. conſeruantur: portat enim ea verbo virtu-
tis ſuæ. *Vnus ſolus bonus Deus.* Cui omnia
bona adſcribenda ſunt, ipſique tribuenda,
tanquàm ſuo authori & origini fontali &
primordiali. *Nemo bonus niſi unus Deus.* Cu-
ius bonitatis abyſſum nemo comprehende
re valet, aut poteſt: etiam de illis ſublimibus
virtutibus, cuius bonitatis halitus, omnia fo
uet, omnia recreat, omnia bona & meliora,
& optima reddit & facit. *Nemo bonus niſi u-
nus Deus.* Cuius bonitatis præconiũ in ma-
gnis vocibus auditur vbique, in cælis, in ter
ra, in mari, in omnibus abyſſis. *Nemo bonus
niſi unus Deus.* Cuius bonitatis veſtigiũ vbiq;
fixum, ſtabile, permanens, & inuiolabile in-
uenitur, etiam in peſſimis dæmonibus, &
peccatoribus hominibus. *Nemo bonus niſi
unus Deus.* Cuius bonitas omnia recreat, &
viuificat: ſed quàm maximè genus noſtrũ:
pro quibus cùm adhuc impij & inimici eſſe Rom. 5.
temus, Chriſtus mortuus eſt, & reſurrexit.
O diuitias bonitatis Dei noſtri. O ſummam
bonitatem. O adorabilem. O laudabilẽ. O
amabilẽ bonitatẽ Dei mei, qui dilexit me,
& tradidit ſemetipſum pro me. O cælum, ô
terra, ô mare, & omnia quæ mouentur in a-
quis, laudate bonitatẽ Dei mei, & hymnos
laudis concelebrate Angeli, & beata Sera-
phin. Benedictus es domine qui ſedes ſuper
ſceptrũ diuinitatis tuæ. *Nemo bonus, niſi unus
Deus.* Gubernans omnia, diſponens vniuer
ſum orbẽ ſuauiter & fortiter, attingens à fi- Sap. 8. a.
ne vſque ad finẽ. *Nemo bonus niſi unus Deus.* Pſal. 41.
Vitam concedens omnibus viuentibus, & Pſal. ibid.
fœnum iumentis, & cibum pullis coruorũ
inuocãtibus eum, & dãs eſcam omni carni.
Nemo bonus niſi unus Deus. Qui non deſpexit
nos & genus noſtrũ: imò magnificauit illud
ſup cuncta creata, & ſublimiſsimè extulit in
D Chriſto, cùm fact' eſt homo. Quale eſt hoc
diuinæ bonitatis præconium? Quanta eſt &
qualis hæc Dei noſtri magnificentia? Impo
nat terminum calamo inopia ſermonis, &
indignitas laudatoris. Nõ enim ſpecioſa eſt Eccli. 15.
laus in ore peccatoris. *Nemo bonus niſi unus
Deus.* Quæ autem vtilitas, vt ita reſpõderet?
Reducit eum paulatim, & erudit liberari
ab omni adulatione, & ab his quæ ſunt ſu-
per terram adducẽs, Deo adhærere ſuadet:
& futura quærere, & noſſe eũ, qui verè bo-
nus eſt, & radix & fons omnium bonorũ.
*Præcepta noſti: ne adulteres, ne occidas, ne fure-
ris, ne falſum teſtimonium dixeris, ne fraudem fe-
ceris: Honora patrem tuum & matrem.* Inter-
rogatio erat: Magiſter bone quid faciam,
vt vitam æternam percipiam? Ecce reſpon-
ſum: Præcepta noſti, &c. Quod in vno ver-
bo dicitur à Matthæo: Si vis ad vitã ingre-
di, ſerua mandata. O ſummã liberalitatẽ mu Cap. 19.
nificentiſsimæ manus dñi Dei noſtri. Pro
his quæ nobis ſecundũ naturã noſtrã faciẽ-
da erãt, regnũ repromiſit cæleſte, ac præpa
rauit. Secũdũ noſtrã naturã eſt Deum dili-
gere ſuper omnia. Et quid mirum? Cùm &
lapides, & arbores, & iumẽta ſuo modo pro
captu cuiuſq; in Deũ ſuper omnia dirigat ſa
pientia

pientia eius & bonitas immenſa: ſicut pro- A
bat Dionyſius. Secundum naturam noſtrã
eſt proximum ſicut nos amare. Et tamẽ nõ
maiora, non ſublimiora opera mandatorũ à
nobis requiſiuit, quàm ea, quæ à nobis ſecũ
dum naturam noſtram bene inſtitutam fa-
cienda erant. Omitto mandata ſacramento
rum & fidei, &c. Obſerua ꝙ in veteri lege
regnum cæleſte repromiſſum erat ſeruanti-
bus mandata: & merebantur priſci illi iuſti
gloriam & regnum. Obſerua ſecundo ꝙ tã-
quam neceſſariam præmittit dominus man
Praecepto datorum notitiam & cognitionem. Præce-
rum noti- pta noſti. Hoc vt neceſſarium & primũ præ
tia neceſſa ſupponitur ad conſequẽdam uitam æternã.
ria. Et aliud ſubinde requiritur ſtatim: obſeruã-
Cap. 10. tia eorundẽ mandatur. In Marco legis. Præ
Cap. 19. cepta noſti: in Matthæo: Si vis ad vitam in-
Capit. 14. gredi, ſerua mandata. Et in Ioanne. Qui ha-
& 15. bet mandata mea & ſeruat ea, ille eſt qui di
Roma. 2 ligit me. Et Paulus. Non auditores legis ſed
factores, iuſti ſunt apud Deum: ſeruus enim
qui ſcit voluntatem domini ſui & non facit
eam, vapulabit multis. Sunt ergò neceſſaria
duo hæc: & ſcire mandata legis, & obſerua-
re illa ad ingreſſum vitę æternæ. De quo ad
Homil. longũ diſputauimus ſuper Pſalm. 50. quæ-
rentes quomodo noſtra ſatisfactio ſit ne- B
ceſſaria, cùm habeamus ſatisfactionẽ Chri-
ſti infinitam. *Praecepta noſti & ſerua mandata.*
Gal. cap. 5 In Chriſto enim Ieſu neque circuncíſio ali
& 6. quid valet, neq; præputium: ſed fides, quæ
Opera per dilectionem operatur. Obſerua ꝙ om-
quæ neceſ- nia opera, quæ fiunt per fidem viuam & in
ſaria. formatam charitate, effici poſſunt per fidẽ
informem & mortuam, etiã vſque ad mar-
tyrium. Oportet ergò vt opera noſtra non
ſolum à fide tanquam à radice proficiſcan-
tur, ſed ſubinde neceſſarium eſt, vt ex cha-
Ignoratio ritate & dilectione infuſa fiant. Et hæc eſt
propriæ iu ratio præter illam quam ſuperiùs tradidi-
ſtificatiõis mus, quare nullus ſcire poteſt, vtrùm ſit in
unde ſupra Dei amicitia: quia omnia illa quæ amicus
libro. 5. operatur, operari poteſt inimicus: etiã vſq;
ad mortis tollerantiam. Quod autem ortum
habeât opera à fide charitate formata, igno
ratur ſine ſpeciali reuelatione Dei. Opera
ergò à charitate orta, ſunt neceſſaria ad con
Ioãn. cap. ſequẽdam vitam æternam. Si diligiſtis me,
14. 15. mandata mea ſeruate. Tu mandaſti manda-
Pſal. 118. ta tua cuſtodire nimis. Qui dicit ſe noſſe
1. Ioã. c. 2 Deum, & mandata eius non cuſtodit, men-
Ezech. 18 dax eſt. Si auerterit ſe impius ab impietate
ſua, & fecerit iuſtitiam, vita viuet. Et in Mi-

A chea dominus. Verba mea bona ſunt: ſed Cap. 2.
cum eo qui rectè graditur. *Praecepta noſti.*
Non eſt in vniuerſis plebibus vnus de mil-
le, cui verbum hoc dicere poſsimus. Vix
vnus eſt, qui ſancta Dei mandata agnoſcat,
etiam ſi ab Eccleſia ſuper hoc ſatis conſultũ
ſit. At dices: quomodo hoc verum eſt, cum
etiam ab ipſa pueritia nouerint omnes po-
puli, ꝙ diligendus ſit dominus Deus ſuper
omnia, ꝙ non ſit aſſumendum nomen Dei
in vanum, ꝙ Sabbatha ſint ſanctificanda?
Nunquid hoc non eſt ſcire & noſſe mãdata
domini? Nunquid hoc ad primum non ſuf-
ficit? Etiã ſi gratis tibi concedam, ꝙ ab om-
nibus decalagus ſciatur, quod certè aliter in
millibus cernimus: non tamen ſufficit talis
cognitio mandatorum, vt verè de illis dica-
mus: præcepta noſti. Puerilis eſt talis ſcien-
tia: alia ſubinde viris eſt neceſſaria: non ta-
men illa quę reſidet apud magiſtros, qui die
& nocte in lege domini meditantur, & ſcru
tantur mandata ipſius, ſed media quædam
cognitio quæ antecellat eam, quã apud pue
ros facilè eſt inuenire & ſubalterna ſit illi *Praecepto*
quæ adeſt magiſtris. Scire tenetur vnuſquiſ- *rum qualis*
que (ſaluo meliori iudicio) non ſolum man- *notitia eſt*
data Dei memorialiter, numerumq; eorũ: *populo ne-*
B ſed in quibus principaliter eorum obſeruã- *ceſſaria.*
tia reperitur, & tranſgreſsio communiter ſe
cundum cuiuſque ſtatum & negotia. State
ſuper vias, & interrogate etiam eos, qui ti-
morem domini videntur habere, nunquid
reſpondeant vnum pro mille, etiam in illis,
quæ valdè proxima ſunt ipſis mandatis, &
facili deductione ab ipſis deſcendunt, & in
quibus conſiſtit eorum obſeruantia & trãſ-
greſsio. Totus mundus curis & ſolicitudini
gus ſecularis vitæ; quaſi procellis & flucti-
bus maris obrutus, & implicatus eſt: &
vix reſpirare licet ad hæc. Cùm certè bea-
titudo viri iuſti in meditatione ſanctæ le-
gis diuinæ per prophetã cõſtituatur: Beatus *Pſalm. 1.*
vir qui in lege dñi meditatur, voluntas eius
permanet, &c. De quo in ſuperioribus mul
ta diximus, ſed ad longum in libro Lignum
vitæ. Propter hanc notitiã mandatorũ ex-
tat præceptum Eccleſiæ de conueniendo Cõci. Tri
populo ad ſuam parochiã ad audiendam cõ *dẽti. ſeſ. 5.*
cionem de lege domini: Vnde in excuſa- *c. 2. ſeſ. 22*
biles ſunt qui laborant ignorantia eorum, *c. 8. ſeſ. 24*
quæ neceſſariò ſunt illis facienda, ſi fugiunt *cap. 4.*
à concionibus Eccleſiaſticis. Neque dubito
crimen eſſe mortale non intereſſe Eccleſia-
ſtico oratori pro tempore & loco, ſicut in

concilio Tridentino ſcriptū eſt. Moneatq́; C
Epiſcopus diligenter, teneri numquemq;
parochiæ ſuæ intereſſe, vbi cōmode id fie-
ri poteſt ad audiēdum verbum Dei. Quod
quidem præceptum, cum ſuper materiam,
valde neceſſarium feratur, inde pēſanda eſt
vis eius. Nihil autem chriſtiano viro ſic ne-
ceſſarium eſt ac verbum Dei, & doctrina
apoſtolorum, etiam ſi cathechizatus dilīgē
ter & ſufficienter ſit in fide. Mandatū præ-
dicationis aſsiduæ traditur ab eodem con-
Seß. 5. c. 2 cilio Tridentino: parochiales, vel aliàs quo-
modocunque curam animarum habentes,
&c. diebus ſaltem dominicis & feſtiuis ſo-
lemnibus plebes ſibi commiſſas pro ſua &
eorum capacitate paſcant ſalutaribus ver-
bis. Et præſcribitur aduerſus negligētes gra
uis pœna, etiam vſque ad cenſuras eccleſia-
ſticas. Ne autem daretur locus vanis dubi-
Se. 22. c. 8 tationibus, alibi ſic ſcribitur. Mandat ſan-
cta Synodus paſtoribus & ſingulis curam
animarum gerentibus, vt frequenter inter
miſſarum celebrationem, vel per ſe, vel per
alios, ex his quæ in miſſa leguntur aliquid
exponāt: atque inter cætera ſanctiſsimi hu-
ius ſacrificij myſterium aliquod declarent
Conc. Carthа. 4. cap. diebus præſertim dominicis & feſtiuis. Et
84. tom. 1. in concilio Carthaginenſi mandatur in hęc D
fol. 515. verba. Epiſcopus nullū prohibeat ingredi
Eccleſiam, & audire verbum Dei, ſiue gen-
Refertur tilem, ſiue hæreticum, ſiue Iudæum vſque
de conſecr. ad miſſam cathecumenorum. Et Origenes
d. 12. Epiſcopus nul- homil. de Rebeca: Vereor ne ſitis matri ve
lum. ſtræ eccleſiæ adhuc in triſtitia, & gemitu,
cum non conuenitis ad audiendum verbū
Fol. 399. Dei. Lege eundem, & in tomo. 3. concilio-
rum. Et beatiſsim' apoſtolus Paulus prædi
2. Tim. 4. catorū princeps diſcipulo ſuo Timotheo
rem hanc tanquam ſummè neceſſariam de-
mandans, inquit: Teſtificor coram Deo &
Chriſto Ieſu, &c. Prædica verbū, inſta op-
portune importunè, &c. Qualis eſt autem
quàm facilis res hæc, pro qua tantus apoſto
lus adiurat diſcipulum, per aduentum do-
Epheſi. 6. mini Ieſu, & regnum eius, ne ceſſet ab eius
exercitio? Et alio loco aduerſus potentiſsi-
mum inimicum noſtrum, gladium ſpiritus
cōcedens, manifeſtè exponit illud eſſe ver
bum Dei. Dic mihi quàm neceſſarius tibi
ſit gladius contra inimicum in bello? Hæc
omnia dicta ſunt aduerſus eos qui negant
non eſſe præceptum de audiendis concio-
Homi. 10. nibus: & multa alia diximus ſuper pſalm.
fo. 199. 50. Quod certe legi diuinæ & naturali &

C canonicæ aduerſatur, & omnibus Pro-
phetis & apoſtolis, & ſacris Euangeliis do-
mini Ieſu, neriq; poſſet vſque ad menſurā
libri ſuper re hac relectio ſatis vtilis ad om-
nes plebes. *Præcepta noſti.* Quæ cum optime
illa noſſet & a iuuētute ſeruauerit, adhuc ea
dem in auribus eius inculcat Saluator i &
ſcientem mandata, edocet. Affirmatiue le-
gendum eſt. Diues erat, multas poſſeſsio-
nes habens: & tamen ad ſcienda Dei manda
ta delegerat tempus, quæ præter hæc quæ
ſunt decalogi, innumera alia addicēda erāt.
*At ille reſpōdēs ait illi; Magiſter hæc omnia ſer-
uaui à iuuentute mea.* Quis eſt hic & laudabi-
mus eum? Diues multas poſſeſsiones habēs,
à iuuentute ſeruans omnia mandata? mira-
culum grande: & pro illo laudandus altiſsi-
mus cuius dono factū eſt. Hæc omnia ſer-
uaui à iuuentute mea. Malè audit iuuenis Hila. can.
hic à beato Hilario, & Ambroſio, & Augu in Matth.
ſtino, & Hieronymo, & Chriſoſtomo: quia Ambr. lib.
arrogauter & mēdaciter talia reſponderit, 8. ſup. 18.
Attamen beatus Baſilius, & venerabilis Be cap. Luce.
da, & alibi Hieronymus, & alii doctores Aug. epiſ.
magnæ auctoritatis verum dixiſſe teſtātur, 83. Hier.
Quod inde probatur manifeſte, quia Salua ſup. 19. c.
D tor ei dixit: Vnum tibi deeſt, ſcilicet ad per Matthei.
fectionem: ſicut expreſſe docet alius Euan- Chriſo. ſu
geliſta. Nunquam tamen dixiſſet, vnum ti- per. 19. c.
bi deeſt, ſi diuina mandata non ſeruaſſet, Matt.
Neque perfectionis viam doceret trāſgreſ- Beda ſup.
ſorem mandatorum communium. Et quod 10. c. Mar.
firmius eſt. Nō dixiſſent Lucas & Marcus: Baſilius.
Ieſus autem intuitus eum dilixit eum. Vbi Iuuenis E
Beda: Non putandus eſt voto tentantis (vt uangelij ue
quidam putāt) Dominū interrogaſſe, & de rum dixit.
ſua vita mentitum eſſe, cum ſe legis manda
ta cuſtodiſſe dixit: Sed ſimpliciter confeſ-
ſus. Si enim mentiretur, nunquam intuitus
arcana cordis eius, eū diligere diceretur Ie-
ſus. Diligit enim eos qui mādata eius cuſto- Ioan. c. 14
diunt. Auertit oculos ſuos à peccatoribus,
exoſos eos habet, & ad maiora non vocat,
quos & minora videt non præſtare. Vnde
Hieronymus vbi ſupra: In lege doctiſsim' Hieron. 2
omnia mandata legis feciſſe ſe dicit: quam- lib. contra
obrem & amatur à domino, & tamen ple- Pelagian.
nam iuſtitiam non habuit: quia noluit ſub-
ſtantiam ſuam pauperibus erogare. Et cum
beatiſsimus Andræas adduxiſſet ad Ieſum
dominum noſtrum fratrem ſuum Petrum,
inquit Ioānes intuitus eum Ieſus dixit: Tu Ioann. c. 1.
vocaueris Cephas, &c. Et de hoc iuuene
idē verbū dicit Marcus & Lucas: & addit:
Intui-

A Intuitus eum dilexit eum. Et quem ſua dilectione effecerat dignum, eidem viam perfectionis oſtendit, dicens: *Vnum tibi deeſt: vade: & quæcunq; habes vende & da pauperibus: & habebis theſaurũ in cælo, & veni, ſequere me.* Vnũ tibi deeſt ad perfectionem, quod tuæ relinquo electioni & voluntati: cum non ſit neceſſarium ad ſalutem: hoc eſt volũtaria paupertas, relictis omnibus diuitijs ac temporalibus poſſeſsionibus, diſtributiſque in pauperes.

pauperas Euangelica voluntaria eſt.

Hoc eſt quoddam ſublime huius philoſophiæ initium: & cum magnam faciat perfectionis profeſsionem, voluntati eligentium relinquitur. Non enim (ſicut ad colorandam ſuam auaritiam inſignis ille apoſtata Iulianus Cæſar dicebat) ad ſalutem eſt neceſſarium Chriſtianis relinquere omnia: ac in hunc modũ eos ille expoliabat, & eccleſias.

Iulianus apoſtata.

Voluntarium quippe eſt: non neceſſarium, niſi ſtatui perfectionis. Quod manifeſtè docet beatus Matthęus dicens: Si vis perfectus eſſe, vade, vende quæ habes. Si vis inquit. Non tibi hoc præcipio, aut tanquam neceſſarium mando: qui dudum dixi: Si vis ad vitam ingredi, ſerua mãdata. Eorum obſeruãtia tibi & omnibus eſt neceſſaria: quod nunc tibi oſtendo voluntariũ, ad perfectionem tamen neceſſarium.

NOTA.

B Obſerua ꝙ quantuis exterior hęc paupertas nulli ſit ad vitam neceſſaria, paupertas tamen ſpiritus omnibus quidem demandatur. Per quam homo nulli creaturæ adhæret: hæc paupertas omnibus eſt neceſſaria. De qua Seneca: Si vis vacare animo aut pauper ſis optes, aut pauperi ſimilis.

Seneca.

Et eam deſcripſit apoſtolus. Reliquum eſt, vt qui habent vxores, tanquam non habẽtes ſint, &c. & qui emunt, tanquã non poſsidẽtes: & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur. Præterit enim figura huius mũdi.

1. Cor. 7.

Hæc paupertas inter magnas & ſuperbas diuitias reperiri poteſt. Sic Dauid & Abraham aduenæ erant & peregrini: Et Eſther: Tu ſcis inquit, ꝙ abominer ſignum ſuperbiæ & gloriæ meæ. Denique diuitiæ non ſunt interdictæ, ſed inordinatus amor earum & fiducia. De quo infra.

Cap. 14.

Vade & quæcunque habes vende. Nõ vnam aut duas ex multis tuis poſſeſsionibus: ſed omnes. *Quæcunque habes.* Nihil tibi relinquito: vt vel ſic reſilire & retrò conuerti non poſsis, cùm temporale nihil habeas, ad quod tibi ſit refugium. Perſeuerantiæ viam ſternit, viam perfectionis celſitudini: qui nihil ſibi relinquere iubet, ex multis diuitijs. Præter

Perſeuerantiæ uia.

A hoc ꝙ oportet, qui adhærere vult & diſponit, ei, qui cum eſſet diues, factus eſt egenus vſque ad vas aquæ in cruce, nihil ſibi relinquere.

2. Cor. 8.

Indecorum eſt ſponſum ſacco incedere veſtitũ, & ſponſam ad multa ornamenta propenſius anhelare.

Lucæ. 6.

Non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum: non eſt ſeruus ſuper dominum ſuum. Qui cum eſſet diues & dominus cæli, factus eſt valde pauper: adeò quòd ſibi non accipit, quod auibus cæli, & vulpibus terræ conceſsit. Et ipſe dixit, & verè dixit: Filius hominis nõ habet vbi caput ſuũ reclinet.

Paupertas Chriſti.

Lucæ. 9.

Quod optimè comprobauit ſacratiſsima crux & amabile præſepiũ. Non erat ei locus in diuerſorio. Haud inquit ſanctus Lucas: non erat locus: ſed in diuerſorio: ſed non erat ei locus, quia certe erat honeſtior & magis humanus locus: ſed ei non erat, dicit. Non eſt locus ei, quia hic in quo iacet ſuper fœnum, quem virgo regia adorat, non hominum, ſed iumentorum locus eſt. Non ergò decet ſectatorem magiſtri talis, poſſeſsionem vel vnam ſibi relinquere.

Lucæ. 2.

Vade, quæcunque habes uẽde. Non aliqua, ſed omnia. Tu ipſe vende illa: vt animi tui explores promptitudinem, ne circumuẽtum te deinde clames.

B Vẽde, vt in ſingulis poſſeſsionibus ſingulare offeras ſacrificium cordis tui: ac paulatim amorem diuitiarum eradices ex corde tuo. Vende quęcunque habes. Vt omnibus ſimul collectis magnificam oblationẽ Deo offeras in egenis.

De natura & conditione huius ſtatus eſt voluntaria paupertas. Cùm enim totus intentus ſit perfectionis ſectator charitati adipiſcendæ, alienus ſit oportet ab illis, quæ certiſsimè à feruore & perfectione in charitatis præpediũt: quales ſunt diuitiæ & curæ huius ſæculi.

Paupertas voluntaria quare neceſſaria ſtatui perfectionis.

Per ſe enim & eſſentialiter conſiſtit perfectio Chriſtianæ vitæ in charitate: principaliter quidem ſecundũ dilectionem Dei: ſecundario autem ſecundum dilectionem proximi, de quibus dantur præcepta principalia diuinæ legis.

Perfectio chriſtianæ vitæ in quo conſiſtit.

Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo: Et in Leuitico dicitur: Diliges proximum tuum ſicut te ipſum. Hęc autem præcepta ſunt de quibus dicitur: In his duobus præceptis pendent lex & prophetæ.

Deute. 6.
Cap. 19.
Matth. 22.

Conſiſtit ergò perfectio Chriſtianæ vitæ principaliter & eſſentialiter in obſeruantia duorũ mandatorum. Secundariò autem & quaſi diſpoſitiuè in conſilijs, & certè in paupertate. Diſpoſitio autem in omnibus rebus naturalibus neceſſaria eſt ad introductionem

formæ,

formæ, ſicut calor in ligno, ad formã ignis: Sic & paupertas voluntaria, tanquàm diſpoſitio ad charitatem ſe habet. Dum per eam homo alienus fit à curis, & ſolicitudinibus huius ſæculi: quæ quamuis non ſint contraria charitati, ſunt tamen impeditiua perfectionis illius. Vnde in collationibus Patrũ *Abbas Moyſes.* dicit Abbas Moyſes: Ieiunia, vigiliæ, meditatio ſcripturarum, nuditas, ac priuatio omnium facultatum, non perfectio, ſed perfectionis inſtrumenta ſunt: quia non in illis conſiſtit diſciplinæ illius finis: ſed per illa peruenitur ad finẽ. *Lib. 5. ſuper Lucã. cap. 6.* Vnde Ambroſius poſt Ariſtotelem dixit: Paupertas media eſt, ſtatus ergò religionis & perfectionis, de quo eſt ſermo domini ad hũc iuuenẽ, eſt quodam exercitium & diſciplina, per quã peruenitur ad perfectionem charitatis. Ad quã quidem neceſſarium eſt quòd aliquis affectum ſuum totaliter abſtrahat à rebus mundanis: dicit enim Auguſtin9: Min9 te amat, *Augu. lib. 10. confeſſionum.* qui tecum aliquid amat, quod non propter te amat. Et libro alio dicit, quòd nutrimentũ charitatis eſt diminutio cupiditatis, per- *Lib. 83. q.* fectio nulla cupiditas: ex hoc autem ꝙ aliquis res mũdanas poſsidet, allicitur animus eius ad earum amorem. Vnde idem ſanctus Auguſtinus dicit ad Paulinũ: Terrena plus diliguntur adepta, quàm concupita. Nã vnde hic iuuenis triſtis diſceſsit (ſicut ſtatim dicemus) niſi quia magnas diuitias habebat? Aliud eſt enim nolle incorporare quæ deſunt, aliud iam incorporata diuellere. Illa enim velut extranea repudiantur: iſta velut membra præſcinduntur. Et Chriſoſtomus dicit: Quòd appoſitio diuitiarum maiorem accendit flammam, & vehementior fit cupido: & inde eſt, ꝙ ad perfectionẽ charitatis acquirendam, primum fundamentũ eſt paupertas voluntaria, vt aliquis abſque proprio viuat, ſicut nunc docet cæleſtis magiſter. Vade, vende quæcunque habes: & da pauperibus. Et ſic tu pauperior quocũq; illorum eris: ſed non miſerior: quin potius fœlicior, quàm nunc es. De quo dixit Seneca: *Senec. lib. de paupertate.* Quiſquis exijt in lucem, iuſſus eſt pane & lacte eſſe contentus: ab his enim initijs regna nos capiunt. Panem & aquam natura deſiderat. Nemo ad hęc pauper eſt. Intra quæ ſiquis deſiderium ſuum clauſit, cum ipſo Ioue de fœlicitate contendat. Res in- *Fœlicitas.* quieta fœlicitas eſt: ipſa ſe exagitat, mouet cerebrum, non vno modo grauis. Alios in alio irritat, alios in potẽtia: illos inflat, alios

C mollit. Sed & propter contemplationem, *Contẽplatio comes paupertatis.* quæ illi eſt germana, indiuiduusq; comes, iure paupertas demandatur perfectis. Vnde ipſe Seneca: Si vis vacare animo, aut pauper ſis optes, aut pauperi ſimilis. Nõ poteſt ſtu- *Ibidem.* diũ ſalutare fieri, ſiue frugalitatis cura. Erat quidam ſophiſma apud veteres, quod Her- *Sophiſma difficile.* culaneus nodus appellatur à Seneca: Ex malis bonum non fit: ex multis paupertatibus *Epiſt. 88.* diuitiæ fiunt, ergò diuitię bonum non ſunt. Hanc interrogationem Peripatetici & fingunt, & ſoluunt. Ait enim Poſidonius. Hoc *Poſidoni9* Sophiſma per omnes dialecticorum ſcholas iactatum, ſic ab Antipatro refelli. Pau- *Antipatr9* pertas non per poſitionẽ, ſed per detractionem dicitur, vel (vt antiqui dixerunt) per orbationem. Paupertas eſt, non quæ pauca poſsidet: ſed quæ multa nõ poſsidet. Ad dices: Dubitabit aliquis ferre paupertatem, ne in furorem animum ſuum trahat. Sed audi: Multis diuitias paraſſe non finis miſeriarũ fuit, ſed mutatio. Non in rebus vitium ſed in animo eſt. Iſtud quod paupertatem grauem fecerat, & diuitias graues faciet. Quẽadmodum nihil refert vtrùm ægrum in lecto ligneo, aut in aureo colloces: quocũque *Similitudo* D illum trãſtuleris, morbum ſuũ ſecum transferet: ſic nihil refert, vtrum ęger animus in diuitijs; vel in paupertate ſit. Malum ſuum illũ ſequitur. Quod alijs verbis dixit Hora- *Horatius.* tius: Cælum, nõ animum mutat. Nudandus eſt ergo animus tantarum curarum indumẽtis, vt regia purpura perfectionis locum habeat in corde noſtro: aliàs minùs aptum erit ad illam capeſſendam. *Vade, quæcunque habes vẽde: & da pauperibus.* Obſerua quale fundamentum dominus Ieſus proponit ſuæ ſequelæ, & perfectioni huius iuuenis. In pri- *Fundamentum iactũ perfectioni* mis propitium & ſibi gratum facit Deum: qui tanquàm ſibi impenſam excipit eleemoſynam. Neq; charius habet aliquid ex corporalibus miſericordijs, quàm huiuſmodi eleemoſynam. Valde ergò propitium ſibi conciliat Deum, qui propter eum cuncta quæ poſsidet, vendit, & pauperibus erogat. Nota diligenter ꝙ non dixit dominus huic adoleſcenti. Vade, & eligens quatuor aut octo ex pauperibus, poſſeſsiones tuas & diuitias inter illos diuide: vnde ipſi diuites fiant. Sat eſt illis dare vnde victum & veſtitum habeant pro loco, & tempore, & perſona. Neque dixit affer precium omniũ quæ habes ad me: & ego ad votum meum diſponam bona tua. Sed vade tu, dixit, & tu vẽde,

& tu

& tu ipſe da pauperibus. Poſſet eſſe minùs gratum in tempus ſequens iuueni huic quod aliena volũtate diſtributũ fuiſſet: habereq; poterat, vnde ſi aliquo ſibi diſpliceret aſſumpta paupertas. Oĩa ergo tibi ſint voluntaria, qui hãc viã ingrederis: neq; habeas vnde tædeat te facti. Sed & vacare docet Chriſtus, duces paupertatis ab omni cupiditate: ne in minimis aduerſus illos ſuſpicionem habeat populus: ꝙ ſcilicet pecuniarũ ſint amatores: dum vel diſtributionem ipſi ſibi arrogant. Quod optimè cõſiderauit beatiſsimus pater noſter Franciſcus in regula, cum de ſectatoribus altiſsimæ paupertatis & perfectionis ſuæ regulæ, imo potiùs Euangelicæ, dixit: Si qui voluerint hãc vitam accipere, & venerint ad fratres noſtros: mittãt eos ad ſuos miniſtros prouinciales, &c. Miniſtri verò licentiam habeant mittendi eos ad aliquos Deum timentes: quorum conſilio bona ſua pauperibus erogentur. Noluit vt cõſilio miniſtrorum prouincialium erogatio bonorum temporalium fieret: propter ſuperiorem rationem. *Vade & uende quecũque habes, & da pauperibus.* Sed hoc non ſufficit tibi niſi addas quod perfectum eſt. *Veni & ſequere me.* Illud enim & Socrates Philoſophus fecit, & multi alij: hoc autem propriũ eſt fidelium, & maximè diſcipulorum. Veni & ſequere me. Poſt contemptas diuitias, Saluatorem imitare, id eſt, relictis malis, fac bona: & talia, qualia in mei imitatione, quã nomine ſequelæ doceo, inueniũtur. Quod ſic expoſuit Clemens Alexãdrinus. Sequere Deum, nudus ab arrogantia, nudus à põpa momentanea, quod totũ eſt, quod bonũ eſt, quod auferri non poteſt, in Deum fidẽ, in paſſum confeſsionem, beneficentiam in homines poſsidẽs, quod quidem eſt poſſeſſio precioſiſsima. Ego autẽ admitto etiam Platonem. qui lege lata apertè decernit, ꝙ neque vt opes aureas & argenteas habeas laborare oportet, neque vas inutile, quod nõ cum vſu neceſſario moderatum quoque ſit: vt ſit idem ad multa accommodatum: multiplex autẽ, & varia poſſeſsio expurgetur. Aurum enim & argentum, & priuatim, & publicè eſt inuidioſa, vt ſemel dicam, poſſeſsio ſi vſum exceſſerit, rara ad acquirendum, difficilis ad cuſtodiendum, & nõ apta ad vtendũ. *Sequere me.* Qui adhuc ſuper terram viſibiliter vobiſcum conuerſor, & in habito: & me vobis familiarem exhibeo & commilitonem. Vocaui enim ego patrẽ

S. Franciſcus in regula. cap. 2

Clem. Alexand. lib. 2 Pedag. c. 3

Poſſeſsio magna inuidioſa res

Geneſ. 12

A vestrum Abraham, & exiuit de terra ſua, & de cognatione ſua, ac neſciens quò iret, ſecutus eſt me: Et ille alter Moyſes tanquã videns, inuiſibilem ſuſtinuit, aſpiciens in remuneratorem. Sequere tu viſibilem, & humanum, & tractabilem: ecce enim vobiſcũ ſum in domo, & in via ad laborem & quietem. Denique ſicut gallina extendo alas ad refugium veſtrum, & caloris fauorem. Audite me qui ſequimini quod iuſtũ eſt, & quæritis dominum. Attendite ad petram vnde excisſi eſtis, & ad cauernam laci, vnde præciſsi eſtis. Attendite ad Abraham patrem veſtrum, & ad Saram, quæ peperit vos, quia vnum vocaui eum & benedixi ei, & multiplicaui eum. Vocaui eum, & relictis omnibus. Secutus eſt inuiſibilem, neſciens quò iret. Sed & omnibus nobis dicit Saluator: Sequere me. Chriſtus pro nobis paſſus eſt. vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eiꝰ. Veſtigio in puluere ab animali relicto, facilè eſt illud inuenire: etiã ſi petatur ad venationem. Heu quid dicam? Vix inueniũtur veſtigia regis Chriſti ſuper terram. Inueniebantur olim vel à cęcis: cũ veſtigia pedum eius non ſolũ pulueri impreſſa erãt, verùm in ſanguine delinita inſpiciebantur fidelibus oculis à diſcipulis. B Diſcipulos appello omnes Chriſtianos: Qualis dic mihi erat ardor fidei illorum, & impetus ſpiritus, cùm intuebantur veſtigia ſanguine Chriſti rubricata ſuper terrã? Certè ad martyrium conuolare nõ ſatis illis erat præmiò ris magnitudine & gratitudine. Vnde de illis ſcriptum exiſtimo: Mutabunt fortitudinem, aſſument pœnas vt aquilæ, volabũt & non defficient. Non deficiebat ab oculis mentis illorum aſsidua, iugis, fidelis, deuota, ardens, & venerãda recogitatio veſtigiorum domini Ieſu: propter quod non deficiebant, licet is qui foris erat homo corrumperetur vi tormentorum & ſqualore carceris. De quo & prophetauit Eſaias. Gloria libani ad te veniet, abies, & buxus, pinus ſimul ad ornandum locũ ſanctificationis meæ: & locum pedum meorum glorificabo. Et venient ad te curui filij eorum qui humiliauerunt te & adorabunt veſtigia pedum tuorum, omnes qui detrahebant tibi. Obliuioni iam datus eſt Chriſtus, tãquam mortuus à corde. Quod genus ingratudinis Seneca meritiſsime reputat ſummum. Nõ ſunt veſtigia domini Ieſu ſuper terram: non lucent oculis noſtris humilitatis, manſuetudinis, obc-

Ad Hebr. cap. 11.

Eſai. 51.

1. Pet. 2.

Similitudo

Eſai. 40.

Eſai. 35.

Pſal. 30.

Seneca de beneficijs, lib. 3. ca. 1.

obediētiæ & miſericordię eius veſtigia. Et C
Cap.15. merito Eccleſiaſticus aduerſus nos dicit: Vi
ri mēdaces nō erūt illi⁹ memores. Et deſcri
bēs fructū ſanctę huius recordationis & cō
templationis veſtigiorū dñi Ieſu, qui ſapien
tia Dei eſt, inquit ſtatim: Viri veraces inue
nientur in illa, & ſucceſſum habebunt vſq;
ad inſpectionem Dei. Pōdera valde verbū
illud, ſucceſſum habebunt vſq; ad inſpectio
nem Dei. Quāuis aliud primò intendat do
Cap.21. cere propheta Hieremias in verbo illo: Fa
cta eſt mihi hęreditas mea quaſi leo in ſylua,
non incongruè huic cōſiderationi accōmo
Leo veſtigia ſua obſcurat. dari poteſt. Leo in ſylua veſtigia propria, ne
inueniatur, & capiatur, extremitate caudæ
ſuæ obſcurat, & infecta reddit. In hoc facti
ſumus Chriſto quaſi leo in ſylua, quia veſti
gia, quæ nobis reliquit imitāda & ſequēda,
infecta reddita ſunt penes nos: neq; iā agno
ſcuntur. Vbique regnantis ſuperbiæ veſti
gia imitanda reuelantur. vbiq; auaritia thro
num ſuum exaltat: vbiq; caro aduerſus ſpi
ritum reportat trophæū, & in ſummo ſigna
ſua reponit: iacet (hæu) honeſtas, luget caſti
tas, etiam in Sion. Non honorantur veſtigia
quę ſequi poſsimus. Propter quod timeo ne
Pſalm.87 & nobis cōueniat quod in propheta ſequi- D
tur. Ideo odiui eam. Nunquid cognoſcētur
in tenebris mirabilia tua? aut iuſtitia tua in
terra obliuionis? Non certè. Tenebræ ſunt
ſuper faciē vniuerſæ terræ, & obliuio: quo
modo ergò cognſcētur mirabilia & iuſtitia
Saluatoris domini Ieſu, quæ proponuntur
ſequenda & imitanda? *Sequere me.* Vſq; in
pręſentem diem clamat. Fœlix & certe bea
tus vir, qui vęſtigia domini Ieſu renouaue
rit ad populorùm exemplum & ſequellam.
Sicut & in primis fecit Seraphicus pater
noſter Franciſcus. Præ oſtenſus fuit quon
Zacha.3. dam Ieſus ſacerdos magnus Zachariæ pro
Lege Tertulian. in fine lib. aduerſ. Iud. & Iuſtin. martyrē in dialog. cum Triphone. phetæ in veſtibus ſordidis, & Michaele prę
cipiente data ſunt ei veſtimenta munda, &
cidaris in capite eius. In Ieſu illo ſummo ſa
cerdote ſignificatus eſt Saluator mundi. qui
accipiens omnium noſtrum peccata (po
ſuit enim in illo Deus omnia, teſte prophe
ta) factus eſt in veſtibus immundis. Vnde
in pſalmo inquit: Deus Deus meus reſpice
Pſal.21. in me, &c. Verba delictorum meorū. Quē
oportebat poſt redemptionem noſtram &
eductionem de duriſsima captiuitate, ſicut
Ieſum ſummum illum ſacerdotem, veſtiri
albis & candidiſsimis indumentis ex noſtra
innocentia & ſanctimonia vitæ. Et hæu ad-

C huc in veſtibus ſordidis erubeſcit præ vere
cundia. Sit ſatis de re hac. *Sequere me.* Non
durum tibi, aut difficilè, cum me habeas du
cem militiæ huius. Quis militum ad dextrā *Similitudo*
ducis ſui calores & ſudores belli reformi
dat, & delectabiliter non ſuſtinet? Quis non
animatur in ſanguine Imperatoris ac ducis
ſui. Quis non armatum exercitum etiam in
ermis non aggreditur prouleiſcendo ſangui
ne fuſo ſui Imperatoris? Quis à dextris eius
non reportabit victoriam? *Sequere me.* Non
tibi præcipio, vade, vende quæcunque
habes, & da pauperibus, & eſto vnus inter
illos: ſed eſto vnus inter me & diſcipulos NOTA. *valde.*
meos. Eſto ſoci⁹ & comes, & particeps. Abi
& vende: ſed veni & ſequere me. Quod ſi ti
bi durū aut difficile ſeſe offert, quòd, *vade,*
inquio, attende alteri verbo, *& veni ſequere
me.* Hic omnia tibi fiant dulcia, ſuper mel
& fauū dulciora, delectabilia, ac plena de
litiis. O quis poſſet ſentire quale bonum,
quantaque dulcedo in verbo *veni* repoſita
ſunt. Sed & in illo, *& habebis theſaurum in cœ
lo.* Quanta ſunt hæc? Quam magna? & quan
ta dulcedine plena? Bonum mihi adhærere
Deo, ponere in domino ſpem meam, decan *Pſal.72.*
D tabat rex ille & propheta. Et *habebis theſau- Promiſſa
rum in cælo.* Etiā promiſsis allicit nos ad mā- *Chriſti utilia.*
data ſua: & bonum hoc eſt. Inclinaui cor
meum ad faciendas iuſtificationes tuas in *Pſal.118.*
æternum. propter retributionē. Et de mag
no illo Moſe in fuga ſua ad vaſtiſsimam erē
mū relicta regia domo Pharaonis, vbi poſt
ablactionem ſuam regaliter fuerat educatus
& in filiū adoptatus, inquit Paulus: Fide; Ad Hebr.11.
Moyſes grandis factus negauit ſe eſſe filium
filiæ Pharaonis: eligens magis affligi cū po
pulo Dei, quam temporalis peccati habere
iucunditatem: maiores diuitias exiſtimans
theſauro Aegyptiorū, improperiū Chriſti.
Aſpiciebat enim in remuneratorē. Vbi ob
ſerua quā prudenter omnia æſtimauit. Ma
gnus quippe erat theſaur⁹ domus regię Pha
raonis, qui ſibi erat repoſitus in hæreditatē.
Sed pluris fecit futuras diuitias regni Chri
ſti: quāuis oportebat in pręſēti ſęculo affligi
cū populo Dei. Aſpiciebat enim attēte in
remunerationē repromiſſā, & repoſitā in cę
lo. Paria ſūt nobis faciēda, aut ſimilia, quæ
enim tēpo. alia ſunt cōmutare pro ęternis,
nō difficile aut inſulſū debet eſſe. Quę enim 2.Cor.4.
videtur tēporalia ſunt, quæ autem non vi
dentur, æterna: quæ & nunc à Chriſto re
promittuntur. *Et habebis theſaurum in cælo.*

Qualis

1. Cap. 1. Hæreditas cæleſtis qualis.

A Qualis eſt hic theſaurus, qui non deficiet in æternum, qui pro temporalibus obſequijs à Chriſto repromittitur? O fœlices nos ſi verbo domini crediderimus. De hoc theſauro Petrus apoſtolus elegantiſsimè diſputauit, nec ſine gratiarũ actione. Benedictus Deus & pater domini noſtri Ieſu Chriſti, qui ſecundum miſericordiam ſuam magnam regenerauit nos in ſpem viuam per reſurrectionem Ieſu Chriſti ex mortuis, in hæreditatem incorruptibilem, conſeruatam in cælis, & incontaminatam, & immarceſſibilem. Vide & conſidera quales ſint illius hæreditatis pinguiſsimæ & præclariſsimæ conditiones & proprietates: & confer cum theſauro diuitiarum præſentis ſæculi, vt ſic quæ docet cæleſtis magiſter animo ardenti, recipias.

Theſauri cæleſtis.

Theſaurus ille & repromiſſa hæreditas immarceſsibilis eſt, incorruptibilis, incontaminata, denique in cælis conſeruata. Cùm nimirum ſæpenumero omnia ſint contraria in theſauris præſentis exilij. Corruptibilis eſt omnis pecunia, aurum, argentum, & æs, contaminata, & polluta. Vix hæc ſine rapina pupillorum parata ſunt; Marceſsibilis omnis theſaurus, velut fœnũ, cuius flos citò decidit: denique in terra, vbi abſumuntur, &c. Iam luce clariùs vidiſti nũc quàm difficile ſit tibi, pro illis hæc commutare, & credere verbo Chriſti, Veni ſequere me, & habebis theſaurum in cęlo. *Qui triſtis in verbo abijt mœrens.* Non murmurauit aut contradixit, aut irriſit, ſed amore detentus pecuniarum mœrens abijt, non quidem adimplendum ſalutare Chriſti conſilium, ſed ad ſemetipſum abijt & in domum ſuam triſtis. Non tãti emere voluit theſaurũ & regnum cæleſte, quod ſibi primò repromiſsũ in ſola mandatorum obſeruantia conſpiciebat. Dixit namque illi dominus, ſi vis ad vitam ingredi, ſerua mandata: quod nõn reijcit omnes diuitias, quamquam tempore neceſsitatis extremæ indigentium, crimẽ ſit non occurrere illis in neceſſarijs. Elegit dictum prius & reiecit ſecundum: & cum adhuc non impleret conſilium perfectionis, ex verecundia, & bona indole triſtis abijt. Quàm verè ſapere ſecundùm carnem eſt, inter difficile & facile, eligere hoc, & illud reſpuere. Vellet caro noſtra retento ſomno, cibo, potu, honore, diuitijs, quiete, otio denique ab omni labore: ſibi alterius vitæ fœlicitatẽ & culmẽ inuenire, ſi poſſet: qđ cùm impoſsibile ſit, neceſſarijs præceptis intendens, de ſua ſalute ſollicitus eſt homo etiam ille, qui ſpiritualis habetur. Et qui facit omnia quæ ei licent, faciet facilè quę nõ licent. Non poſſumus adoleſcentem hunc criminis arguere, ꝙ non receperit ſacrũ conſilium domini Ieſu: cùm adhuc ſub ratione conſilij fuerit verbum illud. Ex quo ſumpta occaſione ſaluator inquit. *Quàm difficile qui pecunias habent, in regnum* Dei *introibunt.* Hoc verbum non ſine circunſtantia dictum eſt à domino. Imò præmiſit ſanctus Euangeliſta, & ſcripſit. *Et circunſpiciens* Ieſus *ait diſcipulis ſuis*: Quod affirmatiuè legis in Matthæo. Amen dico vobis quia diues difficilè intrabit in regnum cęlorum. *Diſcipuli autem obſtupebant in uerbis eius.* Intellxerũt prudẽter verbum domini Ieſu, quod non tantum aduerſus eos eſſet, qui actu habent diuitias, ſed certè aduerſus diuites in affectu: quorũ plenum mundum cernebant: quoniam eadem eſt eorum damnatio.

Cap. 19.

Habes hanc ſententiam apud Auguſt. in hæc verba: Quod ait dominus diuitem non intrare in regnum cælorum, & diſcipuli dicunt: Quis poteſt ſaluus fieri? cum pauci ſint diuites in comparatione multitudinis pauperum: B intelligendum eſt, quòd omnes qui talia cupiũt in eorum numero animaduerterint.

Augu. lib. quæſt. euãgelicarum. cap. 26. tomo. 4. fol. 332. b.

Obſtupebant itaque & dicebant: Et quis poteſt ſaluus fieri? vniuerſus mundus poſitus eſt in auaritiæ deſiderio & pecuniarum multarũ: quis ergò poteſt ſaluus fieri? Obſerua quod diuitiæ, aut amor earum ordinatus ſub lege & mãdatis diuinis, neq; damnantur à Chriſto, neque his difficilis eſt vitæ introitus: ſed habent vnde fulgentem gloriæ coronã ſibi quotidie fabricent in pauperum miſericordijs, in captiuorum redemptione: in pupillorum & viduarum ſubſtentatione, &c. quæquidem opera grata nimis ſunt in oculis domini, & promiſsionem habent huius vitæ quæ nunc eſt, & futuræ.

Diuitiæ quæ utiles.

Diues quippe fuit ſummus ille patrum Abraham in auro & argento, ſeruis & ancillis & gregibus multis. Diues fuit Iob in his omnibus. Qui domino fideliſsimè ſeruierunt & gratioſi fuerunt in oculis eius. Diues valde fuit Dauid & teſtimonium habuit à domino, quod eſſet ſecundũ ſuũ cor. Non ergò diuitiæ malę ſunt: aut habẽti ſunt in laqueum: ſed auaritia. amorq; inordinatus earũ vituperatur, & illaqueat ferè omnes diuites, & illos maximè qui propria induſtria, & in ſudore ſuo multo inuenerũt illas: ſicut docet Plato: Mihi videbaris di-

Geneſ. 14 Cap. 1. Act. 3. Diuitiæ proprio labore acquiſitę quales. Plato. dialogo de iuſto.

ris di-

ris diuitias non multum admirari, quod qui-
dem plurimum ij faciunt, qui ſibi eas nô pe-
perere. Qui aũt illas parauerũt, duplo magis
Similitudo quàm alij amant. Quemadmodum enim &
poëtæ poëmata ſua, & filios patres diligũt:
eodem modo qui acquiſiuere pecunias: illis
ſtudent tanquam operi ſuo: non ad vſum ne
ceſsitatemq́; vt alij: ex quo difficilis eſt eo-
rum familiaritas, cum nihil aliud præter di-
uitias laudare velint. Illaqueant itaque di-
uitiæ ſtultos amatores earum, propter quod
dominus dicit. Amen dico vobis quia diues
difficile intrabit in regnum cælorum. Cùm
audis difficile, noli intelligere ꝙ aditus &
introitus ſit impoſsibilis, ſed rarus. Sic bea-
Hiero. ſu- tus Hieronymus: Vbi difficile ponitur, nõ
pra. 19. c. impoſsibilitas prætẽditur: ſed raritas demõ-
Matthæ. ſtratur. Diuitiæ namque cæcæ ſunt & ha-
bentem excæcant, & tyrannæ tyrannidem
& poteſtatem exercent aduerſus ſeruos
ſuos, quos captiuos tenent ad ſui votum &
Cap. 31. nutũ. Vnde in Eccleſiaſtico ſic legis: Multi
dati ſunt in auro caſus, & facta eſt in ſpecie
eius perditio illorum. Lignum offenſionis
eſt aurum ſacrificantium. Vę illis qui ſectã-
tur illud, & omnis imprudens deperibit in
illo. Beatus diues qui inuentus eſt ſine ma-
Cap. 3. cula, &c. In Baruch ſic legis: vbi ſunt prin-
cipes gẽtium, qui dominãtur ſuper beſtias,
quæ ſunt ſuper terram: qui in auibus cæli lu-
dunt, qui argentum theſaurizant, & aurum
in quo confidunt homines, & non eſt finis
acquiſitionis eorum, qui argentũ fabricant,
& ſoliciti ſunt, neque eſt inuentio operum
illorum. Exterminati ſunt & ad inferos de-
ſcenderunt: & alij loco eorum ſurrexerunt.
Denique in Paulo ſic legis: Eſt autem quæ-
1. Tim. 6. ſtus magnus pietas cum ſufficientia (pietas
præſenti loco miſericordiam ſignificat, ali-
bi, cultum in Deum: & ſic eſt religio) Nihil
enim intulimus in hunc mundum: haud du-
biè quia nec auferre quid poſſumus. Haben-
tes ergò (optima & prudentiſsima illatio)
alimenta & quibus tegamur: his contenti
ſimus. Nam qui volunt diuites fieri, incidũt
in tentationem & laqueum diaboli, & deſide-
ria multa & nociua & inutilia: quæ mergũt
homines in interitum & perditionem. Ra-
Diuitũ ui dix enim omnium malorum eſt cupidi-
tia. tas. Superbia à dextris diuitum regnat: de-
litiæ carnis familiares illorum: Vindicatio
iniuriæ adeſt in ianuis: proximorum contẽ-
Pſalm. ptum & maximè pauperũ pro corona ſuſci-
piunt. Denique cum hominibus non flagel-
lantur: neque in communibus plagis mundi
frigoris aut æſtus: Adeſt cibus ſplendidus,
potus defecatus: ſalus iucundiſsima, veſtitus
propheanus: etiam cùm reliqui cõciues his
omnibus indigent. Non eſt firmamentum Pſal. 72.
in plaga eorum ſtatim curaturi: nõ flagellã-
tur cum hominibus: ideò tenuit eos ſuper-
bia, operti ſunt iniquitate & impietate ſua.
Prodijt quaſi ex adipe iniquitas eorum:
tranſierunt in affectum cordis. Quæ cùm ſę-
penumero & quaſi regulariter in diuitibus
appareant, propterea dixit Saluator: Quàm
difficile qui pecunias habent in regnũ Dei Senec. lib.
introibunt? Et Seneca inter alia dixit: Diui- de pauper-
tiæ inflammant animos: ſuperbiam & arro- tate. Lege
gantiam pariunt, inuidiam contrahunt, au- epiſto. 58.
daciam faciunt, & dant inſolentiam. Mul- eiuſdem.
tum enim eſt non corrumpi diuitiarum cõ-
tubernio. Si regnum Dei eſſet paupertate
contractũ, forſan locũ diuitię illuc in inue-
niſſent: ſed gloria & diuitiæ & ingens locus Pſal. 111.
poſſeſsionis eius eſt: vnde humilibus & ſpi- Baruch. 3.
ritu pauperibus repromiſſum eſt. In noſtro
Euangeliſta hanc ſententiam iterum Salua-
tor loquitur: *Filioli quàm difficile eſt confiden-
tes in pecunijs in regnum* Dei *introire*? Stupe-
bant apoſtoli, & ad ſemetipſos dicebant:
quis poteſt ſaluus fieri? Si ita res habet ſicut
verbum domini cõteſtatur in exteriori ſua
ſpecie, quis poterit ſaluus fieri? Exponit er-
gò ꝙ occultum iacebat ſub ſententia. Quã
difficile eſt: non diuites pios & miſericor-
des, ſed confidentes in pecunijs in regnum
Dei introire. Dolebant Apoſtoli ſuper per-
ditionem aliorum, quorum omnium, iam
charitate afficiebantur, & quaſi magiſtro-
rum ac patrum viſcera ſuſceperãt: Sic enim
pro vnius ſententiæ acrimonia expauerũt,
vt non parua eis conſolatione opus fuerit.
Hac de cauſa filiolos dicit: & quod impoſsi-
bile eſt apud homines, poſsibile eſt apud
Deum. Obſerua quomodo in loco illo, diffi-
cile, pro impoſsibile ponitur, quàm diffici-
le eſt confidentes in pecunijs, &c. Impoſsi-
bile certè eſt qui confidunt in pecunijs, dũ
animum ad illas in ordinatione graui ha-
bent, ſaluari. Habes ergò in priori ſentẽtia,
difficile pro raro vſurpatum: & in ſecundo
pro impoſsibile. Attendere namq́; oportet
ijs quæ dicũtur & quomodo dicũtur, vt ger-
manum ſenſum ſcripturarum capias. Inquit
ergo. Filioli, Iis quaſi pauperibus ſpiritu,
qui omnem ſpem ſuam in domino repoſue-
rant, blanditur. Filioli quàm difficile eſt. Iã
affir-

aſiirmat & etiam in admiratione: quàm A
dificile eſt: quàm inquam impoſsibile eſt
qui confidunt in pecunijs in regnum Dei
introire. Habes hanc ſententiam apud di-
Auguſt.ad uum Auguſtinum. Diſcipuli audierunt fa-
prob. epiſ. cilius eſſe camelum, &c. mirifica & miſeri-
131.2.to. cordioſiſsima pollicitatione reſpōdit, Deo
folio.617. eſſe facilè, quod hominib⁹ impoſsibile eſt.
B.C. Cui ergo facile eſt vt diues intret in regnum
cęlorū, ipſe inſpirabit tibi piā ſolicitudinē,
de qua me conſulendum putaſti, quo nam
modo eſſet tibi orandum. Ille namq; cùm
Lucę. 19. adhuc hic eſſet in carne, Zachęū diuitem in
regnū cęlorū miſit, & reſurrectiōe atq; aſcē
ſione glorificatus, multos poſtea diuites im
partito ſpiritu ſancto fecit huius ſæculi con
temptores: & finita diuitiarū cupiditate di-
tiores. Quomodo enim tu ſic ſtuderes ora-
re Deum, niſi ſperares in eo? Quomodo
autem ſperares in eo, ſi ſperares in incer-
to diuitiarum, & contemneres præceptū
ſaluberrimum: quo Apoſtolus ait: Præci-
1.Ti.6.d. pe diuitibus huius ſæculi, &c. Hæc Au-
guſtinus: Eſt ergò crimen ſperare in incer-
to diuitiarum: cùm ſpes noſtra reponen-
da ſit in Deo. Præter hoc quòd qui ſpem
Auarus. in diuitijs reponit, & confidit in illis, or-
dinem diuinæ æquitatis dehoneſtat: dum
creaturam vltimum finem ſibi ipſi præfi-
Ad Gal.5 git. Propter quod auaritia dicta eſt ido-
lorum ſeruitus. Hæc diximus probantes
quod difficilè, pro impoſsibile, ſcriptū eſt.
Cap.3. Et illo verbo vſus eſt Baruch Propheta:
In quo confidunt homines. Ac ſtatim do-
cet quàm criminalis ſit hæc confidentia,
cum inquit: Exterminati ſunt, & ad inferos
deſcenderunt. Audite verba hæc ô diuites,
& attendite vobis: nolite obdurare corda
Pſal. 93. veſtra: cor enim durum male habebit in
Eccleſi. 3, extremis. Sapientia Dei Chriſtus: iudex
veſter vobis dicit: Quàm difficile eſt qui
confidunt in pecunijs, in regnum Dei in-
troire? Nolite ſeducere cor veſtrum, quia
Prou. 11. nihil proderunt diuitiæ in die vltionis.
Matt. 16. Quam enim dabit homo commutationem
pro anima ſua? *Facilius eſt camelum tranſire*
per foramen acus, quam diuitem intrare in re-
gnum Dei. Vbi obſerua quòd multo impoſ-
ſibiliùs eſt diuitem in diuitijs confidentem
introire in regnum Dei, quam camelum
tranſire per foramen acus. Hoc enim faci-
liùs iudicatur à Chriſto quàm illud: & hoc
eſt impoſsibile: ergo & illud magis impoſsi
bile eſt. Vnde beatus Hieronymus. Hoc

dicto oſtenditur non difficile, ſed impoſsi-
le eſſe. Vbi vides quomodo ſuperiorem ſen
tentiam comprobet firmiùs. Væ vobis di-
uitibus, qui habetis hic conſolationem ve- Lucę. 6.
ſtram. Væ vobis qui opulenti eſtis in Sion Amos. 6.
& confiditis in monte Samariæ, optimates,
capita populorum, ingredientes pompati-
cè domum Iſrael. Qui ſeparati eſtis in diem
malum, & appropinquatis ſolio iniquitatis.
Qui dormitis ſuper lectis eburneis, & laſ-
ciuitis in ſtratis veſtris: qui comeditis agnū
de grege, & vitulos de medio armenti, &c.
& nihil patiebantur ſuper contritionem
Ioſeph. Quod ſi ſuper egenum & paupe- Pſalm. 40.
rem intelligerent, liberaſſet eos Dominus
in illa die mala ad quam ſeparati ſunt. Mi-
rabantur itaque diſcipuli in dicto Saluato-
ris: propter quod iterum inquit ſuper re
hac: *Apud homines impoſsibile eſt: ſed non apud*
Deum: omnia enim poſsibilia ſunt apud Deum.
Obſcura ſententia ſi cū ſuperioribus, prout
oportet, ſit copulanda. Diximus impoſ-
ſibile eſſe diuitem in regnū Dei introire, cō
fidentem in pecunijs: quia talis confiden-
tia criminalis eſt. Neque hæc impoſsibili-
tas peculiaris eſt diuitibus huiuſmodi, ſed
omnibus peccatoribus, niſi reſipuerint per
B veram pœnitentiam. Diximus ſecundo
quomodo rarus eſt diuitibus introitus in
regnum cęlorum. Iam nunc exponenda eſt
ſententia cameli in ſenſu compoſito. Et vt
ſic omnino impoſsibile eſt diuites confidē-
tes in pecunijs venire ad vitam & regnum.
Quod autem dicit Saluator eſſe impoſsibi-
le apud homines, diuites ſaluari, apud Deū
autē poſsibile eſſe, in ſenſu diuiſo debet in-
terpretari. Impoſsibilè eſt hominibus re-
ſurgere ex ſui arbitrii poteſtate: poſsibile ta
mē eſt Deo dare illis pœnitentiā. Vna ergò
cōſolatio ex præſenti Euāgelio diuitibus re
linquitur, ꝙ Deus poteſt illos conuertere.
Multa tn̄ Deus poteſt quæ nunquam facit.
Tūcq; ſalui erūt, cū depoſuerint grauē ſarci Diuites
nā peccatorū, & totius corporis prauitatē. quomodo
Super qđ inquit B. Hierony. Si enim quo- ſaluādi ſūt
modo camel⁹ nō poteſt intrare per foramē
ac⁹, ſi diues nō poteſt intrare in regnū Dei,
nullus diuitū ſalus erit. Sed & ſi legim⁹ Eſai. Cap. 60.
quomodo cameli Madiā & Epha veniant
Hieruſalem, cum donis atque muneribus:
& qui prius curui erant, & vitiorum praui-
tate diſtorti, ingrediatur portas Hieruſalē:
videbimus quomodo & iſti cameli, quibus
diuites comparantur, cum depoſuerint gra-

C
uꝰ in ſarcinam peccatorum, & totius corpo
ris prauitatem, intrare poſsuit per anguſtã
portam, & arctam viam, quæ ducit ad vitã
Vnum eſt illis remedium ad ſalutem, quod
& omnibus peccatoribus eſt neceſſarium,
ſed quia diuitibus valde inſuetum nimisq;
difficile: aliquando impoſsibile, aliquan-
do difficile, aliquando poſsibile tantum
apud Deum, cui omne verbum eſt poſsi-
Chryſoſt. bile, dicitur. Propter quod Chryſoſto-
hom.63.ſu mus: Vnde patet non paruam mercedem
per Mat- philoſophanti locupleti eſſe repoſitã: ideò
thæ. Dei quoque opus id eſſe aſſeruit, vt in gen-
tis gratiæ dono ad hanc rem opus eſſe oſtẽ
dat. Vides quàm difficile eſt opus, quod
tantam gratiam requirit? Docet idem Chry
ſoſtomus qualiter grauem hunc morbum
auaritiæ fugere poſsit homo. Cuius vis &
potentia adeò ſui iuris animos mortalium
facit, vt quæque difficilia & ferè impoſsi-
bilia aggrediatur & obtineat. De quo ex-
tat elegans dictum Philippi patris Alexã-
dri: qui cum obſideret caſtellum quod-
dam, ingenio loci adeo munitum vt om-
nes dicerent ad illud, niſi à cælo nullum
Aurũ fer- eſſe acceſſum: Tunc rex rogauit, an aſinum
ro potẽtiꝰ. pecunia onuſtum illuc perducere poſſent?
respondentibus illis, etiam, tunc ait: Vici-
Philippus mus ergò. Vt oſtenderet aurum nonnulla
Alexan. conficere, quæ vix vllis alijs viribus effici
pater. poſsunt. De quo ſit ſatis. *Et poſt hæc cæpit*
Petrus dicere. Ecce nos reliquimus omnia, &
Cap.19. *ſecuti ſumus te.* In Matthæo legis. Quid er-
Ad longũ gò erit nobis? Non otioſe aut in tempe-
de re hac, ſtiuè interrogat: ſed prudenter. Audierat
c.5.Marc. namque magiſtrum dicentem: Vade &
vende quæcunque habes, & da pauperibus:
& veni, ſequere me, & habebis theſaurum
in cælo. Ipſe vero Petrus & cæteri Apo-
ſtoli, vt Andræas, Iacobus, Ioannes, re-
tia vilia reliquerunt: non amplas ac ſplen-
didas poſſeſsiones: inquit ergò. Ecce nos
reliquimus omnia: ſed vilia, ſed humilia,
vel nullius precij: nunquid & nobis theſau-
rus repoſitus eſt in cælo: ſicut huic repro-
mittis, ſi dimiſerit omnes ſuas poſſeſsio-
nes, atque pauci earum erogauerit pauperi-
bus? Nunquid obfuit paupertas noſtra? An
ſatis fuit, quòd ea, quæ habuimus, ad vo-
cem tuam reliquimus, & ſecuti ſumus te?
Non dubitauit Apoſtolus ad vniuerſi or-
bis vtilitatem ſuper re hac magiſtrum con-
ſulere. Hæc interrogat, ne quis pauperum
opinetur, non poſſe ad perfectionem te

C
peruenire, cum non habeat, quæ paupe-
ribus offerat: quod ex reſponſione magi-
ſtri confirmatur. Præter hoc quod dimit- **NOTA.**
tit multum, qui cum re poſſeſſa, etiam con-
cupiſcentijs renuntiat. Tanta ergò à ſequen
tibus dimiſſa ſunt, quanta à non ſequenti-
bus concupiſci potuerunt. Fit enim homo *Pauperta*
per votum paupertatis, vel vnius oboli in- *tis uotum*
capax. Neque ius habere poteſt ad aſſem. *quã ſubli-*
Cum autem omnia ſint poſsibilia, etiã pau- *me.*
peri: tot ac tanta dimittit, quot habere po-
teſt, ſiue caſu, ſiue iure hęreditario, ſiue ex le
gatò. Non ergo vulgare iudices paupertatis
votum, vt cõmune ſacrificium: ſed altum &
Deo vniuerſorum domino honorificum:
cui ſeſe homo committit & ſuæ diuinæ or
dinationi: Et tunc ampliſsima circunſtan-
tia veſtitur & ornatur hoc opus, cum pro-
pter illum impeditur, qui cum eſſet diues *2.Cor.6*
egenus factus eſt, vt inopia eius nos diui-
tes eſſemus. Vides quantis & qualibus cir-
cunſtantijs ornatur ac decoratur pauperta-
tis altus ſtatus? Haud omnium eſt, tantum
obſequium Deo impendere: ſed eorum qui
vicem rependere non valentes, vel in his,
quæ ſibi ſunt difficilia inſeruiunt: quibus
D
repromittit Saluator magnam remunera-
tionem, & in præſentiarum, & in iudicij die
dicens. *Amen dico uobis nemo eſt qui reliquerit*
domum, aut fratres, aut ſorores, aut patrem, aut
matrem, aut filios, aut agros, propter me, &
propter Euangelium qui non accipiat centies tan
tum nunc in hoc tempore domos, & fratres, &
ſorores, & matres, filios, & agros, cum perſe-
cutionibus, & in futuro ſeculo uitam æternam.
Duo commemorat beatiſsimus Petrus à ſe,
& à ſuis condiſcipulis facta propter Chri-
ſtum. Et quòd reliquerit temporalia & car
nalia bona, & quod ſecutus ſit dominũ Sal-
uatorem: propter quæ & rogat quid ſint ac-
cepturi. Chriſtum vtiq; repoſitum premiũ
ampliſsimũ cũ fideli repromiſsione decla-
rat. Vt certo ſcias quia neq; vas aquę frigidę
erit ſine remuneratione apud patrem: quan
to magis hæc magnifica & hæroica facino-
ra? Inquit ergo: Amen, id eſt, Fideliter dico
vobis: in veritate dico, non mentior: immo *Matt.24.*
cælum & terra tranſibunt, verba autẽ mea
nõ trãſibũt. Per ipſum dicimus. Amẽ Deo.
Quotquot ꝓmiſsiones Dei ſũt, in illo EST. *2.Cor.1.*
Tantũ abeſt vt Chriſtus verus ac verax nõ
ſit: quidẽ per ipſum, Deũ patrẽ in ſuis anti-
quis promiſsionibus veracem comproba-
mus. De quibus in libro primo diuinarum
promiſ-

A

Homil. 9. ſol. 83. & 84.

promiſsionum diſputauimus (& ſuper pſalmũ. 50. ad longum hæc ſententia Apoſtoli expoſita eſt) oſtendentes firmam veritatem promiſsionum Ieſu Chriſti Domini noſtri. Fideliter ergò & Amen dico vobis: quod nemo eſt qui reliquerit domum aut fratres, aut ſorores, &c. Vbi obſerua diligenter quomodo diſiunctiuè loquitur Saluator non copulatiuè. Sufficit namque aliquod iſtorũ habere, & illud relinquere propter Chriſtum & propter Euãgelium: neq; omnia ſunt neceſſaria. Quod optimè in apoſtolis comprobatur, qui retia & nauim relinquentes, iure dicunt: Ecce nos reliquimus omnia: ſicut ſupra expoſitum eſt. Non ergò neceſſarium eſt ad perfectionem Euãgelicam, & pro magno præmio repromiſſo, multa prius habuiſſe temporalia bona, ac dimiſiſſe illa. Satis eſt ſi facias, quòd duces huius philoſophiæ ac viæ pacificę & cęleſtis, ſacri Dei apoſtoli fecerunt. Vnde Saluator ſingulare ac excellentiſsimum præmium illis repromittit, tanquam ducibus ac deinde omnibus generale, vt militibus

Cap. 19.

ſtrenuis. Illud in Matthęo deſcribitur, cum dicit: Sedebitis ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſràel. Quod propriè Apoſtolis conuenit & eminenter, ac gradu inferiori ſectatoribus paupertatis Euangelicæ, ſicut beato Benedicto ac Seraphico patri noſtro Franciſco, ac ſanctiſſimo Dominico, &c. De vniuerſa autẽ cõ-

Cap. 10.

munitate aliorum in Marco inquit: Amen dico vobis nemo eſt, &c. Nullum excludit: omnem ſexum, ætatem, & conditionem co-

Acto. 10.

pulat in promiſsione retributionis. Non eſt acceptor perſonarũ Deus: ſed diues in omnes qui inuocãt illum, & ei fideliter ſeruiũt.

NOTA. *valde.*

Nemo eſt qui reliquerit domum. Obſerua quòd nõ inquit: Nemo eſt qui reliquerit domum, & precium dederit pauperibus. Quia hoc ſi fieri poteſt, optime ſit, ac valde expedit, non tamen eſt neceſſarium. Cum certè in fratribus & ſororibus, vxore, & patre, & matre impleri non poſsit: ac pro horum dimiſsione repromiſsio à domino fit. Non enim vendi poteſt frater, aut ſoror, aut filius: neque pater & mater pro erogando

Dimittere omnia quo modo ſit intelligendũ prudenter.

precio pauperibus. Non ergo ad inueniendam magnam hanc repromiſsionem neceſſaria eſt huiuſmodi diſtributio bonorum inter pauperes: ſat eſt relinquere. Et in hoc etiam ſeruanda eſt regula diuinæ æquitatis vt ſcias quomodo & quando dimittere potes patrem, & matrem, vxorem, vel filios.

Con. Si in fidelis. 28. q. 2. Vbi Gregor. id determinat & Innoc. cap. Quanto de diuorti. ea. Gaũden. eo. tit. et oẽs theolog. 4. 5. d. 39.

Non quippe ſine vigilia, attentione, & pro libito faciẽda ſunt hæc. Vxor enim dimitti non poteſt propter Euangelium, ſi fidelis ſit: vel ſi infidelis, ſi conſentit cohabitare ſine iniuria ſaluatoris. Imò tunc oportet cohabitare cum illa, ac ſuauiter ad meliorem ſenſum reducere: vt reſipiſcat à laqueis diaboli, & cæcitate mentis. Neque dimitti poteſt vxor fidelis conſummato iam matrimonio ſine expreſſa voluntate eius: vnde Paulus Apoſtolus: Vir poteſtatem ſui corporis non habet, &c. Sed & ſi filij ſunt educandi & in doctrina fidei inſtituendi, non

1. Cor. 7.

video quomodo dimitti poſsit: cum duo hæc ius naturæ & omnis æquitas velit ac deſideret, ac firmiter imperet. De parentibus eadem eſt ratio: quando filij ſunt illis omnino neceſſarij ad eorum ſuſtentationem vel parentibus commodè aliter non poſsit prouideri quàm per obſequium filiorum in quò tunc illis intendendum eſt & inſeruiendum à filijs: cùm hoc doceat præceptum de honore parentum, ſicut ſupra dictum eſt.

S. Thom. 2. 2. q. 189 arti. 6.

Vides quomodo cũ attentione dimittenda ſunt hæc, & quomo-

Cap. 7.

B

do oporteat ius naturæ & diuinæ conſulere, antequam aliquod horum attentes. Noli ergo nudam literam ſine magiſtrorum interpretatione ſequi: quos Dominus dedit tibi, vt te dirigant in viam pacis, & doceant diuinos cogitatus, & illucident obſcura ad tuam ſalutem. Inquit ergò Saluator. *Amen dico uobis nemo eſt* ſiue maſculus, ſiue fœmimina, ſiue Iudæus, ſiue Gẽtilis, ſiue Dominus, ſiue pauper (in Chriſto Ieſu omnes vnũ ſunt) qui reliquerit domũ, aut fratres, aut ſorores, aut patrẽ aut matrẽ, &c, propter me & propter euãgeliũ Hic copulatiuè loquitur. Eadẽ tamẽ eſt relatio in opere ad vtrũq;, ad Chriſtũ ſcilicet & ad euãgeliũ ſuũ. Propter amorẽ & honorẽ Euãgelij & Chriſti idem opus fit. Referre ergò oportet huiuſmodi opera ad Chriſtũ, & ad ſuũ Euãgeliũ. Neq; eſt neceſſaria formalis hæc relatio in intentione, vt vtrũq; amplectaris, ſcilicet Chriſtũ & euangeliũ. Satis eſt ſi virtualiter & Chriſtũ & euangeliũ honorare intẽdas & eidẽ deſeruire. Hoc dictũ à me eſt, ꝑpter verbũ hoc *Et Euãgeliũ*, & propter aliquos profeſſores paupertatis: quibꝰ tũc nõ ſubeſt formalis & actualis hęc cõſideratio. *Qui nõ accipiet cẽties tãtũ in hoc tẽpore domos, & fratres, & ſorores, & matres, & filios, & agros, cum perſecutioni-*

bus: & in futuro ſeculo uitam æternam. Fabella iudaica mille annorum poſt reſurrectionem, in quibus carnaliter hæc complenda impij fingunt, retunditur in verbo illo *cum perſecutionibus* cum totum illud tempus ad delitias carnales & pacem fingant, & conſtituant: quibus perſecutiones contradicũt. Confutatur & in verbo illo, *Matres*, cùm impoſsibile ſit vnum hominem habere tot matres. Sed & turpitudinem oſtendunt in verbo, *Vxores*: turpe nimis eſt virum vnum centum vxores habere. Abeat ergo tantum nefas, vt exiſtimes carnàlia hæc deliramenta Chriſtum repromittere ſui Euangelij cultoribus. Sed ſic eſt interpretanda nobilis promiſsio. Qui carnalia pro Saluatore dimiſerit, ſpiritualia recipiet: quæ & comparatione & merito ſui, ita erunt quaſi ſi paruo numero centenarium compares. Vnde Apoſtolus, qui vnam tantum domum, & vnius prouinciæ paruos agros dimiſerat, dicit. Quaſi nihil habentes, & omnia poſsidentes, aliter exponi poteſt nobilis illa promiſsio Saluatoris, de religioſis qui pro vno patre carnali, vel fratre, habent ſpirituales patres, & fratres multos, & poſſeſsiones, & agros: in quantum ex omnibus poſſeſsionibus fidelium, ſufficienter ſubſtentartur. Datur & illis centuplum bonum ſpiritule, in hac vita: & ſic habent fructum centuplum ex ſemine Euãgelij. *Et in futuro ſeculo uitam æternam.* Intellige hanc promiſsionem in gradu centuplo. Gloria enim gratiæ proportionatur, & meritis iuſtorum, & donis, quæ à Domino acceperunt. Cùm ergò audis & vitam æternam in futuro ſæculo, noli verbum communiter intelligere. Et paruulus certè cum ſola gratia baptiſmi recedens, vitam æternam poſsidebit. Amplius ergò repromittitur ſectatoribus Euangelicæ perfectionis. Stella enim à ſtella differt, in claritate: ſic & reſurrectio mortuorum, Alia quidem claritas & gloria ſolis, alia lunæ, alia ſtellarum. Sic & merita ſanctorum & præmia & coronæ. Attende & conſidera quàm longè ſublimior ſit gloria ſolis, quàm lunæ, aut ſtellarum. Cùm vniuerſum tempus diſtributum ſit in duas partes, diem & noctem: diei præfecit ſummus Deus ſolem tanquam magnum regem: nocti vero lunam, cum cæterarum ſtellarum multitudine, magnitudini autem vir-

Anni mille poſt reſurrectionem abijciuntur

2. Cor. 6.

Coronæ ſanctorum.

1. Cor. 15

Sol Geneſi. 1.

C tutis ac poteſtatis ſolaris præclaræ atteſtantur quæ modo dicta ſunt. Vnus enim cùm ſit ſol primatim quidem & peculiariter dimidium totius temporis ſortitus eſt, ſcilicet diem. Reliquæ verò omnes ſtellæ vnà cum luna alterum dimidium, quod vocatum eſt nox. Et illo exorto, tot ſtellæ, quæ apparebant, non obſcurantur ſolum, ſed euaneſcunt etiam præ ſplendore diffuſo. Poſt occaſum verò eius incipiunt oſtentare ſuas ſpecies. Et ſic proportionaliter philoſophare in contemplatione lunæ & ſiderum, vt rem hanc deprehendas: de qua Paulus in ſuperiori ſententia, & exemplo diſputauit eleganter. *Propter me, & propter Euangelium, & perſecutionibus.* Duo adhuc tibi ſunt notanda in hac ſententia, centuplum & vitam æternam inquit. In hoc mundo centuplum, & in altero vitam æternam. Propter me. Ipſum promeretur, propter quam ſit. Ego ſum merces tua magna nimis dixit Dominus ad Abraham: venditus ager vix decem aureos redderet, & centuplum recipis, cum propter Chriſtum illum dimittis, & deinde vitam æternam. Ob liberalitatem

D Dei in nos: O ſuæ naturæ ingenuitatem. Vile opus magnificat, ad honorem ipſius impenſum. Centuplum & vitam æternam repromittit. Dic mihi quando obſecro exponeres pecuniam tuam lucro & negociationi, vt centuplum colligeres? Et tamen cùm illa propter Chriſtum dimittis, ecce centuplum in hoc ſæculo, & deinde vitam æternam. Iure ſcriptum eſt: Qui miſeretur pauperis, fœneratur Deo. Centuplum in bonis ſpiritualibus accipiet in hoc mundo, quæ temporalibus compoſita, vile ſtercus iudicantur: & illa aurum obrrizum purgatum ſeptuplum. Ex Paulo ad Philippenſes & ex cantico Abach, exponenda eſt iterum litera, & confirmanda, cùm inquit Dominus: *Propter me.* Cõmemorauit Apoſtolus magna bona & præclarã ingenuitatem quam ſub lege Moyſi habuit, nimirùm quòd Hebræus eſſet de tribu Beniamin, & ſecundum legem Phariſæus, ac conuerſatus ſine querella, exiſtens æmulator paternarum traditionum. De quibus omnibus intulit: Verumtamen exiſtimo omnia detrimentum eſſe propter eminentem ſcientiam Ieſu Chriſti domini mei. Detrimentum ſalutis & ſtercus reputat illa omnia, niſi ad Chriſtum conuolent,

Geneſ. 15.

Matth. 19

Cap. 3.

Cap. 3.

Theſaurus euangelicæ quanti factus à Paulo.

Philip. 2.

uolent, cultores legis Moyſi: & ſi iam ob- A
ſeruantur, hominē cōmaculant: quia ſigna
mendacia ſunt: quæ olim vera erant, cùm
ſignificabant Chriſtum venturum. Omnia
ergò quæ ſummo loco repoſuerat vt ar-
nam exiguam, & velut ſtercus reputauit,
vt lucri faceret Chriſtum. Neq; ſatis viſum
ſibi eſt illa deſpicere, ac floccifacere prop-
pter Chriſtum: Sed & quæque dura & diſ-
ficilia, mille denique mortes, hilari animo
ſubire paratiſsimus erat, ad cognoſcendum
illum, & virtutem reſurrectionis eius: & ſo-
cietatem paſsionum illius. Quis ſapiens &
intelliget hæc? Neq; tantùm exteriora bo-
na offert, & dimittit poſt tergum legem &
iuſtitiam Moyſi: verùm ſocietatem deſi-
derat paſsionum & dolorum Chriſti: de-
nique & crucem, configuratus morti eius.
Crucis patibulum libentiſsimo animo, &
in gratiarum actione & hymnis ſpirituali-
bus ſubibo propter Chriſtum: propter ſuū
Euangelium: & vt inueniar in illo habens
iuſtitiam, quæ ex fide eſt Ieſu Chriſti: De
qua ſtatim, vt doceat quod hæc eadē fides
Ieſu Chriſti, eſt fides Dei, inquit. Quæ ex
Deo eſt iuſtitia in fide, quò omnia hæc ten- B
Philip. 3. dunt. Si quomodo occurram ad reſurre-
ctionē, quæ eſt ex mortuis. Ad vitam æter-
nam, quam repromittit dominus. Ad in-
ueniendam viam pacificam; certam & ſe-
curam, qua ire & occurrere poſsim ad re-
ſurrectionem mortuorū. Quid inquis Pau-
1. Theſſ. 4. le. Nonne omnes reſurgemus? Nonne tu
dixiſti: Si mortui non reſurgunt, neque
Chriſtus reſurrexit? Quare ergò impen-
dis tot labores & teipſum patibulo crucis
Domini Ieſu, ac ſocietatem paſsionum il-
lius tibi ardenti animo concupiſcis, ad per-
ueniendum ad reſurrectionem quę ex mor
tuis eſt, quæ omnibus erit communis? La-
tet in verbo illo, *Occurram*, glorioſa reſurre-
Occurrere ctio ſanctorum, ad capeſſendam vitam æter
Chriſto nam in vtroque homine. Occurrere, & ob-
quid. uiam ire idem ſunt. Et obuiam ire Chri-
ſto venienti ad iudicium, ſanctorum eſt:
ſicut teſtatur ipſe Apoſtolus: Simul rapie-
1. Theſſ. 4 mur cum illis in nubibus obuiam Chriſto
in aëra: & ſic ſemper cum domino erimus.
Pro hac reſurrectione glorioſa, & inuenien
da vita æterna, & Euangelico theſauro, vt
ſemper cum domino ſit, impendit ſua & ſe
ſacratiſsimus Apoſtolus. Et Abach. Simili-
Cap. 3. ter cùm dicit: Ingrediatur putredo in oſsi-

A bus meis, & ſubter me ſcateat; vt requieſcā
in die tribulationis; & aſcendam ad popu-
lum accinctum noſtrū. Et beatiſsimus Igna
tius: Ignis, crux, beſtię, confractio oſsium,
membrorum diuiſio, & totius corporis cō-
tritio, & tota tormēta diaboli, in me veniāt:
tantum Chriſto fruar. Quid mihi proſit
ego ſcio. Vides quanti faciant theſaurum *Matt. 13.*
Euangelicum & vitam æternam, & Chri-
ſtum? Non ſunt condignæ paſsiones huius *Roman. 8.*
temporis ad hanc vitam, quam repromittit
Saluator dominus: ad futuram gloriam, quę
reuelabitur in nobis, inquit Apoſtolus. Tu
verò ô homo ſtultè, & inſipiens, cum Eſau
profano & fornicario pro edulio lentis *Geneſ. 25.*
vendis primogenituram: qui niſi reſipueris *Ibi. 26.*
in hac vita per veram pœnitentiam, etiam ſi
cum lachrymis quæſieris locum eius, non
inuenies. Vbi vide quomodo expreſsè Pau *Hebr. 12.*
lus apoſtolus negauit Eſau fructuoſam pœ-
nitentiam, non ad veniam peccati, quæ ſem
per illam obtinet, ſi vera ſit, & non ex ani-
mo ficto, ſicut ſceleſtus Antiochus com- *2. Maca. 9*
probatur mēdax in oratione pro venia: Sed
negauit Eſau locum pœnitentiæ, vt ſcilicet
B poſſet hæreditare benedictionem. Nihil er-
go habet Nouatianus contra remiſsionem
peccatorum ex ſententia apoſtoli: qui ma-
nifeſtè conteſtatur quomodo non inuenit *Finis actio*
Eſau locum pœnitentiæ, etiā cū lachrymis. *nū ſancta-*
Propter me & propter Euangelium. Ecce finē *rum.*
omnium actionum ſanctarū: propter Chri-
ſtum, & ad gloriam Chriſti faciendæ ſunt.
Omnia quæ facitis in opere & ſermone, in *1. Cor. 10.*
nomine Ieſu Chriſti facite: & ad gloriam
Ieſu Chriſti: qui tanti nos aliquando fecit,
quòd ſuſtinuit crucem propter nos, confu- *Hebr. 10.*
ſione cōtempta. Quid eſt quòd dixi aliquā-
do? Ignoſce domine quia inſipiēter locutus
ſum. Qui ab æterno tanti nos fecit: quòd vo
luit propter noſtram ſalutem inhoneſtiſsi-
mum & turpiſsimum patibulum crucis ſu-
bire. Myſterium temporibus æternis taci- *Cap. 16.*
tum: gratia eſt quam repromiſit ante tem-
pora ſæcularia, qui non mentitur Deus. Be- *Tit. 1.*
nedictum nomen maieſtatis eius in æter- *Pſalm. 71.*
num, fiat fiat. Tanti nos fecit aliquando
in tempore, vt cum effectu mortem cru-
cis ſuſtineret. Propter hunc ergo Domi-
num, agros, domos, fratres, ſorores, patrem,
& matrem dimittere, quantum eſt aut qua-
le? Et tamen ſublimia hæc, quæ diximus,
repromittit bona. Inter quæ annumerat &

perſecutiones. *Cùm perſecutionibus* inquit: De quibus inter alia, dictum eſt: Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam: quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. Cum inquit: cum perſecutionibus, propter Chriſtũ intellige. Et obſerua quomodo inter præmia annumerantur perſecutiones: quas ab impijs & nequam hominibus patiuntur humiles paupertatis profeſſores. Vt autem comprobes quod verè ad præmium reduci debent perſecutiones: ſcrutare quid de illis vtrumque teſtamentum ſentiat. Vide etiam quomodo granum frumenti cadens in terram ac mortuum, multum fructum affert. Paulus de afflictionib⁹ præſentis ſeculi inquit: Quod in præſenti momentaneum eſt, & leue tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate immenſum gloriæ pondus operatur in nobis. At dices: Pro alterius vitæ ſtatu hæc repromittuntur: & interim ſupra modum grauatur mens & caro noſtra in torculari anguſtiarum ex perſecutionibus. Tibi ipſe Apoſtolus: Sicut abundant Chriſti paſsiones in nobis, ita & per Chriſtum abundant conſolationes noſtræ. Vbi legis, Ita, nõ æqualitatem conſideres: immò ſuper abundant conſolationes Chriſti. Vbi obſecro agnouit Saul quod certiſsimè regnaturus eſſet Dauid in Iſrael? In perſecutionibus quas ab ipſo Saul à multis diebus humiliter ſuſtinebat: tunc inquit: Et nunc quia certiſsimè ſcio quod regnaturus ſis in Iſrael, & habiturus in manu tua regnum, &c. Vbi, dic nobis Saul, adſunt huic Dauidi arces, & munitæ ciuitates? Vbi militum copiæ & arma bellica? Vbi munitiones & duces veterani? Latebram fouet, & vix antrum obſcurum habet in refugium: vnde ergo ſcis certiſsimè quòd regnaturus ſit in Iſrael, & habiturus regnum in manu ſua? Video illum humiliter perſecutionem ſuſtinentem, & mihi inimico ſuo parcentem: propter quę certiſsimè ſcio, quòd Domino vniuerſorum ſit charus, in cuius manu ſunt omnia iura regnorum, & cuicumque vult tradet illa: & in hoc agnoſco quàm ſecundum cor Domini ſit vir hic magnus & excelſus. Ergo quaſi pignus regni æterni habeat iuſtus perſecutiones propter Chriſtum. Communicantes Chriſti paſsionibus, gaudete, vt in reuelatione gloriæ eius gaudeatis exultantes. Si ex probramini in nomine Chriſti, beati eritis: quoniam quod eſt honoris, gloriæ, & virtutis Dei, & qui eſt eius ſpiritus, ſuper vos requieſcet. Nemo autem veſtrum patiatur vt homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum concupitor. Si autem vt Chriſtianus, non erubeſcat: glorificet autem Deum in iſto nomine. Hæc beatiſsimus Petrus. Sed & Paulus in ſuperiori ſententia ad Philippenſes, fidem Dei, & domini noſtri Ieſu Chriſti ad multa deſiderabat: inter quę hoc eſt: ad ſciẽdum ſocietatem paſsionum illius. Ad hanc ſcientiam fides Dei eſt valde neceſſaria: cùm vniuerſus ſenſus carnis mortalis iocunda ac delectabilia concupiſcat: & horreat dolores perſecutionum & anxietates. Vides quale bonum ſit pati perſecutiones propter Chriſtum? Quod eſt gloriæ, & honoris, & virtutis Dei, & virtus ſpiritus eius, ſuper huiuſmodi requieſcat ex teſtimonio Petri: & beatos pleno ore deprædicat illos: ac præparatã in reuelatione Chriſti, lætitiam repromittit. Iſmael qui ſecundùm carnem natus eſt, eum qui ſecundum ſpiritum erat & per repromiſsionem Iſaac, perſequebatur: ſed ad hæreditatem Iſaac peruênit. De qua conſideratione ſit ſatis.

Matth. 5.
Perſecutiones quam utiles.
Ioann. 12.
2. Cor. 4.
2. Co. 1.
Perſecutiones propter chriſtũ ſignũ prædeſtinationis.
1. Re. 24.
Inimicorũ dilectio ſignum prædeſtinationis
1. Petr. 4.
Cap. 3.
Galat. 4.

C

D

Multi autem erunt primi nouiſsimi: & nouiſsimi primi. Subiungit in fine totius ſententiæ, quòd multi nouiſsimi in hac vita, quales erant Apoſtoli, quo ad res, honores, & reliqua temporalia, erunt primi in alia vita: quia duodecim ſedes repromiſit illis: Et è contrario multi primi hic honoribus, rebus & reliquis temporalibus, erunt nouiſsimi in alia vita, quia non cenſum, ſed affectum, non quantum, ſed ex quanto offertur penſat Deus principaliter. Vnde Origenes: Per hoc exhortatur eos, qui nuper venerant ad verbum, vt feſtinẽt ad perfectũ aſcendere præ multis, qui videbãtur ſenuiſſe in fide. Sed obſerua quòd alia eſt prioritas & poſterioritas longè diuerſa ab iſta in ſacris Euangelijs. In Matthæo ſic legis: Voca operarios, & da illis mercedem, incipiens à nouiſsimis vſque ad primos. In hac parabola operarij ſunt omnes: omnes mercedem accipiunt, id eſt denarium diurnum. De quibus Saluator: Sic erunt primi nouiſsimi, & nouiſsimi primi. In Luca autem longè diſsimilis eſt prioritas, & poſterioritas: vbi ſic legis. Cum intrauerit paterfamilias, & clauſerit oſtium, & incipietis foris ſtare,

Matt. 19.
NOTA. ualde.
Cap. 20.
Prioritas et poſterioritas duplex in Euangelijs.
Cap. 14.

ſtare, & pulſare oſtium dicentes: Domine aperi nobis, & reſpondens dicet vobis: Neſcio vos vnde ſitis: Tunc incipietis dicere. Manducauimus coram te & bibimus, & in plateis noſtris docuiſti: Et dicet vobis: neſcio vos vnde ſitis, diſcedite à me omnes operarij iniquitatis: Ibi erit fletus & ſtridor dentium: cum videritis Abraham, Iſaac, & Iacob, & omnes Prophetas in regno Dei, vos autem expelli foras. Et venient ab Oriente, & Occidente, & Aquilone, & Auſtro, & accumbent in regno Dei. Ecce ſunt nouiſsimi, qui erant primi, & ſunt primi qui erant nouiſsimi. Hic prioritas alia, & poſterioritas longè diuerſa inuenitur. Priores in regno Eccleſiæ, id eſt, Synagogæ, priores in fide (& forſan aliqui eorũ fuerunt in gratia priores) in regno expelluntur foras, propter incredulitatẽ, & fiunt nouiſsimi extra regnum, in tormentis, in flamma, in dentium ſtridore: & qui erant nouiſsimi, id eſt, gentiles, facti ſunt primi in fide, regno, & corona. Venient (inquit) ab Oriente & Occidente ab Aquilone & Auſtro, & recumbent cum Abraham in regno cælorum. Filij autem regni, qui erant primi, eijcientur foras facti nouiſsimi. Tunc incipietis foris ſtare. Hanc diſtinctionem ſerua diligenter pro clara & germana interpretatione Matthæi & Lucæ. Multi erunt nouiſsimi primi, & primi nouiſsimi. Sicut Iudas & latro in cruce: ille ex apoſtolo proditor factus eſt, hic ex latrone magnificus Chriſti confeſſor, &

Lucæ. 23.

defenſor fideliſsimus, cùm regnum cæleſte illi ipſa eadem die à Domino repromiſſum ſit. Hodie mecum eris in paradiſo. Noli ergò altum ſapere, ſed time. Noli ô peccator deſperare: ſed confide. Potens eſt Deus te ſtatuere, & ad pœnitentiam adducere. Vide quomodo omnium conſulit ſaluti in verbis illis: dum iuſtos terret, ne ex vana ſui confidentia, in interitum deueniant: & peccatoribus blanditur, & bonas ſpes refundit: quod ſcilicet poſſunt fieri non tantum aliquales, & de media plebe, aut vltimi in regno Chriſti, ſed certè primi & magni. Medicinam vtriſque concedit: illis præſeruatiuam, iſtis verò curatiuam. In timore ergo & ſpe omnem hominem ad ſe trahere nititur. Noli ergo de te ipſo præſumere aut de tua virtute ô iuſte, ne cadas miſerabilius: quia genus magnæ

Timor iuſtis. ſpes peccatoribus congruunt.

A infœlicitatis eſt fuiſſe fœlicem: neque peccator diffidat, etiam ſi captiuus teneatur per manus diaboli. Scriptum eſt enim. Ex vſuris & iniquitate redimet animas eorum, & honorabile nomen eorum coram illo. *Pſalm. 71.*

Qui impium Manaſſem conuertit ad veram & integerrimam pœnitentiam, & te conuertere poteſt ſecundùm ſuam bonitatem immenſam, & ſecundùm diuitias patientiæ ſuæ. Quantus fuit ille impius? Vix calamus exarare poteſt, vix lingua enarrare, quantis in peccatis fuit. Totam Hieruſalem repleuit iniquitate & idololatria. Et tamen in catenis aſtrictus orauit Babyloniæ, & exaudita eſt à Domino miſericordiæ oratio eius: ac reſtitutus regno, vbi emendauit ſuperioris ætatis crimina, & requieuit in pace. *Erant autem in uia aſcendentes Hieroſolymam, & præcedebat illos Ieſus & obſtupebant & ſequentes timebant.* Circa tempus paſsionis Domini noſtri Ieſu Chriſti hæc audierunt. Pauca ſunt verba: ſed valde noſtra intereſt illis attendere: & quæ latent amoris Chriſti erga nos & dilectionis experiri myſteria. Erant aſcendentes

2. Par. 33

Roman. 2.

2. Par. 33

B Hieruſalem. Obſerua quomodo vbique cùm de vijs Hieruſalem ſcribitur, in verbo aſcendere texitur oratio. Et econtra vbique de Aegypto dicitur deſcendere. Lege capitul. Geneſi. 13. 26. 37. 41. Vbiq; deſcendere in Aegyptum ſcriptum eſt, & aſcendere de Aegypto. De Hieruſalem ſemper dicitur: Aſcendimus Hieroſolymam. Quæ obſeruationes oſtendunt diuinam ſcripturam non (vt multis inſipientibus videtur) inerudito & agreſti ſermone conſcriptam: cùm ſecundùm diſciplinam diuinæ eruditionis compoſita ſit: quam & rebus & ſenſibus myſticis ſeruientem inuenies. Si enim diligentiùs conſideremus, inueniemus quia ferè nunquam in ſanctum locum quis dicitur deſcendiſſe, neque ad vituperabilẽ cõſcendiſſe memoratur. In quo etiam demoſtratur quantò plures ſint, qui propter laborem aſcenſus ad bonum, & virtutem eligunt deſcenſum ad vitia, & carnis ſuæ deſideria. Inquit ergò. *Erant in uia aſcendentes in Hieruſalem: & præcedebat illos Ieſus: & ſtupebant, & ſequentes timebant.* Aſcendebat vnus moriturus pro omnibus, vt oẽs viuificaret præcedebat ad mortẽ imperterritus, & ſummè volũtarius. Ex hisq;, quæ appauerũt in facie dñi, ſignis, ſic teſta-

Matt. 20.

Orige. homil. 15. in Geneſ.

 tur

Cap. 9. C tur Beatus Lucas quæ nunc dicta ſunt ab Euangeliſta dicere poſſumus. Factum eſt autem cum cōplerentur dies aſſumptionis eius, & ipſe faciem ſuam firmauit, vt iret in Hieruſalem. Quid obſecro eſt quod inquit firmauit faciem ſuam, vt iret in Hieruſalē? In facie agnoſcebatur quòd firmiter deliberaſſet ire in Hieruſalem: & agnoſcebatur determinatio ſuæ voluntatis in facie eius: quia firmauit oculos ſuos contra eum locum, in quo ſita erat Hieruſalem: neque huc aut illuc conuertebat illos. Quod ſatis intellexerunt Samaritani: de quibus Sanctus Euangeliſta. Et non receperunt eum, quia facies eius erat euntis in Hieruſalem. De nullo alio curabat quàm attendere locum, vbi plantata erat Hieruſalem: quaſi ſibi paratæ eſſent delitiæ multæ, honores, & amici, cùm certè ibidē eſſet moriturus, ligno affixus. Nemo contra locum triumphi ſui aliquando firmauit faciem ſuam, ſicut Dominus meus Ieſus firmauit faciem ſuam contra Hieruſalem, vbi citò erat moriturus. Adeò quòd in facie eius ſui animi cogitatus relucebant: propter quod aduerſus eum indignati ſunt Samaritani, quòd totus intentus in Hieruſalem, nihili omnia faceret: & noluerunt eum recipere, D etiam ſi nuncios miſiſſet ad ciuitatem illorum, & propter antiquas, inimicitias de loco adorationis. Ioan. 4. Illud in alio verbo docet noſter Euangeliſta. Præcedebat eos. O quale eſt deſiderium cordis tui Domine Ieſu, in cruce pro me moriendi. O quantis cæremonijs & gaudijs à longè deſideratum hunc diem mortis tuæ & redemptionis meæ recepiſti. Quis vnquam ad epulas & vinum inuitatus, commilitones ſui itineris præceſsit, ſicut tu tuos præcedis Apoſtolos, cùm ad fel & acetum curris in Hieruſalem? Hoc docuiſti, cum aliquando dicebas: Ignem veni mittere in terram, & quid volo niſi vt accendatur? Baptiſmo autem habeo baptizari: & quomodo coarctor, vſque dum perficiatur? Significabaſque tui ſanguinis effuſionem: qua factum eſt, vt à vertice capitis vſque ad plantam pedis proprio cruore baptizandus eſſes. Quod cùm diu tibi eſſet deſideratum, dum longe eſt à te, cöarctaris: ſpes enim quæ differtur, affligit animam: & cum iam iam proximum ſit baptiſma ſanguinis tui, & præcedis in via ad Hieruſalem

Facies dñi eun is in Hierusalē

Desideriū Christi erga nostrā redemptionem.

Luce. 12.

Prou. 13.

C diſcipulos tuos: indicaturus hoc deſiderium & coarctationem cordis ſacri: & tandem in cœna dicis: deſiderio deſideraui hoc paſcha manducare vobiſcum. Tu es gigas ille magnificus, de quo ſcriptum eſt: Exultauit vt gigas ad currendam viam, vt ſcilicet, citius ad locum mortis & paſſionis peruenires, præcedis. Hinc ſcriptum eſt in Propheta Eſaia: Voca nomen eius, accelera, ſpolia detrahe, feſtina, prædare. Hoc eſt nomen tuum Domine Ieſu. Accelera, feſtina, prædare, ſpolia detrahe ab ore Leonis: ſicut olim pater tuus Dauid: Ego ſpolium tuum: ego ſpolium tuum: erue me de ore Leonis. *Præcedebat eos* intrepidum animum repræſentans: dilectionē magnā ad nos per aëra diffundes in attenta contemplatione Hieruſalem. Firmauit faciem ſuam vt iret in Hieruſalem. Firmauit faciem ſuam, & præcedit. Non ſolum firmauit faciem, ſed & præcedit. Audi vtrumque verbum. Firmauit faciem contra locum paſsionis: qui firmauit cor ſuum mori pro nobis. Quis immobile cōſilium cordis Domini Ieſu indicabit? Ante tempora ſæcularia qui nō mētitur. Deus D hoc repromiſit: apud quem non eſt tranſmutatio, neque viciſsitudinis obumbratio. E S T apud illum E S T. Non eſt in illo E S T & N O N. Firmauit faciem vt iret in Hieruſalem: cum tempus inſtabat mortis ſuæ deſtinatum: & præcedebat eos, docens viam, docens dilectionem, docens perſeuerans propoſitum vſque ad ſuſtinendum mortem pro Dei gloria. *Præcedebat eos*. Non eſt quòd timeas Hieroſolymorum Principes & tyrannos, non eſt quod expaueſcas locum crucis: ecce Dei filius præcedit, viam ſternit. Ecce ducem militiæ tuæ, qui præcedit: ſequere veſtigia eius. Et *ſtupebant diſcipuli*. Stupebant, quia neſciebant exceſſum dilectionis Chriſti erga genus humanum. Stupebant neſcientes adhuc magnitudinem cordis Ieſu, Stupebant adhuc imbecilles: qui ſi liceret eis, potiùs ab Hieroſolymis fugerent, quā accederent. Quod optimè docet B. Marcus. *Et ſequentes timebant*. Vtinā vel timētes ſaluatorem ſequeremur. *Præcedebat illos*. In hoc item volūtariam docet Saluator ſuam mortem, cùm veniens ad locum paſsionis præcedit ſuos diſcipulos. Obſerua quòd Saluator dominus, omnia quæ ventura erāt

ſuper

Luce. 23.

Pſalm. 14

Cap. 8.

1. Re. 17.

Iacobi. c. 1

2. Cor. 1

Mors chriſti voluntaria.

ſuper illum vſque ad minimum flagellum A noverat: de quibus cum ſuis apoſtolis nunc & aliàs ſępè numero egit: & ſic comprobatur voluntas eius erga nos. Properabat olim Paulus in Hieruſalē, ſciens in genere, quòd vincula & tribulationes expectarent illū: Quæ ventura ſunt mihi ignorās, inquit: Vnde faciliùs potuit illuc concurrere: Chriſtus verò ſciens omnia, quæ ventura erant ſuper illum, præcedit diſcipulos. Et qui ſe ipſum obtulit intra vterum virginis, cōceptus de Spiritu ſancto, ad immolationem, ſecūdùm illud prophetæ & Apoſtoli. Tūc dixi, ecce venio: corpus aptaſti mihi: cùm adeſt tempus implendi opere, quod verbis pollicitus fuerat, ecce quaſi currens properat in Hieruſalem, & præcedit diſcipulos præ deſiderio, præ amore, præ dilectione, ſecundùm magnitudinem animi imperterriti, etiam ſi terribiliſsimum omnium iam inſtabat. Docet nos Chriſtus non reſilire, non retrocedere, cùm adeſt tēpus operandi, quæ in corde ſtatuimus: imò tunc magis gaudētes præcedere oportet, in primis magiſtros & paſtores eccleſiæ: qui fugere non poſſunt relictis ouibus, & expoſitis furori & iræ luporum. *Et aſſumens iterùm duodecim, cœpit illis dicere, quæ eſſent uentura.* Aliquando & non ſemel admonuit dominus Ieſus diſcipulos ſuos de morte ſua: ſed non in indiuiduo, ſicut in præſentiarum: Dixit eis: quoniā oportebat eum pati multa, & reprobari à ſenioribus, & à ſūmis ſacerdotibus, & Scribis, & occidi: & poſt tres dies reſurgere. Et deinde quoniam ſcriptum eſt in filium hominis, vt multa patiatur & contemnatur: Dixit eis iterùm: Quoniam filius hominis tradetur in manus hominum, & occident eum, & occiſus tertia die reſurget. Nunc verò aſcendens Hieroſolymam, exponit eis ferè omne genus paſsionum, quas paſſurus erat. *Quia ecce aſcendimus Hieroſolymam, & filius hominis tradetur principibus ſacerdotum, & Scribis, & Senioribus: & condemnabunt eum morte: & tradent eum gentibus, & illudent ei, & conſpuent eum, & flagellabunt eum, & interficient eum, & tertia die reſurget.* Non tantum ſpecies paſsionum prædicit, ſed & proceſſum, quem ſeruauerunt Iudæi in illis: ſicut poſtmodum fuit res geſta. Nam pontifices & ſeniores haud potentes exequi ſententiam ſuam de morte Ieſu, cùm dixerunt: reus eſt mortis: tradiderunt illum curiæ gentilium, in qua Pilatus præſidebat. Tacet B. Marcus, quàm occultum fuit verbū iſtud in oculis apoſtolorum: cùm toties de illo ſaluator diſputaſſet: & nunc multò lucidiùs & clariùs: cùm ſigillatim & in ſpecie de ſuis paſſionibus agit ſermonem coram diſcipulis ſuis. Quod olim ſeptuaginta in titulo pſalmi noni prædixerunt: qui ſic habet: In finem pro occultis filij. Symacus quidem triumphalē de morte filij interpretatus eſt. Aquila: victoriæ auctori: iuuentus filij. Cōcordiſsimè quidem omnes facientes de filio ſermonem, docent nos, quòd ille pſalmus exaret & deſcribat prædictionem victoriæ, quam dominus Ieſus Chriſtus contra mortem & diabolum, & infernum operatus eſt, & reportauitglorioſiſsimum triūphum. Viriliter enim & iuueniliter peccato deuicto: neque vlla præbita commoditate, vt mors illum apprehenderet, eius robur euertit. Occultum autem myſterium hoc, ſeptuaginta nuncuparunt: nam tum alios, tum etiam apoſtolos latuit, quamuis ſępè ſępiùs de illo dominus egiſſet ſermonem: ſicut Euangeliſtæ teſtantur, cùm inquiunt: Erat verbum iſtud abſconditum ab eis: & B non intelligebant, quæ dicebantur. De quo ad longum ſuprà. Non capiebant ſenſus, aut mens eorum quî fieri poſſet, vt Dei filius tāta pateretur opprobria, & denique mortem crucis. Dubitabant nunquid verba illa in ſenſu parabolico eſſent interpretanda: qui loquendi modus familiaris fuerat ſaluatori: & denique Meſsiæ regnum non ſatis illis exploratum erat: an regnaturus eſſet ſuper terram. *Et tertia die reſurget.* Propter hoc exiſtimo cætera dixiſſe: vt fidem reſurrectionis, ac ſpem firmam & indubitatā apoſtolicis pectoribus insereret: quæ ſummam & caput habet omnium myſteriorū Chriſti, ſicut teſtatur Apoſtolus: Si Chriſtus nō reſurrexit, vana eſt prædicatio noſtra, inanis eſt fides veſtra. Et ècontrà: Firmior cæli eſt fides Chriſti, & diuinitatis ipſius, ſiquidem tertia die reſurrexit à mortuis. *Tertia die reſurget.* Priores paſsiones & poſteriores glorias Chriſti annuntiauerunt prophetæ in Spiritu ſancto: ſicut teſtatur beatiſsimus Petrus. Hic ordo præfixus eſt in diuinamēte, & operi demandatus, vt Chriſtus Ieſus primò patiatur, & ſic intret in gloriā ſuam. Non per ſanguinem hircorum & vitulorum: ſed per proprium ſanguinem introiuit ſemel in ſancta, æterna redemptione inuēta. Ergo qui de futura in vobis gratia prophetaue-

Marginal notes: Act. 20. — Pſal. 29. Heb. 10. — Marc. 8. Cap. 9. — Ibidem. — Mar. 14. Paſsio Chriſti oc-culta etiam cùm diſputatur de illa. — De quo Apoſtolus 1. Cor. 1. Col. 1. Cap. 8. — 1. Cor. 15 — Paſsiones & gloria Chriſti, quomodo ordinatæ. — Cap. Luc. 24. Heb. 9.

phetauerunt: ſcrutantes in quod vel quale tempus ſignificaret in eis ſpiritus Chriſti prænuntians eas, quæ in Chriſto ſunt paſſiones, & poſteriores glorias. Contraria ſcripta ſunt de reprobis: præcipuè apud ſanctū

Cap. 21. Reprobi prius glorificati, ac deinde condemnati.

Iob. Quare impij viuunt, ſubleuati ſunt cōfortatique diuitijs? Semen eorum permanet cum eis: propinquorum turba & nepotum in conſpectu eorum. Domus eorū ſecuræ ſunt & pacatæ, & non eſt virga Dei ſuper illos. Bos eorum concepit, & nō abortiuit: vacca peperit, & non eſt priuata fœtu ſuo: Egrediuntur quaſi greges paruuli eorū, & infantes eorum exultant luſibus. Tenent tympanum & citharam, & gaudent ad ſonitum organi, ducunt in bono dies ſuos. Ecce priores glorias impiorum. Audi iam poſteriores paſsiones: & quidē æternas: illæ enim temporales gloriæ fuêre. Et in puncto ad infernum deſcendunt. In hunc modū pro-

Pſal. 72.

pheta Dauid deſcribit priores glorias peccatorum, & poſteriores paſsiones. Ipſi peccatores & abundantes in ſæculo obtinuerunt diuitias, &c. Quomodo facti ſunt in deſolationem? ſubitò defecerunt: perierunt propter iniquitatem ſuam. Non ſic de iuſtis, ſed cum capite ſuo Chriſto conterūtur priùs, deinde glorificantur. Gaudeat ergo iuſtus, cùm in diſciplina præſentis correctionis ſe ſe illi offert Deus: caſtigat enim

Heb. 12.

omnem filium quem recipit. Timeteque ô peccatores: quia ſi extra diſciplinam eſtis, cuius participes ſunt omnes, ergo adulteri, & non filij eſtis, inquit Apoſtolus. *Et accedunt ad eum Iacobus & Ioannes filij Zebedæi dicentes: Magiſter volumus, ut quodcunq; petierimus facias nobis.* Matthæus teſtatur acceſsiſ-

Cap. 20.

ſe matrem eorum, ſed non ſolam, ſed cum filijs ſuis. In quo habes vnde facias conſonū

Conſenſus Marci & Matthæi.

ſenſum euangeliſtarum. Nihil enim contrarium alter alteri ſcribit, aut dicit. Cum filijs ergo accedit mater, & ab ipſis inducta eſt in hac oratione: ipſique in os eius verbū poſuerunt, in quo rogandus erat cœleſtis magiſter: propter quod & ipſi rogaſſe dicuntur: & quamuis mater deſcribatur orans: ipſi etiam quæ in noſtro Euangeliſta ſcripta ſunt, dixerūt. Inquiūt ergo. Volumus, &c.

Ioannis & Iacobi oratio ad Chriſtum, unde ortum habuit.

Dic vt hi duo filij mei ſedeant, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad ſiniſtram in regno tuo. Vnde ſacri apoſtoli in hanc regni ſuſpicionem, vel potius firmam aſſeuerationem inducti ſunt, maximè cùm ſermonē Chriſti, qui huic orationi proximus fuit, totum

C ad flagella, & ſputa, alapas, crucem & mortem conuenire nullus dubitet? Hinc certè induci non pouterūt ad deſiderium primarum ſedium, cùm non intellexerint ſermonem illum: ſicut teſtantur Euangeliſtæ, cū verborum pondere. Nihil horum intellexerunt, & erat verbum iſtud abſconditum ab eis. Deuenire haud potuerunt in cogitationem aliquam ex his, quæ non intellexerunt. At forſan dices: Etiam ſi verbum paſſionis & mortis non perceperunt, verbum tamen reſurrectionis non tantùm aure corporis, ſed etiam aure cordis inſpexerunt, & cognouerunt. Tibi ego: Qui fieri poteſt, vt qui verbum mortis non intellexit, idem de reſurrectione cognoſcat, quæ dicuntur? Reſurgere enim non poteſt, niſi quod cecidit, & mortuum fuit aliquando: quod ſi primum latuit apoſtolos, ſecundum neceſſariò fugit ab eis, neque illud intellexerunt. Niſi velis dicere, non omnes apoſtolos ſub illa ſententia, Nō intellexerunt, quæ dicebantur fuiſſe comprehenſos: ſed plures illorum, quamuis non omnes: inter quos maximè Ioannem & Iacobum annumerabis.

Reſponſio

D Dicendum ergo nobis eſt, quòd inde originem habuit inordinatum deſideriū duorum fratrum ad primas ſedes in regno Chriſti, quia ipſe omnium dominus verax in promiſsis, thronos & ſedes magnæ gloriæ indeterminatè pro magno iudicio apoſtolis repromiſit. Duo ergo fratres antequā ab

Matt. 19.

alijs apoſtolis, & maximè ab antiquioribus Petro & Andræa ſedes occuparentur, aut illis concederentur ſtatim conquæſiuerunt inter ſe, ac firmiter ſtatuerūt exorare in ore matris, & per ſe ipſos, ſibi ſedes illas duas primas & præcellentes donari à Chriſto: propter quod accedunt & inquiunt. *Volumus, ut quodcunque petierimus, facias nobis.* Quod ſi propter honorem ſanctorum doctorū, qui maximus illis deferendus eſt, dicere velis Ioannem & Iacobum, ex verbo, *& tertia die reſurget*, exarſiſſe in deſiderium primarū ſedium à dextris & à ſiniſtris Chriſti in regno ſuo, iam ſupra expoſuimus ac declarauimus, vnde ordiri poſsit expoſitio huiuſmodi. Audierunt ergo: Vos qui ſecuti eſtis

Matt. 19.

me, ſedebitis ſuper ſedes duodecim: quod magnum & culmen honoris arbitrati ſunt: ſed clarius & fœlicius illis accidere, qui dextræ & ſiniſtræ ſaluatoris adhærerent: propter quod illas ſedes concupiſcunt, & ſibi poſtulant. Intuere qualis ſit ſenſus noſtræ

carnis

Senſus carnis qualis. carnis, etiam intra ſermonem crucis & mortis: quam Deus pro nobis paſſus eſt. Tunc meditatur, non quomodo vicem rependat in ludubrijs, alapis, & verberibus, denique in cruce & morte: ſed quomodo his prætermiſsis ad primam honoris cathedram pertingat. Cùm certè oporteret eum, qui haud ardebat deſiderio concrucifigendi, cogitatus de honoribus in ira & zelo retundere. Talis eſt natura noſtra, quòd etiamſi turpe ſit illi & inhoneſtum, tamen aperta fronte, quod deſiderat, importunè & non opportunè roget, & ab eo, qui cruci proximus eſt culmen honoris exoret. Oporteret dicere: Volumus vt tanquàm tibi chariſsimos & ſanguine coniunctos, nos duos fratres habeas, vnum à dextris, & alterum à ſiniſtris in cruce tua, crucifixos etiam nos: In hoc experiri volumus dilectionem tuam erga nos, vt ſi alij à te receſſerint, nos tamē in omnibus tuis paſsionib⁹ participes ſimus. Hàc oportebat offerre gratiam ei, qui tot opprobria pro ipſis ſe paſſurum toties inculcabat.

Gratitudo Hæc tibi ſunt recogitanda in præſenti ſæculo, quomodo gratus ſis in conſpectu Chriſti, pro acceptus ab eo beneficijs: ipſique cura erit de te, quomodo cathedram honoris accipias. Si compatimur, conregnabimus. Debent enim gloriam habere cum Chriſto, qui mala tolerauerunt propter Chriſtū.

Sancti omnes paſsi ſunt. Omnes ſancti & Deo ſuo chari tormenta paſsi ſunt pro regno & corona. Alij diſtenti ſunt, id eſt, decollati, ſic Athanaſius, non *Heb.11.* ſuſcipientes redemptionem: vt meliorem inuenirent reſurrectionem. Alij verò ludibria & verbera experti ſunt, inſuper & vincula, & carceres: lapidati ſunt, ſecti ſunt: tentati ſunt: in occiſione gladij mortui ſunt: circumierunt in melotis, id eſt, in pellibus ouilibus, &c. Hæc ſunt deſideranda grato diſcipulo domini Ieſu pro nobis crucifixi: quomodo capiti ſuo in doloribus, in iniurijs, in cruce ſimilis ei fiat in hoc mundo: vt in altero glorioſus cum illo regnet, configuratus
2. Tim. 2. corpori claritatis ſuæ. Non coronabitur, niſi qui legitimè certauerit: ad palmam non
1. Cor. 9. peruenitur, niſi per magnos labores: omniſque qui in agone contendit, ab omnibus ſe abſtinet, vt corruptibilem coronam accipiat, quantò magis, qui incorruptam deſiderat? Ab omnibus abſtineat, & præcipuè à ſuperbia. Magnus eſſe vis? à minimo incipe. Cogitas magnam fabricam conſtruere celſitudinis? de fundamento priùs cogita humi-

A litatis. Et quantam quiſque vult & diſponit molem ædificij, tantò altius fodit fundamētum. Et fabrica quidem cùm conſtruitur, in ſuprema conſurgit: cùm autem fodit fundamentum, ad ima deprimitur. Ergo fabrica ante celſitudinem humiliatur, & faſtigium poſt humiliationem erigitur. Quod eſt faſtigium conſtruendæ fabricæ, quā molimur? quò perueuturum eſt cacumen ædificij? citò dico: vſque ad conſpectum Dei. Cogita *Cap. 5.* ergo, qualiter vſque ad abyſſum fodias per humilitatem fundamentum tanti ædificij. Omnis enim qui ſe humiliat, exaltabitur: & qui ſe exaltat, humiliabitur. Antequā conteratur, exaltatur cor hominis: & antequàm *Prou. 18.* glorificetur, humiliatur. Oculos ſuperborū *Pſal. 17.* humiliat dominus. Conſtituit dominus hu- *Baruch. 5.* miliare omnem mentem excelſam. Propter quæ omnia arrogans & minus circumſpecta fuit duorum fratrum petitio. Quibus ſaluator: *Neſcitis quid petatis.* Quantum ſit, & quàm magnum, & excelſum dexteram meam & ſiniſtram in regno meo, vel in iudicio tenere. Regnare vultis, qui non meruiſtis culmen honoris cum exercitio laboris. Neſcitis: cùm victoriam & triumphum,
B denique coronas ſine laboribus ſollicitetis. Sed & ipſa temporis circumſtantia vos arguit: quando ego de mea morte & cruce ſermonem ago, vos de ſedibus primis excogitatis: victique illarum concupiſcentia matrem veſtram offertis ad exorandū, & voſmet cum ipſa. Cùm oporteat ante exaltationem veſtigia mea ſequi: ſicut aliquando vobis & turbis dixi: Qui vult venire poſt me, *Luc. 9.* abneget ſemetipſum, & tollat crucē ſuam, & ſequatur me. *Poteſtis bibere calicem, quem ego bibo, aut baptiſmo quo ego baptizor baptizari?* Videtur dominus viam oſtendere duobus fratribus perueniendi ad primas ſedes in regno ſuo vel in iudicio, cùm dicit: Poteſtis bibere calicem, quem ego bibo? ſed aliter ſe res habet, cùm inquit: Sedere ad dexteram meam vel ſiniſtram, non eſt meum dare vobis, ſed quibus paratū eſt à patre meo. Inducit ergo eos ad alias coronas & ſedes, etiam ſi primas deneget: cùm inquit: Poteſtis calicem, quem ego bibo, bibere? Hæc *Via ad ſedes regni cælorum.* eſt via veniendi ad ſedes regni cælorū, meæ mortis ſimilitudo, quam ſignifico in calicis potu & bibitione: quanquam & hæc nō ſtatim cōfert primas ſedes in regno cælorum. Merita illic prædeſtinata ſunt, non iura cō- *Auguſt. ſuper pſ. 128 tom. 8.* ſanguinitatis. Nota quòd B. Auguſtinus ſuper

per illud:Surgite poſtquàm ſederitis:ſic inquit:Surgere vultis?Sed primo ſedete.Exurgens ab humilitate,peruenis ad regnū. Nā ſi præripis regnum,cadis à regno, antequā ſurgas. Poteſtis inquit bibere calicē, quem ego bibiturus ſum? Et illi:Poſſumus. Et ille: Calicē quidem meum bibetis:ſedere autem ad dexteram vel ſiniſtram meam,&c.Quid eſt, Nō eſt meum dare vobis?Nō eſt meum dare ſuperbis:hoc enim adhuc erant. Sed ſi vultis illud accipere, nolite eſſe quod eſtis. Alijs paratum eſt:&vos alij eſtote,& vobis paratum eſt,Quid eſt,alij eſtote?Prius humiliamini,qui iā vultis exaltari. Vbi apertè vides,quod non excludit eos à primis regni ſui ſedibus:ſed docet, quā inueniendæ ſunt:nimirùm per humilitatem & calicem paſsionis.*Poteſtis bibere calicem quem ego bibo:aut baptiſmo, quo ego baptizor, baptizari?*

Calix paſſio.

Per hæc duo, *calicem & baptiſmum*, vniuerſam paſsionē ſuā demonſtrat:ſicut de illa in oratione patri dicebat: Pater ſi poſsibile eſt, transſeat à me calix iſte,

Matt.26.

Obſerua q in Marco hæc deſcribuntur per verba præſentis tēporis. Bibo(inquit)& baptizor. Vbi certiſſimè ſcias per vniuerſam vitā ſuā ſaluatorē dnm bibiſſe calicem paſsionis, egiſſeq; redemptorem:ſed conſummatam redemptionem in cruce.

Vita domini Ieſu qualis.

Sciebat optimè q moriturus eſſet in cruce opprobrijs ſaturatus & iniurijs,& toto corpore in ſanguine baptizatus: quæ quidē etſi à longè erant, quotidiè tamen appropinquabāt, & afficiebāt ſacrum cor dni Ieſu eiſdē calamitatibus, quibus cæteri homines afficerētur:præter hoc q voluntariè illi aderāt,nō violenter ipſum occupabant,ſicut nudū hominē. Propter hoc in verbo præſentis temporis apud noſtrum Euangeliſtā inquit: Quē ego bibo, & quo ego baptizor.

Crux ſpiritualis domini.

Sed ſi ad crucē ſpiritualē ſaluatoris tibi placet referre hæc duo verba, Bibo,& baptizor,pleniùs rem de qua nobis eſt ſermo,deprehendes. Nō eſt humanæ linguæ dicere,neq; mentis noſtræ excogitare & comprehendere ſpiritualē crucem, quam ſuper cor ſuū baiulauit ab vtero matris ſuæ ſaluator,dolens de hominū cunctorū peccati.

Eſai.53.

Poſuit in illo Deus iniquitatem omniū noſtrum,& voluit cōterere eū in infirmitate. De qua cruce ſpirituali mihi tacendum eſt: deficit mens; obtunduntur ſenſus,calligat oculus, expaueſcit animus,clamatque præ gemitibus,certiſsimè ſciens doluiſſe ſaluatorem de cunctorum hominum peccatis,nō vtcunq;,ſed vt ſummè diligentē patrē ſuum, zelantemq; eius honorē, vt agnoſcentē ſigillatim cuncta peccata. Vide qualis dolor ex his omnibus principijs cōaleſceret,& cōſurgeret. Propter hoc vnctus fuit oleo lætitiæ & exultationis in ſacra cōceptione ſua,& ſic exultauit vt gigas,ad currendā viā.

Pſal.44. Pſal.18. Luc.12.

Non legiſti verbū illud:Et quomodo coarctor?Coarctationē hanc laxabat lætitia,quā influebat diuinitas in mitiſsimā illā humanitatē. Propter quod & currere potuit,etiā cum tanto onere, quale & quantum in cunctis hominum iniquitatibus cōſtituitur. Quæ diuina lætitia,& ros ſuauitatis puriſsimæ defecit, cùm dicebat: Triſtis eſt anima mea vſq; ad mortem.

Matt.26.

Non tamen erat illa lætitia tanta, quæ vniuerſam amaritudinem euacuaret:ſed quæ vires concederet ad ſuſtinendum, & conſummandā paſſionem & redemptionem. Hæc attende ô homo,& in multo ſilentio recogita, vt totus ſitiens,totus ardens,totus inueniaris gratus & deuotus erga dūm Ieſum:& mortificationem eius in corpore tuo ſemper portes cum apoſtolis: ſecundùm quod prædictū erat in pſal. Quoniā propter te mortificamur tota die: æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis. Vnde Paulus:Semper mortificationē dñi Ieſu in corpore noſtro portantes. Et alio loco.Obſecro vos fratres per miſericordiā Dei,vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiā viuentē,ſanctā,Deo placentē.

Pſal.43. Rom.8. 2.Cor.4. Rom.12.

Nō ſatis tibi eſt offerre Deo cuncta temporalia,etiā in pauperū & captiuorū miſericordijs:in orphanorum & viduarū ſuſtentatione,in fidei defenſione aduerſus inimicos,niſi & corpus tuum offeras in mortificatione carnalis deſiderij. Quod ad longū cōprobatur in filijs Gad & Ruben,ſicut ſupra cū B.Gregorio expoſitum eſt. *Quem ego bibo,& quo ego baptizor?* Præſentis tēporis ſunt verba hæc, docentq; non dimittendam in vltimā ſenectutem,vel in finē vitæ, ſanctimoniam:ſeruiuit enim ille in peccatis noſtris ab infantia:& præbuimus illi ingentē laborē,ſicut in propheta nobis dicit. De quo aliàs.

Seruiendū Deo à pueritia.

Eſai.43.

Sed optime confirmantur in hac ſententia omnia quæ ſuperiùs diximus. Poteſtis bibere calicem,quē ego bibo?Ego quidē rex, ego naturalis Dei filius,ego caput veſtrum ingredior ad ſedem maieſtatis patris mei, baiulans ab vtero matris meæ crucem: & ſuſtinens baptiſma ſanguinis: vos milites mei, vos extranei,& membra mea,nolite aliúde

aſcen-

aſcendere, aut velle ingredi. Stultum enim eſt & vacuum, caput per paſsionem conſummari, & manus ſine illa velle coronari. *Dicunt ei. poſſumus.* Grauius impingunt amore gloriæ deuicti: dum vſque ad martyrij tolerantiam ſe fortes & conſtantes iudicant, & repromittunt. Hæc quàm deuincit ſibi hominum animos imbecilles & timidos vanæ gloriæ aura: qui etiam iactant ſe poſſe calicem paſsionis bibere: cùm vel ipſum deguſtare eorum natura abhorreat, & refugiat.

Gloriæ humanæ concupiſcentia quàm efficax.

Poſſumus. Vna eſt vtriuſq; ſententia, mẽs vna, & vnus animus: vnum & deſideriũ primarum ſedium: pro quibus nec calicẽ domini plus iuſto aut nimium diiudicant: & inquiunt: Poſſumus. Quid nõ ambitioſus pro ſede magiſtratus offeret, aut quid ſibi nimium videbitur? Poſſumus. Non ſic ſpiritualis ac timoratus homo, qui exploratã habuit cordis ſui fragilitatem: Sed quid inquit. Deo ſubiecta eſto anima mea, quoniã ab ipſo patientia mea. Sed & ipſi apoſtoli accepto iam Spiritu ſancto, & induti virtute ex alto orant aduerſus minas Iudęorum, vt ſuſtinere poſsint perſecutionẽ, & dicũt: Reſpice in minas eorum, & da ſeruis tuis cũ omni fiducia loqui, &c. Et Ezechieli: Dicit dominus: Ego dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum, &c. Denique Paulus inter fructus Spiritus ſancti patientiam annumerat. Temerè ergo inquit infirma caro: Poſſumus. Nõ ſumus ſufficientes cogitare aliquid à nobis tãquã: ſed ſufficiẽtia noſtra ex Deo eſt. In quo poſſũ omnia, qui me confortat. Abeo ergo agere, & perficere, & velle. Patienter tamen ſuſtinet dominus duos fratres, neque ſtatim arguit eos: quùm præ deſiderio primarum ſedium cæci eſſent, neque capere poterant verbum doctrinæ, vſq; in ſequentem horam. Non paſsim, aut ſine delectu temporis arguendus eſt ignorans & errans: ſed expectanda eſt opportunitas, atque tunc cum fructu pectori eius in fundis doctrinæ ſermonem & emendationẽ. *Ieſus autem dixit illis: Calicem quidem quem ego bibo, bibetis & baptiſmo, quo ego baptizor, baptizabimini: ſedere autem ad dexteram meam, uel ad ſiniſtram meam, non eſt meum dare uobis, ſed quibus paratum eſt.* Magnifica repromittit duobus fratribus ſaluator: licèt non illa quæ ipſi poſtulauerant. Calicem paſsionis & baptiſma ſacrum prædeſtinatum illis eſſe prædicit: denegat verò primas ſedes: quod propter Petrum & Paulum exiſtimo dictum: ſic

Pſal. 61. *Act. 4.* *Cap. 3.* *Gal. 5.* *2. Cor. 3.* *Phil. 4.* *2. Cor. 2*

A Chryſoſtomus: Neq; nobis ſermo eſt de ſacra virgine: de qua ſcriptum eſt: Aſtitit regina à dextris tuis, de quo ſupra in fine cap. 5. Obſerua cum Chryſoſtomo, quòd nihil intellexerunt apoſtoli de dextra Chriſti in ipſo ſolio regni: neque auſi fuiſſent pro illa orare: ſicut in ſuperioribus diximus: quãuis verbum illud: in regno tuo, quod apud Matthæum ſcribitur, videtur docere contrariũ. Regnum Chriſti dicitur aduentus eius ad iudicium. De dextera ergo & ſiniſtra inter duodecim ſedes erat ſermo illorum. Inacceſsibilis eſt dextera & ſiniſtra Chriſti. Obſerua ſecundò, quòd in verbo: Non eſt meũ dare vobis, non ſignificatur inæqualitas filij ad patrem ſuum. Super quod Auguſtinus. Hoc eſt quod perſtringimus ſecũdùm formam ſerui dictum, vt ita intelligamus: Non eſt meum dare vobis, id eſt, non humanæ poteſtatis iſta dare: vt per illud intelligatur hoc dare, per quod Deus eſt, & æqualis eſt patri. Non eſt inquit meum dare: non humana poteſtate iſta do: ſed quibus paratum eſt à patre meo. Sed iam tu intellige: quia ſi omnia quæ habet pater, mea ſunt, & hoc vtique meum eſt, & cum patre, iſta paraui. Hieronymus ſic exponit hunc locum. B Non eſt filii [illegible] quomodo patris eſt præparare? Omnia quę pa[illegible] præparauit, habet dare filius. Ip[illegible] [illegible]m ſoluens inquit: ex hoc quo[illegible] dixit Chriſtus: Non eſt meum da[illegible] non eſt meum dare vobis. Paratæ ſunt in cælo diuerſæ & plures manſiones pluribus diuerſiſque virtutibus: quas non perſonæ accipiunt, ſed opera. Fruſtra ergo à me petitis, quod in vobis ſitum eſt, quod pater meus illis parauit, qui dignis virtutibus ad tantam aſcenſuri ſunt dignitatẽ. Quod alijs verbis dixit beatus Auguſtinus: Eſtote vos alij, & vobis paratũ eſt. Pro ſua habebit opinione Auguſtinum & beatum Hieronymum, qui dixerit, non ſimpliciter denegatas primas duas ſedes in iudicio iſtis duobus fratribus. Eadem eſt ſententia eiuſdem Hieronymi ſup. 20. cap. Matthæi. Regnum cælorum non eſt dantis, ſed accipientis. Non eſt enim acceptio perſonarũ apud Deum. Sed quicunque talem ſe præbuerit, vt regno cælorum dignus fiat, hic accipiet quod non perſonæ, ſed vitæ paratum eſt. Num igitur quaſi non potentem illum id facere condemnabimus? Nequaquam: ſed iuſtitiam eius admirabimur. Et quoniam non perſonam, ſed rem reſpicit, laudabimus.

Pſal. 44. *Cap. 20.* *Auguſtin. lib. 1. de trini. cap. 12. tom. 3. fol. 254.* *Filius & pater æquales.* *Cap.* *Virtutes, non perſonæ apud Deum.* *Ioanni & Iacobo nõ abſolutè denegantur ſedes primæ.*

Quem-

Similitudo Quemadmodum igitur edictorum nume- C
rum, atque certaminis principem haud dice-
mus coronam donare non poſſe, ſed nolle
luctationis tranſgredi leges, & iuſtitiæ ordi-
nem conturbare: etiam ſi clari & coniunctiſ-
ſimi ſint qui petant: ſic vtique Chriſtum id
Calix apoſtolorum quomodo Chriſti. dixiſſe affirmamus, Non eſt meum dare.
Calicem quidem meum bibetis. Vbi legis meũ,
ſic eſt intelligendum: Meum, quia mei cau-
ſa, & propter amorem meum, & confeſsio-
nem nominis mei. Non meum, id eſt, cru-
cis patibulum, & amariſsimum calicẽ, quẽ
ego bibo. Hunc nullus ſanctorũ bibit. Qui-
bus omnibus in tormentis ros cæleſtis con-
ſolationis affuit: cùmque eſſent abſorpti vi
amoris in eum, quem diligebant, minus af-
fligebantur. Chriſtus venit in altitudinem
Pſal. 68. maris in ſua paſsione: & tempeſtas demerſit
illum: fuitque à patre derelictus, & omnes
Cap. 26. *Pſal. 41.* iræ illius, quas merito conceperat aduerſus
genus humanum, tranſierunt ſuper filij ca-
put, vt fluctus violentiſsimi in procella ma-
ris. Bibitque de torrente vſque ad fundum
Pſal. 109. & feces. Apoſtoli vero iuxta ripam maris
tribulationum & paſsionum inuenti ſunt:
vnde refugium facile, & familiaris reſpiratio D
occurrebat illis: diuina eos protegente gra-
Ioannes Euãgeliſta tia. Quod eleganter in ſacratiſsimo Ioanne
comprobatur: qui cùm miſſus fuiſſet in fer-
uentis olei dolium, inde Chriſti athleta ad
ſuſcipiendam coronam illæſus exiuit vn-
Apoc. 1. ctus, non aduſtus: ac deinde in Pathmos in-
ſulam relegatus, firmiſsimum & immobilẽ
Act. 5. egit agoniſtam. Et ante hæc omnia flagella-
tus fuit cum cæteris apoſtolis in Hieruſalẽ,
In quibus omnibus & alijs multis, nec mi-
nus humanæ carni difficilibus, quod ſalua-
tor ſpopondit, conſummatum in ipſo dile-
cto diſcipulo fuit. Cum ipſi non defuerit a-
nimus & ardens deſiderium bibendi calicẽ
Act. 18. ſaluatoris: quãq; cæleſti dono in pace requie-
Martyrũ tria genera uit: non vt Iacobus frater eius: qui decolla-
tus fuit ab Herode. Obſerua quòd beatus
Sermone 1. de innocentibus. Bernardus tria diſtinguit martyrum gene-
ra: ſcilicet voluntate, non nece (vt Ioannes
Euangeliſta) voluntate & nece, vt Stepha-
Act. 7. *Matt. 2.* nus: nece & non voluntate, vt innocentes.
At verò nonnulli intelligentes, quòd ſicut
ſola voluntate abſque nece, ita neque ſola
nece abſque voluntate martyrij ratio inte-
gratur, vt prædicent innocentes perfectè
martyres, dixerunt acceleratum fuiſſe in eis
vſum rationis: veluti Ioanni intra vterũ ma-
tris. Sed quia ſine auctoritate dicitur: facilè

C reijcitur: neque theologorum gymnaſium
illud recepit, ſed dicendum eſt, ſicut docet *Ioannes Euãgeliſta non perfectè martyr*
Bernardus, quod ſicut Ioannes Euangeliſta
non fuit perfectè martyr, ſed ſola volunta-
te, ita neque innocẽtes niſi ſola nece: & ideò
neque habent perfectam aureolam: ſed quã- *Soto d. 49 4. ſent. q. 5 art. 2.*
dam eius participationem: nimirum gau-
dium, quia mortui ſunt pro Chriſto. Neque
per hoc corona beatiſsimi Ioannis obſcura-
tur, cùm ad apoſtolorum culmen nemo aſ-
cenderit. Præcipue quod multi ſanctorum
ex feruore charitatis antecellunt multos
martyres perfectos, qui in tormentis cõſum-
mati ſunt. Quos omnes facile Ioãnes præit.
Non eſt meum dare uobis. Obſerua quomodo
viam oſtendit cunctis principibus ſæculari-
bus, & præcipuè eccleſiaſticis ſaluator om-
nium in diſpenſatione magiſtratuum & di- *Diſpenſatio magiſtratuum quomodo facienda.*
gnitatum. In quibus non conſanguinitas,
non alia fœdera humanæ obligationis atten-
denda ſunt: ſed merita perſonarum & ido-
neitas earum. Ad ſedes regni, non perſonæ,
ſed merita prædeſtinata ſunt. Sicut beatus
Auguſtinus docuit, & ſanctus Hieronymus.
Quare ad dignitates Eccleſiaſticas eligere
D perſonas, & non merita, manifeſta acceptio
perſonarum eſt, & criminalis diſpẽſatio. In
quo valdè laborant prælati: etiam ſi millies
ab Eccl. ſuper rem hanc conſultum ac proui-
ſum ſit, & præcipuè noſtris his temporibus.
Inuigilandum quippè eſt vtilitatibus ouiũ
Chriſti: non affectionibus & fœderibus car-
nalis coniunctionis. Sed heu, omnes quæ
ſua ſunt quærunt, non quæ IeſuChriſti. Ob- *Phil. 2.*
ſerua ſecundò ſuper illud verbum: ſed qui-
bus paratum eſt a patre meo, quomodo om-
nes apoſtolos excitat ad culmen virtutis:
cùm incertos eos reliquit & ambiguos, in
præparatione primarum ſedium: neq; expo-
ſuit, quibus conuenirent ſedes maximi ho-
noris. Neque alieni ſumus nos ab hoc bene-
ficio: quibus conſulit etiam infundens bo-
nas ſpes inueniendi ampliſsima pręmia. Pri- *Spes regni quam efficax ad opera.*
mum eſt in humanis actionibus ſpes perue-
niendi ad finem: iam efficaciter accingitur
homo ad operationem. Illam ergo ſpẽ om-
nibus ingerit: cùm non ſanguinis iure pro-
pinquos, ſed feruentiores in dilectione, ad
ſedes honorabiliores declarat eſſe electos.
Noli ergo deſperare de ſublimitate pręmij,
ſed confide: confortare, & eſto robuſtus: ac-
cingere gladio tuo ſuper fœmur tuum, ag-
gredere magna & ingentia contra mundũ
& diabolum, & facile eſt domino ſubitò ho-
hone-

honeſtare, & extollere in altum virtutis & A coronæ. O fœlix regnum: O rex eius magne & omnipotens. Cuius tanta eſt magnificentia & liberalitas erga nos & genus noſtrum, vt homines, qui omni iure ad magiſtratum ſæcularis honoris reprobi ſunt, vel etiam ad Eccleſiaſticas dignitates, hi ipſi ſedes honoris & ſplendoris in ſuperno ſolio inuenire poſſunt, & obtinere, *Et audientes decem, indignati ſunt de Iacobo & Ioanne.* Ecce in eodem morbo, in quo duo fratres laborabant, & reliqui decem inuenti ſunt. Iacobus & Ioannes præ ambitione vſque ad primas ſedes in regno Chriſti aſcendere cupiunt: de quo reliqui omnes indignati ſunt aduerſus eos. Quod fieri non poſſet, niſi ipſi in eadem eſſent ſentẽtia & voto. Quomodo enim indignè ferrent, niſi quiſque ſibi ſupremum vellet honorem? Etiam cum ambitione indignationem habent aduerſus condiſcipulos: cùm oporteret compati infirmitati fratrum ſuorum. Indignati ſunt, quòd ignorantes menſuram ſuam, tanta exarſerint cupiditate. Illi carnaliter petiuerũt eſſe ante alios: decem diſcipuli etiam ſecundùm carnem contriſtati ſunt & indignati, quòd alij ante ipſos ſedes primas ambiebant. Ecce B vnde bella & diſſenſiones in republica, odia, iræ, rixæ, inuidiæ: quæ omnia ſunt opera carnis. Omnes alios intentamus præcellere: & nobis ipſis blandimur, arbitrantes virtutibus & meritis noſtris deberi honores & magiſtratus. Vnde Plato: Ciuitas profectò in qua ciues ad expectandos magiſtratus minimè ambitioſi ſunt, optimè & procul à ſeditionibus permanet: contra verò, quæ aliter affectos habet ciues. Nam vbi de principatu contenditur, cùm propriũ hoc ſit & inteſtinum bellum, tum eos qui ita pugnant, tum reliquam ciuitatem perdit. Et interrogans nunquid ſint aliqui qui ciuiles honores ſternãt, præter veros philoſophos: etiam cum iuramento illud affirmat: Non per Iouem. Et infrà, docens vnde, & à quibus iuuenes in ambitionem inducantur, digito matres eorum & ſeruos demonſtrat, tã ti mali authores. Quando iuuenis audit matrem ægrè ferentem, quòd maritus minimè magiſtratibus fungatur, & idcirco inter alias mulieres ſe ſe contemptum haberi: tum indignantem, quoties virum aſpicit pecunijs cumulandis minimè ſtudere, neq; pro illis, vel priuatim, vel in iudicijs, & publicè, contendentem ſollicitumque, &c. Ex quibus ſępè filio mater prædicat ignauum eſſe patrem, nimiſque remiſſum, & alia quæcunque de talibus mulieres garrire conſueuerunt. Neque te latet, quòd ſerui & domeſtici, præſertim qui maximè videntur eſſe beneuoli, talia quædam auribus puerorum ſępè inſuſurrant. Et ſi quem viderint, vel pecunias patri debentem, quem ipſe nequaquàm in ius vocet, vel in alio quodam iniuria afficientem, edicunt puero, vt ſi quando vir euadat, omnes iſtiuſmodi vlciſcatur, virque magis ſit, quàm pater extiterit. Idẽ ille filius domo egreſſus, alia horũ ſimilia multa audit, videtque: homines ſcilicet, qui in ciuitate ſuarum rerum ſatagunt, ſtolidos vocari, ac parui pendi: horum verò diſsimiles, honorari laudarique. Cùm hæc adoleſcentulus audit, videtque, rurſuſque patris ſermones audit, & ſtudia videt proximè præter ſtudia cæterorum, ab vtriſque attractus, à patre quidem rationalis eius vis fouetur, & augetur, ab alijs autem concupiſcendi & iraſcendi natura. Qua propter cùm non malo ſit ingenio natus, mala tamen cæterorum conſuetudine vſus, & in medium ab his tractus, mediæ cuidam potentiæ contentioſæ iracundæque ſubijcit, fitque vir elato animo, gloriæque cupidior. Ambitionem ergo, quæ honorem & gloriæ immodicam appetitionem habet, ſiue opinionem vehemẽtem & inhærentem, & penitus inſitam animo tanquàm valde ſit expectanda: hanc Euripides execratur, vt peſsimum in ciuitate nomen. Teſtes ſint apud Romanos Sylla, Cinna, Carbo, Marius, Pompeius, Cæſar, & alij complures, quorum ambitione multo plures Romanorum ciuium ceciderunt; quam in propagatione imperij per vniuerſum orbem. Nam ſub Sylla circiter octoginta millia hominum proſcribuntur, damnantur, trucidanturque. Hinc illud Lucani poëtæ dicitur: Nec quenquàm iam ferre poteſt Cæſar, vt priorem, Pompeius ue parẽ. Et certè ſi rectè iudicare volumus, miſeri quodam modo habendi ſunt ambitioſi homines: multitudini enim deſeruiunt, & magiſtratus, quos per ambitionem conſequuntur, titulo tenus gerunt. Vnde valde ſapienter Homerus Agamẽnonem, ſortem principum conquerentem inducit ad hanc fermè ſententiam. Vitæ noſtræ dominam multitudinem ſortiti ſumus, turbæque omninò inſeruire cogimur. Quem fructum tandem ex tot tantiſque laboribus aſſecutus eſt Agamemnon,

Apoſtoli omnes aliquando ambitioſi.

Ambitio malorum multorum origo. Gal. 5.

Plato. lib. 5. Dialo. 7. de republica, uel de iuſto.

Dialog. 8. In ambitionem unde inducantur adoleſcentes.

Ambitio crudeliſsima.

Euripides.

Lucanus.

Cæſar, Pompeius ambitioſiſsimi.

Homerus. Agamẽnõ.

Ambitioſi ſors miſera

niēnon, vt poſt victoriam tam difficilem, tamque longi temporis, cùm in propriam domum remeaſſet, ab adultero per vxorem necaretur? Quem etiam victor orbis Cæſar? vt potitus rerum per proditionē ab his confoditur, quos ab interitu liberauit, & honoribus & gloria affecerat. Pernicioſi ſunt apud principes, & in omni libera ciuitate, qui inter ſe ambitioſi ſunt, ac de honoribus certant: in primis enim factionem in ciuitate ſpargunt & inficiunt, & ea plerunq; ſuadent, vt contra alios loquantur. Propter quæ & multa alia mala, quæ ex ambitione

De qua ſupra cap. 9.

ſequuntur: *Ieſus uocauit eos ad ſe, & ait: Scitis quia hi qui uidentur principari gentibus, & dominantur eis. & principes eorum poteſtatem habēt ipſorum.* Itaque videns Ieſus, & duorū ſtultam petitionem, & aliorum indignationem ex eodem fonte manātem, omnes ſimul aduocat, vt omnibus ſimul eodem pharmaco medicinam infundat. Quoties (inquit) audistis de regno cælorum, quod vtique ſpiritale eſt, nec minùs differēs à regno mūdi, quàm centrum terræ differt à cælo: nolite vobis fingere talem ſpeciem rerum, qualem videtis in regnis terrenis. Scitis enim quòd qui videntur principatum tenere inter gentes, dominatum exercent in ſubditos populos: & qui inter eos capita ſunt populorum, poteſtatem ſuam exercent in eos, quibus præſunt: cauete ne quid tale ſit inter vos. In regno meo iuuandi & ſeruiendi ſtudium maiorem reddit, non ambitio. Vide manſuetudinem, clementiamque ſaluatoris: qui tantam ac toties repetitam inurbanitatem diſcipulorum ſuſtinuit: adhucque docet & verbo & exemplo: quę duo animo figēda ſunt.

Eſ. 53.

Verè languores noſtros ipſe tulit, & ſuſtinuit in multa manſuetudine fictilia vaſa ac

Mātuanus

lutea, vſque quo ad ſuperbum decus argenti & auri primi perduxit: & apta ad omne opus bonū effecit. Vocat eos ad ſe: quos iure eijcere à ſe poterat, vtpote hoīes ſuæ vitæ, doctrineq; violatores, & dehoneſtatores. Neq; ſemel de honore certarunt ignobiles piſcatores, diſcipuli humilis magiſtri Ieſu Dei altiſsimi filij. Vide ergo quomodo docet omnes paſtores Eccleſiæ in manſuetudine ſuſcipere infirmos, & miſericorditer errantes in

Galat. 6.

viam rectam reducere. Vnde Paulus: Fratres etſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui ſpirituales eſtis, huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis: cōſiderās

Gal. 6.

te ipſum, ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate: quia ſumus inuicem membra. Be- *Epheſ. 4.*

ne de illo ſcripſit propheta: Non clamabit. *Eſa. 42.*

neque accipiet perſonam. Calamum quaſſatum non confringet. Vocauit eos ad ſe: Ne *Similitudo*

vires eundo indignatio aſſumeret, & accenderet iram, ac nutriet deinde odium. Vocauit eos ad ſe, qui ſolus ante illorum oculos propoſitus ſatis erat ad erubeſcentiam & doctrinam. Ad ſe vocat ſuperbos humilitatis ſpeculum: vt in ipſo denigratam faciem eorum quiſque agnoſcat. Ad Chriſtum tibi eundum eſt, cùm ambitionis pateris ſtimulum. Noli ire, vel ad Iacobum, vel ad Ioannem, vel ad alium de duodecim in hoc tempore. Ad Chriſti humilitatem tibi confugiendum eſt, tanquàm ad Aſylum. Hoc ſentite in vobis, quod & in Chriſto Ieſu, *Phil. 2.*

qui cùm in forma Dei eſſet, non rapinā arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo: ſed ſemetipſum exinaniuit, &c. Hûc veni, hûc te in multo deſiderio voco. Veni & audi: Exinaniuit ſemetipſum. Aperi oculos tuos & vide Dei filium in forma ſerui, ſuſtinentem infirma mundi, & vaſa teſtea, vſque quo aurea facta ſunt ab eo per humilitatem. *Vocauit ad ſe.* Noli ire ad aulas principum & magnatorum, vbi ſuperbia & ambitio palmā & victoriam reportat: parumque aut loci, aut honoris habet humilium manſuetudo, & animus mitis. Propter hoc dictum eſt: Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis cor- *Matt. 11.*

de. Noli ire ad Saul, noli vultū eius accipe- *1. Reg. 24*

re, cùm ſibi antefertur Dauid in hymnis mulierum: Sed ſit tibi Dauid magiſter, & exemplum: qui regi dicebat: Quem per- *2. Reg. 24*

ſequeris Rex Iſrael? Quem perſequeris? canem mortuum perſequeris, & pulicem vnum. Hæc dicebat ex vero corde humilis Dauid: & dans locum iræ, quę dudum ſe incolumi occidere potuit. Hûc magiſtrum audi, non huius mundi amatores: qui tibi ad perditionem erunt. Vocat ergo ad ſe diſcipulos ſuos cæleſtis magiſter, & ait illis: *Scitis quia hi qui uidentur principari gentibus, dominantur eis, & principes eorum poteſtatem habent ipſorum.* Ac ſi diceret: Claram ac

Principes gentiū quæ intendant in ſuo principatu.

humilibus agricolis manifeſtam rem vobis propono in exordio huius doctrinæ: quòd principes gentium ordinant principatū ſuū ad dominandum, & qui maiores ſunt in hoc ſæculo, ordinant celſitudinē ſuam ad vſum poteſtatis: hoc eſt, ad præcipiendum, ad cōpellēdum, & alia huiuſmodi. Itaque iſte eſt præintentus finis à gentibus, cùm principatum

tam ambiunt, vt dominẽtur eis, qui ſibi ſunt impares & ſubditi. Hoc clarũ & manifeſtũ eſt omnibus. Lōgè aliter in domo & regno meo principatus inſtituuntur à me. *Non ita erit in uobis*. Sed quicunque voluerit fieri maior, hoc debet ante oculos proponere & intendere, *quòd erit miniſter ueſter*. Magnitudo in principatu mũdi eſt ad exercendũ poteſtatẽ: magnitudo in regno meo ad exercendum miniſteriũ eſt. *Et qui uoluerit in uobis eſſe primus, erit ueſter miniſter*. Videte iã ſi ambiẽdi ſunt principatus in regno meo, an verò per obedientiã in feruore dilectionis ꝓximi ſuſcipiẽdi: cũ onus hoc graue habeant ſeruiẽdi, nõ vni aut duobus, ſed omnib⁹ ſibi inferioribus & ſubditis. Quod lōgè aliter in principatibus gentiũ inuenitis. Dominãtur quippe, & poteſtatem exercẽt in ſubditos. Elegãtiſsimè prout decet Dei ſapientiã, docuit ſuos diſcipulos ſaluator mũdi Chriſtus Ieſus: demōſtrans digito onus magiſtratus Eccli. & diſtantiã, quã habet à poteſtate ſæculari, vt ſic ab incepto reſiliãt, ac fugiãt oblatã cathedrã honoris: tantũ abeſt, vt ſummis votis illã deſiderẽt. Nõ recogitat homo onus, ſed honorẽ epiſcopatus: propterea ſuſpirat, ac ſi omniũ ſubditorũ ſeruitia præparata illi eſſent: cùm certè per ſaluatorẽ dictũ ſit. *Erit omniũ miniſter*. Hæc cōſiderãda ſunt ab omnibus, qui epiſcopatũ deſiderant, & hæc quærãt, nõ lac & lanã, ſed æſtũ, frigus, vigilias noctis, ſollicitudines, paſcere gregẽ: in brachio ſuo congregare agnos, & portare in ſinu ſuo fœtas: Hæc attẽdenda ſunt in Epiſcopatu, cũ deſideriũ illius aſcẽdit in mentẽ tuã: & ſupra omnia, ꝙ de manu tua requiret dn̄s oues ſuas, quas ꝓprio ſanguine redemit. *Erit omniũ miniſter*. Quod optimè in Iacob patriarcha cōprobatur: qui Labã dixit: Die noctéq; æſtu vrgebar & gelu: fugiebatque ſomnus ab oculis meis. Viginti annis fui tecũ: oues tuæ & capræ ſteriles nõ fuerũt: arietes gregis tui nõ comedi, nec captũ à beſtia oſtẽdi tibi: ego damnũ omne reddebã. Hęc inſpiciẽda ſunt ab omnibus, qui epiſcopatũ deſiderãt: onus & opera, quę neceſſario cōiuncta ſunt honori, ſicut docet dn̄s. Sed quis eſt hic, quẽ deſcribit Eſaias, & repręſentat Iacob, & laudabimus eũ? vnus de mille inuenitur, qui opus miniſterij ſui impleat. Et qui præ dilectione Dei, & ouiũ ſuarũ dicere poſsit, quod Moyſes de illo excellẽtiſsimo patriarcha ſcripſit pro ſua Rachele. Seruiuit ergo Iacob pro Rachele ſeptẽ annis: & videbãtur illi pauci dies præ amoris magnitudine. Hęc omnia in ſequẽti doctrina ſaluatoris demōſtrantur, & ſuperiorẽ ſententiã cōfirmãt. Nã *& filius hominis nõ uenit, ut miniſtraretur ei ſed ut miniſtraret, & daret animã ſuã in redẽptionẽ pro multis*. O ſtupendũ exẽplũ. O verba ignea toto pectore, & intimis pręcordijs & viſceribus amplectẽda. Deficit calamus & manus ſcribẽtis: obſtupeſcit auditus, fugitq; omnis ſenſus: & ſola mẽs, quę prę admiratione rapitur in excelſa, laudare & benedicere poteſt dn̄m Deũ ſuũ. Nã & filius hominis nõ venit, vt miniſtraretur ei, ſed vt miniſtraret. Cōiectare qualis eſt cordis noſtri ſuperbia, quã neq; Dei filius genib⁹ hominũ prouolutus, & ad pedes eorũ ſeruiẽs, retũdit. Sed ad literã reuertamur. Nã *filius hominis nõ uenit, ut miniſtraretur* ei. Quòd ſi aliquãdo miniſtratũ illi eſt, etiã à nobilibus fœminis, ſicut in Martha & Maria cōprobatur: nõ tamẽ fuit præintentũ ab eo, cũ venit in mũdũ: ſuſcepit tamẽ impẽſum obſequiũ. Filius ergo Adã, qui ſimul filius Dei altiſsimi eſt, ad ſeruiendũ venit in ſpiritualibus: & aliquãdo in corporalibus: ſicut lauatio pedũ Apoſtolorũ teſtatur. De ſeruitute ſublimiori ſermo erat dn̄i apud Eſaiã: Seruire me feciſti in peccatis tuis: præbuiſti mihi laborẽ in iniquitatibus tuis: Ego ſum, ego ſum, qui deleo iniquitates tuas ꝓpter me, & peccatorũ tuorũ nõ recordabor. In dimittẽdis & lauãdis iniquitatibus noſtris ſeruiuit ſaluator, vſq; ad mortẽ crucis: & laborẽ ingentẽ præbuimus ei, vſq; ad ſudorẽ ſanguinis. Et fructus huius laboris, & merces impẽſi ſudoris demōſtratur in ꝓpheta, cũ inquit: Ego ſum, ego ſum qui deleo iniquitates tuas. Deleuit cruore piiſsimo chirographũ decreti, quod erat cōtrariũ nobis: & tollẽs illud de medio, affixit cruci. De quo multa in homil. ſuper pſ. 50. Cuius tãta eſt bonitas, vt peccatorũ noſtrorũ nõ recordetur. Statim propheta, imò dn̄s in ore ei⁹ humiliat cor noſtrũ: ne ex magnitudine donorũ ſuorũ ſuperbiat mens noſtra: & inqt: Propter me. Nõ ꝓpter te, & impẽſa mihi multa, & magna obſequia tua: quod ornatiſsimis verbis declarat in ꝓpheta dicẽs: Populũ iſtũ formaui mihi, laudẽ meã narrabit. Nõ me inuocaſti Iacob, nec laboraſti in me Iſrael. Nõ obtuliſti arietẽ holocauſti tui, & victimis tuis non glorificaſti me: non te ſeruire feci in oblatione, nec laborem tibi præbui in thure. Verùm tamen, &c. Propter me ergo, & ſumma

Principatus eccleſiæ — *Eſa.* 40. — Gen. 41. — *Epiſcoporum ſpeculũ Iacob.* — Gen. 39. — *Superbia noſtra.* — Ioan. 13. — Luc. 10. — Dan. 13. — Cap. 43. — Col. 2. — Hom. 3. — *fol.* 22. — *Humiliatio noſtra.*

A — B

GG vtens

vtens liberalitate erga te, deleo iniquitates C
tuas. In omnibus itaq; nos humiliat: quia
Tit. 3. non ex operibus iuſtitiæ, quæ fecimus nos,
ſed ſecundùm ſuam miſericordiã ſaluos nos
fecit. Noli ergo de tua virtute præſumere,
ſed da gloriam Deo in confeſsione miſe-
ricordiæ illius. Intellige etiam in verbo il-
lo, Propter me magnitudinẽ donorũ de ma
nu diuinam ſi propter nos fieret opus: hæu
quã minutum & arctum eſſet. Sed *ut mini-
ſtraret: & daret animam ſuã in redemptionẽ pro
multis.* Multido hæc, generis humani, quan-
tum ad ſufficientiam demõſtrat vniuerſita-
tem: quantũ verò ad libertatis fructum & ef
ficaciam: vt finaliter conſequantur vitã ęter
nam, numerum electorum ſignificat. Ecce
exemplum ad dedocendã ſuperbiã & am-
bitionem, Dei filium ſeruientem in opere
laborioſiſsimo & humiliſsimo noſtræ re-
demptionis: quæ duo in verbo illo ſignifi-
cãtur: Seruire me feciſti in peccatis tuis: pręę
buiſti mihi laborẽ in iniquitatibus: & alius
Ezec. 24. propheta dicit: Multo labore ſudatum eſt,
&c. Ergo finis intentus in regno Chriſti, id
eſt, Eccliã, ſit ſeruitus prælati ad omnes ſub
ditos: nõ inquàm ad menſam, cùm nõ opor
Act. 6. teat relinquere verbũ Dei, & miniſtrare mẽ
ſis: ſed in illis omnibus, quæ ex Eſaia dixi- D
mus. Videant ergo ſi cum his placeat epi-
ſcopatus, & ambitus primæ cathedræ, an ve
rò fugiẽda ſint, niſi cum proximorũ vtilitas
& obediẽtia ſuperioris vrgẽt, de quibus iã di
ximꝰ cũ B. Greg. Neq; turbetur aliquis, ſi a-
Apoſtolo deò imperfecti apparent apoſtoli: quia nõ-
rũ imperfe dum myſteriũ crucis erat conſummatum,
ctio prior, nondũ plenitudo ſpiritus in corda ipſorum
& perfe- infuſa. Quare ſi ſtudia virtutis ipſorũ diſcere
ctio ſequẽs. cupis, quales poſt datã gratiã facti fuerint,
conſidera, & videbis omnẽ ab illis turbatio
nẽ fuiſſe ſeparatã. Hac certè de cauſa eorum
modò imperfectio reuelatur, vt apertè per-
cipere poſsis. quales ſubitò per gratiã facti
fuerint. Audias obſecro, quomodo ipſe Ioã
nes, qui modo hæc à Chriſto petebat, pri-
Ioãnes E- mis honoribus Petro cedebat, tũ cõcionãti,
uangeliſta. tũ mirabilia facienti: vt actus apoſtolorum
Ca. 3. B. d teſtantur. Nec latêre patitur Petri virtutes:
Cap. 21. ſed & confeſsionẽ prædicat: quã ſilentibus
aliis. magna ædidit voce Ioannes: & ingreſ-
ſum eius in in monumentũ nõ tacet, cæte-
Iacobus. riſq; omnibus ſibi eum anteponit. Iacobus
nõ lõgo tẽpore poſtea vixit. Nã ſtatim ab
initio rerũ tãto ardore cõcaluit, vt humanis
Act. 12. omnibus rebus neglectis, ad tantã ſublimi-
C tatem aſcenderet, vt à perſecutoribus cõfe-
ſtim occiſus ſit: & ſic oẽs poſtea ſummi facti
ſunt: cùm ſummũ & efficaciſsimũ ſui magi-
ſtri exẽplum recogitarẽt. Ipſe enim qui hu
miliatus fuit vſq; ad mortẽ crucis, qui ſerui-
uit in peccatis noſtris pro noſtra redẽptio-
ne, exaltatus fuit vſq; ad dexterã patris. Pro
pter quod (inquit Paulus) Deus exaltauit il *Phil. 2.*
lum, &c. In hunc modum docet exaltãdos
ſuos diſcipulos dominus: quaſi diceret: No-
lite timere, quaſi honorẽ veſtrũ humilitate
amittentes: hinc enim ad cælos vſq; glorifi-
catio veſtra pertrãſibit: hinc amplior atque
præſtãtior redditur: hinc vobis regni ianua
aperitur. Propter meã humilitatem pater
meus exaltabit me: ſimiliter & vos. Valde
difficilis apparet doctrina hæc omnibus ho
minibus. Sed certè ſi voluerimus omnibus NOTA
admirabiles videri, nõ modo tales non eri- *ualde.*
mus, verũ cæteris abiectiores futuri ſumus.
Conſidera obſecro quantũ humana celſitu-
do, ab hac quæ in humilitate ſita eſt, diſtet.
Externa celſitudo neceſsitatis atq; timoris *Celſitudo*
eſt: hæc verò interior ex humilitate celſitu- *ex humili-*
dini diuinæ ſimilis eſſe cognoſcitur. Quare *tate quàm*
qui apud nos ex humilitate magnus eſt, etiã *fixa.*
D ſi nemo ipſum hoc eſſe dicat, verè tamẽ ma
gnus eſt. Sicut cõtrà ſuperbus, quẽ oẽs ad-
mirãtur, & colũt, omniũ verè humillimus
reperitur: & ille quidẽ honor, cũ à coactis
tribuatur, facilè diſperit: hic verò cũ ex ho-
norantiũ animo proficiſcatur, ſtabilis per-
manet. Humiles quippe homines ſtudioſiq;
imitatores ſui magiſtri, vltra ſolẽ perferun-
tur: neq; his ſublimius quidquid inuenitur:
cùm vel ipſa cæli cacumina tranſgrediatur,
& angelis prætermiſsis apud regia ſedẽ aſsi-
ſtant. Propterea quẽ nam deiectũ atq; infir
mum putabimus: vtrum eũ, cui Deus patro
cinatur, an eũ quẽ Deus impugnat? Hunc vl
timũ certè. De quo ſcriptura clamat: ſuper- *Iac. 4.*
bis atq; arrogãtibus Deus reſiſtit: humilibus
aũt dat gratiã. Hanc viã docuit cęleſtis ma-
giſter ſuos diſcipulos; vt certã & ſecurã, quę
nullũ piratã timeat, aut incidat in latrones,
ſcilicet humilitatẽ cõtra ambitionẽ. Docuit
inquã verbo & exẽplo, nõ alieno, ſed ſuo: &
illo quidẽ obſtupendo. Et ponere animam
ſuã pro multis, inquit: Vide quanti te fecit
dñs omnium, haud bonorũ tuorũ indigens:
Animã ſuam dilectam dedit in redemptio-
nem pro te: Optimè apoſt. Paulus: Empti *1. Cor. 6.*
eſtis pretio magno. Et Petrus: Non corru- *1. Pet. 1.*
ptibilibus auro & argento, &c. Magnũ eſt
quod

Gen.44. quod generoſus Iudas pro Beniamin ſe ipſum Ioſeph in ſeruum tradebat: quantò ſublimius q dñs Ieſus animã ſuam dedit pro te? O noſtra ingratitudinẽ? De quo infra ad longum. *Et ueniunt Hierico, & proficiſcente eo de Hierico, & diſcipulis eius, & plurima multitudine, filius Timæi Bertimeus cæcus ſedebat iuxta uiam mendicans.* Pulchra valde eſt hæc hiſtoria, & multiplici doctrina redundans; quã vltimo loco huius cap. deſcribit S. Euangeliſta. Cap.20. Sed & B. Matthæus & Lucas. Cap.18. Præter hoc q B. Matthæus duos proponit cæcos: cùm noſter Euang. & B. Lucas vnũ cõmemorent. Nihil tamẽ contrarietatis propter hoc inter illos inuenitur: cùm ſiue Marcus, ſiue Lucas nõ dicant vnum tantũ fuiſſe illuminatũ. Obſerua tamẽ pro præſentis loci explanatione, & aliorum multorũ, quod à B. Chryſ. dicitur de veritate Euãgeliſtarũ, quod falſitatis loco hæretici nobis obijciũt, apud Eccleſiam eſſe veritatis argumentum magnificũ. *Chryſ. in præfatione ſuper Mattheum.* Inquit Chryſoſt. dum aduerſus hæreticos de diaphonia Euangeliſtarũ ſcribit: Sed inquies: nõ eſt in Euangeliſtis veritas: quia in multis inter ſe diuiſi inueniũtur, ac diſſoni. *Diaphonia Euãgeliſtarũ qualis ſecundũ Chryſoſtomum.* Imò hoc ipſum maximũ eſt teſtimonium veritatis. Si enim ex toto & in omnibus conſonarent, & cum nimia diligẽtia atq; cura vſque ad tẽpora & loca omnia, vſque ad ſingula æqualiter verba currerent, nemo inimicus credidiſſet vnquàm: ſed eos communi ad decipiendum concilio cõgregatos, quaſi ex humana quadam compoſitione, euangelium condidiſſe. Nõ enim ſimplicitatis fuiſſe tam ſollicitam conſonantiã iudicarent. Nunc verò quæ videtur ex rebus exiguis diſſonantia, ab omni illos ſuſpitione defendit: & ſatis clare ſcribẽtium exiſtimationem tuetur. Si verò de temporibus ac locis variè dixerunt, nihil quidem dictorum præiudicat veritati: ſed tamen prout donauerit Deus progredientes, etiam iſtud quale ſit, declarare tentabimus. Illud poſt hæc quæ diximus poſtulantes, vt diligenter notetis, quia in illis principalibus cauſis, in quibus & vita noſtra, & prædicationis ſumma cõſiſtit, nunquã aliquis illorũ, vel in minimo diſcrepare conijcitur. Quæ verò iſta ſunt? Quia Deus homo factus eſt: quia mirabilia operatur: quoniã crucifixus: quoniam ſepultus eſt: quoniã reſurrexit: quoniã aſcẽdit in cœlũ: quoniã iudicaturus eſt: quoniã ſalutaria præcepta conſtituit: quoniã nõ cõtrariam legem intulit priori: quia filius Dei

A eſt, quia vnigenitus, quiã eiuſdẽ cum patre ſubſtantiæ, & quantacunq; ſint alia. In quibus omnibus maximã illorũ inuenimus eſſe concordiam. Si verò in mirabilibus eligendis, nõ omnes eadẽ cuncta dixerũt: ſed hic quidẽ illa, alter verò alia narrauit, nihil te omninò cõturbet: ſi enim vnus quilibet vniuerſa dixiſſet, ſuperfluus iã fuiſſet numerus cæterorum. Si varia inter ſe ſcripſiſſent omnia, ac noua omnia, nullũ potuiſſet cõtinentiæ apparere documentum: propterea & communiter multa dixerunt: & nihilominus quiſq; proprium aliquid ac ſpeciale conſcripſit: & ne ſuperfluè ac importunè aliquid videretur adiectum, nihil adderetur noui, ne tota rerum fides adduceretur in dubiũ, ſi omnia diuerſa dixiſſet. Hæc Chryſoſtomus. *Et ueniunt Hierico.* Hæc eſt quæ coram nobili illo duce Ioſue corruit in anathemate. Ioſue. Aedificata tamen fuit, ſicut docet ſcriptura. In diebus illis ædificauit Hiel de Bethel Hierico: in Abiram primitiuo ſuo fundauit eam: & in Segub nouiſsimo ſuo poſuit portas eius, iuxta verbũ domini, 3.Re.18. quod locutus fuerat in manu Ioſue, filio Nun. Aedificata ergo fuit ciuitas Hierico, & antiquum nomen retinuit: in quam ingreſſus fuit ſaluator ſecundum Matthæum: Cap.20.
B quod & noſter Euangeliſta docet, dicens: Et proficiſcente eo de Hierico. In quo manifeſtè docet, quòd ingreſſus ſit ciuitatem: de qua egreditur venturus quàm citò in Hieruſalem. Egrediente itaque ſaluatore, & diſcipulis eius cum eo, & turba magna plebis, quæ ſequebatur eũ intẽta dulcedini doctrinæ; à qua neque per vias ceſſabat, totus ſaluti hominum inſeruiens. *Ecce filius Timæi Bartimeus cæcus ſedebat in uia mendicans.* Obſerua quod beatus Gregorius dicit ignorare nos iuxta hyſtoriam, quis ſit cæcus iſte: Homil. 2. in Euangelia. cùm expreſsè beatus Marcus patrem eius deſcribat, vt hominem notum. Attentum ergo facio & prædicatorem & lectorẽ pro ſermone quinquageſimæ: quia illa die legitur homilia B. Gregorij. Cæcus itaque ex patre omnibus notus & familiaris, filius Timæi; ſicut docet gloſſa: Sedebat mendicãs in via. Eleganter coeunt cæcus mendicans & Hierico: quæ vt luna continuis menſtruis viciſsitudinem patitur. Hic eſt peccator, *Peccator qualis ſit.* qui relicto Deo, apud quẽ nec obũbratio viciſsitudinis eſt, *Iacob.1.* & qui iuxta illum ſunt in luce habitant: cæcus redditur ex cõcupiſcẽtijs huius mũdi, & carnis, ſuperbiaq; oculorũ.

Vnde ab vno in aliud tranſiens delictum, cęcus ſedit iuxta Hierico, & mendicans. Hæc ſunt peccati ſtipendia, cęcitas, paupertas, mutabilitas, cùm certè ſuis amicis lumen & diuitias, & ſtabilitatem in bono concedat Deus. Deniq; quartò in terra, quæ erat ſub anathemate habitat. O miſeriam peccatoris, O quot mala apprehendunt eum, qui ab Hieruſalē deſcendit in Hierico. Cęcus fit, pauper, nudus, mutabilis: deniq; in terra maledicta habitat: cui vnus dn̄s Ieſus Chriſtus miſericordiam præſtare valet, ſi aduenerit, ſi exaudierit vocem deprecantis: ſi iuſſerit adduci illum ad ſe, ſi ſteterit, ſi tetigerit oculos vt videat. O quāta tibi opus ſunt ad tuā reparationem, qui cęcus ſedes iuxta Hierico. Primum eſt, vt audias quod Ieſus Nazarenus eſt, qui tranſijt per eandem viam. Vbi de aduentu Ieſu peccator audit, ſpem bonā concipit de inueniendà luce, & indulgētia. Miſit enim Deus filium ſuum in mundum, non vt iudicet mundum: ſed vt ſaluetur mūdus per ipſum. Venitque quærere, & saluū facere quod perierat. Venit denique vocare peccatores ad pœnitentiam. Cuius tanta eſt erga nos dulcedo ſuæ bonitatis, vt de ſinu patris veniens in hunc mundum, quæſierit ouē perditā, & illam ad ouile cæleſte reduxerit. In his omnibus bonā ſpem incipit peccator concipere. In qua iā clamat & inuocat nomen, de quo ſcriptum eſt: Omnis qui inuocauerit nomen domini, ſaluus erit. Non eſt locus aliquis deſperationi, cùm audit cęcus, quòd Ieſus ſanctus tranſit iuxta ipſum. Quis laborat tam deſperata & deplorata infirmitate, qui audiens aduentum peritiſsimi medici, non concipit ſpem ſalutis. In deſperatis morbis, artis magnificatur peritia: & gloriam claramque cum laude notitiam ſibi conciliat medicus. Et tales quærebat dominus Ieſus Nazarenus, vt bonas ſpes nobis refunderet: cùm videremur ſub vnda ſceleris mergi. In hoc conuerſus eſt Paulus, vt inſtructionem haberemus omnium virtutum: ſed ſpei quàm maximè. De quo ipſe: Fidelis ſermo, & omni acceptione dignus, quòd Chriſtus Ieſus venit in hunc mundum, peccatores ſaluos facere: quorum primus ego ſum. Sed miſericordiam conſecutus ſum, &c. ad inſtructionem illorum, qui credituri ſunt illi in vitam æternam, vt ſcilicet dicat vnuſquiſque in corde ſuo: Si ille cōuerſus eſt à domino, qui tam ſęuus lupus erat: & mihi oranti & de-

Peccati ſtipendia. — *Ioan. 3.* — *Luce. 19.* — *Luc. 15.* — *Spes peccatoris.* — *Ioel. 2.* — *Similitudo* — *1. Tim. 3.*

C precanti indulgebit clementiſsimus ipſe. Non eſt quòd deſperes ô peccator. Propter te Dei filius deſcendit de cælis: & te quærit in omni via, & labores multos ſuſtinet: denique pro te mortuus eſt, & crucifixus. Bonam ergo ſpem habe, cùm Ieſus Nazarenus, tranſit, & venit Hieruſalem ad mortem. O magna circunſtantia temporis. De qua iurè interpretatur: Quærite dn̄m, dum inueniri poteſt, inuocate eū dū prope eſt. Ecce nūc tēpus acceptabile: In tēpore accepto exaudiui te. Quod obſecro tēpus aliud ad indulgentiam & miſericordiā inuenies ita acceptabile, quām cùm firmo animo & immobili volūtate ſaluator currit ad mortē in Hieruſalem? Ieſus itaq; Nazarenus eſt, qui tranſit: qui ad mortē conuolat: totus ſitiens & noſtræ ſaluti cupidus: Spem ergo habe, & clama cum Battimæo cęco. *Ieſu fili Dauid miſerere mei.* Ecce ſecundum & tertium gradum noſtræ conuerſionis: fidem & orationē. Sine fide impoſsibile eſt placere Deo: neque inuocare: quomodo enim inuocabūt, in quē non crediderūt? Iuſtus ex fide viuit. Spe ſalui facti ſumus. Deniq; ſcriptum eſt: Omnis qui inuocauerit dominum, ſaluus erit. Crede ergo: ſpē habe, ora, clama in toto corde: D & dn̄s exaudiet orationem. Attēde obſecro & cōſidera quāta ſublimitate ſermonis huiuſmodi oratio fulgeat: quæ ab homine oculis cęco, & mente illuminatiſsimo orta eſt. In primis nomē, quod ad ſalutē hominibus conceſſum eſt, inuocat & inquit: IESV. quod eſt interpretatū ſaluator. Non certè qualis fuit ille Ioſue, aut aliquis alius, qui ſaluatores dicti ſunt: ſed interpretante Angelo ad Ioſeph, ſaluator eſt à peccatis. Pariet filiū, & vocabis nomen eius Ieſum: & rationē reddēs nominis beatiſsimi, inquit: Ipſe enim ſaluū faciet populū ſuum à peccatis eorum. Hoc itaq; nomen primò omniū inuocat homo iſte ad ſuam ſalutē, & doctrinā noſtrā. De quo deinde Apoſtolo dictū eſt ab Anania, qui diebus illis erat Damaſci. Exurge, & baptizare, & ablue peccata tua inuocato nomine ipſius. Quid moraris? Et Petrus: Nō eſt aliud nomē datū hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri. Et quē ſaluatorē à peccatis inuocabat, ſtatim Dauidis prolē inclytā profitetur. Cuius faſtigiū & magnitudinē in pſalmo, Deus iudiciū tuū regi da, &c. deſcribit, ꝓpheta: & in pſalmo, Miſericordias dn̄i. Ieſum ergo cōfitetur eſſe Meſsiam, Dauidi Regi repromiſſum, & filium. Deniq; quod

Eſai. 55. — *2. Cor. 6.* — *Tēpus acceptabile.* — *Heb. 11.* — *Rom. 10.* — *Heb. 10.* — *Ioel. 2.* — *Oratio cæci, quàm ſublimis.* — *Matt. 2.* — *Act. 9.* — *Ibi. 4.* — *Pſal. 71.* — *Pſal. 80.*

A quod in oratione valde nos Deo commendat. profitetur, dũ inquit. *Miſerere mei.* Miſeriam profitetur propriã, & indigentẽ ſe miſericordia. Nihil deſiderabis in hac oratione. Ecce omnia. Fidẽ, ſpem, humilitatẽ, feruorẽ, quæ omnia noſtra ſunt inſtructio. Diſce ergo pro illuminatione oculorũ tuorum; qui in rebus peſsimis lætaris, diſce inquam cum cęco iſto orare: ſed hæu: quàm humiles oratores inuenimur pro materialiũ
Eſai.9. oculorũ ſalute: cùm interim ſedentes in re-
Exo.10. gione vmbræ mortis, nihili vel tenebras Aegypti facim⁹. Et quod extremæ malitiæ
Ioan.3. habet imaginẽ iã dictũ eſt à ſaluatore. Dilexerunt homines magis tenebras, quã lucẽ: propter quod erit iudiciũ illis duriſsimũ & ſecundùm æquitatẽ. In hoc venit filius Dei in hunc mundũ, oriens ex alto: Illuminare
Luc.1. his qui in tenebris ſedent, &c. Quod clamãte Zacharia, opus fuit magnæ miſericordię. Per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, in quibus viſitauit nos oriens ex alto. Viſcera ergo miſericordiæ Dei noſtri deſpicit, qui oculos ſuos lucæ diuinæ gratiæ, & vocationis ſanctæ claudit. Ora ergo ô homo pro dono lucis huius: in qua vias tuas agnoſcas, & B cõuertas pedes tuos in teſtimonia Dei, & in viã ſalutis. Clama cũ cęco iſto, Ieſu fili Dauid, miſerere mei: humilia cor tuũ in cõſpectu increatæ & æternæ lucis, & ora, Miſere-
Pſal.12. re mei: Illumina oculos meos, ne vnquã obdormiã in morte: & dicat inimicus me⁹: prę-
Pſal.50. ualui aduerſus eum. Miſerere mei, dicebat magnus ille rex Dauid in tota amaritudine animæ ſuæ, & in toto corde: vnde exaudiri meruit ad votũ. Noli, vt tibi & tuis meritis debitã gratiam & indulgentiã exigere: ſed recogita miſeriã tuam multã, quia certè cęcus & nudus tu es: & ora cũ cęco: Miſerere mei. Quòd ſi ab humili, & de media plebe homine & cęco erubeſcis philoſophiæ huius præceptũ hoc magnũ, habes in magiſtrum, præclarũ & potentiſsimũ regẽ Dauid: qui humi iacens, neq; audens cõtra cælos leuare oculos ſuos, in hoc ſermone orabat dicẽs: Miſerere mei Deus, ſecundũ magnã miſericordiã tuam. Magnus ardor pro capeſſenda doctrina, ex nobilitate & generoſitate magiſtri egreditur. Noli ergo erubeſcere ſermonem, in quo nobilis rex gloriatur. Ora tu in eodẽ ſermone, nec tantũ in ſermone, ſed quã maximè in humilitate cordis: in qua Deo ſuo gratus factus eſt. De hac
Eccl.35. ſcriptũ eſt. Oratio humiliantis ſe, nubes pe-
A netrat. Ad quẽ (itẽ) reſpiciam, niſi ad humi- Eſai.66.
lẽ, & trementẽ ſermones meos? De hac ſcriptum eſt: Qui ſe humiliat, exaltabitur. Ser- Luc.18.
mo oris tui hic eſt: Miſerere mei De⁹: Et agnoſce te ipſum, quia miſer es & miſerabilis, Apoc.3.
cęcus & nudus. Suadeo ergo te emere à me. &c. *Et cõminabantur ei multi ut taceret. At ille multò magis clamabat: Fili Dauid miſerere mei.* Neſcio vnde cõminantur homines iſti cęco & miſerabili pauperi in via: à quo facilè erat tranſire: neq; ſequebatur eos, ſicut olim Ca- Matt.15.
nanæa illa clamãs poſt apoſtolos: vnde ſaluatori dixerunt: Dimitte eam, quia clamat poſt nos. Cęcus verò iſte haud ſequebatur ſaluatorẽ. Et quod vrget ampliùs: qui cominãtur, multi ſunt. Quod ſi grauis illis erat ex clamore, facilè condonandũ eſſet: ſiquidẽ miſer in miſeria clamabat, & proximus, & frater illorũ. Quodq; vehementer increpationẽ hãc accuſat illud certè eſt, ꝙ in oratione cęci hominis valde honor dñi Ieſu magnificabatur, & ſplendore nõ vulgari fides eius ornabatur: quẽ pleno ore & filium Dauid compellabat: Meſsiam ſcilicet in lege repromiſſum. Deniq; vel amore videndi miraculi tacendũ illis erat, ac dimittẽdus in ſua oratione cęcus. Propter quæ omnia exiſtimo ex phermento Phariſæorũ homines iſtos fuiſſe: qui neque proximũ diligebant: neq; Ieſum colebãt: ſed odio & inuidia illũ proſequebantur. Obſerua ꝙ multi
erant qui increpabant hunc hominẽ. Infini- Eccl.13.
tus enim eſt ſtultorũ numerus, & pauci electi. In multis iniquitas regnat: cùm nimirũ
pauci virtuti inſeruiant. Vnus Ionathas in- 1.Re.13.
uenitur, qui pro Dauide Saulem ſuperbum 20.23.
adeat & oret: Cùm multi Ziphæi indicent regi, vbi eum capere poſsit. Multi ergo ſunt, qui proximum in ſua miſeria deſpiciãt, & gloriã Chriſti extinguere intentẽt:
inimici crucis eius. Sed Dei ſeruus hic ani- Phil.3.
mari debet, & multò magis clamare. Fili Dauid miſerere mei: ſicut in Dauide com-
probatur. Tempus faciendi domine diſsipa- Pſal.118.
uerunt legem tuam: ideò dilexi mãdata tua ſuper aurum & topazion. Vt autem ſententia cum ſuperioribus cohæreat, bene in multis, qui cęco cõminantur roganti & oranti,
caro & ſenſus noſtri intelligũtur: qui ſpiri- *Caro & ſenſus quomodo comminantur ſpiritui.*
tui minas ingerũt, & amaritudines multas, & magnas repromittunt. Hæu qualis & quam ſæua eſt hæc comminatio, quam cęcus homo patitur in exordio ſuę pœnitẽtię. Heu quãtas amaritudines fingit caro noſtra

aduerſus ſpiritum in confeſsione, in contri C
tione, in ſatisfactione, in reſtitutione famæ,
& pecuniæ, in diligendo inimico, in condo
nanda iniuria: quæ omnia nobis ſunt ad ſa-
lutem neceſſaria. Haud ſic mare turbatur &
intumeſcit ex fluctibus ſuperbis, ſicut ſen-
ſus carnis noſtræ, cùm ſibi crux pœnitētiæ
oſtenditur, in quā crucifigēda eſt ad ſalutē.
1.Re.17. Tunc cū Dauide cōminanti Goliath, ac di
centi: Veni ad me & dabo carnes tuas vola-
tilibus cæli & beſtijs terræ: reſpondendū eſt
ſęuo huic inimico: Ego venio ad te in nomi
ne dñi exercituū. Cum cęco itē clamare o-
portet magis ac magis. Fili Dauid miſerere
mei. Quā pauci ſunt, qui cū Dauide dicere
Pſal.118. poſsint: Paratus ſum, & non ſum turbatus,
vt cuſtodiā verba tua. Multi parati ſunt: ſed
conturbati & conſternati ab incępto reſi-
liunt, & ad vomitū redeunt. Turbantur cū
Coloſ.3. audiunt. Mortificate mēbra veſtra ſuper ter
Ioel.3. ram. Turbantur cùm audiunt: Scindite cor
da veſtra: Turbātur cùm audiūt. In ieiunijs,
in orationibus, in vigilijs. Turbantur & di-
ligunt præſentem lætitiam: quæ tranſit ve-
Pſal.36. lut vmbra ad ſolis occaſum: & marceſcit, &
vt olera herbarum citò decidit. In hoc er- D
go magno negotio confortare & eſto robu
ſtus: noli cedere, noli ſuccumbere: palmam
victoriæ conſidera, & labores belli facilè
adamabis: denique in gladio ſuo interficies
Goliath, & decollabis concupiſcentiam car
nis tuæ: & cum laudibus & triumphalibus
hymnis te animæ ſanctæ excipient. Ora ita
que cum cęco & dic: Fili Dauid miſerere
Pſal.34. mei. Cùm mihi moleſti erant, orabam: hu-
miliabam in ieiunio animam meam. *Et ſtans
Ieſus, præcepit illum uocari.* Beatus Lucas di-
xit ſignificantiùs: adduci. Et hoc eſt voca-
ri, & manu duci. O ſaluatoris benignitatem:
O clementiam Dei noſtri, ſtat in via, qui fir
mauerat faciem, vt iret in Hieruſalē ad cru-
cem & mortem. Stat in oratione cęci, cuius
clamor ad aures ſuæ miſericordiæ peruene
rat. Certus eſto quòd exaudit dominus cla-
morem pauperum. Stat. Non vult ire ad
eum propter exemplum noſtrum. Retrò
enim relinquebatur: & retrò ire in ſcriptu-
Luc.9. ris vetitum eſt. Imò neque reſpicere, ſicut
Gen.19. vxor Loth. Eo maximè tempore, cùm ad
crucem currit ſaluator, quamuis velit ſanare
miſerum & calamitoſum hominem, ad ſe
tamen iubet adduci, vt qui prius incre-
pabant & comminabantur, iam gaudeant,
NOTA. & adiutores fiant proximi ſui. O hominem

fœlicem, quem ad Chriſtum vocat etiam
caro ſua: quæ prius comminabatur. O bea-
tam & deſiderabilem dulcedinem ſpiritua-
lis ſuauitatis, quæ etiam ſui iuris facit carnē
noſtram: ad Chriſtumque nos vocat: ad vl-
teriorem vigiliam, ad arctius ieiunium: ad
prolixiorem orationem. Anticipauerunt Pſal.76.
vigilias oculi mei. Renuit conſolari anima Pſal.ibi.
mea, & multa alia paſsim offendes in pſal-
mis, quæ te docent culmen philoſophiæ hu
ius. Sed attende obſecro, quanta bona ſibi
repromittit cęcus iſte: qui ſtatim vt audiuit
mandatum ſaluatoris, proiecit veſtimentū
ſuum. *Et exiliens uenit ad eum.* Sublimis res
habet imaginem homo hic, & actiones eius.
Veſtimentum deſpicit: non illud commen-
dat alicui eorum, qui illic ſtabant, vel mini-
ſtro, qui ducebat illum: ſed proijcit in terrā,
& ignorans quo loco: & exiliens venit ſi-
cut hinnulus cerui ſuper mōtes Bethel. In Spes quæ
gandio ſuæ ſpei, tantū quia vocatur à Chri Chriſto in
ſto. In verbo autem apoſtolorum, aut ali- nititur quā
quorum ex illa turba, Ieſus vocat te. Proij efficax.
cit veſtimentum: ac ſi ad breuem illam viā
ſibi eſſet impedimentum: & præ gaudio exi
liens venit. O quis velut cęcus iſte verbum
hoc ſentiret in corde. *Vocat te.* O quis cer-
neret bonum, quod iam cęcus tanti facie-
bat, vt veſtimentum deponeret, ac deſpice-
ret. O quis dulcedinem deguſtaret, quam
iam cęcus iſte bibebat, cùm exiliens ibat.
Tales quærit ſaluator, qui ad ſe veniant, qui
præ gaudio ſpei vocationis ſuæ ſciant om-
nia temporalia deſpicere: & gaudentes ad
crucē venire. Orabat apoſtolus Paulus pro Cap.1.
ſuis Epheſijs, deprecans dñm inter alia: vt
Deus dñi noſtri Ieſu Chriſti pater, daret il-
lis ſpiritum ſapientiæ: vt ſciatis quæ ſit ſpes
vocationis eius, & quæ diuitiæ gloriæ hæ
reditatis eius in ſanctis. In hac ſpe omnia ter
rena facilè dimittuntur. De qua ſacratiſsi-
mus Petrus, neque ſine gratiarum actione. 1.Cap.1.
Benedictus Deus & pater domini noſtri Ie
ſu Chriſti: qui ſecundùm miſericordiā ſuam
magnam regenerauit nos in ſpem viuam,
per reſurrectionē Ieſu Chriſti ex mortuis.
Quomodo ſpes noſtra eſt viua per reſurre-
ctionē Ieſu? Primò viua dicitur ſpes ab apo 1.Cor.15
ſtolo, quia ſi Chriſtus non reſurgeret, miſe- Rom.5.
rabiliores eſſemus omnibus hominibus, ſpe
rantes in illo, cùm fides noſtra periſſet ſine
reſurrectione ſaluatoris. Secundò: quoniā ſi
cum adhuc peccatores eſſemus, ſecundū tē-
pus Chriſtus pro nobis mortuus eſt: multo
igitur

igitur magis nūc iuſtificati in ſanguine ipſi'
ſalui erimus ab ira per ipſum. Si enim cum
inimici eſſemus, recōciliati ſumus Deo per
mortem filij eius: multò magis reconcilati,
ſalui erimus in vita ipſius. Firmiſsima quidē
argumēta. In quibus quod alibi ſummis vo
tis deſiderabat, cōpletum videtur. Vt cog-
Phil. 3. noſcam virtutem reſurrectionis eius. In hoc
cognoſcitur virtus reſurrectionis Chriſti,
quia in illa viuificatur ſpes noſtra, & regene
ramur in ſpem viuam. In hæreditatē incor-
ruptibilē, &c. In vobis, hoc verbum tantū
exponendum eſt. Videtur quòd deberet di
cere B. Petrus: Conſeruatā in cælis vobis;
ita q ſit datiui caſus. Et loqueretur ſignificā
Hæreditas tius: & faceret hūc ſenſum: Hæreditas cōſer
cæli quibus uatur in cælis vobis: ſed elegit apoſtolus di
conſeruata cere in vobis, lōgè ſublimiùs cōfirmās ſpem
NOTA noſtrā: vt doceret hæreditatē conſeruatā in
ualde. cælis pro illis tantū, qui habent in ſe ipſis ius
ad illā per gratiā: & habent Spiritum S. pi-
Ephes. 1. gnus hæreditatis æternæ. Propter hoc di-
xit: In vobis. Vt nemo ſibi falſo & inaniter
blādiatur de regni cæleſtis hæreditate: ſine
gratia Spiritus ſancti, (de quo iā ſupra) qui
eſt pignus hæreditatis illius, qui & in iuſtifi
Rom. 5. catis inhabitat: ſicut alibi docet ipſe Apoſt.
Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris,
per Spiritū S. qui datus eſt nobis. In hac ſpe
depoſito veſtimēto, & exilientes præ gau-
dio vocationis noſtræ à Deo, currimus ad
ſaluatorē. Hoc eſt gaudiū illud pro inuento
Pſal. 104. theſauro: de quo & propheta Dauid: Læte-
Lætitia tur cor quærentiū dn̄m. Sine hac lætitia nō
quærentiū quæritur Deus: quia cùm in anguſtia affli-
dominum. ctæ carnis noſtræ per pœnitentiā, quærẽn-
dus ſit dn̄s, oportet vt lætetur cor noſtrū in
ſpe inueniēdæ gratiæ & indulgentiæ, & de-
niq; perueniendi ad hæreditatē. *Et reſpōdis
illi Ieſus: Quid tibi uis faciā?* Etiā poſt longum
Abach. 2. temporis ſpacium reſpōdit. Expecta eum,
qui veniens veniet: ſi morā fecerit, expecta
eū, qnia non tardabit. Clamauerat cęcus in
via, & adductus ad Chriſtū: nunc reſpondit
illi dn̄s: haud ignorans quid deſideraret ani
ma eius. In quo verbo liberalitatem erga
ipſum oſtendit, ad ſubleuandā omnem mi-
ſeriam illius. Nihil determinatè petierat cę
cus: ſed verbo cōmuniori dixerat: Miſerere
mei, neq; tantùm vnam aut alterā miſeriam
pati neceſſarium erat: ſed multas ſubſtinere
poterat: quibus omnibus ſaluator liberalem
ſe offert, & ad votum miſeri hominis: pro-
pter quod dicit: Quid tibi vis faciam? Ad

A votum tuum ſit menſura donorum, & mu-
nerum. O liberalitatē Dei in nos. O magni- *Liberali-*
ficētiam? Quid tibi vis faciam inquit? Quod *tas Chriſti*
verbū in Paulo Apoſt. audiuimus. Domine *Act. 9.*
quid me vis facere? Ad nutū tuæ volūtatis:
ecce præſto ſum omnia exequi. Ecce cor
meum ad omnē voluntatem tuam: ecce cor
meum paratum: paratum cor meum Deus.
In hunc modū Chriſtus cęco inquit: Quid
tibi vis faciam? Voluntatem timentium ſe *Pſal. 144.*
faciet, & deprecationem eorum exaudiet.
Quid tibi vis faciam? Neqne omnipotentiā
ſuā abſcōdit in dicto. Multa enim poſſet cę *Omnipotē-*
cus iſte deſiderare à Chriſto, quæ niſi omni *tia Chriſti*
potēs eſſet, haud poſſet illa cōcedere: omni-
potentiam ergò in ſententia demonſtrat:
ſicut Paulus pleniſsimam obedientiam in *Pauli obe-*
animi præparatione, cùm dixit: Domine, *dientia.*
quid me vis facere? Conſidera in quem fi-
des tua reſpicit, in quem conuolat ſpes, ad
quem clamas, denique ſub cuius manu te hu
milias. Omnipotens eſt: liberalis eſt: & quid
tibi vis faciam, dicit. O ter quaterqne beati
qui cogitatum ſuum, & omnem ſpem ſuam
in te reponunt. O fœlices & fortunati ho-
mines, qui ſoli hoc nomine digni ſunt, qui
B ad dūm confugiunt relictis mundi indumē
tis, & exilientes præ gaudio. Certant inter
ſe verbum Chriſti, & Pauli: Quid tibi vis fa NOTA
ciam? Quid me vis facere? Sed vincit illud, *ualde.*
nec vincitur hoc: imò coronatur & glorifi-
catur. Dic cum Paulo ex toto corde tuo:
Domine quid me vis facere? & audies: quid
tibi vis faciam? O hominis mortalis obediē
tiam. O creatoris immortalis liberalitatem.
Sed maiora & ſublimiora Deus & vniuerſo
rum dominus largiri poteſt chariſmata, quā
homo eidem impendere obſequia. Ei au- *Eph. 3. d.*
tem, qui potens eſt omnia facere ſuperabū-
danter quàm petimus, aut intelligimus, ſe-
cundùm virtutem quæ operatur in nobis.
Ipſi gloria in Eccleſia, & in Chriſto Ieſu, &
in oēs generationes ſæculi ſæculorū amen.
Dic ergo tu ô homo cum Paulo apoſtolo:
Domine quid me vis facere: ſi deſideras cū
cęco audire: Quid tibi vis faciam? Cęcus
autem dixit ei: *Raboni, ut uideam*: Rabo-
ni, quod dicitur magiſter. Dudum filium
Dauid compellabat: iam Raboni inquit,
id eſt, magiſter. In quo verbo obſerua di- NOTA
ligenter, vt illo maximè tempore diſci- *ualde.*
pulatum agas ſub Chriſto, cùm ab ore eius
audis: quid tibi vis faciam? Neſcimus e-
nim quæ nobis conueniunt & expediant.

Eſto ergo diſcipul⁹, & dic: Doce me petere, **C** quæ tibi ſunt placita, & tuæ deſeruientia voluntati & gloriæ. *Vt uideam.* Primò omniũ te, deinde tua: quæ tu creaſti, in quibus glorificem te. Ad hæc vtiles valde erant oculi cœco illi, non quales fuerunt matri vniuerſorum: quæ videns pomum, quod eſſet pulchrum, & guſtui ſuaue, comedit & dedit viro ſuo.

Oculi unde utiles.
Gen. 3.

Ad videndum tamen Chriſtum, & opera manuum eius, & glorificandam potentiam tanti artificis: ſapienter dicitur: Vt videam: Quod enim mens in animo eſt, id oculus in corpore. De vtroq; dicam tibi cũ Philone Iudæo, quæ ſapientiſsimè diſputauit. Videt enim vterq;, altera intelligibiles res, alter ſenſibiles. Vſus autem mentis in ſcientia adnoſcenda incorporea, cæterum oculi in luce ad contemplationem corporum, quæ res, & ad alia multa bona prodeſt hominibus, & in primis ad id quod maximum eſt, ſcilicet, philoſophiam, viſus enim à luce ſubductus in ſuperna, conſiderata natura ſtellarum, & motu earum, tam continuo, tum firmarum ac erraticarum ſtatis **D** circuitibus, dum ille eodem ſemper modo circumferuntur, hæ verò diſsimiliter & in contrarium duplici curſu vtantur: ad hæc chorea vniuerſorum modulata, & ad muſicæ leges pulchrè conueniente ineffabilem delectationem, voluptatemque in animo excitat, atque ita inefcatus alijs atque alijs ſpectaculis (nam vnum ex alio naſcitur) nullã contemplandi ſacietatem conſequitur.

Philo, lib. de opificio mundi.

Ex quo iam mens ſuam habet operationem: ſicut enim ſe habet magnus ille imperator ad vniuerſum mundum, ita ſe habere videtur humana mẽs, ad hominem: inuiſibilis enim eſt, videns ipſa omnes res, & ignotam habet eſſentiam ſuã, cùm alienas intelligat, & inſtructa artibus, ſcientijſq; multifarijs, aperit ſibi vias omnes terra, mariq;, vtrunq; elemẽtum perſcrutãs, moxque ſublimis euolans, & aërem eiuſque mutationes contemplata, profert ſe ad ſumma æthera: vagataque circa ſtellarũ fixarũ, tum erraticarum curſus, ac choreas, iuxta muſicæ præcepta abſolutiſsimas, trahitur amore ſapientiæ ſe deducentis, atque ita emergens ſuper omnem ſenſibilem eſſentiam, demum intelligibilis deſiderio corripitur, illic conſpicata exemplaria ideaſque rerum, quas hic videt ſenſibilium, eximias illas pulchritudines, ebrietate quadam ſobria capta, tanquam corybantes lymphatur, alio pleno amore longè meliore; à quo ad ſummum faſtigium adducta rerum intelligibilium ad ipſum magnum regem videtur tendere, tũ verò inuidendi cupidam puriſsimus ac meriſsimus diuinæ lucis radius more torrentis effunditur, ita vt ad eius ſplendorem calliget mentis oculus.

Mens quã potens.

Corybantes, id eſt, numine aſflati.
Lymphari eſt furore lymphati corripi.

Ad hæc ſatis vtiliter oculorum vim & aciem deſiderat homo iſte cęcus, & exorat à domino. Cui dominus. *Vade, fides tua te ſaluum fecit.* Beatus Lucas. Reſpice. Fides tua te ſaluum fecit. Et confeſtim vidit certè ipſum Ieſum. Confeſtim, vt tetigit oculos eius, & imperans dixit: Reſpice. *Et ſequebatur eum in uia.* O vtinam hic ſermo clauderet conuer**D**ſionem noſtram, pœnitentiam noſtrã, exauditionem orationis noſtræ. Vt ſequẽtes ſaluatorem noſtrum, & glorificantes virtutem ſuę potẽtiæ, grati inueniamur in oculis eius. Sed heu poſt acceptum lumen gratiæ, conuertimur ad tenebras peccatorum. Et non tantum homo ſequebatur Chriſtum in via dimiſſo indumento, ſed omnis plebs, vt vidit, laudem Deo dedit: gaudenſque ſequebatur in via ſuum illuminatorem: Sic & Eunuchus ille, quẽ baptizauit Philippus diaconus in via, gaudens ibat in curru ſuo. Gaudens de inuento regno cælorum: de inuenta margarita fidei, de inuento theſauro Euãgelico: gaudens quòd renuntiauerat ſathanę & pompis eius: gaudens quòd factus eſſet Chriſti ſeruus, & verus diſcipulus. Gaudẽs ergo veni ad dona Chriſti. Gaude quia recepiſti ſanctificationis munera. In quo gaudio mundi diuitias, honores, poſſeſſiones, denique & ipſum deſpicies: vt poſsideas inuentam lucem gratiæ; per quã peruenimus ad gloriam.

Cap. 18.
Act. 8.

Finis Capitis decimi, & Libri decimi Commentariorum in Marcum.

LIBER

LIBER VNDECIMVS

COMMENTARIORVM IN MARCVM.

E T CVM A *appropinquarent Hieroſolymæ & Bethaniæ ad montem oliuarum, mittit duos ex diſcipulis ſuis, & ait illis: Ite in caſtellũ quod cõtra uos eſt et ſtatim introeũtes illuc inuenietis pullum ligatum, ſuper quem nemo adhuc hominum ſedit ſoluite illũ & adducite mihi.* Ab exordio conceptionis domini noſtri Ieſu Chriſti claruerũt oracula prophetarum: & mercedem acceperunt, cùm fideles comprobati ſunt. Virgo regia eligitur de tribu Iuda, de domo & familia Dauid,
Pſal. 131. iuxta prophetias ipſius Dauid & Eſaiæ. De
Cap. 7. fructu vẽtris tui ponam ſuper ſedem tuam:
Iren. lib. 3 vbi Irenæus legendus eſt. Ecce virgo conci-
aduerſ. hæ piet. Cui cum Euangelizaret Gabriel ſacro-
reſ. ca. 27. ſanctum myſterium, inter alia ſic alloqui- B
Luc. 1. tur. Dabit ei dominus ſedem Dauid patris
ſui. Repromiſſus erat dux qui regeret populum Iſrael paruulæ ciuitati Bethleem, in
Cap. 4. Michea propheta. Et factum eſt cum eſſent
Luce. 2. ibi, id eſt, in eadem Bethleem, impleti ſunt dies vt pareret Maria virgo, & peperit filiũ
Matth. 2. ſuum: Qui cum aſportatus eſt in Aegyptũ, & deinde poſt aliquot annos reuocatur per
Oſeas. 11 angelum: ecce quod in Oſæa ſcriptum eſt: Ex Aegypto vocaui filium meum: completur in domino Ieſu. Qui cum annum ageret trigeſimum, ſecundùm dictum Prophetæ
Cap. 9. Eſaiæ, à Galilæa auſpicatus eſt ſuum Euangelium: Primo tempore, &c. De quo Mat-
Cap. 4. thæus. Omniaque mirabilia repromiſſa in prophetis & maximè in Eſaia circa opitulationes & curationes infirmorum, claudorum, aridorũ, cæcorũ, paralyticorũ, &c. ad vngem, longèq; ſublimiùs quam aliquis hominum penetrauit, exhibuit in oculis Iudæorum dominus Ieſus vſque in præſentem diem: magnificauitque omnium prophetarum oracula, & veraces comprobauit eos. Iam ſupereſt, vt quæ de ſummo Meſsia circa tempora conſummationis miniſterii ſui prophetata ſunt, ſiue oraculis manifeſtis prophetarum, ſiue ænigmatibus & figuris,

A cõprobemus in domino Ieſu aliqua, & per dominum Ieſum reliqua adimpleta fuiſſe:
vt demõſtretur & cõprobetur verus Meſ- Cap. 5.
ſias, Iſrael dux æternꝰ, de Bethleẽ ortus qui populum Iſrael recturus erat ſecundũ pro-
phetiam Micheæ. Secundum præceptum Exod. 12.
legis agnus paſchalis decimo die menſis primi per familias ſeruandus erat, & adducendus in multa lætitia vſque ad. 14. diem: ſecũ-
dum Zachariã rex Meſsias hac ipſa die in- Cap. 9.
greſſurus erat regiam ciuitatem, ſedens ſuper aſinam & pullum indomitum: ſecundũ
prophetiam Dauid hymni ſummi honoris Pſalm. 8.
& gloriæ concelebrandi erant in laudem & gloriam regis Meſsiæ. Ecce omnia hæc ad vnguem completa ſunt in domino Ieſu Saluatore noſtro & per imperium ſuæ inſeparabilis voluntatis. Et qui in doctrinam no-
ſtram latitans in Ephrem deſcribitur poſt Ioann. 11.
latam ſententiam aduerſus ipſum a Iudæis, ecce conſtanter & intrepidè ad Hieruſalẽ
B reuertitur: completurus omnia quæ ſcripta erant de ipſo. Obſerua quod noſter Euangeliſta, dimittens multa quæ à Saluatore acta ſunt, texat ſermonis ſeriem, ac ſi ex aduentu ab Hierico, continuò ſubſecutus fuiſſet ſolemnis ingreſſus in Hieruſalem in die palmarum. Cum certè in lucem reuocato Lazaro per veram reſurrectionem, diffinitoq; conſilio de morte Chriſti ab vniuerſo ſenatu, Saluator abijt in deſertum in ciuitatem quæ dicitur Ephrem, & ibi per aliquot dies
morabatur cum diſcipulis ſuis. Et ante ſex Ioã. 11. 12.
dies paſchæ venit Bethaniam: vbi in gaudio magnõ, tum pro aduentu eius, tum propter conſuetudinẽ ab antiquis acceptam de conuiuando in vigilia adductionis agni paſchalis, cœnam domino fecerunt. Qui ſex dies excluſiuè intelligendi ſunt. Siquidem in craſtinum à die aduentus eius in Bethaniam, ramorum & palmarum concelebratus eſt triumphus ante certamen & prælium. Ab Ephrem ergò venit in Bethaniam: & multi ex Iudæis cognóuerunt illic eſſe Ieſum, & venerunt non tantùm vt ipſum viderẽt: ſed & Lazarum, quẽ ſuſcitauit à mortuis Ieſus.
Obſerua ſecundò quòd turbæ quæ inuentæ Ioann. 12.
ſunt in ſolemni ingreſſu Saluatoris in Hieruſalẽ, haud illæ ſunt, quas deſcribit ſanctus

Euangeliſta Marcus, quæ ab Hierico venie C
bant cum Ieſu, & adfuerũt miraculo illumi
nationis cæci. Turbę ergo quæ obuiam oc-
currunt domino ingredienti Hieruſalẽ, ex
illa multitudine erãt, quæ ad diem feſtũ cõ-
uenerãt ſecundũ præceptum legis, quæ om
nia habes apud D. Ioannẽ. Obſerua tertiò
ꝙ & turbæ diſcipulorũ, cum appropinqua-
ret iam ad deſcenſum mõtis Oliueti, cæpe-
runt gaudentes laudare dñm: ſicut docet B.
Cap. 19. Lucas. Hæc iudicaui notatu digna & neceſ-
ſaria antequam ſublimiſsimã prorſusq; di-
uinam hanc hiſtoriam deſcriberem. Quam
ſuper cuncta opera Chriſti extollit B. Hie
Hiero. ſup rony m. Pleriq; arbitrantur maximum eſſe
21. capit. ſignorum, ꝙ Lazarus ſuſcitaturus eſt, quòd
Ioann. 11. cæcus ex vtero lumẽ accepit, ꝙ ad Iordanẽ
Ibi. 5. vox audita eſt patris: quòd trãsfiguratus in
Matth. 4. monte gloriã oſtendit triumphantis. Mihi
Ibi. 17. inter omnia ſigna quæ fecit hoc videtur mi
rabilius eſſe, ꝙ vnus homo & illo tempore
contemptibilis, & in tantum vilis, quòd
poſtea crucifigetur, Scribis & Phariſæis
contra ſe ſæuientibus, & videntibus lucra
ſua deſtrui, potuerit ad vnius flagelli verbe-
ra tantam eijcere multitudinem menſasque
ſubuertere, & cathedras cõfringere, & alia D
facere, quæ infinitus non feciſſet exercitus.
Inquit ergo ſanctus Euangeliſta. *Et cum ap-*
Bethania. *propinquarent Hieroſolymæ & Bethaniæ.* Sci-
cap. 11. licet in die Sabbathi: Nota quòd Bethania
erat iuxta Hieruſalem quaſi ſtadijs quinde-
cim, ſicut teſtatur Ioannes: quæ ſimul cõſti
tuunt paſſus mille octagintos ſeptuaginta
quinq;: cùm vnũ ſtadiũ habeat. 125. paſſus,
Plin. lib. 2 ſicut docet. Plinius. Bethphage erat vicus ſa
cap. 23. cerdotũ, diſtans ab Hieruſalem per vnũ mil
Betphage. liare. Sacerdotes nanq; nõ habebãt hæredi
tatem ad excolendã eam, & capiendos fru-
ctus eius cum reliquo populo Iſrael. Sed ad
alenda iumenta, & ad vacãdum poſt officij
ſui tempus Bethphage illis conceſſa eſt. Ab
hoc ergo vico paruulo qui in deſcenſu eſt
montis Oliueti, verſus Hieruſalem, ſequẽti
die ab aduentu Saluatoris ab Ephrẽ in Be-
thaniam: quæ dies Dominica eſt poſt Sab-
NOTA. bathum Iudęorũ. miſi duos diſcipulos ſuos.
&c. Dicitur tamẽ à beato Luca & Marco,
cùm appropinquaret Bethaniæ, & Beth-
phage miſiſſe duos hos diſcipulos, quaſi aliũ
de veniſſet, continuantibus cum ſuperiori
itinere ab Hierico hanc hiſtoriam: quia neu
ter illorum deſcripit quo tẽpore cœna hęc
facta fuit Bethanię. Sed cum ipſa Dominica

C paſsione, hiſtoriam deſcribunt cœnæ in Be
thania concelebratæ: quia inde exarſit tra-
ditor ad venditionẽ ſui magiſtri. Et ſic Mar Cap. 14.
cus, & Matthæus deſcribunt eã quaſi poſt Cap. 26.
ingreſſum Saluatoris in Hieruſalẽ in die pal
marum: & ſolus Ioannes tempus cœnæ de- Cap. 12.
monſtrat. De quo ſuo loco dicendum eſt.
A Bethania ergo venit dominus Bethpha-
ge, id eſt, à domo obedientiæ ad ſuam exal-
tationem & ad opus noſtræ redemptionis:
vt doceat viam, & quaſi digito demonſtret,
qua eundum ſit ad triumphum regni cæle-
ſtis, & ad palmam virentis lętitiæ, & glori-
ficatæ exultationis in cæleſti patria: nimirũ
ex obedientia: propter quam humiliatum
vſque ad mortem crucis exaltauit illum. Et
nota quòd Bethanię, id eſt, in domo obediẽ
tiæ facta eſt domino cœna cum ſplendido
apparatu, & exhibitus eſt maximus honor
à Maria & Martha. Nõ vacat Imò plena eſt
obediẽtia, & honore & dulcedine internæ
ſuauitatis. Nũquã in domo Matthæi aut Za Marc. 2.
chęi, aut in domo phariſęi, vbi affuit mulier Luca. 19.
illa peccatrix, tot delitias habuit Saluator Pſal. 118.
dñs: ſicut in domo obediẽtiæ. Pax multa di
ligẽtibus legẽ tuã, quę dilectio legis in eius
D obediẽtia ſita eſt. Venit ergo à Bethania in
Bethphage, & inde duos diſcipulos miſit
pro adducẽda aſina & pullo rudi, filio eius.
Apud nullũ ex quatuor Euãgeliſtis inueni-
tur, qui fuerint diſcipuli iſti. Crediderim ꝙ
ex ſacris apoſtolis: quãuis illic adeſſent oẽs
turbæ diſcipulorũ, ſicut teſtatur B. Lucas. Cap. 19.
Ad qđ rei factæ ſignificatio me inducit. Cũ
aſina Iudæorũ gentẽ, pullus indomitas oẽs
barbaras nationes, & ſine iugo fidei & legis,
ſignificarẽt, quas ad fidem vnius mediatoris
Dei & hominũ Chriſti Ieſu dñi noſtri apo
ſtoli adduxerũt. Propter hoc exiſtimo ex
apoſtolis fuiſſe huiuſmodi diſcipulos. Ad pa
raſceue paſcha, id eſt, ad pręparationẽ pro
agno paſchali, miſsi ſunt, deinde colũnę, &
firmamentũ apoſtolorũ, Petrus & Ioãnes: Luca. 22.
vt diuinã Chriſti præſcientiam & potentiã
apertiſsimis argumentis comprobarent: for
ſan ipſi pro aſina & pullo miſsi ſunt: vt nũc
periculum facerent illorum quæ ſuperiùs
enarraui. Inquit ergo. *Ite in caſtellum quod*
contra vos eſt. Ite in vicum illum, quem vide
tis è regione. Haud Hieruſalem in ver-
bo hoc, quod contra vos eſt, demonſtrat:
Sed cùm viculi multi adiacerent iuxta Hie
roſolymam, quaſi digito demonſtrat quem
elegerit pro huiuſmodi opere. Neque
nudum

nudum aut ſolum caſtellum erat: ſed vicos A
& domos & murũ habebat. Dicit namque
Saluator. *Et ſtatim introeũtes inuenietis pullũ
ligatum.* Omnia prædicit quæ in negotio illa
lis acciderunt: ordinata tamen ac diſpoſita
erant per manum ipſius: & rei euentum faci
lem demonſtrat, ne in aliquo diſcipuli tur-
bentur. Poterant quippe timere, & dicere
ad ſemetipſos. Forſan obijcient nobis fur-
tum, & rei conſtituemur, alienum pullum
& aſinam ad noſtros vſus capientes: ſed mi-
nimam turbationem & ſuſpicionem, quæ
occupare poterant corda apoſtolorũ, præ-
uenit, & occurrit eis amãtiſsimus Saluator.
Præter hoc quòd præſcientiam futurorum
ab humana voluntate pendentium, com-
probat rei exitus ad votum & deſiderium.
Apoſtolorum. Quod aliunde prædici non
poteſt quàm in diuina ſapientia: quod ar-
gumentum ſatis confirmat prophetarum
oracula à Deo fuiſſe excogitata: & in ſpiri-
tu eius prædemonſtrata prophetis, antequã
In prolog. res fierent. De quo ad longum alibi dixi, &
Cap. 19. noſter Scotus. Beatus Lucas pullum tãtum
commemorat, ipſumque ligatum, haben-
temque dominum, non vnum, ſed plures.
Cap. 12.c Similiter & Ioannes Apoſtolus Aſellum.
Cap. 21. Et Matthæus aſinam matrem pulli deſcri-
Cap. 9. bit, iuxta quod in Zacharia prædictũ erat
pro ingreſſu Saluatoris Meſsię ſuper vtrũq;
in Hieruſalem. Veriſsimè ergo vtrũq; ani-
mal inuentũ fuit ab Apoſtolis ligatũ: de qui
bus mandatum habuerunt à Saluatore, vt
illa adducerent ad ipſum. Propter quod mi-
ror quomodo hallucinatus fuit Caietanus
nobilis auctor, & hæſitauit in re clariſsima.
Hæc ſunt verba illius: Intelligo ligatum pul
lum, pro quanto erat cum matre ligata. Cõ-
trarium dicit Marcus, & apertiſsimè Lu-
cas. Inuenietis pullũ aſinæ ligatum. Dixe-
runt domini ad illos: Quid ſoluitis pullum?
Pullus ergo erat ligatus: neque talis dici po-
tuit: quia mater eſſet ligata, neque licet vim
ſcripturis planis & ſinceris inferre. Magnũ
myſterium in aſina & pullo ſignificatũ eſt.
Et in pullo rudi, & indomito, & ligato, exi-
ſtentique in biuio ſublimiora clauduntur:
quæ domino reſerante, ſcribenda ſunt. Vni
uerſus chorus ſanctorum patrum in aſina
& pullo, Iudæos & gẽtes intelligit. Illi quip
Acto. 15. pe ſub iugo graui legis Moſaicæ. De qua
beatiſsimus Petrus: Neque nos neque pa-
tres noſtri portare potuimus. Iſti verò, id
eſt, gentiles, in pullo ſignificati ſunt, qui col
lum ſub iugo legis haud habuerunt aliquan
do: ſed etiam in multiplici errore & grauiſ-
ſimis ſceleribus: & maximè per idolatriã li-
gati deſcribuntur ab Euangeliſta & in bi-
uio à multis dominis poſſeſsi, quæ omnia
expoſitione indigent. Vtrumque ergò ani-
mal ſoluere iubet dominus, & ad ſe adduce-
re. Sed valde attendenda ſunt verba, quæ in
ore diſcipulorũ reponit dominus ad reſpõ-
dendum viris vici illius. In Marco ſic legis *Capi. 12.*
de pullo. Dicite quia domino neceſſarius
eſt. In Matthæo ſic: Dicite quia dominus *Cap. 21.*
his opus habet. In Luca. Dicetis ei: quia do- *Cap. 19.*
minus opus eius deſiderat. Mirabilia ſunt
quæ de pullo ſcribuntur. In biuio erat, non
in ſtabulo ad præſepium. Ligatus erat: do-
minos habebat multos. Vniuerſorum domi
nus cui famulantur in multo timore angeli,
opus illius deſiderat. Domino eſt neceſſa-
rius, & vtroque, id eſt, pullo & aſina domi- *Pullus li-*
nus opus habet. Quis ſapiens & intelliget *gatus deſ-*
hæc? In his omnibus demonſtratur quale *cribitur.*
erat genus noſtrum ante Chriſti aduentum:
& qualis ipſe Saluator erga nos. Indomiti
eramus, & in biuio adhuc libertatis noſtri
arbitrij à multis dominis poſſeſsi: qui domi-
nabantur ſuper nos pro voto & deſiderio
trahentes ad omne malum & idololatriam.
B Quibus omnibus adhuc ſic ſe habentibus,
dominus vniuerſorum inquit: Dicite quia
Dominus opus illorum deſiderat, & domi-
no eſt neceſſarius: Et dominus his opus ha-
bet. O magnificentiam adorandam? O cle-
mentiam Dei noſtri? O liberalitatem? Do- *Pſal. 93.*
minus vniuerſorũ tu es: & in manu tua ſunt
omnes fines terræ, & altitudines montiũ
tuæ ſunt. Quomodo ergo pullus tibi eſt ne-
ceſſarius? Tibi ſeruiunt creaturæ tuæ, & in-
defeſſum exhibent famulatum aſtra, cæli,
mundus, angeli, & vniuerſa militia ſancto-
rum: quomodo ergo opus pulli deſideras?
quomodo tibi eſt neceſſarius? Audite hæc
omnes gentes, & auribus percipe terra, quia
dominus locutus eſt. *Soluite & adducite mi-
bi.* Prædictũ fuerat in ſanctis prophetis quã *Meſsias gẽ-*
ingentia bona obuentura erãt nõ vni fami- *tium ſaluti*
liæ Iudæorum tantùm in aduentu Meſsiæ, *repromiſ-*
ſed vniuerſo prorſus orbi. Vnde Deiloquus *ſus.*
Eſaias decãtauit: Parũ eſt vt ſis mihi ſeruus *Cap. 59.b*
(ſermonem agit pater ad Meſsiam) ad ſuſci-
tandas tribus Iacob, id eſt, ad ſoluendã aſi-
nam, & feces Iſrael conuertendas, &c. De-
di te in fœdus populi mei, vt ſuſcitares ter-
ram, & poſsideres hæreditates diſsipatas, vt

diceres

diceres his qui vincti ſunt, exite: & his qui C
Eſai. 30. in tenebris: Reuelamini. Et ſtatim. Ecce le-
uabo ad gẽtes manum meam, & ad populos
exaltabo ſignum meum. Exaltabo inquit.
Sicut alibi. Exaltabitur dominus parcẽs vo
bis. Et deinde: Nunquid tolletur à forti præ
da? aut quod captum fuit à robuſto, ſaluum
eſſe poterit? Quia hæc dicit dominus, Equi-
dem & captiuitas à forti tolletur, & quod
ablatum fuerit à robuſto ſaluabitur. Sicut
1. Reg. 17 in Dauide prædemonſtratum eſt nõ ſemel:
qui ab ore leonis & vrſi arietis eruebat, &
beſtias robuſtiſsimas interficiebat. De quo
mandat Saluator diſcipulis: *Ite ſoluite & ad-
ducite mihi.* Opus illorum deſidero: & pullus
mihi eſt neceſſarius. Quis non exclamabit
Pſalm. 8. cũ propheta & dicet. Quid eſt homo quod
memor es eius: aut filius hominis quia repu
tas eum? Aut quid apponis erga eũ cor tuũ?
Opus meum deſideras? Tibi domino meo,
& cunctorũ creatori & rectori ſum neceſſa
Matt. 26. rius? Exercitus angelorum, & plus quã duo
decim legiones tibi tunc pater mitteret ſi
Matth. 4. velles. Sed & angeli miniſtrabant tibi: ſed
& virgo regia quæ te genuit adorauit. Quo
modo ergò opus tibi ſum ego: & opus meũ
deſideras? Quid amplius egenus & pauper D
homunculus diceret, cui neque aſellus ad-
eſſet? Opus aſelli deſidero, diceret, in agen-
do itinere. Tu vero cælorum dominus in-
quis: Opus illius deſidero, & mihi eſt neceſ-
ſarius. Sed & mirabile eſt quo vtitur verbo
Saluator humilis in negotio iſto. Familiare
ori eius erat verbum hoc. *Filius hominis* mil-
lieſque ab ore eius humana auris audiuit il-
lud. Nũc autem cùm opus aſelli deſiderat,
& requirit: dicite quia domino eſt neceſſa-
rius, inquit: Hîc nomen filij hominis con-
grueret. Humile enim auribus illorum erat:
in quo antiquos patres ad lumen propheti-
cum eleuans humiliabat: compellabatque
eos filios hominis. Humile ergo erat verbũ
Cap. 9. fo. hoc filius hominis: licet immenſa ſub ipſo
195. col. 4 lateret dignitas, ſicut ſupra comprobatum
D. 196. eſt. Nomen verò *Dominus*: magnam & im-
AB CD. menſam præfert dignitatem: per omnẽ mo-
dum nullius indigentem. Quid ergò nomi-
ne *Dominus* vtitur Saluator in ſeruicio pulli
& aſinę: quos & iubet ad ſe adduci? Si domi-
nus vniuerſorum, quomodo neceſſarius ei
neceſſariũ pullus aſinæ, & opus illius deſiderat? Obſer-
duplex. ua quòd aliud eſt neceſſarium ſimpliciter:
ſicut anima ad vitam corporis: aliud ex ordi
natione diuinę mẽtis: ſicut aduentus Chriſti

in mũdum, & ſacra eius mors ad generis hu
mani redemptionem. Iſtius generis eſt ne- *Pullus aſi-*
ceſſarium quod in ſacra Euangelii lectione *næ quomo*
legis. *Dicite quia domino eſt neceſſarius*, ex di- *do Chriſto*
uina ordinatione ad comprobãdum Ieſum *neceſſarius*
eſſe Meſsiam in lege promiſſum, & mundi
Saluatorem. Prædictum enim erat in præ- *cap. 9. B.*
clara Zachariæ prophetia. Exulta ſatis filia
Sion: Iubila filia Hieruſalem: ecce rex tuus
venit tibi iuſtus & ſaluator ipſe pauper &
aſcendens aſinam, & ſuper pullum filiũ aſi-
næ. Ad impletionem prophetiæ huius, ne-
ceſſarius erat domino pullus, & opus illius
deſiderabat: vt agnoſceretur quòd verè ille
eſſet qui in Zacharia deſcriptus erat pauper
iuſtusque Saluator, & aſcendens aſinam &
pullum aſinę filium: in quem vniuerſæ gen-
tes ſpem ſuam reponerent: ſine quo aſcenſu
haud agnoſceretur dominus vniuerſorum.
Propter quod hoc dominus nomine vtitur:
quia in pullo & aſina ſedens Meſsias Salua-
tor comprobatur. Iure ergo cum clarum ſi-
gnum ſui aduẽtus exhibet domus Iſrael, cui
repromiſſus erat, Dominum ſe dicit, quia
Meſsias in prophetis deſcriptus, dominator
non ſemel dictus eſt. Emitte agnum domi-
ne dominatorẽ terræ, inquit Eſaias. Et Ma- *Eſai. 16.*
lachias: ſtatim veniet ad templum ſuum do *Cap. 5.*
minator, quẽ vos quęritis. Et Sibyla Samia,
de qua Erathoſtenes ſcribit ſe in antiquis Sa
miorũ annalibus reperiſſe memoriam his
verſibus prædixit ingreſſum Chriſti in Hie
ruſalem. Salue caſta Syõ per multaq; paſſa
puella. Ipſe tibi incenſo. Rex en tuus intrat
aſello. Erga omnes mitis iuga quoque tibi,
quo demat. Intolleranda tibi quæ fers cer-
uice ſubiecta. De auctoritate Sibylarum
infra dicendum eſt, cap. 12. In hoc ergo ne
ceſſarius eſt domino vniuerſorũ pullus aſi-
næ ad comprobandum ſuum aduentum: vt
certiſsimè ſciat omnis domus Iſrael, quòd
Ieſus Bethleemites, Nazarenusque, ipſe in
prophetis eſt & lege promiſſus verus Meſ-
ſias: ſaluãs nõ in auro & equo: ſed in pauper-
tate, & iuſtitia. De qua ad lõgum diſputaui-
mus ſuper Pſalm. 50. Diciturq; Hieruſalem
filia Sion: quia ars erat in Sion quaſi fouens
& protegens vniuerſam ciuitatem: ſicut ma-
ter filios ſuos. Obſerua qualia ſunt inſignia
quæ ad ſui exaltationem rex meſsias elegit:
pullus & aſina, non equus hinniens: non tur-
ris ſuper elephantem conſtituta: non copiæ
militum innumeræ: in quibus gloriam ſui
principatus huius mundi principes cõpro-
bare

bare ſolēt hoſteſque debellare. Dñs autem
vniuerſorum nullo horum indigens, humi-
lia animalia delegit, turmaſque diſcipulorū
laudantium in altiſsimis Deum patrem, al-
ta voce hymnos acclamantes in deſcenſu
montis: cum ſuperbam & ſibi inimicam ci-
uitatem ingreditur. Ab exordio humilia
elegit in doctrinā vniuerſalis Eccleſiæ. Na-
Lucæ. 2. tus ex intemerata virgine Maria ſuper præ
ſepium reponitur, ibiq; adeſt aſina & bos.
Abach. 3. Conſideraui opera tua & expaui, domine
Ieſu: neq; ſic ſuperbia & iactantia noſtra
retunditur. Sed quos humilitas tua non do-
mat, emolliat & liquifaciat immēſus amor
tuus, ſuique iuris efficiat. Quid inquis? *Dici-
te quia dominus opus illorum deſiderat.* O quam
deſiderabile tibi opus pulli: propter quem
& mortuus es, & dilectiſsimos Apoſtolos
tuos mille calamitatibus & laboribus ex-
poſuiſti, ac morti obtuliſti: vt pullum ad te
adducerent indumētis, id eſt, doctrinis apo
ſtolicis honeſtatum, vt ſuper illum ſederes.
Obſerua ergo quanti te fecit Dei filius, quā
tum deſiderauit opus tuum & obſequium:
quia propter hoc mortuus eſt: & morti tra-
didit chariſsimos ſuos: ac ſi ſibi in vtilitatē
negotium cederet: tibi verò in laborem &
ſumptus: cum certè aliter vtrumq; actū ſit.
Luc. 15. Quæſiuit perditam ouē: inuentamq; repor-
tauit ſuper humerum ſuum. Poſſet ducere
eam, viam demonſtrans, & blande ducens?
Non hoc dixit: ſed quid? Imponit eam hu-
Eſai. 53. meris ſuis gaudens. Denique ſcriptum eſt:
poſuit in eo Deus iniquitatem omnium nō
Eſa. 53. ſtrū, & ſeruire me fecit peccatis in tuis: præ
buiſti mihi laborem in iniquitatibus tuis:
Ibi. ca. 43. & multo labore ſudatum eſt: & quidē vſq;
Lucæ. 18. ad ſanguinis globos. Quanta ſunt hæc ô in-
grate homo? Quale deſiderium in corde Ie-
ſu pro pullo ad ſe adducendo demonſtrat?
Quam vicē rependis vniuerſorū dominō,
qui propter te tot labores ſuſtinuit? & op-
tuum adhuc deſiderat patiens, ducenſq; te
ad pœnitētiam: vt ſaluus fias à tyrānide do-
minorum multorū, qui adhuc te poſsident:
quod in Luca manifeſtè dicitur. De quo in
Cap. 19. Eſaia ſic legis: imò iſte eſt ſermo tuus, cum
manus apoſtolica confregit vincula colli
Eſai. 26. tui: Domine Deus noſter poſſederunt nos
domini abſque te: tantum in te recordemur
nominis tui. Et dominus in eodē Eſaia tibi
dicit: Hæc dicit dominus redemptor Iſrael
ſanctus eius ad contemptibilem animam, ad
abominatam gentem, ad ſeruum domino-

A rum: Hic eſt pullus: Tu es ô homo ſeruus
iſte dominorum multorum, qui poſſederūt
te, & cuſtodierunt in biuio. O quot do-
minis ſeruis in peccatis tuis. Tibi ergo ſer- Pſal. 71.
uo dominorum dicit dominus: ex vſuris &
iniquitate redimet animas eorum, & hono-
rabile nomen eorum coram illo. Ad ſoluen
dum collum tuum mittit pius Ieſus duos
diſcipulos ſuos. Magnifacit beatus Hierony- Binarij di-
mus verbum hoc. Bini vocātur, & bini mit- gnitas.
tuntur diſcipuli Chriſti. Viri duo educunt
Hebræos de Aegypto: Viri duo portāt bo- Exod.
trum de terra promiſsionis: vt ſemper præ-
poſiti in Eccleſia coniungant opus cum ſciē-
tia: & duo mandata de duabus tabulis profe-
rant: & duobus fontibus abluāt & abluātur:
& duobus vectibus arcam domini portent:
& inter duos cherubim Deum cognoſcāt,
in ſpiritu & mente pſallentes. Vide quanta
ex his doceri poſſunt. *Soluite quia dominus*
opus illius deſiderat. Conſiderat ſpiritualiter Athan. in
valde beatus Athanaſius, quanta cum cuſto illud Pro
dia & vigilia domini pulli aſsidebant ei, cu fecti in pa
ſtodiētes eū. Omnes pullo hinniabant. Om gum.
nes illum circumcirca obſidebāt: nullus om
C nium ab eo abſiſtebat. Tanti eſt hic pullus,
vt omnes eum poſſeſſores cuſtodiant. Salua Cuſtodia
B igitur hiſtoriæ fide, perſcrutor quæ in ea de dominorū
foſſa ſunt. Sciamus igitur, nos hunc pullum pulli.
eſſe, hoc eſt, noſtram humanitatem: quem Abigeus,
idem abigei, qui eum in captiuitatem auerte- qui pecora
terant, vinculis indiſſolubilibus obligaue- de paſcuis.
runt. Vnuſquiſq; enim eorum vincula vin- uel ex ar-
culis congeminauit, & omnibus modis, vt mentis ſub
ipſis in tuto eſſet omnē curam adhibuerūt: trahit, &
& vt ego exiſtimo pedes quoque eius con- quodammo-
catenauerunt non ſinentes eum ad meliora do depræ-
progredi. Sed dominus miſsis diſcipulis diſ datur, ut
ſoluere iubet pullum. Cui, cum ita ſolutum auctor eſt
haberet, præſepe ædificat, & pabulum pa- Lupianus
rat. Et fortaſſe propter iſtum pullum Ieſus Lucæ. 2.
in præſepe reclinatus fuit, vt videas quàm à
longè parauit pabulum. Nos igitur examin-
nemus, nū ſoluta ſint vincula, vt in melius
proficiamus. Quod ſi nōdum ſoluta ſint vin
cula, tradas te ipſum diſcipulis Ieſu: adſunt
enim qui te ſoluāt pro poteſtate ea, quam à
ſaluatore acceperūt. *Super quē nullus hominū*
ſedit. Solus Chriſtus rem hanc agnoſcere po
tuit: neq; domini illius id agnoſcere potue-
rūt, aut dicere ſine mendacij periculo. Sed
cunctorum agnitor Deus dicit, quòd neceſ-
ſe erat latere omnes. Nota etiam diuinam
ſcientiam Chriſti in dicto iſto. Super quem
nullus

nullus hominum ſedit. Vide quot prædi-
ctiones futurarum & præteritarum rerum
in hac hiſtoria inueniuntur, euentum habē-
tes certiſsimū. *Et ſi quis uobis dixerit. Quid fa-
citis? Dicite. Quia domino neceſſarius eſt & con-
tinuò illū dimittet huc.* Manifeſtū habes quod
abſolutè dicere potuit Saluator: *& cum domi-
ni pulli uobis dixerint. Quid facitis:* non tamen
voluit. Quod ſtatim cōprobabis, quia quod
ex nuda & abſoluta voluntate dominorum
pendebat, prædixit in hæc verba. Et conti-
nuò illum dimittet huc. Quod ad voluntatē
humanam illorū hominum pertinet: quod
& prędixit Saluator. Prędicere ergo potuit
illud ſicut & illud. Obſerua quòd proxim⁹
paſsioni Chriſtus Ieſus, longè aliter ſe ha-
bet in verbis & operibus, quàm vſque ad
Geneſ. 49 hanc diem. Sic Iacob Patriarcha morti pro-
ximus ſubliniora prædixit filijs: per quæ
nobiliori loco & precio habitus eſt. Inter
quæ decantat, cum filio ſuo Iuda loquens,
gentium vocationem & gloriā: quæ & nūc
in dictis, & actis Saluatoris præfigurantur.
Soluite, adducite pullum & aſinam. Soluite
pullum ab errore antiquæ & inolitæ infide-
litatis, & errorum: ſoluite aſinam à duriſsi- D
mo legis iugo: & adducite ad me, & alligate
Gen. 49. b eos ad vitē & vineam, ſicut in plæclara pro-
phetia prædictū erat. Nō auferetur ſceptrū
de Iuda, &c. ligans ad vineam pullum ſuum
& ad vitē ò fili mi aſinam ſuā. Vbi obſerua
quomodo priori loco cōmemorat ſanctus
Patriarcha pullum, & ſecundo aſinam. Et
cùm de aſina agit ſermonem, attentum in-
ſtituit Iudam in his vocibus vocatiui caſus
O fili mi, Per quæ demonſtrantur, quæ in
Iudæis & gentibus acta ſunt. Primo enim
multitudo gentium intrauit (reliquijs Iſrael
ſaluis) ac deinde Iſrael ſaluus erit. De quo
Cap. 11. e apoſtolus ad Romanos. Vnde exiſtimo Sal-
uatorem prius inſediſſe ſuper pullum, & de-
inde ſuper aſinam: vt in omnibus myſteriū
quod in verbis Patriarchæ relucet, præfigu-
Acta chriſti circa mortis ſuę tēpus ſubliniora. raretur. Maiora ergo & ſubliniora & dicta
& facta Saluatoris iuxta tempus mortis ſuæ
inueniuntur. Quod congruēter actū eſt: vt
qui mox magni ſacramēti diſpēſatione, tur-
piſsimam mortem ſubiturus erat, ante illā
firmum fundamentum, fidei noſtræ iaceret
in tantis mirabilibus: & euacuaretur ſcanda-
Eſa. cap. 8 lum crucis, & lapis offentionis conuerterē-
tur nobis in lapidem adiutorij: & eſſet nobis
lapis precioſus, angularis, ſuper fundamen-
tum fundatus. Propter hæc ante mortem, &
C illi proximus dominus Ieſus tot mirabilia
& in dictis & in factis demonſtrat, & atten-
tos facit ſuos diſcipulos: & nos in illis. Sic &
Moyſes cū eduxit populum de Aegypto,
non ſolum mirabilia operabatur, ſed et ter-
ribilia. Deniq; ſicco veſtigio trāſiuit Iſrael *Exod. 18.*
mare: & inuoluit dominus in aquis vehemē-
tibus Pharaonem, & cūctum exercitū eius.
*Et abeūtes inuenerūt pullū ligatū ante ianuā fo-
ris in biuio, & ſoluunt eum.* Omnia accidūt ſi-
cut à Saluatore prædicta erant. *Et duxerunt
pullum ad Ieſum, & imponunt illi ueſtimenta ſua,
& ſedit ſuper eum.* Rex Dauid daturus filio
ſuo Salomonis regnū ampliſsimum Iſrael
vocauit ad ſe Sadoc ſacerdotem, & Natham
Prophetam, & Banaiam filium Ioiadæ: qui
cum ingreſsi eſſent cora rege, dixit eis: Tolli- *3. Reg. 1.*
te vobiſcum ſeruos domini veſtri & impo-
nite Salomonem ſuper mulam meam, & du-
cite eum in Gion, & vngat eum ibi Sadoc
ſacerdos, & Natham propheta regem ſuper
Iſrael: & canetis buccina atque dicetis: Vi-
uat rex Salomon. Eleuabatur Adonias ma-
ior natu Salomone, & regnabat contra vo- *3. Reg. 1.*
luntatem Dauidis: Sed tamen Salomō præ-
ualuit, Mula regis & apparatus ſeruorū huic
erant in comitatu, partes eius agebant Na-
tham, Sadoch, & Banaias. Sic magnificatu- *Eſther. 6.*
rus rex Aſſuerus Mardochæum Iudæū, ex
conſilio Aman inimici eius, equū de ſella
regis conceſsit Mardocheo. Nullus horum
ad regni triumphum & coronam aſina aut
pullo vſus eſt, niſi ſolus dominus meus Ieſus
in cuius manu erant omnium hominū cor-
da & voluntates. Et inſidens aſello, ingredi-
tur ſuperbiſsimam ciuitatem, cuius princi-
pes & ſummi ſacerdotes, aduerſus ipſum ex
odio & ira dentibus fremebant, ac mandata
ſuis miniſtris dederāt, vt vbicūq; inuenire- *Ioan. 8.*
tur Ieſus, caperetur, & ligatus adduceretur
ante tribunal eorum. Hæc eſt potentia do- *Potētia domini Ieſu.*
mini mei Ieſu, de qua propheta prædixerat: *Pſal. 109.*
Dominare in medio inimicorum tuorum,
non in angulo, nō in vico ruſticanorū, ſed in
regia ciuitate & ſacerdotali, in medio diniq;
inimicorum tuorum. Vide ego cui contra-
dicis, ô homo, cuius obſcuras imperiū in pec-
catis tuis. *Et imponunt illi ueſtimenta ſua.* Non
indumenta regalia ex auro & argento con-
texta, quæ vel ipſa ſola, videntium raperent
oculos, ſeſſoremque venerandum demōſtra-
rēt. Nihil tale inuenitur in ingreſſu domini
mei in Hieruſalē ſed pullus aſinę, ſed aſina,
ſed veſtimenta vilia & pannoſa apoſtolorū.
Quæ

A Quæ omnia erubeſcit mundus, & oculos
auertit ab eis. Nihil ergo per ambitionem,
nihil ex ſuperbia apparatus, nihil per ty-
rannidem in triumpho iſto excellentiſſi-
mo actum eſt. Diuina eſt potentia, bra-
chium excelſi & manus eius dextera, om-
nia hæc operãtur. Securè ergo te trade Chri
ſto regnanti ad dexteram patris, qui domi-
natur in medio inimicorum ſuorum, etiam
in inſignibus vilibus in pullo, in aſina, in or-
namento veſtimentorum pauperum. O tre
mendam potentiam humilis Chriſti? Quid
faciet tribunal iudicantis, cum ſic deterret
ſuperbos humillis pullus & aſina? *Imponunt
illi ueſtimenta ſua, & ſedit ſuper eum.* Nõ antea
ueſtimenta pulli qualia. ſedet ſuper pullum, quam apoſtoli imponãt
illi veſtimẽta ſua. Neq; antea regitur à Chri
ſto pullus, quàm habeat veſtimenta apoſto
lica. Quæ ſunt hæc veſtimenta, quæ pullum
ornant, ante quàm illi inſideat dominus Ie-
ſus? Hæc ſunt doctrina virtutum, ſcriptura-
rum directio, eccleſiaſticorum dogmatum
veritates: & in primis veſtis candida per ſa-
cram vndam baptiſmi: quibus omnibus ho-
minum corda ante frigida & nuda operiun
tur, vt digni ſint Chriſto ſeſſore, His iam di
1.Cor. 6. citur. Glorificate & portate Deũ in corpo-
Coloſ. 3. re veſtro. Mortificate membra veſtra ſuper
terram, ne laſciuiat corpus: & ſeſſorem deij-
Ephe. 5. ciat ex fornicatione, quæ nec nominari de
bet in vobis: ſicut decet ſanctos. *Et ſedit ſu-
per eum:* Neque calcitrat, aut laſciuiens, cum
eſſet indomitus, à ſe expellit dominum ſuũ.
O potentia Saluatoris? ſuper pullũ indomi-
tũ ſedes, & ſtatim mãſuetus & humilis fit,
atque ad nutum triũ dirigitur, & gloriæ tuæ
deſeruit. Et hæc omnia in gentibus comple
ta ſunt, & ex parte acciderũt in Iſrael. Quid
Acto. 9. me vis facere dicebat pullus ille indomitus,
imò lupus ille rapax ſuperbusq;: qui nomen
Paul⁹ pullus ſtatim domitus. domini Ieſu vbiq; gentium extinguere in-
tentabat. Et ieiunat, & orat tribus diebus &
tribus noctibus, nec manducat palleas. Et
quot ex gentibus ſecundùm hanc regulam
ſubitò omnem intellectum captiuarunt in
2.Cor. 10 obſequium Chriſti, procidẽtes coram ipſo,
& terrãm lingentes? Quia hæc dicit domi-
Eſai. 45. c nus, Labor Aegypti; & negotiatio Aethio
piæ, & Sabaim viri ſublimes ad te trãſibũt;
& tui erunt. Poſt te ambulabũt, vincti ma-
nicis pergent, & te adorabunt, teque depre
cabũtur. Vnde hæc omnia humilis Ieſus do
mare poteſt, & ſubitò pullum ſibi famulan-
tem & deſeruientem reddere? De hoc Pro-
pheta ſtatim. Tantum in te eſt Deus, & non
eſt abſque te Deus. Verè tu es Deus abſcõ-
ditus. Deus Iſrael, Saluator. Vides quanta fa
ciat Ieſus? ad ſe trahit Aethiopes & coram
illo procidunt: & in ſignum ſeruitutis exi-
miæ terram lingũt, quæ pedibus eius calca-
tur. Sed & gentes illæ omnes quæ in Eſaia
deſcribũtur mirabili ſigno ſeruitutis & obe
dientiæ, nimirum vinctæ manibus, venturę
deſcribuntur ad Chriſtum, ipſumq; adoratu
ræ, & in multa humilitate orationes oblatu
ræ. Neq; aduerſarij nodum difficultatis diſ-
ſoluere poſſunt, aut laqueos veritatis effuge
re, ſi Cyro hanc ſcripturam accommodaue-
rint. Quomodo obſecro Cyri perſonæ dici
conueniet: Verè tu es Deus abſconditus,
Deus Iſrael ſaluator? Ergo Deus in quo eſt
Deus, dominus noſter Ieſus Chriſtus rectiꝰ
intelligitur & veriùs, qui in Euangelio lo- Ioan. 14.
quitur: ego in patre, & pater in me eſt: de
quo cap. 14. Qui Deus appellatur abſcondi-
tus propter aſſumpti corporis ſacramentũ:
& Deus Iſrael ſaluator, quod interpretatur
Ieſus. Seruiſſe autem Aegyptum & Aethio
pes, & Sabaim excelſos viros atq; ſublimes:
nemo dubitat, cùm ei mundus fuerit ſubie-
ctus ab exordio prædicationis apoſtolorũ.
B Non ergo mireris ſi pullus rudis & indomi-
tus ſubditus ſit ſub corpore domini Ieſu,
ipſumq; deportet placidè & alacriter: quia
hoc in demonſtrationem gentium factum
eſt: & vt tu habeas efficax exemplum in il-
lis & in Paulo: & videntes populi quomo-
do portas Deum in corpore tuo decantẽt. Pſal. 7. b.
Mutatio hæc dexteræ excelſi eſt: quæ ſubi- Eccleſ. 12
tò honeſtare poteſt pauperem. Vide quid 1.Reg. 6.
de vaccis deportãtibus arcam domini à Phi
liſteis ſcriptum ſit: Gradiebantur pergẽtes,
& mugientes, & non declinabant, neque ad
dexteram, neque ad ſiniſtram, licèt dimitte
rent vitulos ſuos, quos lactabant. Hæc om-
nia tibi ſunt facienda vt pullus ſis, ſuper quẽ
ingreditur ad triumphum ſaluator. Licet
amor filiorũ, licèt amor tui ipſius cruci re-
pugnet & mortificationi, eundum tibi eſt
neque declines ad dexteram vel ſiniſtram. Prouer. 4
Porta dominũ in corpore ſicut pullus: ſicut
& apoſtolus docet. *Multi autem ſtrauerunt
ueſtimenta ſua in uia. Alij autem frondes cæde-* Cap. 12.
bant de arboribus, & ſternebant in uia. Has gen
tes deſcribit beatus Ioannes. Multi qui ve-
nerant ad feſtum, cum audiſſent quia Ieſus
veniſſet Hieroſolymam, acceperunt ramos
palmarum & proceſſerunt obuiã ei. Delide

rabant

rabant enim aduentum eius in magno illo
feſto: ſicut ex eodē Ioanne clarè colligitur.
Proximū autem erat paſcha Iudæoru, &c.
quid putas quod nō venit ad diē feſtū iſtū?
Tenebantur ergo deſiderio magno videndi
Ieſum: vnde etiam ante diem feſtū dicebāt:
Quid putas ꝙ nō venit ad diem feſtum? cum
adhuc ſequentibus diebus venire poſſet. Iſti
ergo qui deſiderabāt aduentū Saluatoris, au
dito ꝙ appropinquaſſet Hieroſolymam;
haud timētes magiſtratus & principes po-
puli: ſed neq; latā ſententiā excōmunicatio-
nis contra confeſſores nominis Ieſu, exeūt
obuiā Ieſu, accipiētes ramos palmarū. Hæc
ergo multitudo ab Hieruſalē, & illa quæ ſe-
quebatur eū cū turbis diſcipulorū deſcribū
tur à ſanctis Euāgeliſtis in comitatu, & ma-
gnifico ingreſſu Saluatoris. Illi qui venie-
bant obuiā cum ramis palmarū, haud cæde
bāt frōdes de arboribus, neq; ſternebant in
via veſtimenta ſua: imò extenſis cōtra cęlū
Triūphus Christi qualis in die palmarum.
manibus, deportabāt ramos palmarū in ſig-
num diuinę auctoritatis Chriſti & triūphi.
Qui verò palmas nō habebant, cædebant ra
mos oliuarum, & ſimiliter in gaudio inenar
rabilis lętitię choros & diē feſtum agebant:
alij ad ornamētū & pulchritudinē viæ, qua
aſellus deportabat Saluatorē, ipſam ſterne-
bāt ac vario ornatu decorabāt. Et deniq; in
gentiori deuotione, ac ſublimioris philoſo
phiæ ſigno, quàm plures veſtimenta ſuorū
corporum cōplanabant in via. Nouus certè
apparatus, nunquā vſq; ad hāc diem audit⁹:
nulli ex triumphatoribus aut Hieruſalē, aut
Romæ exhibitus: neq; Dauidi de cæde Go
liath redeunti. Veſtimēta ſua ſternebāt ſub
pedibus iumentorū & hominum, in laudē
& gloriā, & confeſſionē dñi Ieſu: & fœlici-
ter ſibi accidiſſe quiſq; iudicabat: ſi propriū
veſtimētum calcaret pullus aut aſina cui in-
ſidebat Ieſus. Inter hæc, antequā ad clamo-
res, & hymnos cæleſtes deueniamus, deſcri
Cap. 19. f.
bit B. Lucas diſcipulorum laudes, & lachry-
mas magiſtri. Et cū appropinquaret iam ad
deſcēſum mōtis Oliueti, cœperūt oēs turbę
diſcipulorum gaudentes laudare Deum vo
ce magna ſuper omnibus, quas viderant, vir
tutibus, dicentes: Benedictus qui venit rex
in nomine dñi: pax in cælo, & gloria in ex-
celſis. Et vt appropinquauit, videns ciuitatē
fleuit, &c. Gaudentes laudāt diſcipuli Deū;
voce magna recolentes oēs virtutes, & mi-
rabilia, quæ viderāt per manus dñi Ieſu fie-
ri: Benedictiones laudis & honoris Regi

C Meſsiæ exhibent, veniēti in nomine patris
ſui ad mundi ſalutē & redemptionē. Hym-
nus laudis eorum hic erat: Benedictus qui ve
nit rex in nomine dñi: pax in cælo, & glo-
ria in excelſis. Similis eſt hic hymnus canti
co militię cęleſtis exercitus, quem ſub hora
natiuitatis huius magni regis, decātarunt an
geli ſuper paſtores. Et facta eſt cum angelo
(inquit Lucas) multitudo militiæ cæleſtis *Lucæ. 2. c.*
exercitus, laudantium & dicentium: Gloria
in altiſsimis Deo: & in terra pax hominibus
bonæ voluntatis. Vt certiſsimè ſciat vniuer
ſus mundus: per hunc Saluatorem Ieſum ex
angelis & hominibus eundē hymnū in cæle
ſtibus choris decātandum Deo & agno in
perpetuas ęternitates. Pacificans per ſangui *Coloſ. 1.*
nem eius, quæ in cælis & quæ in terris ſunt.
Inter has diuinas laudes ab ſpiritu ſacto edo
ctas, inter hęc gaudia diſcipulorum, ecce ge
mitus & lachrymas pijſsimi Ieſu, pro euer-
ſione Hieruſalē & filiorū ipſius, ad vltionē
immanis ſceleris, quod aduerſus Ieſum dñm
noſtrum cōmiſit. Obſerua quomodo recolē
tes diſcipuli ſuperiores virtutes dñi, in gra-
tiarum actionē & laudē hymnos decantāt:
Chriſtus verò largiter flet vaticinans futurā
D deſolationē Hieruſalem. De qua iterū oc-
curret ſermo. Cædunt ergo frōdes & arbo-
rum ramos, & ſternūt vniuerſam viā, & mi-
ra decorant varietate & pulchritudine. *Et
clamabāt qui præibāt, & qui ſequebātur dicentes:
Oſanna. benedictus qui uenit in nomine dñi. Bene
dictū quod uenit regnū patris noſtri* David. *Oſan
na in excelſis*. Separemus certa ab incertis.
Primò manifeſtum eſt hanc ſcripturā lau-
dis & obſecrationis reperiri in pſalmo 117. **NOTA.** *ualde.*
Manifeſtū item eſt apud oēs magiſtros He-
bræos de rege Meſsia fuiſſe ſcriptū pſalmū
illum, neq; alij quā Meſsiæ poſſe adaptari
quæ ibidē decantantur à propheta: & hic
pſalmus in Synagogis Iudæorum celeberri
mus erat & aſsiduè legebatur: vñ populis no
tior erat, facilèq; & memorię & linguę eorū
aderat. Propter qđ indignati ſunt Scribę & *Matt. 21.*
Phariſæi, eò ꝙ viderēt populum pſalmi hu-
ius prophetiā ſuper Ieſu intelligere & in-
terpretari: cùm de Meſsia ſcripta eſſet: & hu
ius rei gratia dixerunt Chriſto: Audis quid
iſti loquūtur? Et Ieſus reſpōdit: Nunquā le- *Pſalm. 8.*
giſtis quia ex ore infantiū & lactētiū perfe
ciſti laudē? Centeſsimū decimum ſeptimū
pſalmum octaui pſalmi aſſertione firmauit.
Habes tertiò ex Matthæo, Marco, & Ioan-
ne, quod hymnus hic decātatus eſt à turbis.

Et B.

Et beatus Lucas inter omnes Euangeliſtas
Græci ſermonis eruditiſsimus, qui & Euan
gelium Græcis ſermonibus deſcripſit, quia
ſe vidit proprietatē ſermonis Oſanna, trāſ-
ferre nō poſſe, meliùs arbitratus eſt tacere,
quàm id ponere quod legenti quæſtionem
afferret. Quartò certum eſt ſicut apud lin-
guam Latinā habemus interiectiones quaſ-
dam, vt cum inſultando dicimus vah, & in
admirando, Papæ, & in dolendo heu, ita &
Hæbræi inter reliquas proprietates linguæ
ſuæ habēt interiectionē, vt qñ volūt dñm
deprecare ponāt verbū petētis affectus & di
cāt, Anna dñe. Quod ſeptuagita dixerūt, O
dñe. HO Siah ergo ſaluifica interpretatur.
Anna īteriectio deprecātis eſt. Si ex duobꝰ
his verbis cōpoſitum verbū faceres, diceres:
Hoſiahna: ſiue vt nos loquimur: Oſanna, me
dia vocali litera eliſa. Quapropter vbi nos
legimus in Latino: O domine ſaluū me fac,
o dñe bene proſperare: iuxta Hæbræū lege
re poſſumus: Obſecro dñe ſaluū me fac: ob-
ſecro domine proſperare. Deniq; Matthæꝰ,
qui Euangeliū Hæbręo ſermone ſcripſit, ita
poſuit. Oſanna Berama, id eſt, Oſanna in
excelſis. Hæc Hieronymus ad Damaſum
Tom.3.fo. 123. & PP. poſtquā correxit & B. Hilarij, & aliorū
interpretationes, quæ lōge errabāt à verita-
te ſermonis Hæbraici & Græci. Corrupto
ergo ſermone legimus Oſanna: cū dicere de
beremus: Hoſiahna. Sed vſus ſit habet, & ve
ritas nō latet. Saluifica ſiue ſaluū fac, & cum
Matthæo vbi ſalutē hāc deſideremus expli
catur in verbo Berama, id eſt, in excelſis. Ac
cipe ergo germanā expoſitionē & interpre
tationem huius loci. O dñe ſaluum fac: O
dñe bene proſperare: Benedictus qui venit
in nomine dñi. Cōtinetur in hoc verſu hæc
feſtiua acclamatio Hebręorū puerorū, qua
ſuperſedenti, ac ingredięti Hieroſolymam
dño, Hębręorū pueri acclamabāt dicentes:
Hoſiāna, benedictus qui venit in noīe dñi.
Pro eo enim qḋ nos habemus ſaluū fac: in
Hębręo habetur Hoſiahna (pro quo vulgo
nos legimus Oſanna) qḋ ſignificat ſalua ob-
ſecro, nā Hoſiah, ſignificat ſalua: vel ſaluum
fac: & na, interiectio eſt blādiētis. Et in anno
notatiōe ex Hębręo ſuper hūc locū noſter
Sic Titelmanus. Titelmanꝰ interiectionē na, per nūc expo-
nit. Quod aūt quidā legūt: O dñe ſaluū me
fac, profecto neque lectio Hębręa illud
pronomē, me habet, neq; Græca, neq; Lati
na exēplaria Pſalterij Gallicani correctio-
ra. Simpliciter ergo legēdū eſt: O dñe ſaluū
fac, id eſt, ſalua nūc: Salutē confert, perfice
ſalutē humani generis tādiu à patribus no-
ſtris expectatā: libera populū tuū de capti-
uitate, & perfice opus ad qḋ miſſus eſt à pa-
tre. Illud aūt quod ſecundo loco dicitur: O
dñe bene proſperare, aut ſecundū actiuā &
tranſitiuā ſignificationē exponi poteſt, ad
hūc ſenſum: Fac nos proſperari in ſalute per
te collata: vel fac nobis, pſperè cedere hāc ſa
lutē per te operatā & operādā. Cui cōſentit
quod vertit ad marginē Fœlix. Da proſperi
tatē. Vel poteſt propriè accipi in hūc ſenſū.
Obſecro dñe proſperū habe ſucceſsū, & quo
modo in alio pſalm. dicitur: proſperè proce *Pſal.44.*
de in huius ſalutis operatione nobis tātope
re deſideratę & tā vehemēti deſiderio expe
ctatę. Cū aūt inquiūt. Benedictus qui venit
in nomine dñi, tantū eſt, ac ſi dicerēt: In lau
de, honore, gloria, fama, nō propria, ſed dñi.
Intellexit iā tūc illa hominū beata multitu
do præfigurari, quia redēptor noſter huma-
nis cōdolēs miſerijs, pro totius mūdi vita, cū
mortis principe eſſet pugnaturus, ac moriē-
do triūphaturꝰ. Et ideo talia obſequēs admi-
niſtrauit, quæ in illo & triūphos victoriæ, &
miſericordiæ pinguedinē declararēt. Palma *Eccleſia in benedictione palmarum.*
rū nāq; rami de mortis principe triūphos ex
pectāt: ſurculi verò oliuarū ſpiritualē vnctio
nem aduenisse quodāmodo clamant. Ideò
clamāt turbæ quæ præcedebāt & quę ſeque
bātur Hoſiahna in excelſis ſalutē quæ ad a-
ſtra & æthera; imo quę ad angelū choros de-
ducat, obſecro nūc impetri nobis. Procede
proſpere, & regna. Benedictū qḋ venit reg- *Dauidis rēgnum futurum quale. Eſai.9.*
nū patris noſtri Dauid. Cuius ſoliū in miſeri
cordia præparandū repromiſit Dei loquus
propheta Eſaias: & cōfirmatur vaticiniū in
lachrymis piiſſimi ſeruatoris, pro euerſione
regiæ ciuitatis: vidēs quippe illam fleuit in
multa miſeratione, ac prædixit deſolationē
eius: per quod demonſtratur ꝙ regnum Da-
uid benedictum at repromiſſum Meſsiæ,
haud futurum erat temporale & in appara-
tu humanæ gloriæ. Si quidē regia ciuitas ca
put & princeps imperij deuaſtāda in proxi
mò demōſtratur, & tēplū. Regnū ergo hoc
Dauidis non in Paleſtina illa repromiſſum
eſt Meſsiæ, ſed in vniuerſo orbe per Eccle-
ſias ſub vna fide & vnius Dei confeſsione &
baptiſmate vno. De quo ad longum diſpu-
taui ſuper illud: Tu es Chriſtus filij Dei vi-
ui, capit.9. Vide iam & alta mente conſi-
dera, quàm magnificè Ieſus Nazarenus e-
xaltatur, qui dudum ad exemplum no-
ſtrū latebat in Ephrem. Vide cōcurſum tur-
barum ab Hieruſalem egredientium, & cum

Meſsiæ teſtimonium. Dauide canentiũ. Oſanna in excelſis. Vide gaudia & exultationes diſcipulorũ cũ angelis laudãtiũ ac dicentiũ, Gloria in altiſsimis Deo. Vide & examina teſtimonia Meſsiæ, nullo modo per humanã induſtriã & ſubornationẽ acclamata, ſed ſpiritu ſancto excitãte & edocẽte, per quæ aduẽtus Meſsiæ cõprobatur, & perfidia Iudæorũ confunditur.

Cap.21. Obſerua q́ ſecundũ Matthæum, laus hæc quã Hieroſolyma detulit Chriſto, vſq; ad templũ perdurauit: vbi pueri Hebræorum, Oſanna decantabãt. De quo indignati principes ſacerdotũ & Scribę, dixerũt Dño: Audis quid iſti dicũt? vt crimẽ leſæ maieſtatis

Calumnia Phariſæorum contra Chriſtum. aut vſurpãtis Meſsię nomẽ in ipſũ Ieſum retorqueãt: tanquã ſi ipſe ſe acclamari Meſsiã procuraſſet. Nõ tantũ rũpebantur inuidia amarulẽta viſcera eorũ de honore Ieſu, verum inter deuotionẽ populi vniuerſi, meditãtur & parãt inſidias aduerſus eũ, quẽ pater cœleſtis verum cõprobat Meſsiã inter tãta ac ſtupẽda mirabilia. O inſanabile venenũ, O amariſsimæ vuæ vinum, O ſacerdotũ & ſcribarum inuidiam. Quibus Saluator, cum dicerent: Nõ audis quid iſti dicunt? Vtiq; &

Matth.21 per Dauidis oraculũ lucidiſsimũ conuincẽs eorum inſaniã, ſic apertè dicit. Eſtò mea cul

Conſideratio hæc. pa ſit, q́ vniuerſa plebs veſtra vſq; ad aſtra, imò ſupra cũctos angelos me extollit in hymnis magnificæ laudis & deprecationis: nũquid mea culpa fuit, quod ante tot generationes in ſpiritu ſancto patriarcha Dauid hoc prædixit futurũ, tanquã à dño vniuerſorum diſpoſitum in meam exaltationẽ & gloriã?

Pſalm.8. Nunquã legiſtis quia ex ore infantiũ & lactentium perfeciſti laudẽ? Vide quomodo

Chryſoſtomi eſt ut exiſtimo. vbiq; per ſcripturas calũniã malignãtis populi reuincit Saluator, & ſuã demõſtrat innocentiã. Obſerua ſecundò q́ nullo modo

Hieronymus. pati poteſt B. Hieronym. dñm Ieſum ſediſſe ſuper vtrũq; animal. Hæc ſunt verba eius. Nunc ſtringendum eſt breuiter q́ ſecundũ literã in paruo itineris ſpatio ſuper vtrunq; animal ſedere nequiuerit: Aut enim inſedit aſinę, & pullus abſq; ſeſſore fuit, aut ſi pullo, quod magis cõpetit, vſus eſt ad ſedendũ, aſina ducta eſt libera. Ergo cũ hiſtoria impoſsibilitatẽ habeat, vel turpitudinem, ad altiora trãſmittitur. Sed in Zacharia propheta ſic

Cap.9. prædictũ eſt de ingreſſu Chriſti in Hieruſalẽ. Ecce rex tu9 venit tibi iuſtus & Saluator ipſe pauper & aſcẽdens ſuper aſinã & ſuper pullũ aſinæ, ad cuius ſcripturæ impletionẽ nõ ſatis video quomodo ſufficiat aſcendiſſe ſuper pullũ, aut ſuper aſinã, cũ propoſitio ſit

C copulatiua: neq; per ſynedochẽ exponenda. Matthæus nãq; inquit. Et adduxerũt aſinã & pullũ, & impoſuerũt ſuper eos veſtimẽta *Cap.21.* ſua, nimirũ pro honeſtiore aſcenſu & ſeſſione Chriſti ſuper eos. De quo ſtatim. Et eum deſuper ſedere fecerũt: Vtrũq; animal repromiſſũ eſt in Zacharia: & vtrũq; demonſtrat Euãgeliſta Matthæus: quia vtrũq; demonſtrat dictio illa, deſuper. Nõ tñ ſuper vtrũq; ſimul, abſurdũ quippe eſſet: ſed alternatim. Neq; ſatis mirari poſſũ, vñ B. Hierony. aut abſurditatẽ, aut impoſsibilitatẽ hiſtorię inſpexerit, cũ myſterio plena ſit, prędemõſtratis in pullo gentibus: & Synagoga Iudæorũ in aſina: ſicut ipſe ſtatim teſtatur: ſuper vtrũque ergo ſedit. Obſerua tertio q́ B. Chryſoſtom. teſtatur dños pulli nihil dixiſſe diſci- *Chriſoſto.* pulis eũ ſoluẽtibus: quãuis ſtatim correxit aliquantulũ ſententiã: ſed conditionaliter. Aſſertinẽ tñ oportet cũ b. Luca dicere, dños *Cap.19.* pulli & aſinæ dixiſſe diſcipulis, Quid ſoluitis pullũ? Verba Chryſoſto. hæc ſunt: Quis enim illis perſuaſit, cũ res ipſorũ auferrẽtur, præſertim pauperibus, ac forſan agricolis, nullo modo aduerſari? Cur dixi nõ aduerſari? Sed neq; interrogare quidẽ, aut interrogã

D tes reſpõſo audito tacere, atq; cedere. Non vtraq; iſta pariter mirabilia & inaudita mihi videtur. Non enim parũ eſt, cũ traherentur eorũ iumẽta nihil dixiſſe, & ſi dixerũt, (oportebat dicere, & quia dixerũt) cũ audiſſent, quia dñs illis indigeret, ceſsiſſẽt. Sed & Nicolaus Lyranus cõmunia dicit fuiſſe illa *Nicolaus de Lyra.* animalia pro pauperũ vſibus repoſita: cum B. Lucas apertè dicat: Dixerunt dñi eius ad illos. Cũ hæc paſsim in cõmentarijs doctorum occurrãt, oportuit attentũ inſtituere lectorẽ, ne impingat aut implanetur in ſententijs minùs attẽtè dictis: ſed cõſulat diligẽter alios Euangeliſtas, & tunc ad plenũ ex omnibus quid circa rem vnamquanq; actũ ſit, deprehendet. Simili obliuione laborauit Dominicus Soto, vir noſtris tẽporibus gra- *4.S.d.47.* uiſsim9, & de theologia benemerit9, diſputãs *q.2.art.3.* de erubeſcentia peccatorum in iudicio, & de Adam inquit: Quanuis fuerit vel peccatum Adæ, ſi pœnitentiam egit, vel perſecutio Pauli, vel turpitudo Magdalenę: imò & proditio Iudæ, ſi eum facti pœnituiſſet, nõ eſſet tunc fœdum. Non potuit dicere de Adam, ſi pœnitentiam egit: cum in libro Sa *Sapiẽ. capit.10.* pientiæ de eo ſcriptum ſit: Hæc illum, qui primò à Deo formatus eſt pater orbis terrarum, cùm ſolus eſſet creatus, cuſtodiuit, & eduxit à delicto ſuo. De qua re lege B. Irenæum

Irenæ. lib. Irenæũ & Origenẽ. Sed Dñicus Soto alibi
3. aduerſ. expreſsè tenet dimiſsũ peccatũ fuiſſe Adã.
hæreſ. cap. *Et introibit Hieroſolymã in tẽplũ: & circumſpe-*
34. Orige *ctis omnibus cũ iã veſpera eſſet hora, exijt in Be-*
nes. lib. 5. *thaniã cũ duodecim.* Multa alia, eaq; ſublimiſ-
ſup. 5. cap. ſimæ potẽtię à Chriſto facta hac ipſa die, di
ad Roma. mittit noſter Euãgeliſta quæ B. Matthę. &
Caſtro in Lucas deſcribũt, nẽ mirũ eiectionẽ de tẽplo
verb. Adã omniũ negotiatorũ, & euerſionẽ cathedra-
& Eua. rũ vẽdẽtiũ colũbas: ſed & curationẽ multo-
Soto de na rum infirmorũ, cęcorũ, & claudorũ. Quod
tura et gra cõſulto à B. Marco factum eſt: cũ deſcriptu
tia. lib. 1 c. rus eſſet maledictionẽ Chriſti aduerſus fi-
18: in reſp. cum: & quomodo ſubito aruit: in quibus Sy-
ad. 4. argu. nagogæ maledictio ſignificabatur, & eius
perditio. Ad declarandũ ergo quo res geſta
circa ficulneã dirigeretur, in ſequẽtẽ diẽ cõ-
memorat hiſtoriã: vt parabola & hiſtoria in
vnũ coirẽt. Per parabolã quippe ficꝰ aruit,
id eſt, ad ſignificandã aduerſus Synagogam
maledictionẽ à Deo. Vel ſi dici poteſt, nec
ſine auctoritate ſequẽti die poſt ramos iterũ
eiecit vendẽtes & emẽtes de tẽplo, id eſt, de
porticis templi, & ſic habes duas eiectiones
hiſce diebus horũ latronũ de tẽplo: & ante
Ioan. 2. has primã quã deſcribit B. Ioãnes. Suo ergo
loco de hoc facto dicendum eſt. *Et introibit*
Hieroſolymã in templũ. Tunc quidẽ cõmota
eſt vniuerſa ciuitas; & dixerũt: Quis eſt hic?
Tũc frequentior concurſus fuit omniũ Iu-
dæorũ & gentiliũ, qui venerãt ad diẽ feſtũ,
cùm clamor hymnorum & laudum vſq; ad
æthera cõſcendit. Obſerua quod vſq; ad tem
plum venit in voce oſanna filio Dauid. Be-
nedictũ qđ venit regnũ patri noſtri Dauid.
Quare obſecro nõ aſcẽdit rex Meſsias in ar
cem mõtis Syõ, vbi dignũ erat vt rex tãtus
cõprobaſſet legitimũ ius ad regnũ? Quare &
claues arcis Siõ nõ tradũtur ei? ſed ad tem-
plũ recta via, ducitur à turbis, & ipſe venit?
Quid ad hęc dicemus? Demõſtrat certè dñs
Ieſus quod paucis diebꝰ elapſis corã Pilato
Ioan. 18. cõfeſſus fuit: Regnũ meũ nõ eſt de hoc mũ
Matt. 17. do, Cõprobat nihil aduerſus Cæſarem ſe ali
quãdo egiſſe: qui neq; tributum prohibuit:
neq; arcẽ Siõ cõſcẽdit, etiãſi ab vniuerſo po-
pulo vt verus Meſsias exceptus fuiſſet. Vñ
calũnia manifeſta fuit quod obiectũ eſt illi.
Ioan. 19. Si hunc dimittis non es amicus Cæſaris om
nis enim qui ſe regem facit cõtradicit Cæſa
ri. In templum igitur aſcendit, cùm vniuer-
ſa illa hominum multitudo in magnis voci
bus glorificaret eum: & ad veſperã, etiã ſine
cibo exijt cum duodecim. Nũquid hoc eſt
ſe regem facere an fugere regni ſceptrum &
coronã? tantũ abeſt quod demulceat corda
filiorum Hieruſalẽ, qui eijcit oẽs negotia-
tores à templo, & principes ſacerdotũ latrones
cõpellat: qui haud vulgare auxiliũ ei impen
dere potuẽt in regni negotio. Sicut olim Sa
lomoni affuit Nathã & Sadoc. &c, ad obti- *3. Reg. 1.*
nendum regnũ cõtra Adoniã. In templum
ergo venit, nõ ad arcem, qui verus rex ſuper *Pſalm. 2.*
Siõ mõtem ſanctum cõſtitutus fuit à patre
ſuo: cuius principatum in prædicãdo præce
pto ſacræ legis obtinuit: ſicut prædicatum
fuerat in pſalmo. Ego aũt cõſtitutus ſum rex
ab eo: non à me ipſo, ab eo qui miſit me: (de
Meſsia certè eſt pſalmus ille) ſuper Syõ mõ
tem ſanctũ eius: nõ in multis millibus arma-
torũ: nõ in ſuperbis elephãtibus: nõ in dex-
tera Ioab, non deniq; in ſtrenuitate huma-
næ induſtria: ſed prędicãs præceptum eius.
Quod ſtatim hac ipſa die ab eo factum eſt.
In templum venit In his quæ patris mei ſunt *Luce. 2.*
oportet me eſſe, teſtatus eſt, cùm eſſet anno
rum duodecim: de quo non immemor ecce
in templũ aſcendit in medio ſublimis prorſ-
ſuſq; diuini triũphi, diuinoq; nutu inuenti
ad eliminandã domum patris ſui ab omni
irreuerentia. Præter hoc quod factus eſt om
nibus in exemplum, aſcendens templum pa
tris ſui, & honoris illius curam gerens: vt do
ceat omnes principes & maxime eccleſiaſti
cos prælatos, Primo omniũ Deo honorem
deferre in templo ſancto ſuo: & illius curam
gerere, quomodo omnia honeſtate & in ti-
more & tempore erga maieſtatẽ ibidẽ in ha
bitãte fiãt. Iudico hoc voluiſſe ſignificare
Euangeliſta cũ cõtinuò dixit. *Et circũſpectis*
omnibus. Neutraliter legẽda eſt litera in hũc
ſenſum: Circunſpectis omnibus locis tẽpli,
officijs, actibus, miniſterijs, nõ circunſpectis
omnibus hominibus, attẽdens ſi forſan quis
ipſũ ad mẽſam vocaſſet. Si enim hoc vellet,
vel nõ inuitatus ab aliquo, cõuiuio ſe offerret
alicuius nobilis ciuis, vel etiam Phariſæi.
Quod inde mihi probatur, quia in Mattheo
habemus quæ à Saluatore in die hac facta
ſunt mirifica opera potentię plena. Eijcie-
bat omnes ementes & vendetes in templo,
& menſas numulariorũ, & cathedras vẽden
tiũ colũbas euertit. Quę omnia vnico verbo
noſter Euangeliſta elegãter docuit. Circun-
ſpectis omnibus, alijs ſcilicet, in quibus eadẽ
vel ſimilis profanatio adeſſe potuit in tẽplo
facto. Et in verbo illo: & nõ ſinebat vt quiſ-
quam trãsferret vas per templum, eandẽ rẽ
docuit ſãctus Euãgeliſta. Circũſpexit ergo
omnia, vt videret quæ caſtigationem ſingu-

Cuſtodia ſacramenti qualis. Epiſcopus & pleban⁹ Innocenti. in le reliq. & uener, ſanct. cap. ſtatuimus.

lis reb⁹.quæ ad cultũ tẽpli ſpectabãt, exhiberet. Ciſcũſpiciat ergo Epiſcopus & plebanus in primis,nũquid ſub firma & fideli cuſtodia repoſita ſint noſtræ redẽptionis tremẽda myſteria,ſicut demãdatũ illis eſt,ipſa que rei maieſtas expoſtulat. Statuimus vt in cũctis eccleſijs chriſma,& eucharitia ſub fideli cuſtodia clauibus adhibitis cõſeruentur.Ne poſsit ad illa temeraria manus extendi ad aliqua horribilia & nefaria exercẽda. Si verò is,ad quẽ ſpectat cuſtodia, ea incautè reliquerit,tribus mẽſibus ab officio ſuſpẽdatur:& ſi per eius incuriã aliquod nefandũ inde contingerit.grauiori ſubiaceat vltioni. Et cap.ſeque. Relinqui. Præcipimus quoq; vt oratoria, vaſa, corporalia, & veſtimenta prædicta mũda & nitida cõſeruẽtur, Nimis enim videtur abſurdũ in ſacris ſordes negligere,quæ deceret etiã in profanis,&c.Et antea:Quia verò zelus nos comedit dom⁹ Dei, firmiter prohibemus ne ſupellectilia in Eccleſijs admittantur, niſi propter hoſtiles incurſus,aut incẽdia repẽtina, ſeu alias neceſſitates vrgẽtes ad eas habere oporteat refugiũ:Sic tñ vt neceſsitate ceſſante,res in loca priſtina reportẽtur. Vñ miror & nõ partiũs quomodo multis ab hinc ſæculis in regno Galliæ,ſacroſanctũ corpus dñi in vniuerſis eccleſijs pendẽs intra vas ſupra altare maius habeatur,ſub ſerico aut purpureo pluuiali, faciliq; negotio illud temeraria manus rapere poteſt.Super quod hiſce diebus diſputaui Pariſijs cũ aliquibus magiſtris,vt in hãc ſententiã eos poſsẽ inducere:oportaretq; à Chriſtianiſsimo Rege Enrrico tertio huius nominis ſuper re hac graue inſtitui edictũ. Circũſpiciat itidẽ Epiſcopus & plebanus vitam & puritatem miniſtrorum altaris dñi. Hinc enim aut glorificatur cultus diuinus,aut deoneſtatur. Quod vetus lex vigilantiſsimè edocuit, cum deſcripſit quæ qualiaque & quam ſine macula offerenda erant animalia ad ſacrificia. Vnde Philo: Requirantur autem integra hæc omnia, illeſa partibus omnibus,& maculis etiã nequiſq; carẽtia. Adhibetur autẽ hæc cautè cura nõ propter victimas,ſed vt ſine omni culpa ſint qui eas mactãdas offerũt. Sub mouẽtur enim his ſymbolis, vt quoties accedũt altaria vel nũcupaturi vota, vel reddituri, nullũ vitiũ nullũq; morbũ afferãt in anima,ſed conẽtur omninò nitidã & immaculatã in conſpectu Dei producere,ne viſam auerſetur. Et infra. Cæterum qđ manus imponãtur capiti victimę, euidẽs inditiũ eſt innocẽtiæ, vitæq; ſine culpa exactæ, iuxta naturæ leges & diuina oracula. Poſtulat enim Deus à ſacrificante, primũ bonã mentẽ,ſanctã,& in pietate exercitatam:Deinde vitam bene factis ornatã: vt dũ manus imponit, poſsit libera conſciẽtia dicere:Manus hæ,nec muneribus corruptæ,nec innocenti ſanguine pollutæ ſunt noxam, iniuriam, vim, vulnus intulerunt nemini, nulli rei turpi præbuerunt miniſterium; ſed rebus honeſtis ac vtilibus, quæ viris iuſtis,honeſtis,ſapiẽtibusq; probãtur. Hæc & cętera circũſpiciãt,cũ ſecundũ debitum officiũ Epiſcopi cõpellati ſint, id eſt, ſuperintendẽtes. De quo Paulus apoſtolus in ardenti cordis ſui deſiderio: Attendite vobis,&c. Et animalia illa demõdrata in ſacra Apocalypſi plena erãt oculis ante & retro: vnde omnia facilè circũſpicere poterãt: Deniq; circunſpiciat vnuſquiſq; templũ ſui cordis. Tẽplũ enim Dei ſanctũ eſt,qđ eſtis vos. Et alia ſcriptura inquit. Neſcitis quia corpora veſtra templũ ſunt ſpiritus ſancti, qui inhabitat in vobis? Quod ex lib. Leuit.probat apoſtolus. Vos enim eſtis templũ Dei viui,ſicut dicit Deus: Quoniã inhabitabo in illis, & inambulabo inter eos,& ero illorum Deus,& ipſi erũt mihi popul⁹. Circũſpiciat ergo vnuſquiſq; templũ ſui cordis & corporis,nec ſinat vas immundæ cogitationis tranſire per illud.Sed cũ primo cõcupiſcẽtia noſtra à gehẽna inflãmata,excitauerit nebulam praui deſiderij, diſpergat illud in ſpiritu vehementi. De quo Sapiens: Omni cuſtodia ſerua cor tuũ. Cùm igitur dicimus circũſpexiſſe,dñm nõ homines,ſed loca ſancta,haud in hoc ſentẽtię piorũ hominũ detrahimus:imò veneramur deuotã & piã mẽtem dicentiũ, ꝙ Saluator & ſi facies multorũ aſpexit, à nemine tñ fuerit inuitatus, etiã ſi ita magnifice exceptus,fuiſſetq; operat⁹ mirabilia. Quod nõ caſu actũ eſt,ſed ipſo Saluatore omnia ſuauiter & prudẽter diſponẽte,vt certè omnis calũniandi occaſio tolleretur põtificibus. Completo tñ myſterio ſuæ manifeſtationis,cõprobatoq; ex ſacris prophetarũ ſentẽtijs,redit ad ſemetipſum,ad cõmunẽ habitũ, & formã viuẽdi humilẽ cum duodecim apoſtolis tantum, relictis turbis aliorũ diſcipulorũ, qui cum eo aſcenderant Hieruſalẽ, à quibus incœpit magnifici hymni laus in Mõte,reuertitur ad ſolita hoſpitia & ad eoſdem hoſpites extra Hieruſalẽ. Inimicus fieret omnibus ſacerdotibus & magiſtratibus tẽpli quiſquis domi dñm Ieſum reciperet. Maluit ergo Saluator cum ſuis, vſq; ad

Marginal notes: C — *Galliæ cõſuetudo corrigenda circa cuſtodiã ſanctiſsimi Sacramẽti Euchariſt.* — *Lib. de victimis.* — *Sacerdotũ puritas.* — NOTA. *valde.* — *Acto. 20.* — *Cap. 4.* — *1. Cor. 3.* — *2. Cor. 6.* — *Leuit. 26.* — *Eſai. 52.* — D — *Iacobi. 1.* — *Prouer. 4.*

A ad veſperam inediam pati, quàm alicui ex-
ciuibus Hieruſalem hanc demãdare prouin
ciam. *Et cùm veſpera eſſet hora, exijt in Betha-
niam cum duodecim.* Proculdubio ad refectio-
nem & ſuam & apoſtolorum, qui per totam
diem nihil cibi, aut potus ſumpſerant, & de-
inde pòſt cœnam in montẽ Oliueti conuo-
labat, ibiq; vigilabat in oratione Dei, ſicut
Capi. 19. teſtatur B. Lucas. Attende obſecro & cõſi-
dera quãtus fuit feruor piiſsimi cordis Ieſu,
cũ morti eſſet proximus & accingeretur ad
conſumãdũ mirificũ opus noſtrę redẽptio-
nis, aduerſus Sathanã & diabolũ. Immẽſum
opus aggrediẽs, flagello ex funiculis facto,
eiecit omnẽ illã turbã latronũ de domo pa-
tris ſui: increpauit vehementer ſacerdotes tẽ-
pli, eliminauit ab omni irreuerentia & ſpur
citia vniuerſo orbi venerandũ templum, do
cuit in verbo virtutis ſuæ, ſanauit cæcos &
claudos: cõfirmauit turbarũ teſtimoniũ, qđ
de ipſo perhibuerũt in ſpiritu ſancto: expo-
ſuit ſcripturam de Meſsiæ aduẽtu (Nota val
de) adducẽs in mediũ nobiliſsimũ prophe-
tarũ, Dauidẽ ſcilicet. Et quid nõ pro cõfir-
manda fide aduẽtus ſui perfecit? Circũſpicit
omnia, honeſtat locũ orationis: ieiunat vſq;
ad ſolis occaſum, aſſumptoq; modico cibo
aſcendit ad montem Oliueti ad clamorem
orationis. Exiſtimo hiſce diebus cõpletam
Pſalm. 44 prophetiã pſalmi. Accingere gladio tuo ſu-
pra fœmur tuũ potentiſsime. Intẽde proſpere,
pcede & regna. Potẽtiſsimũ alloquitur (vo
caui caſus eſt, Potẽtiſsime) potẽtiſsimũ allo
quitur propheta Dauid, & rogat vt accinga-
tur gladio. O rem mirabilẽ. Gratiã labiorũ
regis Meſsiæ deſcripſit, nõ qualiter fili⁹ ei⁹
Salomon labia ſpõſæ depingit, ſicut vittã coc
Cant. c. 4. cineã: & ſtatim ad ipſum inquit Dauid, Ac-
cingere gladio tuo. Alloquitur ergo prophe
ta more humano Chriſtũ, vt virũ pugnato-
rem, poſtulãs vt perficiat generis humani, &
ſuæ ſponſæ liberationẽ. Cũ autẽ in ſuperio-
Gratia la- ri verſus de gratia labiorũ ageret, ad demõ-
biorũ. etc. ſtrandũ quã efficax & in poteſtate eſſet ver
bum & doctrina oris dñi Ieſu, dixit, Diffuſ
ſa eſt gratia in labijs tuis. Hæc nimirũ erat
Lib. 4. Pe gratia labiorũ Chriſti, ſicut expoſuit Orige
ri. Arch. genes. Inditum autẽ infuſæ gratiæ in labiis
Cap. 4. hoc eſt, quia breui tẽpore trãlacto, annis ſci-
licet tribus & aliquibus menſibus prædica-
uit: vniuerſus enim orbis doctrina & fide pieta
tis eius impletus eſt. Nõ ſolũ igitur gratiã la
biorũ commemorat, verũ & gladiũ aſſumere
rogat Meſsiã potentiſsimum. Quod certè
magnum ſacramentum eſt; videlicet quoniã

A non ſolum cum Deo patre & humano gene
re illi erat negotium redemptionis: ſed inſu
per cum principe tenebrarum illi res erat,
non alia via, quã ferro (id eſt, vi gladij & vir
tute ſuæ iuſtitiæ & obedientiæ) peragẽda.
Neque enim cum tyranno diabolo ſuaſio-
nibus agendum erat, aut gratia labiorum ad
uerſus illum vti debuit: ſed gladij virtute
erat ille regno (quod ſibi fraude vſurpaue- *Geneſ. 2.*
rat) pellendus & in brachio valido erat ge-
nus humanum liberãdum. Cuius rei gratia
ſubiũgit ſtatim. Deducet te mirabiliter dex
tera tua, id eſt, diuinitatis tuæ potentia quæ *Coloſ. 2.*
in te ſecundum plenitudinem inhabitabat:
in cuius fortitudine opus tuum, quãtum ad
principem mundi mirabiliter & terribiliter
perficies, & ad optatum effectum perduces.
Nonne tibi videtur à die hac accinctum gla
dio dominũ Ieſũ fuiſſe? Et quis potẽs inter
omnes mortales, niſi vnus dñs Ieſus Chriſt⁹
opus hoc ingens aggrederetur? Quis aude-
ret vel ciuitatem ſolum ingredi, quę inſidias
parauerat ei? Quis tutus & intrepidus in tem
plum ingrederetur, & flagellis cæſſos eijce-
ret omnes vendentes & ementes, & pecuniã
ingentem diſperderet? Solus potentiſsimus
rex Meſsias tantum opus aggreditur, ante-
B quàm cum principe tenebrarum ſuper libe-
ratione noſtra manus conſerat, vt ipſum in
rę & iuſtitia deuincat: nec vis ſuæ omnipo-
tentię oppreſsit: vt in ęternum de liberatio-
ne hominis obmuteſceret. Egreditur ergo
in Bethaniam, & refectione accepta pergit
ad orationem in montem Oliuarum. Ob- *Morti pro*
ſerua quam diligens & tui ſolicitus ſis opor- *xim⁹ homo*
tet, cùm morti approximas; & quanto ſtu- *mo diligen*
dio debeas inſtare orationibus & obſecra- *tius ſuã ſa-*
tionib⁹, & ieiunijs aduerſus inſidias diaboli, *lutem ope-*
quę importunę, & impetuoſiſsimę tunc ei ſũt, *retur.*
ſiquidem Dei filius nullo horum indigẽs in
orationibus totam noctem expendit, & per
omnium horum dierum ſpatium prædicat
vſq; ad quintã feriam cœnæ dulciſsimæ. Vn
de Eccleſiaſticus. Ante mortẽ cõfitere. Cõfi
teberis viuens viuus & ſanus. Et in Hiere- *Cap. 17.*
mia ſic legis. Date gloriam domino Deo *Cap. 53.*
veſtro antequam contenebreſcat, & ante-
quam offendant pedes veſtri ad montes ca
liginoſos: expectabitis lucem, & ponet eam
in vmbram mortis & in caliginem. Quid eſt
quod inquit ſanctus propheta: Expectabi-
tis lucẽ? Nunquid non certiſsimè ſciunt qui-
cunq; in Tartarum deſcenderũt, quod in æter-
num inuoluet eos caligo tenebroſa fumi &
ignis? Quomodo ergo expectabant lucem?

Apptitus beatitudinis in dānatis cruciat eos.

Audi & intellige. Spes hæc haud volũtatis
libere eſt actus, Sed appetitũ indicat natura
lem ad beatitudinem. qui etiã ad grauiorem
pœnã manet in dãnatis, Naturali nanq; ap-
petitu deſiderat omnis homo beatitudinẽ:
qui etiã inter flãmas æterni cruciatus nõ ex
tinguitur. Et ſic intelliges verbũ illud fatua
Matt. 25. rum virginum apud D. Matthæũ. Dñe dñe
aperi nobis. Clamor hic vt ſibi aperiatur, cũ
certitudine pœnę ęternæ, ad ingentiorẽ cru
ciatũ cõiungitur, indicatq; naturalẽ beatitu
dinis appetitũ, vt dixi. Antequã obſcuret
ergo da dño Deo tuo gloriam in cõfeſsione
amaritiſsima peccatorũ. Verbo hoc, da glo
riam, vſus eſt aduerſus Achan nobiliſsimus
Ioſue. 1.7 Dux Ioſue in anathemate Hierico. Illudq;
alibi expoſuimus. Exiſtimo dictũ Saluato-
Ioan. 17. ris ad patrẽ in cœna. Pro eis ſanctifico ego
me ipſum, quod propriè immolationi ſuæ
cõuenit pro noſtra redẽptione, ab exordio
ſuę incarnationis originẽ duceret: & ſic ſe res
habet, ſed quã maximè hiſce diebus. Sãctifi
cauit ſe ipſum per omnẽ vitã qui dicebat,
& verum dicebat. Calicem quem ego bibo:
Marci. 10 & baptiſmo quo ego baptizor, &c. De quo
iam ſupra. *Et alia die cum exirent à Bethania, e-*
ſuriit. Sequenti ſcilicet, id eſt, feria ſecunda,
Quod ſi tibi non probatur, ſicut nec mihi
placet veniſſe à monte Oliueti in Bethaniã
poſt noctis orationẽ dñm Ieſum, indeque
egreſsũ valde manè in Hieruſalem: dic q̃ ſe-
quẽtibus diebus ab hac feria ſecũda erat per
noctẽ in mõte Oliueti, ſicut docet B. Lucas
Cap. 20. die verò hac palmarũ veniẽs Bethaniã, mã
Capi. 21. ſit ibi ipſa nocte, ſicut dicit B. Matthæ. Ma
ne ergo exiẽs à Bethania *eſuriit.* Vide parci-
tatẽ menſæ dñi Ieſu in cibo & potu, qui etiã
ſub ortu ſolis eſuriit. Externa die ieiunauit
vſq; ad occaſum, refectioneq; accepta in do
mo Lazari, cõſurgẽteq; aurora cõſurgit ap-
petitus cibi in corpore Saluatoris. Taceo q̃
morti proxim⁹ Saluator dñs ſicut verus ho
mo, liberè tñ & nõ inuitus afficiebatur iiſdẽ
affectibus & paſsionibus, ſicut reliqui homi
nes. Nõ dubiũ quin triſtabatur vehemẽtius,
Prou. 17. & triſtis ſpũs exiccabat oſſa, neq; ad cibũ
aderat appetit⁹. Vñ qui per omne vitæ ſpa-
ciũ ſobrius fuit & abſtinẽtię cultor, iam nũc
proximus morti, neq; ſufficientẽ ſibi cibũ
ſumit. Nõ tale eſt ieiunium noſtrum, neq;
in hac hebdomada *Eſuriit.* Verus homo cõ-
probatur, vera & reali carne ab Adam pro-
pagata conſtans: cuius corpus ex naturali ca
lore afficiebatur fame & ſiti. Sed hæc om-
nia ad ſequentia dimittẽda ſunt. *Cum vidiſ-*
C *ſet à longè ficum habentem folia, venit ſiquid forte* NOTA valde.
inueniret in ea. Forte, id eſt certè. Ad ſignifi-
catũ per ficũ refertur aduerbiũ illud. Fortè,
non ad ficum. Sciebat nanq; dñs, q̃ non ade
rat tempus fructus. Ad Synagogam, ergo,
quam referebat ficulnea, transfer aduerbiũ
illud fortè: per quod liberum arbitrium Iu-
dæorum ſignificabatur: ſicut & in parebola
patris familias, qui miſit filium ſuum ad col- Lucæ. 10.
ligendos fructus vineæ, dicens, Fortè vere-
buntur filium meum. Sciebat cæleſtis pater,
qui omnia proſpicit à longe, id eſt, ab æter-
no ante quam fiant, qualis ceruicis erant co
loni illi quibus locauit vineam ſuam, & ad-
huc inquit: verebuntur forte filium meũ: vt
doceat relictos eſſe adhuc ſub manu cõſilij
proprij, nec vi, aut omnipotentia tractos in
malũ. Quia ergo ad homines qui adhuc in
via erant mittebat filium ſuum, inquit: Ve- Lucæ. 20.
rebuntur forte filium meum. Non ergo di-
cat Synagoga, aut coloni illi nequam & du-
riſsimæ ceruicis, ſed neque vllus ex noſtris
peccatoribus, Ille me implanauit: nõ enim Eccleſ. 15.
neceſſarij ſunt ei homines impij. Omne exe
cramẽtum erroris odit dominus. Nihilque
odit dominus eorum quæ fecit, non ergo fa
cit aut facere poteſt aliquod malũ culpę aut
D execramẽtum erroris: ſiquidem illud odit:
& nihil odit eorum quę fecit. Firmiſsime er
go comprobatur nullum trahere dominũ
ad culpam & errorem. Indicabo tibi quid *Deo quæ ſint impoſſibilia.*
non poſsit nobiliſsima illa natura: Mentiri
non poteſt, fallere non poteſt, implanare, id
eſt, trahere, vel ducere in errorem non po-
teſt. Tutaq; eſt illa Auguſtini ſententia: nul Augu. lib. 83. q. 33.
lo ſapiente auctore aliquem deteriorem fie-
ri. Tãta enim culpa eſt, quæ inſapientẽ quã
uis hominem, cadere nequeat. Multo igi-
tur minus Deo optimo maximoq; auctore
fiet homo deterior: Cũ ſit Deus quouis ho-
mine ſapiente præſtantior. Grauisq; eſt illa
eiuſdem Auguſtini cauſa, quòd quæ me au Lib. de articulis ſibi falſo per Priſcilianiſtas impoſitis.
ctore fiunt, ea me volente aut ſuadente, aut
conſulente, aut imperante fieri neceſſe eſt.
Nullum autem Dei iuſtum rectumque de
culpis iudicium eſſet, ſi homines Dei volun
tate, ſuaſu, conſilio, præceptoq; peccarent.
Sed & Plato rem hanc agnouit, elegãter- Plato. lib. 2. de rep.
que dixit. Modis omnibus pugnandum eſt,
ne Deus, qui bonus eſt, dicatur eſſe malo-
rum cauſa. Alioquin ſecum Deum pugna-
turum, qui ſuis legibus contraria fieri man-
dauerit. Ita eos à ciuitate exulare iubet,
qui verba illa nefaria dixerint: nobis
vtique perniciosa (vt inquit) ſibique
ipſis

ipſis malè conſona. Nullum ergo trahit Deus natura bonus, ad malum culpæ: Sed reliquit hominē in manu conſilij ſui, quā extendere poteſt, ſiue ad bonū ſiue ad malum. Propter hoc dictum eſt & in parabola patrisfamilias. Verebuntur forte filium meum, & in parabola ficulueæ. *Si forte inueniret in ea.* Obſerua ꝙ ſicut per parabolas loquebatur, & aliud ſignificare intēdebat: ſic & in opere recōditum myſticumq; ſenſum ac ſignificationē reponebat. Familiare fuit hoc prophetię genus prophetis, & maximè Ezechieli: ad quem dn̄s. Et tu fili hominis, ſume tibi laterem, & pones eum coram te, & deſcribes in eo ciuitatem Hieruſalem. Et ordinabis aduerſus eam obſidionem, & ædificabis munitiones, & cōportabis aggerē, & dabis contra eam caſtra, & pones arietes in gyro, &c. Per quæ omnia ſignificabat diuinus ſpiritus Hieroſolymorum deſolationē & filiorū eius. In hūc modū maledicēs dn̄s ficui, quæ tantū habebat ſolia, per quā ſignificabatur domus Iſrael, cæremonias & ſacrificia legis habēs, abſq; interioris pinguedinis fructu: imò odiēs Chriſtū & Meſsiā ad ſe miſſum: demōſtrat maledictionē Iudęorum in breui cōplendā, ſicut in ficu maledictio ſtatim ſuū ſortita eſt effectū. Obſerua ſecundò quomodo in parabolis nō ſolū eſt difficile oīa ad myſticos ſenſus cōponere, verū & impoſsibile, ſicut in præſenti parabola cōprobatur. Per parabolā enim totū factū eſt. Expreſſe habetur in euāgelio qđ nondū erat ficorū tēpus, & certè nullum tēpus commodius aut dignius fuit Iudæis ab exitu de Aegypto, vſq; ad diem aduentus Saluatoris inter eos, & prædicationis, & miraculorum multorū, quæ fecit inter eos ad omnigenæ ſanctitatis fructus. Propter quæ interlineālis gloſſa quæ eſt Hieronymi interpretans verbum illud: Eſurijt, inquit, ſalutem hominum ęſtuans: ad incredulitatem Iſraelis. Et quæſiuit in aſsidua prędicatione, in multis miraculis, in mille beneficijs per ſingulos dies exhibitis vniuerſę genti eorū, nec tamen inuenit: propter quod maledixit ficui, & Synagogæ, & aruit in æternū: pręter reliquias quæ ſaluæ factæ ſunt: & cum intrauerit gentiū plenitudo, tunc Iſrael cōuertetur, & ſaluus fiet. *Iam non amplius in æternum.* In verbo hoc ambæ aures audientium tinniūt, & obſtupeſcit ſenſus mentis: in ęternum inquit. Quid ſupereſt, niſi vt igne tradatur ad comburendum, ſiquidem fructum

Eccleſ. 15.

Parabolæ etiam in factis.

Cap. 4.

NOTA. *valde.*

Roma. 11

A redditura nōn eſt. Tu quoque ſi non vis in iudicio audire durißimæ maledictionis verbum, I maledicte in ignē æternum, quia eſuriui & non dediſti mihi manducare, arbor ſterilis eſſe caueto. Sed potius pauperi Chriſto, & eſurienti, fructum pietatis, quo indiget, offer. Fœlix quem faciunt aliena pericula cautum. Nam tua res igitur, paries cùm proximus ardet. Rape ergo ab ore domini Ieſu verbum hoc: iam amplius in æternum, & habitum corporis & præcipuè faciem indignatione plenam intuere, & time, tibique ipſi conſule. Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit, ne fortè ne tibi parcat. Vide ergo bonitatem & ſeueritatem Dei: in eos quidem qui ceciderunt ſeueritatem, in te autem bonitatem, ſi permanſeris in bonitate: alioquin & tu exciderís. Verba ſunt apoſtoli ad Romanos, quæ congruunt optimè huic loco. Vbi vide & conſidera, quomodo gladio timoris domini percutit cor tuum, cum dicit, ſi permanſeris in bonitate. Nulla eſt abſoluta promiſsio: nullum eſt donum quod ad ſui conſeruationem non requirat bonum vſum acceptæ gratiæ. Alioquin & tu excideris inquit, ſcilicet, ſi non permanſeris in bonitate. Nihil ergo abſoluta certitudine tibi promittas, multoque minùs regnum cælorum. B Sed ſta in timore domini, & ſpera in eo, viriliter age, & confortare in domino. Vide quia non pepercit dominus naturalibus ramis, & ſi radix eſſet ſancta. Tu autem inſertus es in oliuam, &c. *Iam non amplius in æternum quiſquam ex te fructū manducet.* Hæc ſunt maledictionis verba, in quibus à radicibus aruit ficus. Spes eſſet domino ficus percipiēdi fructum in ſequentem annum: niſi radicitùs aruiſſet. Cùm verò à radicibus mortua eſt arbor, haud fructus ab ea deſideratur. In hunc modū à radice aruit Synagoga, id eſt, lex Moyſi in morte Chriſti: in qua & ipſa mortua eſt. Itaque in æternum non aſſerp fructum, neque attulit, etiam ſi per aliquod tēpus licuerit ſub illa militare, non tamen ſanctitudinis fructum ſeruantibus contulit: Mortua quippe fuit: radicituſque aruit, ac deinde poſt ſufficientem promulgationem & ſollennem mortifera facta eſt, ſicut venenum aſpidum & reguli. Quia omnia ſunt ſigna mendacia: cum promittant venturū Meſsiam redemptorem, qui iam venit, ac miſericorditer nos liberauit de poteſtate tenebrarum harum, & tranſtulit in regnum

Matt. 25.

Roma. 11

Cap. 11.

Pſal. 26.

Lex Moyſi qū mortua, qū æ mortifera lege. Aug. epiſt. 19. cōtra Hiero. *Sētentia enim B. Augu. ſuſcipitur in cōci.* Florēt. *& reijcitur* Hierony. *ſine præiudicio.* cap. S. Roma. Eccl. ij. d.

gnũ ſuum & euangeliũ gratię. Propter hoc C
omnes cæremonię & ſacrificia veteris legis,
& ipſa circũci ſio mortifera facta ſunt. Quia
iam venit Chriſtus & impleuit omnia illa,
quæ repromiſſa erãt in cæremonijs & ſacri
ficijs, & impleuit legẽ veritate & gratia. In
quibus verbis intelliges ſententiã ſaluatoris
Matth. 5. Non veni ſoluere legẽ, ſed adim-
plere. Benè ergo maledicẽs arbori dixit, Iã
nõ amplius in æternũ quiſquã ex te mãdu-
cet fructũ ab hora mortis eius nullus homi-
nũ vſq; in æternũ, fructũ legis manducauit,
imò in eſu eius moriuntur, ſicut ſupra expo
ſuimus. Audi quid aduerſus te à dño vniuer
ſorum definitũ eſt. Ioãn. cap. Palmes qui in
me nõ manſerit, areſcet, & colligẽt eũ, & in
ignẽ mittẽt, & ardet. Cũ aũt exarſerit quid
fiet de eo? etiã cum eſſet integrum nõ erat
aptũ ad opus, quanto magis cum illud ignis
deuorauerit, & cõbuſſerit, nihil ex eo fiet
operis? inquit Ezechiel ꝓpheta. c. 15. Legẽ
totũ caput in propheta, quod valde huic cõ
ſiderationi cõgruit: vt quod dictũ eſt aduer
ſus Hieruſalẽ, etiã cõtra te credas definitũ
à Deo, non quidẽ ſub temporali flagello &
igne, ſed in æternæ amaritudinis abſinthio. D
*Et audiebant diſcipuli eius, & venerũt Hieroſoly-
mã.* Cõſultò notauit ſanctus Euãgeliſta quo-
modo in multa cordis attẽtione audierunt
& viderũt diſcipuli magiſtrũ ficui maledi-
centẽ, ne poſtmodum caſu accidiſſe exiſti-
marẽt, & ſic myſticus ſenſus rei factæ in para
bolã, eos lateret. Illudebãt aliquãdo in vere
cũdi pueri Eliſeo ꝓphetæ dicẽtes. 4. Reg. 2.
Aſcende calue, aſcende calue. Qui cũ reſpe
xiſſet, maledixit eis in nomine dñi: egreſ-
ſiq; ſunt duo vrſi de ſaltu, & lacerauerũt ex
eis quadraginta duos pueros. In nomine do
mini maledixit, vt ſcias certiſsimè nõ ex li-
uido animo, aut ex vindicta ortam maledi-
ctionem, & ſtatim inuoluit eos maledictio.
Miſit Ochozias rex Samariæ principẽ quin
quagenariũ, cũ totidẽ militibus, qui voca-
rẽt, & abducerẽt ad ſe Eliã. Et dixit ad Eliã
princeps quinquagenarius: Homo Dei, rex
præcepit vt deſcẽdas. Reſpondẽsq; Elias di-
xit quinquagenario. Si hõ Dei ſum, deſcen
dat ignis de cælo, & deuoret te, & quinqua
ginta tuos. Deſcẽditq; ignis de cælo, & de-
uorauit eũ, & quinquaginta qui cũ eo erãt.
Quod iterum actũ eſt in alio quinquagena-
rio cum totidẽ militibus. Vides quomodo
maledictiones ſeruorũ Dei implẽtur? Vide
quomodo nõ effugit, niſi qui humiliter mi-
C ſericordiã implorat, ſicut fecit tertius prin-
ceps quinquagenarius. Quomodo ergo nõ
ſtatim impleretur maledictio manus omni-
potẽtis Chriſti? Time ergo ne in idipſum in
cidas incredulitatis exẽplum, & duritiã cor
dis propter quod malidictio nouiſsima ve-
niat ſuper te, quã nõ effugies. Etiã ſi celaue
ris te in mari, mãdabit ſerpẽti & mordebit
te, & apparebis in cõſpectu & ante tribunal
Chriſti. Audierunt ergo diſcipuli maledicẽ
tem dñm in ſuã & noſtram doctrinã. *Et ue-
nerũt Hieroſolymã.* Nõ erat quod timeret Sal
uator Ieſus, etiã ambulãs in medio vmbræ
mortis: etiã ſi caſtra inimicorũ conſurgerẽt
aduerſus eum: neq; per horã ante præfinitũ
tẽpus à patre, aut capi, aut interfici à Iudęis
potuit. Poteſtatẽ habeo ponẽdi animã meã
& iterum ſumendi eã. Nemo tollit eã à me.
Nullũ ergo diẽ dimittit ſine linea: imò tot⁹
miniſterio perficiendo, ad quod miſſus erat
à patre, intentus erat. Altiſsima quippe ſunt
quæ his diebus docuit & prædixit tum ad-
uerſus Iudæos, tum etiam aduerſus mundũ
vniuerſum, ſicut ſtatim dicemus: deniq; de
rebus ſumme neceſſarijs præmonuit apoſto
D los & eccleſiã ſuam. Vide iam quid dicat &
quid operetur in dieb⁹ iſtis dñs Ieſus in Hie
ruſalẽ. *Et cum introiſſet in templũ, cœpit eijcere
uendentes & ementes de tẽplo: & menſas numu-
lariorũ, & cathedras uendentiũ columbas euertit.*
O certè diuinũ opus, cui tãta hominũ mul-
titudo nõ audet contradicere. Sed iudicãt
tutius cedendũ eſſe Chriſto, & terga fugiẽ-
tes vertere, quã res ſuas & nũmos defende-
re, vel in faciẽ Chriſti reſpicere. Igneũ enim
quiddã atq; ſydereũ radiabat ex oculis eius
& diuinitatis maieſtas lucebat in facie. Di-
cit ergo ſanctus Euãgeliſta. Et cum introiſ-
ſet in tẽplũ, id eſt, in atria tẽpli, quò licebat
Iudęis nõ ſacerdotibus ingredi, vbi etiã ora
bãt: in ipſũ nãq; templum nõ oĩbus licebat
ingredi, ſed ſacerdotib⁹. ✠ Sciẽdũ eſt ad ger
manã expoſitionẽ præſentis hiſtoriæ, quod
iuxta mãdata legis penè de cũctis regionib⁹
Iudęorũ cõfluebant innumerabiles populi
in tẽplum Hieruſalẽ, ad offerendũ Deo vni
uerſorũ vota & ſacrificia, & hoſtias, maxi-
mè autem diebus feſtiuis. Hæc autẽ ſacrifi-
cia in multis animalibus & auibus inſtituta
erant. Tauri offerebantur, vituli, arietes, hir
ci, columbæ, turtures, &c. Ne autẽ eſſẽt pau
peres ſine ſacrificio coram Deo offerebant
turtures & colũbas. Accidebat ſepè nume-
ro, vt qui de longe venerãt, nõ haberent vi-
ctimam

d. ubi Hieronym. honorificè ſuſcipitur, eiusq; dogmata approbantur quæ aduerſus Ruphinum atque alios diffiniuit. Hierony. enim noluit amplius quã duo tempora concedere legi alterum quo uiua fuit, ante mortẽ Chriſti Alterũ ſimul mortua et mortifera poſt Chriſti *mortẽ uel reſurrectionẽ: quæ ſententia rejcitur, et ſuſcipitur Aug. in Florẽt. cõcil. et ab omnib⁹ doctoribus, qui tertiũ tempus legis iure docuit uiminarum à chriſti morte uſq; ad ſufficientem promulgationẽ: ubi &. ſi mortua erat lex, Sicut docebat.* Hierony. *nõ tñ fuit mortifera*

Lege communiter doctores ſcolaſticos Scot. *lib. 4. 5. d. 3. q. 4.* Ri*cardũ. d. 3 art. 5. q. 3 d. 1. q. 9.* D*urandũ ut ſ.* Tho. *prim. 2. q. 101. 102. 103. & alios doctores.* Do*minic.* So. *lib. 2. de iuſti. et iure. q. 5. 4.*

✠*Nota q terra gẽtilium, donata iudęis à dño nõ erat niſi utraq; ripa* I*ordanis: quæ centũ ſexaginta miliaribus in longitune patebat et ſexaginta in latitudine.* L*eg. cap. 11.* D*eutero. ubi ſic ſcribitur.* A *deſerto et à libano et flumine magno* E*uphrate uſque ad mare mortuũ erũt termini ueſtri.*

Auaritia ſacerdotũ Iſrael. victimam. Excogitauerunt ergo ſacerdo- A
tes, quomodo prædam de populo facerent:
& omnia animalia, quæ opus erant ad ſacri-
ficia, vendebant: vt empta rurſus ſuſcipe-
rent. Poſueruntque & nũmularios, qui mu
tuò ſub cautione darent pecuniam. Sed
Deut. 23. cùm eſſet lege prohibitum, vt nemo vſu-
ras à fratribus ſuſciperet, & prodeſſe nõ poſ
ſet pecunia fœnerata, quæ commodi nihil
haberet, & interdum ſortem perderent: ex-
cogitauerunt & aliam thenam, vt pro nũ-
Colybiſtæ. mularijs colybiſtas facerent: cuius verbi
proprietatem Latina lingua non exprimit,
Hieron. ſuper ca. 21 Matt. ſicut teſtatur beatus Hieronymus. Colyba
dicuntur apud eos, quæ nos appellamus tra
gemata, vel vilia munuſcula, videlicet, fri-
xi, ciceris, vbarumque paſſarum, & poma
diuerſi generis. Igitur quia vſuras accipere
non poterant colybiſtæ, qui pecuniam fœ-
nerati erant, pro vſuris, accipiebant varias
ſpecies, vt quod nũmo non licebat, in his re
bus exigerent, quæ nũmis cõemũtur. Iſtius
modi cernens dominus Ieſus, quodque in
domo patris ſui negotiatio, imò latrociniũ
peſsimum exerceretur, ad temperandum
inexplebilem ardorem ſacerdotum ad aua- B
ritiam, ipſe dominus ardore ſpiritus conci-
tatus, fecit flagellum de funiculis, & tantam
hominum multitudinem eiecit de templo,
id eſt, de atrijs templi: neque aliquis eorum
auſus fuit reſiſtere, aut contradicere, ſed ter
ga vertentes, latibula aduerſus iram domini
quærebant. Ipſe verò proprijs manibus, nõ
miniſterio diſcipulorum, euertit à funda-
mentis cathedras vendentium columbas, ef
fuditque æs, & pecuniam omnem calce di-
Pſal. 68. ſperſit. Scriptum enim erat in pſalmo: Zelus
Zelus domini qualis domus tuæ comedit me. Quid eſt: Zelus do
mus tuæ comedit me? Quare non dixit: Ego
comedi zelum domus tuæ: ſed è contra: Ze-
lus comedit me, inquit? Non vacat myſte-
rio. Zelus dñi fortiſsimus eſt, robuſtiſsimus
Similitudo. eſt, inſuperabilis & inuincibilis. Quod Leo
comedit in eius ſubſtantiã tranſijt: etiã ſi ag-
nũ edat, in fortitudinẽ & ſubſtantiam Leo-
nis conuertitur. Intellige quæ legis: Aliquã
do zelans Elias pro domo domini, & pro
gloria nominis eius decollauit immenſam
multitudinem ſacerdotum Baal & Luco-
Cap. 18. rum: ſicut enarrat tertius liber Regnorum.
De quo ſermonem agens ipſe propheta ait:
Zelo zelatus ſum pro domino Deo exerci-
tuum: quia dereliquerunt pactum tuum fi-
lij Iſrael. Et vnus Elias haud timens iram du

A riſsimam impijſsimæ Iezabelis, tantã mul-
titudinem ſacerdotum trucidat propria ma
nu. Comedit illum Zelus honoris domini,
& vires miniſtrauit omnipotentiæ. Sub Eze *Eſa. 37.*
chia miſſo Senacherib à Rege Aſſyriorum
ad deuaſtandam Hieruſalem, deſcendit an-
gelus domini, & interfecit de caſtris Aſſy-
riorum Clxxxv. millia. Quod magnificæ
virtutis opus, cùm eſſet facturus dominus,
dixit propheta: Zelus domini exercituum
faciet iſtud. Vltimò audi quid Sophonias *Cap. 1.*
prophota de fortitudine Zeli domini deſcri
bat. Et tribulabo homines, & ambulabunt
vt cæci, quia peccauerunt: & effundetur ſan
guis eorum ſicut fumus, & corpora eorum
ſicut ſtercora. Sed & argentum eorum &
aurum eorum non poterit liberare eos in
die iræ domini, in igne zeli illius deuorabi
tur omnis terra. Ex his intellige, quid inten
dat ſanctus propheta docere, cùm inquit:
Zelus domus tuæ comedit me. Intellige
quàm imbecillis eſt omnis humana poten-
tia contra zelum domini: qui vel vnum ho-
minem comedens, vſque ad occiſionẽ qua-
dringentorum quinquaginta ſacerdotum
B Baal vires ei miniſtrat: qui mittens angelum
ſuum deuorat centum octoginta quinque
millia ex electis viris Aſyriorum: denique
in igne zeli illius deuorabitur omnis terra.
O vtinam zelus domini comedat princi-
pes noſtros, prælatos noſtros, & iudices no-
ſtros. Sed hæu comedimus nos zelum do-
mini: Vnde infirmus eſt, impotens eſt, mu-
tus eſt etiam coram facinoroſis hominibus:
etiam corã filijs Belial, id eſt, abſque iugo: *Iudi. 19.*
non arguit peccantes: non reſiſtit malo, non
comprimit arrogantiam, ſuperbiam, &c.
Obſerua quòd certè imperturbato mentis
oculo ex zelo honoris domini hæc omnia
perficiebat dominus Ieſus. Quod difficile
eſt & impoſsibile, nimirum alijs, quamuis *Greg. li. 5. in Iob. cap. 31.*
excellentibus viris. Vnde beatus Grego-
rius, quem vniuerſi magiſtri ſequuntur, de
re hac elegantem tradit diſtinctionem. Ex- *De quo ſu pra cap. 3.*
ponit locum illum pſal. Turbatus eſt præ *Pſal. 6.*
ira oculus meus. Ira quippe per vitium ocu
lum mentis excæcat: ira autem per zelũ tur
bat: quia cùm ſaltem recti æmulatione con-
cutitur, ea quæ niſi tranquillo corde perci-
pi nõ poteſt, contemplatio diſsipatur. Ipſe
nanque zelus rectitudinis; quia inquietudi
ne mentem agitat, eius mox aciem obſcu-
rat, vt altiore in commotione non videat,
quæ bene prius tranquilla cernebat. Nam

ipſa recti æmulatio cætera poſt paululum in tranquillitate largius aperit, quæ hic interim per commotionẽ claudit: & vnde mens turbatur, ne videat, inde proſpicit, vt ad videndum veriùs clareſcat, ſicut infirmanti oculo cùm collyrium immittitur, lux penitus negatur: ſed inde eam poſt paululum veraciter recipit, vnde hanc ad tempus ſalubriter amittit. Sequitur doctrina. Sed cùm per zelum animus mouetur, curandũ ſummopere eſt: vt nec hæc eadem, quæ inſtrumento virtutis aſſumitur, menti ira dominetur, nec quaſi domina præeat, ſed velut ancilla ad obſequium præparata, à rationis tergo nunquàm recedat. Tunc enim robuſtiùs contra vitia erigitur, cùm ſubdita rationi famulatur. Nam quantumlibet ira ex zelo rectitudinis ſurgat, ſi immodicè mentem vicerit, rationi protinus ſeruire contemnit: & tanto ſe imprudentius dilatat, quantũ in potentia vitium virtutem putat. Vnde neceſſe eſt, vt hoc ante omnia, qui zelo rectitudinis mouetur, attendat, ne ira extra mentis dominium tranſeat, ſed in vltione peccati, tẽpus, modumque conſiderans, ſurgentem animi perturbationem, ſubtiliùs retractandam reſtringat, animoſitatem reprimat, & motus feruidos ſub æquitate diſponat, &c. Lege eundem Gregorium. In ſaluatore noſtro (qui omnia in pondere & menſura ſuauiter diſponebat circa ſuam humanitatem, neq; occupari aut præueniri a paſsionibus aliquando potuit) ira & zelus ſine vlla turbatione mentis inueniuntur: & in pondere flagellũ, & nummorum perditionem facit, & eijcit de domo domini prophanatores illius dicens: *Nonne ſcriptum eſt, quia domus mea domus orationis vocabitur omnibus gẽtibus? Vos autem feciſtis eam ſpeluncam latronum.* Iu Eſaia & in Hieremia ſcripta ſunt hæc. Obſerua quomodo omnia quæ aguntur, & agit ſaluator hiſce diebus, ſcripturarum auctoritate confirmantur. Ingreditur ſuper aſinam & pullum, ſicut prædixerat Zacharias. Decantat populus laudem cæleſtis armoniæ regi Meſsiæ, ſicut ſcriptũ erat in pſalmo. Nunquàm legiſtis: Ex ore infantium & lactentium, &c. Eijcit de domo domini negotiatores & negotiationes omnes, ſicut ſcriptum erat in pſalmo: Zelus domus tuæ comedit me: & ſicut dictum erat ab Eſaia & Hieremia. Omnia diuina confirmantur auctoritate, & maieſtate operantis reſplendent. Non eſt quod contradicere poteſt infœlix

Similitudo

Lib. 8. epi. ex regiſtro cap. 51.

Cap. 56.
Cap. 7.

Cap. 9.

Pſal. 8.

Pſal. 68.

Vbi ſupra

C Iudæus: non eſt quod calumniari aut obſcurare poſsit: imò ſibi conſulit in fuga, relictis etiam nummis & pecunia, quam ſummè diligebat. Adeòque inuincibilis inuictus eſt ſaluator, quod perfectis omnibus his ſtat in medio templi. *Et non ſinebat, vt quiſquàm transferret vas per templum.* Exordiũ domus huius omnibus deſidero exponere, ac deinde longam texere orationem ex ſacris ſcriptoribus: vbi quanta circa illã acta ſint à gentibus, ſiue pro illius glorificatione, & honore, ſiue in dedecus & vituperationem eius enarrem, quantiſq; attriti ſint ſupplicijs, quicunque illam violarũt. De re hac propterea diſputabo, quia omnibus conſtat ſane ſapientibus typum fuiſſe ſanctæ Dei eccleſiæ templum illud Salomonis. In vmbra hac facili negotio vnuſquiſque deprehendet, ſiue princeps, ſiue dux, ſiue prælatus, cunctus denique populus, quo loco & precio habere debent ſacras ædes domino conſecratas: vbi non manna illud vetus, aut legis tabulæ inueniuntur: ſed verum Chriſti Ieſu domini noſtri corpus: quod in ſacrificium pro totius mundi ſalute, per manus ſa-
D cerdotum offertur: ſicut conſtat in calicis oblatione, cùm inquit ſacerdos: Pro noſtra, & pro totius mundi ſalute, cum odore ſuauitatis aſcendat. Pro his qui intra communionem ſanctæ matris eccleſiæ ſunt, offertur, ad eorum ſalutem, vt eis communicetur & applicetur peracti myſterij virtus: pro totius mundi ſalute: vt gentes adducantur ad ſinum ſanctæ matris eccleſiæ, in vnitate fidei & baptiſmatis. De qua re habet ſancta mater eccleſia exemplum in literis & geſtis patrum veteris teſtamenti. Lege cap. 12. primi libri Machabæorum, & inuenies literas, quas miſit ſummus ſacerdos Ionathas Sparciatis: vbi ſic legis. Nos ergo in omni tempore ſine intermiſsione diebus ſolennibus, & cæteris quibus oportet, memores ſumus veſtri in ſacrificijs, quæ offerimus, & in obſecrationibus, ſicut fas eſt, & decet meminiſſe fratrum. Confirmat hanc ſententiam Iudæorum diligentiſsimus Philo dicens. Quędam fiunt ſacrificia pro vniuerſa gẽte, quędam pro vniuerſo (ſi verum fatendum eſt) humano genere, quædam pro ſingulis rem diuinam facientibus. Vt autem eo calamus redeat, vnde digreſſa eſt oratio, propterea de templo illo Salomonis diſputabo ad longum, vt in his quæ circa illud acta ſunt, ſiue pro eius reuerẽtia, ſiue pro dehoneſtatione eiuſdem

1. Mac. 12

NOTA *valde.*
Sacrificiũ apud Iudæos pro totius mundi ſalute.

eiuſdem, ibi agnoſcamus omnes, quali hono A re habere debeamus templa dicata Chriſto domino, in quibus ipſe habitat.

Dauid deuotus ad de pro ædificando templo.

Porro in tantum excreuit deuotio Dauid erga cultum domini & templum eius, vt verecundia perfuſus ad Nathan diceret: Videſne quòd ego in domo cedrina habitem, & arca Dei poſita ſit in medio pellium?

2. Reg. 7.

Voluit igitur ardentiſsimè & deuotiſsimè domum Deo, vniuerſorum Domino miræ magnitudinis, & admirandæ pulchritudinis ædificare. Nec mirùm, cum immundis idolis peſsimiſque dæmonibus, non quidem templa (templum quippe ſoli Deo vero conſecratur) ſed prophanæ domus dicatæ eſſent per orbem à gentibus, ſub vana idololatria laborantibus. De quibus tantum vnũ commemorabo, quod à Platone deſcribitur.

Plato. Lib. 33. Critias vel Atlanticus. Plinius. Templum Neptuni quàm ſuperbum apud Atlanticam inſulam.

Erat Neptuni templum, ſtadium vnum lõgum, iugera latum tria (ſtadium paſſus habet. 125. ſecundùm Plinium. Paſſus verò quinque pedes: Iugerum vero. 240. pedes habet in longitudine, &. 12. in latitudine, ſecundùm B. Iſidorũ, & alios Latinos) altũ verò quantum lõgitudo eius, latitudoq; exigere videbantur, figura eius ſpecieſque barbarica. Exteriora præter ſuprema faſtigia argento omnia exornauerunt. Nam culmina ipſa & apices, auro. Intus autem laquearia tota eburnea, auro, argento, orichalco, varietate cælata conſpiciebantur. Verum parietes, columnas, pauimenta orichalco exornauerunt. Deum quidem curru inſidentem, tenentemque equorum alatorum habenas, laquearia alta ceruice tangentem. Circa hunc Delphinis inſidentes Nereides centum. Tot enim eſſe tunc exiſtimabantur. Aderant & ſtatuæ, donariaque complurima priuatorum. Extrinſecus ſtabant imagines aureæ mulierum omnium regiarum, virorumque quicunque ex generibus deſcenderant, multaque & ingentia ſimulacra donariaque alia regum & priuatorum, tum ea ex vrbe, tum ex alijs eorum imperio ſubditis. Aderat & altare magnitudine & artificio, quod ad reliquum apparatum ſpectabat, decentibus. Hæc ſcripta ſunt de templo Neptuni in Atlantica inſula.

Impenſæ, quas præparauit Dauid pro ædificando templo. 1. Par. 22

Sanctus ergo rex & propheta Dauid, cum cerneret quod ad filium ſuum Salomonem aſpiceret Deus pro ædificanda ſibi domo, quia ipſe multũ ſanguinem humanum fuderat, & aliquãdo innoxium, præparauit omnes impenſas auri talenta centũ millia, & argenti mille millia, æris verò & ferri non erat pondus, vincebat enim magnitudo numerũ, ligna quoque, & lapides, & artifices peritiſsimos: de quibus dixit filio ſuo: Habes plurimos artifices, latomos, & cæmentarios, artificeſque lignorum, & omnium artium, ad faciẽdum opus prudentiſsimos in auro & argento & ære & ferro, cuius non eſt numerus.

Dauid. NOTA valde.

Tradenique filio omnes expenſas pro ædificãda domo domini, audi humile verbum ſacri pectoris (Ecce ego inquit) in paupertaticula mea præparaui impenſas domus domini: Quaſi arenam exiguam reputabat illa omnia, quæ à multis annis præparauerat. Cùm conſecranda eſſent domino Deo ſuo, & expendenda pro ædificio domus eius. Nota diligenter, quòd ſicut Moyſes famulus Dei accepit à domino exemplar tabernaculi faciendi, ſecundum illud: Fac ſecundum exemplar quod tibi in monte monſtratum eſt: Sic & ſanctus rex Dauid de manu domini exemplar etiam accipit, pro vniuerſo templo perficiendo, & pro ſingulis, quæ illud decorarunt, ſicut dixit filio ſuo Salomoni. Omnia venerunt ſcripta de manu domini ad me, vt intelligerem vniuerſa opera exemplaris.

Exod. 25. Dauid accepit à deo exemplar templi ædificandi. 1. Par. 28

B Obſerua etiam quòd nõ ſolùm demandauit filio ſuo templi ſtructuram, ſed & cunctis principibus Iſrael præcepit, vt adiuuarent illum. Cernitis (inquit) ꝙ dominus Deus veſter vobiſcũ ſit, &c. Præbete igitur corda veſtra, & animas veſtras, vt quæratis dominum Deum veſtrum, & conſurgite & ædificate ſanctuarium domino Deo, vt introducatur arca fœderis domini, & vaſa domino conſecrata in domum, quæ ædificatur nomini domini. Accincto igitur Salomone ad opus ſanctuarij, Ecce Hiram rex Tyri decorat multiplicibus donis domum domini, & Seleucus rex Aſiæ. Huius Seleuci regis Ethnici tanta fuit pietas, vt de redditibus ſuis præſtaret omnes ſumptus in miniſterium ſacrificiorum pertinentes.

2. Reg. 5. cap 7. 3. capit. 5. 2. li. Machab. ca. 3. Seleucus rex, templi honorator pius.

Confluebant ex gentibus multi & prædiuites viri ad ſoluenda vota domino Deo Iſrael in templo, & ad offerendũ dona ſicut aduentus illius Aethyopis, quem baptizauit Philippus diaconus, & reginæ Saba apertiſsime teſtantur.

3 Re. 10. Act. 8.

Decreuit itaque Salomon ædificare domum domini. Et numerauit ſeptuaginta millia virorum portantium humeris, & octoginta millia, qui cæderent lapides in montibus. Præpoſitoſque eorum tres mille ſexcentos. Dixit nanq;:

Domus

Domus enim quã ædificare cupio, magna
eſt: magnus enim eſt Deus noſter ſuper om
nes deos. Et Dauid: Domus quã ædifica-
re volo, talis eſſe debet, vt in cunctis natio-
1. Parali. 23. nibus nominetur, ſcilicet propter ſui amplitu
dinem, gloriam, & magnificentiam. Quam
decorauit miniſtrorum in pulcherrimo or-
dine infinita multitudo, & muſicarum om-
nis armoniæ dexteritas, & cantorum multi-
Cap. 23. & 25. titudo immẽſa, ſicut idem liber demõſtrat.
Quid dicam de ianitoribus templi, de ſum-
mi ſacerdotij amplitudine, dignitateque?
Quid de veſtibus ſacerdotalibus? Quid de
holocauſtematibus, alijſq; ſacrificijs, & ho-
ſtijs pacificis? Vix lingua carnis hæc enar-
rare poteſt. Lege cap. 45. Eccli. & cap. 25.
Exodi, & cap. 26. 27. 28. 30. vt vel aliqua
his ſplendor oculis tuis irradiet à gloria tem
pli Salomonis. Lege cap. 3. lib. 2. Paralip. ſi
agnoſcere deſideras, qualis fuit fabrica tem-
pli illius, quod nomini domini primitus cõ
ſtructum eſt. Tantum exponam tibi verbũ
Lib. 9. de præpara- tione Euã- gc. ca. ult. illud, quod habes apud Euſeb. Cęſariẽſem,
vbi deſcribit magnificentiam huius templi:
Fecit & catenas tanquàm retia ſuper omnẽ
templi altitudinem viginti cubitis, inſtru-
mentis quibuſdam extenſas: à quibus qua-
draginta tintinabula ærea dependebant.
hocque factum fuiſſe, ne aues ſuper tem-
plum ſederent, neq; nidos in laquearibus fa
cerẽt, vt templũ ab omni faceret immundi
Dedicatio templi Sa- lomonis. 3. Reg. 8. tia incontaminatũ. Quibus omnibus perfe
ctis intulit Salomõ in theſauris domus dñi,
omnia quę accepit à patre ſuo. dedicauit do
mũ maieſtatis innumeris victimis. Mactauit
igitur Salo. (inqt ſcript.) hoſtias boũ 22000.
arietũ. & ouiũ 120000. Vide iã quantũ gra
tiæ & ſalutaris auxilij repromiſſum ſit ho-
minibus in illa domo humili corde ad Deũ
2. Para. 7. orantibus. Oculi mei erunt aperti, dicit dñs:
& aures meæ erectæ ad orationẽ eius, qui in
loco iſto orauerit. Si clauſero cęlũ, & pluuia
nõ fluxerit, &c. Cõuerſus autẽ populus me⁹
deprecatus fuerit me, ego exaudiã de cælo,
& propitius ero peccatis eorũ, & ſanabo ter
Lege Eu- ſeb. lib. 10. de præpa- ratione E- uãg. c. 3. u- bi hũc an- norũ num. deſcribit. rã eorum. Quãdiu autẽ fideles permãſerunt
dño populi Iudæorũ, & pietati in Dei lau-
dẽ intenti, per quadringentos & triginta an-
nos orbi vniuerſo admiratione & reuerẽtia
multa habitũ eſt tẽplum illud. Propter pec
cata autẽ ſacerdotũ, & regũ, & totiu populi
idẽ templũ. quod in gaudiũ totius gẽtis ere
ctũ fuit, a Caldæis incenditur, diruiturq;, &
Hieroſolymorũ vrbs inclyta terræ coæqua

C tur, populus ducitur in cõpedibus & mani-
cis ferreis in Babylonẽ: ſed & vaſa domus
dñi, & quæq; theſauris dñi erãt conſecrata.
Nõ tamen eadẽ vaſa Nabuchodonoſor rex
prophanus in ſuos præſumpſit retorquere
vſus: ſed ea in locis præcipuis, in delubris
deorum ſuorum, qui apud illum magnæ
habebantur venerationi, & religioni, ſeruã-
da repoſuit. Sic legis in Hieremia: Nolite Cap. 7.
confidere in verbis mendacij dicentes: Tẽ-
plum dñi: Templum d. T. d. eſt. Et cum
expoſuiſſet propter quid huiuſmodi verbũ
vaniſsimæ eſſet confidentiæ, & certè præ-
ſumptionis erat. cùm eſſent nequã homines
& ſceleratiſsimi, inquit: Faciam domui huic
ſicut feci Sylo. Capta enim. [illegible] dñi a Phi- 1. Reg. 4.
liſteis, cùm habitaſſet in Sylo ſub Heli ſum
mo ſacerdote, deſtructa fuit ciuitas, ſicut do
cet gloſſa ſuper illud pſalmi: Repulit taber- Pſal. 77.
naculum Sylo. Ille ergo Nabuchodonoſor
propterea quod templum domini incẽdit,
& vaſa eius tranſtulit in Babylonem, pœ-
nas tanti ſceleris non longè poſt dedit. vo-
ce de cælo allata: Tibi dicitur Nabuchodo- Daniel. 4.
noſor rex: regnum traſijt à te, & ab homi- Tẽpli vio- latores pœ nas ſceleris dedere. Nabucho- donoſor.
D nibus eijcient, & cum beſtijs feriſq; habita-
tio tua. Propter ſacrilegium ergo, quod con
tra domum domini patrauit, & ſuperbientẽ
animum, quo contra dominum ſuperbien-
do tumuerat: & quia Danielis conſilium
ſuæ ſaluti commodum audire contempſit,
tantam per ſeptem annos meruit abiectio-
nem. Verendum eſt omnibus, ne ad inſtar
Nabuchodonoſor cum feris beſtijs, id eſt,
cum immundis ſpiritibus, de quibus Pſalmo
graphus ait: Ne tradas beſtijs animas confi- Pſal. 73.
tentes tibi [illegible] ſit eorum ſine fine habitatio,
propter irrogatam templis Chriſti iniu-
riam. Vide quid actum ſit cum Balthaſar Balthaſar dat etiã pœ nas ſicut pa ter eius.
filio Nabuchod. Abutens vaſis templi, quę
pater ſuus honorificauit, ipſa nocte inter-
fectus eſt, & regnum à domo eius tranſla-
tum. De quo ad longũ Daniel propheta. Iam Cap. 5.
peracto Iſraeliticæ captiuitatis anno ſeptua
geſimo, permittẽte Scyro rege Perſarũ, ree
dificatum eſt templum ſub Zorobabel de 1. Eſdræ. 6 & 7. & li. 2. cap. 3. Agge. 1.
regio ſemine, & ſub Ieſu ſacerdote: prophe
tantibus Aegeo & Zacharia. Cumq; præ-
pediretur templi conſtructio, Darius cum
effectu iuſsit ad conſummationẽ perduci. Darius tẽ pli honora tor pius.
Deditq; de arca regis, id eſt, de tributis, ſum
ptus, ne impediretur opus. Conceſsit & vi-
tulos. & agnos, & hædos [illegible] holocauſtũ Dei
cæli, frumentum, & ſal, vinum & oleum,
ſecun

ſecundùm ritum ſacerdotum, qui erant in Hieruſalē. Vides quantum rex gentilis honorificauit templum, & quod ſumptus fecit pro amplificādo cultu Dei cæli. Vox eius hæc eſt. Pro quibus omnibus ſuffragiū orationis poſtulauit à Iudæis dicens: Et offerant oblationes Deo cæli, oreutque pro vita regis & filiorum eius. Hoc itaque templū per 340. annos permanſit. Quod rurſus propter peccata ſacerdotum, regum, atque populi Antiochus prophanus atque impuriſſimus Græcorum rex, fraude capta Hieruſalem, ſordibus idolorum polluit, auferens inde altare domini aureum, menſam propoſitionis, candelabrum luminis, & cætera vaſa templi aurea. Sicut legitur in libris Machabæorum: quia non propter locum gentem, ſed propter gentem locum dominus elegit. Ideoque ipſe locus particeps factus eſt populi malorum. Et ſic intelliges dictū Hieremiæ: Nolite confidere in verbis mendacij dicentes: Templum domini: Templū domini: Temp. &c. Et ille peſsimus pœnas dedit in gentis ſacrilegij. Ita vt de corpore impij vermes ſcaturirent, ac viuentes in doloribus carnes eius effluerent. Odore etiam illius & fœtore exercitus grauabatur: & qui paulò antè ſidera cæli contingere ſe arbitrabatur, cum nemo poterat propter fœtoris intollerantiam portare. Nota valde. Et infra: Templum etiam ſanctum, quod priùs, expoliauerat, optimis donis iam ornaturū, & pertinentes ad ſacrificia ſumptus, de redditibus ſuis ſe præſtiturum pollicitus eſt. Igitur homicida & blaſphemus peſsimè percuſſus, & vt ipſe alios tractauerat, peregrè in montibus miſerabili obitu vita functus eſt. Vbi notandum eſt, quòd Deus omnipotens inuaſionem vel ablationem ſibi oblatarū rerum inultam nec dimittit, nec dimiſit, nec dimiſſurus eſt. Inuaſionē dixi ꝑpter Heliodorū, qui ingreſſus Gazophilatia, vbi reconditi erant theſauri templi, & aurum quod pro viduarum orphanorumq; victu repoſitum erat, vt expoliaret illud, ab equo cæleſti, eiuſque terribili ſeſſore, nec non & cælicolis iuuenibus duobus ſuſtinuit flagellum iræ domini. Apparuerunt iuuenes, virtute decori, optimi gloria, ſpecioſi amictu, qui circunſteterunt eum, & ex vtraque parte flagellabant ſine intermiſsione, multis plagis verberātes, & omnes qui auſi fuerunt ei parere, ruentes, Dei virtute in diſſolutionem & formidinem cōuerſi ſunt.

Antiochus prophanat templum.

Li.2.c.5.

NOTA

Antiochus dat pœnas inuiolati tēpli.

Heliodor⁹ templi inuaſor punitur.

2.Mach.3

A Nota ſingula verba. Interrogatus itaque à rege cùm repedaret ad eum, quis aptus eſſet adhuc ſemel mitti, reſpondit: Si quem habes hoſtem, aut regni inſidiatorem, mitte illuc & flagellatum illum recipies, ſi tamen euaſerit: eò quòd in loco ſit quædam Dei virtus. Sciant ergo omnes, qui loca Deo dicata expoliare non metuunt, quòd in illis locis verè Dei virtus ſit, eorumque viſitator & adiutor Deus, & venientes ad malefaciendum percutit, ac perdit. Cùm ergo tanto honori etiam à gentibus habitum ſit templum illud, & quicunque violarunt ſacram domum, non effugerint manum & irā omnipotentis Dei cæli, in cuius honorē conſecratum erat, non mirùm nunc eſt, quòd filius eius Ieſus Chriſtus dominus noſter ſemel atque iterum latrones iſtos de domo patris ſui eiecerit, facto ex funiculis animalium flagello, & perdidit pecunias eorū. Deniq; ad illos dixit: *Nonne ſcriptū eſt, quia domus mea domus orationis uocabitur omnibus gentibus: uos autem feciſtis illam ſpeluncam latronū.* Dictum erat per Moyſem: Cuſtodite ſabbata mea, & pauete ad ſanctuarium meum. B Et Dauid dixit: Domum tuam domine decet ſanctitudo in lōgitudinem dierum. Vnde ipſe: Introibo in domum tuam, adorabo ad templum ſanctum tuum in timore tuo. Vides ergo deſumptis argumētis ab auctoritatibus ſacræ ſcripturæ, ab exemplis rerū grauiſsimarum, deniq; à fonte luminis naturalis, quantam reuerentiam oporteat ſacris templis impendere. Venerabilis Beda ſcripſit ſuper hunc locum: Quanta putas animaduerſione puniret, ſi inueniſſet aliquos ibi riſui, vel vaniloquio vacantes, aut aliquo quouis vitio mancipatos? Si enim ea, quę alibi liberè geri poterant, dominus in domo ſua temporalia negotia geri non patitur, quanto magis ea quæ nuſquàm fieri licet, plus cęleſtis iræ mererentur, ſi in ædibus Deo ſacratis agantur? Non poſſumus ſine grandi cōmentariorū exceſſu huic conſiderationi intēdere. Satis ſit cum Apoſt. Paulo dicere: Si quis templum Dei violauerit, deſtruet illum dominus. Quod in Nabuchod. & in Balthaſ. & Antiho, & Menel, & Heliodoro, ſeruiſque eius ſatis comprobatum eſt. Scio de templo corporis noſtri loquutum fuiſſe apoſtolum: ſed optimè huic rei, de qua nobis eſt ſermo, adaptatur. Denique vt paucis verbis omnia dicam, dominus Ieſus Chriſtus in templo ſuo conſecratur

Reſolutio. Lege de re hac integros. 3. li. A quēſiscō cilij ſub Pepino. to. 3. fol. 437.

Leuit 26.

Pſal. 90.

Pſal. 56.

NOTA *valde.*

1. Cor. 3.

Reuerētia tēplis exhibenda.

tur, immolatur, offertur, ſumitur à fideli-
bus & inhabitat corporaliter. Solue ergo
Exod. 3. ô homo calceamenta pedum tuorum: terra
enim in qua ſtas ſancta eſt: & ne audeas aſpi
cere contra dominum, ſicut de Moyſe ſcri-
ptum eſt. Sed & hic Moyſes oraturus domi
num pro populo ſuo, corruebat ſuper faciē
ſuam, & Aaron ſimiliter. Paue ad ſanctum
ſanctuarium domini Dei tui, & corrue ſu-
per faciem tuam oraturus Deum omnipo-
tentem. Intra in timore domini in atriū ſan
ctum eius. Intuere & reſpice attentiſsime in
faciem Chriſti aduerſus prophanatores do-
mus patris ſui, qualiter flagellis cæſos eijcit
extra templum: et quod in ſicu actum fuit,
declaretur in opere ſaluatoris cōtra Iudæos.
Obſerua quo verbo vſus fuit ſaluator, cùm
primò vendentes & ementes eiecit de tem-
Ioan. 2. plo: Nolite facere domum patris mei, do-
mum negotiationis. Cùm verò inuerecun-
da fronte obdurauerunt corda ſua ſupra pe
tram: Dixit eis: Vos autem feciſtis illā ſpe-
Similitudo luncam latronum. Quemadmodum enim
ſpelunca occultat latrones ad ſpoliandum
tranſeuntes, ita ſub ſpecie commoditatis ex
hibendæ diuino cultui in domo Dei, pal-
liantur iſti oppreſſores peregrinorum. Ex
hoc facto, inter alia argumenta, cùm diſpu-
Epiſt. 2. tat Anacletus Papa de accuſationibus Epi-
1. tom. fol. ſcoporum, confirmat ſuam ſententiam: Ac-
165. cuſatio quoque eorum, ſuper qua nos conſu
Refertur lere voluiſtis, non niſi ab idoneis & proba-
2. q. 7. tiſsimis viris, qui & ſuſpicionibus & ſceleri-
Accuſatio bus careant, fieri debet; quia dominus ſacri
quoque. ſui corporis tractatores, à vilibus, & repro-
bis, ac non idoneis perſonis infamari no-
luit, nec calumniari permiſit, ſed ipſe pro-
prio flagello peccantes ſacerdotes, à tem-
plo eijcit, &c. *Domus mea domus orationis vo
cabitur cunctis gentibus.* Commodiſsimus lo-
cus, & orationi, & exauditioni eſt domus
& templum Dei. Omnia quæ ibi fiunt, can
tus, cæremoniæ, pſalmi, genuflexiones, ma-
nuum eleuationes, thuribula, incenſum, a-
qua benedicta, crux, imagines, velum: & ve
ſtium colores eleuationi mentis ſeruiunt:
quæ in oratione principem locum tenet:
Ioan. Da- cùm ſic diffiniatur: Oratio eſt aſcenſus men
maſ. lib. 3. tis in Deum: Miris & efficacibus modis im
th fidei, becillitas & infirmitas cordis noſtri adiuua
24. tur, vt aſcēdere poſsit ſupra æthera, & ſupra
omnes cæleſtes virtutes vſque ad thronum
altiſsimi: vbi antidotum reconciliationis in
ueniet. Et certè de oratione, quæ Deo offer-

C tur, cùm ſacerdos immolat incruentè agnū
immaculatum Ieſum Chriſtum dominum *ptum, cùm*
noſtrum, optimè interpretatur locus pro- *miſſa cele-*
phetæ. Tempore accepto exaudiui te. Et *bratur.*
apud Paulum legit: Ecce nunc tempus ac- *Eſai. 49.*
ceptabile. Quod obſecro aliud tempus ſic 2. Cor. 6.
acceptum excogitare poteſt homo ad exau Cōcil. Tri
ditionem, ad percipiendum fructus ingen- *den. ſeſſ. 22*
tes, vberrimoſque cruentæ oblationis, quàm *cap. 2. ſic*
cùm incruente per manus ſacerdotum idē *interpreta*
ipſe Chriſtus eſt offerens, eademque eſt ho *tur illum lo*
ſtia, qui ſe ipſum tunc in cruce obtulit, ſola *cū proph.*
ratione diuerſa: Cùm in cruce immolaba-
tur cruentè, in voce hac exauditus fuit latro
ille: Domine memento mei: & audiuit diui Luc. 23.
num reſponſum. Amē dico tibi, hodie me-
cum eris in paradiſo. Væ nobis qui tantam *Iactura*
negligimus ſalutem. Sub tempore tremen- *magna do-*
di ſacrificij, cùm oporteret tota mentis attē *norum ſpi-*
tione, in multo timore & reuerentia ad Deū *ritualium.*
fuſis lachrymis orare: Ecce mens fugit in
deſertum cogitationum vaniſsimarum (O
noſtram dementiam) in turpem contuitum
conuolant oculi inſani capitis noſtri: ad cō-
fabulationes conuertimur huc & illuc diua
gantes. Quos iure ab eccleſia Chriſtus eijce
re poteſt, tanquàm maieſtatis irriſores &
D donorum contemptores. Optimè ac con-
ſultiſsimè ſacrum concilium, poſtquàm cu-
ram demandauit animarum earundem pa-
ſtoribus, taxans officij paſtoralis tempora
in proponendo verbum Dei, tanquàm ſta-
num pinguiſsimum ouibus Chriſti; ſtatim
inquit: Atque inter cętera ſanctiſsimi huius NOTA
ſacrificij myſterium aliquod declarent die *valde.*
bus præſertim dominicis & feſtiuis. Domus
itaque Dei noſtri, domus orationis eſt, do-
mus ſupra quam oculi domini ſunt aperti,
& aures eius erectæ ad orationem fidelium.
In omni loco (iuxta Pauli apoſtoli ſenten-
tiam) orandus eſt Deus. Volo viros & mu- 1. Tim. 2.
lieres in omni loco orare, puras leuantes ma
nus: ſed quàm maximè in domo Dei. *Vos*
autem feciſtis eam ſpeluncam latronum, & domū
negotiationis. Obſerua quòd negotiatores
iſti pulſi ſunt templo, non quia abſolutè &
per ſe negotiatio eſt mala & damnabilis:
quod nullo modo dici poteſt: ſed quia in lo
co ſancto & orationi, cultuique diuino di-
cato exercebatur, & cum rapina manifeſta
ab illis fiebat. Propter hæc, etiam cum fla-
gellis eiecti ſunt de tēplo, & euertit à fun-
damentis cathedras vendentium columbas.
Caſsiodorus nanque exponēs illud pſalmi:
Quo-

·Quoniam non cognoui literaturam, vel vt A
Negotia-tio quomodo bona aut mala. lectio Romana habet, negotiationes: in hũc
modum loquitur: Pars iſta verſus, niſi benè
requiratur, recipere videtur quæſtionẽ. Nã
ſi omnis negotiator omninò damnãdus eſt,
neque hanc pœnam illi refugiunt, qui artes
reliquas exercere noſcuntur. Quid enim a-
liud eſt negotiatio, niſi quæ poſſunt viliùs
comparari, chariùs velle diſtrahere? Deinde
in vitis patrum Paphnutium illum ſanctiſsi
mum virum per reuelationem negotiatori
legimus comparatum: & inuenimus hodie,
qui in eccleſia Dei tractantes quidem mer-
cimonias, & ſumma fide pollentes. Actus er
go peſsimus, non res honeſta damnatur. Si-
Marc. 10. cut & diuitem legimus non introire in re-
gnum cælorũ, cùm Iob, Abrahã, Iſaac, &
Iacob patriarchæ facultatibus quoque fue-
rint affluentes. Negotiatores ergo illi abo-
minabiles extimantur, qui iuſtitiam domi-
ni minimè conſiderantes, per immodera-
tum pecuniæ ambitum polluuntur: mer-
ces ſuas plus periurijs onerantes, quàm pre-
cijs. Tales dominus eijcit de templo, dicens:
Nolite facere domum patris mei domũ ne-
gotiationis, & ſpeluncam latronum. Dam-
Reſolutio. nantur itaque mercatores, qui vltimum fi- B
nem in lucro conſtituunt, & pro damno
blaſphemant, & pro precijs rerum mentiun
tur, & peierant. Cùm verò negotiatores, re
rum inſiſtunt commutationi, per quam fit
commutatio rei ad rem, vel rerum, & dena-
riorum propter neceſsitatem vitæ, quanuis
non propriè nomen negotiatorum induãt,
imò æconomicorum, vel polyticorum, qui
habent prouidere, vel domui, vel reipubli-
cæ de neceſſarijs ad vitam, non ſolum vitu-
perandi non ſunt, verùm & laudandi, & rei-
publicæ valde vtiles & neceſſarij exiſtunt.
Illi verò qui commutationi indulgent, vel
denariorum ad denarios, vel quarumcunq;
rerum ad denarios, non propter res vitę ne-
ceſſarias, ſed propter lucrum quærendum,
iuſtè vituperantur, quia quantum eſt de ſe,
ſeruiunt cupiditati lucri, quæ terminum ne
ſcit, ſed in infinitum tendit. Et cùm lucrũ,
quod eſt finis negotiationis, in ſua ratione
non importet aliquod honeſtum vel neceſ-
ſarium, nihil tamen importat de ſua ratione
vitioſum, vel virtuti contrarium. Vnde or-
dinari poteſt lucrum ad aliquem finem ne-
ceſſarium, vel etiam honeſtum, & negotia-
tio fiet honeſta. Sicut cùm quis lucrum mo
deratum ordinat ad ſuſtentationem familię

A ſuæ, & familiarium, quibus iure naturæ the-
ſaurizare debet, vel ad ſubueniendum pau-
peribus, vel ſeruiendum reipublicæ: & tunc
quidem lucrum tanquàm ſtipendium labo
ris intendit: non tanquàm vltimum finem:
quod crimen eſſet manifeſtum. Per hæc,
quæ reſolutoriè diximus de negotiationi-
bus, manifeſta fit ſententia Hieremiæ pro-
phetæ: & redditur ratio, quare repulſi ſunt
negotiatores illi de templo dñi. Si literalem
expoſitionem illius verſus Dauidici deſide
ras, Lege Titelmanum in annotationibus
ex Hebræo. *Quo audito principes ſacerdotum,
& Scribæ quærebant quomodo eum perderent.
Timebant enim eum, quoniam vniuerſa turba ad-
mirabatur ſuper doctrinam eius.* Modum in-
quirebant, quo poſſent, ipſis ſaluis, eum ca-
pere & perdere: iam enim deliberauerant ſu
per re hac. Timebant verò eum. Noua for-
ma loquendi hæc eſt. Apud ſacros Euang.
familiare verbum hoc eſt ori & calamo eo
rum: Timuerunt turbas. Sic beatus Mat- *Cap. 21.*
thæus. Diuus Lucas etiam: Timuerunt po- *Cap. 20.*
pulum. Timebant verò plebem. Similiter *Cap. 22.*
& ipſe Marcus. Quærebant eum tenere, & *Cap. 12.*
timuerunt turbam. Quid ergo nunc vident
B Principes ſacerdotum & Scribæ, quia verè
de illis dicitur: Timebant enim eum? Certè
quaſi habentem vniuerſam plebem ad nu-
tum & ſuum obſequium: quam viderant
obuiam exiſſe ſaluatori, eique acclamaſſe
cæleſtis hymni cantum modulatiſsimũ: nec
veritos iam ſummorum ſacerdotum poten
tiam, aut gladium ſpiritualem. Ab heri qui
dem & nudius tertius ſummo honore & lo-
co habitus erat dominus apud plebem Iu-
dæorum. Taceo quòd ab exordio ſuæ ma-
nifeſtationis deuota fuit erga Ieſum ducem
& ſaluatorem eorum. Sed aliunde compri-
mębatur iniquiſsimum eorum votum & de
ſiderium: nimirum ex voluntate Chriſti,
quia nondum venerat hora eius, à ſe defini-
ta, & à patre ſuo. Iſti autem filij Belial ti-
more arcentur à malo, facturi certè, ſi inco-
lumes ſe ipſos iudicarent ſeruaturos. Ecce
clarificatum Ioſephum in medio fratrum: *Gen. 37.*
cuius gloriæ inuidentes, horam expectant
grandi ſceleri cõgruam. Ecce iuſtum Abel, *Ibi. c. 4.*
cùm gratus præoſtenſus eſt vniuerſorũ do-
mino in ſigno viſibili inflammationis ſuper
munera ſua: iam odio habetur ab iniquo
Cain, & interficitur in agro. Quæ omnia
præuidens cæleſtis ſpiritus: qui attingit à fi- *Sap. 8.*
ne vſque ad finem fortiter, ac reuelans ea *Dan. 2.*
ſacris

Pſal. ſacris prophetis. dixit per os Dauid patriar
chæ de domino Ieſu, & de impiiſsimis iſtis
Manſuetu Iudæis. Odio habuerunt me gratis. Vide
do ſcriptu- quantam ſeruat in verbo mãſuetudinẽ. Gra
ræ in ar- tis inquit: cùm certè poſſet criminaliter ar-
guendo pec guere ſummam illorum ingratitudinem, &
cata homi- audaciam inuerecundiſsimam. Iniecerunt
num ſcele- enim manus in ſummum beuefactorem ſuũ
ratorum. (pertranſijt inter illos ſanando omnem in-
Act. 10. firmitatem illorum, & oppreſſos à diabolo
& docendo, demõſtrandoq; viam ad regnũ
& patriã) & adhuc tantum inquit: Odio ha
buerunt me gratis. Diſce in multa manſue-
tudine odientium te crimina potiùs mi-
Exo. 32. nuere, quàm magnificare. In Exodo rẽ hãc
cõfirmat manſuetiſsimus dñs: Peccauit pec
catum illud omni animaduerſione digniſsi
mum multitudo filiorum Iſrael ſub Aarõ,
adorans caput vituli. De quo ſcelere agens
ſermonem Deus opt. max. ad Moyſem, in-
quit: Cito receſſerunt à via, quam oſtendiſti
eis. O benigniſsimum Deum. O manſuetu-
dinem Dei noſtri. Receſſerunt inquit, cùm
certè profundius in peccatis iacerent. Re-
Ioel. 2. ceſſerunt inquit, quaſi facilis eſſet ad viã re-
Eccli. 2. ditus: & nimirum ſic ſe res habebat in do-
Pſal. 119. mini miſericordia, quæ præſtabilis eſt ſu-
per malitia: & facile eſt ei ſubitò honeſtare
pauperem, & de ſtercore erigere, vt ſedeat
cum regni ſui principibus, & ſolium beati-
tudinis patriæq; cæleſtis teneat. Neſcio an
de re hac ſuperius diſputauerim. Odio itaq;
iniquo perſecuti ſunt ſaluatorem, quẽ pater
magnificentiùs ſubinde clarificabat: cuius
ſplẽdorem, cùm extinguere totis viribus
intẽderent, ampliùs multo clarificauit. Ex-
Ioan. 12. altatus enim à terra dñs, omnia traxit ad ſe
ipſum vi amoris & dilectionis. De quo ad lõ
gum infra. Quod in Cain & Abel, in Io-
ſeph & fratribus ſuis adumbratũ fuit. Quot
& quos patimur iſtis ſimiles, qui timore ar-
centur à nequam opere & oppreſsione iu-
ſti, dum perdere illum non poſſunt. Conce
dat dñs ſeruis ſuis donum patientiæ aduer-
ſus linguas eorum. Linguæ eorum gladiùs
acutus, & ignis comburens virentem famã
Pſal. 13. iuſtorum. Venenum aſpidum ſub linguis
eorum, & os eorum plenum eſt maledictio
Eccli. 28. ne. Iudica illos Deus, quia flagellum liuorẽ
Lingua ne facit: lingua autem maledicta comminuit oſ
quam com- ſa. Quaſi oſſa in corpore materiali, ſunt fa-
minuit oſſa ma & opinio dexterorum virorum, quæ ni-
mirum os maledictum & amarulentum cõ-
minuit. Vide clariſsimè, quomodo malus,

C & inuidiæ morbo laborantes, aſsiduè peri-
culoſiùs impingunt, & excæcantur in me-
dia luce. Bene in ſacra Apocalypſi legis: *Apoc. 22.*
Qui ſordidus eſt, ſordeſcat adhuc. Vbi haud
vocem legis imperantis Dei, à quo longè
eſt omne peccatum, ſed iuſti iudicij ſenten
tiam recogita & time. Nam peccatum pœ-
nam eſſe alterius peccati, Paulus ad Roma.
docet; & ad Theſſ. De quo ſuo loco ad lon- 2. *Theſſ.* 2
gum diſputandum eſt. Nunquàm ita clarè
lucis ſuæ radios latens maieſtas Chriſti ocu
lis ſummorum ſacerdotum immiſit, ſicut in
præſentiarum: & tamen excæcantur, & ob-
durantur, odioq; habent, quem ſummo ſtu-
dio colere debuerunt, & intimis amplecti
præcordijs: Memini dixiſſe Senecam: Vos *Seneca li.*
qui virtutem, cultoremque eius oditis, nihil *de uita bea*
noui facitis. Nam & ſolem lumina ægra for *ta.*
midant, & auerſantur diem ſplendidum no- *Cap. 21.*
cturna animalia: quæ ad primum eius con-
tuitum ſtupent, & latibula ſua paſsim pe-
tunt, abduntque in aliquas rimas timida lu-
cis. Cum primò natus eſt ſaluator, ſtupue- *Mat. 2.*
runt & turbati ſunt cum Herode, ſicut te-
ſtatur ſanctus Matth. & cùm diuinitatis ſuę
ſigna ſplendidiora eis concedit, tunc, ſicut
D ægra lumina, lucem odiunt. Voluntaria e-
nim erat cæcitas illorum, non naturalis, aut
caſu accidens. Videte grande miraculum,
quod iſtorum digito demonſtrat execrabi-
lem malitiam. A natiuitate cęcus, luto ſu- *Ioan.* 9.
perpoſito oculis ſuis, illuminatur per ma-
nus Chriſti: & ſapientes iſti, qui dicebant o-
culos ſe habere lucidiſsimos, excæcantur in
media luce. Væ qui ſapientes eſtis in oculis *Eſa.* 5.
veſtris, vt abſcondatis à domino conſilium *Iacobi.* 4.
veſtrũ. Dominus quippe ſuperbis reſiſtit, *Virtus e-*
humilibus autem dat gratiam: & etiam tem *tiam tẽpo-*
poralis regni gloriam aliquando, ſicut con- *rali gloria*
ſtat exemplum in Saule. Ad quem Samuel *coronatur*
aliquando: Nõnne cùm paruulus eſſes in o- *aliquando.*
culis tuis, caput in tribubus Iſrael factus es? 1. *Reg.* 10
Sed & in Dauide inter fratres ſuos minimo,
& viliori mancipato officio: res hæc cõpro *Ibid. c.* 16.
batur: qui ſimiliter per manus Samuelis dño
imperante, vnctus eſt in regem ſuper Iſrael.
Vide ergo & conſidera, quomodo virtutis
ſtudium, & maximè humilitatis cultus, etiã
temporali honore & gloria coronatur. *Et*
cùm ueſpera facta eſſet, egrediebatur de ciuitate.
Similiter & præcedenti die vſque ad veſpe-
ram protraxit ſermonem, nõ ceſſauit à prę-
dicatione & opitulatione miſerorum. Non
otiatur, non vacat morti proximus: imò nul
lum

lum non mouet lapidem pro ſalute gentis
ſuæ:ſine omni cibo vſque ad veſperam labo
Mortis tẽpore quid agendum. rat. Tunc quippe plus tibi vigilandum eſt,
cum morti es proximus:tunc vtranque ex-
tende manum contra cælũ in orationibus,
B. Martinus. ſicut ſacratiſsimus Martinus, de quo ſic le-
gis. Oculis ac manibus ſemper in cælũ intẽ-
tus, inuictum ab oratione ſpiritũ nõ relaxa-
bat, etiam rogatus à fratribus, dum tantiſper
vis morbi remitteretur. In hoc ergo tempo-
re omne ſtudiũ impendere debes erga man
data altiſsimi, & in ſcrutinio peruigili cordis
tui, quod citò iudicandum apparebit in con
Pſal.7. ſpectu illius Dei, qui ſcrutatur corda & re-
Eccli.23. nes, & lucidiores ſunt oculi eius ſole meri-
Pſal.138. diano. Imò tenebræ non obſcurantur ante
illum, & nox ſicut dies illuminatur. O no-
ſtram audaciam. O quantus erat feruor, quẽ
diebus illis oſtendebat dominus Ieſus, cum
conſummabat mundi redemptionem, &
myſterium. Vel in ſola facie & ſpecie vul-
tus eius, propenſio ſui animi agnoſceretur,
& pleniſsimus affectus ad mandatum patris
Luc.9. de noſtra redemptione. Ante hunc diem
agnouerunt Samaritani in facie eius, quòd
firmaſſet animum & voluntatem eundi in
Hieruſalem: quantò faciliùs agnoſceres hi-
ſce diebus internum mentis habitum in
Chriſto. Egreditur iterùm de Hieruſalem
cum duodecim: nemo hoſpitium offert,
iam nullus illum inuitat. Hoſpitium magni
fici apparatus, & nobilem hoſpitem vſque
in feriam quintam dimittit. Reuertitur er-
go Bethaniam ad conſueta & pia hoſpitia,
vbi à ſanctis fratribus benignè ſuſcipitur, &
Sedulò, id eſt, inſtãter diligẽter et ſimpliciter quaſi ſine dolo, ut inquit Nenius. ſedulò ei famulatur. *Et cùm mane tranſirent, viderunt ficum aridam factam à radicibus.* Manè
quidem diei Martis. Neque in hoc in ali-
quo diſſonat noſter Euãgeliſta, à Matthæo
dicente, cap. 21. quòd ficus aruit ſtatim. A-
refactio ſiquidem ſtatim poſt maledictionẽ
ſubſecuta eſt, ſed viſa fuit à diſcipulis manè
ſequentis diei. Quia cùm ſtatim non ceci-
derint folia, non ſtatim animaduerſum eſt
ab illis, neque dixerunt magiſtro, quæ in
Euangelio deſcribuntur. A radicibus ergo
aruit ficus. Suſtinuit dominus Deus in mul
ta patientia peccata populi illius, neque
quenquam illorum punierat, ſed multa ac
Puniendi virtutem oſtẽdit ſigno uiſibili dñs Ieſus. ſubinde maiora oſficia exhibebat. Oporte-
bat ergo, vt in aliquo viſibili exemplo pu-
niendi virtutem comprobaret, vt tam diſci-
puli pij ac religioſi, quàm Iudæi ſceleratio-
res, & duriſsimi, ſibi perſuaderent, vel ſolo

A verbo poſſe Ieſum dominum noſtrum ini-
micos ſuos ſtupidos reddere, imò & in fa-
billã conuertere: ſed ſe ſpontè omnia ſubiti
nere propter eorum ſalutem: puniendi ta-
men virtutem non in hominem, ſed in arbo
rem opportunè demonſtrauit. Quod aliter **NOTA** *ualde.*
ſub Moyſe cum patribus eorum actum eſt
in Chore, & Dathan, & Abiron. Quos ſe-
ditionẽ diſſeminantes in populo, nouo mor
tis genere puniuit Moyſes famulus domini,
hæc dicẽs: In hoc ſcietis, quòd dominus mi
ſerit me, vt facerem vniuerſa quæ cernitis, *Num.16.*
& non ex proprio ea corde protulerim. Si
conſueta hominum morte interierint, &c.
Confeſtim igitur, vt ceſſauit loqui, dirupta
eſt terra ſub pedibus eorũ, & aperiẽs os ſuũ
deuorauit illos cum tabernaculis ſuis: & de-
ſcenderunt viui in infernum. Chriſtus verò
ad comprobandum quòd miſſus eſſet à pa-
tre pro omnium ſalute, elegit vocare Laza- *Ioan.11.*
rum ab inferis. Lazare veni foras: vt ſciant
quia tu me miſiſti. Et elegit maledicere ficũ,
quæ à radicibus exaruit, vt ſic incredulos
terreret, & adduceret ad pœnitentiam. Ma *Timor in*
gnificauit ergo dominus facere cum eis, nõ *miſerationibus ad*
contra illos: ſed & magnificauit dominus *nos.*
facere nobiſcum, non contra nos: ſuper
quod facti ſumus lætantes. Niſi enim domi- *Eſai.1.*
nus reliquiſſet ſemen ſuæ longanimitatis &
patientiæ, facti eſſemus ſicut Gomorra, quę *Gen.18.*
in momento abſumpta fuit ab igne. Benedi
ctus Deus, qui non amouit miſericordiam *Pſal.85.*
ſuam à nobis. Lætetur tamen cor tuum,
non vt manus extendas vindictæ & immũ-
ditiæ: ſed vt timeas dominum. Benignitas *Rom.1.*
quippe Dei ad pœnitentiam te adducit. Se
cundum autem duritiam tuam, & impœni
tens cor tuum theſaurizas tibi iram & in-
dignationem, in die iræ, & reuelationis iu-
ſti iudicij Dei. Quod in hoc ſatis compro-
batur iuſtum: quòd voluit magnificare bra-
chium ſuum in multis miſerationibus tibi
impenſis: tu tamen abuteris donis & gratia.
Cùm ergo dñs extẽderit brachiũ ſuũ ad red
dendã vltionem aduerſus te, quis auertet il-
lud? Quis infirmabit decretum ſuum. Vide
ergo & conſidera, quomodo qui vltionum *Pſal.93.*
& liberè agens Deus dicebatur, nunc miſe- *Rom.15.*
ricordiæ, & pacis nomẽ, & titulum habet.
Deus patientiæ, & pacis, & ſolatij. Viſce- *Luc.1.*
ra miſericordiæ Dei etiam audiuimus ab
ore Zachariæ. Sed & Ioãni & Iacobo dicẽ *Ibid.9.*
tibus: Domine vis dicamus, vt ignis deſcen
dat de cælo, & conſumat illos. Samaritanos

ſcilicet: qui hoſpitium denegarunt domino, C reſpondit: Neſcitis cuius ſpiritus eſtis. Filius hominis non venit animas perdere, ſed ſaluare. Non ergo perdidit homines illos eum perſequentes & calumniantes, ſed animam ſuam poſuit pro illis: & maledixit arbori, quæ radicitùs aruit, vt diſcant timere, & à peccatis abſtinere. Experianturque iterùm diſcipuli virtutem & omnipotentiam ſui magiſtri, cui, ſi placeret, præſto adeſſet vindicta aduerſus omnes inimicos ſuos. A radicibus itaque aruit, vt oſtenderet gentem impiam, non ad tempus, vel ex parte corripiendam externorum incurſibus, & per pœnitentiam liberandam, ſicut ſæpè factum eſt: ſed omni & æterna damnatione feriendam demonſtrat, non ſolùm humano extrinſecùs, ſed etiam diuino intùs fauore funditus deſtituendam. Nam perdidit in cælis, & patriam in terris. Obſerua igitur quale ſupplicij genus demonſtratũ eſt aduerſus Iudæos in ficu arida: nec tamen timuerunt, aut reſilierunt à peccatis. Clarioribus verbis agit contra nos ſaluator dominus, diſputans efficaciſsimè de ardoribus ignis æterni: de ſtridore dentium, & de tenebris interioribus, nec tamen flectimur, aut emendamur in melius, quod ſtultè egimus. D O noſtram duritiam. O aduerſus noſmetipſos pluſquàm ciuile bellum & odiũ. O incredulitatem. Indurauimus facies noſtras ſupra petram: nec volumus reuerti. Bene de nobis dictum eſt, quod de capite omnium malorum ſcribit ſanctus Iob propheta. Non fugabit eum vir ſagittarius: in ſtipulam verſi ſunt ei lapides fundæ. Sed quem deſpexit in lapide, & funda contra ſe venientem Goliath Dauidem, habuit in victorẽ: corruitque ſuper faciem ſuam percuſſus in fronte, ac ibi infixo lapide: quem etiam proprio ipſius Goliath gladio detruncauit. Sequitur in propheta. Quaſi ſtipula æſtimabit malleum, & deridebit vibrantem haſtã. Bene etiam noſtræ ſaluti conſulens dñs Ieſus dixit: Ego oſtendam vobis quem timeatis: timete eum qui poſtquàm occiderit, habet poteſtatem mittere in gehennam: Ita dico vobis, hunc timete. Vide & conſidera, quanto cum pondere verborum ad timorẽ domini nos manu ducit piiſsimus Ieſus: ſed & ante oculos propoſito obſtupendo exẽplo in ficu, quæ ſtatim, vt ei maledixit, à radicibus aruit. *Et recordatus Petrus dixit ei: Rabbi, ecce ficus cui maledixiſti, aruit.* Propter hoc notauit ſanctus Euangeliſta verbum illud: *Et audierunt diſcipuli eius*, cùm malediceret arbori. Vix ſpiritalis intelligentiæ fructum caperent, nec periculum omnipotentiæ & vindictæ facerent, niſi priùs vidiſſent diſcipuli arborem folia virentia habentem, & audiſſent ſaluatorem maledicentẽ: ſed caſu accidiſſe exiſtimarent. Quæ omnia conſiderans ſacratiſsimus Petrus, dixit magiſtro: Ecce ficus, cui maledixiſti aruit. Intendere oportet ad ea quæ à ſanctis prophetis, & à domino illorum dicuntur, ne caſu & ex accidenti exiſtimemus accidiſſe. De quo habes elegans exemplum in prudẽtibus Satrapis Philiſtinorum, ex conſilio ſacerdotum, & diuinorum ſuorum. Tolletis arcam domini, & imponetis in plauſtro, &c. Et ſiquidem per viam finium ſuorum aſcenderit contra Bethſames, ipſe fecit nobis hoc malum grande: ſin autem minimè: ſed caſu accidit. Noſtra intereſt valde ſcire, quod à domino percutimur, vt conuertamur ad ipſum: neque caſu mala temporalia aduenire. Vtile ſatis fuit Apoſtolis ab ore magiſtri audire maledictionem aduerſus ficum, vt ſequenti die Chriſti virtutem & potentiam intelligerent. Audi & tu ab ore Pauli, cùm diſputat aduerſus maieſtatis irriſores, qui indignè ad tremendam menſam accedunt. Propter quod multi imbecilles inter vos, & dormiunt multi. Nunquid ſemper infirmitas noſtrorum naturali curſu ex humorum inæqualitate, aut turpitudine inuenitur? Nunquid mors iſtorum peſſima naturali curſu accidit? Paulus dicit, & verùm dicit: Propter quod: cauſam notat imbecillitatis multorum, & mortis eorum: nimirùm quia indignè communicant, nõ diiudicantes ſcilicet ab alijs cibis, corpus domini. Nota verbum illud prophetæ Oſeæ. Sumam frumentum meum in tempore ſuo, & vinum meum in tempore ſuo: & liberabo lanã meam & linũ meũ, quæ operiebat ignominiã eius. Nunquid caſu grando intẽpeſtiua abſumit ſegetes in agro: quæ iã iam ad meſſem albæ erant? Nunquid caſu accidit ſpiritus procellarum ſuper vineas grauis aluei, quæ ſpem non modicam dño ſuo exhibebant percipiendi vberrimum fructum? Ignis, grãdo, fames & mors, omnia hæc ad vindictã creata ſunt. Ad cuius obſecro peccati vindictam? Non honorificauit dominũ de ſua ſubſtantia, neq; de primitijs frugum

ſuarum

Marginal notes: *Fici ariditas quæ doceat.* — Cap. 41. — 1. Re. 17. — Luce. 12. — 1. Reg. 6. — *Flagella temporalia intereſt noſtra ſcire, quod à deo immittuntur.* — 1. Cor. 11 — Cap. 2. — Ecli. 39. — Prou. 3.

ſuarum:dedit pauperibus. Non obtulit dño A primitias, neque decimauit fideliter, ſed de vilioribus, vel certè inutilibus. Abutiturq; muneribus ad ſuperbiam, ad iactantiam, ad luxuriam denique & ebrietatem. Et ſub ipſo aut vindemiæ, aut meſsis tempore ſacros dies violat, attractus & illectus in viuculis auaritiæ. Iure ergo aſſumit ſibi dominus triticum ſuum: oleum, & linum, & vinum. Sic

Cap. 1.

legis in Aggæa propheta. Et nunc hæc dicit dominus exercituum: Ponite corda veſtra ſuper vias veſtras, &c. vſque ſacculũ pertuſum. Nunquid etiam caſu inimici noſtri cum modico labore, facilique induſtria triumphant de noſtris? Non eſt aut campi ductor, aut centurio, certè neq; rex ipſe qui recogitet verbum illud ad Ioſue: cum iacet

In bello un de noſtri ca dunt & cor ruunt.

Ioſue. 7.

mœſtus & dehonoratus: Anathema eſt in medio tui Iſrael: non poteris ſtare corã hoſtibus tuis: donec deleatur ex te, qui hoc contaminatus eſt ſcelere. Ciuitas Hay reportauit aduerſus Ioſue victoriam: de qua re turbati ſunt vehementer, cùm à dextris ipſorum ſe affuturum promiſiſſet dñs. Quibus ipſe: Anathema eſt in medio tui: Non poteris ſtare coram hoſtibus tuis. Vides quomodo in exercitu ſuo requirit dominus ſanctitudinem. Vides quomodo deſerit etiam B mille iuſtos & ſuũ ducẽ Ioſue propter vnũ Acham, qui de illis, quę domino erant dicata rapuit palium coccineum, & ducentos ſiclos argenti, & regulã auream. Videãt ergo noſtrates, quot rapinę, quot violationes uirginum, quot periuria, quot (hęu) in Deum blaſphemię inter milites ſui exercitus paſsim inueniantur, & cùm iacuerint vulnerati, ſuperbientibus de reportata victoria hoſtibus, recogitẽt verbũ iſtud. Anathema eſt in medio tui: nõ poteris ſtare coram hoſtibus tuis: nec accidiſſe caſu iudicent, quę meritò patiuntur. In hac attenta conſideratione dixit Petrus ad Ieſum D. noſtrum. Rabbi ecce ficus, cui maledixiſti, aruit. Cui ipſe: *Habete fiduciam Dei. Amen dico uobis, quia quicunque dixerit huic monti: Tollere & mittere in mare, & non heſitauerit in corde ſuo, ſed crediderit, quia quodcũque dixerit, fiat, fiet ei.* Propterea *dico uobis, omnia quæcunque orantes petitis, credite, quia accipietis, & euenient uobis.* Sic continuabis literam. Mirati ſunt diſcipuli, quàm efficax fuerit verbum ab ore Chriſti, aduerſus ficũ, quæ ſtatim aruit. Ex hoc manu illos ducit ad fidem, & fiduciam in Deum, repromittens longè ſubli-

miora opera ſe facturos, ſi fidẽ Dei habẽtes, & nõ hæſitantes, vel montibus imperauerint, vt relicta originali ſede in cor maris pręcipites eant: ſtatimq; obediẽt voci eorũ: quod magnificentius opus eſt, quàm ariditas arboris. Satis erat verbum nudum ſaluatoris, etiam ſi potuit adducere in exemplũ antiqua patrum geſta, nimirum Ioſue, qui imperauit ſoli, ne deſcenderet ab ſtatione, in qua erat, in verbo ſuo, & ſic factum eſt. Sol contra Gabaon ne mouearis, & luna cõ *Ioſue. 10.*
tra vallem Aialon. De qua re illud eſt notandum: inquit ſcriptura: Obediente domino voci hominis, de quo non ſupereſt aliud dicere. Sed & ſub ipſo Ioſue aquæ Iordanis *Ibi. 3.*
inferiores decurrerunt, & quæ deſuper veniebãt in vna molle conſtiterunt, donec arca dñi, & cunctus exercitus tranſierũt alueũ fluminis. Hæc & ſimilia exẽpla tradere potuit ſaluator ſuis, ſicut fecit nobiliſsimus ille Mathathias morti iam proximus. Memen- *1. Mac. 2.*
tote (inquit) operum patrum, quæ fecerunt in generationibus ſuis, & accipietis gloriam magnam, & nomen æternum. Adductiſque in exemplum Abraham, & Ioſeph, &c. intulit concluſionem hanc: Omnes qui ſperãt in eum, non infirmantur. Nudum tantum verbũ repromiſsionis exhibuit Ieſus, cùm ſatis comprobaſſet ſe veridicum, fidelemq; in omnibus. Si habueritis fidem Dei, dicetis huic monti, &c. Latrant contra nos canes, imò & quidam ex noſtris: aſſerẽtes Apoſtolos non habuiſſe plenam fidem, quia nõ potuerunt transferre montes. Obſecro dicant nobis vbi, aut quando hoc attentarunt facere apoſtoli, nec potuerunt perficere? Nunquàm certè occaſio aut opportunitas fidei vtilis ſe ſe illis obtulit, propter quam oporteret ad illius confirmationem præcipere montibus, quod in ſacro euãgelio repromiſſum eſt. Neq; vt impotẽtes hoc nõ attentarunt facere: ſed quia nõ neceſſariũ ad propagandã fidẽ ſaluatoris. Et certè longè ſublimius opus fuit principẽ huius aëris caliginoſi pedibus cõculcare, ac deuincere, & à cordibus hominũ per vniuerſum mundũ pellere. Maiuſq; opus fuit mortuos ſuſcitare, quã transferre montes: neque hoc aliquando tãquã neceſſarium prædicationi confirmandę ſe obtulit. Tranſlatio etiam montiũ naturali curſu aliquando accidit: ſuſcitationem verò mortuorum tota ignorat natura. Taceo quod B. Grego. Neocæſariæ Ponti Epiſcopus tranſtulit montẽ à naturali & na-

Apoſtoli uindicãtur à calumnia inimicorũ.

Gregorius Neocæſarie Epiſcopus.

tiua ſede, qui ædificandæ eccleſiæ erat impedimentũ. Mundus ergo & diabolus, idolorũ cultus & ab atauis quaſi iure hæreditario impietas per apoſtolos deuicta eſt: quomodo ergo nõ plenã fidem habuerunt? De quo deliramento ſit ſatis. *Dico uobis, omnia quæcunq; orãtes petitis, credite quia accipietis & euenient uobis.* De re hac ad longũ in alijs libris ſcripſimus. In præſentiarũ verò præcinctus erit ſermo noſter. Primo omniũ nota, ꝙ nõ tantũ apoſtolis repromiſſa eſt exauditio in orationibus, ſed etiã cũctis fidelibus: in illis maximè quæ ad ſpirituale ſalutẽ cõducunt.

Orationis comites & cõditiones.

Iacobi. 1.

Quicunq; quidẽ mente in Deũ intenta pro ſe & perſeueranter orauerit, non hæſitãs, ne ſimilis fiat fluctui maris, qui à vẽto mouetur, orauerit inquã, pro his quæ ad animæ ſalutẽ cõueniunt, hic certè promiſſionẽ habet ſaluatoris, ꝙ accipiet: credite ꝙ accipietis inquit. Niſi enim quis piè oret, id eſt, de pertinentibus ad ſalutem, oratio eius exaudibilis non eſt in hac promiſſione. Itẽ ſi oret pro alio de pertinentibus ad ſalutem, poteſt carere effectu oratio eius, ex obice & demerito eius pro quo orat. Itẽ ſi oret ꝓ ſe & de pertinentibus ad ſalutẽ ſit oratio, nõ tamen perſeuerans, carere poteſt exauditione.

Cap. 3.

In oratione dierũ exaudietur inquit Eccleſiaſticus: Qui diligit Deũ, exorauit pro peccatis, & cotinebit ſe ab illis: & in oratiõe dierũ, &c. Notabilis ſententia ꝓfectò. Notãda eſt etiã diſtinctio deprecatiũ, ſicut docet Beda.

Beda ſuper hunc locũ.

Acto. 13.

Ibi. cap.

Qui perfectã fidem habet orando vel iubẽdo, etiã poteſt transferre, vel corporales mõtes, vel ſpiritales etiã, vt Paulus de Elima mago, quẽ oculis & arte nepharia priuauit: & de Phitoniſſa in Philippis. Qui aũt ad faſtigiũ tantæ perfectionis aſcendere nequeunt, petãt ſibi peccata dimitti, quo ad vitã mereantur intrare perpetuã: & ſine dubio impetrabũt: ſi tamen in ſe peccantibus primo dimittunt, ſicut docet ſtatim ſaluator.

Ad miracula apoſtoli habuerunt impulſum Spiritus ſancti.

Obſerua ꝙ apoſtoli, ſiue alij magni viri in eccleſia, nunquã attentarunt per miraculũ aliquod grãde opus mundo oſtendere, ſine ſpeciali impulſu Spiritus S. Per quẽ edocti fuerunt de diuina aſsiſtentia & ſuffragio ad operationem operis miraculoſi. Vnde nunquàm inane fuit eorũ propoſitum & oratio, neq; cõfuſi ſunt corã multitudine: ſed potẽter aliquando, & cum imperio, aliquãdo autem prece & oratione miracula operabantur. Vnde temerarium iudicaui cuiuſdã viri religioſi factum, qui hominem mortuum

C

præ maxima preſſura populorũ ad corpus beatiſsimi Eugenij confluentium illud depoſuit ſupra pignora veneranda ad reſurrectionem: quæ tamen haud ſubſecuta eſt. Habuit zelum Dei, non tamen ſecundũ ſcientiam, ſicut & in multis alijs. Inquit ergo ſaluator: Et cùm ſtatis ad orandum, dimittite, &c. Duo certè intẽdit ſaluator inſerere cordibus apoſtolorum: fidẽ patris, & ipſius quidem: ſicut conſtat ex verbo illo: Creditis in Deum: & in me credite: & orationis amorẽ affectionemq;. Vtrunque neceſſarium valde erat apoſtolis, & omnibus Chriſtianis.

Ioan. 14

Aduentabat grandis tenebroſaque illa tempeſtas, quæ & turbauit & examinauit corda diſcipulorum: aduerſus ergo illã mẽtes apoſtolorum muniuit in ſcuto fidei, & ſub potenti brachio orationis. Habete fidem Dei. Amen dico vobis, quia quicunque dixerit huic monti, &c. Quæcunq; orantes petitis, &c. Obſerua ne aut fidei, aut orationi tantũ concedas, ꝙ ſufficere ad ſalutẽ exiſtimes: aut orationi derogans, nihil valere credas. Illud quippe propriũ eſt hæreticorum Pſalianorũ, ſicut narrat hiſtoria tripartita. Dicebant hæretici illi nullã vtilitatẽ ex ſacro baptiſmate nos habere, ſatque eſſe orare.

Li. 7. c. 11

D

Iſtud verò, quod nihil proſit, proprium eſt Pelagij, teſte B. Auguſt.

Lib. de hereſibus.

Fides ergo optimũ locum habet, ſicut & oratio, non tamen ſufficiunt ad ſalutẽ. Fides enim ſine operibus mortua eſt. Fides verò, quæ per dilectionẽ & charitatem viua eſt, & operatur, hæc conſummatiuè iuſtificat: illa enim initiat: hæc conſummat.

Iacobi. 2.

Gal. 3.

Hæc viuum Chriſti mẽbrum facit: ius habet ad regnum & coronã, de ſpiritu Chriſti viuit: ab ſpiritu Chriſti inhabitatur, ab ſpiritu Chriſti regitur, docetq; orare & dicere: Dimitte nobis debita noſtra. Si enim dixerimus, quoniã peccatum non habemus, mendacem illum facimus, qui concluſit omnia ſub peccato: Omnes errauerũt: inutiles facti ſunt.

Matth.

Ioann. c.

Galat. 3.

Hæc fides eſt quæ docet orare humiliter, aſsiduè, vbiq;, & præcipuè in domo domini. Quia ſine oratione nõ datur perſeuerantia in via iuſtitiæ, neque inuenitur contra inimicum triumphus & victoria.

Oratio.

Oratio eſt, de qua ſcriptum eſt. Triſtatur aliquis, oret æquo animo & pſallat, ad depellendam ſcilicet animæ triſtitiam. Poſtea ſubdit: infirmatur aliquis in vobis, inducat Præsbyteros eccleſiæ, & orent ſuper eũ, &c. Orate pro inuicem, vt ſaluemini: multum enim valet deprecatio iuſti aſsidua. Le

Iacob. 5.

ge

ge beatum Cyprianum in de oratione dominica, (Homil. 18) &homiliam noſtram ſuper pſal, 50. (Cõcil. Tolet. 4.) Et concilium Toletanum. 4. cap. 9. ſuorum decretorum. *Et cùm ſtatis ad orandum, dimittite ſi quid habetis aduerſus aliquem, ut & pater ueſter qui in cælis eſt, dimittat uobis peccata ueſtra.* Obſerua quòd hæc omnia docuit ſaluator diſcipulos ſuos in via à Bethania in Hieruſalem, poſtquàm ipſi agnouerunt quod factum fuit in ficu, Inquit ergo: Et cùm ſtatis ad orandum. Præſupponit quòd aliquando rogandus eſt dominus Deus à nobis: quod certè non ſolùm voluntarium eſt, verùm ſir- (*Orationis præceptũ.* 1. *Theſ.* 5.) miter neceſſarium ad ſalutẽ. In magno verborum pondere huiuſmodi præceptum traditur. Oportet ſemper orare, & nunquàm deficere. Inquit Apoſtolus: Sine intermiſſione orate. Et ſaluator: (*Luc.* 21.) Orantes omni tempore, vt digni habeamini fugere hæc omnia: & apparere ante filium hominis. Quæ omnia non ſolùm peccatoribus neceſſaria (*Homil. ſuper pſalm.* 50. 18. *fo.* 189.) ſunt, vt diuinum reconciliationis antidotũ, & indulgentiam inueniant, ſed etiam iuſtis, vt perſeuerantiam promereantur de cõgruo cũ alijs requiſitis, ſicut alibi docuimus. Vnde (Cõcil. Tolet. 4.) ſacrum concilium Toletanum de oratiõne dominica agẽs, in hunc modum ſcribit. Et quia ſine intermiſſione, vt oremus, Apoſtolus docuit: qualiter autem oremus Chri- (Cap. 9. Matt. 6.) ſtus præcepit, dicens. Cùm oratis, dicite Pater noſter, &c. Quomodo ergo quotidie nõ dicitur, quòd ſine intermiſſione dici iubetur? (*Oratio dominica quotidiana dicitur.*) Nam in tantum hæc oratio quotidie dicenda eſt, quantum & ipſo titulo vtitur, dum vocatur oratio quotidiana. Sic eam ſancti patres nuncuparunt. Et beatus Cy- (*Cyprianus de oratione dominica.*) prianus ſuper illud: adueniat regnum tuum dixit: Continua autem oratione & prece opus eſt, ne excidamus à regno cæleſti. Opus eſt enim nobis quotidiana ſanctificatione, vt qui quotidie deliquimus, delictà noſtra ſanctificatione aſsidua repurgemus: Inquit ergo ſaluator: Cùm ſtatis adorandũ mente in Deum intenta, & eleuata ad preces & orationes, quæ non ſolùm vobis vtiles erunt, ſed & neceſſariæ; dimittite ſi quid habetis aduerſus aliquem. Dimittite de corde vero, non ficto, non cum ſimulatione, aliàs neque pater veſter cæleſtis dimittet vobis debita veſtra: dimittite ergo de cordibus veſtris, quàm aduerſus fratrem veſtrum, & conſeruum habetis querellam, iuſtam iram, & demeritam vindictam: & tunc orantibus vobis dimittentur pecca-

ta veſtra. *Et pater ueſter cæleſtis, qui in cælis eſt dimittet uobis peccata ueſtra.* Vel ex hoc docet remiſsionem noxæ contra nos, quia ſummum Deum vniuerſorum dominũ patrem noſtrum compellat Chriſtus, dicens: Et pater veſter qui in cælis eſt. Meminiſſe oportet, ſcireque debemus, quia cùm Deũ, patrem inuocamus, aut dominus Ieſus dicit eſſe nobis in cælis patrem: quaſi filij ſimus oportet: vt quomodo nos nobis placemus de Deo patre, ſic ſibi placeat ille de nobis: quod tũc appimè adimpletur, cùm de corde vero fratribus noſtris dimittimus debita. Nam ille indigne Deum, patrem inuocat, qui aduerſus fratrem & conſeruum ſuum repoſitam conſeruat iram in corde. Et meritò exprobrabitur nobis, quod in Malachia dominus aduerſus Iudæos dixit: Filius hono- (*Cap.* 1.) rat patrem, & ſeruus dominũ ſuum. Si ergo ego pater ſum, vbi eſt honor meus? Etſi dñs ego ſum, vbi eſt timor meus? dicit dominus exercituum. Propter hoc, quia patrem qui eſt in cælis inuocaturus es, oportet vt dimittas debita conſeruo tuo, ſiquidem ſummus ille Deus, rex regũ, & dominus dominantium, tibi inimico ſuo infirmo dimittit decẽ millia talenta, cùm procidis ante eũ rogãs. Habes de re hac omnia quæ deſiderari poſ- (*Cap.* 28.) ſunt in Eccleſiaſtico, ad perfectionẽ doctrinæ. Qui vindicari vult, à domino inueniet vindictã: & peccata illius ſeruans, ſeruabit: Iuſtè quidem: ſeruat homo aduerſus hominem leuiſsimam iniuriam, ſeruet ergo Deus vniuerſorum dñs aduerſus ſe ipſum dehonorationem à viliſsimo pullice illatam. Relinque proximo nocenti te, & tunc deprecãti tibi peccata ſoluentur. Vide iam ſtultitiam noſtram. Homo homini ſeruat iram, & à Deo quærit medellam. In hominem ſimilem ſibi nõ habet miſericordiam, & de peccatis deprecatur? Ipſe dum caro ſit, reſeruat iram, & propitiationem petit à Deo? Quis exorauit pro delictis illius? Quaſi dicat, nul- (*Ezech.* 14) lus. Et certè nullius facies reſpicietur à Deo. (*Similia legis.*) Etiam ſi ſteterit Iob, & Daniel, & Moyſes, non erit à domino conuerſio. (*Matt.* 6.) Lex quidem immobiliter firmata eſt à Chriſto Ieſu: ſic faciet vobis pater meus cæleſtis, niſi dimiſeritis fratribus veſtris de cordibus veſtris. *Cùm oratis dimittite, ſi quid habetis aduerſus aliquem.* (*Matt.* 5.) Sed & munus ſibi offerendum, quod in honorem ac reuerentiam celſitudinis ſuæ diuinæ cedit, dimittendum ante altare docuit ſaluator. Si offers munus tuum

 ad al-

ad altare, & ibi recordatus fueris, quod fra- C
ter tuus habet aliquid contra te, dimitte ibi
munus tuum ante altare, & vade priùs recõ
Donum quod dño offertur quale. ciliare fratri tuo, & tunc veniens offeres do
num tuum. Donum quod domino offertur
eſt vniuſcuiuſque oratio, & euchariſtia, ſi-
cut docet B. Clemens. Quare ſi quid aduer-
Clemẽs li. 2. conſtitutionũ apoſ. cap. 57. ſus fratrem tuum habes, vel ipſe contra te iu
ſtè, neque orationes tuæ exaudientur, neq;
euchariſtiæ tuæ recipientur propter ſubie-
ctam iracundiam. Et in Zacharia propheta
cap. 8. etiam cogitatio mala aduerſus proximũ in-
terdicitur. Vnuſquiſque malum contra pro
ximum ſuum, ne recogitetis in cordibus ve
Dilectio proximi quàm utilis & neceſſaria. ſtris. *Vt dimittat uobis peccata ueſtra.* Obſerua
quantum in doctrina hac dominus Ieſus vi
gilauit, in docenda ſcilicet dilectione proxi
morum ex vero corde, ſiquidẽ remiſsionem
noſtrorum criminum aduerſus Deum ſn in-
dulgentia noxæ, quã nobis proximus intu
Aug. tracta. 17. in cap. 5. Ioã. lit, cõſtituit. Omne bonum noſtrum in dile
ctione proximi repoſuit. Et qui in duobus
præceptis dilectionem commẽdauit, priùs
docuit diligendum Deum ſuper omnia, ac
deinde ſecundo loco proximum. Tu autẽ,
quia Deũ nondũ vides, diligendo proximũ,
promęreris, quẽ videas: diligendo proximũ D
purgas oculum ad videndum Deum, eui-
1. cap. 4. denter dicente Ioanne: Si fratrem quem vi
des non diligis, Deum quem nõ vides, quo-
modo diligere potes? Et ex legitimis præ-
Rom. 13. miſsis Apoſtolus Paulus concluſionem op
timam intulit: Ergo adimpletio legis eſt di
Cap. 1. lectio. Vnde Ezechiel in mirabili illa viſio
ne quatuor animalium, ſub pennis illorum
manum hominis vidit. In qua proximi dile
NOTA ualde. ctio ſignificabatur, quæ etiam volanti aqui
læ eſt neceſſaria: ſicut id quod ſub alio eſt,
ad eius ſubſtentationem comprobatur ne-
ceſſarium: vt columna ad tecti firmam ſta-
tionem. Aquilæ ergo volanti in dilectione
& agnitione Dei, manus hominis ſupponi-
tur, id eſt, dilectio proximi, ad diuinam di-
lectionem ſubſtentandam & nutriendam.
Denique ſummam huius philoſophiæ regu
Matt. 6. lam tradens dominus, dicit orate: Dimitte
nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus
Cyprianus in de oratione dñica debitoribus noſtris. Vbi B. Cyprianus, Ad
iunxit planè & addidit legem contra nos
conditione & ſponſione cõſtringens, vt ſic
nobis debita dimitti poſtulemus, ſecũdùm
quod & ipſi debitoribus noſtris, dimittimus.
Scientes impetrari nõ poſſe, quod pro pec
catis petimus, niſi & ipſi circa debitores

C noſtros paria fecerimus. Idcirco in alio lo-
co dicit: In qua menſura menſi fueritis, in
ea remittetur vobis. Vnde diſcordans & diſ *Diſcordia quale crimen.*
ſidens, & pacem cum fratribus non habẽs,
ſecundùm quod Apoſtolus & ſcriptura ſan
cta teſtatur, nec ſi pro nomine Chriſti occi
ſus fuerit crimen diſſenſionis fraternæ pote
rit euaderè, quiã ſicut ſcriptum eſt: Qui fra- *1. Ioan. 3.*
trem ſuum odit, homicida eſt, neque ad re-
gnum cælorum peruenit, aut cum Deo vi-
uit homicida. Quale delictum eſt, quod ne-
que baptiſmo ſanguinis poteſt ablui? Qua-
le crimen eſt, quod neque martyrio poteſt
expiari? Cùm ergo oras: & dimitte nobis de
bita noſtra, ſicut & nos dimittimus debito-
ribus noſtris: & irã ſeruas proximo tuo, po-
tiùs imprecationem aduerſus temetipſum
offers, quàm orationem. Vide ergo & attẽ-
de, quid & quomodo oras, & accepto mãda
to ſaluatoris dimitte ſi quid habes aduerſus
proximum tuum. Et oratio tua, & clamor
tuus in excelſo audietur. Sin autem quod
in Eſaia legis, implebitur: Et cùm exten- *Cap. 1.*
deritis manus veſtras, auertam oculos
meos à vobis: & cùm multiplicaueritis ora
tionem, non exaudiam: manus enim veſtrę
D ſanguine plenæ ſunt. Iudico nihil ad per-
fectionem huius argumenti deeſſe ad per-
ſuadendum, vel mediocrem diſcipulum
Chriſti. Lege Apoſtolum. Vbi ſumpta a- *Rom. 12.*
nalogia à corporis & omnium membrorũ
concordia, pace, cõmunicatione, ac aſsiduo
mutuoq; ſeruicio, docet hanc fraternam di-
lectionem elegantiſsimè. *Pater ueſter qui in
cælis eſt.* Obſerua quo nomine dignos nos fe
cit dñs Ieſus: illo quidẽ, quo vſus eſt in exor
dio orationis, quam docuit ſuos apoſtolos.
Dicite: Pater noſter, qui es in cælis. Miſit *Spiritus S. à filio procedere demõſtratur.*
Deus ſpiritum filij ſui (ergo ab ipſo proce-
dit Spiritus S. genitiuus enim caſus, vel ab-
latiuus cum præpoſitione de, originẽ in di-
uinis demonſtrat) Miſit ſpiritũ filij ſui in
corda noſtra, in quo clamamus: Abba pater. *Mar. 14.*
In his vrbis orabat mœſtus & angẽs graui-
ter dñs Ieſus. O quã magnificaſti genus no-
ſtrũ dñe Ieſu. O qualẽ confidentiã in oratio
ne cõtuliſti, præcipiens nobis orare in iſtis
verbis: Pater noſter. *Et pater ueſter qui eſt in
cælis, dimittet uobis.* Quale crimẽ eſt quod pa
ter orãti filio nõ dimittit? Quale eſt aut po-
teſt eſſe delictũ, quod intra dilectionẽ fra-
ternã orãtes & deprecãtes patrem noſtrũ,
nõ deleatur? Sume tibi in exẽplũ vniuerſam
parabolam filij prodigi. Benedictus Deus
qui

qui hanc miſericordiã fecit nobiſcum. Vi-
Cap. 1. Ioan. primæ epiſt. dete qualẽ charitatem dedit nobis pater, vt
filij Dei nommemur & ſimus, totus lætabũ
dus & congratulabundus dicebat B. Ioan.
Noli ergo obſcurare nomenclaturam hanc
ſublimis honoris, magnæq; ac clariſsimæ di
gnitatis. Pater veſter qui eſt in cælis, inquit.
Quaſi dicat: Videte quòd Deo ſummo, qui
pater veſter factus eſt voluntate, non natu-
ræ & generationis iure, offertis orationem:
Eſtote ergo ſicut pater veſter cæleſtis perfe
Matt. 5. cti, dimittentes debita veſtra vnuſquiſq; ꝓ-
ximo ſuo animo volenti & perfecto. Tunc
Humilitas quippe exaudietur in excelſis clamor ve-
ſter: ſed exauditi ſeruate humilitatẽ, ſicut
Cap. 9. docet propheta Iob. Qui etiam ſi habuero
quidpiam iuſtum, nõ reſpondebo: ſed meũ
iudicem deprecabor. Et cùm inuocantem
exaudierit me, non credo quòd audiat vocẽ
meam. *Et veniunt rurſum Hieroſolymam.* Ecce
tertiò veniunt Hieroſolymam. Nulla dies
ſine linea, ſine doctrina, & multiplicibus be
neficijs: de rebus magnis hiſce diebus agit
& diſputat ſaluator, nihilq; imperfectum re
linquit. *Et cùm ambularet in templo, accedunt ad
eum ſummi ſacerdotes, & Scribæ, & ſeniores, &
dicunt ei: In qua poteſtate hæc facis? & quis tibi
dedit hanc poteſtatem, ut iſta facias?* Conſilium
texuerant, quomodo vi & auctoritate ſer-
monis, & perſonarum multitudinẽ, in ſum-
mis magiſtratibus conſtitutarũ, opprimere
poſſent Chriſtum, & capere in ſermone. Ni
hilq; habentes criminis, quod poſſerit ei ob
ijcere, meditati ſunt inania: dicebant nanq;
inuicem: Quis noſtrùm huic homini pote-
ſtatem & licentiã hanc dedit, quòd abijciat
calce omnes negotiationes templi, & euer-
tat à fundamentis? Quis vel ſummus anni hu
ius pontifex huic homini docendi cõceſsit
facultatem? quòd ſi à nullo noſtrũ hoc con-
ceſſum eſt illi: piaculum grandeq; ſcelus cõ
miſit: vt vſurpet ſummi pontificis, & ſenio-
rum officium, iudicium & poteſtatem: ra-
piatque hunc honorẽ diuinum, qui nudius
tertius in ingreſſu eius apparuit. Quid faci-
mus? Quare impunè ciuitatis noſtræ patie-
mur excidium, & euerſionem in aſsiduo tu-
multu, quem ab homine iſto ſuſtinemus?
Venite opprimamus eum, & capiamus illũ
in ſermone: non enim reſpondere poterit
nobis, ſummis pontificibus, ſenioribus, ſa-
cerdotibus & ſcribis: quos ex lege venera-
ri tenetur. Quòd ſi à Cæſare vel Pilato hãc
accepit poteſtatem, facilè comprobari po-

A teſt. Hæc dicebant impij apud ſe non rectè
cogitãtes: ac ſi aduerſus Dei virtutem & ſa-
pientiam imbecillitas humani cogitatus &
ſenſus præualere poſſet. Ad hæc omnia &
reliqua, quæ contra Chriſtum ſtupidiſsimi
iſti fecerunt, inuidia, odium, & auaritia ſti-
mulabant corda eorum. Veniunt ergo filij
Leui, vaſa iniquitatis bellãtia, in quorũ con
ſilium non ſubſcripſit ante mille annos glo
rioſus patriarcha Iacob: veniunt inquàm ad Gen. 49.
capiendum virũ. Maledictus furor eorum,
quia pertinax, & indignatio eorũ, quia du-
ra. Inquiunt ergo: *In qua poteſtate hæc facis?*
Ac ſi dicerẽt: Tu tibi rapuiſti hanc iuriſdi-
ctionem docendi, corrigendiq; quæ in tem
plo minus cõpoſita & recta apparebãt: quæ
nimirũ noſtræ erãt auctoritatis & muneris:
qui ſacerdotes ſumus, & legis Moyſi æmu-
latores, paternarũq; traditionũ. Quis tibi de
dit hãc poteſtatẽ? Non ſummus pontifex:
Ecce illũ. Nõ Cæſar aut procurator Põtius
Pilatus: ergo à ſufficiẽti diuiſione tu rapuiſti
hãc poteſtatẽ aduerſus nos, & aduerſus tem
plũ & legẽ ad cõciliandos animos huius ſtu
pidæ plebis: quæ & pœnas dabit, ſicut & tu
ipſe qui eos ſeducis. *In qua poteſtate hæc facis?*
Obſerua hoc pronomen demonſtratiuum,
Hæc, in quo cõprobatur, ꝙ ad præſentia o-
B pera dierũ iſtorũ, ſcilicet palmarũ, & feriæ
ſecũdæ reſpiciãt. Iã olim miracula obſcura
uerãt dicentes: In Beelzebub eijcit dæmo- Matt. 12.
nia. Iã doctrinã infamauerãt & perſonam:
Hic homo nõ eſt à Deo, qui ſabbathũ nõ cu
ſtodit, & ſoluit legẽ. Teſtimoniũ tuũ nõ eſt Ioan. 9.
verũ. Scimus quia Moyſi locutus eſt Deus:
hunc autẽ neſcimus vnde ſit. Nũc verò præ
ſentia opera, quæ excelſa erant, auctoremq;
ſuũ decorabãt valde: cùm apertiſsimè com
probarent, ꝙ ipſe eſſet Meſsias rex, ſicut ſu
pra dictũ eſt, opprimere & extinguere om
nibus viribus intentãt, ex defectu ſolũ au-
ctoritatis, illi haud à ſummis põtificibus ex
hibitæ. Ac ſi Elias à ſacerdotibus, vel à rege 3. Re. 18.
Achab poteſtatẽ obtinuiſſet ad magnifica
opera, quæ faciebãt: vt reduceret corda filio
rũ Iſrael in diuinũ cultũ: ac ſi ipſe licentiam
expectaſſet à rege ad trucidandũ ſacerdotes
Baal. Nullus impiorũ impuriſsimorũq; ho
minũ illorũ illi obiecit: Quis tibi dedit hãc
poteſtatẽ? Cõprobãrãt enim ꝙ verè eſſet ꝓ
pheta dñi. *In qua poteſtate hæc facis?* obijciũt
dño. Neque hoc verbũ dictum eſt viro illi
Dei, qui miſſus fuit in Bethel ad Iero-
boã, vt prophetaret aduerſus ſacerdotes, & 3. Reg. 13.

 con-

confirmaret non vno tantùm miraculo, quæ prædixerat. Sciſſum quippe fuit altare in voce imperij eius, vbi Ieroboam thus adolebat impuriſsimis idolis: & exaruit manus eius, quam extenderat ad capiendum eum: & ipſo propheta orante reſtituta eſt manus impio regi. Nullus horum auſus fuit dicere, Quis tibi dedit hanc poteſtatem? In qua poteſtate hæc facis? Quare? Quia ipſa opera teſtimonium diuinæ virtutis habebãt. Cæci autem iſti traditi in reprobũ ſenſum, etiamſi in multis argumentis & ſignis cæleſtem potentiam Chriſti experiebantur, adhuc tamen inuidentes gloriæ auctoris ſalutis eorum & ducis in patribus ſibi promiſſi, adhuc perſequentes gloriam, famamque vſque in fines terræ peruolantem nominis Ieſu: quod extinguere & opprimere ſummis deſiderijs intendebant, tanquàm graue crimen obijciunt ei: In qua poteſtate hęc facis? Quis tibi dedit hanc poteſtatem? Ipſos prodebat verbum oris eorum, à quo ſpiritu traherentur captiui, nunquid diuino an diabolico.

Gen.3. Halitus ſerpentis antiquæ, verſutiſſimæque ex ore ipſorum procedebat: vnde facile erat dignoſcere corruptum cor eorũ, & ſenſum.

NOTA valde. Non enim malum aut vituperabile eſſet, in exordio prædicationis Ieſu domini noſtri, hæc ab eo interrogare humili, ac tremendo corde, in deſiderio agnoſcendæ, colendæque veritatis. Quod etiã ad magiſtratus reip. & maximè ad Eccleſiaſticos principes ſpectabat. Attamen poſt ingentia mirabilia, in quibus euidenter fiebat credibilis diuina auctoritas & virtus Ieſu, poſt tam ingentia miracula in diuinum honorẽ & pietatem relata, & in nomine omnipotentis Dei facta: non tantùm otioſum, ſed & calumniæ plenum erat, & valde impium quærere & dicere: Quis tibi dedit hanc poteſtatem? Iniurioſum verbum diuinæ auctoritati erat, quæ emicabat ſuper illos, vel ab ipſa tantùm facie ſaluatoris. Sed accidit, quod olim ſub Moyſe. Nã Ioanne & Mãbre reſiſtentibus clariùs luxit, propheta domini, comprobauitque vniuerſa illa multitudo, quòd miſſus eſſet à Deo dux eorum

Exod.8. Moyſes. Dixeruntque magi Pharaonis: Digitus Dei eſt hic: & magnificatus fuit Moyſes vehementer coram omni populo, & dominus qui miſit illum ad liberandum populum ſuum de duriſsima ſeruitute Aegypti, glorioſè honorificatus eſt, ſubmerſo

Exod. 14. Pharaone, & cuncto exercitu ſuo in abyſ-

C ſis. Et viderunt Aegyptios mortuos ſuper littus maris, & manum magnam, quam exercuerat dominus contra eos, timuitque populus dominum, & crediderunt domino & moyſi ſeruo eius. Quæ omnia in figurã iſtorum, & domini Ieſu acciderunt. Quos monuit ante multos annos rex & propheta Dauid in illo verbo: Hodie ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra. (Pſal.94.) Sed obdurauerunt facies ſuas ſupra petram, & noluerunt cõuerti, etiam ſi millies alas ſuas extenderet ad colligendos eos ſaluator. De quo ipſe aliquando: Hieruſalem Hieruſalẽ, (Matt.23.) quoties volui congregare filios tuos, quẽadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti. Obdurauerunt itaque faciẽ ſuam ſupra cilicem, & verterunt terga ad dominum, & non facies ſuas: dilexerunt magis tenebras quàm lucem: & inuidia amarulẽntoque animo quærentes, in qua poteſtate hæc faciat ſaluator, haud audierunt ab ore illius reſponſum: Sed inquit ad illos: *Interrogabo vos & ego unum verbum & respondete mihi: & dicam vobis, in qua poteſtate hæc faciam. Baptiſmus Ioannis unde erat, &c.* Vſq; in

D. finẽ capitis. Obſerua ꝙ cùm olim in exordio ſuæ manifeſtationis ſimile opus fecit ſaluator, ſicut habes apud Ioannem, (Cap.2.) eiecta de tẽplo illa multitudine cauponantiũ, interrogauerunt & dixerũt Iudęi: Quod ſignũ oſtẽdis nobis, quia hæc facis? Quibus ſaluator: Soluite templũ hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Tunc & ſi obſcurũ & ambiguũ, reſpõſum tamẽ cõceſsit eis. Nũc autẽ, quia indigniores multò erant, promptiq; ad calũniam & contradictionẽ, non reſpondit: ſed inſolubili argumento ipſos tenuit irretitos, & cõprehendit in ſua interrogatione. Baptiſmus Ioannis (inquit) vnde erat? De cælo an ex hominibus? Reſpõdete mihi. Facile erat dño, nunc denuò quis ipſe eſſet cõprobare in cõſpectu inimicorũ ſuorũ: ſed nemini vtile, cùm ad propagationẽ fidei ſui nominis ſatis actũ eſſet ante hos dies: ac deinceps in ſacra morte, & beata reſurrectione clarificãda erãt omnia mirificis ſignis & virtutibus. Cùm ergo indigni eſſent doctrina vlteriori, & aperuiſſent foueam, tetendiſſentque laqueum ad capiendum Ieſum, ipſe potiùs bicorni argumento comprehendit eos dicẽs: Reſpondete mihi. Sed quę nam inquies hęc rerũ cõſequẽtia eſt? Quomodo conueniũt: In qua poteſtate hęc facis, & baptiſmus Ioãnis vnde erat, ex hominibus an ex Deo?

Germa-

Germaniſsimè quidem conueniunt & cohę A reunt duo illa. Nam ſi ex cęlo reſpondiſset, ecce ad homines argumētum inſuperabile, Quare ergo non credidiſtis ei? Ille quidem teſtimoniū perhibuit de me, quòd ſim ego filius Dei. Propter quod non veſtra aut Cæſaris poteſtate indigeo ad faciendum hæc. Si autē dicerent, Ex hominibus fuit adinuētio illa & ritus, qui in Ioanne apparuit, nihilq; diuinum illi aderat, timebant populū, qui Ioannem venerabatur, & credebat miſſum fuiſſe à Deo, feciſſeque ex diuina ad illum ordinatione, quicquid circa ipſos diſpoſuit. Conuicti, comprehenſique elegerūt potius mentiri, quàm quæſtioni reſpondere. Chriſtus autem non ſic. Sed quid dixit? *Neque ego dico uobis in qua poteſtate hæc faciā.* Nō dixit neque ego ſcio, ſed neque ego dico vobis? In quo oſtendit mēdacium illorum. Cū ergo inquit, neque ego dico vobis, quamuis ſciam, in qua poteſtate hæc faciam, manifeſtè declarat ſcire illos vnde erat baptiſmus Ioannis: Sed non dixiſſe verum. Obſerua in hac vltima parte præſentis capituli, primò quidem quòd malus incidit in foueam, quā facit, ſecūdò quomodo altiſsimus cōprehendit ſapientes in aſtutia ſua. Capere intendebant Chriſtum Dei ſapientiam, ſed è contra ipſe cepit illos. Obſerua tertiò in quas anguſtias deueniunt impij ex vno tantum ſermone Chriſti. Quid fiet illis cùm manifeſtauerit occulta cordium & ſecreta cōſiliorum? Turbabuntur timore horribili: nec reſpondebunt vnum pro mille. At ille obmutuit, etiā ſi voce blāda adlocutus illū fuit paterfamilias. Amice quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem? Quid fiet cū loquetur Deus in ira ſua, & in furore ſuo turbauerit eos? Quis tūc locus reſponſionis? obmutuit, inquit. Obſerua quarto quod impij Deum contemnunt, & cuncta agunt aut timore hominum, aut fauore. Nā neq; Ioānem, cùm tantus vir fuiſſet, reuerentur: ſed multitudinem timentes, auſi non ſunt dicere, de terra erat baptiſmus Ioannis. Si dixerimus, ex hominibus, timemus populū inquiunt. Non eſt timor Dei ante oculos eorum: Sed timor hominum. *Timemus populū.* O noſtram ſtultitiam. Arguit nos noſtra conſcientia, & comminatur, inextinguibilem ardorem ignis, & vltionem de manu omnipotentis, nec timemus: ſed præcipites ad omne malum inuerecundè imus. Arguet te malitia tua, & auerſio tua increpabit te. Scito & vide quam malum & amarum eſt reliquiſſe dominum Deum tuum & non eſſe timorē mei apud te, dicit dominus exercituum. Obſerua quinto, quam clemens miſericorsque fuit ad homines iſtos ſceleratiſſimos Saluator, quos noluit amplius confundere, cùm certè poſſet obijcere illis mendacium quod in ore eorum inuentum eſt: in quibus omnibus ſatis vtilem habes doctrinam.

Ioan. 1. — Pſalm. 7. — Iob. 5. — Iob. 9. — Matt. 22. — Pſalm. 2. — Pſalm. 13 — Hierem. 2

B

Finis Capitis vndecimi, & Libri vndecimi Commentariorum in Marcum.

LIBER DVODECIMVS

COMMENTARIORVM IN MARCVM.

ET COEPIT *illis in parabolis loqui: Vineam paſtinauit homo, & circũdedit ſepem, & fodit lacum, & ædificauit turrim, & locauit eã agricolis, & peregrè profect⁹ eſt.* Mul
Summa huius Euangel. ta ex hac parabola ænigmaticè denotauit.
Nam & prouidentiam Dei à priſcis tempo
ribus illis ſemper mirificè affuiſſe oſtendit:
& cædi ſēper eos inuigilaſſe ſignificat, & ni
hil ab eo, quod ad ſalutē eorum pertineret,
derelictum demonſtrat. Et poſt propheta-
rum atrociſsimam necem non alienatum
fuiſſe Deum: ſed filium ſuum eis ſe miſiſ-
ſe deſignat, & grãdes atque mirabiles mor-
tem ſuam res geſturam prædicit. Et vltima
ſupplicia crucis ac paſsionis daturos præmo
net, gentium quoq; vocationem, ac Iudæo-
rum defectionē apertiùs denotat: quã in po D
ſtremis ideo poſuit, vt maiora ſe cõmiſiſſe
cognoſcant, quàm vt veniam conſequi me-
reantur. Optimum ergo genus docendi in
parabolis: neque infrequens apud prophe-
tas: imò in illis repromiſſum, quod Chriſti
ori familiare futurum eſſet, ſicut in pſalmo
Pſal.77. ſcriptum eſt. Attendite popule meus legem
meam: inclinate aurē veſtram in verba oris
mei. Aperiam in parabolis os meum. Quam
Cap.13.e. ſcripturam teſtatur ſanctus Matthæus præ-
dictam fuiſſe de Chriſto. Hanc parabolam
Capi.5.a. Eſaias compellat canticum, lugubre ſcilicet
& lachrymoſum valde: quod etiam in Chri
ſto hiſce diebus comprobatũ eſt: qui vidēs
ciuitatem quę nomine vineæ deſcribitur,
Cap.19.f. fleuit ſuper eam, ſicut teſtatur B. Lucas. Cũ
ergo Eſaias inquit: Cantabo dilecto meo cã
ticũ patruelis mei vineæ ſuæ: proculdubio,
mœrorem & amaritudinem habet canticũ,
non lætitiam & iucunditatem. In quo can-
tico ferè omnia quæ à Chriſto dicuntur in
hac parabola, delineata ſunt per prophetã.
Propter quę & alia quàm plurima ſimilis fi-
guræ, potiùs videtur hiſtoriam contexere,
quàm futura prædicere. Quare & Euãgeli-
cus à quibuſdam vocatur Eſaias. Vnde vna

C & eadem eſt vtriuſque interpretatio. Inquit
ergo: *Et cæpit illis in parabolis loqui.* Cum in-
quit cæpit, nõ in vna aut altera parabola ter
minaturum ſermonem ſpondet: ſed in mul- Capit.21.22.
tis: ſicut à beato Matthæo ſcribuntur. Para-
bolæ iſtæ non valde ambiguum, aut certe
obſcurum ſenſum habent: quin potius in ſu
perficie intentus finis doctrinæ inuenitur.
Quod notauit ſanctus Euangeliſta dicens:
Cognouerunt enim quòd ad eos parabolã
hãc dixerat. Et licet in parabolis fuerit ſer-
mo dñi Ieſu ad ſummos ſacerdotes, & ma-
giſtratus templi, non tamē obſcurus fuit &
reconditus: ſicut comprobatur ſępenumero
feciſſe. Propter quod non venia, non excu-
ſatione, ſed flagello vltionis diræ, digni ſunt:
Sicut aduerſus ſemetipſos teſtabantur audi-
ta parabola. Malos male perdet, &c. Obſer- Matt.21.
ua quomodo ſimili argumēto vſus fuit Na- 2.reg.12.
than Propheta in Dauid, cũ grãdia illa fla- *Parabolicus ſermo utilis.*
gitia commiſiſſet contra Vriam, & perſti-
tiſſet in ſententia pluſquàm nouem menſi-
D bus. Interrogauit illum per parabolã, ſicut
prudēs medicus qui cãdens ferrũ abſcon- Similitudo
dit, ne in contuitu eius infirmus deficiat: &
ſubitò aperto tumore ſanies fluit vndiq; in
magna infirmi congratulatione: per para-
bolam inquam interrogauit: vt dum de alio
iudicat, contra ſe promat ſententiam. Sic &
hic populus interrogatus à Chriſto, quaſi de
agricolis & vinea, vt ipſe contra ſe reſpon-
deat, neque ſit appellationi locus, cùm pro-
prio ore confirmauerit ſententiam. Sed lon
gè aliter quàm in Dauide & Nathan, contin
git res in Chriſto & Hieruſalem. Ille enim
Dauid gemebundus, & ira ſuccenſus aduer
ſus ſemetipſum dixit: Peccaui domino: & au
diuit diuinum oraculum: Dominus quoq;
tranſtulit peccatum tuum. Iſti verò cogni-
to quòd de illis loqueretur dominus Ieſus:
tenēre voluerunt eum, ſed timuerunt tur-
bam. De quibus ſuo loco nobis dicendum
eſt. Placuit hæc prælibare ante parabolæ in
terpretationem: vt ſternant viam, & quaſi
manu ducant ad germanũ ſenſum illius. Di- *Parabolæ ſermo non arguit metum in magiſtro.*
cit ergo ſanctus Euangeliſta: *Et cæpit illis in*
parabolis loqui. Non ductus metu aut timore
in parabolis loquitur dominus Ieſus: ſed vt
alta mente recondant quæ audierint, & re-
cogi-

cogitent quomodo non nouum eſt verbũ,
quod eis dicitur, aut peregrinum, aut ſtultũ:
Sed in prophetis exaratum, decantatum &
deploratum. Quod ſi aliunde non erat huic
populo timendum, cum odio haberēt Chri-
ſtum, certè expaueſcere debuerant, quia lõ-
ge retro ſæculis ab Eſaia: quem vt prophetã
magnum venerabantur, prædicta erant, quę
in parabola hac deſcribuntur. Quaſi ſi Sal-
uator diceret eis: Attendite & videte quo-
modo non tantùm omnia opera quæ ego fa
cio, aut qui, à populo mihi exhibetur, ho-
nor in prophetis prædicta ſunt: verũ & ver-
ba quib⁹ aduerſus vos inſurgo: vt vel ex hoc
honore digna habeantur in ore meo, & vo-
bis proficua & vtilia. Certè pondus magnũ
habere debuit ad populũ illum ſermo hic:
cùm in propheta Dei loquo fuerit deſcrip-
tus, atq; à priſcis illis hominibus honore ex-
ceptus. Nunc autem quia ab ore domini Ie-
ſu auditur, deſpicitur, & inhonoratur: cùm
oporteret abundantiùs ſeruare quæ audie-
bant à Chriſto, quã quæ per Moyſem præ-
dicta erant, vel ab Eſaia. Quod argumentũ
eleganter & cum ingenti fructu, magnoque
verborũ põdere abſoluit ſacratiſsimus Pau-
Cap.2. lus in Epiſtola ad Hebręos. Si enim qui per
angelos dictus eſt ſermo, firmus factus eſt, B
&c. Propterea abundantiùs oportet obſer-
uare nos ea quæ audiuimus: ne forte pereſ-
fluamus. De qua ſententia ſtatim lõgior re-
dibit ſermo. Memini etiam præclarum ho-
Roman.1. norem eundem apoſtolum deferre Euange
Euãg. hono- lio Chriſti: ex hoc etiã quia promiſſum fuit
rabile quia in ſcripturis ſanctis prophetarũ. Paulus ſer-
in prophe- uus Ieſu Chriſti vocatus apoſtolus: ſegrega-
tis repro- tus in Euangelium Dei, quod antea promi-
miſſum. ſerat per prophetas ſuos in ſcripturis ſanctis
de filio ſuo. Hunc ſaltem honorem habere
debuit apud Iudæos hæc parabola: quòd ſci
Capi.5.a. licet in ſcripturis ſanctis prophetarum Eſaię
Capi.2.d. & Hieremię deſcripta ſit. Sed impij iſta om
nia ſpernunt, manifeſtæ luci & veritati cõ-
tradicunt, periculoſiùs impingunt: denique
Prou. 8.a. contemnunt, cùm in profundum malorum
veniunt. In timore ergo domini audiamus
nos parabolam, & interpretationem eius:
ad nos etiam dirigitur, & in illa docemur &
admonemur, ſicut per ſingula verba demõ-
ſtrabimus. *Homo paſtinauit vineam.* Dixit B.
Cap. 22.d Matthæus: Homo erat paterfamilias, qui
plantauit vineam. Per quem Deus pater in-
telligitur & tota Trinitas beatiſsima: indi-
uiſa ſunt enim opera illius ad extra. Quæ-
cunque quidem operatur pater, operatur
& filius, & ſpiritus ſanctus, quorum vna eſt
diuinitas, eadē & ſimplex voluntas, æqua- NOTA.
lis & vna potētia. Dicitur tamen pater hoc *valde.*
aut illud facere: quia omnium principiũ eſt
& in cælo & in terra, & omnibus Abyſsis.
Principium quidem eſt ad filium & ad ſpi-
ritum ſanctum, à quo patre filius generatur
de ſua ſubſtantia ſine principio temporis
æternaliter, & ab vtroq; ſp̃us ſanctus proce-
dit. Dicitur paterfamilias nõ vno loco tãtũ,
quia ſub ipſius ꝓuidētia, gubernatione, ſub-
ſtentatione, & ordinatione, familiæ cælo-
rum, & omnium gentium, & infernorũ cõ-
tinentur. In quo liberalitatem eius ad vineã
hanc experimur, quia cum ſit omnium do-
minus, gubernator & rector, haud indigens
bonorum noſtrorum: quaſi omnium obli-
tus huius ſuæ vineę geſsiſſe curam, deſcribi-
tur. Propter quod magno æquitatis iure &
iuſtitia dicitur: Malos male perdet, &c.
quippe qui tantam neglexerunt ſalutem, pa
ternam dilectionem, & protectionem. Nam
poſt exitum ab Egypto legem dedit, ciuita
tem cõdidit eis, templum erexit, altare cõ-
ſtruxit. In nullo ergo indigens paſtinauit,
id eſt, de nouo plantauit vineam transferens Pſ: Ln.43.
B eam de Aegypto, & eijciens gētes. Quid eſt
eijeciſti gentes? ibi eiectio hæc deſcribitur,
cùm dicit propheta: Manus tua gentes diſ-
perdidit, & plantaſti eos: quod liber Ioſuæ
plenè comprobat. Vbi tot vrbes munitiſsi-
mæ cum filijs ſuis funditus euerſæ fuerunt
per manus inuictiſsimi ducis Ioſuæ ad plan
tandam vineam. In quò efficaciter admone
bat populum ſuum altiſsimi ſapientia, vt ti-
merent, ne inciderent in ſimilis perditionis
exemplum. Sicut docētur in Leuitico. Cu Leuiti.20.
ſtodite leges meas, &c, ne & vos euomat ter
ra quam intraturi eſtis, &c. Nonne vſque in
præſentem diem ignis, qui abſumpſit peſsi-
mas illas ciuitates, clamat in aures omnium Geneſ.19.
hominum, vt fugiant à vijs illorum peſsi-
mis, ne inuoluãtur pœnis eorũ. Hoc docet
Iudas apoſtolus: Sicut Sodoma & Gomor- Cap.1.
rha, & finitimæ ciuitates ſimili modo ex
fornicatæ, & abeuntes poſt carnem alterã,
facti ſunt exemplum, ignis æternam pœnã
ſuſtinentes. Propter peccata Amorræorũ
cæterarumq; gentium, quas enumerat ſcri-
ptura, eiecit eas dominus, & plantauit vineã
ſuam. In timore ergo plantauit Deus vi-
neam ſuam, admonebanturq; illi homines,
cùm ſinguli hæreditatem accipiebãt, & ne-
potes

C potes eorum vſque in mille generationes, quòd & ipſis præparatus eſſet calix iræ plenus, & flagellum duræ animaduerſionis, niſi fideles & grati Deo ſuo permanerent.

Rom. 11. c NOTA. *ualde.*

Non enim eſt acceptio perſonarum apud Deũ. Atque vnuſquiſque admones ſemetipſum dicere debuit, & in cubili ſuo recogitare: Si huic non pepercit Deus, cuius mihi domũ, ſupellectilem, agros & animalia conceſsit, quia peccauit ei, nec mihi peccanti parcet. In verbo ergo illo, *tranſtulit* vel *plantauit*, vel *paſtinauit* eijciens gentes, latet magna hæc exhortatio: Similemque nobis propoſuit

Roma. 11

Apoſtolus: quibus Deus locauit vineam ſuam, deſtruens Iudæorum populum. Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit, ne fortè nec tibi parcat. Lege locum & expende vim literæ, & obſerua ex his, quæ diximus quòd ſimili modo plantata eſt apoſtolica Eccleſia, ſicut & antiqua Iudæorũ Synagoga.

Eccleſia apoſtolica plantata ſicut Synagoga.

Perdidit homicidas illos rex omnipotens miſsis exercitibus ſuis, id eſt, Romano exercitu, & ciuitatem eorum ſuccendit igni & plantauit vineam ex gentibus, ſicut & Amorræis accidit & Iudæis, vt nos, ſicut illos admoneret, doceretque timorem domini, & iudiciorum ſuorum. Ad hanc cõſiderationem ſpectat quod Sapientiæ ſuæ

D

Cap. 24.

loquitur cæleſtis pater in Eccleſiaſtico. In electis meis mitte radices. Et cap. 1. c. deſcripſit radicum harum genus & virtutem. Radix ſapientiæ timere Deum.

Docibiles Dei oẽs in timore dñi.

Vtrumque ergo populum, & illum veterem, & noſtrum nouum docuit mirificis ſignis & virtutibus timere Deum: familiarem & quaſi ante oculos illis propoſuit & magiſtrum, cùm ad plantandam vineam illã priorem, radicitùs euulſit illas nationes Chananæorum, & ad conſtruendam Eccleſiam Apoſtolicam (vt dixi) rebelles & infideles Iudæos perdidit. In hũc modum & ſuum Dauidem edocuit Deus, cùm ampliſsimi imperij ſceptrum dedit in manus eius, amoto Saule propter ſuam in obedientiam in victoria aduerſus Amalech.

1. reg. 15.

Docuit & Mathiam apoſtolum, cum epiſcopatũ Iudæ tradidit ei.

Acto. c. 1.

In hunc modum legitur de quadam rege Perſarũ, qui cum deprehendiſſet quẽdam iudicẽ iniuſtè iudicaſſe, iuſsit eum excoriari, & ſuper ſellam cute eius cõopertam ſequentes iudices fecit ſedere: vt continuè memores illius iniqui iudices ſupplicij, timerent amplius iniuſtè iudicare. Homo ergo, id eſt, Deus pater humanus & clemens paſtinauit vineam in monte, quem acquiſiuit dextera ſua omnipotens: eijciens gentes in gladio & brachio virtutis ſuæ. *Et circundedit ſepem & fodit lacum, & ædificauit turrim.* Per methaphoram (vt prius diximus) deſcribit propheta Eſaias, & Chriſtus Ieſus dominus noſter populum Iudæorum, quẽ ſepiuit angelorum auxilio, & præceptis legis comminationibusque multis & grauibus, ſicut legimus in Deuteromio ab eo loco: Quòd ſi audire volueris vocem domini Dei tui, &c. vſque in finem capituli.

Seps vineę antiquæ qualis. cap. 28. c.

De cuſtodia angelorum paſsim offendes teſtimonia in veteri ſcriptura, & in Pſalmo ſic legis: Angelis ſuis Deus mandauit de te.

Exod. c. 14. c. & 23. c. & 32. g.

De præceptis peruia ſunt loca, vbi ſcribuntur.

Pſal. 4.

Et fodit lacum, vel torcular, id eſt, altare in quo primitias omnium fructuum pro gratiarum actione coram domino reponerent: & ædificauit turrim, id eſt, templum in medio eius. Eſaias cùm vineæ huius plãtationem deſcriberet, dixit: Plantauit vineam Sorec. Inquiunt Hæbræi genus eſſe vitis optimæ, eo quòd vberes fructus faciat atque perpetuos.

Sorec quid ſignificetur

Symacus dixit: Vineã electam.

lectio vulgata electã habet.

Quod ex ſententia Hieremiæ 2. cap. cõprobatur: Vbi ſic legis: Ego autem plantaui te vineam electam: omne ſemen verum, quomodo ergo conuerſa eſt mihi in prauum vinea aliena? Vineam electam dixit Hieremias, & Symacus: Vtrumque nomen, & electam & pinguem, vel vberam, valde commendat diuinam opitulationem & prouidentiam erga vineam ſuã:

Vineę plãtatio quàm ſub prouidẽtia Dei.

quam nõ quibuſuis palmitibus aut vitibus plantauit, ſed vberrimis, ſed pulchrioribus, ſed perpetuis & electis. Quæ omnia cupidis agricolis curæ eſſe ſolent plãtaturis vineã. Habes ergo quis ſit homo iſte, nimirũ Deus pater: quæ ſit vinea, ſcilicet domus Iſrael, qualiter plãtata, certè eiectis gẽtibꝰ euulſisq; radicitus: quomodo altè, id eſt, profũdè repoſuit radices in timore domini, denique quanta fuerit cura & ſolicitudo patrisfamilias ergo vites vineæ ſuæ, quòd certè eſſent pulchriores, vberes, electæ, perpetuæ, pinguiſsimæ: quomodo ad arcendos inimicos turrim ædificauerit, & ad cuſtodiã fructus murum, & ad exprimendum muſtum torcular foderit: & prelum. In quibus ſufficiẽtiſsimè & abundanter illis conſultum eſt atq; prouiſum. In propheta poſt turris ædificationẽ & ſepis & torcularis vel laci, longanimitatem Dei & patientiam erga vineæ

ingra

ingratitudinē deſcribit ſpiritus. Et expecta- A
La: ruſcas. uit vt faceret vuas, & fecit labruſcas. Aquila
ex Græco tranſtulit fructus peſsimos: Sy-
Cap. macus imperfectos: ſeptuaginta & Theodo
t.us, ſpinas: quibus Iudæi dominū corona-
uerunt. Non vulgare, ſed ampliſsimum be-
neficium eſt longanimitas & patientia Dei
Cap. 2. a. noſtri. Quod Paulus iure magnificat in epi-
ſtola ad Romanos. Non enim ſtatim vt pec
cauerunt Iudæi perdidit illos Deus: licèt
ad eorum eruditionem rupto ſepe facti
ſunt in prædam & captiuitatem: quos rubi-
gine abſumpta liberabat Deus eorum per
manus ſeruorum ſuorum & ancillarum fide
liſsimarum: ſicut teſtis eſt fidelis liber Iudi-
cum. Sequitur in parabola. *Et locauit eam agrī
colis & peregrè profectus eſt.* Singula verba
notatu ſunt digna. Agricolas vocat Iudæos
quo nomine admonerentur quale & quan-
tum ſit eorum officium. Et locauit (inquit.)
Nō in proprium dominium tradidit, vt pro
voto & ad libitū crederēt ſibi licere, quod
placeret facere: ſed locauit, inquit, vt diſce-
rent de fructu vineæ edere, & domino, qui
eam plantauit, reddere in tempore ſuo. Et
Chryſoſt. ſuper hunc locum. peregrè profectus eſt: beatus Chryſoſtomus B
longanimitatem Dei intelligit. de qua ante
has lineas. Longaminitate vſus eſt, inquit.
Nō enim ſemper ſimul atque peccarūt, pœ
nas inflixit: quæ omnia mirabili eius longa
nimitate facta ſunt: quam rem peregrinatio-
ne ſignificauit: Sed & liberum arbitrium a-
gricolarum. Sed quamuis liberæ ſit homo
voluntatis, non tamen eſt dominus vineæ,
vt liceat ſibi eam deſtruere, ſed reddere do-
mino ſuo ex fructibus illius oportet. De om
nibus iſtis in fine parabolæ dicendum eſt,
cùm ad nos conuerterit ſermonē Saluator.
Vineæ fructus quales requirebat olim Deus & nunc à nobis. *Et miſit ad agricolas in tempore ſeruum, ut ab a-
gricolis acciperet de fructu uineæ,* Honorem &
timorem, veramq; ex toto corde dilectio-
nem, & cultum latriæ ſibi ſoli debitæ, tan-
quam rerum omnium principio & vniuer-
ſorum domino. Hæc requirebat à populo
ſuo dominus per manus omnium prophe-
Hie. 25. a. tarum: ſed & à nobis aſsiduè. Miſit ad vos
dominus ſeruos ſuos prophetas, conſurgens
diluculo, mittenſque, & non audiſtis, neque
inclinaſtis aures veſtras, vt audiretis, cùm
diceret: Reuertimini vnuſquiſque à via ſua
mala, & à peſsimis cogitationibus veſtris.
De fructu vineæ apertè requirit dominus in
Cap. 1. b. Malachia. Filius honorat patrem & ſeruus
dominum ſuum: ſi ergo pater ego ſum, vbi

A eſt honor meus, & ſi dominus ego ſum, vbi
eſt timor meus: dicit dominus exercituum.
Et ſic in alijs prophetis? Qui omnes vel pœ
nitentiam ab agricolis requirebant. Conuer *Hier. 3. d.*
timini filij reuertentes dicit dominus. Con- *Ezech. 18*
uertimini & agite pœnitentiam ab omni- *g.*
bus peccatis veſtris, & non erit vobis iniquī
tas in ruinam. Iſti ſunt fructus, quos per ma-
nus ſuorū prophetarū requirebat Deus ab
agricolis: quos mittebat vt acciperent de fru
ctibus vineæ. Hanc etiam curam habet de
nobis altiſsimus, cùm per prędicatores ſuos,
qui operarij huius vineæ ſunt, à vobis exi-
git cenſum. *Qui apprehenſum eum ceciderunt,
& dimiſerunt uacuum.* Hic eſt Hieremias. *Et
iterum miſit ad illos alium ſeruum, & in capite uul
nerauerunt.* Hic eſt Amos: quem Ozias vectē
per tempora transfigit. *Et rurſum alium miſit,
& illum occiderunt.* Hic eſt Eſaias: qui ſerratus
fuit ex pręcepto Manaſſes regis Iuda. *& plu
res alios cædentes alios uerò occidentes.* De qui
bus omnibus ad longum diſputat Paulus in *Cap. 12 g*
epiſtola ad Hæbræos: & ibi expoſitores. O
grandem nequitiam: cùm deberent ad pre-
ces confugere quia vnde redderent non ha-
B bebant, non modo id non fecerunt, ſed etiā
ſupplicia intulerunt: & cum pœnas ipſi da-
re deberent, de iuſtis ipſi pœnas ſumpſerūt.
Propter quæ ſanctus Eſaias: Nunc ergo ha- *Cap. 5.*
bitatores Hieruſalem & viri Iuda, iudicate
inter me & vineam meam, quid eſt quod vl
tra debui facere vineæ meæ & non feci? An
quod expectaui vt faceret vuas, fecit autem
labruſcas. De quibus & ipſe dominus: Hie-
ruſalem, Hieruſalem, quæ occidis prophe- *Mat. 23. d*
tas & lapidas eos, qui ad te miſsi ſunt. Ad te,
id eſt, ad curationem & medelam tuam, vt
exigerent de fructu vineę. Grande fuit illo-
rum peccatum, & irreuerentia contra domi
nū. Oportebat attenderent quā iuſtè & quā
durè Dauid egit contra Amonnitas, prop- *2. Reg. 10.*
ter illatam, ſeruis ſuis iniuriam. Et cùm lon-
gè grauiora eſſent quæ contra ſeruos & le-
gatos altiſsimi, Iudæi irreuerenti & infini-
to animo egiſſent, non timuerunt. *Tandem
inquit dominus Ieſus. Adhuc ergo unum habens fi
lium chariſsimum, & illum miſit ad illos dicens:
Quia uerebuntur filium meū.* Hoc haud prædi-
ctum fuit ab Eſaia in hoc cantico, quamuis
non latuit ipſum & omnes prophetas aduē-
tus filij Dei: quem prædixerunt alibi. ſicut *Acto. cap.*
docet beatiſsimus Petrus: Huic omnes pro-
phetæ teſtimonium perhibent, &c. In Mat *Cap. 21.*
thæo ſic legis: Verebūtur filium meum. In *Cap. 20. g*
Luca

Luca ſic: Mittam filium meum dilectum, forſitan cũ hunc viderint, verebuntur. Vbi obſerua diligẽter quomodo ſecundum hãc literam Matthæi & Marci affirmatiue legunus, *Verebuntur*. Secundum Lucam dubitatiue, & in incertum relinquitur rei euentus ex aduentu filij chariſsimi. Elegãter quidem beatus Hieronymus ſuper Matthæum aduerſus Arium & Eunomiũ in hac ſcriptura diſputat. Ecce pater dicitur ignorare, & ſententiam temperat, & quantum in nobis eſt, probatur eſſe mẽtitus. Quicquid pro patre reſponderint, hoc intelligant pro filio, qui ſe dicit ignorare cõſummationis diem.

Hiero ſup cap. 21. Matthæ.

Arius, Eunomius cõfutantur.

Origenes.

Chryſoſt. ſunt etiam hæc uerba, hom. 69. in Matthæũ.

Origenes autem aperit ſoluitque nodum. Non quia ignorabat. *Forſitan*, dicit: ſed ne quidem ex amentia dicerent, prædictione Dei coactos, obtemporare non potuiſſe, idcirco huiuſmodi vtitur orationis figura. Præter hoc quòd non omnes Iudæi occiderunt Chriſtum: ſed qui ſecundũ carnem fuerunt Iudæi: ſecundum autem ſpiritum non omnes Iudæi occiderunt Chriſtum, ſed crediderũt in eũ, vt Nicodemus & Ioſeph. Vt illud quidẽ qđ dicit. Reuerebũtur filiũ meũ, videatur in illis Iudæis, qui intelligentes Chriſtũ, crediderũt in eum: hoc autẽ quod dictum eſt: *hic eſt hæres* in illis impletum ſit, qui videntes Chriſtum & conoſcẽtes eum, nihilominus occiderunt, inquit ergo: *Adhuc unum habens filium chariſsimũ*. Magnũ põdus habent verba hæc, quæ & deterrere debuerant impios Iudæos: ſiquidem nouiſsimè pater omnipotens vnicum habens filiũ chariſsimumq; miſit illum. Bene Eſaias: Cãtabo nunc dilecto meo, canticum patruelis mei, vineæ ſuę. Manifeſte prædicatus eſt Chriſtus dilectus, ab vniuerſa ſcriptura. Habes hanc vocem in titulo Pſalmo. 44. Cantico pro dilecto. In quo Pſalmo aperte agit de rege Meſsia propheta ſanctus, ſicut teſtis eſt apoſtolus in epiſtola ad Hæbreos. Et alibi propheta ipſe: & dilectus quemadmodũ filius vnicornium. Et pater in Iordane & in monte: Hic eſt filius meus dilectus, & nos ad longũ cum beato Athanaſio, cap. 1. Marci. Propter omnes has voces Paulus iure intulit concluſionem illam. Quanto magis putatis deteriora mereri ſupplicia, qui filium Dei conculcauerit & ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit, in quo ſanctificatus eſt? *Adhuc unum habens filium chariſsimum*. Cùm inquit adhuc, pręter longanimitatem & patientiam, ſummam liberalitatem Dei

Chriſtus dilectus dicitur ab uniuerſa ſcriptura.

Cap. 11. c

Pſal. 28. b

Matt. 3. d. 17. c.

ad Hæb. 10

C noſtri: & immenſum amorem ad nos & genus noſtrum, comprobat. Nobis enim ſicut & illis dicitur, vnum habens filium chariſsimum. Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret, dixit ipſe Saluator vnicus patri ſuo. Quid eſt, *dedit*? aut quantũ eſt? Alibi hoc docet ſcriptura. Qui etiã proprio filio ſuo nõ pepercit: ſed pro omnibus nobis tradidit illum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? Quid eſt nõ pepercit? aut quãtum? vel quale? lectio Geneſis rem hanc demõſtrat, cum ſummus pater Abraham ſacrificaret vnigenitum dilectiſsimumq; Iſaac, in has voces quaſi extra ſe & naturam ſuam exiuit domin[9]. Ne extẽdas manum tuam ſuper puerum, neque facias illi quicquam, &c. Et non pepercisti filio tuo vnigenito propter me. Hoc eſt non parcere, id eſt, ſacrificio crucis tradere. Et quid fecerunt agricolæ in aduentu filij? *Coloni dixerunt ad inuicem: Hic eſt hæres: uenite occidamus eum: & noſtra erit hæreditas*. Dicere oportuit: Venite adoremus & procidamus ante eum: ploremus coram domino qui fecit nos: quia ipſe eſt dominus Deus noſter, nos autem populus eius & oues manus eius. Hæc oportebat dicere, & animo volenti & perfecto facere, ſed nihil minus. Imò dixerunt ad inuicem, vnanimes & concordes. Hic eſt hæres rex Meſsias, qui temporaliter regnaturus eſt ſuper vniuerſam hæreditatẽ Iſrael. Vnde obſecro in profundum malorum deuenerunt? Auaritia excæcauit corda eorum & inuidia. Hic *eſt hæres*. Manifeſtum habes in hac ſcriptura Iudæos cognouiſſe Ieſum dominum noſtrum eſſe Meſsiam in lege promiſſum: neq; per ignorantiam occidiſſe illum, ſed ex malitia. In hac ſentẽtia concordant omnes patres & doctores Eccleſiæ. Non quidem agnouerunt eſſe naturalem Dei filiũ, quia malitia excęcauit corda eorum, patri conſubſtantialem & cõęternum, ſed quòd certè eſſet rex Meſsias. Et ſic interpretandæ ſunt ſententiæ apoſtolorum Petri & Pauli. Scio quod per ignorantiam feciſtis fratres; ſicut & principes veſtri. Si enim cognouiſſent, nunquam dominũ gloriæ crucifixiſſent. Satis eſt vt comprobetur magna iniquitas Hieruſalem, quod cognouerũt Ieſum dominum noſtrum eſſe Meſsiam: & occiderunt, ſuſpendentes in ligno; & petierunt donari ſibi virum ſeditioſum & homicidã. Propter quod dictum eſt in Hieremia: Et maior effecta eſt iniquitas filiæ populi

Ioann. 3.

Roma. 8. c

Geneſ. 22

Pſal. 93. a

Iudæi agnouerunt Ieſum d. n. eſſe Meſsiã in lege promiſſum.

Acto. 3. d.

1. Co. 2. b.

Mar. 15. b

Tren. 4. a.

A populi mei peccato Sodomorũ, quę ſubuerſa eſt in momento: & non ceperunt in eam
manus. Propter hoc peccatum, dictũ eſt in
Hier. 17. a Propheta: Peccatum Iuda ſcriptũ eſt ſtylo
ferreo in vngue adamãtino: exaratum eſt ſu
per latitudinem cordis eorum. Et multa alia
huius figuræ ſcripta ſunt: quæ grauiter arguunt magnitudinem ſceleris Iudæorum,
ſed nunquã ſatis. Qui cùm cognouiſſent do
minum Ieſum, Meſsiam ſuum eſſe, qui patribus eorũ ſummo fuit deſiderio & pretio,
illum crucifixerunt in ligno. Propter quod
ſcriptum eſt in cantico hominis Dei Moy
ſi: De vinea Sodomorum, & de ſuburbanis
verſu. 46. Gomorræ: Quæ primo dicta erat vinea Sorec, iam propter hoc peccatum vinea Sodo
morũ appellatur. Vba eorũ vba fellis, & bo
trus amariſsimus. Dederunt domino ſuo in
Matt. 27. ardenti ſiti vinũ myrrhatum, cum felle mixtum, Mea eſt vltio, & ego retribuam eis, vt
labatur pes eorum. Iuxta eſt dies perditio-
Iudæorum errores circa Meſsiã. nis, & adeſſe feſtinãt tempora. Hic eſt *hæres: & noſtra erit hæreditas*. In duobus grauiter errabant Iudæi: & quòd exiſtimabant tempo
ralis gloriæ futurum eſſe regnum Meſsiæ:
& quòd occiſus reſurgere non poſſet, nec
obtinere poſſet poſt mortem magnificentius regni ſceptrum: cùm rerum veritatem
B ex ſacris prophetis deprehendere poſſent:
Tantum inextinguibili auaritiæ ſuæ ardori attendebant, & conſulebant quomodo
hæreditatem perpetuò ſibi vſurparent: quæ
etiam, perfecta traditione horrenda, præclara illis videbatur. De primo, hoc eſt, de
regno Meſsiæ, cuius conditionis futurum
eſſet, non vno loco tantùm diſputauimus
in ſuperioribus. De ſecundo, id eſt, de ſacra
& potẽti reſurrectione occiſi regis Meſsię,
apertè propheta Dauid inquit: Lętatum eſt
Pſalm. 15. cor meum & exultauit lingua mea, inſuper
Reſurrectio Chriſti manifeſta in veteri teſtamẽto. & caro mea requieſcet in ſpe. Qaoniam non
de relinques animam meam in inferno, nec
dabis ſanctum tuum videre corruptionem.
Ipſe quippe Dauid derelictus eſt in infer-
no: & caro eius corruptionem vidit. Sequi-
Acto. 2. tur quòd ſub nomine & perſona Meſsię decantauerit odam & pſalmum feſtiualem &
Auaritia. quouſq; aſcendit. iocundiſsimum. Et *noſtra erit hæreditas*. O ardens auaritia. Quouſque aſcendis? & diſcipulum obtinuiſti, & tui iuris effectus magiſtrum vendidit, & tradidit in oſculo inimicis: & agnum ſine macula rabidiſsimis lu
pis. Benedictus Deus quòd neque in concilio publico, nec in mutua ac familiari con

A uerſatione crimen aliquod obijciant aduer
ſus Ieſum dominum noſtrum. Sed illic inquiunt: Hic homo ſigna multa facit: procul Ioan. 11.
dubio diuinitatis ſuæ magnifica argumenta
& quod certè eſſet rex Meſsias teſtificantia. Hic autem inquiunt: Noſtra erit hæredi
tas: occidamus eum. Ecce tanti criminis prę
clarum præmium & mercedem, magna hæ
reditas noſtra erit in æternum. Omnia hæc
teſtimonia & multa alia, quæ ſuper Ieſum
dominum noſtrum reſplenduerunt, euacua
bant ſcandalum crucis, quod in proximo
apparuit, coram vniuerſo orbe. De quo ſtatim in parabola. *Et apprehendẽtes eum occiderunt, & eiecerunt extra uineam*. Omnia prędicit, vt omnium futurorũ comprobetur agni
tor & dominus, &c: Ex his certiſsimè ſciant *Prædictio omnium futurorum à Chriſto, quid doceat*
non fuiſſe vt ignorantem, tantis malis & ca
lamitatibus præoccupatum: potuiſſeque ſi
vellet, vt omnipotentẽ, fugere omnia mala
quæ ventura erant ſuper eum. Locum deſignat ſuæ morti: extra vineam: id eſt, extra
Hieruſalem. Extra portam enim paſſus eſt *Hebr. 13.*
Saluator, &c. Obſerua verbum Saluatoris: NOTA.
occiderunt inquit, & eiecerunt extra vineam. Primo eiectus eſt extra vineam, ibique crucifixus: ſic & Marcus ſcribens tem *valde pro ſentẽtia B. Auguſti.*
pus huius occiſionis inquit: Erat autem ho-
B ra tertia, & crucifixerunt eum. Cùm certè
hora quaſi ſexta fuerit crucifixus. Vt autẽ *Cap. 15. c.*
oſtendat & Marcus & dominus Ieſus qui
fuerint duces & veri crucifixores eius, &
interfectores, Marcus inquit, erat hora tertia in qua linguis ſuis crucifixerunt domi-
nũ ſuũ & Saluatorẽ occiderunt eijcientes
extra vineam, de qua re ſuo loco. Ecce quo
modo plantauit vineam ſuam altiſsimus pa
terfamilias Deus: quomodo omnia quæ ad
illius vtilitatem conferebant, liberaliter &
abundanter conceſsit: Murum, turrim, la- [illegible]
cum, torcular, & cætera quæ ibi deſcribun
tur. Ecce quomodo agricolæ inuerecũdius
ſubinde contra dominũ vineæ, vſque ad ne
cem chariſsimi vnigeniti audent & confidunt. *Quid ergo faciet dominus uineæ?* Inter alia
hæc intenditur concluſio, diffinitiuam ſci- [illegible]
licet ſententiã, ſtatuere & confirmare aduer
ſus impuriſsimas agricolas: primò ſententiã
confirmat propria auctoritate ſecundùm iu
ſtitiam: Tandem ex ore proprio ipſorum. [illegible]
Vtrunq; docent ſacra Euangelia. Noſter *Cap. 12. d*
Euangeliſta inquit: *Veniet & perdet colonos, & dabit uineam alijs*. Beatus Matthæus: Aiũt
illi: Malos male perdet, & vineam ſuam lo-
cabit

cabit alijs agricolis, qui reddant ei fructum C
temporibus ſuis. Hoc dixerunt impij atten
dentes parabolæ tenorem, & iuſtitiæ quæ in
contextu eius & ſuperficie reſplendebat: Si
cut olim Dauid in parabola Nathan aduer
ſus ipſum, neſciens quod contra ipſum eſſet
2.Reg.12 b. ſermo in ore prophetæ. Viuit dominus (in-
quit) quoniã filius mortis eſt, qui fecit hoc.
Cum autem cognouiſſent Iudæi quod cer-
tè aduerſus eos eſſet parabola, quod ſtatim
ſequutum eſt, dixerunt aliqui eorum: Abſit:
Cap.20.c. ſicut teſtatur beatus Lucas. Per quæ conſo-
nantiam habes Euangeliſtarum. Diſtingue
Cõcordia Euangeliſtarũ in parabola uineæ. tempora aut perſonas, & concordabis iura.
Hæc ergo eſt ſententia Chriſti iudicantis
contra colonos. *Veniet & perdet colonos, & dabit uineã alijs.* Quod in Matthæo dicit: Ma
los male perdet, & vineam ſuã locabit alijs
agricolis, qui reddant ei fructum tempori-
bus ſuis. Quæ omnia ad vnguem completa
ſunt: dum per Romanos Principes Hieru-
ſalem capta eſt, nec relictus lapis ſuper lapi-
dem: & filij eius in ore gladij occiſi ſunt, fa-
meque conſumpti: & gentes vocatæ ad nu-
ptias filij regis & ad fidem eius: vt tempo-
ribus ſuis reddant fructum domino vineæ.
Eſai.5. Et in propheta manifeſtè Iudæorum perdi-
tio deſcribitur. Et nunc oſtendã vobis quid D
ego faciam vineę meę. Auferam ſepẽ eius,
& erit in direptionem: diruam maceriam
eius, & erit in conculcationem, & ponam eã
deſertam, non putabitur & non fodietur, &
aſcendent ſuper eam vepres & ſpinæ, & nu-
bibus mandabo ne pluãt ſuper eam imbrẽ.
Vinea autem domini exercituum domus
Iſrael eſt. Ad nos ergo pertinet parabola,
vt certè ſciamus quòd regnum Dei ablatũ
à Iudæis, nobis conceſſum eſt, vt faciamus
iuſtitiam eius, & ſeruiamus domino in timo
Rom.11. re & tremore: Qui enim naturalibus ramis
non pepercit, nec nobis peccãtibus parcet.
Obſerua quòd in tribus Euangeliſtis nume-
ri ſingularis eſt nomẽ fructus. Matthæus in
Cap.21.d quit: qui reddent ei fructum tẽporibus ſuis.
Cap.12.a Marcus: vt acciperent de fructu vineæ. Lu-
Cap.20.b. cas, vt de fructu vineæ darent illi. Cùm au-
tem Saluator aduerſum illos, profert ſenten
tiam: inquit: Auferetur a vobis regnũ Dei,
& dabitur genti facienti fructus eius. Vites
Matth.ib. vnũ & vnius ſpeciei ferunt fructũ: non mul
Fructus uineæ, quales tiplices, & alterius ſpeciei: vt aũt demon-
ſtrent ꝙ quamuis diuerſæ ſint virtutes regni
ſanctæ matris Eccleſiæ & ſcripturæ, in quo
declarantur, niſi à radice charitatis ortum

habuerint, fructus non ſunt dulces & matu-
ri dicit in ſingulari fructum. Fructum ſuum
habet fides, credens in dominum Ieſum,
ſimiliter & ſpes, humilitas & pax: attamen
niſi de radice charitatis & à gratia vitis no-
ſtræ oriantur, fructus vitæ & ſalutis non
ſunt, neque ex illis muſtum fit aut vinum
ad lætitiã cordis. Vt ergo doceat dominus,
omnium virtutum quærere à nobis fructũ,
inquit: Dabitur genti facienti fructus eius. Opera ſine charitate inutilia ad regnũ cælorũ.
Vt verò doceat cuius conditionis & ſapo-
ris deſideret fructus, ter dicit, de fructu vi-
neæ, quia niſi dulcedine charitatis conditi
fuerint, nihil ad cenſi ſolutionem, qui do-
mino vineæ debetur, proficiũt. Vnde Pau-
lus apoſtolus enumerans fructus ſpiritus ſan Gala.5.d.
cti, a charitate incipit: vnde & ſequẽtes fru
ctus digni Deo habentur. Fructus autem
ſpiritus eſt: charitas, gaudium, pax, patien-
tia, benignitas, bonitas, longanimitas, man-
ſuetudo, fides, modeſtia, continentia, caſti-
tas. Et in epiſtola ad Epheſios deſcribens Epheſi.5.
fructus lucis inquit. Fructus autem lucis eſt
in omni bonitate, iuſtitia, & veritate. Non
exiſtimet ergo homo quòd reddiderit do-
mino vineæ fructum temporibus ſuis, etiã
ſi fidem habeat, etiam ſi fortis in mille ten-
tationibus inuentus fuerit: etiam ſi virgini-
tatem colat à pueritia, etiam ſi patiẽs ſit, niſi
habuerit charitatem: vnde vigorem, pulchri
tudinem, & nectar dulcedinis cæleſtis cæte
ri fructus trahunt tanquam à radice. Loca-
uit quidem nobis dominus Deus vineam,
vt reddamus temporibus ſuis fructus & ſcia
mus quid & quo tempore oporteat nos lo-
qui & facere. Eccleſia ergo ſancta catholi- Vinea Eccleſia apoſtolica.
ca & apoſtolica vinea domini eſt. De qua
ipſe Saluator: Ego ſum vitis & vos palmi-
tes, & pater meus agricola eſt. Omnem pal- Ioann.15.
mitem in me non ferentem fructum (vi-
de quomodo ſingularis numeri eſt nomen
fructus in præſentiarum) tollet eum, & om-
nem qui fert fructum purgabit eum, vt fru-
ctus plus afferat. Intendo ſuper hanc ſenten Ioann.15.
tiam huius conſiderationis ædificium fabri
care: & oſtẽdere quomodo nos oporteat fru
ctum vberem reddere domino vineæ, qui
nos fecit ſibi regnum, & plantauit vineam
in loco pingui, & iuxta aquarum fluenta ſa-
lutifera. Intellige quæ legis, & conſidera
quomodo plantauit antiquam vineam ſuã Omnes reges triginta unus. Ioſue.12.
dominus: qualiter & hanc noſtram. Lege ca
put vndecimum, & duodecimum libri Io-
ſue: ſed & quæ antecedunt iſta: & deprehen
des

des quot & quàm potentes reges, quantam multitudinem, quæ vix numerus exarare illam poteſt, vincit enim ſua magnitudine numerum, quantam inquàm multitudinem populi interfecit nobiliſsimus Dux Ioſuæ, vt plantaret populum & vineam domini exercituum, in terra antiquis patribus repromiſſa. Non præteribit calamus, quæ geſta ſunt ab eo capit. decimo. Nam quinque Reges Adonizæ, Sedee Regem Hieruſalem, & Onám Regem Hebron, Pharam Regem Gerimoth, Iaphiam Regem Lachis, & Dabic Regem Eglon, concluſit intra ſpeluncam vrbis Maceda, aduolutis ſaxis prægandibus ad os ſpeluncæ: poſuitq́ue viros induſtrios, qui clauſos cuſtodirent. Inuenta autem victoria, præcepit aperire os ſpeluncæ, & producere ad ſe quinque illos Reges: aduocatisque omnibus viris Iſrael, dixit ad Principes exercitus, qui ſecum erant. Ite & ponite pedes veſtros ſuper colla Regum iſtorum: & interfecit illos, ſuſpenditq; in quinque ſtipitibus vſque ad veſperam. Ecce quomodo plantat vineam ſuam dominus Deus, data lege in monte Syna. Vineam autem nouam, id eſt, Sanctam Matrem Eccleſiam crucifixo chariſsimo filio Dei, vſque ad veſperam, collaphiſq́ue cæſo & multis alapis. O charitatem Dei erga nos! O noſtram ingratitudinem. Paulus non vno loco tantum rem hanc magnificat. Attendite vobis & vniuerſo gregi, &c. regere Eccleſiã, quam acquiſiuit ſanguine ſuo. Et alio loco: Viri diligite vxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam, & tradidit ſemetipſum pro ea. Audi, audi, & intellige. Deus pater agricola eſt, Chriſtus vitis nos palmites. Sed obſerua quòd Chriſtus agricola eſt etiam, ſicut & pater. Ipſe enim verbum eſt patris, ei conſubſtantiale, & ſic agricola eſt: & verus homo cùm ſit, ſic vitis dicitur, & eſt. Vnius quippe naturæ ſunt vitis & palmites: factus eſt ergo homo, vt in illo eſſet vitis humana natura: cuius & nos homines palmites eſſe poſſemus. Hanc conſiderationem beati Auguſtini acriter & vehementer contra Arianos ex ſententia Dionyſij Alexandrini Epiſcopi, confirmat Beatiſsimus Athanaſius. Humiles, vileſq́ue ſententiæ ſunt, quæ de aduentu eius in carnem mentionem faciũt. Ea autem de humanitate Saluatoris dicta, vel hinc ſentiri animaduertique licet quandoquidem agricola, quantum ad ſubſtantiam vitis pertinet, natura ab ea externus & alienigena cenſeri debet, palmites contra congeneres cum vite, indiuiſimque cohærentes, & ipſi interim eandem naturam, & parem cum vite poſſident. Si igitur filium eiuſdem nobiſcum ſubſtantiæ eſſe velitis, eandemque naturam poſsidere, ſit igitur eatenus alienus à ſubſtantia patris, eo modo quo vitis ab agricola: Sin autem filius aliud eſt & diuerſum à nobis, nimirum verbum, ratioque patris, nos contra nil niſi terriginæ & poſteri Adæ: certum eſt illud dictum de vite & agricola, non referri debere ad deitatem verbi, ſed ad eius humanitatem, cùm ad iſtum modum dominus ſua temperauerit verba: Ego ſum vitis, & vos palmites. Pater verò meus agricola eſt. Nos enim reſpectu corporis domini noſtri cognati ſumus, ac proinde ab illo dictum eſt: Annunciabo nomẽ tuum fratribus meis. Et vt palmites ex vite ſunt, eiq; conſubſtantiales habentur, ita & nos cognata cum domino corpora ſortiti, incremẽtum ex eius plenitudine accipimus, eiuſq; radice ad reſurrectionem & ſalutem nitimur. Pater verò agricolæ nomen meretur, eo quòd ipſe per verbum, vitem, quæ eſt humanitas Saluatoris, condiderit, atque ideò, nemo ad dominũ venire poteſt, niſi pater eò illum traxerit. Et paucis interpoſitis. Vt ergo agricola in vite non eſt, ita nõ pater, ſed verbũ in carne fuit. Agricola itaq; cæleſtis pater eſt, Chriſtus vitis, fideles palmites. In hoc ſatis admõemur, cui⁹ dulcedinis ac ſuauitatis fruct⁹ reddere debeamus dño vineæ. Vitis Chriſtis. Agnoſce dignitatem tuã, o chriſtiane, agnoſce cuius capitis ſis membrum, cuius vitis ſis palmes: nec cõtradicas ſi in doloribus fructũ patientiæ à te exigit dominus tuus, vitis tua: cùm ipſe Saluator ſuſtinuerit mortem crucis, & contradictionem importunã aduerſus ſemetipſum à nequam & impuriſſimis hominibus, qui ex mille beneficijs & officijs obnoxij ei erant valde: nec maledixit, nec comminabatur. Quid nimium aut graue tibi demantur, cum decolenda caſtitate habes à domino præceptum, Cùm palmes ſis illius vitis, qui de virgine cõceptus eſt, & virgo integerrimus permanſit? Quid habet impoſsibilitatis mandatum de diligẽdis inimicis, cùm illius vitis ſis palmes, qui in cruce pendens, tanquam prælo expreſſus fundebat ſanguinem, & pro crucifixoribus

KK obnixè

[Margin notes, left column: A; NOTA. ualde. Plantatio uineę eccleſiæ.; B; Acto. 20.; Epheſ. 5.; Chriſtus agricola ſimul et uitis; Atha. epiſto. contra Arianos ex de ſentẽtia Dion. Alexand.]

[Margin notes, right column: Pſalm. 21.; NOTA. ualde.; NOTA. ualde. Dignitas Chriſtianorũ, fructus corũ.; Hebr. 12.; Matth. 5.]

Lucæ.23. obnixè ad patrem orabat: Pater dimitte illis. Sed audi hoc vltimum verbum & intimis præcordijs recondc illud. De anteactis *Pœnitētia* criminibus tibi præcipitur contritio de cor de vero & perfecto. Dic mihi obſecro ſi noſti, quantum coluit à pueritia ſua Saluator, cuius tu palmes es, hanc virtutem? Quis ita doluit de proprijs peccatis, ſicut ille *Eſai.53.* bonus aduocatus noſter, de noſtris. Poſuit in eo Deus iniquitatem omnium noſtrum, inquit Propheta: certè vt doleret pœniteretque vſque ad exitum nobiliſsimæ animæ ſuæ de corpore: quod voluit dominus pro noſtris peccatis conterere in infirmitate. Deniq; omnium hominum crimina ſua *Pſal.21.* eſſe dicebat. Deus Deus meus reſpice in me, quare me dereliquiſti? Longè à ſalute mea, verba delictorum meorum. Caput noſtrum eſt, noſque corpus eius: vitis eſt, nos palmites. Verba delictorum meorum inquit propterea. Quod ſi zelum honoris patris ſui in corde noſtri Ieſu inſpexeris: Si agnitionem turpitudinis peccatorum: quã ſupra cunctos mortales habuit, intellexeris, denique ſi amorem ad patrem ſuum deprehendere poſsis, tunc quippe qualis & quanta fuit contritio cordis Ieſu Domini *Similitudo* noſtri, agnoſces. Quaſi vitis amputatis palmitibus vndique fluens humorem puriſsimum, ſic fuit dominus meus Ieſus toto tempore vitæ ſuæ flens & dolens pro noſtris peccatis: non ergo difficile, aut durũ ſit tibi ab hac vite tua trahere humorẽ amarę cõtritionis, & pœnitentiæ: ſicut certè palmes primò ſuccum trahit à vite amarum & acetoſum, ac deinde dulcem & ſuauẽ. Per quæ contritionis & dilectionis Dei ſuper omnia te docere intendo. Hinc illæ voces in *Cap.11. 19.&.20* Leuitico: Eſtote ſancti quia ego ſanctus ſum: Vbi nota illud verbum: Eſtote & in *1.Petr.1.* apoſtolo Petro: In omni conuerſatione ſan *Leuit.20.* cti eritis, quoniam ſcriptum eſt, &c. Magnumque eſt illud verbum quod priori loco repoſitum eſt: ſecundùm eum qui vocauit vos ſanctum. Hæc ſunt tempora in quibus oportet reddere fructum domino vineæ, qui eam nobis locauit. Quòd ſi obduraueris cor tuum, & recalcitraueris in obediens factus, ecce in ianuis iudicem dicentem: Omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum. Quid eſt tollet *Timor dñi* eum? aut cui vſui vtilis erit palmes ſi tollatur à vite? Ad primum manifeſta eſt reſponſio ex ipſa rei experientia: & ad ſecundum

C ſimiliter, ſicut docet propheta Ezechiel. Sicut enim in materiali vite agricola abſcindit palmitem infructuoſum, ita Deus pater fidelem ſine fructu, ſeparat à conſortio Chriſti in Ezechiele ſic legis: Et factus eſt ſermo *Cap.15.* domini ad me dicens: Fili hominis quid fiet de ligno vitis ex omnibus lignis nemorũ, quæ ſunt inter ligna ſyluarum? Ecce igni datum eſt ad eſcam, vtramq; partem eius cõbuſsit ignis, &c: Propterea hæc dicit dominus Deus: Quomodo lignum vitis quod dedi ad deuorandum, ſic tradam habitatores Hieruſalem, &c. vſque in finem cap. Sicut & ſupra cœpimus dicere. Hæc in verbo illo Chriſti. *Tollet eum*, intelliges. Vides quàm congruè in exordio huius parabolæ diſputauimus de timore domini: & quaſi firmum fundamentum illum propoſuimus? Habes hanc doctrinam apud diuum Paulum, cùm diſputat de excidio domus Iſrael, ac de vocatione gentium ad vineam ſanctæ matris Eccleſiæ: de quibus eſt ſermo in hac parabola. Vide (inquit) bonitatem & ſeueritatem Dei, in eos quidem qui ceciderunt, *Ro.11.* ſeueritatem: in te autem bonitatem Dei, ſi permanſeris in bonitate: alioquim & tu exD cideris. Tollet ergo te Deus niſi redideris fructum temporibus ſuis, ſicut & perdidit vineam ſuam, & dedit eam in conculcationem, &c. Quare illis & non tibi iraſcetur dominus? Tu miſericorditer inſertus es in bonam oliuam, cùm eſſes oleaſter amarus. Oliuæ non pepercit Deus, quare tibi oleaſtro peccanti & impœnitenti parcet? Audi quid ſtatim Saluator doceat. Et omnem palmitem, qui fert fructum purgabit eum, vt fructus plus afferat. Non paucis eſt contentus ſpiritus domini: ingentia requirit: glorifica- *Ioan.15.* tur enim pater, vt plurimum fructum afferamus. Nullus medicus purgat ſanum & in *Diſſimilitudo.* pondere & mẽſura habentẽ humores. Deus autẽ palmitem ferentẽ fructũ, purgat igne tribulationis & tentationis, vt efficatior ſit fructus. De quo ſic legis in Marco. Omnis *Cap.9.&. 1.Pe.4.d.* enim igne ſalietur. Et Petrus de hac ſallitione ignis, in victima quæ offerenda eſt domino: Tempus eſt vt incipiat iudicium à domo Dei. Si autem primùm à nobis, quis finis eorum qui non credunt Dei Euangelio? Et ſi iuſtus vix ſaluabitur, impius & peccator vbi parebunt? Vineam ergo ſuam locauit alijs agricolis dominus, vt fructum reddamus Domino vineæ: qui non ſibi, ſed nobis requirit illũ de manibus

noſtris

Pſalm.15. noſtris. Bonorum noſtrorum non indiget, A
cùm ſit Deus & creator noſter, quod manifeſtè in iſtis duobus verbis comprobatur: aliàs Deus non eſſet, ſi noſtrorum indigeret bonorum. Taceo quòd omnia bona quæ habemus, de manu illius accepimus: quomodo ergo indiget aliquo noſtrum? At dices: quare ergo ſolicitus eſt in requirendis fructibus vineæ ſuæ, & tam rigidus in vltione aduerſus ſeruum qui
Luce.19. ſine fœnore conſeruauit pecuniam acceptam, & infructuoſos palmites tollit & in ignem mittit, vt ardeant in æternum? Et agricolas perdidit quia non reddiderunt fructum temporibus ſuis? Et adhuc vnum habens filium chariſsimum miſit illum ad requirendum fructum ab agricolis? Noſtram tamen rem in his omnibus agit Deus, qui cùm naturæ ipſius non ſimus conſubſtantiales, nec beati quidem à nobis ipſis eſſe poſſumus: Sequitur vt requirat meritum ad coronandum, & victoriam ad triumphum, & laborem ad palmam. De quo ſu-
Iren. lib.4 aduerſ. hæreſ. c.72. et Clem. Romam. lib.2. recognitionum. fo.40. Clem. Alexan. oratione adhortatoria ad Græcos. pra diſputauimus cū beato Irenæo & in homilia.5. folio. 44. ſuper Pſalmum. 50. & cū beato Clemente Romano. Ex altero Cle- B mente Alexandrino ſcilicet, adducam pro re hac teſtimonium: Dominus miſeretur, caſtigat, hortatur, admonet, conſeruat, cuſtodit: & doctrinæ mercedem ex redundāti quadam copia, nobis regnum cælorum promittit, hunc ſolum fructum percipiens ex nobis, quòd ſalui ſimus. Vitium enim hominum paſcitur interitu, veritas autem, ſicut apis, nulli ex ijs, quæ ſunt detrimentum afferens, propter ſolam ſalutem hominum exultat, &c. Videiam quomodo nos
Hebre.2. confirmat Apoſtolus in timore domini. Abundantiùs oportet nos obſeruare ea quæ audiuimus, ne fortè pereffluamus. Quare
Ibi. cap.1. abundantius? Quia illi populo locutus eſt Deus patribus in prophetis, per angelos ad illos miſſos. Nobis autem locutus eſt nouiſsime in filio chariſsimo vniuerſorum hærede. Quid eſt. *fortè*. Ne fortè pereffluamus inquit. Locutus eſt ſeruus ſicut dominus
2.Cor.13. eius. Propter quod aliquando dicebat: An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Chriſtus? In incertum ergo videtur relinquere peccatorum perditionem propter longanimitatem Dei: per quam ad pœnitentiam nos adducit. Sed ſtatim adiun-
Hebre.2. xit. Quomodo nos effugiemus, ſi tantam neglexerimus ſalutem. In hunc modum

A docebat Ioānes magnus ille præcurſor Pha- *Matth.3.*
riſæos & Saducæos. Quis demonſtrabit vobis fugere à ventura ira? Et dominus mani- *Matth.6.*
feſtius: Genimina viperarum quomodo fugietis à iudicio gehennæ? Quaſi dicat Paulus, Ioannes, & Chriſtus, nullo modo fugietis ſine pœnitentia. Et quid eſt quod dicit *Similitudo Anſelmi.*
pereffluamus? Significat quidem punitionem. Sed fluimus, quia ſicut fluuius inflexu & mutabilitate ſumus, de infantia ad pueritiam, de pueritia ad iuuentutem, de iuuentute ad ſenectutem, & deinde ad decrepitā ætatem. Effluimus, cùm in mòrte anima & corpore diſſoluimur. Effluimus, id eſt, extra fluimus, cum animam exalamus: pereffluimus cùm à vero Dei eſſe per gratiam, perpetualiter ſeparati per culpam, in varijs tormentis ſine fine deficimus. Interpretatio eſt beati Anſelmi. Ne ergo in tantam calamitatem deueniamus, docet apoſtolus ſeruare, quæ audiuimus ab ore Chriſti. De iſtis docemur, in ſupplicijs & deſtructione Iudæorum, & abundantius, quia regnū Dei ablatum eſt illis, id eſt, germana interpretatio ſcripturarum, & fidelis ſenſus earum, & nobis conceſſus eſt, vt faciamus fru- *NOTA valde.*
ctus eius. Obſerua cum fratre Franciſco Ti- *F. Franciſ. Titelman.*
telmano viro literis & eruditione præcipuo, moribus & pietate inſigni, quòd dum prouidam Dei diſpenſationem aduertimus, facilè videmus quemadmodum cum fidei re- *Fides recta & ſcripturæ veritas connexæ.*
ctitudine connexa ſemper fuerit ſcripturæ veritas, & cum illa ſolita fuerit emigrare. Donec enim apud Iudæos ſolos firmitas perſtitit rectè fidei, apud eos quoque ſolos ſcripturarum ſoliditatem cognoſcimus latitaſſe. Poſtea verò quam veritas à Iudæis repulſa, à gentibus ſuſcepta eſt, digna Eccleſia gentium eſt habita, quæ proprio ſuo idiomate, id eſt, Græco, quod & vulgatiſsimum erat inter eos, qui ex gentibus crediderant, & latiſsimè cognitum, ſcriptura noui teſtamenti acciperet ſtabilimentum fidei Saluatoris. Porrò cùm ad Latinos deuolui iam fidei veritas cœpit, Græcis maxima ex parte vel ob innatam leuitatem vel ob contentionis ſtudium ab Eccleſia diſiunctis, certè dignam aliquam, diuino munere, ſcripturæ ſtabilitatem Latinos accepiſſe conſequens eſt. Nec quoquam pa- *Æditio vulgata Latina, Canonica.*
cto illud fieri poteſt, Latinam Eccleſiam apud quam iam inde à multis annis Chriſtianæ fidei veritas fuit, nullam adhuc ſcripturam Latinam habuiſſe, cui ſuis ſtabi-

liendis dògmatib is, tuto inniti, ſuæque fi dei aduerſarios condigna poſſet auctoritate reuincere. Obſerua ex hac præclara ſententia, quæ digna erat ad condendum decretū de auctoritate vulgatę ęditionis irrefragabili, quàm honorare debeas noui teſtamenti (*Interpres latinus honorabilis.*) interpretem, quo vſa eſt Eccleſia Romana: & ipſe locum prophetæ & ſenſum ſpiritus ſancti habuiſſe comprobatur. De quo ſit ſatis. Tandem obſerua quomodo omnia quæ acciderunt genti Iudæorum ab egreſſu de Aegypto vſque in diem hanc, in figuram noſtri contingebant illis, ſicut docet (1.Cor.10.) Apoſtolus. Nolo vos ignorare fratres, &c. Hæc autem in figuram contingebant illis: ſcripta ſunt autem ad correctionem noſtrā, in quos fines ſæculorum deuenerunt. Itaq; qui ſe exiſtimant ſtare, videant ne cadant. Hæc omnia docet nos parabola, & alia multa, quæ ante nos nobiles doctores ſcripſerunt: quibus intendere oportet: & præcipuè Epiſcopos & paſtores: quibus demandatum eſt, ex colore vineam domini Ieſu: non otiari, non dormire, non curias regnum in multo apparatu decorare, non ſeipſos paſcere, non locum honoris tenere, & laboris of(Pſal. 117)ficij abijcere. *Neque ſcripturam hanc legiſtis: Lapidem quem reprobauerunt ædificantes hic* (D) *factus eſt in caput anguli: A domino factū eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris.* Sæpe numero legerant hanc ſcripturam, germanum verò ſenſum & interpretationem eius haud intelligebant. Hanc tradit illis dominus Ieſus ad confirmationem dictorum in parabola, & ad deſtruendam radicitus vaniſsimam ſententiam, vbi dixerant: Noſtra erit hæreditas: ac ſi mortuus rex Meſsias reſurgere non poſſet, & ſic eos ſua hæreditate priuaſe. Inquit ergo: Nunquam legiſtis hāc ſcripturam, &c. Eleganter omnia currunt, firmiterque confirmantur ab ſpiritu ſancto. Ex eodem Pſalmo, ex quo ingreſſus Chriſti in Hieruſalem clarificatus fuit irrefragabiliter, adeò quòd non potuerunt ei contradicere magiſtratus templi, ex illo Pſalmo, qui apertè de Meſsia decantatus eſt, confirmat dominus Ieſus ſuam exaltationem, poſtquam ab ipſis Iudæis fuerit reprobatus, denique & crucifixus, cùm inquit: ſcriptum eſt: Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli. Ac ſi diceret: Non meus eſt hic ſermo: ſed eximij prophetæ Dauid patris veſtri, quem vos iure colitis, & optimo loco

(C) habetis. Ille de me, quem vos qui ædificatores viuæ fabricæ eſtis in populo iſto, reprobatis, tanquam Deo cōtrarium & Moyſi, de me inquam prophetauit, & tempora iſta prædixit, in quibus, ecce nō poſt multos hos dies ero in caput anguli lapis valde vtilis, nimiſque honorabilis: non tantum aliquibus ex vobis ad fidem meam conuerſis: ſed vniuerſo prorſus orbi, & cunctis gentibus. Lapis hic glorificatus in Pſalmo & in multis alijs ſcripturis veteris teſtamenti, Ieſus Chriſtus Dei filius & dominus noſter eſt: reprobatus à Phariſæis, Scribis & (*Lapis angularis Chriſtus.*) Sacerdotibus, factus tamen in caput anguli per ſacram reſurrectionem, coniungens vtrumque populum Iudæorum & gentiū in vnius & ſummæ ſuæ diuinitatis fide. Quæ longiori ſermone exponenda ſunt. (*Hiſtoria lapidis angularis nō fidei integræ.*) Narratur vulgò contigiſſe ſecundum hiſtoriam in ædificatione templi Salomonis, vt lapis quidam priùs ad omnia æſtimatus inutilis, tandem ad conſummationem ædificij, duorumque angulorum concluſionē in vnum, admodum iudicaretur accommodus. Verum id ex ſcripturis non habet auctoritatem. Sed manifeſtè comprobatur ſcripturam hāc propriæ rei futuræ fuiſ(D)ſe prophetiam: quæ nullo modo adumbrata fuerit in hiſtoria, quod etiam non infrequens eſt in veteri teſtamento. Pſalmus hic ſub Dauide & ab ipſo decantatus eſt. Templum autē ſub Salomone filio eius aliquot poſt annos erectum eſt: non ergo rei factæ decantatur hiſtoria, quæ etiam ſub ſua litera futurum ſacramentum venerabile foueret. Satis eſt ad præſentem locum vſu iſtud accidiſſe ædificantibus. Secundò obſerua, q caput anguli eſt ſummitas duorū parietum (*Anguli caput.*) in vnum conuenientium. Nam vbi duo parietes conueniunt, illic angulus eſt, & in horum angulorum ſummitate collocari ſolent lapides magni & graues, per quos duo parietes adinuicem coniunguntur & continuantur pariter. Obſerua tertiò hanc ſcripturam ſummum ſacramētum continere, nimirum exaltationem Chriſti à Iudæis reprobati & gentium, quæ antea immundis idolis ſeruiebant, vocationem ad vnam fidem, & promiſsiones ſpirituales Iudæorū, ſicut expo(*Act.4.*)nit B. Petrus & Paulus. Ille in cōcilio Iudęorum ſuper ſalutē claudi viri ab vtero matris ſuæ. Vbi magna cū auctoritate & verborū pondere dixit. Notū ſit omnibus vobis & omni plebi Iſrael quia in nomine domini

noſtri

noſtri Ieſu Chriſti Nazareni, quem vos crucifixiſtis, quem Deus ſuſcitauit à mortuis, in hoc iſte aſtat coram vobis ſanus. Hic eſt lapis, qui reprobatus eſt à vobis ædificantibus, qui factus eſt in caput anguli: & nõ eſt in aliquo alio ſalus. Gentes vero eſſe cohæredes & comparticipes & cõcorporales, & vocãdas ad promiſsiones teſtamentorũ, docet
Epheſ. 2. Paulus. Memores eſtote q̃ vos aliquãdo eratis gentes in carne, &c. eratis in illo tẽpore ſine Chriſto, alienati à conuerſatione Iſrael, & hoſpites teſtamentorũ, promiſsionis ſpẽ non habentes, & ſine Deo in hoc mundo. Nunc autem in Chriſto Ieſu vos qui eratis lõgè, facti eſtis propè in ſanguine eius. Ipſe enim eſt pax noſtra qui fecit vtraq; vnum, & paucis interpoſitis. Ergo iam non eſtis hoſpites & aduenæ, &c. Ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu: in quo omnis ædificatio conſtructa creſcit in templum ſanctũ in dño, in quo & vos coædificamini, &c. id eſt, ſuper hanc fidem innitentes, ſuper ædificati eſtis in bonis operibus. Et hoc factum eſt in ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu, qui duos in ſe populos quaſi duos parietes coniungit, & fortitudo eſt totius ædificij. Qui lapis non vulgaris & cõmunis eſt, ſed ſummus: ita quòd non poſſit alius lapis angularis ſuperaddi huic: ſi-
1. Cor. 3. cut neque fundamentum aliud nemo poteſt ponere præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus, ſic neque alius lapis angularis ſuperaddi poteſt: quia hic, id eſt, Chriſtus Ieſus ſummus eſt: in quo conſtruimur vſque in ædificationem tam ſacrã, quòd templum Dei ſumus propter fundamentum & lapidem angularem, & inhabitantem ſpiritum eius in nobis. Habes ergo quomodo Chriſtus reprobatus à Iudæis & crucifixus, exaltatus ſit in ſua reſurrectione & in prædicatione ſuæ fidei factus lapis angularis, coniunges duos parietes in vnius benedicti Dei confeſsione, in vnius baptiſmi regenerationis ablutione, in vnius fidei glorificatione. Hæc omnia docet Chriſtus ſub hac ſcriptura, quã Iudæis propoſuit in confirmationem grauiſsimæ huius parabolę: in qua oſtendit eis quàm inanis eſſet eorum excogitatio, cum dicebant: Noſtra erit hæreditas: venite occidamus eum. Quãtum autem profecerint Iudæi in doctrina hac, ſtatim demonſtrat beatus Euãgeliſta: ſed priùs in Matth. ſic legis. *Et qui ceciderit ſuper lapidem, confringetur: ſuper quem vero ceciderit, conteret eum.*

A Sic interpretatur hæc litera. Aliud eſt offendere Chriſtũ iniquis & malis operibus, ſalua fide ſui nominis: Aliud negare eum. Qui peccator eſt, & tamen in illũ credit, cadit quidem ſuper lapidem, & confringitur, ſed non omnino conteritur: reſeruatur enim per pœnitentiam ad ſalutem. Super quẽ verò, ille ceciderit, hoc eſt, cui lapis ipſe irruerit, & qui Chriſtũ penitus negauerit, ſic conteret eũ, vt nec teſta quidẽ remaneat de fragmentis, in qua vel puſillũ aquæ hauriatur de fontibus Saluatoris, vel de igne altaris: reparari tamen poteſt per pœnitentiam. *Peccatum infidelitatis.* Sed vide differentiam inter communia peccata etiam criminalia, & culpam hæreſis, negationisq; nominis Chriſti. Ille quippe conteritur, iſte verò cõminuitur. Illius oſſa cõturbantur, vel vt alij vertunt, obſtupeſcunt. *Peccati effectus. Pſalm. 6.* Et reuera ſic eſt, quia per peccatũ vires omnes in homine obtupeſcunt, & ſtupe fiunt, velut ad bonum inhabiles, & ad virtutem rigidæ atq; inflegibiles: quemadmodum cum homo ſtupore corripitur. Quemadmodum Dauid, qui ante peccatum animum & oſſa habebat viuacissima, cõposque erat ad per-
B cipiendum etiam leuiſsima: vbi vero vni ſe ſubdidit peccato cum Berſabee delinquẽs, obſtupefacta eſt anima eius, & oſſa eius obriguerunt. Accommodus locus erat iſte ad diſputandum de malis quæ homini & ſecundum corpus, & ſecundum animam acciduñt per peccatum mortale: ſimiliter & de crimine hæreſis negationisque nominis Chriſti: Longiſsimã tamen deſiderant hęc orationẽ & ſcripturã. *A dño factum eſt iſtud*, vt lapis reprobatus, reponatur in caput anguli: quod *Lapidis angularis præconia.* nõ caſu accidit: ſed iure optimo redditũ eſt Chriſto, qui humiliauit ſemetipſum vſq; ad *Philip. 2.* mortem crucis. Propter quod (ecce rationem iuſtitiæ & debiti) Deus exaltauit illum. *A domino factum eſt iſtud*, quòd ſcilicet vocet in tuba Apoſtolica, dato ſigno mirabilis virtutis, gentes, quæ erãt longè, & ſine Deo, ad fidem catholicam, & comparticipes eas faciat promiſsionũ ſpiritualiũ. Hoc liberalitatis eſt, & benignitatis, humanitatis & gratiæ donum. His omnibus nominibus traditur à Paulo reconciliatio noſtra, iuſtificatio noſtra, vocatio noſtra, vt non glorietur omnis caro: ſed det honorem & bene- *ad Titum. cap. 2. 3.* dictionem Deo, & filio eius Ieſu Chriſto, in ſpiritu ſancto Amẽ. *A dño factum eſt iſtud.* Quod lapis precioſiſsimus, vtpotè abſciſſus *Dan. 2.* de mõte ſine manibus, reprobatus à Iudęis,

factus ſit mons magnus qui impleuit vniuerſam terram. A dño tactũ eſt iſtud: cuius potenti virtute contrita ſunt omnia idola mundi & in fabillam redacta, & cunctæ familiæ gentium: Deum, parentem ſuum, creatorem ſuum, gubernatoremque vniuerſi in animo cõtrito & humiliato agnouerunt, coluerunt, & adorauerunt per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. *A domino factum eſt iſtud.* Quòd ſæuiente principe huius mundi

Abach. 3.

aduerſus nobiles prædicatores crucis, compreſſus eſt rugitus eius, & omnium tyrannorum: & minæ illorum & tormenta ædificationem templi non potuerunt præpedire: quin potius lapis hic angularis optimo & honorabiliſsimo loco repoſitus eſt, in capite ſcilicet anguli. *A domino factum eſt iſtud.* Quòd Romanum imperium & ſuperbia, & Græcorum ſapientia ſub iugo crucifixi Ieſu Chriſti domini noſtri tranſierunt in gratiarum actione & iubilo inenarrabilis lætitiæ.

Gal 5.

A domino factum eſt iſtud, vt qui maledictus fuit in cruce pendens, factus ſit ſacrificium, quo deletum eſt mundi peccatum, &

Geneſ. 22

in quo benedicuntur omnes tribus terræ. *Et eſt mirabile in oculis noſtris.* Omnem rationem habet admirationis, & exthaſis, quòd Deus gloriæ ſic vſque ad lignum crucis ſe humiliauit, quòd certè exinaniuit ſemetipſum

Philip. 2.

formam ſerui accipiens, factusq; ſit pro nobis maledictum: quòd humiliatus in tantam gloriam aſcenderit. Mirabile eſt quòd vniuerſus mundus abiecto huic lapidi innixus, ſecurus ſit aduerſus inſidias diaboli, etiam cùm circuit & quærit aperto ore

Cap. 33 d

quem deuoret. De qua ſecuritate in Eſaia ſic legis: Ibi magnificus eſt dominus noſter, locus fluuiorum riuuli Hieruſalem, latiſsimi & patentes: non tranſibit per eum nauis remigium, nec trieris magna tranſgredietur eum. Quare? Dominus enim iudex noſter, dominus legifer noſter, domin⁹ rex noſter, ipſe ſaluabit nos. Senſus planus eſt. Quòd protectio & auxilium domini Ieſu, qui eſt dominus legifer & rex noſter, eſt velut ampliſsimum flumen & profundiſsimum nullo modo tranſnauigabile. Et in Zacharia

Cap. 2.

ſic legis: Ego ero eis murus igneus. *Mirabile eſt in oculis noſtris.* Quod etiam ſi abyſſus dedit vocem ſuã, & altitudo manus ſuas

NOTA. ualde.

lauabit, id eſt, quòd licet à dæmonibus ſuſcitata ſit perſecutio ſæuiſsima contra Chriſtum & Eccleſiam, & à tyrannis, diaboli miniſtris, qui in ſublimi dignitate fulgebãt

C

in hoc ſæculo, nam abyſsi & dæmones concitauerunt vaſa ſua & in Hieruſalem aduerſus Chriſtum, & deinde contra Eccleſiam: adhuc tamen reprobatus lapis factus eſt in caput anguli: quia quæ in opere redemptionis abſcõdita erat fortitudo, cogebat & mortem & diabolum: tanquam captiuos, de quibus triumphabat, ante ſe ire. Ante faciem eius ibit mors. Egredietur diabolus ante pedes eius.

Abach. 3.

Quæ omnia facta ſunt, quia egreſſus eſt cæleſtis pater in ſalutem populo gentium, ſicut repromiſerat: ingreſſus inquam eſt in ſalutem cum Chriſto ſuo. De quo infra longior redibit ſermo.

Cap. 3.

Mirabile eſt in oculis noſtris. Factumque eſt à domino. Quòd rubus accenſus, correctusque totus à radicibus vſque ad cacumen, flamma in morem fontis aſcendente, maneat integer & illæſus, quaſi non eſſet incendij materia, ſed ipſe ab igne aleretur. Nonne mirabile hoc eſt, & terribilis viſio. Certè ſic. Quid ergo ſignificabatur? Significabat ardens rebus oppreſſum iniuria Saluatorem qui peccata noſtra portabat & purgabat: ideò in rubo ſpinis obſito demonſtratur. Vrens verò ignis oppreſſores.

Supra. c. 1 & infra, c. 14. cũ Philo. Iudæo. de rubro diſputat auctor.

Chriſtus rub⁹ ardẽs & non cõbuſtus.

D

Quòd autem non exurebatur materia, ſignificabat ſpiritus ſanctus non periturum dominũ: qui velut lapis vilis & inutilis, reprobabatur, & erat in breui crucifigendus: ſed conatum Iudæorum fore irritũ: & deſeruientẽ diuinæ ordinationi: quæ per crucis humilitatem diſpoſuit exaltare dñm Ieſum. Quod autẽ dico de dño Ieſu, de mẽbris eius intelligi etiam poteſt, qui neq; anguſtijs neq; oppreſsionibus deficiunt à confeſsione nominis eius, & à via iuſtitiæ, etiam ſi vndiq; igne circundentur: vel ab ipſo certè abſumantur. *Et quærebant tenere eum, & timuerunt turbam: cognouerunt enim, quòd ad eos parabolam hanc dixerat.* Nõ ſic rex propheta Dauid cũ Nathã: ſed quid dixit poſtquam duritiam, & ingratitudinẽ cordis ſui multã exprobauit? Reſpõdit in magna animę ſuę amaritudine. Peccaui dño.

2. Reg. 12

Illi autẽ conuicti apertiſsima ratione ex medijs ſcripturis deſumpta, grauiùs impingũt, & certè cõprobãt quã verũ ſit verbum Chriſti aduerſum ipſos iuſtitięq; ſplẽdore ornatiſsimũ. Obſerua ꝙ omnia hæc quæ de domo Iſrael ſcripta ſunt, cuilibet noſtrũ facile aptari poſſunt.

NOTA. ualde.

Nos enim eduxit dñs de Aegypto, ac demerſo Pharaone in aqua baptiſmi, tranſtulit in regnũ filij dilectionis ſuæ. Cuſtodiã angelorũ cõceſsit: ſcripturæ ſacræ codicẽ incorruptum,

Coloſ. 1.

ptum, & germanā interpretationē eſus tradidit. In ſuaui ac ſereniſsima patiētia noſtrā expectat pœnitentiā: per ſingulos dies nos admonet, vt reſipiſcam⁹, & cōuertamur: ꝙ ſi adhuc in peccatis noſtris cōtradicimus parē ti omniū Deo, dimittit nos iuſtus iudex: ſecundū deſideria cordis noſtri praui & rebellis: aufert cuſtodiam ſpecialis auxilij, ſicut in

Hie. 51. d.

Cuſtodia angelorum quā & quomodo amittitur.

propehta ex pſona angelorū dicitur. Curauimus Babylonē, & nō eſt ſanata. Relinquamus eā, & eamus vnuſquiſq; in terrā ſuā. Vide homo nequādo angelis præcipiat Deus, vt ad langorē animæ tuæ medicaminū emplaſtra cōficiāt, ſi quomodo poſsis ab ægrotatione ſanari, & reſpondeāt angeli. Curauimus Babylonē, iſtā oſtendentes à paſsionibus confuſam animā tuam, & nō eſt ſanata: non ſcientiam artis ſuæ, neq; reſinæ vim criminantur, ſed te, qui præceptis eorum obſe, qui noluiſti: Dicentes, curauimus Babylonem & non eſt ſanata, relinquamus eam.

Origr. homilia. 3. in Hierem.

Sic Origines. Inutiles facti ſunt, qui Dei increpationem, longanimitatem, aculeum, & admonitiones ſpernunt, & adhuc inquiunt: Nō ſeruiemus, nunquam tamen ex toto ab angelis dimittuntur, ſed permittit in malum tam culpæ, quam pœnæ cadere ex lege permiſsionis diuinæ ad tempus. Quod elegāter

Leg. Sāct. Tho. 1. p. q. 93. ar. 6 & Caiet. iētacu'o. 8. q. 3. Adri. q. 3. de pœnit. Vegā lib. 13. ca. 13.

prædemonſtratum eſt eidem Hieremię; & in populo iſto, quem deſcribimus, ad vnguem impletum & in noſtris peccatoribus luci rebellibus, & diuinæ gratiæ irriſoribus. Locutus eſt dominus ad Hieremiā cap. 13. Vade & poſside tibi lumbrare lineum, & pones eum ſuper lumbos tuos & in aquā non inferes illud. Et poſſedi lumbare iuxta verbum domini & poſui circa lumbos meos, &c. vſque, ſicut enim adhæret lumbare ad lumbos viri, ſic agglutinaui mihi omnem domum Iſrael, & omnem domum Iuda, dicit dominus: vt eſſent mihi in populum, & in nomen & laudem & gloriam, & non audierunt. Et Dauid dicit: Dimiſi eos

Pſal. 80.

ſecundum deſideria cordis eorum: Ibunt in adinuētionibus ſuis. Vnum aut alterum verbum tibi exponam. Illud ſcilicet Hieremiæ: Lumbare vel cintorium lineum. Et illud Dauidis: Dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorum. Cinctorium lineum eligitur & non ſericum aut auro contextum,

Cinctoriū lineum in Hierem. quid ſignificat.

quia linum ex terra naſcitur. Nam cùm ſemen eius in terra fuerit abſconditum primò in gramine pullulat, deinde demeſſum plectitur domi, lauatur, teritur, tūditur, & ingenti (vt ita dicam) opera excūtitur, quo

A

tale fiat, ex quo poſsit cinctorium aut aliud quid in vſus neceſſarios operari. Et nos ergo vniuerſi, qui generationem habemus ex terra, vt linum, quod in cinctorium Dei plectitur, multa cura indigemus, vt plectamur, vt lauemur, vt colorem terræ abijciamus. Alius quippe color generationis in lino eſt, alius cum fuerit opera mundatus.

NOTA valde.

Generatiōis color obſcurior eſt, & nigrior. operij autem lucidior. Sic nigri ſumus, Aethyopibus ſimilem habemus animam in decoram: abluimur, vt fiamus candidi, vt nitorem, qui inſitus à natura non fuerat, diligentia conſequamur. Sicut ſcriptum eſt: Nigra ſum ſed formoſa (Inſenſu diuiſio) & deinde: Quæ eſt iſta quæ aſcendit dealbata: & efficiamur linum candidum purumque aqua. Ita cum digni fuerimus ſocietate Dei, in cinctorium eius plicamur, neque ab eo aliquando deponimur: ſi tamen candorem quem nobis cōceſſerat, ſemper habeamus. Cum itaque Iudæi & omnis domus Iſrael indigni extiterint Deo, & proiecti ſint ab eo, nobis pro illis accinctus eſt. Neq; enim putandū eſt cinctorium abijciētem manſiſſe incinctum: ſtatim vt illos proiecit, alios ſibi contexuit. Hoc cinctorū Ec-

Cant. cap. 1. & 3.

B

cleſia eſt de gentibus congregata: quæ ſcire debet quia ſi prioribus non pepercit Deus, nec illi parcet, ſi eum dereliquerit, ſi non fuerit digna lumbo eius, ſi non adherens domino vnus ſpūs fuerit in Chriſto Ieſu. Sic Origenes. Et quod de Eccleſia ſcribitur, tibi dicitur. Dicitur tibi iuſtè, ſiquidem in propheta dūs cùm dimittit corda noſtra, nō ſecundum deſiderium cordis ſui dimittit: ſed ſecundùm deſideria praui cordis noſtri. Et tūc it cor noſtrū in adiuentionibus ſuis: nō adinuentionibus Dei: in quibus exercitium ſpōdet propheta Dauid, ſibi quidem vtiliſſimum & Deo ſuo honorificum: exercebor in adinuentionibus tuis, inquit. Et aliunde comprobantur adinuētiones, noſtrę in quibus dimiſsi à Deo imus, nequā eſſe, & cordis noſtri praui, quia propheta ipſe inquit: Dñe Deus noſter tu exaudiebas eos, Deus tu propitius fuiſti eis: neque hæc tantum impēdebat officia populo ſuo dñs: ſed vlciſcebatur in omnibus ad inuentionibus ſuis. Quod ſi à Deo immiterētur in corda hoīnū huiuſmodi deſideria, & inuentiones, quomodo iuſtè vltio eius locū haberet? quod vlciſceretur, ſi ab eo adinuentum & excogitatum eſt? Sit

Timor filiorum Eccleſię.

Orig. homilia. 7. in Hieremi.

Pſalm. 80.

Pſalm. 76

Pſal. 98.

 ſatis.

fatis. Et relicto eo abierunt. *Et mittunt ad eum quoſdam ex Phariſeis & Herodianis: ut eum caperent in uerbo.* Beatus Matthæus dixit: Tūc abeuntes conſilium inierūt, vt caperent eū in ſermone. Apertiùs beatus Lucas amarulentum animū in ipſorum oſtendit. Et obſeruantes miſerunt inſidiatores, qui ſe iuſtos ſimularent, vt caperent eum in ſermone, & traderēt eum principatui & poteſtati præſidis. Cùm corde perfecto metus eorum conuerti debuit & in multa amaritudine cōpungi: cùm clemētiam Saluatoris amplecti debuerant, quando factorum euentus erāt expauefcendi, quando denique à rebus præteritis etiam de futuris credendum erat, nō tamē ſiſtit pedem nequitia eorū: ſed feſtinat, & conuolat ad gladium oris nequiſsimi. Væ illis qui in media luce non vident, & in via plana offendunt, & manu ducēte illos Dei virtute & ſapientia, adhuc in foueā incidūt: neq; vibrāte domino gladium vltionis durę timent. Separati quippe ſunt in diem mali & occiſionis. Vaſa ſunt mortis, aduerſus quæ Deus ſagittas ſuas ardentibus effecit. Quid eſt, ardētibus effecit? Hieronym⁹ vertit: ſagittas ſuas ad cōburendū operatus eſt, ad cōburendū & incendendū igne æterno eos, in quos fuerit ſagittas ſuas iaculat⁹: quēadmodū milites cū ſagittas, quas intra ciuitates iacere volūt, rebus aptāt ardētibus, ad cōburendū indubiè hoc faciūt. Caue ne inidipſum incidas incredulitatis exēplū. Time cōminantē dñm, quia certè euenient ſuper oēs peccatores terræ, tormēta duriſsimę vltionis in ira & furore implacabili: quæ clemēter prædixit, vt fugiant à facie arcus & liberarētur in pfecta reſipiſcentia cordis humiliati & cōtriti: Si enim perdere vellet taceret, & oportunū inueniſſet tēpus & locū: qa vero clemēs & miſericors eſt, & deſiderat ſalutē noſtrā, manū eleuat, & flagellū oſtēdit, deſtructionē prædicit. Inſipientes autē & ſtulti homines, quos excecauit cōcupiſcētia ſua, vbi nō ſenſerint ſtatim flagellū, ſibi ipſis blādiuntur & indulgēt, & credūt vel Deum ignorare ipſorum crimina, quæ ſtultitia à Cayn trahit originē, ſicut docent Irenæus & Ambroſius, vel non tā grauia eſſe, longè abeſt ab anima eorū metus & timor domini, contēnuntq; cōminationes, dicentes: Vbi eſt verbum dñi? Veniat. Sed cū dixerint: Pax & ſecuritas: tūc repētinus ſuperueniet interitus. Clamabunt, & dñs nō exaudiet. Diſce ergo in obſtinatione Iudęorū

Cap. 22. b
Cap. 20. d
Pſal. 7.
Pſalm. 7.
Similitudo militaris.
NOTA ualde.
Comminationes diuinæ amorē arguūt dei erga peccatores.
Geneſ. 4.
Irenæ. lib. 3. aduerſus hæreſ. cap. 36.
Amb. lib. de par. cap. 14.
Hiere. 17

C & in vſtione diuina aduerſus illos, nō obdurare cor tuū: cor.n. durū malèhabebit in extremis. Et vt eſt in ꝓuerbio. Tua res agitur, paries cum proxim⁹ ardet. Intellige & recogita alta mēte qđ in eodē ꝓpheta ſequitur. Ego dñs ſcrutās cor, & probās renes, qui do vnicuiq; iuxta viā ſuā, & iuxta fructū adinuētionū ſuarū. De quo Paul⁹ apoſtol⁹: Quē fructū habuiſtis in illis, in quibus modo erubeſcitis? Nā finis illorū mors, &c. Abierūt ergo Iudæi ad ſemetipſos, nihili faciētes verbum dñi Ieſu, etiā ſi in propheta Eſaia prædictū fuiſſet: vnde expauēſcere debuerant, cùm nō recēs aut nouum eſſet: ſed antiquū & in prophetis prædicatum. Et licèt nouū eſſet adhuc timere oportebat, cū experimēto didiciſſent Ieſum D. N. ſaltē Prophetā eſſe & Deo ſuo charū. Nihil tū horū emollit cor eorū, vt reſipiſcāt & cōquieſcant. Abeunt & cōſilium nectunt inſidiātes, vt traderēt principatui. Tu verò fili mi, ſi te lactauerint peccatores ne acquieſcas eis. Si dixerint, veni nobiſcū, & inſidiemur ſanguini, abſcōdamus tēdiculas cōtra inſontē fruſtra (obſerua quomodo in Iudęis de Chriſto impletur verbū hoc) deglutiamus eum ſicut infernus, &c. Omnem precioſam ſub-
D ſtantiā reperiemus. Noſtra erit hęreditas dixerūt, venite occidamus eum. Impleuimus domos noſtras ſpolijs, &c. Fruſtra iacitur rete ante oculos pēnatorū. Ipſi quoq; contra ſanguinē ſuū inſidiātur, Nōne vides quomodo ad vnguē oīa iſta cōpleta ſunt in Chriſto & in inſidijs Iudæorū. Fuge & time, ne aliquādo inſidiās ꝓximo tuo, tu tibi laqueū, & foueā fodias. Cōtra ſanguinē ſuum inſidiātur, inquit. Grauitas huius criminis hinc etiā originē hābet, ꝙ inito cōſilio & meditatione multa aggreſſi ſunt tētare dñm. Propter qđ docet apoſtol⁹: Tētatio vos nō apprehēdat niſi humana. Qđ verbū multis modis expōnitur. Hominis eſt per ignorātiā aut per fragilitatē peccare: Diaboli & miniſtrorū eius eſt ſcienter & præ meditato conſilio delinquere, cùm ad hoc fragilitate nulla trahantur, ſicut Iudæi fecerunt aduerſus Chriſtum D.N. Ineunt ergo conſiluim vt capiant Ieſum in *uerbo* inquit noſter Euāgeliſta. Haud poſsibile illis fuit, etiam ſi obſeruabant eū, capere Saluatorem in opere trāſgreſsionis. Qui adeò reſplenduit corā omni populo, vt publicè in conſpectu omniū quęreret, & diceret: Quis veſtrū arguet me de peccato? Capere ergo cupiunt in verbo, qđ facilius eſſe ſo-

Eccleſi. 3.
Roman.
Prou. 1.
1. Cor. 10
Tentatio humana qualis.
Ioan. 8.

A

eſſe ſolet. Venienteſque dicunt. Qui ſunt iſti qui veniunt? Quidam ex Phariſæis cum Herodianis. Intellige vim verbi & quæſtionis. Nuper ſub Cæſare Auguſto Iudæa ſubiecta Romanis, quando in toto orbe eſt celebrata deſcriptio, ſtipendiaria facta fuerat: & erat in populo magna ſeditio dicentibus alijs: pro ſecuritate & quiete, quia Romani pro omnibus militarent: debere tributa perſolui. Phariſæis verò, qui ſibi applaudebant de iuſtitia, è contrario dicentibus: non debere populum Dei, qui decimas ſolueret, & primitiua daret, & cætera quæ in lege ſcripta ſunt, faceret, humanis legibus ſubiacere. Cæſar Auguſtus Herodē filiū Antipatris alienigenam & proſelytum, regem Iudæis conſtituerat: qui tributis præeſſet, & Romano pareret imperio. Mittunt ergo Phariſæi diſcipulos ſuos cum Herodianis, id eſt, cum militibus Herodis, vt vtrinque præcipitia laterent, quicquid reſponderet. Deſiderabant tamen aduerſus Herodianos, vt rem & negotium abſolueret, potiùs quàm aduerſus Hebræos: propterea diſcipulos ſuos cū Herodianis mittunt, vt illorum præſentia commotus, in illud crimen laberetur, quod aduerſus Romanum principem, & eius decre-

B

tum eſſet, quo ſeu factioſus à militibus traderetur præſidi ad puniendum. Vide qua aſſentatione & dolo ipſum Ieſum aggrediūtur. *Magiſter ſcimus quia uerax es, & non curas quemquam. neque enim uides in faciem hominum: ſed in ueritate uiam Dei doces. Licèt tributum dari Cæſari: an non dabimus ei?* Commendant eum licèt doloſè de veritate vitæ, doctrinæ, & iuſtitiæ, quaſi dicant. Non dimittis timore hominum, etiam Imperatoris, dicere veritatem. Nunc de re magna eſt quæſtio in populo, ſuper quam ſententiam tuam deſiderat: Dic nobis quid tibi videtur, quidue in re hac & negotio liceat. Licet tributum dare Cæſari: an non dabimus? Manifeſtè trahere nituntur Chriſtum in ſermonem contra Cæſarem, quo Herodem offendat, qui erat illis diebus Hieroſolymis. Cū enim inquiunt: *Non curas quemquam: neque enim uides in faciem hominum*, Herodem & Cæſarem oſtendunt. Cuius rei gratia, vt ad votum res fiat, veracem illum compellant. Scimus quia verax es. Quomodo ergo dicebatis, ſeductor eſt? Non eſt à Deo, Teſtimonium tuum non eſt verum, & ſeducit turbas & dæmonium habet? Alterum horū mendacium eſt in ore veſtro. Eligite hodiernū

Matt. 27.
Ioan. 9.
Ioan. 7.
Ioan. 8.

teſtimonium, & credite domino Deo veſtro, regi veſtro & ſaluatori veſtro. Verax enim eſt, & viam Dei docet ſecundùm veſtram ſententiam & rei veritatem. Sed nihil minus cordi illorum inerat. Imò hiſce adulationibus & blanditijs ſperabant & intendebant emollire cor eius, vt liberè fauēs religioni aduerſus Cæſarem raperetur à militibus Herodis, vt puniretur cum Theuda & Iuda, qui illis diebus nato iam Chriſto, ob ſimilem cauſam perierunt, ſicut docet Ioſephus. Iudas enim Galionites introduxit hanc quæſtionem ſub Octauio Auguſto. Vnum ergo ex duobus pro virili curabāt, aut quòd minùs gratus fieret populo Iudęorum, qui ſumma veneratione illis diebus eū proſequebatur, propter quam cauſam non audebant vim illi inferre, aut certè in manus traheretur Herodis & præſidis Pilati. Aderat iam tempus, in quo diabolus nullum non mouebat lapidem ad perdendum Ieſum dominum noſtrum, neſciebat tamē quòd ab ipſo erat capiendus, & transfigendus, ſecundum Gregorium. *Qui ſciens uerſutiam illorum ait: Quid me tentatis?* In Matthæo dixit. Hipocritæ, id eſt, ſimulatores. Nihil abſcōditum ab oculis eius. Lucidiores ſunt ſuper ſolem, circunſpicit omnes vias hominum, & profundum abyſſi, & hominū corda intuetur in abſconditas partes. Væ qui profundi eſtis corde, vt à domino abſcondatis conſilium, quorum ſunt in tenebris opera, dicunt: Quis videt nos? Et quis nouit nos? Peruerſa eſt hæc veſtra cogitatio: quaſi lutum contra figulum cogitet, & dicat opus factori ſuo: Non intelligis. Omnia quæ impij faciunt deſcripta ſunt in prophetis, vt caueant & fugiant, intelligantque quicquid ab ipſis fit, fieri ſub oculis domini: etiā quod in mediæ noctis ſilentio operantur, quæ turpe eſt etiā dicere. Et nox ſicut dies illuminabitur. Propter quod ſapientiſſimus filius eius Salomon docet: In omnibus vijs tuis cogita illum. Et Seneca: Patriam meam eſſe mundum ſciam, & præſides Deos ſupra me, circaque me ſtare factorum, dictorūq; cenſores. Scit Chriſtus verſutiam illorum: vnde Hypocritas illos compellat: in quo docet quàm oporteat adulationem & fugere & timere. Ingrediens nanque mentem ſapientis adulatio, velut olei pinguedo rigorem veritatis emollit, & eſt omnis virtutis inimica, & quaſi clauum figit in oculo illius, cum quo ſermonem conſerit: eoq; ma-

Ioſeph. li. 18. antiq.
Eccli. 23.
Eſai. 29. c.
Deus omnia agnoſcit.
Pſal. 138.
Prouer. 3.
Seneca.
Adulatio quàm noceat.

gis cauendus eſt,quò ſub amantis ſpecie, no
cere non deſinit , donec rationis obtundat
acumen, & modicum illud luminis , quod
adeſſe videbatur,extinguat. Et habent hoc
in ſe blanditiæ ſermonis, etiam cùm reij-
riuntur,placent,& ſæpè excluſæ , nouiſsi-
mè recipiuntur. Ad docendum ergo,quan-
tum oporteat obturare aures ad vocem adu
lantis,mitis ſaluator , qui æquo animo fa-
cieque ſerena,&c.Certè tanquàm non au-
diens, neque habens redargutiones , ſuſti-
nuit mille iniurias , nunc ad voces adulan-
tium , quid me tentatis hypocritæ,inquit.
Afferte mihi denarium,ut uideam. Sapiẽtia om
nia ſapienter agit,vt ſuis ſermonibus tenta-
Denarium tores confutentur. Oſtendite mihi denariũ,
cuius mate hoc eſt,genus nummi,quòd pro decẽ num
riæ,& figu mis computabatur , & habebat imaginem
ræ & ualo Cæſaris,& erat de argento, & annualis pro
ris. quolibet capitaneo domus.Ex hoc intelle-
Mat.17.d xerunt Apoſtoli Petrum cunctis exiſtere
prælatum,quia iuſsit ſacratiſsimus magiſter
Lucæ.2. pro vtroque dare didragma. In hoc etiam
ſcies,quantũ erat precium cenſus,cùm pro-
fitebantur in deſcriptione,quæ à Cirino Si
riæ præſide facta fuit,cùm Ioſeph aſcendit
à Nazareth cum deſponſata ſibi vxore præ
gnante in Bethleem Iudæ . Caue ergo ab
homine, & ne reſponderis citò , ne capiaris
in verbis oris tui:ſemel nanq; emiſſum ver-
bum irreuocabile volat. *Afferte mihi dena-*
rium,ut uideam. At illi obtulerunt ei: Et ait illis:
Cuius eſt imago hæc , & inſcriptio ? Obſerua
Interroga diligenter,quòd interrogationes non ſem-
re quid ſit. per ignorantiam facti in interrogante com
probant. Vnde ex interrogatione Dei ad
creaturam nihil habes contra eius aut ſa-
Gen.3. pientiam,aut prouidentiã. Interrogat Deus
& inquit: Adam vbi es ? Et quis niſi amens
Deum ignoraſſe vbi erat Adã, dicat? Quæ
Ib.4 rit ſecũdò à Cain. Vbi eſt Abel frater tuus?
Qui ſtultiſsimus putauit Deum eſſe fallẽ-
dum,nec conſiderare noſtra & dixit: Ne-
ſcio. Demonſtrans autem Deus,quòd ipſe
optimè ſciret quid egiſſet Cain,vbi etiam eſ
ſet Abel,inquit. Sanguis fratris tui Abel cla
mat ad me de terra. Et qui clamorẽ ſangui-
nis ſine ore clamantis audiuit,nonne conſi-
derabat? Nonne videbat ? Deſcendit etiam
Ibi.18. aliquando dominus Deus in has voces: De
ſcendam & videbo vtrùm clamorem , qui
venit ad me,opere compleuerint,an nõ eſt
ita vt ſciã. In his omnibus & ſimilibus haud
ſuſpiceris Deum ignorare; paſsim quippè

C formulam hanc loquendi , tam in veteri,tũ
in nouo teſtamento offendes . Vbi poſui- Ioan.11.
ſtis eum? Cuius eſt imago hæc & inſcriptio?
Ex ipſa inſcriptione ſcire poterat , cuius eſ
ſet imago illa: otioſum ergo eſſet illud quæ-
rere. Nõ ergo propter ignorantiã de imagi-
ne,& de inſcriptione eos interrogat: ſed vt
ex reſponſione ipſorum cõprehendat eos ,
& ſufficienter quæſtio abſoluatur:& ſic in-
tulit conſequentiam tanquam ex legitimo
antecedente,cùm reſpondiſſent : Cæſaris.
Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris,Cæſari, & quæ
ſunt Dei, Deo. Illata eſt conſequentia hæc
ex principatu Cæſaris ſuper ipſos,quẽ ima
go cùm inſcriptione in nummo teſtaba-
tur. Principum enim eſt numiſma confice-
re in terris ſibi ſubditis. Inquit ergo: Reddi
quæ ſunt Cæſaris Cæſari. Quem enim pro-
fitemini in denario principem eſſe veſtrũ ,
non eſt quod quę ſunt eius, denegetis ei:ne-
que hoc in dedecus religionis redit:ſi reddi-
deritis iura principibus ſæcularibus: Et quæ
ſunt Dei Deo. Decimas,primitias,oblatio-
nes,ac victimas,&c. Cùm audis:& quę ſunt
Cæſaris Cæſari:non intelligas Auguſtũ:ſed
Tiberium: ſub quo paſſus eſt dominus. Et *Pax cor-*
D *quæ ſunt* Dei Deo. In his duobus verbis pax *dis in quo*
ſita eſt,& bonũ cordis humani;ſi reddideri *conſiſtat.*
mus quæ ſunt debita iura Deo , & ſæculari
principi,timorem,honorem,cenſum & ve-
ctigal:quid vltra à nobis Deus,aut princeps
ſæcularis requiret? Imago ipſa nummi ex
argento conteſtabatur, quòd Cæſari cen-
ſus eſſet ſoluendus. Imago enim illius erat,
& ſuperſcriptio nominis ipſi⁹. Et hoc ipſum
mens noſtra conteſtatur,ꝙ Deo ſuo ſit ob-
noxia,& ei ſoli. Ad Dei enim imaginẽ con Gen.1.
diti ſumus. Sed væ illis,qui præter nummũ
cenſus,quę ſunt Dei, Cæſari tribuunt. De-
bemus Deo honorem, reuerentiam,amorẽ Mat.1.
ſuper omnia,fidem,cultum,pietatem , pro
peccatis pœnitentiam:quis hæc ſoluit? Nul Hier.8.
lus eſt qui agat pœniẽtiã ſuper peccato ſuo:
dicens quid feci? Etiam ſi prophetas mittat Mat.13.
Deus ad agricolas,vt cẽſum requirãt ab eis:
Etiãſi filius chariſsimus tota die clamet, Agi
te pœnitentiam, non eſt qui vocem eius au
diat:etiam ſi dicat: Niſi pœnitentiam habue Luc.13.
ritis,omnes ſimul peribitis. Etiam ſi dicat : Eze.18.
Conuertimini & agite pœnitentiam ab om
nibus iniquitatibus veſtris. Etiam ſi dicat :
Et quare moriemini domus Iſrael? Lõgior
ſermo redibit ſtatim , cùm de mandato ma
gno legis egerimus. Obſerua ne euangeli-

Libertas Chriſtiana etiã ſubditur regibus, & ſoluit tributa propter cõſcientiam.

cæ libertatis prætextu carnalem libertatem ſequaris, quod apertè locutus eſt præſenti loco de Cæſare, cui ſoluenda ſunt tributa, vectigalia, decimæ, vel quocunque alio nomine cenſeantur. Quia & ipſe dominus liber ab iis exiſtens, opere compleuit, quod nunc docet in verbo. Neque attendere debes, vtrùm Cæſar, Rex, aut Dominus, paganus ſit, vel impius, vel infidelis, vel certè iuſtus. Nullum horum attendas. Sed apoſtoli doctrinam amplectere.

Rom. 13.

Reddite ergo omnibus debita: cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui honorem, honorem: cui timorem, timorem. Intulit concluſionẽ ex præmiſsis illis, quas in exordio huius capituli propoſuit: Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Non eſt enim poteſtas, niſi à Deo. Ideoque neceſsitate ſubditi eſtote, non ſolùm propter iram, ſed propter conſcientiam. Vides quomodo à Deo ordinata eſt poteſtas: quomodo propter cõſcientiam debita reddenda ſunt ei? Habet ergo religio Chriſtiana neceſsitatem reddendi Cæſari, quæ ſunt eius, neque in aliquo ſpiritualis libertas obſcuratur. Qui aliter docent, crucem ædificant & patibulum. Sediciosi ſunt, & in remp. peccant, & contra leges diuinas & humanas. Obſerua ſecundo differentias & rationes verborum iſtorum, Tributum, cenſus, vectigal, pedagiũ:

Tributum quid ſit. Cẽſus quid. Vectigal quid.

Tributum enim de terræ naſcentibus in ſubſidium regibus datur, vel reip. Cenſus de capite, ad profitendum ſubiectionem. Vectigal ab vtroque differt fine pariter & materia. Soluitur nanque de mercemoniis, quæ vehuntur negotiationis gratia, ad murorũ pontiumque reparationem. Pedagium ex eiſdem mercemoniis, ſed in alium finẽ, quia dicatum eſt pro viarum cuſtodia aduerſus latrones vel hoſtes: quæ omnia propter cõſcientiam, non ſolùm propter iram reddenda ſunt Cæſari, quia debita ſunt ei, ſicut docet apoſtolus. Et dixit Dei eſſe miniſtros, vt doceret ab eius lege deriuari, & à numine ipſius, legem ſoluendi tributa ad alendos principes. Lege in ſexto in de cenſibus & exactionibus cap. Quanquàm, vbi de perſonis eccleſiaſticis fit exceptio ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda, vel interdicti, ſi exactor fuerit ciuitas vel caſtrum.

Principũ premium. 5 Eth c.6. et doctrina

At verò ipſi principes nihil in præmium debent expectare, ſed ſolùm ad ſuſtentationem ſtatus & alios neceſſarios ſumptus. Nam vt ait Ariſtot. proprium præmium principum eſt honor: quo qui non eſt contentus, tyrannus eſt. Honorem autẽ illum Chriſtiani, non ad humanum, qui vanus eſt, ſed ad diuinum referre debent. Hęc eſt populi ad principem & Cæſarem obligatio: hoc vinculo aſtringitur. Cæſar autem & Rex temporalis ne grauent plebes ſibi à domino commiſſas ad cuſtodiam, ad pacẽ, ad iuſtitiæ iura ſeruanda. Quod ſi aliter fecerint: ecce ſcriptum eſt: Potentes potenter tormenta ſubſtinebunt.

Sap. 6. a. NOTA valde.

Obſerua duo illa verba, potenter & ſubſtinebunt: haud ſignificare intendit ſpiritus ſanctus, quòd potentes in ſua potentia, quæ in fabillam redigitur, neque deſcendit cum eis gloria eorũ, ſuſtinere valebunt tormenta ſibi præparata. Sed cùm inquit, Potenter, tortoris & miniſtri vim & potentiam aduerſus iniquum iudicem, & regem tyrannum docere intendit, ſimiliter cum verbo vtitur ſuſtinere, nõ patientiam, ſed imbecillitatem, & ex omni parte impoſsibilitatem repellendi à ſe tormenta demonſtrat. Et dum principes ſubitò diuitias ſibi deſiderant, paupertas in æ-nuis adeſt: dum miſer populus non habet vnde negotiationes & alia huiuſmodi exerceat: quibus interpoſitis, & cenſus regis attenuatur, & aſsiduè marceſsit & vultus eius.

Regnũ in de ruit.

Denique ex nimia oppreſsione & graui exactione fundamenta regnorum ruinam minantur, & proxima ſunt valde. De quo præter alia, manifeſtum habes exemplum in filio Salomonis Roboam ſtultiſsimo.

3. Reg. 12.

Qui rogatus ab vniuerſo populo, vt vel ad horam reſpirare concederet à tributis, quæ Salomon ab eis exegit: reiecto conſilio ſeniorũ, ex ore iuuenum, qui ab infantia cũ illo fuerant nutriti, grauiter & inſipienter reſpondit in hæc verba: Minimus digitus meus groſsior eſt dorſo patris mei. Et nunc pater meus poſuit ſuper vos iugum graue, ego autem addam ſuper iugum veſtrum: Pater meus cæcidit vos flagellis: ego autẽ cædam vos ſcorpionibus. Quibus auditis decẽ tribus receſſerunt ab eo, & domo eius, & adhęſerunt Ieroboam dicentes: Quæ nobis pars in Dauid, vel quæ hæreditas in filio Iſai? Væ Cæſari & Regi, cùm propter duritiam ſuam populus illi ſubditus honorem & reuerentiam illi denegant. Quid regi ſupereſt? cùm præmium illius ſit honor & reuerentia?

Regi qui debent eſſe à conſiliis.

Cum ſenioribus, qui timorem Dei habent, quibus rerum humanarum experientia ſanum ſenſum contulit & dexteritatem, opor-

oportet regem ſuper tributa & veſtigalia
conſulere. Non indecorum eſt regi conſi-
lium in condendis legibus, & exigendis cẽ-
ſibus: quin potiùs probitas illius comproba
tur & virtus. Non enim ea eſt ſemper regis
prudentia, quę vniuerſos valeat ſupplere de
fectus ſuæ reip. Neque talis rex ipſe in ciui-
tatibus naſcitur, autore Platone, qualis in-
ter apum examina ſtatim à principio, cæte-
Plato lib. ras antecellens oritur. Verba Platonis hæc
16. ciuilis, ſunt. Nunc autem poſtquàm non naſcitur
uel de re- rex talis in ciuitatibus, qualis inter apũ exa
gno circa fi mina ſtatim à principio, tam corporis quàm
nem. animi habitu, vnus cæteros antecellens, ne-
ceſſe eſt, vt videtur cœtu conſultantium fa-
cto, inſtituta conſcribere, veſtigiaque veriſ-
NOTA ualde. ſimæ reip. illius percurrere. Plurimorum er
go conſilio in ſtatuendis legibus, & exigen
dis tributis vtatur neceſſe eſt. Robuſta res
Similitudo natura ciuitas eſt: multæ tamen, nauium in-
ſtar, ſubmerſæ perierunt, atque peribunt, &
pereunt, ob gubernatorum, nautarumq; im
probitatem: qui in rebus maximis externa
quadam ignorãtia detinentur: quoniã cum
rerum ciuilium prorſus ignari ſint, in his ta
men ſibi ſapere videntur. Et libro alio, poſt
18. in me- multa in hunc modum docet. Rurſus enim
dio libri. in hunc modum quærebamus, Age, ars illa
Regis opus proprium. regia omnibus præſidens, opus aliquod effi
cit, an non? Omninò aliquod, conſentimus
omnes. Quod ergo illud opus eſſe diceres?
Vt ſi te rogem: Medicina dum dominatur
omnibus, quorum domina eſt: quodnam
opus exhibet? an non ſanitatem? Protinus
reſponderes: vtique. Agricultura item ve-
ſtra, dum omnibus, quorum eſt domina, do
minatur, quod opus facit? Alimentum por-
rigere è terra inquies (infert Plato iam con-
cluſionem à nobis propoſitam) Regis igi-
tur facultas, cum omnibus, quorum eſt do-
mina, dominetur, quod opus explet? Non-
ne igitur boni aliquid afferre nobis eam ne
ceſſe eſt? Poſt alia: Opera verò ciuilis gu-
NOTA ualde. bernationis, cùm multa alia, tum hæc eſſe,
vel maximè vnuſquiſque fatetur, diuites fa-
cere ciues, liberos & concordes. Medico igi
tur & agricolæ comparandus venit rex in
rep. qui omni cura ciuium ſibi commiſſorũ
vtilitatibus intendere debet, faciat illos di-
uites, concordes, liberos non pauperes in
exactionibus grauibus & importabilibus.
Qui & occurrente temporum iniuria, ipſe-
met vltroneus, & vt pater reip. cõdonet cen
ſus, vel in pinguiorem fortunam ſubditos

C emittat: neque vi & tyrannide vſque ad ſan
guinem lac mulgeat: Paſtor enim eſt, ſicut Rex pa-
ſupra cum antiquioribus ſapientibus docui ſtor.
mus. Reddat ergo populus Cæſari ſuo, quæ
ſunt Cæſaris, & Cæſar populo ſuo, quæ illi
debet: & omnes, Cæſar, populus eius, & vni
uerſus orbis reddat Deo, quæ ſunt ejus: ho-
norem vt patri omnium, timorem vt domi
no, cultum latriæ, vt Deo verò, obedientiã
in mandatorum obſeruantia, vt ſupremo le
giſlatori, timorem iterum, vt iuſto & forti
iudici: amorem denique, vt benefactori ſuo,
& redemptori. Et qui viuunt, iam non ſibi 1. Co. 11.
viuant: ſed ei, qui pro ipſis mortuus eſt. Om
nia itaque aſcribat & det Deo, ſicut Ioſeph Gen. 47.
in Aegypto in frumenti inopia ab eo loco:
è quibus omnem pecuniam congregauit, vſ
que, Subiecitque eam Pharaoni. *Et mirabantur*
tur ſuper eo. Dixit beatus Matthæus: Et au- Cap. 22.
dientes mirati ſunt, & relicto eo abierunt.
Et beatus Lucas: Et non potuerunt verbũ Cap. 20.
eius reprehendere coram plebe, & mirati
in reſponſo eius tacuerunt. Mirati ſunt q
calliditas inſidiandi non inueniſſet locum,
perdidiſſetque operam & oleum, etiam ſi
inito conſilio capere intenderent dominũ
Ieſum, ſed ſtrenuus dux vires eorum con-
D fregit, & ſtultam demonſtrauit ſapientiam
ſapientium, ſicut dictum erat ab Eſaia: Per- 33. cap. c.
dam ſapientiam ſapientium, & prudẽtiam 1. Cor. 1.
prudentium reprobabo: & interfecit im-
pios ſpiritu labiorum ſuorum, & in ſtadio
immobilis permanſit, expectans adhuc ini-
mici impetum ſine formidine aut pauore,
Ecce: *Veniunt ad eum Saducæi, qui dicunt reſur-*
rectionem non eſſe, & interrogabant eum dicẽtes:
Magiſter, Moyſes nobis ſcripſit, ut cuius frater Deu. 25. b
mortuus fuerit, & dimiſerit uxorem, & filios nõ
reliquerit, &c. uſque, Vos multum erratis. Mira
bile eſt quomodo in hac ſententia repro-
miſſa ac prędemõſtrata ſit reſurrectio mor
tuorum. Quomodo ad reſurrectionis ſacra-
mentum pertinet: Ego ſum Deus Abrahã,
Iſaac & Iacob? Ambiguum eſt teſtimoniũ.
Primò obſerua quòd ſcripturæ ſacræ non
ita faciles aut peruię ſũt, vt quiuis homo vir
tutem & germanum ſenſum earum valeat
penetrare, ſicut ſtultiſsimi hæretici ſom- Scripturæ
niant. Sed certè præter diuinam inſpiratio- diuinæ diffi
nem, aſsiduum ſtudium & magiſtrorum de ciles intel-
ſiderant interpretationem, & eccleſiæ. Iam lectu.
ergo audi quomodo ad reſurrectionem in-
ductum teſtimonium ex libro Exodi con- Animæ im
ueniat. Supra diximus ſecundum ſtultam mortalitas
mentem

mentem Sadducæorum, neque angelum, neque ſpiritum, neque reſurrectionem eſſe corporum, animarum quoque inter eû prædicabant. Primo intendit ſaluator demonſtrare ex libro Moyſi animæ immortalitatem. Dicit Deus: Ego ſum Deus Abraham, Iſaac, & Iacob. Non eſt mortuorum Deus, ſed viuentium, vbi cùm probat animas permanere poſt mortem (neque enim poterat fieri, vt eorum eſſet Deus, qui nequaquàm ſubſiſterent) conſequenter introduceretur, & corporum reſurrectio, quæ cùm animabus bona malaue geſſerant. Sic beatus Hieronymus: Non diſputo de immortalitate animæ, ſecundum philoſophos: & ſi nobiliſſimi eorum apertè animæ immortalitatem docuerint, ſcilicet, Pythagoras, Socrates, Plato, Theophraſtus, Seneca, Cicero. De qua re lege Scotum, & Iandunum, & Caietanum in epiſtola ad Romanos, & Epiſcopum Canarienſem. Ad homines ergo eſt reſponſio & argumentum domini ſaluatoris. Radix negandi reſurrectionem fuit Sadducæis credere animæ interitum, cû ipſo corpore: Euellit ergo errorem ſaluator, cùm probat animas permanere poſt mortem. Quia quamuis aduerſus phyloſophum non ſit ſic B firmum argumentum ad probandam reſurrectionem mortuorum ex animæ immortalitate, apud fideles tamen elegans valde, firmumque argumentum eſt. Cùm etiam in omni philoſophia pars nulla extra ſuum totum ſit perfecta: neque quietem perfectam obtineret anima, ſi reſurrectio non eſſet mortuorum: & per conſequens non plenè beatificaretur, Deſtruit ergo fundamêtum erroneum, quòd ſcilicet animæ ſint mortales, vt & ſimul corruat concluſio ſuper illud fundata, ſicut enim bene ſequebatur apud Sadducæos: Anima interit cum corpore, ergo non eſt reſurrectio mortuorum: ſic eleganter triumphat veritas: Anima eſt immortalis, futura ergo eſt reſurrectio mortuorum. Fundamentum ergo euertit, vt concluſio intereat, *Ego ſum Deus Abraham*. Sum inquit in voce præſentis temporis agit ſermonem ad Moyſem de rubo, non in ſermone præteriti temporis. Exiſtebant ergo animæ Abraham, Iſaac, & Iacob. Deus enim non entium, Deus non eſt. Creaturæ enim ad Deû eſt relatio realis. Manifeſtè ergo docuit Moyſes Dei virtutem, cùm tradit rerum creationem de nihilo, & reſurrectionê mortuorum, cùm inquit: Ego ſum Deus

Sadducei unde errabant in reſurrectiõe.

Sco. 4. lib. S. d. 43. q. 2. Ian. 3. de anima. q. 5. 29. *Caieta.* 9. Cano. lib. 12. de locis theologicis

Gen. 1.
Exod. 3.

A Abraham, Iſaac, & Iacob. Conuertamus igitur ſermonem iterùm ad ea, quæ expoſita ſunt, & introſpiciamus vim & virtutem verborû domini Ieſu. Magna quippè ſunt quæ ex illius quæſtionis ſolutione, quam Sadducæi propoſuerunt, vir eccleſiaſticus intelligere debeat. Obſerua primò omniû verbum illud: *Nonne ideò erratis non ſcientes ſcripturas, neque uirtutem* Dei. Manifeſtè docet hæreſes oriri ex ſcripturarum ignoratione, & expoſitione de proprio cerebro, prout vnicuique placet. Vnde beatus Hilarius dixit, Extiterunt plures qui cæleſtium verborum ſimplicitatem, non veritatis ipſius abſolutionem ſuſceperunt, aliter interpretantes, quàm dictorû virtus poſtularet. De intelligentia enim hæreſis, non de ſcriptura eſt: & ſenſus, non ſermo fit crimen. Adde quod ſacræ literæ vtriuſque teſtamenti, & præcipuè prophetarum oracula, & epiſtolæ Pauli reconditum habent ſenſum, valdeque obſcurum: vnde non mediocris ſciêtia ad earum intelligentiam & interpretationem ſufficit. Quod elegâter præſens ſcriptura docet. Cum probaturus dominus Ieſus reſurrectionis dogma ſacrum aduerſus hæreſim Sadducæorum, locum Exodi in medium propoſuit, qui non vnius anni philoſophum & theologum ad ſui interpretationem deſiderat: ſicut ſupra demonſtratû eſt. Ex quo manifeſtè comprobatur, quàm ſanctè & religioſè cautum ſit, ne ſacra ſcriptura materna cuiuſque gentis lingua tradatur, propter periculum incidendi inde in varios errores: cùm legit idiota, rudiſque agricola, quod non valet intelligere. Quapropter neque olim Iudæis licebat citra annum trigeſimum (teſte Hieronymo) librum Geneſeos, & cantica canticorû legere: quia multa in eis difficilia intellectu conſcripta eſſent. Et ex extraneis hiſtorijs res hæc, de qua nobis eſt ſermo, manifeſtè comprobatur. Libri nanq; Sybillini tanti habiti ſunt apud Romanos, vt (quemadmodum teſtatur Feneſtella) ſolis duumviris eos inſpicere liceret: ac deinde ad decem viros delatum ſacerdotium duum virorum, ipſis decê viris hoc conceſſum eſt. Quanta ergo reuerentia libris veteris & noui teſtamenti exhibenda eſt? quamuis Sybillæ vates diuino ſpiritu afflatæ fuerunt, perpetua virginitate florentes, futurarum rerum præſcientiæ & interpretes. De quibus & earum ſcriptis extat apud Clementem Alexand. teſtimoniû ex

Hæreſeos de ſcripturæ praua interpretatione.

Hil. lib. de *Trinit.*

NOTA. *ualde.*

De quo ſupra in præfatione huius operis.

Lib. Sybillini.

Feneſt. de magiſt. li. 1 cap. 13.

Docêt hoc *omnes ſancti Patres & prophani auctores nemine excepto*

Clem. li. 6 ſtromatum.

Lege Michaelem à Medina li. 2. de recta in D. F ca. 9. & Sixt. Sen. lib. 2. Bibliot. S. fol. 126.

ex quodam libro recondito, à Paulo apoſtolo conſcripto. Libros Græcos ſumite, & ſybillas agnoſcite, quomodo vnum Deum ſignificent, & ea quæ futura ſunt, & inuenietis in eis filium Dei clarius & apertius ſcriptum. Teſtimonium verum eſt: neſcio tamen, an à Paulo conſcriptũ. Lege M. Varronem in libris rerum diuinarum ad C. Cæſarem, & Lactantium lib. primo de falſa religione aduerſus gentes, & Hieronymũ aduerſus Iouenianum lib. item primo. Lege & Iuſt. mart. & Phil. in admonitorio gentium, de quo infra cap. 13. & Platonem in Phædone, & Neuium lib. de bello Punico, & Piſum. Lege & Auguſt. in expoſit. inchoata epiſt. ad Rom. & Euſeb. lib. 4. de vita Conſtantini, vbi ante Auguſt. exponit illud Vergilianũ. Vltima Cumæi, iam venit carminis ætas. Ammianus Marcellinus in hiſto. ſua refert Sybillæ Cumææ carmina apud Aenum ciuitatẽ à Iul. Apoſtata ignibus tradita. 2. epiſt. c. 5. &c. Decem enim fuerunt Sybillæ de quibus ego cum antiquis magiſtris dicerem, ſi accommodus eſſet locus. Vt autem illuc redeat calamus, vnde egreſſus eſt: propter rationes iam dictas nobiliſsimi reges: Ferdinandus & Eliſabeth, qui catholicorum nomen inuenerunt, propter præclara geſta eorum in honorem fidei catholicæ, ſub grauibus pœnis prohibuerũt, ne quis ſacras literas in vulgarem linguã cõſcriberet, aut haberet conſcriptas. Manifeſtè igitur dementiæ arguitur Lutherus, docens ſacram ſcripturam vniuſcuiuſque linguæ vulgari ſermone debere conſcribi, quaſi facilem intellectu: Cùm certè beatus Petrus de Paulinis epiſtolis contrariũ teſtetur & præſens ſcriptura Chriſti illud confirmet. De quibus agens ſermonem inquit: In quibus ſunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & inſtabiles deprauãt, ſicut & cæteras ſcripturas ad ſui ipſorũ perditionẽ. Non ergo peruius & facilis eſt ſcripturarũ ſenſus: qui à quouis homuntione, à cerdonibus, à ſutoribus, ab agricolis poſsit comprehendi. Nònne ideò *erratis non ſcientes ſcripturas?* Ex obſcuriſsima Exodi ſcriptura comprobauit dominus mortuorum reſurrectionem, ad cuius interpretationem multa neceſſe eſt pollere ſapientia, ſicut ſupra eſt cõprobatum. Multas graueſque rationes vnde hæreſes oriuntur, adducunt ſacri doctores, & magiſtri ſcholaſtici: à quibus omnibus ſuperſedemus. Lege beatum Auguſtinum libro de vtilitate credendi, vbi cupidinem vanæ gloriæ deſcribit radicem hæreſum. Et beatum Gregorium ſuper illud Iob: Reſpondete quæſo abſque contentione. Et Theophilatum ſuper illud Pauli, hoc autem ſcito, quia in nouiſsimis tẽporibus &c. Et eundẽ Theophilatum ſuper illud: Rogo autem vos fratres, &c. ſed ſuo vẽtri. Ex hac igitur ventris ingluuie, & eorum, quæ ſub ventre ſunt dehoneſtatione, & vitiorũ ſeruitute, omnes eruperunt hæreſes. Et obſerua diligenter locum Ezechielis. Fili hominis, viri iſti poſuerunt immunditias ſuas in cordibus ſuis, &c. vſque in cunctis idolis ſuis. Secundus locus notandus hic eſt: *Cùm enim à mortuis reſurrexerint, neque nubent, neque nubentur: ſed ſunt ſicut angeli Dei in cælis.* Exiſtimo ad corporũ fœlicitatẽ hanc ſententiã pertinere: quia certè erunt corpora reſurgẽtium ad vitam æternam, ſicut angeli Dei in cælis: quibus nulla eſt ſexus commiſtio ad generationem, aut cibus neceſſarius ad ſuſtentationem, aut multiplicatio quantitatis, aut numeri percoitum. Igitur corporibus ſanctorum repromittit ſaluator, quòd erunt ſicut angeli Dei in cælo. Propter corpora enim orta eſt quæſtio præcipuè, & turpitudine propoſita mulieris, quæ habuit ſeptem viros, concludere intendebant Sadducæi non eſſe reſurrectionem. Debet ergo reſponſio congruere quæſtioni, atque eam diluere, ſoluereque nodum. Manifeſtũ eſt hominem ex parte corporis generare, augmentum habere, &c. Corpori ergo repromittitur fœlicitas angelorum in cœlo: de anima manifeſtus eſt ſermo, quomodo ei cõueniat, cùm ad ſpiritalium ordinẽ ſpectet. Quòd autem corpus animale reſurgat ſpiritualc, & corpus ignobile, nobile valde excitetur, ſolidam habens ſubſtantiam, comprobant hæc omnia Dei virtutem, quam Sadducæi ignorabant. Cùm ergo corpora ſanctorũ reſurrexerint, ſicut repromittit Chriſtus, & complebitur quod per apoſtolum ſuum dixit: Seminatur in ignobilitate, ſurget in gloria: ſeminatur in infirmitate: ſurget in virtute: ſeminatur corpus animale, ſurget corpus ſpirituale: quibus dotibus corpora ſanctorum exornata, tunc certè erunt ſicut angeli Dei in cælo: habentia claritatẽ, impaſsibilitatem. agilitatem, & ſubtilitatem, Et placuit ſub nomine impaſsibilitatis ſecundam dotem deſcribere, potius quàm dicere incorruptionem, quamuis ſtatim illam

In præfatione huius operis apertiùs de re hac diſputatur.

Hæreſes unde oriantur.

C

D

Cap. 6.

2. Tim. 3.

Rom. 16.

Cap. 24.

Corporũ qualis ſit futura reſurrectio.

1. Cor. 15

NOTA *valde.*

lam conſequatur, quia ad corpora damnatorum incorruptio etiam pertinet: non tamen impaſſibilitas. Imò paſſionibus ignis, & frigoris, & fœtoris valde afficientur. Hę dotes velut ornamenta ſunt, quibus ornatur ſponſa ad ſponſi conſpectum, vt dignè & decenter coram illo aſtet. Debet quidē non ſolùm ſecundùm animā exornari ſuis dotibus, ſed & ſecundùm corpus. Anima nanque viſione Dei, delectatione, & fruitione ornatur: corpus verò ſuis dotibus: quas deſcripſimus. Et nota quòd nomine ſubtilitatis ſpiritualitas corporis glorioſi deſignatur. Ex quibus ſatis comprobatur, quòd ſimilitudo ad corpus referenda ſit poſt reſurrectionē, cùm dominus dicit: ſed ſunt ſicut angeli Dei in cælo. Tūc corpus, quod nunc corrumpitur, & aggrauat animam, factū ſpirituale, non indigens cibo, potu, & ſomno, potiùs deſeruiet animæ ſuæ, vt pleniori conatu in ſummum illud cælum, id eſt, Deum aſcendat, ex cuius deſiderio, appetituq; naturali ad illud, afficiebatur & retardabatur, ſicut lapillus pedi aquilæ alligatus, qui quānis modicum, aliquid tamen impedimenti eſt aquilæ advolatum. Tunc quidem nō obſcurabitur ratio & mens hominis glorioſi, ex ira, & alijs corporis delectationibus, quæ præcipuè in venere reperiuntur, vbi totus homo abſorbetur à delectatione: imò dominabitur anima ſuo corpori, ipſum beatificans. Propter quod factum ſpirituale ſimilem fœlicitatem cum angelis in cælo poſſidebit, in æternum. Per quæ omnia valde commendatur præſens mortificatio ſenſuū corporalium, ſiquidem eiſdem repromiſſa eſt angelorum fœlicitas in reſurrectione. Beati qui propter Chriſtum mortificationē iugiter in corpore ſuo portant, quoniam in reſurrectione erunt, ſicut angeli Dei in cælis. Hæc eſt ſpes, quæ ſanctos martyres immobiles & fortes in ſua fide inter medios ignes, & acutiſſimos gladios conſeruauit: ſicut verba ſanctorum martyrum Machabeorum teſtātur. De quibus iam diximus. Cùm poſtularent carnifices linguam ad tormentum, & vnus citò eam protuliſſet, & extendiſſet manus, dixit: E cælo iſta poſſideo, ſed propter Dei leges hæc ipſa deſpicio: quoniam ab ipſo me ea recepturum ſpero. Iam in verbum Chriſti, erunt hi, vt angeli Dei in cælo, ſuperſperabant, & verbū apoſtoli, oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, intellexerat cum fratribus

Appetitus ad corpus retardat animā à fruitione aliquantulū.

Similitudo

Mortificatio unde efficaciter demonſtrat?

Reſurrectionis ſpes omnis boni genitrix.

2. Mac. 7.

Mar. 12.

1. Cor. 15

A ſuis fideliſſimis Deo. Ad cultūm omnis virtutis ſermo reſurrectionis in corpore glorificato inducit, & efficaciter mortificationē corporis docet. Non eſt quod horreat corpus noſtrum ieiunium, lachrymas, vigilias pro ſacris orationibus: non habet vnde fugiat cilicium, ſtratum cineris pro inuenienda à domino venia, & pro cuſtodia theſauri incomparabilis caſtitatis, quod in vaſe fictili portat: & per quam, quod hîc promittitur, erunt ſicut angeli, incipit poſſidere. Vides quomodo omnigenæ virtutis habet magiſterium fides reſurrectionis, & aſſidua cogitatio illius? Econtrà verò neſcientibus reſurrectionem, dominus dicit. *Vos multum erratis.* In quæ non præcepit ruit mala, & vitiorum voraginem obſcuriſſimam, qui reſurrectionem ignorat, vel tradit obliuioni? Sic legis in li. Sapien. de re hac. Vmbra eſt tranſitus tempus noſtrum. Dixerunt cogitantes apud ſe non rectè: Exiguum, & cum tædio eſt tempus vitæ noſtræ, & non eſt refrigerium in fine hominis, & nón eſt qui agnitus ſit reuerſus ab inferis: quia ex nihilo nati ſumus, & poſt hæc erimus, tanquā non fuerimus, &c. Ex iſtis præmiſſis ecce omnis mali & erroris concluſionem legitimā. Venite ergo & fruamur bonis, quæ ſunt, &

B vtamur creatura tanquàm in iuuentute celeriter. Vino precioſo & vnguentis nos impleamus, & non prætereat nos flos tēporis. Coronemus nos roſis antequàm marceſcāt: nullum pratum ſit, quod non pertranſeat luxuria noſtra, &c. Denique vſque ad mortem filij Dei deſcendunt: ſicut ibi ſcribitur. Circumueniamus igitur iuſtum: ſi enim filius verè Dei eſt, ſuſcipiet illum, & liberabit eum de manibus contrariorum. Hęc cogitauerunt & errauerunt: excęcauit enim illos malitia eorum, & neſcierunt ſacramenta Dei. In euangelio dicitur, nonne adeò erratis neſcientes ſcripturas? neque virtutē Dei, in ſapientia: Neque mercedem ſperauerunt iuſtitiæ: neque iudicauerunt honorem animarum ſuarum. Vides quomodo de iſtis Sadducæis omnia ſcripta ſunt: Pręceps vt lapis ab alto ruit in profundum malorū, qui ſacramētum reſurrectionis ignorat, aut obliuioni tradit illud. Denique apud diuū Paulum habes hanc doctrinam. Quotidie morior propter veſtram ſalutem fratres, quam habeo in Chriſto Ieſu domino noſtro. Si ſecundùm hominem pugnaui ad beſtias Epheſi, quid mihi prodeſt, ſi mortui

non

Reſurrectiōis ignoratio.

Cap. 2.

Matt. 27.

Reſurrectionis conſideratio, iterum quā efficax.

non reſurgunt? Manducemus & bibamus, C
cras enim moriemur. Ac ſi apertè diceret:
vana & inutilis fuit pugna mea Epheſi ad
beſtias: ſed & omnes ærumnę & labores mei,
vaniſsimi & otioſi: vtilius conſilium mihi
erat ſumendum, & cunctis Chriſti domini
mei diſcipulis, ſed & vniuerſo hominum ge
neri, nimirum hoc eſt: Indulgendũ abhinc
mihi eſt ſomno, cibo, & potui, & omnibus
carnalibus delitijs, quæ ex potu & cibo ſe-
quantur. Sed quia reſurrectio mortuorum
eſt, ſatis vtiliter, & ſecundum Deum pugna
ui ad beſtias, & morior quotidie propter ſa-
lutem veſtram: quos tanti fecit Dei filius
Rom. 5. Ieſus Chriſtus dominus meus, quòd pro
ipſis ſecundùm tempus mori nõ fugit. Igno
rantibus ergo ſacramentum reſurrectionis
dicit dominus: *Vos multum erratis.* Omne er
go ſtudium huic myſterio & doctrinæ im-
pendere oportet: à qua puriſsimi riui aqua-
rum viuentium pleno ab eo decurrunt: in
quibus areolę virtutum virorem cõſeruant,
Apoc. 21. & vberes fructus colligit iuſtus. Hæc eſt ar-
bor plantata in platæa ciuitatis Hieruſalem
matris noſtræ, & lignum vitæ afferens fru-
ctus duodecim, per menſes ſingulos reddẽs
fructum ſuũ, & folia ligni ad ſanitatẽ gentiũ,
de quo ſupra egimus, diſputantes de excel-
D *ſimilitudo.* lentia euangelij. De hoc ligno nobis præci-
pitur ſub pœna æternæ & amariſsimæ mor
tis manducare aſsiduè, ad reformationem,
& reparationem vitæ noſtræ, & ad virtutũ
amorem, & odium vitiorum. De qua reſur-
rectione iterùm redibit ſermo, capit. vlt. hu
Turba animi mobilis. ius Euangelij. Beatus Matthæus dixit: admi
ratas fuiſſe turbas in doctrina ſaluatoris. Sẽ-
per tamen turba mobilis animi eſt, neque
Similitudo in propoſita perſiſtens ſententia: atq; in mo
rem fluentium, diuerſorumque ventorum,
huc & illuc trahitur. Quem nunc, quaſi ve-
rum prophetam venerantur, coluntque ani
mo deuoto, poſtridie clamãt contra ipſum:
Crucifige crucifige eum. Hoc tamen fece-
Mar. 15. runt à principibus ſacerdotum inducti: vt
certò ſcias ab his mortem Chriſti exiſſe,
peccatumque turbarum, & Pilati, & cæte-
rorum. *Et acceſsit unus de Scribis, qui audierat
illos loquẽtes, & uidens quàm bene illis reſponde
rit, interrogauit eum, quod eſſet primum omnium*
Cap. 22. *mandatum.* In Matthæo ſic legis: Phariſæi au
dientes quòd ſilentium impoſuiſſet Saddu-
cæis, conuenerunt in vnum, & interrogauit
vnus ex eis legiſdoctor, tentans eum. Bea-
tus Marcus ſincerum, hominis iſtius deſcri-
bit, & Chriſti ad illum blandum affectum:
ſed & laudaſſe eum, inquit: Non longè es à
regno Dei. Facilè te expedies ab hac quæ-
ſtione, ſi conſideraueris quòd certè iniquo
& amarulento animo acceſsit ad dominũ: *Cõcordia Matthæi, & Marci in illo qui interrogauit de magno mand.*
Tentabat nanque illum ad perdendum: ſed
ex doctrina ſaluatoris, in meliorem ac ſanio
rem ſenſum conuerſus, & laudauit domini
ſapientiam, & aliqualiter affectus fuit. Ha-
bes huius rei manifeſtum exemplum in lit
toribus miſsis ad capiendum Ieſum domi-
num noſtrum, qui non ſolum non eiecerũt
manus in illum, ſed etiam reuerſi ſunt laudã
tes & magnificantes Chriſti doctrinam. Di
centibus nanque Iudæorum principibus ad
illos, quare non adduxiſtis illum? Reſpon-
derunt miniſtri: Nunquàm ſic locutus eſt Ioan. 7. 9.
eſt homo. In hunc modum Scriba iſte & le
gis doctor miſſus ex concilio phariſæorum
tentator acceſsit ad Chriſtum, ſed ad ſanum
cor conuerſus interrogauit: Accedamus er
go ad hiſtoriam, quæ ſummum bonum ho-
minis conſeruat & docet: de qua & dictum Matt. 22
eſt, quòd vniuerſa lex & prophetæ pendẽt
in his, quæ hîc ſcribuntur. *Quod eſſet primũ
omnium mandatum.* Spaciari licet, valdeq; eſt
neceſſarium in expoſitione horum man- D
datorum: propter quæ omnia ſcripta ſunt.
Et licèt per iuſtos. 3. libros de re hac olim
ſcripſimus, non tamen ad perfectum præ-
ſens opus duceretur, niſi ſecundùm magi-
ſtrorum doctrinam in præſentiarum adhuc
egerim⁹. Quid enim prodeſſet ſolis pulchri Similitudo
tudinem & ſplendorem magnificis verbis
extollere, ſi ille ſubitò cùm oritur diſpa-
reat? aut inter obſcuras, tenebroſaſq; nubes
lateat? neque attentis oculis illum contem-
plemur? Reſpondit dominus legiſdoctori
huic: *Audi Iſrael: Dominus Deus tuus, Deus
unus eſt. Et diliges dominum Deum tuum ex toto
corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota
mente tua, & ex tota uirtute tua.* Hæc in Deute Cap. 6.
ronomio ſcripta ſunt. In Exodo apertiùs Cap. 20.
traditur verbum hoc, Deus tuus vnus eſt,
cùm omnia quæ ad diuinũ cultũ pertinẽt,
ibiem doceantur. Non habebis Deos alie-
nos. Elegãter ſequitur. Si Deus vnus eſt, *Dij alieni pro pluribus ponuntur.*
non habebis Deos plures. Alienos pro mul
tis poſuit, vt mihi videtur. Dij nanq; gen-
tium, propterea alieni appellantur, quia
plures erant: Si enim vnum & verũ Deum
colerent, nõ eſſet Iudæis ille Deus alienus:
ſed idem & proprius. Alienus enim cùm di
cit plures intelligit. Pluralitas Deorum in-
terdi-

ter dicitur, cùm verè ſit idololatria. Obſerua primò, antequàm ad expoſitionem accedamus, quomodo fiebat vox Dei ad populum ſuum, cùm inflammato mõte Syna loquebatur ad illos. Abſit inquit Philo, vt in mẽtem noſtrã deſcẽdat hæc cogitatio, vt Deus ſit ipſe vocẽ mittẽs: neq; enim more hominũ Deus opus habet ore, lingua, & arterijs: ſed opinor illũ eo tempore ſacrũ quoddam ædidiſſe miraculũ, iuſsiſſeq; vocem inuiſibilem prodire ex aëre, quouis inſtrumẽto abſolutiorem, ſonantiorem, non inanimẽ, nõ tamẽ profectã ex corpore animato, qualis eſt animaliũ. Sed animam rationalẽ diſertè ſonorã: quæ pulſato aëre, formatoque in flãmæ ſpeciẽ, ſpiritu quodam inſtar tubę articulatę ab omnibus exaudiretur vel propè, vel lõgè diſtãtibus, hominũ enim voces in longũ diſtenſæ ſolent deficere, vt à procul ſtantibus percipi clarè nequeant, hebetatæq; paulatim medio ſpacio, vt profectæ à medijs corruptibilibus. Hanc autẽ nouã vocem & mirificã ſpirabat Dei virtus, vegetabatq;: & diffundens eam per omnia, pulſabat alium quoq; auditum præſtantiorem, quàm aurium, videlicet tangens ſingulorũ animos. Sẽſus enim, cùm ſit tardior, nil mouetur, donec percellatur à motu aëris: at mens afflata numine, vltro procurrit præceptis eius obuiam. Hactenus de voce diuina. Vidimus tamen in ſuperioribus, quando & quomodo immediate à Deo patre profecta ſit vox ad filium eius dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum. Obſerua ſecundò nec immeritò, quomodo in concione tam multorum millium oraculũ ſingulos appellat non plutes. Non mœchaberis, non occides, non furaberis. Reſpondendum eſt ideò placuiſſe hanc formulam, vt lectores ſacræ ſcripturæ diſcerent quidam valde pulchrum & neceſſarium: videlicet vnumquemque tantiſper, dũ Deo paret ac legibus, honore æquari frequentiſsimo populo, vel potiùs omnibus gentibus, addo ampliùs, mundo etiam vniuerſo, quoniam alicubi quendam virũ iuſtum laudans inquit: Ego ſum Deus tuus, ipſe autem erat Deus mundi totius. Altera cauſa eſt, quia qui concionem alloquitur, non ſemper interdicit, aut præcipit: cùm autem ſinguli admonentur, quid agere debeant, omnes docentur eadẽ opera: & quiſque redditur obſequentior, ſibi dictum exiſtimans: qui verò cùm cætera turba cõprehenditur eodem eloquio, ſurdeſcit: turbam

Vox Dei quomodo fiebat ad populum.

Singularis numeri uoce in tradẽda lege uſus eſt dominus: ut doceat quãti habeat cultorẽ legis.

Concionãdi modus obſeruãd⁹.

A ipſam prætexens ſuæ contumaciæ. Tertia cauſa hæc affertur, exemplum hîc datum eſſe, ne quis vnquã rex, tyrãnuſue ſuperbè deſpiciat priuatum, obſcurumq; ciuem, ſed doctus à ſacris legibus deponat ſupercilium, factumq; deducat, ſic ſecum veriſsimiliter, imò verè cogitans: ſi ille ingenitus, immortalis, ſempiternus, nullius indigens, creator omnium, beneficus, regũ rex, & Deus Deorum, ne humiliſsimum quidem contemnere ſuſtinuit, ſed hunc quoque admiſit ad oraculorum ſuorum epulum, tanquàm inuiſitato ei ſoli paratum ad exhilarandam animam: quantum fas eſt ſacris, magniſque myſterijs initiatam: ego mortalis, cur inflatus ceruicem erigam, efferens me vltra eiuſdẽ naturæ participes, fortuna impares mihi, nõ origine generis, eadem forma inſignitos, & mecum cenſitos in hominum numeros? exhibebo igitur me comem & affabilem, etiã ſi terræ, mariſque imperium aſſequar, vel egentiſsimis, obſcuriſsimiſq; domeſtico deſtitutis auxilio, vtroque parente orbatis, & mulieribus viduitatem tolerantibus, & ſenibus, quibus aut nunquàm contigerunt liberi, aut erepti ſunt immaturo interitu, homo

B enim cùm ſim, non eſt æquum, vt maieſtatem tragicam in me recipiam, continebo me intra naturam meam, nec tranſgrediar eius terminos, &c. Hæc Philo. Redeamus ad propoſitum verbum. Oportuit primò deſtruere, quæ ſtultiſsimè in Aegypto celebrabantur idola, ac poſtmodũ dogma ſacrum, venerandumque ædificare & docere. Nec tantum in ædificanda fide vnius Dei laborauit Moyſes famulus Domini, verùm & de fundamento ſolicitus fuit, vt firmum eſſet & ſtabile: propter quod ſtudio multo in timore domini tradidit vnius Dei fidelem doctrinam. Non adorabis ea neque coles; ego ſum dominus Deus tuus, fortis, zelotes, & viſitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationem, eorum qui oderũt me. Qoid eſt, ego ſum dominus Deus tuus, fortis zelotes? Audi. Deus tuus vnus eſt: Non coles Deos alienos, neque adorabis eos: quaſi diceret: ſi aliter feceris, in caput tuum & contra verticem tuum malum grande & graue machinaris. Non tantum ſum ego Deus fortis, & tu puluis & fœnum aridum, & baculus arundineus brachium tuum, ſed etiam ſum zelotes: gloriam meam alteri non do, & gloriam

Lib. de decalogo.

Dei unius fides quomodo docetur à Moyſe in timore.

NOTA *ualde.*

Exod. 20.

Eſai. 42.

C meam ſculptilibus, neque patior vt alteri detur: quin potius, ſicut fortis egreditur, & ſicut vir prælıator, ſuſcitabo zelum, vociferabor, & clamabo, & ſuper inimicos meos confortabor. Hæc dixit Eſaias, cùm deſcriberet zelũ domini, in nomine ſuo. Et Moyſes in Exodo expoſuit nomen zelotes, ſeu æmulator. Non ibis poſt Deos alienos, &c. quoniam Deus æmulator dominus tuus in medio tui: ne quando iraſcatur furor domini Dei tui contra te, & auferat de ſuperficie terræ. Audi & conſidera bicorne argumentum S. Moyſi: repromiſit magnum bonum cultoribus vnius & veri Dei. Fac quod placitum eſt & bonum in conſpectu dñi, vt bene ſit tibi, &c. & erit noſtri miſericors, ſi cuſtodierimus, & fecerimus omnia præcepta eius corã dño Deo noſtro, ſicut mandauit nobis: & comminatus fuit ſupplicium & vindictã acerrimi brachij ſui, & propoſuit mirabilis miſericordiæ præmia: vt ſapiens architectus fundamentũ iaciens in timore vindictæ, & in ſpe retributionis. Primò igitur omnium docet, ꝙ Deus ſit vnus, dominus, creator, gubernator, pater & magiſter: & quòd oporteat ſummo ſtudio Deos gen- D tium calce abijcere, quæ ſtolidæ & vecordes rem viſibilẽ Deum eſſe finxerunt, de operibus diuiniora, quàm de artifice & auctore Deo ſentiẽtes. Imò legibus & ſenatus cõſultis Deos inſtituebant, & coli iubebant, quos ipſis libitũ erat, cælo ariſq; dedicabãt: non aliter quã ſi numinis faciendi ius, poteſtatemq; haberent: cùm illi ipſi homines eſſent, & ſe ſe mortales eſſe faterentur. Atque decere tiſtos Deorũ conditores ipſos potiſſimum Deos eſſe. Id enim ꝙ facit, eo, quod conficitur, præſtantiùs eſſe debet. Si quis eorum acta, quos gentes Deos prædicant, in vnum colligat, inueniet eos nõ ſolùm mortales, ſed mortaliũ omnium teterrimos fuiſſe: vt in Iouis amoribus, libidinibuſq; apud poëtas videre licet, & apud illorum temporum hiſtorias, dũ audis eum Ganymedẽ rapere, furta adulteriorum patrare, pauere eũ idem & angi, ne contra ipſius ſententiã Troianorũ mænia excidantur. Is Iupiter ſtultiſſimorũ hominum ſententia Deùm pater atque hominũ rex, adeò in venerẽ fuit profuſus, vt omnes quidẽ deſideraret, ſuam autẽ in omnes expleret libidinem. Explebatur itaq; mulieribus, non minùs quàm hircus thmuitarum capris: atque tua quidẽ ô Homere admiror poëmata. Amauit & cilij glau-

Cap. 42. b
Cap. 6.
Deut. 6.
Idolatriæ ſtoliditas.
Iupiter turpiſsim' hominum.

C cis Saturnius ipſi. Tu ſiq; Ambroſij regis fluxere capilli. Vertice de ſacro, magnũ & tremefecit Olympum. In quantam libidinem proceſsit hic Iupiter, qui tot noctes cum Alcumena tranſegit in delitijs? Neque enim nouem noctes longæ fuerunt intemperãti. Iouis filius Hercules: verè Iouis, qui ex longa nocte gignitur, qui quinquaginta filias Theſtiæ vna nocte vitiauit, vt qui ſimul & adulter, & ſponſus fuerit tot virginum. Longum autem fuerit eius omnis generis adulteria, ſtupra pueris illata recenſere. Nã neque à pueris Dij gentium abſtinuere: vnus quidem Hylam, alius verò Hyacinthũ, alius Pelopem, alius Cryſippum, alius autẽ Ganymedem amantes. Quid dicam de Neptuno, & quantum chorum virginum vitiauit? In primis Amphitritem, Amymonem, Alopem, Menalippem, Alcyonem, Hypothoem, Chionem, & alias innumerabiles, in quibus quidem, cùm tot eſſent, non fœdum fuit poëtis & hyſtorijs hæc decantare. Voca etiam Apollinem. Is eſt Phæbus & vates caſtus, & bonus conſiliarius, ſed nõ hæc dicit Sterope, neq; Arethuſa, nec Arſinoe, D nec Zeuxippe, nec Protoe, nec Marpiſa, nec Hypſipyle. Effugit ſola Daphnes, & vatem & vitium. Quid dicam de Dionyſio adeò libidine effuſo, vt cunni contrectator ſit appellatus. Propter quod præfecerunt illum membris muliebribus, vt curam gerentem turpitudinis, colentes eum, qui eſt auctor & princeps probri ac petulantiæ. Tales ſunt ipſis Dij, tales autẽ ſunt ipſi quoq;. Ego certe arbitror à nolentibus poëtis vitas Deorum prolatas eſſe: quia enim Dei incommutabilem (vt inquit ſcriptura) appellationẽ & honorẽ, illis qui nõ Dij, ſed homines mortales ſunt, attribuerũt, tantumq; nefas in ſe admiſerunt, ideò veritas viciſsim ab ijs expreſsit, vt nolentes putatiuorũ deorũ flagitia exponerent, quo omnibus poſteris pro argumẽto conſtaret, nõ eſſe eos Deos, de quibus talia ſcripto proderentur. Lege Athanaſiũ oratione cõtra idola, vnde hoc argumentũ deſumpſimus. Lege de re hac & Clementẽ Alexandrinũ in oratione adhortatoria ad gẽtes, vnde iſta deſũpſimus, & deprehendes, & genus, & mores Deorũ, quos coluerũt gẽtes. Lege & Iuſtinũ mart. & philoſophũ aduerſus gentes. Lege. c. 10. Hieremiæ prophetæ, & cap. 44. Eſaiæ ab eo loco: Faber ferrarius lima operatus eſt: in prunis & malleis formauit illud, & operatus eſt in brachio

Hercules ſimilis patri.
Neptunus deſcribitur.
Apollo.
Athanaſi'
Clemens Alex.

brachio fortitudinis ſuæ: eſuriet & deficiet. Artifex lignarius extēdit normā, formauit illud in runcina, fecit illū in angularibus & in circino tornauit illud: & fecit imaginem viri, quaſi ſpecioſum hominem, habitantē in domo. Succidit cedros, tulit ilicē: & quercum, quæ ſteterat inter ligna ſaltus: plantauit pinū, quam pluuia nutriuit. Et facta eſt hominibus in focum: ſumpſit ex eis, & calefactus eſt, & ſuccēdit & coxit panes, de reliquo autē operatus eſt Deū: & adorauit: fecit ſculptile, curuatus eſt ante illū, &c. Vide ſtultitiā gentium, ante quàm ars floruit, Romæ colebāt haſtā, loco ſtatuæ Martis, ſicut dicit ſcriptor Varro. Poſtquā autē ars floruit, auctus eſt error. Iouē quidem Olympicum & Polyadē Athenis, ex auro & ebore effecit Phidias. Iunonis autē ſamiæ ſtatuā factā fuiſſe Euclidis zelo, refert Olympicus in ſamiacis. Et ſcopas ex lapide, qui vocatur Calos ſeuerarum, quæ Athenis vocātur dearum, fecit duas ſtatuas. Polemo dicit in quadam epiſtola Morychi Dionyſij ſtatuam fuiſſe quidem factā ex lapide, qui vocatur Phellata. Fuit autem opus Sitonis cognomento Eupalami. At quid dictum ſit de ſtatua Aegypti. Seſoſtrin dicit, regem Aegyptium, cùm plurimas Græcorū gentes ſibi ſubiunxiſſet, reuerſum in Aegyptū, multos adduxiſſe artifices Oſirim, à quo genus duxerat, iuſsit magnificè, affabreq; variatum effingi. Eum autem conſtruit Bryaxes opifex, non Athenienſis, ſed aliquis alius, qui eodem appellabatur nomine, quo Bryaxes; qui ad opus faciendum mixta & varia vſus eſt materia. Habebat enim ramentum auri, & argenti, & æris, & ferri, & plumbi; neque et vllus lapis deerat Aegyptius Saphiri & Hematitis fragmenta; ſed neque Smaragdi & Topazij. Hæc ergo omnia læuigata, tritaque, ac commixta illius colore cæruleo: Quà de cauſa nigrior fuit color imaginis, & cùm Pharaco relicto ex ſepultura Oſiridis & Apis omnia permiſcuiſſet; duplicauit Serapim; cuius nomen ſignificat & funeris ſocietatē, & opus quod factum fuit ex ſepultura, vt quod compoſitum ex Oſiride & Api, factum ſit Oſirapis. Neque hac ſtatua contenti Aegyptij; diſperſi fuerunt in varios ritus, ac religiones. Ex his Eucnitæ colebant piſcem Phagrum. Meotem autem (hic eſt alius piſcis) colebant qui habitant Elephantiniam. Oxirinchitæ autem piſcem ſimili-

mina

De hoc Phid. Athanaſius.

Olympic' Polemo.

Aegypti idola Seſoſtrin.

De Oſiri ſim lege Euſeb. Cæſarienſem.

A ter, à quo eorum denominatur regio. Saitæ autem & Thebani ouem. Lupum autem Lycopolitani, canem verò Lynoponitani. Apim Memphitani. Hircum Mendeſij. Quæ omnia irridens beatiſsimus Athanaſius inquit: Non infrequens eſt quòd ſtatuarius ipſe quaſi oblitus, quid ipſe elaborauerit, ſuis operibus preces effundat; & quæ paulò antè abradebat, & concidebat, ea poſt artem inditam Deum appellet. At qui conueniret (ſiquidem iſta admiranda ſunt) artificis ingenium potius approbari, & non quæ ab ipſo figurata ſunt, figuratori anteponi. Non enim materia artem, ſed ars materiam ornatu inſtruxit, ac deificauit. Vide Aegyptiorum ſtultitiam, quam docet dominus in primis populum ſuum deteſtari: colebant (vt dixi) animalia. Qui apud alios ſunt Dij, aliorum Dijs pro victimis mactantur, & libamina fiunt: at rurſus quæ iſtic ſunt victimæ, alibi Deorum vicem & locum obtinent. Aegyptij certè bouem, quem Apim nominant, ſacris colunt: ſed cum alibi Iouem ſacrificant. Lybes arietem cognomento Ammona, Deum habent, qui tamen ipſe apud pleroſque pro victima ceditur. C Dionyſium colunt, ſub cuius nomine per allegoriam vinum intelligunt, B & tamen illud apud alios in libamine vertitur. Alij fluuios & fontes, & omnium maximè Aegyptij, vnde egreſſus fuit populus hic, qui de vno Deo inſtruitur, aquam in præcipua veneratione habent, Deoſque appellant: ſed tamen illi ipſi hac in parte religioſi Aegyptij, & ſuas, & aliorum ſordes aquis eluunt, & quod inde reliquum eſt, cum ignominia abijciunt. Alij Marti in prælio reduces reportato triumpho captos bello centeſimant, & centurias diuiſis captiuorum corporibus, at pro numero centuriarum hoſtias cædunt. Iſti ſunt Scythæ. Sed Aegyptij olim huiuſmodi victimas Iunoni immolarunt. Phenices item & Cretenſes mactatu liberorum Saturnum placarunt. Hinc iam ingentia mala in homines ingenti numero incubuerunt. Cùm enim viderent iſtiuſmodi Deos ſuos oblectari, ſtatim eos eiſdem delictis æmulati ſunt: egregium facinus arbitrati, ſi exempla eorum, quos ſummos cenſebant, imitarentur: atque inde factum eſt, vt ſceleribus homicidiorum, parricidiorū, omniq; libidine ſuccubuerint. Propter quod S. propheta

Athanaſ. oratione cōtra idola.

Sic & clemens Alexand. vbi ſupra.

Crimina gētiū unde orta.

Pſal. 5.

Lege in magno deſiderio primū librū Lactantij Firmiani, de falſa religione, et deprehendes, qui, qualeſque fuerint oēs dij gentiū: & ueritatē unius Dei agnoſces pleniſſimè.

David decantabat: Mane aſtabo tibi & videbo, quoniam non Deus volens iniquitatem tu es. Sicut dij gentium, qui omnibus criminibus & libidinibus oblectabantur: ab eiſque cultores eorum didicerunt inſanias has & ſimiles. Cùm ergo manifeſtiſſimis rationibus naturalibus iſta abominãda ſint, & populus Iudaicus per quadringentos annos in Aegypto operam dederit: primò omnium ab idolatria eos abſtrahit, ac deterret comminationibus, & multis plagis, & in vera religione inſtituit: Deos alienos non coles, quos ſupra omni ſpurcitia diaboli contaminatos demonſtrauimus, vel creaturas tantū irrationales eſſe. Deus tuus vnus eſt: & ante me non eſt formatus, præter me non eſt Deus. Sciat itaque non tantum Iſrael, ſed vniuerſus orbis, quòd Deus eſt vnus æmulator & zelotes, qui gloriam ſuam haud dat alteri, ſed neque dare poteſt. Implicat, & rectiſſimæ iuſtitiæ ac legi æternę, & rationi in diuina mente exiſtenti repugnat, quod aliud à vero Deo adoretur, colatur, & venereſu ſine crimine læſæ maieſtatis diuinæ. In hoc vniuerſitas magiſtrorum concordat duce lumine naturalis rationis, quòd vniuerſaliſſima hæc duo principia, quæ diuinum honorem & amorem, ac dilectionem proximi de quibus nobis eſt ſermo, inuoluunt, ſint indiſpenſabilia. Sunt enim principia practica, & per ſe nota ex terminis. Habentque innatum ordinem ad cōmune bonum, quod eſt Deus, vel ad bonū commune hominum. Ex hoc iam intelliges magnitudinem horum mandatorum, de quibus ſine dubio dicimus, & verum dicimus, neque per potentiam Dei abſolutã poſſe fieri ſuper illos diſpenſationem. Propter hoc, inter alia, non immeritò maximū & primum mandatum hoc eſt, & dicitur, & ſecundum de dilectione proximi, ſimile illi. Cùm ergo audis, Deus tuus vnus eſt: Non coles Deos alienos: gloriam meam alteri non dabo, ſecundum ſuperiores ſententias & regulas hæc interpretare: & cum magna reuerentia & timore accede ad eorum intelligentiam: ſciens certiſſimè, quòd nullus peccator effugere poteſt flagellum diuinæ vltionis pro tranſgreſſione illorum mandatorum, ſuper quæ nec Deus poteſt diſpēſare ſine iniuria legis æternæ, quod implicat contradictionem, vt licitè fiat, quod ſummæ rationi in Deo exiſtenti repugnat: quia illud eſt lex æterna. Non ergo tibi repro-

NOTA.

Scotus. 3. ſenten. diſt. 37.

Lex æterna quid ſit.

C mittas impunitatem in peccati tuis. Et primò omnium audiens. *Deus tuus Deus vnus eſt.* Ab omni idolatria impuriſſimorum dæmonum (omnes Dij gentium dæmonia ſunt) laua manus tuas, & ab omni ſuperſtitione & augurio, vt ſic iacto lapide firmiſſimo, veræ & ſinceræ pietatis ac religionis, ſuper ædifices templum viuum charitatis, per quam Deus inhabitet intra viſcera tua. *Et diliges dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, ex tota anima tua.* Obſerua ante expoſitionem huius mandati, quòd à Chriſto totum hoc pro vno mandato proponitur. Audi Iſrael, Dominus. Deus tuus Deus vnus eſt: & diliges dominum Deum tuum. Et eiſdem verbis etiam interpoſita coniunctione illa copulatiua, ET, traditur in Deuteronomio. Hoc diximus, quia quidam magiſter noſtris temporibus vir egregius tenet, hoc non eſſe mandatum, quia non eſt traditum in decalogo. Inquit ergo dominus: Diliges dominum Deum tuum, ex toto corde tuo. Præceptum iſtud eſt ſupremæ virtutis, & excellentiſſimi obiecti. Tendit nanq; in diuinam bonitatē, quæ ſuprema eſt & infinita. Propterea præcipitur nobis: Diliges D dominum Deum tuum ex toto corde, non ex parte: quod vtique ſufficeret, ſi Deus eſſet bonum particulare, aut limitatum. Diligendus ergo proponitur Deus ex toto corde, quia bonum eſt infinitū, & vniuerſaliſſimum, cuius volūtatis proprius actus elicitus eſt diligere. Obſerua ꝙ totalitas hæc, de qua eſt nobis ſermo, dupliciter poteſt exponi: vel poſitiuè, ꝙ ſcilicet omnis vis voluntatis apponatur ad diligendū ipſum Deum. Et ſic nō præcipitur, quia ſtatim habes aliud mandatū: Diliges proximū tuū, &c. In qua dilectione nulli dubium, quin partem cordis & voluntatis oporteat impendere. Vel totalitas hæc intelligitur negatiuè: hoc eſt, ſic diligendus eſt Deus, vt nihil in corde ſit contrarium dilectioni Dei. Non prohibuit itaque Deus hoc præcepto alia à ſe amari, cogitari aut appetiueq; voluit, vt vni ipſius amori & quàm ardētiſſimè poſſemus, vacaremus: ſed voluit, neque affectu, neque appetitu, neque ſenſu, neque viribus noſtris exterioribus alio, à ſe vt vero Deo, nos ſeruire. Totum idem eſt, quod integrum & perfectum, non diuiſum. Intellige ſimilem totalitatem in ſequentibus. *Et in tota anima tua,* hoc eſt, in vita animali, quæ complectitur partem vegetatiuam & ſenſitiuam. Nō enim

Pſal. 95.

Cap. 6.

Cor totum in dilectione Dei quomodo intelligitur.

Anima tota in dilectione Dei

enim ſufficit, vt voluntate diligamus Deũ, ſed oportet in ſenſualibus delectationibus nihil admittere contrarium dilectione Dei. Actus iſti ſubſunt voluntati imperanti. Debet enim omnibus inferioribus ſenſibus imperare, & regere illos ſecundùm regulas rationis: ita quòd nullus ſenſus ſibi delectabilia capiat contra diuinam ordinationem, & legem ſuperiorem, vt puta non tangere mulierem alienam, non inebriari vino, &c. *Et ex tota mente tua.* Mens pro intellectu accipitur. Diligere autem ex toto intellectu, eſt, intellectum à dilectione Dei motum ſeu imperatum, aſſentiri iis, quæ ſunt fidei, & reuelatis in ſacra ſcriptura, propoſitiſque in doctrina ſacroſanctæ matris Eccleſiæ: & nihil contrarium dilectioni Dei admittere in intellectu.

Sententia auctoris notanda.

Intendo antequàm ad ſequentia accedamus, propriam ſententiam in re hac interponere. Satis cõprobatum eſt ab antiquioribus ſapientibus, nomenque ipſum indicat, quòd mens excellentiorem ac nobiliorem partem animæ ſignificet: parumque pendere in ſuis operationibus (ipſius enim eſt æterna contemplari ac percipere) à ſenſibus: quaſi quæ eleuata ſit ſupra animã. Vnde apoſtolus, ſiue mente excedimus, Deo: ſiue ſobrij ſumus, vobis. Mentis eſt exceſſus, ſeu eleuatio in Deum per contemplationis ſtudium: animæ & corporalium ſenſuum eſt ſobrietas in abſtinentia potus, cibi, & ſermonis, &c. Antiquiores enim ſapientes mentẽ animam animæ appellarunt, ſicut ſupra dictũ eſt: ſicut & pupillam oculum oculi. Huic ſoli facile eſſet, cum Dei adiutorio ipſum diligere ſuper omnia: in hanc ſublimẽ dilectionem quodam quaſi naturali & mirabili appetitu fertur. Vnde ſi cum illa tantùm eſſet negotium, libentiſſimo animo ſeſe ſubderet, ac pareret. Inde labor eſt in præcepto ſecundùm ſententiã prophetæ Dauid, quia cum anima habet mens familiare contubernium ac indiſſolubilem amicitiã, niſi in gladio verbi Dei fiat diuiſio. Hæc enim cùm vbiq; per totũ corpus ſe diffundat, ipſumq́ viuificet, dans ei vitam & motum, confœderationẽ indiuiſibilem habet cum eo, niſi fiat ſeparatio per mortẽ. Iam ergo ſequitur quæ corporales ſenſus delectant, delectari & ipſam eiſdẽ. Vnde apoſt. Paulus attentiſſime dixit: Video aliã legẽ in mẽbris meis, repugnantẽ legi mentis meæ. Non dixit: repugnantem legi animæ meæ. Lex enim membrorũ ſenſualiũ haud repugnat legi animæ: imò quæ illis ſunt ſuauia, non diſplicent animæ. Propter hoc ipſe Paulus, cùm de efficacia verbi Dei diſputabat: dixit: Penetrabilior eſt ſermo Dei omni gladio ancipiti: pertingens vſq; ad diuiſionẽ animæ & ſpiritus, id eſt, mentis. In hoc ergo cõprobabitur dilectio Dei ex tota mente, ſi ſpiritus, mens, ratioq; ſuperior, quæ pro eodẽ vſurpantur in præſenti cõſideratione, dominentur animæ: quæ non tantùm ſequitur partes corporaliũ ſenſuum, verùm & illas ſæpè numero agit. Dominabitur autẽ illi, ſicut ſuprà dictum eſt, ſi imperauerit omnibus ſenſibus ſecundũ regulas diuinæ legis: nihilq́; contrarium admiſerit. A difficilioribus ergo incœpit, & venit ad faciliùs: difficilius nanq; eſt ſecundũ hanc ſententiã Deũ diligere ex tota anima, quàm ex tota mente. Neque in re hac conſulenda eſt anima, quę ſenſuum cõgaudet delectabilibus, ſed ſubijcienda ſpiritui & menti: hæc teneat lampadem ardentẽ, & illuminet animæ oculos, & cordis medullas: trahatq́; omnes ſenſus, prout illis cõceditur, ad dilectionem Dei, ſuper omnia. In hac expoſitione intelliges illas graues ſentẽtias ſaluatoris: Qui amat animã ſuã, perdet eã: qui non odit animã ſuã, &c. Et iterùm: Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum. Animã, prout cõiuncta eſt corpori & corporalibus delectationibus, intelligit: quam tunc amat homo, cùm ei ſenſuum gaudia inordinata concedit: & tunc quippe odit, cùm retrahit eam à corpore, & ſibi connaturalibus delectabilibus.

Animæ odium quale.

Propter hæc quæ ſupra diximus, tradẽs apoſt. Petrus doctrinã caſtitatis, ſedẽ fixã demonſtrat, cùm dicit: Eſtote ſuccincti lũbos mentis veſtræ. A lumbis mentis, quæ facilè ad amorem caſtitatis afficitur, cùm ſuum ſit cõſiderare æterna, incipiat amor caſtitatis: aliàs facilè marceſcet, cùm anima coniunctiſſima ſit corpori. Iam ſecundum locũ teneat anima, & ipſum corpus in aſſidua mortificatione per ieiunia, & flagella, &c.

Caſtitatis ſtudium & amor unde incipere debent.

Firmiter ergo ædificatur arx regia caſtitatis, cùm ab ipſa mente amor eius amplectitur, quæ agnoſcit mendacium præſentium gaudiorum: quæ deprehendit inſidias carnalis concupiſcentiæ: quæ coniunctiſſima eſt animæ: deniq; quæ breuitatẽ delectationis ſcit in luctũ æternũ conuertendam. Ab illa ergo incipiat præcinctio lumborum, vt tenor caſtitatis permaneat in decorem animæ,

Margin notes (in order): NOTA valde. — 2.Cor.5. — Mens animus animæ. — Pſal.93. — Rom.7. — NOTA valde. — Heb.4. — Luc.14. — Luc.6. — 1.Pet. cap.1.

ſpiritus,mentis,& corporis. Hoc eſt dilige-
Cap.6. re Deum ex tota mēte. Et *ex tota virtute tua.* Vel ex tota fortitudine tua,ſicut dicitur in Deuteronomio. Intellige ergo quomodo quærēti diſcipulo à Chriſto de germano ſen ſu huius mandati,quid ſcilicet ex vi eius te neatur ſeruare,reſpondere debeas. Non ſatis congruenter dicitur quòd ſeruet omnia mandata diuina:nullaque re alia fruatur:nā hæc virtualiter in hoc præcepto, vt Deum amemus & colamus,vt ſolum verum Deū, & nulli alteri vt Deo actu & verè ſeruiamus. Et ſic ex parte eius, quod formaliter cadit ſub hoc præcepto primum & maximum eſt, & a cæteris diſtinguitur: ex parte autem illius,ad quod duntaxat virtute pertingit,non eſt peculiare præceptum: ſed eſt quoddā velut genericum præceptū diſtributum & explicatum per cætera præcepta,ſecundùm hanc conſiderationem, ſcilicet quòd mandatum hoc primum & maximum continet virtute omnium præceptorum operationes. Chriſtus dominus noſter & Ioannes Euang. & beatus Auguſtinus, & beatus Gregorius,ſubiecêre huic mandato obſeruantiam omnium mandatorū. Qui habet mandata mea & ſeruat ea,ille eſt qui diligit me.Et cui hæc non placent,facilè reſpondet hoc præceptum non contineri intra decalogum, ſed eſſe præambulum toti decalogo:& primum præceptum non eſſe formaliter dilectionis:ſed eſſe ipſius explicationem,& principium, quod præſupponitur,vnum cole Deum:cùm tamen Chriſtus expreſsè hoc conteſtetur præſenti loco,& Moyſes Deuteronomij.Et niſi hoc eſſet primum & maximum mandatum, cogeremur vndecim præcepta ponere. In ſumma,præceptum hoc ex parte eſt affirmatiuum,& ex parte negatiuum. Affirmatiuum eſt,quia exigit vt diligamus Deum.& ei omnibus noſtris viribus interioribus & exterioribus,pro loco & tempore, verè & non fictè ſeruiamus:negatiuum eſt,quia cùm totum cor,totam animam,totam mentem,& totam virtutem requirat:eo ipſo poſtulat, vt nulli alij, vt vero Deo actu vel virtute iſtis viribus noſtris ſeruiamus. Vide iam quàm eleganter totus homo ad honorem & gloriam creatoris ſui interiùs exteriuſque ornatur in fimbrijs aureis huius magni mandati. Voluntas optimo ac ſupremo loco reponit quod optimum ac ſupremum eſt, Deum ſcilicet, ſupra omnia

Man latū i dilectionis Dei ſuper omnia quid formaliter importet.

Ioan. 14.

Præceptū dilectionis Dei ex parte affirmatiuum, & ex parte negatiuū.

NOTA valde.

Dilectionis Dei præcepto, totus homo ornatur et reſurrectio

C ipſi placere ſtudet. Iam ornatur charitate & gratia, per quam diuinæ fit conſors naturæ. Iam imperat intellectui, qui ei in re hac ſubeſt, vt Deo credat, & reuelatis ab ipſo traditiſque in ſacra ſcriptura. Iam ornatur habitu fidei: in quo verum & vnum Deum agnoſcit, credit, ac colit, & vana idola reſpuit: quæ certè lignum ſunt aut aurum, aut lapis manu artificis fabricatus. Dominus autem cælos fecit. Sed & homo totus exterior ornatur, cùm neque ſenſus minimus impurum aliquid recogitat. Non oculus impudicus per mittitur, non audit auris venenoſum verbum:non lingua vel officioſum, vel iocoſum mendacium loquitur: non cibus ſumitur, vel potus ad crapulam & ebrietatem, vnde & luxuria. Ipſa itaque voluntas regina exiſtens,primò facit quod in ſe eſt,nimirùm actu elicito diligere Deum ſuper omnia:ac deinde omnibus ancillis ſibi ſubditis imperat ſecundùm vniuſcuiuſque virtutem ad menſuram rectam & iuſtam. Non nimia hæc ſunt,aut impoſsibilia,aut difficilia amanti. Imò ſuauia,æqua,ſancta ſecundùm noſtram naturam & facultatem benè inſtitutam,vel inſtituendam. His omnibus
D dignus eſt conditor & rex noſter Deus, & valde maioribus:ſed noluit maiora: quia dulcis & ſuauis eſt Deus noſter & rectus. Non ergo circumuentum, aut graui iugo oppreſſum te deplores:ſed gratias age,quòd tanti muneris compos eſſe potes,quòd dignus ſic diuino amore inueniaris & regno. Non contriſtatur dux, cui rex magnificus arma, equos, aurum, argentum, copias militum conceſsit, cùm aduerſus inimicum regni, bellum ei demandat: certò ſciens ex hoc triumphum & coronam ſibi, ſi ſtrenuè rem gerat,repromitti. Maiora tibi conceſſit altiſsimus, qui & dilectionem ſuam ſuper omnia demādauit:& in negotio nō tantùm animæ ſed& corporis officia iuſsit præſtare. In quo (mihi crede, imò verò crede Deo)beata reſurrectio corpori tuo,quæ gratiſsima tibi eſſe debet, ſi forſan illud diligis, repromittitur. Ad iuſtitiam ſpectat, vt qui laborat manducet, qui decertat, donatiuum accipiat, qui vincit, coronetur. Cùm ergo labor non vulgaris, ſed aliquando ingens,ſed aliquando ſummus, nimirùm cùm mors corpori demādetur:cū caſus occurrit aut negādi dñm,aut occūbendi, certè ęquū & iuſtum eſt, vt coronetur in beata reſurrectione,

premitti tur corpori.

2.Pet.1.

Pſal.95.

Eph.5.

Similitudo

Reſurrectio vnde comprobatur.

NOTA valde. rectione. Quia licet ieiunia quæ patitur, in A
præſentiarum coronari poſsint, aut diutur-
na ſalute, aut vitæ longitudine, vel luctus in
gaudium cóuerti valeant: Quid obſecro di-
ces de ſacris martyribus, qui corpora ſua tra
diderunt ad ſupplicia propter legem Dei
Reſurrectio. ſui? Vbi eſt merces laboris, ſi corpora non
reſurgant? Vbi eſt corona victori, ſi corpo-
ra in ſpe beatę reſurrectionis nó requieſcát?
Certè reſurrectio futura eſt, ſiquidem cor-
pus, quod corrumpitur, in opere dilectionis
aſſumitur, tanquàm inſtrumentum neceſſa
rium: cùm intra illud mens, ſpiritus, & ani-
ma inhabitent. Eadem eſt ratio & argumé-
tum pro reſurrectione peccatorum, vt pu-
niantur in corpore, ſecundùm quod iniquè
geſſerunt. Igitur ſecundùm has regulas to-
tus homo interior & exterior componen-
dus eſt: ſecundùm has regulas tibi eſt viuen
dum & agendum. Inſpice ergo & vide nun
quid ſupra aurum Deum diligas, nunquid
ſupra argentum, nunquid ſupra corporis tui
impuriſsimas delitias. Inſpice nunquid ido
lum auaritiæ caput erigat, & manus attol-
lat intra cor tuum, ipſumque colas. Auari-
Coloſ. 3. tia nanq; ſimulacrorum ſeruitus eſt, teſte B
apoſtolo. Inſpice & vide, nunquid venter,
& delectationes, quæ ſub ipſo ſunt, ſint tibi
in deſiderio & Deus, apoſtolus quidem di-
cit: Quorum Deus vẽter eſt. De quibus om
Phil. 3. Hier. 2. nibus dicitur à domino per prophetã: Duo
mala fecit populus meus: me dereliquerunt
fontem aquæ viuæ, & foderunt (ecce labo-
rem) ſibi ciſternas diſsipatas, quæ non va-
lent continere aquam: ecce inutilitatem la-
boris hominis ſtulti. Aperi ergo oculos
tuos & conſidera: vide vbi nunc proſtratus
ſis, in cęno & luto ſternis lectum requietio
nis tuæ, & ibi vt amens ſtertis vinum, quo
inebriatus es. Tibi nanque dicitur: Diliges
dominum Deum tuum ex toto corde tuo,
vt certò ſcias ſupra patrem, ſupra matrem,
ſupra vxorem, ſupra liberos, & ſupra carnẽ
tuam debere eum diligere, ac optimo & ſu
premo loco reponere. Iacta in ipſum om-
nem ſpem & cogitatum tuum, ab ipſo auxi
lium quære, & inuenies in tẽpore opportu-
no. Hoc eſt *primum mandatum. Secundum ſimile
illi eſt*: Diliges *proximũ tuum tanquàm te ipſum.*
Obſerua quomodo iterùm dilectionem
Dei ſuper omnia dicit eſſe primum man-
datum: etiam ſi in Exodo non ſit ſcri-
ptum, ſatis eſt quod Deuteronomium il-
lud tradat. Obſerua ſecundò, quòd requiſi-

tus ſaluator de primo ac magno mandato le A
gis tantùm, ſecundùm etiam propoſuit con
ſultiſsimè, etiam ſi neutro loco ſit demanda
tum. Scriptum tamen eſt Leuitici: Neque Cap. 19.
otioſum id iudices, aut præter rationem & Proximi
neceſsitatem. Sine huius mandati ſecundi *dilectio,*
obſeruantia, neque illius primi exhibetur *quàm ne-*
officium. Si fratrem quem vides, non dili- *ceſſaria.*
gis, Deum quem non vides, quomodo po- 1. Ioan. 4.
tes diligere? Vnde dic mihi locus hic argu-
menti præſto fuit beatiſsimo Ioanni? In
hoc eſt firmum argumentum, quia frater,
qui videtur, pleniùs & faciliùs cognoſcitur:
& Deum quem non videt, minus agnoſcit.
Inuiſa quippè diligere poſsimus, incognita
minime. Ratio igitur talis eſt: plus diligitur
bonum viſum, quàm non viſum. Si ergo fra
ter viſus non diligitur, quomodo Deus, non
viſus diligitur? Gloſſa. Frater tuus imago
Dei eſt: ſi non diligis imaginem, neq; eum
diligis, cuius imago eſt. Hoc enim manda-
tum habemus à Deo, vt qui diligit Deum,
diligat & fratrẽ ſuum. Nemo ſe ſeducat ina-
nibus verbis dicens: Super omnia Deum dĩ Proximus
ligo: niſi enim proximum tuum, qui eſt *quis ſit.*
B omnis homo in via huius vitæ exiſtens, e-
tiam inimicus, etiam publicanus, etiam pa-
ganus, vel Iudæus, non diligis pro loco &
tempore, mentiris & veritas in ore tuo nõ
eſt, & verbo & facto. Verbo quidẽ, quia
dicis te diligere: vnde quod dicis verbo, diſ
ſonat corde. Si enim diligis Deum, habes NOTA
conformem charitatis voluntatem cũ Deo: *valde.*
ſed voluntas Dei eſt, vt diligas proximum.
Cùm ergo non diligas proximum, mẽdax
es: dicendo te diligere Deum. Itẽm odis fa-
cto, quia odis, &c. Anexó y vinculo Dios
con ſu mayorazgo, que es ſu bondad, pro-
pter quam ipſe eſt diligendus lutum vaſque
fragile, id eſt, fratrem noſtrum, ita quod di-
lectio ipſius Dei, ſine fratris noſtri amore
non habeatur, neq; haberi poſsit. Denique NOTA.
in huiuſmodi reſponſione, cùm tãtum eſſet
rogatus dñs de dilectione Dei, propoſuit, &
mandatum de amore ad proximum: vt Iu-
dæos & maximè Phariſæos latentèr admo
neret & doceret de tranſgreſsione diuinæ
legis: cũ manifeſtè conciuẽ ſuũ, fratrẽ ſuũ,
deniq; & Meſsiã ſuũ odiſſent, & grauiter per
ſequerentur. In hunc modũ refundebat ti-
morem dñi in corda eorũ: cùm ab illis quę-
reret, cuius filius eſſet Chriſtus, ſecundùm
ſcripturas, ſicut ſtãtim videbis: & adduxit
ſententiã pphetæ David, nõ tantũ quæ pro Pſal. 109.

ratione confirmandi argumentum erat ne-
ceſſaria, ſed & quæ ad timorem domini eos
attraheret. Dixit nanque: Quomodo ergo
Dauid vocat eum dominum dicens. Dixit
dominus domino meo, ſede, &c. Nec hic
terminauit ſermonem: etiam ſi perfecta eſ-
ſet, quam intendebat, ſententia: ſed adiecit:
Donec ponam inimicos tuos ſcabellū, &c.
In priori ſenten tia cōprobatur, quòd Meſ-
ſias dominus ſit patris ſui Dauid: in ſecun-
da autem cùm inquit: Donec ponam, &c.
timore concutit corda eorum, indicans cō
culcationem, quam paſſuri ſunt à rege Meſ
ſia inimici ſui. De quo ſtatim ad longum.
Secundum autem ſimile eſt illi: Diliges proximū
tuum tanquàm te ipſum. Ac ſi diceret. Me dili-
gas ſupra te ipſum, & ſupra cuncta quæ fa-
cta ſunt: te diligas infra me: minùs quā me.
Tertio loco, non ſecundo, dilige proximū
tuū. Docet hęc cùm dicit. *Tanquàm te ipſum,*
aut ſicut te ipſum. Tanquàm, & ſicut, haud æ-
Matt. 5. qualitatem & identitatem ſignificat, ſed imi
tationem & ſimilitudinem. Eſtote ergo vos
Ioan. 6. perfecti, ſicut pater veſter cæleſtis perfe-
ctus eſt. Sint vnum ſicut & nos vnum ſu-
Extra de mus. Hoc nomen vnum pro fidelibus acci-
ſum. trin. pitur, vt intelligatur vnio charitatis & gra-
& fid ca- tiæ: pro perſonis verò diuinis, vt attendatur
thol capit. identitatis vnitas in natura. Et perfectio fi-
damnamus delium in perfectione gratiæ conſiſtit, ſicut
& perfectione naturæ perfectus eſt pater &
filius, & Spiritus ſanctus. Cum ergo dicit:
Diliges proximū tuum tanquàm te ipſum:
tanquàm, non dicit æqualitatem: ſed ſimili-
tudinem. Habes igitur proximum tuum in
dilectione tertio loco: ſed certè diligendus
Cap. 31. tibi eſt, ſicut tu ipſe. Propter hoc in Eccle-
ſiaſtico ſic legis: Intellige quæ ſunt proxi-
mi tui ex te ipſo: ac ſi diceret: Fac illi quod
tibi vis fieri, ſecundùm regulam rectæ ratio
nis, non deprauatæ, ſicut apud multos in-
uenitur. Eſt ergo ſenſus literalis huius præ-
cepti: Diliges proximū tuū ſicut te ipſum.
Volito bonum naturale, & morale, & exte
Dilectioni riorum bonorum, putà honoris, famæ, pe-
proximi cuniarum, agrorum, &c. Proximo tuo, id
modus ex eſt, omni creaturæ rationali, ſicut tibi ipſi
charitate. hæc cupis & vis. Modus verò iſte non tan-
tùm conſiſtit in eo, quòd amicabiliter dili-
gas proximum tuum, id eſt, propter illius
vtilitatem, non tuam, ſic enim amor concu
piſcentiæ eſt, non amicitiæ: ſed etiam pro
loco & tempore, quòd velis illi finem natu-
ralem, id eſt ſupernam beatitudinem cum

C Dei gratia obtinendam, & Dei amicitiam
per eandem gratiam. Denique vt vnico ver
bo dicam, diligendus eſt ex charitate, ſicut
Deus. Et in hoc exponitur verbum Chriſti
apud Marcum: *Secundum ſimile eſt illi,* Simi-
le dixit, quia ex charitate vtrunque implen
dum eſt. Pro loco & tempore dixi, quia ad
ſingulos homines non eſt neceſſarius ſpe-
cialis animi motus & dilectionis: niſi cum
caſus occurrerit ſpiritualis vel corporalis
neceſsitas. Diligite inuicē, ſicut dilexi vos, Ioan. 13.
inquit Chriſtus, id eſt, ad hoc amate ad
quod amaui vos. Hanc doctrinam tradit ſal
uator in regula illa naturalis rationis: Om-
nia quæcunque vultis, vt faciant vobis ho-
mines, & vos facite illis. Quia ſicut dicitur
9. Ethicorum: Amicabilia quæ ſunt ad al-
terum veniunt ex amicabilibus, quæ ſunt
ad ſe ipſum. Dum ſcilicet ita ſe habet homo
ad alterum, ſicut ad ſe. Debet ergo hanc re-
gulam in dilectione Dei obſeruare ſtudio-
ſe. Nota quòd aliquando dixit apoſtolus:
Si quod eſt aliud mandatum, in hoc verbo
inſtauratur: Diliges proximum tuum, ſicut
teipſum: quia in dilectione proximi includi
tur dilectio Dei, quando proximus diligi-
tur propter dominum & in Deum. Conſul-
D tò hanc ſententiam apoſtoli propoſui ad
comprobandam ſuperiorem ſententiam, quòd
ſcilicet diligendus eſt proximus, non ad
bona tantùm naturalia, & fortunæ, ſed cer-
tè ad bonum diuinum, & Dei amicitiam,
ſupernamque beatitudinem: quod ex ver-
bo apoſtoli & expoſitione eius manifeſtè
comprobatur. Aliter quomodo in hoc ver
bo inſtauratur, id eſt, adimpletur & perfici-
tur vniuerſa lex, & ſi quod eſt aliud manda-
tum, Diliges proximū tuum ſicut te ipſum,
niſi eſſet neceſſarium velle illi bonum gra-
tiæ & gloriæ. Præcipuè quòd tenemur vel-
le hæc nobis, ergo & proximo pro loco &
tempore. Vltimò hæc ſententia comproba
tur in diſtinctione illa dilectionis Dei &
proximi. Eſt nanque dilectio Dei prior di- *Dilectio*
lectione proximi, & prioritate perfectio- *Dei quo-*
nis & dignitatis: dilectio tamen proximi *modo prior*
prior eſt dilectione Dei prioritate genera- *& poſte-*
tionis, ſeu diſpoſitionis. Hanc diſtinctionē *rior dile-*
intellige de dilectione Dei acquiſita, nō de *ctione pro*
infuſa. In hac diſtinctione etiam intelligas *ximi.*
illam ſententiam apoſtoli, quam ſupra ex-
poſuimus: ſi fratrem quem vides, non dili- 1. Ioan. 4.
gis, &c. Quomodo ergo dilectio proximi,
cùm tantum illi volumus bonum corporis
vel

vel famæ, vel honoris, &c. hanc generabit ſublimem dilectionem Dei:niſi velimus & proximo bonũ beatitudinis & Deũ ipſum: in quo includitur dilectio Dei? Diligendus itaque eſt proximus amore amicitiæ, non

De vera relig. c. 56 conſcupiſcentiæ. Habes hanc doctrinã etiã apud diuum Auguſtinum in hæc verba:Nã & ſi ipſum hominem dilexerit non tanquã ſeipſum,ſed tanquam iumẽtum aut balneas, aut auiculam pictam vel garrulam, id eſt,vt ex eo aliquid temporalis voluptatis aut cõmodi capiat, ſeruiat neceſſe eſt non homini,ſed quod eſt turpius tam fœdo & delectabili vitio,quo nõ amat hominem ſicut amãdus eſt.Magis enim eſt inhumanum non amare hominem, quòd homo eſt, ſed amare qđ vilius eſt:hoc eſt nõ in illud amare quod ad Deum pertinet,ſed amare illud quod ad ſe pertinet.Quid ergo ſi ad regnum non perueniat, qui non communẽ ſed priuatam rẽ diligit? Obſerua quomodo in hac germaniſſima expoſitione totius inuidiæ radix euellitur. Cum enim proximus amore amicitiæ diligitur, qui fieri poteſt, vt inuideas illi in aliquo bono temporali aut ſpirituali? Idem

Lib. 10 de Ciui. Dei, cap. 4. to. 5 fo. 141. Auguſtinus inquit: hoc bonum, id eſt, Deũ diligere in toto corde, in tota anima,& in tota virtute præcipimur. Ad hoc bonum debemus,& a quib⁹ diligimur,duci, & quos diligimus ducere. Sic complentur illa duo præcepta,&c. De re hac ſit ſatis: *Maius aliud*

Cap. 22. *mandatum non eſt*. In Matthæo ſic legis: In his duobus mandatis vniuerſa lex pendet & prophetæ. Habet hunc ſenſum. Finis

1. tom. c. 1. præcepti charitas. Eò omnis lex tendit,

Lex quò tẽdat. vt amicitiam conſtituat, vel hominum ad inuicem, vel hominis ad Deum, & ideo tota lex impletur in his duobus mandatis, quæ dilectionem Dei & proximi docent. Vniuerſa quæ ſcripſit Moyſes omnia quæ prædicauit Eſaias, Hieremias, & cæteri prophetæ hûc tendunt,vt diligatur Deus ſuper omnia & proximus. Sic & omnia mandata ſacri Euangelij, ſiue hæc quæ naturalis iuris ſunt,ſiue illa quæ ad ſacramenta ſpectant: dilectionem Dei & proximi docent ſimili-

Exo. 20. b. ter:Cum dicit; non loquẽris contra proxi-

Leui. 16. c mum tuum.Cùm dicit:non decipies proxi-

Pſal. 14. a mum tuum: Cùm dicit: qui iurat proximo

Eccle. 27. ſuo & non decipit: Cùm dicit:Audiſti aduerſus proximum tuum verbum, commo-

Ibi. ca. 19. riatur in te: Cùm dicit ſcriptura corripe pro-

Ibi. ca. 27. ximum tuum: Cùm dicit: Relinque proxi-

Rom. 11. a mo nocenti te: Cũ dicit Paulus: Vnuſquiſq;

A proximo ſuo placeat in bonũm: Cũ dicit: non adulterabis:non furtum facies: & cætera omnia mandata, tantùm intendunt docere dilectionem Dei & proximi:Cùm audis:Non habebis Deos alienos:Vnum cole Deum:Sabbathum ſanctifices:non aſſumes nomen Dei tui in vanum, &c. Dilectionẽ Dei docent. Quomodo enim concupiſces rem,aut vxorem proximi tui, ſi illum diligis? Quomodo falſum teſtimonium dices contra illum, quem amas ſicut teipſum,&c. *Et ait illi Scriba: Bene magiſter in veritate dixiſti.* Oſtendit Scriba iſte in hac reſponſione inter Scribas & Phariſæos grauem fuiſſe quæſtionem, quod eſſet primum & maximum mandatum in lege. Alij hoſtias & ſacrificia laudabãt: alij fidei & dilectionis opera præferebant: quia plurimi patrum ante legem ſine ſacrificijs, ex fide, quæ per dilectionem operatur, Deo placuerunt: nemo autem abſq; fide & dilectione. In qua ſentẽtia declarat Scriba iſte ſe eſſe dicens. *Et diligere proximum maius eſt omnibus holocauſtomatibus & ſacrificijs.* Quam ſententiam confirmat Saluator dicẽs: *Non longè es à regno Dei.* Sapienter enim reſpondiſſe teſtatur, cum gratiſsimum ſit Deo noſtro ſacrificium, di-

B lectio in proximum, miſericordiaq; ad miſeros: quam ſummopere cõmendat vtriuſq; teſtamẽti ſcriptura. *Non longè es à regno Dei.* Longè erat, cum callido animo acceſsit ad tentandum Saluatorem: attamen in doctrina illius illuminatus, acquieſcenſq; agnitæ veritati, approximabat certè regno Dei. Piè creditur q̃ Scriba iſte fuerit poſtmodũ conuerſus ad fidem. *Reſpondens Ieſus dixit docens in templo. Quomodo dicunt Scribæ Chriſtũ filium eſſe Dauid? Ipſe enim David dicit in ſpiritu ſancto: Dixit dominus domino meo: ſede à dextris meis. Donec ponam inimicos tuos ſcabellũ pedum tuorum. Ipſe David dicit eum dominum, et unde eſt filius eius?* In Matthæo ſic legis: Congregatis autem Phariſæis interrogauit eos Ieſus dicens: Quid vobis videtur de Chriſto cuius filius eſt? Dicunt ei: Dauid. Suauis valde eſt hiſtoria, & quæſtio in ipſa propoſita propter ſolutionem eius: quam ex parte abſoluimus in loco illo, vbi confeſsionem ſacratiſsimi Petri expoſuimus. Duas propoſuit Saluator quæſtiones, neutri reſponderunt Iudæi. Cum diſputauit de baptiſmate Ioannis, tacuêre præ timore turbarum, ne aut caperentur, aut lapidarentur. Huic ſecũdæ quæſtioni non reſpondent etiam: quia

ignorabãt ſcripturas phophetarum, quæ di- C
uinitatem Meſsiæ prædocebant, cum vera
humanitate ex ſemine Dauidis generata,
ſubſiſtente in vna eademq; perſona diuina
verbi Dei. De quo iam longiſsimam feci-
mus orationem in ſuperiorib⁹. Obſerua ver
bum illud ſubſtantiuum præſentis tempo-
ris: EST. Vnde eſt filius eius? Et in Matth.
Quid vobis videtur de Chriſto? Cuius filius
eſt? Haud dicit: cuius filius erit? ſed cuius fi-
lius eſt? Et vnde filius eius eſt? Rem exiſtẽtẽ
demonſtrat, cũ dicit: EST. Iam adeſt. Iam
eſt filius Dauid: non in ſcripturis illi repro-
miſsus tãtùm, ſed iam reuera Dauidis filius
eſt completa promiſsione & iureiurando.
Argumẽtum in hoc conſiſtit: quòd ſi Meſ-
ſias rex purus eſt homo & nuda creatura, &
non ſimul Deus & homo, appellari a Daui
de patre eius, dominus non potuit: neq; cõ-
ſuetudo aut ius naturæ hoc patitur. Pater
enim filij ſeruus dici non poteſt. Bene ergo
interrogat ipſe Meſsias: vnde filius illius eſt?
quia certè habet: vnde dñs illius ſit. *Vnde do
minus illius eſt?* Si credere vellent Iudæi ha-
Ioann.1. rent vnde poſſent reſpondere. In principio
Meßias vnde et quo modo dñs Dauid. erat verbum, & Deus erat verbum. Omnia
per ipſum facta ſunt. Ergo & Dauid per ip-
ſum factus eſt. Ecce vnde dominus eius eſt.
Et verbum caro factum eſt: Ecce vnde filius
Dauidis eſt. Vna tamen perſona vnum ſup-
poſitum & hypoſtaſis in duabus naturis, huma
na ſcilicet & diuina. Et vt ſic ſecundum ſuã
humanitatẽ dominus Dauid eſt filius eius,
dominus Ieſus Chriſtus, iure vnionis: per
quam factũ eſt, quòd ſit cæli & terræ domi-
nus. Et caput eſt Chriſtus, & Dauid mem-
brum eius corporis. Et rex eſt regum, & do-
minus dominantiũ. Secundùm ergo vtrãq;
naturam diuinam & humanam Meſsias do-
minus eſt Dauidis: ſecundùm humanam di-
Timor. xi propter vnionem ad verbum. Obſerua
ſecũdò quomodo ingerat timorem Iudęis,
qui decreuerant ipſum occidere, & quære-
bant opportunitatem: cùm docet aliunde
eſſe Meſsiam dominũ Dauidis: quaſi aper-
tè diceret. Non nudum aut imbecillem ho-
minem interficere intenditis: ſed eum, qui
etiã verus Deus eſt Meſsias veſter. Augetq;
vim rationis, cùm ſecundam partem propo-
nit, Donec ponam inimicos tuos ſcabellũ
&c. Quaſi diceret: Cura eſt honoris mei pa-
tri meo, qui non tantùm dextram ſummi
& inacceſsibilis honoris mihi repromiſsit
& præparauit: ſed & omnes inimicos meos

daturus eſt mihi in conculcationem: quaſi
ſcabellum pedibus ſuppoſitum. Nihil tamẽ
horum intelligere curabant Phariſæi: ſed
neque gladium omnipotentis vltionis ex- *Iudęi obdu*
pauefcebant. Tantùm rei vni ſtudium om- *rati in pec*
ne impendunt, quomodo ipſum ſine turba- *cato ſuo.*
rum metu occidant. Præuaricatione præua
ricata eſt in me domus Iſrael & domus Iu-
da ait dominus: Negauerunt dominũ, & di-
xerunt: non eſt ipſe: neque veniet ſuper nos
malum: gladium & famem non videbimus:
inquit Hieremias. Cuius vltionis iuſtitia ſa- *Cap.5.*
tis relucet in illis quæ cap. 15. ſcripta ſunt.
Tu reliquiſti me dicit dominus: retrorſum
abijſti & extendam manum meam ſuper te
& interficiam te: ſufficeret ad interfectio-
nem, quia ipſi reliquerunt dominum: ſed
addidit quod abundantis eſt miſericordiæ
ſignum: laboraui rogans. Heu quantum la-
borauit dominus Ieſus rogans? Tota die ex
tendit manus ſuas ad populum ſibi non cre
dentem & contradicentem. Nihili faciunt
quod in propheta ſcriptum eſt: Donec po-
nam inimicos, &c. Sicut patres eorum ver-
ba Hieremiæ, qui prophetauit aduerſus Hie *Cap.20.*
D ruſalẽ & per manus Pnaſur ſacerdotis miſſus
fuit in neruum quod erat in porta Ben, iam
ſuperiori in domo domini. Nobis verò in
ſententia illa firmam redemptionis noſtræ
ſpem ingeſsit, demonſtrans ex ſcripturis ſe
ſe eſſe Dei filium. Sufficientiſsimè ergo age
re poteſt redemptorem, & conſummare re-
demptionem, qui eſt Deus & homo Dei fi
lius. Habes ergo vnde credas te eſſe redem-
ptum, & habere propitiationem apud pa-
trem. Habes vnde ſperes, etiam cum pecca-
ueris. Ipſe enim eſt propitiatio pro peccatis *1. Ioan.2.*
noſtris & totius mundi. Sed & ſi quis pecca-
uerit, aduocatum habemus apud patrem Ie
ſum Chriſtum. Habes vnde in timore domi
ni te contineas, cùm ſcias Dei filium à te cõ
temni in tranſgreſsione præceptorum. Ha-
bes denique vnde immortales gratias Deo
reddas, qui chariſsimum & vnicum filium
ſuum miſit in mundum ad tuam redemptio
nem. Locus apud prophetam hic eſt. Dixit *Pſal.109.*
dominus domino meo ſede, &c. Obſerua cũ *NOTA.*
B. Hieronymo; In Hæbræo primum nomẽ *valde.*
domini illis literis ſcribitur, quibus de Deo
tantum ſcribitur. Secundũ verò nomen do-
mini his literis ſcribitur, quibus ſolẽt homi-
nes domini vocari, quomodo à quibuſdam
vocatur dominus à ſeruo, & reges vocãtur
domini. Vide ergo quid dicat. Dixit dñs
domino

domino meo. Huic domino, cui præcipitur vt ſedeat. Deus non ſedet, Aſſumptio corporis ſedet. Huic ergo præcipitur vt ſedeat, qui homo eſt, qui aſſumptus eſt. Hoc aduerſus Arianos dicimus, & aduerſus eos, qui dicũt, maior eſt pater, qui iubet vt ſedeat, quàm ille cui iubetur. Omnia Euangelia perſonant de perſona hominis, & nunc nõ neceſſe eſt approbatio, quia omnia quæcunq; vilia videntur, referuntur ad hominem, referuntur ad carnem. Obſerua ſecundò quàm firmum argumentum elicit ex hac ſententia apoſtolus Paulus, ad comprobandam diuinitatem filij Dei Ieſu Chriſti dñi noſtri. Ad quem autem angelorum dixit aliquando: Sede à dextris meis? Seraphin ſtãt in circuitu eius, vt miniſtri, vt ſerui: Filius autem vt dominus & filius, ſedet non iuxta ſcabellum patris tremendæ maieſtatis, ſed ad dexteram eius. Obſerua tertiò, quod vis efficatia huius dictionis Donec non deſignant exceptionem & excluſionem, quemadmodum vulgari vſu ſolet accipi: ſed conſecutionem & quaſi expectationem alicuius, quod futurũ eſt. Inſipientiſsimè enim diceres velle prophetam ſignificare ſeſsionẽ Chriſti ad dexteram patris, vſque ad ſubiugationem & cõculcationem inimicorum ſuorum: & poſtmodum non vltra ſeſſurum. Quid enim boni, aut honoris ex reportata victoria illi cõtingeret? Imò valde indecorum ei eſſet inimicos ſibi ſubdere, ſi ſtatim reliquẽda ab eo eſſet dextera Patris. Similiter pſalmo ſequẽti dicit propheta de viro iuſto: Nõ commouebitur donec deſpicias inimicos ſuos: non per excluſionem intelligit propheta quaſi conturbandus ſit iuſtus, poſtquam deſpexerit inimicos ſuos, qui cum ab illis impugnaretur, non commouebatur. Significat ergo iuſtum nunquam commouendum. Item cũ cap. 1. Matthæus de ſacra virgine dicit: Nõ cognouit eam Ioſeph, donec peperit filiũ. Senſus haud accipiendus eſt per excluſionem, quaſi vſque ad tempus partus Ioſeph ab ſponſa abſtinuerit ſe, poſt verò eã cognouerit: ſed mera ſignificatur conſecutio: ac ſi dicatur: Non cognouit eam Ioſeph, & factũ eſt, ſequutum eſt deinde, & ſuo tempore impletum eſt vt pareret filium ſuum: Nec vacat quòd deſcribens partum fœminæ quæ virum habebat, inquit: Peperit filium ſuũ. Otioſum verbum apparet, quòd filius natus, illius dicatur, quæ ipſum peperit: ſuuſq; deſcribatur. Fidem faceret, ſi deſcribens filij

De quo iã ſupra et infra, in fine commentariorum.

Hebræ. 1.

Nota de dictione Donec.

Pſal. 110.

Luc. 2. NOTA *valde.* *Conceptio Chriſti de ſpũ ſancto.*

A natiuitatem à patre ſuo diceret hiſtoria diuina, putà deſcribens natiuitatem Iſaac filij Abraham, & peperit Sarra Iſaac Abrahæ filium ſuũ. In hoc verbo intelligeres, quòd certè ab Abrahã generatus eſſet Iſaac, quod ſuperfluum videretur & vanum, ſi deſcribẽs eundem Iſaac à matre, quæ ipſum concepit & peperit, diceret: Sarra peperit filium ſuũ Iſaac. Filium alienum parere non poteſt. Filiũ alieni viri parere poteſt fœmina nupta: non tamen filium non ſuum. Quare ergo dicit ſanctus Euangeliſta peperit filium ſuum deſcribens ſanctã Chriſti natiuitatem? Certè ſacra domina noſtra eſt quæ inter omnes puerperas filium ſuum parturiuit: non filiũ Ioſephi ſponſi: ſed ſuum. Quem ſpiritu ſancto ſuperueniente, virgo concepit & virgo peperit: Suus igitur eſt: non Ioſeph. Sicut cæteri filij, filij ſunt patrum ſuorum, & matrũ: ſed maximè ad patres ſpectant. De quo ſit ſatis. Reuocemus ſermonem in ſedem ſuam. Obſerua tertiò differentem ſubiectionem inimicorum Chriſti à ſubiectione amicorum & electorum eius. Erunt quidem amici Chriſti ſubiecti & ſummè ſubiecti ſubiectione perpetua: ſed quomodo filij ſubiecti ſunt patri dulci voluntaria, & nobili ſubiectione: Quomodo & filij regis regi ſubditi ſunt. Et de his Chriſti amicis non dicitur quòd
B ſunt ſcabellum pedum eius. Imò de illis in ſacra Apocalypſi ſcribitur: Qui vicerit dabo illi ſedere in trono meo. Et alibi Chriſtus: Ego diſpono vobis regnum, vt ſedeatis in menſa mea. In his ergo teſtimonijs prophetæ diſpoſuit dominus ſeriem & vim argumẽti & quæſtionis: cui reſpondere non potuerunt, ſicut teſtatur B. Matthæus. Habes ergo confirmatiſsimum teſtimonium, quòd hic Pſalmus Chriſto Meſiæ, conueniat: & clarè illud agnouerunt Phariſæi & Scribæ: Nam in promptu erat reſponſio, niſi intelligerent prophetam in illo pſalmo de Chriſto agere: dicerentque, de alio ſcriptus eſt pſalmus. Vaniſsima ergo eſt interpretatio Iudæorum noſtris temporibus, qui de Abraham poſt cædem quinque regũ, hunc pſalmum interpretãtur ad deludendam interpretationis veritatem. Quomodo illi cõuenit quod ibi dicitur: ex vtero ante luciferum genui te? & illud: Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſe. Deniq; ex teſtimonio Chriſti & Apoſtoli conſtat pſalmum deberi interpretari de Meſsia. Vltimò obſerua quomodo tacent Phariſæi & Scribæ

Subiectio amicorum & inimicorum Chriſti diuerſa.

cap. 3.

Cap. 22.

Pſal. 109. à Dauide ſcriptũ de Meſsi.

Scribæ, cùm Dei ſapientia diſputat aduer-
ſus eos. Similiter & peccator ille in nuptia-
Matt.22. li conuiuio, interrogatus quomodo illuc pā
noſus intraſſet, obmutuit: quaſi comprehen
ſus, quaſi conuictus. Etiam ſi vox blanda fue
rit: Amice quomodo huc intraſti? Quid fiet
cū dominus poſuerit corā nobis omnes ini-
Pſalm. 49 quitates noſtras? Arguam te, & ſtatuam cō-
Pſalm. 20 tra faciem tuam. Tunc quippe in ira ſua cō-
turbabit dominus inimicos ſuos & deuora-
bit eos ignis. Non eſt quod fur reſpondere
poſſit iudici, cuius ſinus raptam pecuniam
Similitudo ſeruat: cuius manus ſanguine pauperis: quę
Eſa. 1. in abſcondito deuorabit, plenæ ſunt. Fide-
lis tamen eſt Deus. vt dimittat nobis debita
noſtra, ſi confiteamur illa. *Et dicebat illis in do*
ctrina ſua. Cauete ab Scribis qui uolunt in ſto-
lis ambulare, & ſalutari in foro, & in primis
cathedris reſidere in Synagogis, & primos diſcu-
bitus in cœnis. Qui deuorant domos uiduarum ſub
obtentu prolixæ orationis: hi accipientur pro-
lixius iudicium. In Matthæo non tantū Scri-
Cap.23. bæ & Phariſæi, à quibus traditus eſt domi-
nus in mortem, deſcribuntur vt veriſsimi hy
pocritę: & adamuſsim exponit dominus ini
quitates eorum: quos etiam cauere & fuge-
re docuit. Cauete à fermento Phariſæorum
(Eorum opera intellige): doctrinam retine-
te. Omnia quæcunq; dixerint vobis ſeruate
& facite: opera vero illorum nolite facere.
Honorauit māſuetiſſimus rex ſacerdotium
& magiſterium: etiam inhonoratus ab ipſis
nō ſemel. Inquit ergo: Cauete ab Scribis &
Phariſæis etiam, qui volunt in ſtolis ambu-
lare. Non dicit, qui ambulant in ſtolis: hoc
forſān non eſſet vituperabile. Sed quid in-
quit? Qui volunt ambulare ad captandā au-
ram laudis humanæ: & præcipuè mulierculā-
rum viduarum, quæ ſtoliditate ductæ, hæc ad
mirātur. Vnde Matthæus clariùs damnauit
phariſaicam hypocreſim, dicēs: Omnia ope
ra ſua faciunt, vt videantur ab hominibus:
neq; ibi quieſcunt; ſed vt glorificentur & ha
beātur iuſti. Adhuc in velle videri ab homi-
nibus, non terminatur eorum hypocreſis,
ſed quia gloriam propriam artibus ex cogi-
Stola ue- tatis venantur & furantur: non Dei honorē
ſtis longa. vel proximorum ædificationē. Nota quòd
ſtola, veſtis longa erat vſque ad imos pe-
des. *Amant ſalutari in foro.* Quo dic mihi no-
mine deſiderabāt has ſalutationes publicas?
In noīe honorabili valde. Hoc dicit apertè
Cap.23. Matthęus: Et vocari ab hominib⁹ Rabbi: quod
quidem magiſterium & honorationem præ

C ſe fert. Humilitas eorum eouſq; deſcēdebat,
vt locum vltimum in cœnis eligerent. Pri-
mas cathedras occupant, etiam ſi honorabi-
liores diſcumbat. Sed etiam iuxta ſalutare
conſilium intrantes cameras ſuas clauſoque
hoſtio, ſacrificium laudis & orationis Deo
ſuo offerunt. O calidiſsimos hypocritas? In
angulis platearum orant & in foro. *Et deuo-*
rant domos uiduarum ſub prætextu prolixę oratio
nis. Orabant prolixè, nō quidem ex pingue
dine deuotionis, ſed vt animos & oculos a-
ſtantium ad ſe conuerterent, & maximè vi-
duarum & ſubſtantiam domus deuorabant:
vt vel participes fierent ſuffragij & oratio-
nis corū. In his omnibus, & alijs multis, quę
deſcribit B. Matthæus, abſolutiſsima hy- Cap.23.
pocreſis Scribarum & Phariſæorum demō
ſtratur. Propter quod ſequitur in Euange-
lio. *Hi accipient prolixius iudicium.* Accipient
durius iudicium, cum grauior ſit eorum ma-
litia, & ſimulata ſanctitas. Obſerua quod a-
pud noſtrum Euangeliſta, clariſsimè deſcri-
bitur iudicium durius aduerſus hypocritas.
Dicit enim. Hi accipiēt prolixius iudiciū. NOTA.
Secundùm quam ſententiam interpretan- *ualde.*
dus eſt Matthæus cap. 6. vbi de hypocritis Hypocri-
non dicit amplius: quàm receperunt merce *ta duri⁹ iu*
D dem ſuam. Vbi haud aliud ſupplicium vi- *dicium ſubi*
detur comminari, quā quod impenſam ope *bit.*
ram in eleemoſynis, orationibus, & ieiunijs
perdiderint. Cum certè in magni iudicij die
prolixius, id eſt, durius cum illis agendum
ſit. Iure ergo docet Saluator diſcipulos ſuos
& vniuerſam plebem aſtantem, cauere & fu
gere fermentum Phariſæorum & Scribarū,
cum vita eorum, dolo rapinaque & hypo-
creſi plena eſſet præparatusq; illis eſſet du-
ri cruciatus ignis æternus. In Matthæo ſic Cap.23.
docet Saluator. *Vos autem nolite vocari*
Rabbi: vnus eſt enim magiſter veſter: omnes
autem uos fratres eſtis. Et patrem nolite uobis uo
care ſuper terram: unus eſt enim pater ueſter, qui
in cælis eſt. Nec uocemini magiſtri, quia magiſter
ueſter unus eſt Chriſtus. Literaliter exponēd⁹
eſt locus, & non amplius. Locus eſt obſcu-
rus: cuius contrarium in ſuperficie, ſeruat
Eccleſia. Rabbi & magiſtri nomen honora
bile eſt, nec cuiuis conceditur: ſed & patris
nomen inter religioſos frequens, & honore
dignum. Quomodo ergo Eccleſia non ſer-
uat hanc doctrinam Chriſti? Imò & Paulus
ſeipſum dixit gentium doctorem. B. Hiero- 2. Cor.
nymus ſic ſoluit quæſtionem: Aliud ſci-
licet eſſe natura patrem vel magiſtrū, aliud
indul-

Pater & magiſter du pliciter accipiuntur.

indulgentia. Nos ſi hominem patrem vocamus, honorem ætati deferimus: non autem noſtræ oſtendimus vitæ. Magiſter quoque dicitur ex conſortio veri magiſtri. Et ne infinita replicem, quomodo vnus per naturam Deus, & vnus filius, non præiudicat cæteris, ne per adoptionem dij vocentur & filij, ita & vnus pater & magiſter non præiudicat alijs, vt abuſiuè appellentur patres & magiſtri. Vis ergo præcepti in hoc conſiſtit: Nolite velle vocari Rabbi. Non enim tibi prohibetur aliena actio, ſed propria: ac per hoc non vox ſed affectus ad gloriam nominis interdicitur. Quia vocari Rabbi ſeu quouis alio titulo honoris, non eſt actus vocati, ſed vocantis: ideo dominus Ieſus non prohibet vocari, ſed velle vocari, dicendo: ne vocemini. Tertio clarius ſic exponitur litera. Aliud eſſe auctoritatiuè Rabbi & magiſtrū, & patrem, aliud miniſterialiter. Eſſe magiſtrum & patrem Deo & Chriſto conuenit auctoritatiuè: & hoc prohibetur. Execrabilis enim eſſet ſuperbia, huiuſmodi nomina velle, aut rapere auctoritatiuè: cū Deus ſit omnium parens, à quo & omnis paternitas in cælo & in terra nominatur: Et Chriſtus ſapientia Dei, ſit auctoritatiuè magiſter omnium. Affectans itaq; ſeipſum honorare vt doctorem, non exhibet ſeipſum doctorem aut miniſtrum alterius (miniſter quippè illius cuius eſt magiſter quærit gloriam & honorem) ac per hoc exhibet ſeipſum auctoritatiuè doctorem: quod manifeſte præiudicat Chriſto: qui ſolus eſt doctor & magiſter noſter auctoritatiuè. Et quamuis non tanta ſit ſuperbia in affectu, quod formaliter velit quis rapere hunc diuinum honorem, affectum tamen videtur habere ad nomē, quaſi non acceperit. Deferendus itaque eſt honor patris & magiſtri, vel regis, Deo omnium parenti, magiſtro, regi & duci noſtro. Neq; gloriandum nobis eſt hiſce titulis, aut quærenda nomenclatura illorum, ſicut à Phariſæis & Scribis. Audiant hæc magiſtri in Eccleſia & patres, & intelligant mandatū omnipotentis Dei: neque vſurpent nomen honoris & dignitatis: aut glorientur de illo quaſi non acceperint, quaſi non miniſterialiter patres & magiſtri ſint. *Et ſedens Ieſus contra Gazophylacium, aſpiciebat quomodo turba iactaret æs in Gazophilacium.* Nomen & locum Gazophylacij exponit eleganter concilium Aquenſe ſub Pepino. Legimus ſecūdum Marcū dominū Ieſum Chriſtū contra

Epheſ. 3.
1. Cor. 1.

Gazophylacij. Cōcili Aquenſe lib. 3. capit. 10.

A Gazophylacium ſediſſe, & quomodo turba iactaret æs in Gazophy, aſpexiſſe: & viduā duos minutos mittentem in Gazophylaciū Dei, laudaſſe. Quid Gazophy. ſit, Beda exponente didicimus. Scribit enim in expoſitione eiuſdem Marci, quia ſermone Græco Phylaxe ſeruare dicitur: & Gaza lingua Perſica diuitiæ vocantur. Gazophylacium ergo locus vocari ſolet, quo diuitiæ ſeruātur: quo nomine & arcam, in qua donaria populi congregabantur ad vſus templi neceſſarios, & porticus in quibus ſeruabantur appellant. Habes etiam exemplum de porticibus in Euangelio Ioannis: Hæc (inquit) verba locutus eſt dominus in Gazophylacio, docēs in templò. Habes de arca expreſſam ſcripturam in libris Regnorum. Et tulit Ioiada Pontifex Gazophylacium vnum, aperuitque foramē deſuper, & poſuit illud iuxta altare, ad dextram ingredientium domū domini, mittebantque in eo ſacerdotes, qui cuſtodiebant oſtium, omnem pecuniā, quæ deferabatur in templum domini. In porticu ergo vbi erat Gazophylacium, ſedebat dominus Ieſus. *Et aſpiciebat quomodo turba iactaret æs in Gazophylacium: & multi diuites iactabant multa.* B Non ſatis mirari poſſum quomodo populus Chriſtianus à donarijs & oblationibus pro templorum æterni Dei & filij eius Ieſu Chriſti cultu & honore, à multis annis abſtinuerit: imò ſupra omnes hæc auaritia diuites & magnos principes obtinuit. Et vtinam non expolient Eccleſias, & rapiant iura earum, & vaſa initiata. Olim ad opus ſanctuarij & veſtiū ſacerdotaliū, & cæterorū, quæ ad cultum diuini officij pertinebant, obtulit antiquus ille populus mēte alacri & deuotiſsima quicquid erat neceſſarium. Fuit ardor deuotionis eorum adeò accenſus, vt voce præconis iuſſerit Moyſes cantari: Ne mulier quicquam offerat vltra. Et nunc (inquit Euangeliſta) multi diuites iactabant multa. Non vnus, ſed multi iactabāt multa. Fuit & deuotus hic animus apud noſtrates: & maximè apud religioſiſsimos & clariſsimos principes in Eccleſia primitiua, qui non vilia donaria, ſed aurum, argētum, vaſſallos, villas, & ampliſsima regna Eccleſijs donarunt: & Conſtantinus ſub Syluestro, quæ ſuperius diximus obtulit Deo cæli. Nec multis ab hinc annis nobiles fœminę depoſito ſupercilio inanis ſuperbiæ, aureas veſtes, linteamina arte & ornatu variata ſacris Eccleſiis & Monaſteriis afferebāt: quorum

Cap. 8.

Lib. 4. ca. 12.

Donaria & oblationes Eccleſie fabrica & cultu diuino, prætermiſſæ à Chriſtianis, et precio habitæ apud veteres.

Exod. 36.

rum veſtigia adhuc videmus: quibus omnibus cultus Dei fulgebat in deuotionem aſtātium populorum. Iam omnia ad ſuæ ſuperbiæ iactantiam, ad luxuriam eorum conuerſa fuit: neq; duo minuta præſto adſunt magno & diuiti viro. Propter quod multis locis verè dicitur, & maximè in illis Eccleſijs, quæ ſub nobilium equitū ſancti Ioānis, vel ſancti Iacobi, curæ ſunt: Templū eius ſicut homo ignobilis. Decorum ergo eſſet Eccleſijs & nemini difficile, ſuæq; ſaluti conſulerēt, quicunq; in teſtamētis & ante mortem, templorū fabricis offerrēt vel duo minuta.

2. Machabe. 1.

Miſſę & eleemoſynę collatio

Sed & valde ſatisfactoriū illis eſſe: pauperum eleemoſyna. Quia quāuis ſacrificiū miſſæ omniū ſuffragiorū ſit potiſsimū ex obiecto, & genere ſuo, quia illic Chriſt⁹ offertur: nihilominus ratione neceſsitatis pauperum & orphanorū, quos Chriſtus tātopere commendauit, poteſt eleemoſyna Deo eſſe gratior & acceptior in ſatisfactione pro defunctis, quā multiplicatio miſſarū. Abſit vt negemus miſſas in primis pro defunctis eſſe offerendas. Veruntamen poſtquā aliquo numero pro ratione qualitatis perſonæ offerūtur, melius eſſet, cætera in pauperū eleemoſynas refundere, quā centenas, aut millenas miſſas accumulare. Adde quod ſæpe numero eleemoſyna eſt in præcepto, miſſa verò ad votū hominis. *Cùm veniſſet autē una vidua pauper, miſit duo minuta, quod eſt quadrās.* Nec vidua pauper, quæ acu & fuſo lucrata fuerat hanc paruulam pecuniam à donariis priuari voluit, ſed ſicut teſtatur dñs, obtulit duo minuta, quæ illi aduictū erāt neceſſaria. Propterea dñs ad diſcipulos ſuos ait: *Amen dico uobis, quoniā uidua hæc pauper plus omnibus miſit, qui miſerunt in Gazophylaciū.* Et redēs rationē inquit. *Oēs enim ex eo quod abundāt illi miſerunt: hæc uero de penuria ſua omnia quæ habuit miſit, totū uictū ſuū.* Quia iſta dedit totū; alij partē. Iſta vidua dedit totum victū ſuū, alij ſuperfluum victui ſuo. Plus intellige, nō abſolutè, ſed proportionaliter. Plus enim illi viduæ erat quadrans, quā reliquis offerentibus quicquid dabant. Sed aliunde etiam penſat dñs oblationes ſuas: nimirum ex affectu & deuotione. Deſcribit elegātiſsime hanc doctrinā Philo in hæc verba. Lex iubebat reponi duo altaria materia, loco, vſuque differētia. Alterum enim è ſaxis collectitijs impolitis extruitur in atrio iuxta templi veſtibulum, ad immolādas victimas. Alterum verò aureum ſitum eſt poſt primū velum in penetralibus nemini conſpicuū niſi ſacerdotibus, functionis ſuo tempore caſtitatem ſeruantibus, quod factum eſt adolendis odoribus, vnde liquet, micā thuris oblatam ab homine pio, Deo gratiorē eſſe multis hoſtiis, ſi offerenti, non adſit probitas. Quantò enim aurum præſtat lapidibus, & adytum veſtibulo, tantò acceptior eſt ſuffitus gratiarum actionis, quàm mactata victima. Ideo non ſolū materiæ precio, artificū opere, ſanctitateq; loci ara hæc auguſta facta eſt; ſed et hoc quod apud eam quotidie ſacra exordiū ſumunt à gratiarum actionibus, nō eſt enim fas immolari foris, prius intus ſummo mane ſuffitus factus ſit, quo ſignificatur, nihil Deum delectari victimarū multitudine, ſed offerentis bona mēte, atq; puritate ſpiritus.

Dom. Sot. 4. ſ. d. 45. q. 2. art. 3.

Lib. de victimas offerentibus.

C

Opus bonū unde habet maius meritum.

D

Obſerua q ſacerdotes cū eſſent auari, docebant quòd illi qui plus offerebant in templo abſolutè loquendo, plus etiam meriti lucrarētur. Hanc ſententiā reijcit Chriſtus cū dicit: Amen dico vobis quoniā vidua hæc, &c. Penſanda eſt ergo quātitas meritoriū ex duobus. Vno modo ex radice charitatis & gratiæ. Et talis quantitas meriti reſpondet præmio eſſentiali. Qui enim ex maiori charitate aliquid fecit, fruetur Deo perfectiùs. Alio modo poteſt penſari quantitas meriti, ex quantitate operis: quæ quidem eſt duplex; abſoluta & proportionabilis. Vidua enim quæ miſit quadrantē in Gazophylacium, minus opus egit quantitate abſoluta: quàm illi qui magna munera poſuerunt. Sed quantitate proportionabili vidua plus fecit ſecundum dominum: quia magis ſuam facultatem ſuperabundabat. Nec dubium eſt, Saluator dixit plus omnibus miſit, quin intelligi voluit: plus omnibus meruit: & ſic directè reprobabat ſacerdotum opinio, dicentium quòd plus meretur qui plus offert. Quod probat Saluator falſum in vidua, quæ obtulit duo minuta: quia Deus plus penſat affectum, quàm cenſum.

Meritorū duplex quātitas.

B. Grego.

Finis Capitis duodecimi, & Libri duodecimi Commentariorum in Marcum.

LIBER DECIMVS TERTIVS COMMENTARIORVM IN MARCVM.

ET CVM *egrederetur de templo ait illi unus ex dicipulis ſuis: Magiſter aſpice quales lapides et quales ſtructuræ.* Et ſi alius locus nõ occurreret ex ſacris literis ad
cõprobandũ ꝙ dominus noſter Ieſus Chriſtus fuerit verus excelſusque propheta, tamen ea ſolum quæ præſenti capitulo deſcri
bit ſanctus Euangeliſta ſatis abundanterq;
huic rei teſtimonium omni acceptione di-
gniſsimum perhibent. Prædicit nanq; do-
minus euerſionem ciuitatis Hieruſalẽ: prædicit diſcipulorum varias vbiq; terrarum &
gentium perſecutiones: denique (quod lon-
gè & tempore & omnium cognitione erat)
finẽ vniuerſæ carnis & totius orbis per ſin-
gula deſcribit, & aduẽtum ſuum ad iudiciũ.
Quæ omnia teſtantur ipſum eſſe prophetã
Deut. 18. illum in Moſſe repromiſſum. Prophetã de
gente tua & de fratribus tuis ſicut me, ſuſci-
tabit tibi dominus. Et hic vniuerſorum do-
minus & rex in Nazareth exiſtens aliquan-
Matth. 6. do de ſeipſo dixit: Non eſt propheta ſine ho
nore, niſi in patria ſua. Duo ergo cherubin
ſe inuicem reſpiciunt & teſtantur hanc veri
tatem ſicut olim in ſanctuario, id eſt, duo te
Exod. 25. ſtamenta vetus & nouum, quæ huic verita-
Chriſtus propheta quomodo. ti confirmandæ adſunt. Fuit quidem Salua
tor noſter propheta, quòd viator inter ho-
mines apparuit ſecundũ dictum Hieremiæ:
Cap. 14. Expectatio Iſrael Saluator noſter in tempo
re tribulationis, quare quaſi colonus futurus
es in terra, quaſi viator declinans ad monen
dum? Quaſi viator dicitur & non ſimplici-
ter viator: quia ſimul fuit & comprehenſor.
Et ſecundũ hanc rationem haud cõuenit ei
prophetiæ donum. Deus certè, aut angeli &
beati, etiam ſi annunciẽt ea quæ procul ab-
ſunt à noſtra notitia, hoc nõ pertinet ad pro
phetiam, quia in nullo noſtrum ſtatum at-
tingunt. Chriſtus verò & noſtrum ſtatum
attingebat ante paſsionem: & licet quantum
ad partem intellectiuam habuit plenam &
perfectiſsimam notitiam: tamẽ in parte ima

A ginatiua habuit quaſdam ſimilitudines, in
quibus potuit etiam ſpeculari diuina. Pro-
pheta igitur agit in hoc capitulo & fatur qui
erant logè & procul: vnde originem trahit
nomen prophetæ: ſicut docet B. Auguſti-
nus: Et ex his quę pleniſsimè completa ſunt *Lib. cõtra Fauſtum.*
in deſolatione vrbis ſanctæ & perſecutione
diſcipulorum: & diſperſione & captiuitate
Iudæorum, finis orbis expectari debet, ab
ipſo domino Ieſu prædictus. Propter quod
vel ab ipſis crucifixoribus Iudæis, vt verus
propheta habendus eſſet dominus meus Ie
ſus ad huc negantibus eius diuinitatẽ, quod
ſi hoc ab illis daretur, faciliùs in integrã fidẽ
reducerentur: comprobarũt quidem & ſub
oculis eorum exhibita ſunt omnia quæ de
illis, & aduerſus illos dixit Saluator. Sed ve-
lamen quod impoſuerunt ſuper faciem do-
mini ad blaſphemãdum eum, obſcurauit in
ſipiens cor eorum vſque in præſentem diẽ:
ipſe tamẽ haud ignorabat percuſſores ſuos.
B Inquit ergo ſanctus Euangeliſta: *Et cùm egre
deretur de templo, ait illi unus ex diſcipulis ſuis:
Magiſter aſpice quales lapides & quales ſtru-
cturæ.* Vnde diſcipulus hic inuitat magiſtrũ
ad attentam & amicabilem conſiderationẽ
ſuperbæ fabricæ templi? Vidit aliquando
illud dominus, & attentè cõſiderauit. Quid
igitur cauſæ eſt quòd nunc inquit ad illum.
Magiſter aſpice. Audierat eum cæteris con
diſcipulis comminantis vocem contra Hie
ruſalem & filios eius cùm exprobrabat du-
ritiam cordis eorũ, aduerſus ſuperiores pro-
phetas: quibus tandem: Amen dico vobis, re
linquetur vobis domus veſtra deſerta. Vbi *Matth. 23*
nomine domus templum intelligit. Sicut
familiariter in vtroq; teſtamẽto ſub hoc no
mine deſcribitur dicente propheta: Domus *Eſai. 56.*
mea domus orationis eſt cunctis gentibus:
& Salomone in dedicatione eius: Benedic *Cap.*
domine domum iſtam. Intellexerunt ergo
diſcipuli, cum dominus dixit: relinquetur
domus veſtra deſerta, templũ illud deſtruẽ-
dum funditus, ſicut prædicabat: Intentans
ergo prouocare illum ad miſerendum in-
quit, Magiſter aſpice quales lapides, &c. Ad
*quem dominus: Non relinquetur lapis ſuper lapi
dem, qui non deſtruatur.* Spes relinqueretur Iu
dæis reædificandæ domus illius, ſi vel lapis
vnus

vnus permanſiſſet in deſolatione tẽpli. Attamen cũ perfectiſsimè completum fuerit vaticiniũ Chriſti, & aliunde ex Aggæa propheta didicerint, cùm poſt captiuitatẽ Babylonicam reædificaretur templum illud, quod futurum eſſet nouiſsimũ vana eſt ſpes eorum. Quod vno ex duobus modis neceſſariò adimplendum erat: Aut perſeuerante planta ædificij vſque in ſæculum, aut quod ſi euerteretur, nunquam conualeſceret. Inquit Aggæas propheta. Magna erit gloria domus iſtius nouiſsimæ pluſquam primæ, dicit dominus exercituum. Nõ ego ſed ego in ſpiritu ſancto; Dominus exercituum dicit hoc. Si nouiſsima, ergo nulla alia futura poſt illam. Nouiſsimus filius eſt poſt quem alius nec generatur, nec naſcitur. Quod ſi alius ſequitur, certè nouiſsimus non fuit ille. Cum igitur Aggæas propheta dixerit domum illam futuram eſſe nouiſsimã, quæ funditus euerſa eſt, quare Iudæi attentant illam ædificare? Quare illud templum adhuc expectant? Aut propheta ille non fuit locutus in domino, & ſic certè mendax fuit, aut vos infideles & increduli verbo domini eſtis in ore prophetæ: Sed propheta Aggæas fidelis comprobatus eſt, vos ergo Iudæi infideles eſtis. Quod ſub Iuliano Cæſare plenè cõprobarũt, & ipſe apoſtata ſpe regni exiſtẽs, intentabat Saluatoris ſententiam vanam & mendacem comprobare qua dixerat: Relinquetur domus veſtra deſerta. Accepta igitur ab eo Cæſare licentia reparandi templi, in tantum inſolentiæ peruenerant, vt aliquis prophetarum eis redditus videretur. Igitur ex omnibus locis & prouintijs conuenientibus Iudæis ad templi ædificationem (tunc habebatur Cyrus Epiſcopus Hieroſolymorum poſt Maximum confeſſorẽ) apertiſq; fundamentis, calce, cementoq; adhibitis, nihil omnino deerat, quin die poſtera veteribus deturbatis, noua iacerent fundamenta. Cùm tamen Epiſcopus diligenti conſideratione adhibita; vel ex illis quæ in Daniele propheta legerat, vel quæ in Euangelijs dominus prædixerat perſiſteret nullo genere fieri poſſe, vt ibi à Iudæis lapis ſuper lapidẽ poneretur. Res erat in ſpectatione. Et ecce nocte quæ ad incipiẽdum ſola reſtabat, terremotus ingens oboritur, & non ſolum fundamentorum ſaxa longè lateq; iactãtur, verùm totius loci ædificia penè complanãtur. Porticus quoq; publicæ, in quibus Iudæorum multitudo, quæ operi videbatur in

Cap. 2.

Templum Hieruſa. attẽtãt Iudæi ædificare ſub Iuliano.

C ſiſtere, commanebat, ad ſolum deductæ omnes Iudæos, qui reperti ſunt, oppreſſere. Luce verò orta cum ſe mala crederent effugiſſe, ad requirendos eos qui oppreſsi fuerant, reliqua multitudo concurrit. Ædes erat quędam in inferioribus templi demerſa, habẽs aditum inter duas porticus, quæ fuerant cõplanatæ, in qua ferramenta aliaq; operi neceſſaria ſeruabãtur: è quã ſubito globus quidam igneus emicuit, & per medium plateæ percurrens, adduſtis, & exanimatis, qui aderant Iudæis, vltro citroque ferebatur. Hoc iterum ſæpiuſque & frequentiſsimè per totam illam diem repetens pertinacis populi temeritatem, flãmis vltricibus cõercebat. Cùm interim pauore ingenti & trepidatione omnes qui aderãt deterriti ſolum verũ Deum Ieſum Chriſtum confiteri cogebantur inuicti. Et ne hæc caſu fieri crederentur in ſequenti nocte in veſtimẽtis omnium ſignaculum crucis ita euidẽs apparuit, vt etiã qui diluere pro ſui infidelitate voluiſſet, nullo genere valeret abolere. Sic deterriti Iudæi atque gentiles locum ſimul & inaniter cæpta relinquere. Placuit ad longum hæc ſcribere ex Rufino, cùm ſimul elegans ſit hiſtoria, & pijs auribus gaudium & iubilationem refundat. D Refert Burgenſis in libro Scrutinium ſcripturarum, ſuo tempore ad oẽs Iudæos perueniſſe de natiuitate Meſsię certo quodam die opinionem, ad quam in ſin multo gaudio cùm ſe præpararẽt: ecce in veſtibus eorum crucis ſignum apparuit impreſſum. Quid ad hæc impudens, calidusq; & inſignis ille apoſtata? Ipſe enim Iudæos incitauit, operam & oleum obtulit, vt ſaltẽ in hoc verbo, Relinquetur domus veſtra deſerta: caperet dominum Ieſum, quem ipſe traditor negauit. Quid ad hęc perfidi Iudęi? Recolant ergo & prophetas ſuos, & Saluatoris omnium vaticinia, & conferant ea cũ his quæ oculis ſuis cernunt, & ſciant certiſsimè domum illam nouiſsimam fuiſſe, nullo vnquam tempore reædificandam: in quo teſtificatur aduentus Meſsiæ, ſiquidem repromiſſus eſt in Malachia aduentus eius in templum, & veniet ad templum ſanctum ſuum dominator, quem vos quæritis: Cùm ergo non ſit templum illud, neque ab hinc erigẽdum, non poterit in illud Meſsias ingredi. Venit ergo & facta eſt gloria domus illius nouiſsimæ maior & excelſior pluſquã primæ ex præſentia eius, doctrina, & miraculis. Conuertantur igitur ad Deum verum

Signũ crucis in veſtibus Iudæorum apparuit impreſſum.

NOTA. *valde.*

Lib. 10. eccleſi. hiſto. ca. 37. 38. 39.

Aduerſus Iudæos argumentum pro aduentu Meßiæ. Cap. 5.

De quo iã ſupra ca. 1.

& credãt

A & credãt in filium eius Ieſum Chriſtũ pro-
pter cuius crucifixionem, non eſt relictus la
pis ſuper lapidem: & ipſi in omnem ventum
diſperſi ſunt ſine Deo, ſine ſacrificio, ſine lo
ge, ſine templo, ſine propheta, ſine honore,
quę nullo unquam tempore etiam cùm co-
lerent idolatriam; illis acciderunt. Sub rege
Babylonis ſeruierunt in dura ac ferrea cap-
tiuitate 70. annis: ac deinde cum ingenti glo-
ria in multis talentis auri & argenti ad ciui-
tatis & templi reparationem reuerſi ſunt,
Capit. 1. lib. 1. ſicut Eſdras teſtatur. Iam nunc annus agi-
tur milleſsimus quingenteſsimus trigeſsi-
mus ſextus, & captiui & diſperſi ſunt, & do-
mus illorum deſerta. Quare tot mala accide-
runt genti vniuerſæ Iudæorum? Nunquid
peccatum Samariæ & Iuda dimiſſum non
fuit poſt aliquot annos? & vnuſquiſque re-
uerſus eſt in propriam domum & hæredita
tem. Liber Iudicum adſit, & Neemias ad fi
dem dictorum. Quid ergo criminis cõmiſit
Hieruſalẽ, quale fuit peccatũ, quod vſq; huc
peruenit ſuper caput eorum? Certè quia oc-
ciderunt Meſsiã Dei filium Ieſum Chriſtũ
Actorũ. 3 D. N: quem negarunt ante faciem Pilati iu-
dicãte illo debere dimitti; & petierũt dona-
ri ſibi virũ homicidã, iuſtũ verò & ſanctũ,
qui pertranſibit inter eos ſanando omnes in
firmos eorum, & liberãdo oppreſſos à dia- B
bolo: & deniq; mortuos ſuos ad vitã reuoca-
uit. De quo ſit ſatis. *Et cũ ſederet in mõte oliua
rum cõtra templũ, interrogabant eum ſeparatim
Petrus, & Iacobus, & Ioannes, & Andreas.
Dic nobis quando iſta fient, & quod ſignũ quãdo
hæc omnia incipient conſummari?* Obſerua dili
gẽter literã Matthæi, & inuenies tria requiſi
ta à diſcipulis. Primũ qñ hæc erunt? Rogãt
dici ſibi à dño qñ eſſet deſtruẽda Hieruſalẽ
& tẽplum. Et cum inquiunt: & quod ſignũ
aduentus tui, ecce ſecundũ, quod ſcire deſi-
derãt, ſcilicet ſignũ aduẽtus dñi ad iudiciũ.
Et cùm inquiunt, & cõſummationis ſæculi?
Tertium intẽtant ſcire nimirum ſignum cõ
ſummationis orbis. In noſtro Euang. Duo
rogant, & omnium trium eſt reſponſio, quæ
habẽtur in Matthæo. Tria ergo quærũt diſ-
cipuli à magiſtro, quale ſit ſignum deſolatio
nis tẽpli & Hieruſalem: qualia q; futura ſint
prodigia ante ſæculi finem: deniq; quod ele
git in ſua diuina ordinatione ſignum ante
aduẽtum ſuum ad iudicium. Ad ſingula re-
ſpondet: ſed primò ad ſecundam quæſtio-
nẽ: & docet eos, ne ſe ducerẽtur ex duobus,
aut ex falſa prædicatione multorum qui di-

A cturi erãt ſe eſſe in quorũ verbo multi ſedu
cẽdi erãt: aut ex malis multis quæ citò ven
tura erãt in mundũ, nec ex his colligerẽt iã
adeſſe finẽ. Duo ergo prædicit: & aduentũ
multorum qui nomẽ vſurparẽt & gloriam
Chriſti: à quibus abſtinere oportebat val-
de: Alterum ꝙ & ſi bella multa acciderent,
nõ tñ ex illis arguerent, finis approximatio
nem. Inquit ergo. *Videte ne quis uos ſeducat;
in nomine meo dicentes, quia ego ſum: & multos
ſeducent.* Expreſsiùs in Matthæ. Dicẽtes ego
ſum Chriſtus. Attẽtiſsimos ergo reddit di-
ſcipulos in verbo *Videte*. De re magna & ſa
luti eorum neceſſaria futurus erat ſermo. Sic
Gabriel angelus cùm vellet ex ore dñi indi Cap. 9.
care præclara myſteria Meſsiæ, & tempus
aduẽtus eius in vterũ virginis, Danieli pro-
phetæ, inquit ad illum. Scito & animaduer- *Præditio*
te. Chriſtus autem: Videte ne quis vos ſedu *futurorum*
cat. Sicut inter reliqua omnia, ea quoque in *mirificè*
parte eius bonitas in nos admirationi eſt: ꝙ *Dei boni-*
de hoſtibus noſtris, à quibus nobis futura *tatem de-*
erant prælia, ſilentium non tenuit. Sed de ea *mõſtrat.*
re iam ante prędixit: vt cum illa acciderent,
ſtatim agnoceremus, animoq; firmaremur
ex illius præmonitionibus ita inquientis:
Videte ne quis vos ſeducat. Magnum bene
ficium contulit nobis iſte ſermo, cuius ope-
B ra fit vt non à ſpecie rerum, quæ apparent,
decipiamur: ſed potius quæ vera ſunt quan-
tuncunq; illa ſe oculis ingerãt, diſcriminari
tñ & internoſcere queamus: idq; ſpũs ſancti
gratia. Nã qa omnino abominabilis eſt ſce-
lerũ inuẽtor diabolus, immẽſus ca ũniator, Diabolus
qui vel ſemel viſus abijcitur ab omnibus, vt *Chriſti no*
ſerpẽs, vt draco, vt leo quærẽs quẽ rapiat & *mẽ uſurpat*
deuoret: ideò idipſũ qđ eſt diſsimulat, & oc- *ad decipien*
cultat: nomen verò qđ ab oĩbus deſideratur *dũ in pſeu-*
& expectatũ eſt, callidè vt perſonã induit, *do chriſtis*
vt ſpecie deceptos iã deinde ſuis vinculis per
ſtringat, nõ aliter quã plagiarius, qui cũ auer Similitudo
tere cupit alienos liberos, longe à parẽtibus
ſuis peregrè agẽtibus, aſsimilat ſpeciẽ vultũq;
parẽtũ, quos vbi deſiderio ſuo captos decep
toſq; lõgiùs abduxerit, iugulat & occidit: Ea
dem quoq; ratione ille ſinuoſus, & doli frau
diſq; magiſter diabolus, nihil ſibi fidẽs vt po
tè qui odit humani generis ad veritatẽ ama-
tores, veritatis ſpeciẽ vultũq; prætẽdit. Suũ
tñ interim virus comitibus ſuis & aſſeclis in-
ſpargit. Hæc Athanaſ. Vbi ſingula verba *Oratione*
ſunt notatu digniſsima. Vide ergo & cõſide *1. aduerſ.*
ra quãta bonitate & clementia erga nos *Arian. ad*
uertitur Saluator, præmonens futurorum: *Epiſcop.*
Aegyp, & Lybiæ.

aduerſus quæ incauti & inermes accedētes, C
facilis eſſet caſus, periculoſa ruina, ac ſub in-
de difficilis bonus ſenſus, & reſipiſcētia. Gra
tias age, & eſto deuotus, & timoratus: quia ſē
cundū ſuā ſapientiā & potentiā faciē Behe-
moth, id eſt, ſathanæ, reuelauit nobis dñs Ie
ſus: vt agnita nequitia verbi eius & menda-
ciō, quaſi à facie colubri fugiamus. De quo
Cap.41.a legis in ſācto Iob. Quis reuelabit faciē indu
menti eius? Quaſi dicat: Magnus, ſapientiſſi
mus, omnipotens ſit oportet. Hic eſt domi-
nus Ieſus Chriſtus. Et cum multi ſint qui cre
dere nolunt ſanctis verbis dñi, inde eſt quod
multi etiam ſeducētur, ſicut legis in Euang.
Et multos ſeducēt. Obſerua quomodo erūt
inexcuſabiles quicunq; Antichriſtos rece-
perint: tum quia præmoniti à Chriſto ſunt:
Secūdo in multitudine dicentium ego ſum
Chriſtus, mendaciū eorū declaratur. Vnus
enim eſt Chriſt⁹ nō multi: de quibus dicit ve
rus Chriſt⁹: Multi veniēt in nomine meo di
cētes qa ego ſum. Si multi, ergo null⁹ illorū,
quia vnus eſt Chriſtus. Primus qui poſt aſcē
ſionē dñi vſurpauit magni ſacramēti nomē
Antichriſ. hoc, & vnctionis, fuit Simon Samaritanus:
primus Si de quo legimus in actib⁹ apoſtolorū, qui di
mō magus. cebat ſe eſſe magnā virtutē Dei: hæc quęq;
Cap.8.b. inter cętera ſuis voluminibus reliquit ſcrip-
ta: Ego ſum ſermo Dei: ego ſum ſpecioſus,
ego paraclit⁹, ego omnipotēs, ego oīa Dei,
Libris re- De quo Clemēs Romanus ad Iacobū fratrē
cognitionū dñi. Hic primò Samaritanus magicis artib⁹
demētauit & ſeduxit. Aduerſus quem ſacer
Petrus multis diebus & ciuitatibus egit: quo
uſque iubēte Petro dimiſſus eſt à dæmoni-
bus, quorū opera per aēra volabat, & mor-
tuus eſt Romæ. Sed poſt hūc de alijs teſta-
1.cap.2. tur Ioānes multos tūc adeſſe Antichriſtos.
Audiſtis ꝙ Antichriſtus vēturus eſt. Nunc
aūt Antichriſti multi ſunt. Vbi B.Hieron.
Antichri- Ego arbitror oēs hęreſiarchas Antichriſtos
ſtus qui. eſſe, & ſub nomine Chriſti ea docere, quę cō
Hereſiar- traria ſunt Chriſto. Et multi ab his ſeducun
chæ Anti- tur. Nōne Antichriſtus Arius, Nōne Anti-
chriſti ſūt. chriſti⁹ Apollinaris, & Euthices? Nōne An
tichriſt⁹ Ebiō & cherintus? Nōne Lutherus
Antichriſtus fuit? Ab his omnibus iubet Sal
uator cauere, & fugere doctrinā eorū & mē
Galat.1. ſam: Neq; aue dicendum eſt eis, Anathema
enim ſunt, quia aliud Euāgeliū: imò doctri-
nā diaboli habēt in ore. *Et ſeducēt multos.* Ve
riſſimū verbū. Penè vniuerſus orbis in ore
Arij ſeductus eſt, & cōturbata vbiq; catho-
lica eccleſia. Et quot millia hominū (heu) ſe-
duxit in Germania Lutherus? Heu vſq; in
diē hanc virus oris eius apud multas gentes
vires habet eundo. Iure ergo dicit Saluator,
Cauete. Videte. Nolite dormire: apertiſſimis *Timor om*
& Argicis oculis videte. Et cum nullū tem- *ni tempore*
pus vobis determinatè ſignificē, & multos *& omnib⁹*
prædicē vēturos, omni tēpore oportet vigi *cōmēdatur*
lare & orare. Neq; quiſquam dicat in corde
ſuo. In ſequētes generationes prędictū eſt à
Chriſto ſaluatore hoc vaticiniū: neq; ad nos
& ſæculū noſtrū ſpectat. Quod vobis dico,
omnibus dico. Vigilate. Videte: & maximè **NOTA.**
vos paſtores & doctores eccleſiæ. Si multi, *valde.*
ergo tuo tēpore vnus poteſt turbare mūdū.
Videte: Vigilate. Cū *audieritis bella & opi-
niones bellorū, ne timueritis, oportet enim hæc fie
ri, ſed nondū finis.* Dupliciter exhortatur apo
ſtolos ad vigilandū: ne aut adulatione ſe du-
centiū circūueniantur, ne ve periculorū vi
opprimātur, Obſerua ꝙ certè nō eſt ſermo
dñi de bellis quæ in peregrinis mūdi plagis
in proximo acciderūt. Sed ea quæ aduerſus
Hieruſalē Romani ſuſceperūt, prænunciat.
Qđ nāq; noui diceret, ſi quæ orbi, ſubinde
veniūt enarraret? Fuerunt quippe antea bel-
D la & tumultus. Vt ergo inter tot mala quæ
Iudæis ob vētura erāt, haud deterrerētur, &
ſic à prædicatione impedirētur, ſubiungit:
Ne timueritis: & ne exiſtimarent ſicut antea
fecerant, poſt Iudæorum perditionem, fi-
niendum eſſe ſæculum, dixit: Sed nondum
ſtatim finis, ſcilicet, mundi: ſicut vos exiſti-
mabatis dicentes: Quādo hęc erunt, hoc eſt,
quādo Hieruſalem euertetur, & quod ſignū
aduentus tui ad conſummationem ſæculi?
Ipſe tamen Saluator nō ad interrogationes
ſuas ſtatim reſpondet: ſed illa quæ ad ipſos
pertinebāt & imminebant propinquiùs de-
clarauit: ac deinde de alijs duobus inſtruit.
Habes magnam informationē in ordine hu
ius doctrinæ: quòd oportet primò omnium
pro te eſſe ſolicitum, ac deinde quæ ad alios
curare. Vnde ſapientiſſimus Moyſes, qui *Exod.33.*
ardentiſſima dilectione ſuum populum pro
ſequebatur, ſicut non ſemel comprobauit,
primò omnium ſibi deſiderat Dei ſui con- *Ordo cha*
ſpectum, ac deinde pro populo orat: Oſtēde *ritas.*
mihi faciem tuam, vt ſciam te & inueniam
gratiam ante oculos tuos: reſpice populum
tuum gentem hanc. Charitas bene ordi-
nata à ſeipſo incipit. Vanus eſt homo qui
totus pendens à commoditate aliorum, ſe
ipſum deſpicit. Fili miſerere animæ tuæ
placens Deo. Omni cuſtodia ſerua cor tuū,
& mul-

Ecclef.30. *Prouer.4.*

& multa alia. *Exurget enim gens contra gentē & regnū ſuper regnū, & erunt terræmotus per loca & fames.* Si ad deuaſtationem Hieroſolymorum hæc referas, ſicut cōtendit beatus Chriſoſt. habes teſtimonium Ioſephi deſcribētis tēpora poſt paſsionē Chriſti, antequā rueret regnū Iſrael.

Lib. 20. de antiquitat.

Ibi enarrat varias ſeditiones, & prælia multa, quæ fuerūt apud Iudæos: quia Samaritani, qui partim tenebant ritū gentiū, inſurgebāt cōtra Iudæos, & Iudęi in Samaritanos. Et in populo erāt multi, qui incitabāt ad rebellādū cōtra Romanos: Et in cælo apparuit ſignum, quod ab aliquibus in bonū & pacē ciuitatis interpretabatur: ab alijs autem in cōtrarium. Fuit ſignū: Sydus ſtetit ſuper ciuitatem ſimili gladio.

Sydus ut gladius ſup Hieruſalē.

Quam apparitionem quidam dicebant ſignificare auxilium ſibi affuturum cōtra inimicos. Alij (quibus ſanior mens erat) dicebant vindictam de cælo ſignificare, propter mala habitantium in ciuitate: & ſic erāt diuerſæ opiniones inter eos de bello imminente. De fame, quæ diebus illis contigit, habes teſtimonium in libro Actuum apoſtolorum.

Cap. 11. d

Vbi dicitur quod propheta Agabus prædixit famem quæ facta eſt imperante Claudio. Propter quam, qui erant Antiochiæ fideles, collectam pecuniam miſerunt per manus Pauli & Barnabæ fratribus qui erant in Iudæa & Hieruſalem. Habes ergo magnum donum in prædictione futurorū malorum, vt non incautos nos inueniant: & ſolo terrore pauere faciant & ſuccumbamus. Gratum tibi futurum exiſtimo, & forſam neceſſarium deſcribere quæ de bello ſcire oportet.

bellū iuſtū unde.

Rectum, Iudex eſt ſui obliqui. Tria exiguntur ad bellum iuſtum. Et iuxta cauſa bellandi, & auctoritas indicendi bellum, & denique recta intentio. Ideò bellum contingit inueniri iniuſtum tripliciter. Vel ex defectu iuſtitiæ in cauſa, vel ex defectu auctoritatis in capite, vel ex defectu rectitudinis in intentione: quodcunque horum acciderit, bellum erit iniquū.

Capit. dñs noſter. 23, q. 2.

Cauſam definit Auguſtinus vt ſit iuſta: Iuſta bella ſolent definiri, quibus iniuriæ vlciſcuntur, ſi gens vel ciuitas plectenda eſt, quæ vindicare neglexerit, quod à ſuis improbè factum eſt, vel reddere quod per iniuriam ablatum eſt.

23. q. 1. c. quid culpatur.

De auctoritate indicendi bellum agit idem Auguſtinus in hæc verba: Ordo autem ille naturalis, mortalium paci accommodatus, hoc poſcit, vt ſuſcipiendi belli auctoritas atque

A conſilium penes principes ſit. De rectitudine intentionis præſenti loco inquit: Nocendi cupiditas, vlciſcendi crudelitas, impacatus atque implacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi, & ſi quæ ſimilia, hæc ſunt quæ in bellis iure culpantur. Obſerua tamen quòd bellum alias iuſtum, iniqua intentio non reddit iniuſtū, ita quòd ad reſtitutionem omnium malorum ſit obnoxius princeps, & milites: ſed ſicut eſt iniqua occiſio latronis, ſolo animo ſatiandæ crudelitatis in iudice aut in miniſtro, ſic & bellum huiuſmodi.

Principis nomine qui intelligantur ad indicēdū bellū.

Principis nomine intellige rempublicam perfectam, Papam, Imperatorem, Regem, dominum liberum, qui ſuperiorem non habet: Huiuſmodi ſunt multi in Italia, & Germania. His omnibus, quæ ſupra deſcripſit concurrentibus legitimè, licet bellum indicere, & opem ferre, & inſidias tendere inimico: de quo expreſsè beatus Auguſtinus, ſecundum mandata domini.

Refertur. 23. q. 2 c. dñs noſter. Ioſue. 8.

Dominus noſter iubet ad Ieſum Naue, vt conſtituat ſibi retrorſum inſidias, id eſt, inſidiantes bellatores ad inſidiandum hoſtibus. Hic admonemur hoc non iniuſtè fieri, ab his qui

B iuſtum bellum gerunt. Obſerua quòd vbi certitudo habetur de iuſtitia belli, nullum peccatum eſt ſuppetias ferre principi. Si verò certum non eſt, ſubditi excuſantur obedientes domino ſuo. De quo idē pater Auguſtinus.

23. q. quid culpatur.

Quid culpatur vir iuſtus, ſi fortè etiam ſub rege & homine ſacrilego militet. Rectè poteſt illo iubente bellare: Si quod ſibi iubetur, vel non eſſe contra Dei præceptum certum eſt: vel vtrum ſit, certū non eſt, ita vt fortaſſe reū faciat. Placuit hęc annotare vbi Saluator non ſemel de bello aduerſus Iudæos inculcat ſermonem: vt habeas hæc principia ad regulandas mille cōcluſiones paſsim occurrentes pro loco & tēpore. Inquit ergo Saluator. *Exurget gens cōtra gentem*, & regnum ſuper regnum. &c. *Initia dolorum hæc.* Exponit manifeſtè quod certè omnia mala, quæ ſuperius deſcripſit, non ſint ſigna conſummationis mundi propinqua: ne extimarent diſcipuli, cùm hæc emergerent poſt primum Chriſti aduentum, iam adeſſe ſui aduentus, ad iudicium veſtigia: *Initium dolorū hæc*, id eſt, nō ipſa mala. Ex vngue leonem, hic dicitur eleganter. Si in vnum colligas quæ præcedunt aduentum domini ad iudicium, & intellexeris quòd nomē habent initij dolorū, qualis

erit ipſe dolor? Si bella,fames,peſtilētię,ter
remotus cælorum iræ & luctus,ſonitus ma-
ris horribilis,initia ſunt dolorum,qualis erit
dolor ipſe?ſed hæc oīa cōmunia mala erant,
nō ſingulariter aduerſus ſanctos dn̄i diſcipu-
los ingruētia. Propter quod licet captos in-
ſtituerit ſuos apoſtolos dn̄s,quia tamen alia
valde grauia pericula eos expectabant,addi
dit, *Videte autem uoſmetipſos*. Pondus habet
verbum voſmetipſos. Timorem ingerit &
attentionē, quia licet prius monuerit vt ca-
uerent ab Antichriſtis & à bellis extrinſe-
cis,nunc aūt monet reſpiciendū ad propria
corpora, quorum mala plus timoris & dolo
ris afferunt. Hoc ſignificat dicēs ſtatim. *Tra
dent enim uos in concilijs, & in Synagogis ſuis ua
pulabitis: & ante Præſides & Reges ſtabitis
propter me,in teſtimonium illis.* Hæc omnia ad
vnguem impleta ſunt,tum in Hieruſalem,
tum vbique gentium & terrarum,vbi teſti-
moniū domino Ieſu perhibuit lingua apo-
ſtolica. Vide ſapientiam Saluatoris: ſtatim
in exordio firmum fundamentum,& bacu-
lum robuſtiſsimum imbecillitati carnis hu-
manæ conceſsit, ad ædificandum magni pō
deris arcem & ad incedendum ſecure inter
difficiles ac lubricos caſus vitæ humanæ.
Quod eſt hoc fundamētum,qualisq; eſt ba-
culus in quo etiam inter inimicorum furias
& enſes fragilis caro ſecura incedit? Nonne
Matth. 5. audiſti dominum dicentem. Beati qui per-
ſecutionem patiuntur propter iuſtitiā,quo-
niam ipſorum eſt regnum cælorum? Et bea-
ti eſtis cum maledixerint vobis homines;
Matth. 10 Et alibi: Nolite timere eos qui occidunt cor
pus. Veſtri autem capilli oēs numerati ſunt,
Matth. 10 capillus capitis veſtri non peribit. Omnis
qui me confitebitur corā hominibus: confi-
tebor & ego eum corā patre meo. In hiſce
ſententijs dulcorabat amaritudinē præſen-
tium laborum: quiquidē immenſum gloriæ
pondus operantur cùm ipſi ſint leues & mo
mentanei,cùm propter Chriſtū ſuſtinētur.
Propter me. Dolorem & anguſtiam omnē,
Labores in gaudium cōuertit Saluator in hoc verbo
unde ſactis Propter me,propter amorē meum,propter
uiris faci- exaltationem nominis mei, propter gloriā
les. & famā, cum ſuperexcellēti notitia nomi-
nis mei ſancti & mirabilis. Quid (dic mihi)
difficile in anguſtijs apoſtolorū, cùm hæc
omnia patientiā illorū confirment. Quid a-
marum, aut ferum in perſecutionibus, in car
ceribus, in fame, in ſiti, in frigore, in nudita-
te, in itineribus in falſis fratribus, in pericu-

C lis,deniq; in morte,cùm hęc omnia,propter
illū qui dilexit nos, & ſeipſum tradidit pro
nobis,ſuſtinētur? Et certè ſcriptū eſt. Aquæ *Cant. 8.*
multæ non potuerunt extinguere charita-
tem, nec flumina obruent illam. Fortis eſt
vt mors dilectio, dura vt infernus æmula-
tio. Vnde apoſtoli gaudentes ibant à con- *Actorū. 5*
ſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt
pro nomine Ieſu cōtumeliam pati. O æmu-
lationem, O diuini honoris, eius qui dilexit
nos & tradidit ſemetipſum pro nobis, ze-
lum. *Propter me*. Rape ab ore Chriſti ô ho-
mo verbum iſtud, abſconde illud in medijs
viſceribus cordis tui. Hinc ignis ardentis di-
lectionis accendetur, & æmulatio inſatiabi-
lis. In hoc verbo dicebat Paulus: Ego nō ſo *Actorū.*
lùm alligari, ſed & mori paratus ſum. Ha- *Cap. 21.*
bes de re hac exemplum efficax. Iacob di-
ligens ſuam Rachelem, ſeruiuit Labam pro *Iacob dile*
ea ſeptem annis: de quo inquit ſcriptura: vi- *ctionis exē*
debantur ei pauci dies præ amoris magnitu- *plar.*
dine: Dies iſti æſtu, noctes gelu vrgebant *Geneſ. 29*
ſanctum Iuuenem. Et adhuc inquit, pauci
videbantur dies. O ſi ſciret cor noſtrū, quā-
tum eſt verbum iſtud: *Propter me*. Cùm au-
dis in propheta: Propter te mortificamur *Pſalm. 45*
tota die: æſtimati ſumus vt oues occiſionis:
D quod propriè de apoſtolis prædictum eſt,
ſicut teſtatur Paulus: intellige omnia quæ *Roman. 8.*
legis: Ingē ſcilicet totius diei mortificatio-
nē, ita vt non concedatur reſpirare: non ni-
miam, non grauem, non fugiendam propter
eum qui dilexit nos Hic finis & initiū ope-
rum vel dolorum, ornant, magnificant, & ſu
perexaltant ſanctorum ærumnas, vigilias,
mortificationem & occiſionem. *Propter me
inquit*. Neq; Dauid expauit in verbo Saul: *1. Reg. 18*
Non habet rex ſponſalia neceſſe, niſi tan-
tùm. 100. præputia Philyſtinorū: ſed abijt
in Accarō & percuſſis ducentis Philyſteis,
annumerauit præputia eorum règi, vt fieret
gener eius. Amabat Michol Dauid, inquit
ſcriptura. Deniq; dn̄s ad Ananiā, cùm eſſet
Paulus Damaſci, de illo, inquit: Ego oſten- *Actorū. 9.*
dam quāta oporteat eum pro nomine meo
pati. Vt fiat gener regis Dauid tot viros re-
gi inimicos percutit, iugulat, & adducit ſi-
gna certiſsima magnifici facinoris. Præpu-
tia inquam: ex quibus conſtabat non fuiſſe
de filijs Iſrael, qui circuncifi erant. Præter
hoc quòd notatu digniſsimum eſt verbum
Dauidis ad ſeruos Saulis: Num parū vide-
tur vobis generum eſſe regis? Ego autē ſum
pauper & tenuis. Quæ verba ſi intro ſpexe-
xeris

xeris, ſatis ardẽter, & humili corde te accinges ad difficilia quæq; pro triumpho & gloria regni cæleſtis. *In teſtimoniũ illis.* Quid eſt in teſtimoniũ illis? perhibendũ à vobis de me, vt cõuertatur: cùm videãt ediotas & illiteratos ſupra præsbyteros & ſapientes firmos & conſtãtes: offerentesq; corpora ſua tyrãno & carnifici ſine ſpe præſentis remunerationis: Magnũ teſtimoniũ hoc erit: cũ facilè ſit eis intelligere, q ſolo auctore Deo, hæc fieri poſsint. Quod ſi illud teſtimoniũ non acceperint, inexcuſabiles erunt. Vnũ ex duobus ſequitur ex fideli teſtimonio, aut cõuerſio & fides in illis qui crediderint teſtimonio, ſicut dicitur de Ioãne, qui venit in teſtimoniũ, ad q; vt oẽs crederent per il lũ: vel vt inexcuſabiles ſint corã deo, qui nõ receperint teſtimoniũ, iuxta verbũ Saluatoris: Si nõ veniſſem & locutus eis fuiſſem, peccatum non haberent: nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo. Inexcuſabiles quidẽ ſunt, quicunq; audierũt teſtimõniũ Chriſti, ſiue ab ore Ioannis: ſiue ab ore ipſi⁹: ſiue ab apoſtolis, ſi nõ receperũt illud. Hanc ſignificationẽ habet hoc verbum. *In teſtimonium illis,* vbicunq; in nouo teſtamẽto ſcribitur. *Et in omnes gentes primùm oportet prædicari Euãgelium.* Hoc ſignum eſt ſecundi aduentus domini ad iudicium: ſicut docet beatus Matthæus. Et tũc veniet conſummatio. Qui contendit in verbo hoc demonſtrare deſolationem Hieruſalẽ, ſicut Chryſoſtomus & Lyranus manifeſtè dicunt ante exidium Iudæorum Euangeliũ fuiſſe prædicatũ in vniuerſo mũdo. Chryſoſtomus ex duabus ſententijs apoſtoli Pauli ſuum intẽtum comprobat. Primò ex loco ad Romanos ex propheta: In omnẽ terrã exiuit ſonus eorũ. Quòd illud diceret, quòdq; ante vrbis euerſionẽ Euangeliũ per mundũ effuſum eſſet, Paulũ audi. In omnẽ terrã, &c. Et rurſus: A ſpe Euãgelij, qd audiſtis, quod prædicatũ eſt in vniuerſa creatura, quæ ſub cælo eſt, Et videas illũ à Hieroſolyma ad Hiſpaniã vſq; currentẽ. Quòd ſi vnus in tãta parte orbis prędicauit, cogita quid à reliquis factũ fuerit. Lyra alio medio nititur probare hanc ſententiã. Sed contrariũ docere videtur ipſa rei experiẽtia: vt vix credamus prædicatũ poſt 500. annos Euãgelium, vbiq; gẽtium & terrarum. Et tempore Hieronymi ſicut teſtatur ipſe, nondum prædicatũ erat Euang. vbiq; gentium, terrarumq;. Prædicatio enim Euangelij nõ ſolùm dicit famã, ſed cum affectu teſtimoniũ per manus prædicatorum. Et teſtimonia inducta ex epiſtolis Pauli ſuas habet expoſitiones, haud quidem vim literæ inferentes. Hæc ſententia mihi ex duobus probatur. Primò quia in falſa opinione fundatur, cùm antiquiſsimi Ecclęſiæ patris Procopius Gazſo ſuper illud Gẽneſ. 1. Congregẽtur aquæ quæ ſub cælo ſũt. Et ante eũ Lactãt. Fir. & Auguſt. affirmẽt, nulla ratione credendũ eſſe Antipodas, qui in contraria parte terræ, vbi ſol oritur, quãdo nobis occidit, aduerſa pedibus noſtris præmant veſtigia. Eorum ratio hæc eſt: Teſtis diuina eſt ſcriptura eſſe omnes homines ex vno Adam in noſtro hemiſphærio genitos: & nimis abſurdũ eſſet aliquos homines ex hoc in aliud hemiſphęriũ, impertranſibilis occeani immẽſitate traiecta, nauigare potuiſſe, vt etiã illic humanũ genus propagaretur. Sed venerabili Bedæ hoc ipſum placuit. Cæterũ negare hoc noſtris tẽporibus, manifeſtę experiẽtię eſſet cõtradicere. Nauigãt enim ad Antipodas mercatores & breui tẽporis ſpatio ad nos reuertũtur, toto emenſo ac remẽſo Occeano. Nõ igitur inuenientes patres iſti, qui fieri potuit, q cùm fama omniũ ſcripturarũ teſtaretur, inter hãc Borealẽ & illã Auſtralẽ plagã maximus Occeanus infunderetur, quẽ nemo permeaſſet vnquã, nec permeaſſe poſſe, dixerũt nõ eſſe Antipodas: propter qd excuſandi ſunt. Si igitur nullo modo tẽpore Lactantij, & Auguſtini, & Bedæ vlla fama hominũ aut ſcripturarum teſtabatur eſſe Antipodas, imò contrarium tenebant, quomodo Euangeliũ Chriſti vbiq; terrarum prædicatum fuit ante excidium Hieruſalem? Sed neque fama Euangelium ad illos peruenire potuit: cùm nulla illis tẽporibus eſſet nauigatio ad Antipodas. Neq; recurrendum eſt admiraculum, ſicut de Philippo diacono teſtatur beatus Lucas: qui cum baptizaſſet Eunuchum, rapuit eum ſpiritus domini, & ſubitò inuentus eſt in Azoto: & pertranſiens Euangelizabat ciuitatibus cunctis, donec veniret Cæſaream. Et ante hunc, Angelus domini rapuit Habacuc prophetam vſq; in Babylonem ad lacum leonum, vbi erat Daniel. Quòd ſi ſimile accidiſſe apoſtolis, ſcriptum eſſet & literis demandatum, quid accidiſſet apud illos: quiq; ibi fuerint epiſcopi ordinati: ſicut de cęteris, apud quos prædicauerũt, demõſtratũ eſt in nouo teſtamento. Nullo ergo genere peruenit Euãg.

Marginalia (left): Ioan. 1. — Ioan. 15. — Cap. 24. — *Euãg. prædicatũ ante euerſionem Hieruſalẽ ſecundũ aliquos in toto orbe.* — Roma. 10. — Pſalm. 18 — Coloſ. 1. — *Prædicatio euang. non famam*

Marginalia (right): *eius dicit, ſed vox; ꝑ prædicatoris idfacit.* — *Antipodas eſſe demõſtratur contra antiquos patres Eccleſię. Procopiun, Lactã. Fir. 3. lib. diuinarum inſtit. ca. 14. Auguſt. lib. 16 de Ciuita. Dei. ca. 9. Beda de ratione tẽporum. lib. cap. 32.* — Act. 8. — Dan. 14.

ad Antipodas ante euerſionem vrbis.Hæc C ſententia ſecundo mihi probatur, quia ætate noſtra audiuimus multas nauigationes ignotas antiquis gentibus: quarum nunquã memoriam fecerunt. Siquidem hodie nauigatur ſub Polò Antarticho eleuato ſupra quadraginta gradus.Quod prioribus tẽporibus non fuit auditum quibus æquinoctialis habitatio vix comperta fuit.Quomodo autem poſt diluuium, hominum genus illuc deuenit poſt confuſionẽ linguæ vnius, quæ omnibus erat eadem, penitus ignoro. Hoc certò ex ſacris literis ſcitur,quòd ſi ante diluuium homines illuc deſcenderunt, certiſsimè delecti ſunt.Octo animæ tantum

Geneſ. 7. & 8. ſaluæ factæ ſunt in arca. Mihi valde probatur terram illam inhabitabilem permanſiſſe vſque poſt diluuium. Lege cap.9.lib.Ge-

Ibi.cap.9. neſis, vbi demandauit dominus Noe:creſci

Geneſ. 2. te & multiplicamini, & replete terram.De Adam cum in illo fœliciſsimo innocentiæ ſtatu fuit creatus,dicitur, Tulit ergo dominus Deus hominem,& poſuit eum in Para-

Ibi.cap.4. diſum voluptatis, vt operaretur & cuſtodiret illum. Poſtquam in exilium miſſus eſt Adam, tantum commemorat ſcriptura lo- D cum vbi habitauit Cain. Habitauit profugus in terra ad oriẽtalem plagam Eden. Intelligentes igitur filij Noæ, quomodo ſuper faciem vniuerſæ terræ futura eſſet eorum habitatio iuxta verbum domini: Replete terram: conſilio inito ædificare cœperunt turrim ad celebrandum nomen ſuum. Antequam diuidamur,inquiunt, in vniuer-

Ib.ca. 11. ſas terras. Confuſa itaque lingua eorum,inquit ſcrip. Diuiſit eos dominus ex illo loco in vniuerſas terras. Vides quomodo & ſi ante diluuiũ dicitur homini, Creſcite & multi-

Ibi.cap.1. plicamini,&c.hoc fuit factũ, quia præſcius Deus peccati Adam:propter quod pellendus erat paradiſo: prædixit quod futurum erat. Cùm autem benedixit dñs Noæ: iterũ in eodem ſermone dicit:creſcite & multiplicamini & replete terrã, cũ effectu, quia ſuper faciẽ vniuerſæ terræ poſt diluuiũ effuſi ſunt. Nõ ergo ante diluuiũ deſcendit genus Adæ in inferioris orbis partes nauigio: ſed poſtmodũ:de quo nulla extat ſcriptura. Certum tamen eſt ſic accidiſſe. Siquidẽ ab Adam vniuerſum genus hominum traxit originem, & in diluuio octo tantùm ani-

Geneſ. 8. mæ ſaluæ factæ ſunt: & egreſſæ de arca ſuper montes Armeniæ. Sequitur ex iſtis concluſionibus euidentibus in ſacra ſcriptura, ꝙ

C peruenerunt Antipodæ in locum, quem nũc occupant poſt diluuiũ emenſo magno Occeano. Tẽpus autẽ iſtud haud apud aliquã ſcripturã canonicã, vel humano ſenſu ſcriptã inueuitur. De quo ſit ſatis. *Et in oẽs gentes oportet prædicari Euangeliũ.* Intẽdit docere ꝙ nõ ſola fama,ſed cũ effectu peruẽturũ ſit Euangeliũ ad oẽs gentes. Quod ſignũ eſt conſummationis ſæculi: etiam ſi inter ſigna deſolationis Hieruſalem annumeretur. *Cõſolatio* Vides quã magnam conſolationẽ refundat *magna ex* dñs. Quòd pro amiſſa Iudæa repromittit *prædicatio* Euangelicã prædicationem in vniuerſo or- *ne Euãge.* be,per quã millia millium hominũ ad fidẽ adducerẽtur. Quod ſummis votis deſidera- *Pſal. 62.* bat propheta Dauid. Cõfiteantur tibi populi Deus, cõfiteãtur tibi populi oẽs. Iterãsq; orationẽ,& reddẽs rationẽ inquit: Terra dedit fructũ ſuum, vnde ſequi debet, ꝙ populi omnes gentiũ confiteantur dño ſuo, Deo ſuo,& regi ſuo? Elegantiſsimè duo hæc coniungit ſpiritus in propheta. Quaſi dicat:gentes & populi omnes, qui vſque in diem hãc idola impuriſsima coluerunt,potiùs quàm creatorem, qui eſt Deus benedictus in ſæ- D cula: iam nunc poſt virginalem conceptum & partum,quo factum eſt vt eſſet Deus no- *Eſai. 7.* biſcum in carne noſtra humana,factus ho- *Matth. 1.* mo, relictis idolis conuertantur ad Deum *Rom. 1.* & filium eius Ieſum Chriſtum dominum noſtrũ, cuius Euangelium virtus Dei eſt in *Cap.3.* ſalutem omni credenti. Virtus Dei eſt, potentia Dei eſt, fortitudo Dei eſt. De quo dictum eſt in Cantico Abach. Cùm deſcriberet Euangelicam prædicatiouem per vniuerſum orbem: Qui aſcendis ſuper equos tuos, & quadrigæ tuæ ſaluatio. Ac ſi dice- *Equi apo-* ret: Tu quidem domine miſericors & clemẽ *ſtoli,* tiſsimus, depoſita ira indignationis tuæ: aſcendes ſuper equos tuos: ſuper equos cãdidos & veloces ſanctos apoſtolos tuos, & cæteros Euãgelicos prædicatores,in quibus vehêris ſuper oĩa flumina, qui te prædicabũt per vniuerſũ orbẽ terrarũ: ita te quaſi ſeſſorẽ,illi quaſi equi candidi & veloces portabũt ſuper mare præſentis ſæculi,& ſuper omnia flumina gentiũ:ipſiq; quadrigæ, quibus ſic vehêris, non aliud quam ſaluatio ſunt: quòcunque aduehêris, præſtat ſalutem, & ſaluos facis à peccatis antiquis. Obſerua in vatizinio illo ſancti Dauid, quod ſimul *NOTA.* prophetia erat futuræ ſalutis gentium & ora *valde.* tio in deuotiſsimo cordis & corporis habitu. Cõfiteantur tibi populi omnes, terra dedit fru-

dit fructum ſuum. Quaſi apertius diceret: Non eſt vnde excuſſet ſe gens aliqua à confeſsione veri Dei Iſrael: ſiquidem propter eorum ſalutem propoſitionem in qua vniuerſus orbis adulterabat, veram reddidit dominus Deus. Propoſitio erroris vniuerſæ carnis hæc erat. Numen & diuinitas eſt in corpore facto, aut creato. In hac propoſitione errabat vniuerſus orbis, adorans lapidem, & lignum, & cætera. Hanc eandem propoſitionem fecit veram & fideliſsimam pro totius mundi ſalute: vt facilis eſſet toti orbi in Deum verum cõuerſio, & fidelis cõfeſsio. Quomodo illud adimpleuit perfecitq; manus omnipotens? Audi Ioannem: Verbum, quod apud Deum erat Deus, caro factum eſt, & habitauit in nobis. Ecce in corpore creato numen, & veram perfectãque diuinitatem: ecce propoſitionem gentium infidelem, fideliſsimam. Confiteantur ergo populi omnes tibi Deo noſtro, quare? Quia terra dedit fructum ſuum. Hic eſt Emanuel: id eſt, nobiſcum Deus, & habitauit in nobis. Audi iam de re hac Athanaſium: taceatque calamus meus. Quia vero homines ſe auerterant à contemplatione numinis, & tanquam in abyſſum profundiſsimè dimerſi, humi oculis fixis, in generatione rebuſq; ſenſibilibus, Deum requirebant, hominum mortalium ac dæmonum ſimulachra effigiantes, ideo hominum amator Deus & cõmunis omnium Saluator, Dei verbum & ratio corpus ſibi aſſumpſit, homo inter homines verſaturus, vt hominum ſenſus præoccuparet, quibus per ſuaſum erat in rebus corporeis Deum conſiſtere, quæ ex rebus quas miniſterio corporis geſturus erat, veritatem intelligerent, atque ita cogitatione ſua ad patrem aſſurgerent, vt homines humana ſolum cogitantes, quocunq; ſuos ſenſus conferrent: ibi ſe anticipari præoccupariq; notionibus, & vndecũq; inſinuari veritatem ſibi animaduerterent, vt ſiue rerũ naturam admirabundi ſpecularentur, viderẽt illam ipſam quaſi proteſtari dominum rerũ Chriſtum eſſe: ſiue circa homines animo cõtemplationeq; hęrerent, vt numina arbitrarentur, ex Chriſti Saluatoris tamen cũ aliorum operibus cõparatione, eũ ſolum inter homines Saluatorem eſſe Deiq; filium cõſtaret, cum nihil rerum geſtarum tale apud alios reperirẽt, quia in actis verbis Dei cõſpicerent: ſiue præoccupati perſuaſione ad dæmones ſe conferrent, animaduertẽtes eos

Idolatræ trahuntur ad fidẽ p incarnatiõis myſterium

Cap. 1.

Athanaſ. de incarnatione uerbi Dei.

Ex miraculis circa omnẽ naturam intelligere: nam ex creaturarũ agnitione licet unus

A à domino fugari, ſtatim ratiocinarentur cũ, qui hæc faceret: ſolum eſſe Dei verbum, ac dæmones omni diuinitate carere. Quod ſi eorũ animos circa mortuos defigeretur admiratione, vt eos quaſi heroas colerent, aut ex genere eorũ Deorũ eſſe putarent, quales apud poetas inuenies (ſupra deſcripſimus illorũ aliquos) ſtatim tũ modo reſurrectionẽ Saluatoris ante oculos ponerẽt, confeſſurus eos illos falſos eſſe: Chriſtũ aũt verũ Deum eſſe, vtpote mortis ipſius debellatorẽ. Ea igitur de cauſa homo genitus eſt, homo apparuit, mortuus eſt, & reſurrexit, vt preſtringeret obſcuraretq; rebus ſuis geſtis quidquid vnquã ab hominibus geſtũ eſſet: & vbicũq; homines ſenſibus ſuis ad credendũ numen præoccupati eſſent, inde eos obduceret, & de patre ſuo certiores illos redderet. Quum enim ſemel ad ſenſibilia hominũ cogitatio delapſa eſſet, ſubiecit ſemetipſum verbum Dei: vt per corpus appareret, quo vt homo iam factus homines in ſe traduceret: eorũq; ſenſus ad ſe reflecteret: vt in illis, ipſum veluti hominem conſpicantibus, ex operum deſignatione perſuaderent ſibi, cum non ſolum eſſe hominem ſed etiam Deum, & veram rationem ac ſapiẽtiam. B Illucida iterum ſententiam. Mare non ſemel eius imperio ſe ſubiecit: terra tremuit in eius morte, lapides & ſaxa rupta ſunt: ſol conuerſus in luctum & obſcuratus eſt, panis & piſcis ab eo multiplicatus, mortui ad vitam reuocati: cùm ergò omnia eius parerent imperio, omnium comprobatus fuit dominus & Rex. In ſingulisque eorum cum primo conſpicerentur, præconium ſuæ diuinitatis & veſtigium impreſsit. Non ergo Deus piſcis, non mare, non terra, non ſol, aut luna, non lapides ex quibus conficiebant idola, non mortui & in corruptione quieſcentes, non dæmones, qui fugantur & preces fundunt & adorant, ſed tantum vnus Deus & dominus Ieſus Chriſtus, & pater, quem ille clarificauit & ſpiritus ſanctus vna trinitas perfecta. Elegãtiſsimè ergo coniungit propheta Dauid confeſsionem populorum cunctarum, cum fructu terræ: quaſi ratione reddens talis confeſsionis. Terra dedit fructum ſuum inquit, in prædicationeq; ſacri Euangelij per vniuerſum orbem, quem prædixit Saluator diſcipulis ſuis, dominum ſuum agnouerunt & coluerunt. *Et cum duxerint vos tradentes, nolite præcogitare quid loquamini: ſed quod datũ vobis fuerit in illa hora id loquamini.*

Deus agnoſcatur, myſteriũ tamẽ Chriſti nequaquã deprehendi ☞ tur: cum ex ſola pẽdeat uoluntate Dei. De qua reſta ☞ tim in exordio huius Euangeliſ ☞ ganus.

Dilucidatio dictorũ ab Athanaſio.

mini. Puto non tantum ad apoſtolos hanc ſententiam pertinere: licèt principaliter & ſingulariter quædam eis conueniant. Non inquit, præcipio, vt vos perſecutionibus offeratis ad mortē: aut igni, aut aquæ ad internitionem: nil horum vobis mando: ſed q̄ teſtimonium meum, mei Euangelij vbique conſtanterque proferatis: quòd ſi ex nequitia hominū impiorū manus in vos inijciant nolite fugere & negare. Valde notandum eſt verbum iſtud *Duxerint uos*, quod comprobatur deinde dictum Petro, cum prædiceret dn̄s qua morte eſſet clarificatur⁹ Deū.

Ioan. 20. Et ducent quò tu non vis, ducendus eſt ad mortem teſtis diuinitatis & confeſſor Chriſti haud poteſt ſibi vim & mortem inferre.

Athanaſi. apolog. de fuga ſua. De quo habes apud diuum Athanaſium elegantem reſolutionem. Sancti fugientes ſe ſe occultabāt, & per diſpenſationē, vt medici in vſus indigentium reſeruabātur. Reliquis autem in vniuerſum lex poſita eſt omnib⁹, vt fugiant, dum in perſecutionibus appetūtur & ocultent ſe ſe dū quærūtur, neq; præcipites temerarijq; ſint intentando domino, ſed expectent quemadmodum dixi, donec diffinitum moriendi tempus aduenerit, aut iudex illi aliquid de his, quod ſibi rectū videatur, conſtituerit: ſed t mē nos ſemper paratos eſſe voluit, vt reuelante tempore, vel apprehenſi pro Eccleſia vſque ad mortē dimicemus. Hæc & B. martyres temporibus perſecutionū obſeruauerunt, ij deniq; quamdiu in latebris erant, ſe ſe obdurabāt. Quod ſi quidā ex eis ſe perſecutoribus dedêre, nō temeritate eò rapiebantur, ſed paſsim apud

Actor. 20. omnes profitebātur (de Paulo videtur hoc dicere) à ſpiritu ſancto hāc promptitudinē, ſuique oblationem profectā eſſe. Obſerua

Pelagia virgo Antioc. ſe peremit ferro. quòd Pelagia virgo Antiochena ſubuerſis priùs idolorum aris, ſe ferro peremit. Et mater eius & duæ ſorores in fluuiū ſe demerſerunt: & habemus mirabilē mortem Sophroniæ fœminæ. Lege & Hieronymum ſuper

Amb. 3. li. de virgini. Euſe. Cæſa. lib. 8. Eccleſ. hiſtor. Augu. lib. 8. cap. 17. Cap. 1. illud Ionę: Tollite me & mittite in mare: & Augu. qui lib. 1. de ciuitate Dei iuſto ſermone argumentum iſtud pertractat. Et tandem capit. 26. eiuſdem libri inquit: ſed quædam (inquiunt) ſanctæ fœminæ tempore perſecutionis, vt inſectatores ſuæ pudititiæ deuitarēt in rapturū atq; necaturū ſe flumen proiecērūt: eoq; modo defanctæ ſunt: earumq; martyriū catholica celebrat Eccleſia. Quòd ſi hoc fecerunt, non humanitùs deceptæ, ſed diuinitus iuſſæ, nec errantes, ſed obedientes, ſicut de Sanſone aliud nobis fas non eſt credere. Cum autem Deus iubet, ſeq; iubere ſine alijs ambagibus intimat, quis obediētiam in crimen vocet? quis obſequium pietatis obſcuret? Hæc Auguſtinus. Habes vnde martyrium beatæ Barbaræ magnifices, & aliarum ſanctarum in ſententia Athanaſij & Auguſtini.

NOTA. valde. Priuilegiū eſt hoc, q̄ oppreſſa virginitas, nū q̄ obſcurata, duplicatur: ſicut teſtatur B. Lucia.

Nolite precogitare. De hoc iam diximus in ſuperioribus: non eſt certè ſermo de prędicatione Euangelij, ad quā tenebantur attentam præmeditationem exhibere etiam nobiles illi prædicatores, ſed de teſtimonio Chriſti & fid.i eius eſt ſermo iſte. Contingebat ſæpènumerò q̄ ſubito rapiebantur ſacratiſsimi cōfeſſores domini ad iudices, & prædemonſtratis tormentis turbabantur: propter hęc & ſimilia docet Chriſtus dn̄s noſter, non præmeditari, quid, aut quomodo oporteat reſpōdere, ac ſi diceret: Volūtatem veſtram pro me offerte, & ego loquar pro me. Spiritus ſanctus loquetur de me. Hoc teſtimonio vſa fuit Lucia virgo ad Paſchaſiū tyrannum & immobilis permanſit in confeſsione Chriſti. Obſerua quàm lōgè abeſt à teſtimonio Martyrum, cū Chriſtum dominum clarificabant, fraus aut dolus: in verbis compoſitis ad decipiendū.

Martyrū teſtimoniū de Chriſto quā fidele.

Inſtantanea eſt reſponſio àduerſus tyrannum, qui in cubili ſuo meditabatur contra fidei ſinceritatem: non eſt compoſita in humanæ ſapientiæ verbis, ſed in virtute Dei & oſtenſio.ie ſpiritus. Nō ſic omnes hæretici & adulatores canes, qui ad decipiendum verba componunt, & præmeditantur. *Tradet autem fratrem frater in mortem, & pater filium, & ſurgent filij in parentes.* Exiſtimo proſequentibus martyribus prędictum hoc eſſe à domino. Non legis fratres aut filiā Petri tradidiſſe eum, qui Romæ crucifixus eſt ſub Nerone tyrāno. Sed neq; Iacobus, &c. Q̄d ſi alicui eorum contigit hoc, nō tibi cōtradicam, dummodo in gentibus agnoſcas pleniſsimè & abundanter impletam ſcripturā. Vbi adeò ebuliuit perſecutorem rabies, vt nullus fuerit inter eos affectus, quorū diuerſa erat fides pro dijs patrum ſuorū & idolis In quo reſplenduit virtus Euangelij: emicuitq; flāma inextinguibilis corā oculis omniū. De quo iam diximus cum Philone Iudæo, aliter intèrpretantes illā ſcripturā, ſed congruenter. Inter ora leonum cuſtoditus eſt Daniel domini ſeruus. Accuſatoresque ſuos deuorauerūt ipſi leones, antequā peruenirent ad pauimentum laci. Inter an-

Euangeliū magnificatū inter minas et odia tyrānorū. Dani. 14.

guſtias

Exod. 1. guſtias Aegypti augebatur domini popu- A
lus:& communis inimicus eorum Pharao,
cunctuſque exercitus ſuus demerſi ſunt in
Ibi. 14. mare. Inter inſidias & odia fratrum ſuorum
decorus caſtitate Ioſeph, magnificatus eſt
Gen. 37. à domino Aegypti:peruenitque ad culmẽ,
& 41. & faſtigium honoris ſibi à Deo prædemõ
ſtrati. Non ergo incredibile, quòd inter mi-
nas & tormenta tyrannorum Euangelium
Chriſti ſit clarificatum, cùm ſecum defer-
ret æterni regis ſygillum, id eſt, donum mi-
raculorum ſupra cunctam naturæ faculta-
Roman. 1. tem. Virtus Dei eſt. Obſerua quòd vniuer-
ſæ tribulationes & perſecutiones apoſtolo
rum, cæterorumq; martyrum fraude ac ver
ſutia nequiſsimi diaboli accendebantur, ad
deterrendum hominum genus infirmum à
ſuſcipienda fide:eadem tamen confirmaba-
tur quotidie, & cæleſte incrementum aſſu-
Similitudo mebat:ſicut & vitis in ore gladij percuſſa,
ampliori pulchritudine & vberiori fructu
Immortali- decoratur. Taceo quomodo ſpem immor-
tatis fides talitatis & reſurrectionis ſeminabant ſacri
confirmata martyres, corpora ſua offerẽtes gladio, igni,
in virgini- & morti. De quo vnum verbum Athanaſij
bus & mar- proponam. Habeat qui velit, & expectet in
tyribus. ſignia virtutis in Chriſti virginibus, & in B
In de incar- adoleſcentulis pudicitiam conſeruatam, ac
natione ver- immortalitatis fidem adſtructam in tanto
bi. martyrum choro. Cætera lege in auctore.
Et eritis odio omnibus propter nomen meum.
Quare fuerunt odio habiti ab omnibus no-
biles illi prædicatores euangelij? Iam ratio
nem vnam aut alteram ſcripſimus. Procu-
rante ſæuiſsimo hoſte humani generis actũ
eſt aſsiduum bellum aduerſus eccleſiam, vt
ſi fortè vi tormentorum auertere poſſet ho
mines à ſuſcipienda fide, quibus in ianuis
erat gladius, carcer, fames, nuditas, rapina
bonorum, exilium, denique & mors crude-
lis:vt vel ſic extinguere poſſet nomẽ Chri-
ſti Ieſu. Sed in ijs virtus & omnipotẽtia eius
comprobabatur:dum vel ſigno crucis, vel
inuocato nomine ſaluatoris dæmonia fugie
bant clamantia & confitentia, & denique
deprecantia:& ignis extinguebatur, & car-
ceres clarificabantur, & ſuauiſsimo odore
perfundebantur, &c. quæ omnia tunc re-
Cap. 54. d ſplendebant ſub oculis omnium. Et in Eſaia
Diabolus prædictum erat. Ecce ego creaui fabrũ ſuf-
quando & flantem in igne prunas, & proferentem vas
quomodo in opus ſuum ad diſpergendum. Nonne ſuf-
ſufflauit in flauit faber diabolus in igne prunas in cor-
igne prũas de concilij Hieruſalem, cùm cædebãt apo-
A ſtolos, & carceris teterrimi ergaſtulo reclu Act. 5.
debant. Nonne ſufflauit in igne prunas, in Ibi. 12.
corde Herodis, qui & Iacobum fratrẽ Ioã-
nis occidit gladio, & appoſuit vt apprehen
deret & Petrum, &c. volens poſt Paſcha
producere eum populo. Nonne ſub Nero-
ne, cæteriſque tyrãnis ſufflauit in igne pru
nas ſathanas & diabolus, vt proferret vas in
opus ſuum ad diſpergendum euangelium,
& nomen Chriſti? Sed quid dicit ſcriptura?
Omne vas quod fictum eſt contra te nõ di-
rigetur:& omnem linguam reſiſtentem, in Cap. 60. c
iudicio iudicabis. Quid iterum inquit ſcri-
ptura? Aperientur portæ tuæ iugiter, die
ac nocte non claudentur, vt afferatur ad te
fortitudo gentium, & reges eorum adducã-
tur. Gentes enim & regnum, quod non ſer
uierit tibi, peribit. Quid iterùm inquit ipſe Cap. 45. d
propheta? Conuertimini ad me, & ſalui eri-
tis omnes fines terræ:quia ego Deus, & nõ
eſt alius. Audi. In memetipſo iuraui (nõ ha- Heb. 6.
buit maiorem, per quem iuraret: homines
enim per maiores ſe iurant) egredietur de
ore meo iuſtitiæ verbum, & non reuerte-
tur. Quod eſt hoc verbũ iuſtitiæ egreſſum
ab ore Dei? Cuius eſt hæc iuſtitia? Qualeq;
B fuit opus, in quo talis iuſtitia inuenitur. Ad
primum audi Eſaiam, cuius exponimus ver
ba, quia mihi curuabitur omne genu, & iu-
rabit omnis lingua. Ad ſecundum & tertiũ
audi Paulum: Humiliauit ſemetipſum do-
minus Ieſus, &c. Ecce rationem iuſtitiæ:au
di redditam iuſtitiã. Propter quod & Deus Phil. 2. b.
exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod
eſt ſuper omne nomen: vt in nomine Ieſu
omne genu flectatur, cæleſtium, terreſtriũ,
& infernorum, &c. Aduerſus ergo fabrum *Perſecuto-*
creauit Deus interfectorem:ſed neque vaſa *res eccle-*
quæ fabrificauit, directa fuerunt, imò perie *ſiæ, omnes*
runt. Taceo quæ aduerſus Iudaicum popu- *perierunt.*
lum iuſto Dei iudicio a Romanis acta ſunt
propter mortem domini:quia in ſequenti-
bus commemoranda ſunt, & vide in primis,
quid de Pilato præſide, Anna, Caiphaque Pila‑, An-
ſcripturæ commemorent. Temporibus Cai *nas, Cay-*
tantis ac talibus malorum cladibus crucia- *phas.*
tus eſt, vt propria ſe manu verberans, nefa-
riam vitam Pilatus finiſſe fertur. Idem de Euſe. Cæſ.
Anna, & Caipha, aliiſque Scribis & Phari- *li. 2 cap. 7.*
ſæis, qui Chriſti mortem petierunt, Nice- *Eccleſiæ*
phorus refert. Nec diu tulit Deus inultam *hiſt.*
cædem, quam Herodes Agrippa intulit Ia- Herodes.
cobo:nam cùm paulò poſt Cæſaream pro-
fectus eſſet, horribili morte, quam Lucas in Act. 12.

Caius Caligula. *Suetonius Trãquil.* *Claudius.*

actibus deſcribit conſumptus à vermibus euanuit. Gaius Caligula in ſuo palacio pluribus vulneribus confoſſus eſt, & cadauer eius clam in hortos Lamianos aſportatũ fuit. Claudius Tybetius, qui ſecundam perſecutionem poſt Caium in Chriſtianos exercuit, veneno, quod ipſa coniux Agrippina fratris Germanici filia, præbuerat, interijt.

Nero. *Sueto. Eutropi⁹ li. 8* *Sententia ſenatus cõtra Neronem.*

Neronis, qui ſacratiſsimos apoſtolos, Petrũ & Paulum interfecit, & multos alios, ſenatus facinora vindicauit. Nam electo in Hiſpania Sergio Galba Imp. Lataque ſententia à ſenatu, vt nudus per publicam ductus, furca collo eius inſerta, virgis vſque ad mortem cæderetur, atque ita è ſaxo præcipitaretur, è palacio fugit, noctis ſilentio vrbem egreſſus, ſequẽtibus cum Phaone Epaphrodito, Neophytoque, & Spadone Sporo, quem quondam exſectum formare in mulierem tentauerat, in ſuburbano, liberti ſui, ad quartum milliarium vrbis, ictu gladij ſe trãſfixit, adiuuante trepidantem manum peſsimo Eunucho Sporo. Et vltimo has voces emiſit: Indecore vixi, turpius peream.

Domicianus.

Domicianus, quòd in Chriſtianos quartam hoſtilem perſecutionem mouiſſet, multoſque martyres conſecraſſet, in cubilià ſuis proprijs miniſtris conſcia vxore Domicia, multis vulneribus cõfoſſus, miſerabiliter obijt.

Adrianus Imp.

Adrianus Imperator, qui Alexandrũ Pontificem, Hermetem, Zenonem, Euſtachiũ, & alios interfecit, grauiſsimis ac multiplicibus morbis infœliciter perijt.

Marcus Antonius.

Marcus Antonius verus, teſte Beda, propter Policarpi & Pionij martyrium, quod in Aſia fecerat, aliorumque plurimorum, quanquàm ſcripto Chriſtianos fouerit, apoplexia correptus, cùm per triduum mutus decubuiſſet, tandem extinctus eſt in Panonijs.

Maximus Imp.

Maximus à militibus ſuis diſcerpitur cum filio adhuc puero, conclamantibus cunctis militari ioco: Ex peſsimo genere; nec catulum quidem habendum.

Valerian⁹ Imp. *Aurelius uictor, & Iulius capitol.* *Aurel. uictor. Pompon. Læt⁹ Euſebius.*

Quid dicam de Valeriano Impe, in cuius corde & ore diabolus ſufflauit in igne prunas aduerſus domini diſcipulos. Hic haud multum poſtquàm Chriſtianum nomen inſectari adorſus eſt, in Perſicum bellum profectus, ſiue aliena fraude id acciderit, ſiue ipſius temeritate (vtrunq; traditur) in inimici poteſtatem viuus venit, (hic eſt Sapor rex Perſarum) adeò inſolenter à barbaro ſuſtinuit contumeliam, cùm eſſet ſenex, vt pro ſcabello eius tergo vteretur equum aſcẽſurus. De quo lege Euſebiũ.

C Tandè excoriatus interijt. Cæteri tyranni qui Chriſti nomẽ glorioſum perſecuti ſunt, ſimili interitu perierunt. Vides quomodo Eſaias vera prædixit. Ego creaui interfectorem ad diſperdendum, omne vas quod fictum eſt contra te, non dirigetur, &c.

Iuſtinus martyr.

Præclarè quidem antiquus martyr, illuminatiſſimuſque philoſophus Iuſtinus cum Tryphone Iudæo decertans pro fide catholica, de eius dignitate dixiſſe videtur. Quòd autem nos in Ieſum credentes nemo terrere, aut domare valeat, apparet quotidie. Cùm enim obtruncemur, cruci figamur, obijciamur beſtiis, & aliis tormentis tradamur, tamen à confeſsione non diſcedimus, ſed quãtò magis in nos ſæuitur, tantò plures pietatem, fidemque per nomen Ieſu profitẽtur, haud ſecus, quàm ſi quis vitẽ putatione pronocet ad vbertatẽ, nam vitis à Deo & Chriſto plantata eſt eius populus.

Similitudo Eccleſiæ pacis. & tẽporis minus diues deſcribitur à Salviano, Maſilienſi epiſcop. *Saluianus in Thimot.*

Saluianus itẽ eleganter exponit, quod oculis noſtris aſpicimus nimirum inter ipſas perſecutiones & hoſtilia bella, quomodo incrementum ſuſcipiat Eccleſia, inter proſpera verò & ſecunda marceſcat. Hæc ſunt verba Saluiani Maſilienſis epiſcopi. Abiit quippe egregia ac

D ſupereminens dudum primitiuæ tuæ plebis beatitudo (alloquitur Eccleſiam) qua omnes Chriſtum agnoſcentes, caducas rerum mundialium facultates, in ſempiternas cæleſtium poſſeſsionum ſpes, conſeruabant: mulctantes ſe vſu præſentium; præclaram ſpem futurorum, immortales diuitias, præſenti paupertatis ambitu, ementes. Ecce perſecutionis ſtatum eccleſiæ. At nunc, pro his omnibus auaritia, cupiditas, rapina, quæque his ſocia, & quaſi germana vnitate coniuncta ſunt, inuidiæ, inimicitiæ, crudelitates; luxuriæ, impudicitiæ, proditiones, quia ſuperiora illa iſtorum viſibus militant ſucceſſere, ac ſic, neſcio quomodo, pugnante, contra temetipſum, tua fœlicitate, quantum tibi auctum eſt populorum, tantum penè vitiorum, quantum tibi copiæ acceſsit, tantũ diſciplinæ receſsit. Et proſperitas vènit queſtuum cum magno fœnore detrimentorũ. Multiplicatis fidei populis, fides imminuta eſt, & creſcentibus filiis ſuis, mater ægrotat, factaque eſt eccleſia profectu fœcunditatis inferior, atque acceſſu relabens, & quaſi viribus minus valida.

Tertul. ad ſcapulam Carthagineñſem præfectum.

Et Tertulianus. Nec tamen (inquit) hæc ſecta deficiet, quàm, tunc magis ædificari ſcias, cùm cædi videtur. Et Origenes ſuper illud: Portæ inferi nõ præualebunt,

Mat. 16. Origenes. Eccleſia inter tres inimicos immobilis.

ualebunt, inquit: Portæ inferorum tres illi validiſsimi humani generis hoſtes dicũtur, Mundus, Caro, Diabolus, de quibus omnibus, cùm adhuc eſſet paruula, nec vbera pater ætatis infantiam haberet eccleſia, glorioſè triumphauit. Habebat diabolus varias nocendi formas, habebat & mũdus Phariſæorum authoritatem, ſacerdotum dignitatem, habebat reges, habebat armatos, præfectos, iudices, tribunalia, carceres, catenas, virgas, ſecures, & equuleos, exilia, mortes, & quidquid terrorem conſtantibus animis ſolet incutere. Habebat caro ex aduerſo, voluptates, honores, dignitates, & quicquid animos quamlibet incorruptos, ſolet emollire: nec tamen ſanctæ huius Chriſtianæ rei publicæ ſoliditatem potuerunt peruertere, quin inter ipſas tentationum & perſecutionum procellas in immenſum increuerit. Et A paucis interpoſitis. Quare hoc? Nimirum quia eſſet firmamentum & columna veritatis immobilis, non humano artificio, ſed prorſus diuino erecta: quòd eſſet cæleſtis illa domus, quam diuina ſapientia, non humana prudẽtia excißis, quòd firmior eſſet, ſeptem columnis ſibi conſtruxit. Obſerua quòd nomen Chriſti perſequebantur tyrãni in Apoſtolis, & cæteris confeſſoribus, non adulteriũ, aut homicidiũ, aut rapinam bonorum alienorum: propter quod digni habiti ſunt honore & corona. De quo Pet. apoſt. Nemo veſtrũ patiatur, vt homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorũ appetitor. Si autẽ vt Chriſtianus nõ erubeſcat, glorificet autẽ Deum in iſto nomine. Habes de re hac præclarum teſtimonium, quod non grauabor hîc inſerere: illud eſt Marci Aurelij Imperatoris ad ſenatum Romanum.

1. Tim. 3. Pro. 5. 1. Cap. 4.

IMPERATOR CAESAR MARCVS AVrelius, Antoninus Germanicus, Parthicus, Sarmaticus, populo Romano, Sacroq; Senatui, S.

Chriſtianæ religionis & cultorũ eius teſtimoniũ nobile Marci Aurelij Imperatoris.

NOTOS vobis facio conatus meos, & ſucceſſus belli Germanici, quantiſque in hoſtico laborauerim difficultatibus, circumuentus à Draconibus Lxxiij. intra nonum milliarium, eos in propinquo eſſe indicarunt exploratores, & Põpeianus magiſter militum conſpectos eſſe mihi ſignificauit. Itaque me cum ſenſi legionibus, Prima, Decima, Gemina, Euphratenſique, penè oppreſſum, ab immenſa colluuie, in qua numerabantur nongenta ſeptuaginta quinq; millia. Cumque non haberem copias conferendas numero barbarorum hoſtiũ, precabundus confugi ad opem patriorum numinũ, à quibus neglectus, & in arctum redactus ab hoſte, aſciui, quos Chriſtianos vocamus. Ij perquiſiti bene multi reperti ſunt: infremui in eos, quod non debuerã, vt poſtea cognoui ex mirifica eorũ potentia: qui mox rem aggreſsi ſunt abſque tellis, armis, tubiſque, nimirùm abhorrentes ab iſtiuſmodi apparatu, & contenti Deo, quem circumferunt ſecum in conſcientia. Credibile eſt igitur, licèt impios exiſtimemus, Deum pro munimento habere in pectore: proſtrati enim humi, non ſolùm pro me deprecati ſunt, ſed & pro præſenti exercitu, petentes opẽ con B tra vrgentem ſitim & inediam. Quintus enim dies erat, ex quo aqua carere cœperamus: eramus quippe in hoſtili ſolo in ipſo Meditullio Germaniæ. Confeſtim autẽ vt procubuerunt in facies, & preces fuderunt ad ignotum mihi Deum: deſcenderunt de cælo in nos quidem frigidiſsimus imber, in hoſtes verò noſtros grando mixta fulmini bus, vt ſine mora ſentiremus præſto eſſe inuictam opem Dei potentiſsimi. Iam nunc igitur permittimus eſſe Chriſtianos huiuſmodi hominibus, ne fortè contra nos tale quodpiam telum poſtulando impetrent, & auctorem me interpono, ne cuipiam religio Chriſtiana vertatur crimini. Quòd ſi quis Chriſtianum detulerit, hoc ſolo nomine, quòd Chriſtianus ſit, volo vt delatus Chriſtianum ſe impunè fateatur, delatorve rò eius viuus comburatur, confeſſum autẽ compertumque Chriſtianum nolo ad mutandam religionem induci à prouinciæ præſide, ſuo relinquẽdum arbitrio. Et hoc meũ decretum ſenatus conſulto ratum fieri volo, iubeoque proponi publicè legendum in Traiano foro, vt inde porro tranſmittatur in prouincias, cura Veraſij Pollionis vrbis præfecti: huius quoque edicti tranſcribẽdi, vtendique copiam, permitto omnibus, deſumen-

Miraculũ præclarum à Chriſtianis editũ corã Marco Aurelio Imp.

ſumentibus ex noſtro exemplari publicè in foro propoſito. Hactenus epiſtola Marci Imperatoris, in qua non tantum gentilis hominis teſtimonio vides noſtrorum confirmari miracula, ſed quales, & quam ſancti eſſent eorum mores, imò quòd inter vniuerſos homines Deum haberent concluſum in conſcientia. Neque hæc epiſtola conficta fuit à Chriſtianis, ſicut teſtantur Tertulianus & Apollinaris cum gentibus certantes etiam ſi in Iulianum Chaldæū, vel in Arnuphin quendam philoſophum id factum aliqui aſcribant Chriſtiani nominis hoſtes. In qua opinione Dion Caſsius eſt, & Claudianus in epigrammate. Vides etiam quomodo odio habiti ſunt Chriſti diſcipuli, primò apud principes & reges terræ: ſed deinde honore Eccleſiam ſunt proſecuti, & glorificauerunt eam. De qua re ſcriptum eſt: Ecce leuabo ad gentes manum meam, & ad populos exaltabo ſignum meum. Quale dic mihi eſt hoc ſignum, quod ipſa manu domini exaltatur ad gentes? Prædicatio crucis Ieſu Chriſti domini noſtri. De quo paulo antea dixerat: Parum eſt, vt ſis mihi ſeruus ad ſuſcitandas tribus Iacob, & fæces Iſrael conuertendas. Dedi te in lucem gentium, &c. Et afferent filios tuos in vlnis, & filias tuas ſuper humeros portabunt. Et erunt reges nutritij tui, & reginæ nutrices tuæ. Manifeſtè comprobatur ſcriptura in clariſsimis principibus, qui Eccleſiam Chriſti clarificauerunt: de quibus iam ſupra. *Qui autem ſuſtinuerit uſque in finem, hic ſaluus erit.* Propriſsimè & eleganter verbo ſuſtinere vtitur: qui de laboribus, perſecutionibus, calamitatibuſque vndique multis, & deniq; de morte diſputat, vbi opus eſt patientia. De qua ſaluator: Hi ſunt qui in corde bono & optimo fructum afferunt in patientia. Et apoſtolus. Patientia vobis eſt neceſſaria, vt voluntatem Dei facientes, reportetis promiſsionem. Obſerua quòd non ſatis eſt ad perſeuerantiam gratia gratum faciens: aliàs, quicunque eſſet Deo gratus per gratiam, perſeueraret: quod æquiualet confirmationi in gratia. Non ergo ſufficit ad perſeuerandum gratia gratum faciens: ſicut neque ad videndum, oculus clarus & ſanus, ſed lux ſubinde requiritur. De qua re antiqui eccleſiæ patres ſcripſerunt. Et in ſacra ſynodo Tridenti habita, definitur. Similiter de perſeuerantiæ munere, de quo ſcriptum eſt: Qui perſeuerauerit vſque in finem, &c. quod quidem

Miracula Chriſtianorum. — *Tertul. cōtra ſcapulam, et Apologetico cap. 5.* — *Eſai. 49.* — *Patientia.* — *Luc. 8.* — *Heb. 10.* — *Perſeuerātia.* — *Cōcil. Triden. ſeſs. 6. cap. 13.*

C aliunde haberi non poteſt, niſi ab eo, qui potens eſt, eum qui ſtat, ſtatuere: nemo ſibi aliquid certi abſoluta certitudine polliceatur: tametſi in Dei auxilio firmiſsimam ſpem collocare ac reponere omnes debent. Deus enim niſi ipſi illius gratiæ defuerint, ſicut cœpit opus bonum, ita perficiet, operans velle & perficere. Veruntamen qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat, & cum timore & tremore ſalutem ſuam operetur, in laboribus, in vigilijs, in eleemoſynis, in oratione, in oblationibus, in ieiunijs & caſtitate (ecce quibus obſequijs, promeretur Deus) Formidare enim debent, ſcientes quòd in ſpem gloriæ, & nondum in gloriam renati ſunt: de pugna, quæ ſupereſt cum mundo, cum diabolo, cum carne, in qua victores eſſe non poſſunt, niſi cum Dei gratia. Et Canone. 22. ſic legis: Si quis dixerit iuſtificatum, vel ſine ſpeciali Dei auxilio in accepta iuſtitia perſeuerare poſſe, vel cum eo non poſſe, anathema ſit. Demonſtrauit ſacrum concilium, quibus obſequijs promereri poteſt donum perſeuerantiæ quia non ſine nobis a Deo conceditur. Promereri D namque poteſt de congruo: ſicut ad longum diſputauimus alibi. Admonet ſanctiſsimus martyr Cyprianus, quod & patres in concilio, non debere quenquam ſibi polliceri donum perſeuerantiæ, etiam ſi pro Chriſto aliquot ſit paſſus tormenta, in ſui nominis confeſsione. Neque enim confeſsio (inquit) immunem facit ab inſidijs diaboli, aut contra tentationes & pericula, & incurſus atque impetus ſæculares adhuc in ſæculo poſitum, perpetua ſecuritate defendit: cæterum nunquàm in confeſſoribus fraudes, ſtupra, & adulteria poſtmodum videremus: quæ nunc in quibuſdam videntes ingemiſcimus, & dolemus. Quiſquis ille confeſſor eſt, Salomone maior, aut melior, aut Deo charior non eſt: Qui tamen quamdiu in vijs Domini ambulauit, tamdiu gratiam, quam de domino fuerat conſequutus, obtinuit: poſtquàm dereliquit dominum, perdidit & gratiam domini, ſicut & ſcriptum eſt. Et excitauit dominus ſathan ipſi Salomoni. Et ideò ſcriptum eſt: Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. Quod vtique dominus non minaretur auferri poſſe coronam iuſtitiæ, niſi quia recedente iuſtitia, recedat neceſſe eſt & corona. Cōfeſsio exordium

Philip. 1. — *1. Cor. 10* — *Heb. 5.* — *1. Pet. 1.* — *Auctor. homil. 18. Pſal. 50.* — *Cyprian. li. de unitate eccleſiæ.* — NOTA valde. — *3. Reg. 11* — *Apoc. 3.*

dium gloriæ eſt,non meritum iam coronæ: neque perficit laudem, ſed initiat dignitatem. Cumque ſcriptum ſit: Qui perſeuerauerit vſque in finẽ,hic ſaluus erit: quicquid ante finem fuerit, gradus eſt,quo ad faſtigium virtutis aſcenditur,non terminus,quo iam culminis ſumma teneatur. Confeſſor eſt,ſed poſt cõfeſsionem periculum maius eſt,quia plus aduerſarius prouocatus eſt. Cõfeſſor eſt,hoc magis ſtare debet cum domini euangelio,per euangelium gloriam conſequutus à domino.

NOTA valde.

Habes ergo vnde haurias timorem ad operandum in multa ſolicitudine tuam ſalutem: ſi enim confeſsio nominis Chriſti,& vis tormentorum non cõferunt confeſſori perſeuerantiam, nec leuis oratio tua,ieiunium tuum, ſiue eleemoſyna,te beatiorem facient. Perſeuerantia denique vſque in finem coronam rapit,præmium inuenit amplioris gloriæ, ianuam regni & æterni regis palacium aperit,& angelorum choris inſerit in perpetuum. *Cùm audieritis abominationem deſolationis, ſtantem vbi non debet*(*qui legit,intelligat*) *tunc qui in Iudea ſunt,fugiant in montes, & qui ſuper tectum ne deſcendat in domum.* Iam reſpondet principali quæſtioni,& interrogationi de tempore,& ſignis deſolationis vrbis ſanctæ Hieruſalẽ: de qua quæſierunt diſcipuli: Dic nobis quando iſta fient? Multi diſcipulorũ adhuc permanſerunt:cum quadrageſimo tertio anno poſt Chriſti mortem,deſolata ſit Hieroſolyma. Grauis eſt difficultas inter doctores circa expoſitionem præſentis loci. Chryſoſtomus,Hylarius,Hieronymuſque cũ alijs multis contendunt interpretari hanc ſentẽtiam de mundi conſummatione: & de his, quæ tunc euenient.

Epiſ.8.

Beatus Auguſtinus demonſtrat(niſi ego cęcus ſum)non ſemel aut bis, quomodo hæc ſcriptura deſtructioni Hieruſalem conueniat tantum. Hæc ſunt verba Auguſtini.

Deſolatio abominationis quã do cõpleta.

Lucas verò (propoſuit textum Mathæi & Marci) vt oſtenderetur tunc factam fuiſſe abominationem deſolationis,quæ à Daniele prædicta eſt,quando expugnata eſt Hieruſalem, hæc eadẽ loco dñi verba commemorat.

Cap.9.

NOTA valde.

Cùm autem videritis circundari Hieruſalem ab exercitu, tunc ſcitote,quia appropinquabit deſolatio eius. Apparet itaque tunc ibi poſitam abominationem deſolationis, de qua duo illi Euangeliſtæ locuti ſunt. Et infra. Tamẽ Lucas euangeliſta,& hanc dierum breuiationẽ & abominationem deſolationis, quæ duo ipſe non dixit,ſed Matthæus, Marcuſque dixerunt, ad euerſionem Hieruſalem docuit pertinere: alia cum eis dicens apertiùs de hac eadem re,quæ illi poſuerunt obſcuriùs. Antequàm ad cætera accedamus, obſerua quòd auctor libri primi Machabæorum Danielis, hanc prophetiam de abominatione deſolationis donat idolo Antiochi. In diebus illis ædificauit rex Antiochus abominandum idolũ deſolationis ſuper altare Dei. Vbi Caietanus temerè & inconſideratè,ne ſuperbè dicam,errauit & arroganter,quia auctorem illum ait,in intelligentia Danielis eſſe deceptum,quem conſtat Spiritus ſancti afflatu eum librum ſcripſiſſe,ſicut in exordio huius operis dicebamus de omnib⁹ ſcriptorib⁹ canonicis.

Sic Epiſc. Cano.li. 2 de locis Theologicis. Cap.11.

Deinde falsò exiſtimat Caietanus,ſi auctor libri Machabæorum verba Danielis vſurpat,idcirco Danielem interpretari. Fallitur tertiò in eo quod putat Danielis prophetiam non potuiſſe ad idolum Antiochi referri, quia dominus ad hæc tempora,quæ deſcribimus,referendam declarauit. Eadem quippè ſcriptura,& Salomoni,& Chriſto domino conuenit: Ego ero illi in patrem.

2.Reg.7. Heb.1.

Et illa de Eſaia: de Lucifero: & de Nabuchodonoſor,& de Antichriſto dicitur. Vaniſsimũ ergo fuit auctorem libri Machabæorum reprehendere,quòd in idolo,abominatione, & deſolatione Antiochi ad verba Danielis alluſerit,vel ea certè in ſimili cauſa vſurpauerit. Nam & ſi in illum Danielem adduxiſſet,id feciſſet egregiè, quod & Paulus, & cæteri ſæpè feciſſe probantur. In Daniele ſic legis. Confirmabit autem pactum multis hebdomada vna, & in dimidio hebdomadis deficiet hoſtia & ſacrificium, & in tẽplo abominatio deſolationis, & vſque ad conſummationẽ & finem perſeuerabit deſolatio. Quod ſi ad Antichriſtum,& tempora circa mundi finem contendis trahere ſcripturam,quomodo completæ ſunt hebdomadæ Danielis?

Firmiſsima ratio.

Anni hebdomadarũ Danielis.

Ex computatione ſeptuaginta hebdomadarum non altior numerus annorum ſurgit,quàm quadringenti nonaginta,& iam a Chriſto crucifixo fluxerunt anni mille quingenti quadraginta quinque: Sequitur quòd ſi completæ nõ ſunt hebdomadæ Danielis,neque inceperunt. Numerus enim annorum illorum,quem prædiximus,eſt. Ergo nondum venit Chriſtus,neque vnctus eſt ſanctus ſanctorum,neq; mũdi piaculum deterſum eſt pijſsimo crucifi-

xi Ieſu Chriſti domini noſtri cruore. Obſerua diligentiſſimè, quòd apud eundem prophetam iterum redit ſermo de abominatione in deſolationem. Vbi certè de Antichriſti temporibus eſt ſermo, ſicut exponunt omnes Doctores catholici: Vnde & deſumunt argumentum ad probandū quod Miſſa ſit ſacrificium: cùm à Daniele dicatur, & à tempore, cùm ablatum fuerit iuge ſacrificium, & poſita fuerit abominatio in deſolationem dies mille ducēti nonaginta. Cap. ergo. 9. egit S. Daniel de deſolatione abominationis, quæ completa fuit in deuaſtatione Hieruſalem. In hac expoſitione coëunt omnia quæ in propheta & euangeliſtis deſcribūtur: Et poſt hebdomadas ſexaginta duas, occidetur Chriſtus. In ſumma hoc eſt argumentū totius difficultatis: Abominatio deſolationis prædicitur futura intra tempus hebdomadarum à Daniele deſcriptarum, illæ hebdomadæ completæ ſunt, ergo & abominatio deſolationis: quod eleganter probat Tertulianus aduerſus Hebræos: & non erit eius populus, qui eum negaturus eſt: quod completum fuit in miſerabili caſu Hieruſalem, & in illis quæ ibi acciderunt, de quibus infra. Et poſt finē belli ſtatuta deſolatio, inquit propheta. Inquit ergo Daniel, quòd deſolata ciuitate, & templo ponetur abominatio in deſolationem, id eſt, idolum, quod nomine abominationis intelligitur, debeat poni in templo deſolato. Hoc autem impletum eſt, quando Aelius Adrianus imaginem ſuam fecit reponi, vbi ſteterat arca teſtamenti, ſicut docet hyſtoria ſcholaſtica. Propter reconditum hūc ſenſum dixit ſaluator: Qui legit, intelligat, ne aut in propheta, aut in ſententia illius erret. De tempore ergo deſolationis vrbis & Iudææ interpretandus eſt Daniel & Euāgelia, ſicut teſtatur Auguſtinus, & nos demonſtrauimus. De quo tempore ſaluator inquit, admonens fugam in magna ſolicitudine. *Tunc qui in Iudæa ſunt, fugiant in montes, & qui ſuper tectum, ne deſcendat in domum*. Cōſilium ſalutare cōfert inimicis ſuis ſaluator, vt fugere poſſint malum grande, quod futurum prædicebat. Qui in Iudæa, id eſt, in fortetribus Iudæ (hæc enim pars circa Hieruſalem affligetur) fugiant ad montes, tanquàm ad tutiſſima loca, quò inimicis non pateat acceſſus. Ne deſcendat in domum, ſcilicet, ad tollendum res ſuas domeſticas: ſed fugam capiat dimiſſis omnibus. Et qui in agro erit,

Reſolutio difficultatis.

Abominatio, idolum ſignificat.

C &c. non reuertatur, imò ab eo loco, cùm primò audient ſonitum tubæ, fugiat. *Væ autem prægnantibus*, non valentibus fugere præ onere ventris: *& nutrientibus*, pro lactantibus, quæ nequibunt dimittere infantulos ſuos, neq; expeditè fugere. *Orate ut in hyeme non fiat*. Quo ſcilicet tempore haud facilis ſe præbet via ad fugam, præ multitudine luti, & aquarum. Hæc omnia fugam celerem docent, ad declinandam magnam illam, quam prædicebat, calamitatem. *Erunt enim dies illi tribulationes tales, quales non fuerunt ab initio creaturæ, quam condidit Deus uſque nunc, neque fient*. Abſolutè intellige de hoc populo cū beato Auguſtino, vbi ſupra. Vnde non immeritò dictum eſt talem tribulationē non fuiſſe à creaturæ initio, neq; futurā. Quod ſi tempore Antichriſti, talis aut maior fuerit: intelligendum eſt, de illo populo dictū, quòd ei talis amplius futura non erit. Si enim Antichriſtum illi primitùs, & præcipuè recepturi ſunt, facturus eſt idem populus tribulationem potiùs quàm paſſurus. Etſi contentioſè adhuc obijcias tribulationem, quam originalis mundi homines paſſi ſunt, & maiorem fuiſſe affirmes, non tibi contradicam: dummodo huic ſententiæ ſubſcribas, quòd ſaluator non dixit, erunt tribulationes quantæ non fuerunt, ſed quales. Et

D certè mundi tribulationes non fuerūt, quales illæ, quas paſſi ſunt Hieroſolymitani. Illi enim aquis diluuij perierunt intra aliquorum dierum ſpacium: iſtos verò ante eorum mortem talia deſcribunt veridicæ hyſtoriæ paſſos fuiſſe, vt vix credibilia fiant humanis auribus: de quibus ſtatim. Non ergo oportet vim literæ inferre, ac dicere nō deferri reſponſum in hac ſententia quæſtioni propoſitæ de conſummatione Hieruſalem: ſed quòd ſit principium reſponſiuum quæſtioni de mundi fine, & de ſignis præcedentibus: & quod Matthæus & Marcus per modum interpoſitionis interpoſuere ſigna deſolationis templi inter ea, quæ conueniunt mūdi fini. Faciliùs & amicabiliùs omnia currunt ex ſententia beati patris Auguſtini, & noſtra expoſitione: in hac ſententia eſt Euſebius Cæſarienſis. Et ex verbo in Matthæo: *Neque fiet*, & in Marco, *Neque fient*. Manifeſtè comprobatur de anguſtijs ac tribulationibus Hieruſalem hoc dictum eſſe. Nam ſi depreſſuris & calamitatibus, quæ ante mundi conſummationem venturæ ſunt, eſt ſermo, non eſſet locus dicendi,

Lib. 3. eccleſiæ hiſt. cap. 5.

neque

neque fient. Iſtæ enim ſunt vltimæ, non er- A
go aliæ poſt illas. Igitur de calamitatibus;
quæ inuentæ ſunt in excidio Hieruſalem,
ſcripta ſunt hæc. Adde quòd hyperbolica
NOTA locutio familiaris eſt ſacris euangelijs. Et
ualde. ſic legis Daniel cap. 9. cùm de malis, quæ
populo ſuo acciderunt, diſputaret ingemi-
ſcens. Vt ſuper inducerent in nos magnum
malum, quale nunquàm fuit ſub omni cæ-
lo. Nota quòd beatus Lucas dicit: quia dies
Cap. 21. d vltionis hi ſunt. Iam ergò occurrit locus cō
probandæ veritatis in verbis domini cōtra
Hieruſalem. Dies vltionis iſti. Cuius crimi
nis ſumitur vltio? Quod ſcelus punitur? quia
filium patris familias, vniuerſorum hære-
dem, quem ſuum Meſsiam agnouerunt, eij-
cientes, extra ciuitatem, occiderunt ſuſpen-
dentes in ligno. Neque quieuerunt, ſed ad-
huc manus eorum extenta interfecit ſacros
diſcipulos ſaluatoris: Stephanum Leuitam,
Iacobum iuſtum, & alterum Iacobum, &c.
Quos ſuſtinuit Deus in multa patientia, de
ſiderans pœnitentiam cordis eorum. Hæc
ſunt crimina, quæ vindicanda veniunt in o-
culis domini exercituum. Propter quod di-
xerat: Erunt dies illi tribulationis, quales B
non fuerunt ab initio creaturæ, quam con-
didit Deus, vſque nunc, neq; fient. Adſint
ergo fideliſsimi teſtes. Egeſippus qui quin-
que voluminibus, & Ioſephus eius etiã gen
tis & religionis cultor, qui ſeptem compre-
hendit huius populi ſtrages, fames, obſidio-
nes longiſsimas, vrbium excidia, & reliquas
Ioſ. li. bel. ingentes calamitates. Age itaque ſextus Io
Iud. c. 11. ſephi hiſtoriarum liber ponatur in mediũ:
circa finē. ex quo omnis illorum luctuoſa tragœdia
perноſcatur. Diuitibus autem permanere,
inquit, atque perire vnum atque idem erat,
Si enim in vrbe permanſiſſent, facultatum
ſuarum cauſa, crimine obiecto, quaſi qui de
transfugiendo cogitarent, perimebantur.
Neceſsitas verò famis factioſorum extolle-
bat arrogantiam, & vtrunque ſimul inedia
cum temeritate creſcebat. Publicè quidem
frumentum nuſquàm omnino erat, ſed ia-
cientes vrbis prædones, perſcrutabantur
domos: & ſiquidem inueniſſent, tanquã de
his, qui fefellerant, pœnas ſumebant: ſi verò
non inueniſſent, nihilominus tanquàm eos
qui occultiùs & diligentiùs abſconderent,
cruciabant. Indicium verò haberi ab eis pa
bula capiebant, hoc ipſo quod adhuc viue-
re, & ſubſiſtere corporibus videbantur, tan
quã profectò iam interiſſent, niſi abſcondi-

A tos vſpiam tegerent, cibos. Si quos ſanè
tabeſcentes macie vidiſſent, hos cum ve-
nia præteribant, ſuperfluum putantes peri
mere, quos paulò poſt abſumeret fames.
Multi tamen in occultis omni cenſui ſuo Metrũ uo
mercati ſunt vnum metrum: ſi diuites, frumē cant menſu
ti hordei, ſi inferiores fuerunt, & conclu- rã ſeu mo-
dentes ſe in interioribus quibuſque pene- diũ frumē-
tralibus domus, nonnulli nec in panes con- ti.
fectas fruges edebant. Alij verò in quantum
vel neceſsitas, vel metus permitteret, exco-
quebant. Et menſam quidem nullus expe-
ctabat apponi, ſed ex ipſo ſemiuſta igni ra-
pientes, propria velut furtiua deuorabant.
Et erat infœlicis ipſius cibi ſpectaculum mi
ſerabile, cùm validiores quique inuenta di
riperent: imbecillioribus verò nihil præter
luctum ſuperaret, & lachrymas. Et omniũ
licet acerbitates rerum ſuperet fames: nihil
tamen ita ſubruit & ſubuertit, ſicut verecun
diam. Quidquid enim ſaluis rebus pudore
dignum eſt, id in hac neceſsitate contem-
nitur. Denique & vxores de virorum mani Fames.
bus, & filij de parentum, & (quod eſt infœli-
ciùs) matres cibos de paruulorum ſuorum
B ore rapiebant. Et cùm dulciſsimi liberi in
manibus, atque ante ora poſiti tabeſcerent,
exigua vitæ ſubſidia dentibus ipſis eximе-
re nemo parcebat. Verùm nec ipſos quidē
infœlices & perexiguos ſumentes latebant
cibos, ſed continuò aderat prædonũ quis,
& ſtatim vt clauſas cuiuſpiam conſpexiſſet
fores, indicium credebat hoc eſſe, quod in-
trinſecus poſiti ederent, & repente deſpica-
tis foribus præcipites irruebant: atque ab
ipſis (vt ita dicam) faucibus exprimentes, ſi
quid forte in ſumptũ iam fuerat, reuocabãt.
Verberabantur ſenes, ſi cibum vendicare
tentaſſent. Sparſis etiam crinibus mulieres
trahebantur, occultare nitentes, ſi quid for-
titer deprehenſum fuiſſet in manibus. Nul
la ſenibus pro canicie reuerentia, nulla erga
paruulos miſeratio, ſed in exiguo panis fra-
gmento paruulos inhærētes, & ex ipſo, cui
inhæſerant ſuſpenſos, elidebant in terram.
In eum verò, qui raptores cibo præueniſſet
abſumpto, crudeliùs ſæuiebant, & excogi-
tabant dira ſupplicia, obturantes infœlici-
bus naturales digeſtionum meatus. Alijs ve
rò præacutas ſudes per eadem verenda, adi-
gentes (horreſco quæ geſta ſunt referens)
ad confeſsionem per hæc vnius panis, aut
cyathi farinæ miſeros perurgebant. Nã ipſi
tortores nec patiebantur famem (eſſet enim

quodammodo tolerabilius, ſi hæc compulſi inediam facere viderentur) ſed vt vel præparent ſibi in poſterum cibos, velut crudelitas exercitio conualeſceret. In his etiam, ſi qui fortè furtim per ſtationes hoſtium pro colligendis herbis crepſiſſent, occurrentes eis quaſi e hoſtium manus ſe effugiſſe gauderent, deripiebant quidquid attulerant. Supplicantibus autem, & terribile quoddam ſibi nomen Dei inuocantibus, vt vel partem aliquam ex his, quæ cum mortis periculo quæſierant, indulgerent, nihil prorſus præbebant. Sed & hoc beneficij loco ceſſerat, ſi comprehenſum viuum licuiſſet euadere.

Li. 6. c. 14 de bello Iud.

His autem poſt aliquanta adiungit dicens: Iudæis vero cum egreſſu vrbis, omnis pariter ſpes excudebatur ſalutis. Et inualeſcens acerbitas & famis, domos ſimul & familias, gentemque vaſtabat, ita vt impenetrabilibus ſtrata iacerent mulierum, paruulorũq; cadauera, per plateas verò infœlicium ſenum corpora, fame magis, quàm ætate conſumpta. Iuuenes verò, atque omnis ætas robuſtior, velut ſimulacra quædam in vijs & egreſsibus oberrabant, corruentes quocũq; loci greſſum ſubruiſſet inedia. Sepelire autem cadauera proximorum, nec defunctorum multitudo, nec virium debilitas permittebat, ſimul & pro ſuæ vnuſquiſque vitę incerto. Denique aliquanti ſupra eos, quos ſepeliebant, animas emiſere. Multi etiam, dum proſequuntur funera, priuſquàm ad ſepulchra veniretur, efflabant. Sed nec planctus ex more defunctis exhibebatur, aut luctus: quia hoc ſibi totum vendicauerat fames. Sed nec ariditas inedię, humorem cuipiam reliquerat lachrymarum: obſederant ciuitatem profunda ſilentia, & nox plena mortis cuncta contexerat. Quibus malis omnibus grauiores ſoli vigebant prędones, qui nec ſepulchra quidem diripere & ſpoliare cadauera illicitum ducebant, non tam prædam petentes, quàm ſcelus irriſione cumulantes, & aciem gladiorum ſuorum in cadauerum obtruncatione probantes. Interdum etiam in nonnullos adhuc ſpirãtes mucro examinandus agebatur: quod alij ſemineces cum viderent, ſupplices dexteras protendebant, vt in ſe quoque beneficij loco conuerterent ſcelus, quo ſcilicet cruciatibus famis velocius abſoluerentur. Sed nouo crudelitatis genere necem, quàm ſponte inferebant, ſi rogarentur, negabant: cùm tamen vnuſquiſque defigentium cum gemi-

C tu oculos retorqueret ad templum, non de morte propria dolẽs, ſed de impunitate prædonum, quos ſuperſtites relinquebat. Et quidẽ primo ſumptu publico ſepelire mortuos, iuſſerant fœtoris intolerantia. Vt verò omnem ſumptum cœpit vincere multitudo morientium, de muro cadauera præcipitabant. At cum Titus circumiens peruidiſſet repletos mortuorum cadaueribus vallos, & humani corporis tabe patriam terrã rigati, cum ingenti gemitu eleuatis ad cœlum manibus, Deum inuocat teſtem, hoc ſuum opus non eſſe.

Titus Cæſar. Io. li. 6. cap. 14. bel. Iud.

Et poſt aliquanta iterum talia quædam proſequitur: Non contabor, inquit, proferre quod ſentio. Arbitror enim, quod etiam ſi aduerſum impios ciues Romanorum pauliſper arma ceſſaſſent, aut hiatu terræ, aut aquæ diluuio, aut Sodomitanis ignibus, & fulminibus cœlitus tortis ſupplicium ciuitas dependiſſet: quæ multo infauſtiorem illis, qui hæc perpeſsi ſunt, & nequiorem virorum præſentem hanc protuliſſet ætatem, pro quibus & omnis gens pariter mereretur extingui. Sed & in ſexto libro de eiſdem talia ſcribit: Et eorum, inquit, qui per totam ciuitatem famis inedia corrumpebantur, multitudo innumerabilis

Vide. 12. ca. & 13. ſeptimi lib. de bel. Iud. Nam Euſeb. Græcorũ diſtinctionem ſequutus eſt, qui Ioſephi libros aliter diuidũt.

D erat, quorũ nec explicari miſeria poteſt, &c. Et ſingulas nanque domos ſicubi fuiſſet aliquid cibi repertum, continuo bella & cædes inter charos, ipſoſque parentes ac liberos naſcebantur, dum nõ ſolùm è manibus, ſed ex ipſis etiam faucibus inuicem cibum rapere certabant. Fides autem nec mortuis erat, ſed & ipſi, cùm iam ſpiritum exhalarent, perſcrutabantur à prædonibus, ne cui fortè intra gremiũ cibi aliquid reſediſſet. Alij per inediam hiantes, veluti rabidi canes, huc atque illuc ferebantur, & quaſi inſania quadam exagitati, in eaſdẽ domos ſub momento temporis iterum ac ſæpius irruebant. Omnia tamen neceſsitas vertebat in cibum, etiam illa, quæ ne mutis quidem animalibus edere vſus fuit. Ad vltimum ne loris quidem vel cingulis, aut ipſis etiam calciamentis abſtinuerunt. Scutorum quoque indumenta dettahentes conficienda dentibus ingerebant. Nonnulli & fœni veteris feſtucas edebant: ſed & de quiſquillijs vndecunque collectis, paruiſsimum pondus drachmis quatuor diſtrahebant. Sed quid opus eſt per hæc pondus famis illius explicare, cũ geſtũ ſit ibi facinꝰ, quod neq; apud Græcos, neque apud Barbaros vllus accepit auditus.

ditus. Horrendum quidem dictu, audi-tu verò incredibile. Et quidem libenter tam immane facinus ſiluiſſem, ne quis me crederet monſtruoſa narrare, niſi multos memoriæ noſtræ viros teſtes commiſſi ſceleris habuiſſem. Porrò verò, nec aliquid in hoc patriæ præſtare me arbitror, ſi ſubtraham eorum malorum verba, quorum pertulit facta. Mulier quædam ex his, qui vltra Iordanis alueum commanebant, Maria nomine, Eleazari filia de vico Bethezob, quod interpretatur domus hyſoppi, genere & facultatibus nobilis, cum reliqua multitudine quæ confluxerat, Hieroſolymis reperta, communem cum omnibus obſidionis caſum ferebat. Huius reliquas facultates quidem, quas è domo in vrbem conuexerat, tyranni inuaſere. Si quid verò reliquiarum ex magnis opibus fuerat, quibus victum quotidianum prætenuem duceret, irruentes per momenta prædonum ſatellites rapiebant. Pro quibus ingens mulierem velut inſania iam quædam ex indignatione fatigabat, ita vt interdum prædones maledictis in necem ſui, conuitijs inſtigaret. Verùm cùm nec irritatus quiſquam, neque miſeratus eam perimeret, & ſiquid fortè cibi fuiſſet ab ea quæſitum, id ab alijs quæreretur, nec iam vſque reperiendi copia fieret, fames autem dira viſceribus ipſis inſiſteret, ac medullis, & ad furorem, iam perurgeret inedia, fame & ira peſsimis vſa conſultoribus, contra ipſa iam armatur iura naturæ. Erat nanque ei ſub vberibus paruulus filius: hunc ante oculos ferens: Infœlicis, inquit, matris ò infelicior fili, in bello, fame, & direptione prædonum, cui te reſeruabo? Nam etſi vita ſperari poſsit, iugo Romanæ ſeruitutis vrgemur, ſed nunc etiam ipſam ſeruitutem præuenit fames. Prædones verò vtraque vi grauiores perurgent. Veni ergo o mi nate, eſto matri cibus, prædonibus furor, ſæculis fabula, quæ ſola deerat cladibus Iudæorum. Et cùm hæc dixiſſet, ſimul filium iugulat, tum deinde igni ſuperpoſitum torret, & medium quidem conſumit, medium verò ſeruat obtectum. Et ecce confeſtim prædones irruunt, obuſtæ carnis nidore concepto: mortem minantur, niſi ſine mora cibos, quos paratos ſenſerant demon-

Ioſeph. bel. Iud. lib. 7. cap. 8.

An. do. 27 Maria Iudæa filioli ſui deuoratrix.

A ſtraret. Tum illa: Equidem partem, inquit, vobis optimam reſeruaui. Et continuò, quæ ſuperfuerant membra rete-xit infantis. At illos repentè ingens horror inuaſit, & immanes quamuis animi diriguere, vox faucibus interclusa eſt. Illa verò truci vultu, & ipſis nam prædonibus truculentior: Meus, inquit, hic filius, meus eſt partus, & facinus meum eſt. Edite: nam & ego prior comedi, quem genui. Nolite effici, aut matre religioſiores, aut fœmina molliores. Quòd ſi vos pietas vincit, & execramini cibos meos, ego quæ iam talibus paſta ſum, ego his iterum paſcar. Poſt hæc illi territi, trementeſque diſcedunt, qui hunc ſolùm ex omnibus facultatibus miſeræ matri reliquerant cibum. Repleta eſt autem confeſtim vnius ſa ciuitas nefarij ſceleris nuncio, & vnuſquiſque ante oculos facinus, quod perpetratum fuerat, adducens, tanquàm ſi ipſe id perpetraſſet, horrebat. Omnes autem, quos famis neceſsitas perurgebat, feſtinabant magis ad mortem, beatos dicentes eos, quibus contigit interiiſſe, priuſquàm talium malorum polluerentur auditu. Hactenus

B Ioſephus. Igitur Iudæos pro his, quæ in Chriſtum Deum commiſere piaculis, talis conſequuta eſt pœna. Dignum eſt autem huic hiſtoriæ adhibere Dominicas voces, quibus ipſe Saluator ta-lia ſecutura eſſe prædixit. Væ autem, ait prægnantibus, & nutrientibus, vel lactentibus, in illis diebus. Orate autem, vt non fiat fuga veſtra hyeme, neque ſabbatho. Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio ſæculi vique nunc, neque erit. Colligens autem ſupradictus Hiſtoriographus omnem numerum peremptorum, vel fame, vel ferro, vndecies centena millia deſignauit, cæteros verò latrones, & ſicarios, ac prædones, poſt vrbis excidium mutuis declarat interijſſe vulneribus. Electos autem quoſque iuuenum, quos decor, & proceritas corporis commendabat, ad triumphum dicit eſſe ſeruatos: reliquos autem, qui ſupra decem & ſeptem annos agebant ætatis, vinctos ad opera Aegypti per metalla deſtinatos, vel per cæteras prouincias eſſe diſperſos. Alij quidem vt ludis gladiatorijs alij vt ad beſtias tra-

Matt. 24. Luc. 2. Chriſti prædictio de calamitate Iudæorum.

An. do. 72 Ioſ. bel. Iud. lib. 7. capit. 17. Numerus peremptorum.

Ad triumphum. Ad metalla Ad beſtias

traderentur. Si qui verò intra ſeptimum & C decimum ætatis reperti ſunt annum, per diuerſas prouincias in ſeruitutem diſtrahi iuſſi ſunt, quorum numerus vſque ad nonaginta millia perductus eſt. Hæc verò omnia geſta ſunt ſecundo anno imperij Veſpaſiani, iuxta ea, quæ ipſe Dominus & Saluator noſter Ieſus Chriſtus prædixerat. Quippe qui ea quæ gerenda erant, præſentia iam videret, tunc cùm ſecundùm euangeliorum fidem, videns ciuitatem, fleuit ſuper eam. Et velut in auribus eius proloquutus

Luc.19. *Prædictio excidij Hieroſolimitani.*

eſt hæc verba: Si agnouiſſes, inquit, & tu in hac die tua, quæ ad pacem tibi ſunt, curares. Nunc autem abſcondita ſunt ab oculis tuis. Quia venient dies ſuper te, & circundabunt te, & perurgebunt te vndique, & ad ſolum deducent te, & filios tuos qui in te ſunt. Sed & rurſum, tanquàm de populo dicens: Erit, inquit, neceſsitas magna ſuper terram, & ira populo huic, & cadent in ore gladij, & captiui ducentur in omnes gentes, & Hieruſalem erit conculcata à gentibus, vſque quo compleantur tempora gentium: Et iterùm: Cùm autem

Luc.21.

videritis circundari ab exercitu Hieruſa- D lem, tunc ſcitote, quia appropinquabit deſolatio eius. Comparet vnuſquiſque domini & ſaluatoris noſtri ſermones cum hiſtoriographi relatione de bello quod geſtum eſt, atque excidio ciuitatis, & videns miram diuinæ præſentiæ virtutem, agnoſcat prædicentis diuinitatem. Hæc quidem Iudæorum genti poſt ſaluatoris paſsionem iuſta vltione venerunt pro eo, quod auctorem vitæ à ſemet vniuerſa gens conclamauerat auferri. Veruntamen nihil obſtat etiam ea addere, per quæ pietas & clementia Dei, licet ingratis videtur oblata. Quadraginta nanque poſt admiſſum piaculum continuis protracta annis, impiorum pœna differtur.

Iacob frater domini epiſcopus Hieroſolimitanus.

In quibus & apoſtoli omnes, præcipuè tamen Iacob, qui dicebatur frater domini, in Hieroſolymis epiſcopus conſtitutus, indeſinenter populum commiſſæ impietatis & ferialis auſi de ſcelere cõmonebat, ſi fortè poſſent commiſſi pœnitudinem gerere, ſi poſſent flere pro ſcelere, & vltrices pœnarum flammas lachrymarum vbertate reſtinguere. Oſtendebat nanque eis Deus per ſuam patientiam, quòd ipſorum quæreret pœnitentiam: quia non vult tantùm Deus mortem

C peccatoris, quantum vt conuertatur, & viuat. Mollire autem adhuc mentis eorum duritiam nitebatur diuina maieſtas ſignis & prodigijs cælitus datis, terroreſque ſimul & minacem dexteram, oſtendando potiùs, quàm inſerendo. De quibus ſupradicti Hiſtoriographi fides, vt in cæteris, etiam in hoc ſufficiens erit. Relegamus ergo quid in ſexto hiſtoriarum ſuarum libro de his ipſe ſignauerit Ioſephus:

Prodigijs ad pœnitẽtiam iuuitati Iudæi. *Ioſeph. li. 17. cap. 12 bel. Iud.*

ſed infœlicem, inquit, plebem teterrimi quidam homines & deceptores falſa vaticinantes ſuadebant, vt euidentibus ſignis, & indicijs iracundiæ, & indignationis diuinæ non crederent, quibus apertè futurum, & vrbis, & gentis præſagiebatur excidium: ſed velut afflati & amentes, & qui neque oculos, neque animam in ſe haberent, ſpernebant omnia, quæ cælitus nũciabantur. Etenim ſtella præfulgens, gladio per omnia ſimilis, imminere deſuper ciuitati, & cometas præterea exicialibus flammis ardere, per totum viſæ ſunt annum. Sed & ante excidij tempus ac belli, cùm populi ad diem feſtum azimorum con-

Nocte lux exorta.

D uenirent, octauo die menſis Xanthici, qui eſt Aprilis, noctis tempore hora nona tantus luminis fulgor, aram, templumque circundedit, vt putarent omnes diem clariſsimum factum, & permanſit ſpacio horæ dimidiæ. Quod imperitis quidem & ignaris proſperum videbatur, ſed legiſperitos, & probos quoſque Doctores non latuit exiciale portentum. In eadem quoque feſtiuitate vitula ſacrificijs admota, & aris aſsiſtens, inter ipſas miniſtrorum manus enixa eſt agnam.

Vitula agnam enixa.

Sed & ianua interioris ædis, quæ reſpiciebat Orientem, cùm eſſet de ere ſolido induta, ac perinde immenſi ponderis, quæ vix viginti viris, ſummo conatu impellentibus clauderetur, ferreis quoque vectibus & feris munita, ac peſſulis in altum demiſsis, teneretur obſtricta, repentè hora noctis ſexta apparuit ſponte patefacta.

Ianua ſua ſponte aperta.

Sed & tranſacto die feſto, poſt aliquot dies, prima & vigeſima die menſis Artemiſij, qui Maius apud nos vocatur, prodigioſus apparuit viſus, & fidem plane excedens. Quod verè falſum putaretur, niſi oculorum fidem confirmaſſet malorum conſequuta pernicies. Etenim propè Solis occaſum, viſi ſunt currus & quadrigæ in omni re

ni re

ni regione per aërem ferri, & armatorum cohortes miſceri nubibus,& vrbes circumdari agminibus improuiſis.In alio item die feſto, qui Penthecoſtes appellatur, noctu ſacerdotis ingreſsi templum ad miniſteria ex more complenda.primo quidem motus quoſdam, ſtrepituſque ſenſerunt,tunc deinde voces ſubitas audiunt,dicentes: Migremus hinc. Additur his etiã aliud terribilius.

Exclamatio hominis plebey Contra Hieruſalẽ

Etenim quidam Ananiæ filius,Ieſus nomine, vir plebeius & ruſticus, ante quartum belli annum, quum ciuitas in pace, & abũdantia perduraret, in die feſto tabernaculorum repentè clamare cœpit: Vox ab Oriente, vox ab Occidente, vox à quatuor ventis, vox ſuper Hieroſolymam, & ſuper templum,vox ſuper ſponſos &ſponſas,vox ſuper populum.Et indeſinenter die noctuque per omnes plateas circumiens,hæc clamabat,vſque quo quidam primores ex populo viri,velut infauſti præſagij indignatione commoti, correptum hominem multis verberibus afficiunt. At ille nequaqnàm pro ſe aliquid loquens, ſed nec eos quidem qui circumſteterant deprecans, eaſdem voces pari obſtinatione & clamore repetebat. Tum principes intelligentes (vt res erat) numinis eſſe motus in viro, perducunt eum ad iudicem Romanum, apud quem flagris ad oſſa vſque laniatus, neque preces, neque lachrymas fudit: ſed eandem vocem miſerabiliter, & cum quodam vlulatu emittens, per ſingula penè verbera proferebat, addens etiam hoc:

Væ væ hieroſolymis.

Væ væ Hieroſolymis. Proſequitur & aliud idem Hiſtoriographus maiore geſtum miraculo, dicens oraculum quoddam in ſacris literis repertum, quod per idem tempus virum deſignaret ex eorum regione proceſſurum, qui totius orbis potiretur imperio. Cuius oraculi præſagium idem Hiſtoriographus Veſpaſianum declarare eſt ſuſpicatus. Sed Veſpaſianus non alijs quam illis ſolis gentibus, quæ Romano imperio videbantur ſubditæ, dominatus eſt. Vnde iuſtiùs ad Chriſtum hæc reſponſa referuntur, ad quem dixerat: pater: Pete à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſsionem tuam terminos terræ: & cuius per idem tempus per Apoſtolos ſuos, in omnem terram exierat ſonus, & in fines orbis terræ verba eorum. Hæc Euſebius Cæſarienſis.

Pſal.2.

Pſal.18.

Quod ſi extra menſuram commentariorum aſcendit calamus donandum mihi eſt: qui nihil in hac lectione deſiderare lectorem intendo. *Et niſi breuiaſſet Dominus dies, non fuiſſet ſalua omnis caro: ſed propter electos, quos elegit, breuiabit dies.* Habes expoſitionem præſentis ſententiæ apud diuum Auguſtinum. Vbi ſupra. Non enim debemus ambigere, quando euerſa eſt Hieruſalem fuiſſe in illo populo electos Dei, qui ex circuncisione crediderant, ſiue fuerant credituri, electi ante mundi conſtitutionem, propter quos breuiabuntur dies illi, vt tollerabilia mala fierent. Nam quidem conuenientiùs intellexiſſe videtur, mala ipſa ſignificata nomine dierum: ſicut dicti ſunt dies mali in alijs ſcripturæ locis. Neque enim dies ipſi mali ſunt, ſed ea, quæ fiunt in eis; ipſæ ergo dictæ ſunt breuiari, vt Deo donante tollerantiam, minus ſentirentur, ac ſi quæ magna eſſent, breuia fierent. Sed ſiue illo modo intelligenda ſit dierum illa breuiatio, ſiue quòd ad paucitatem redigerentur, ſiue quòd curſu Solis celeriori breuientur, non enim deſunt, qui hoc exiſtiment. Sed prior ſententia mihi probatur. Obſeruia quomodo & potentia Chriſti, & longanimitas conſtantiæ apoſtolorum mirificè inter hæc comprobantur: quippe qui temporibus illis prædicabant, quando vel ex hoc tantùm, quòd Iudæi erant, inuiſi habebantur apud omnes gentes, & maximè apud Romanos. Cęſar q; iuſſerat vndique illos exterminandos: neq; aliter fiebant, quàm ſi quis cùm maria vndique inſurgant, cùm tenebris aër obductus ſit, cùm crebro alia ſuper aliam naufragio nauis ſubmergatur, cùm inter ſe nautæ, quæ ſuperſunt, omnes diſsideãt, cùm beluæ è profundo emergant, cùm fulmina iaciantur, piratæ inſidientur, nulla ſit fides inter eos, qui in nauigio ſunt. Tunc inquàm iubeat aliquis, vt maris & nauigandi imperiti gubernaculum teneant, & nauali bello contendant, cumq; claſsis maxima ſimul inſtructiſsima ex aduerſo egrediatur, vnam habentibus nauiculam, & eam, ita vt diximus miſerè apparatam, id aduerſam & maximam claſſem inſurgere iuberet, & eis victoriam pollicitaretur. Nam & à gentibus quaſi Iudæi odio habebãtur apoſtoli & à Iudęis acriter impugnabantur, quaſi legẽ ipſorum ſoluentes. Ita nullibi quieſcere poterant,

Epiſt.80.

Dies breuiari, quid ſit.

Epheſ.5.

Apoſtolorũ conſtantia.

Similitudo Chryſoſt.

NOTA ualde.

terant, cùm vbique præcipitia eſſent. Tūc (ô rem inauditam) Iudæorum innumerabilia millia Romani vicerunt atque ceperūt, & à duodecim viris nudis atque inermibus, ſuperati ſunt. Quæ oratio exponere poterit tanti miraculi magnitudinem. Cúm propheta exclamabo, & à ſermone exclamabo: Quis loquetur potentias domini, auditas faciet omnes laudes eius? Nam ſi Aegyptij Moyſi facienti prodigia, vt lutum ſolummodo ac lateres haberent, non auſcultarunt, quis perſuaſit apoſtolorum diſcipulis, pro quieta voluptuoſaque vita, pericula, effuſionem ſanguinis, quotidianamque mortem eligere? Præſertim cùm alienigenæ capitaleſque hoſtes, qui prædicabant, crederentur? Quòd ſi nullum apoſtoli ædiderunt miraculum ad propagandam fidem inter gentes, hoc maximum portentum eſt, quod ſine miraculis Roma ſuperba imperij magnitudine, & Grçcia arrogās ex literarum & phyloſophiæ Gymnaſio, ad ſimplex idiotæ verbum conuerſi ſunt ad crucifixum Ieſum Chriſtum Deum viuum & verum, relictis patrum ſuorum dijs. *Et tunc ſi quis uobis dixerit, ecce hic eſt Chriſtus, ecce illic, ne credideritis. Exurgent enim pſeudochriſti, & pſeudo prophetæ, & dabunt ſigna & portenta ad ſeducendos, ſi fieri poteſt etiam electos.* Obſerua illud aduerbium temporis, TVNC, quippe quod non præciſe ſignificat tempus obſidionis Hieruſalem: ſed vniuerſum tempus à Chriſti admirabili aſcenſione, vſque ad finem ſæculi: quod inde comprobatur; quia non tantùm apoſtolos præmonebat, ſed in illis vniuerſam prorſus eccleſiam: omne ergo temporis ſpacium comprehendit, cum non vnum tantùm pſeudochriſtum exurgere demonſtrat, ſed plures. *Et dabunt ſigna et portenta.* Expoſita eſt iam litera: ſed adhuc dicam vnum verbum. Non ſolùm prædicit dominus pſeudochriſtos exurrecturos intra eccleſiam, & præcipuè vltimis temporibus, ſed & cum illis Antichriſtis pſeudoprophetas, qui opinionem pſeudochriſtorum confirment, & teſtificentur: quibus omnibus tāta erit cum ſathana familiaritas, quòd ab ipſo induſtriam & artem inuenient, ad prodigia & portenta mirifica demonſtranda, in confirmationem pſeudochriſtorum: portenta inquàm, quæ fieri poſſunt diabolica poteſtate. Quæ miracula ſecundùm veritatem non excedunt facultatem naturalium agentium: niſi pro quanto di mouere poteſt aliqua, & applicare ſubitò actiua paſſiuis, vt & ſubitaneus appareat effectus. Nā relictus diabolus libero ſuo poſſe, qui modò ligat[9] eſt, poterit ſanare ægros, quos incurabiles dicimus, quaſi ſubito, & curare vulnera incurabilia arti & magiſtris peritiſsimis, mouendo quæ intus ſunt in corpore, & vtendo intus ſecretis viribus naturaliū corporum. De quibus multa diximus in ſuperioribus. Fient hæc omnia & alia multa à pſeudochriſtis, & pſeudoprophetis ad ſubuertendos fideles, vt relicta domini Ieſu ſacratiſsima fide ſibi credant, ac ſuo ſubijciantur imperio. Iam dixi, quanta clementia nos ducat ſaluator in prædictione omnium futurorum, ne incautis epiſcopis oues lupus rapiat, & diſpergat & mactet, de quibus in Eſaia dicit: Super muros tuos Hieruſalem conſtitui cuſtodes: tota die & nocte tota nō tacebunt in perpetuum. Qui reminiſcimini domini, ne taceatis, & ne detis ſilentium ei: donec ſtabiliat, & donec ponat Hieruſalem laudem in terra. *Ad ſeducendos, ſi fieri poteſt, etiam electos.* Obſerua quòd prædeſtinatio certiſsimè, & infallibiliter conſequitur ſuum effectum: nec tamen neceſsitatem imponit: vt ſcilicet effectus cum neceſsitate proueniat. Nam cùm prædeſtinatio ſit pars prouidentiæ, & non omnia quæ ſubduntur prouidentiæ, neceſſarias cauſas habeant: ſed aliqua contingentes, aliqua verò neceſſarias, inde eſt, quod in prædeſtinatis, qui liberi arbitrij gaudent facultate, libertas remanet & contingentia: certiſſimè tamen ſaluantur, quicunque prædeſtinati ſunt. Et ſic comprobatur, quod prouidentiæ ordo eſt infallibilis. Sic & ordo prædeſtinationis eſt certus. Neſcio an in ſuperioribus propoſuerim grauiſsimam annotationem ex doctrina apoſtoli Petri pro illa diſtinctione theologorum de ſenſu diuiſo & compoſito: propter quod in præſentiarum illam ſcribā. Inquit apoſtolus: Quapropter fratres magis ſatagite, vt per bona opera certam veſtram vocationem & electionem faciatis: hæc enim facientes, non peccabitis aliquando. In qua ſententia, niſi vti velis diſtinctione ſenſus diuiſi, & compoſiti, grauiſsimè impinges, & implanaberis. Quid eſt, Hæc enim facientes non peccabitis aliquando? In ſenſu compoſito illud debet interpretari, quod

Pſal. 105. — *Miraculū maximum apoſtolorū* — *Miracula pſeudochriſtorū, qualia.* — *Cap. 62.* — *Prædeſtinatio quomodo infallibilis nec ponens neceſsitatem rebus.* — *Diſtinctio ſenſus compoſiti & diuiſi fundata expreſſè in doctrina Petri apoſtoli. 2. epiſt. ca. 1.*

C D

ſcilicet

ſcilicet,iuſtus dum miniſtrat in fide ſua virtutem in virtute ſcientiam, & in ſcientia abſtinentiam,& in abſtinentia patientiam, & in patientia pietatem, & in pietate amorem fraternitatis, & in amore fraternitatis charitatem, quæ omnia propoſuit Apoſtolus, dum ergo hæc facit iuſtus,haud peccat: &,hic eſt ſenſus compoſitus. Quòd ſi in ſenſu diuiſo eſſet interpretanda litera, certè falſa eſſet. Poſt hęc omnia peccare quidem pōteſt iuſtus, & aliquando peccat. Neceſſariò ergo debes vti illa diſtinctione. Neque vim literæ inferes,ſi ſecundum illam interpreteris hunc locum: *Si fieri poteſt etiam electos*. Et hanc: Prædeſtinatus poteſt damnari, aut ſeduci,&c. Sic ſunt exponendæ. De re hac longiorem ſermonem faciam in fine ca. 14. cùm de caſu Petri diſputauerimus, *Vos ergo uidete:ecce prædixi uobis*. Huc tendunt quę ſuperiùs dixit ſaluator: hæc eſt intenta concluſio efficaciter prædemonſtrata in ſuis antecedentibus:ac ſi diceret: Cùm multi pſeudo Chriſti,& pſeudo prophetæ ſurrecturi ſint poſt diſceſſum meum à vobis,qui cöoperante diabolo ſecundum ſuam nequitiā, & virtutem naturalem,ſummis votis curabit ſeducere omnes:& electos quidem:videte ſi oporteat otiari,& in vtrāque aurē dormire,aut curis huius ſæculi abduci. Videte ergo attentiſsimis & perſpicacibus oculis, vt boni & fideles cuſtodes ciuitatis,qui nocte dieque ab alta rupi, omnem viam circumſpiciunt, nunquid aduerſarius & inimicus adueniat: ſtatimque ſigna & vociferationem diffundunt circumquaque. Videte cùm de re magna hoc negocium ſit,& certè de capite:imo de æterna vita res eſt: neque locus ſupereſt excuſationi: ecce omnia prædixi vobis,& cunctis alijs diſcipulis meis,qui per verbum veſtrū credituri ſunt. Paratiſsimos vos eſſe oportet: armaturam Dei omni tēpore corpore,& corde induite, & cōfortamini in dño, & in potentia virtutis eius,vt poſsitis ſtare aduerſus inſidias diaboli. Ecce quomodo facit nouæ vineæ ſuæ, quod olim antiquæ ſynagogæ:vt iure dicat nobis,quod & priſcis illis hominibus. Quid debui facere vineæ meæ,& non feci? Inexcuſabiles illi fuerunt, & quicunq; ſeductus fuerit per pſeudoprophetas:Ecce denudauit faciem Behemoth:ecce oſtendit nobis faciei eius omnes lineas,vt à quouis agnoſci poſsit, non multo negotio. Sed & conſolamini inuicem in verbis iſtis: Non patietur

Concluſio intenta.

Similitudo

Epheſ.6.

Eſai.5.

Inexcuſabilis omnis homo corā Deo.

1.Cor.10

A Deus vos tentari ſupra id quod poteſtis ſuſtinere. Aliàs non eſſet locus iudicio, aut accuſationi,aut ſententiæ,neque vltioni quidem. Iuſta eſſet noſtra reſponſio: Supra vires fuit tentatio:non ergo arguendus ſum, quia ſub onere grauiori, imparique viribus meis ſuccubui. Iure ergo arguitur,etiā quicunque ſub Antichriſto ſeducitur, quia non ſuſtinebit Deus, neque concedet locum diabolo tentandi homines ſupra id, quod ferre poſſunt. Ecce meriti rationem, & coronæ titulum, quia ſuſtinere poſſumus,& cum Dei auxilio ſuſtinuimus. Iam prædixit omnia,neque pro ſingulis generationibus renouandæ ſunt reuelationes. Hāc habes à filio Dei. Vos videte:Ecce prædixi omnia, ſcilicet ad veſtram ſalutem neceſſaria. Imò cum tentatione faciet Deus prouentum,vel exitum. Etiam ſi videatur tentatio vos concludere,opprimereque intra angulum, Deus faciet exitum: cui cura eſt de vobis. Sed vos videte & attendite. *Sed in diebus illis, poſt tribulationem illam ſol contenebrabitur, & luna non dabit ſplendorem ſuum, & ſtellæ cæli erunt decidentes, & uirtutes, quæ in cælis ſunt, mouebuntur*. Ecce proximiora ſigna aduentus glorioſi ad iudicium: de quibus ſolliciti

B diſcipuli interrogarunt magiſtrum. Quod ſignum quando hæc omnia incipiēt conſummari? Magiſter iam proximiora ſigna demonſtrat. In diebus illis, poſt tribulationem illam, quæ in pſeudochriſtis, & præcipuè ſub Antichriſto videbitur, Sol contenebrabitur. Magna quippe tunc futura eſt tribulatio tempore Antichriſti,& tēpore pſeudoprophetarū,inquit Chryſoſt. cùm multi futuri ſunt ſeductores, nec lōgis temporum ſpacijs durabit. Nā ſi bellum aduerſus Iudæos propter electos breuiori tempore fuit diſſolutum, quātò magis propter eos ipſos contrahetur alia tentatio? Propterea non dixit poſt tribulationem,ſed addidit:ſtatim poſt tribulationē,ita ferè omnia peragūtur à pſeudoꝓphetis & pſeudochriſtis perturbantibus,cōfeſtim ipſe aderit. Neque ſine præuijs portentis & prodigiis in terra,& in cęlo:ſed cū maximis vbiq; ſignis,de quibus inquit: Sol *contenebrabitur*. Intendo ad longum ſcribere,quæ de magni die iudicij ſunt prædicta, tū in ſacris prophetis, tū etiā in euangelijs,vel principaliora. Propter quod non tantum conſulam noſtrum Euangeliſtam, ſed & omnes, & præcipuè Matthæum. In primis obſerua ꝙ inuenitur

1.Cor.10

Signa proxima aduē-tus Dei ad iudicium.

Tribulatio tempore Antichriſti non longior.

Mat.24.

Prophetia expreſſi de iudicio antiqua.

C

uenitur antiquior, ſeniórque prophetia, de magno, terribilique iudicio: niſi velis propheticam appellare, quòd in Geneſi ſcriptũ eſt, & ſic erunt antiquiores prophetiæ iſtæ.

Cap.2.

Os nunc ex oſsibus meis: & caro de carne mea: propter dictum apoſtoli ad Epheſios:

Cap.5.g.

Sacramentum hoc magnum eſt: ego autem dico in Chriſto & Eccleſia. Et illud: Ipſum conteret caput tuum. Sed non ita explicita eſt prima prophetia, ſicut quam de iudicio deſcribemus ex beato Enoch, ſicut teſtatur B. Iudas apoſt.

Prophetia Enoch canonica quo modo.

quia licet liber Enoch non extet authenticus, nec dignus fide, illa tamē quæ in ſcriptura canonica habentur, iurè in hunc ordinem referimus, & intra chorum canonicarum ſcripturarum annumerantur, ſicut illud Chriſti: Beatius eſt dare quàm accipere: quod nullibi in ſacris euangelijs inuenitur: ſatis tamen eſt, quod à Paulo teſtificetur.

Act.20.g.

Huius generis iudico illud Matthæi cap. 27. Sicut ſcriptum eſt per Hieremiam prophetam. Et acceperunt triginta argenteos, &c. quamuis in vniuerſo libro Hieremiæ prophetæ non inueniatur, ſed in Zacharia.

NOTA ualde.

Sicut ergo canonica eſt ſcriptura Enoch prophetantis de magno iudicio, quia in teſtimoniũ habet ab apoſtolo Iuda: & illud Actorum beatius, &c. quia teſtificatur à Paulo: Sic & teſtimoniũ inductum à Matthæo ex Hieremia, quamuis ibi non inueniatur, verum eſt teſtimonium, & ab ore Hieremiæ prolatum: de quo ſuo loco. Huius claſſis & ordinis eſt prophetia Enoch: cuius

D

Iudæ cap. unico.

hæc ſunt verba. Ecce venit dominus in ſanctis millibus ſuis facere iudicium cõtra omnes, & arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum, quibus impiè egerunt, & de omnibus duris, quæ locuti ſunt contra eum peccatores impij. Vſque huc ſanctus propheta Enoch.

Iudicij doctrina antiquiſſima.

Vbi primò obſerua, quòd adhuc pueritiam agens mundus ſub ſeptimo ab Adam Enoch, iam dicitur, iam altiſsima voce prædicatur: ecce venit dominus in ſanctis millibus ſuis facere iudicium. Et vtilis iudicatur huiuſmodi comminatio ad infrenandam audaciā peccatorum: cùm certè longè eſſet ab eis horribilis dies hic. Quãtò ergo iuſtiùs nobis prædicat vtriuſque teſtamenti ſcriptura, & præcipuè Dei filius Ieſus Chriſtus, hunc diem,

Ioan.2.

qui in nouiſsima hora ſumus? Nondum primus Chriſti aduentus aderat nondum prædicabatur, imò vix ab Enoch ſciebatur, nõdum quippe edocti erant homines de media plebe illius ſæculi nequam, poſt quod cathachiſmus venit in mundum, de aductu filij Dei explicitè, pro reparatione generis humani, & iam prædicabatur ſecundus aduentus eius ad iudicium, & nobilis prædicator huius magni, veridicique euangelij transfertur in paradiſum, ſicut teſtatur ſapientiſsimus Eccleſiaſticus: ibique vſque

Cap.44.

ad tempus iſtud, quod deſcribimus, reſeruatur. Et dogma hoc ſacrum, omnique acceptione digniſsimum, in aduerbio demonſtratiuo traditur. Ecce (inquit ſanctus Enoch) venit dominus in ſanctis millibus ſuis: quod quidem demõſtrare videtur, quæ circa nos ſunt: Sic docet vniuerſa ſcriptura iudicij diem. Habacuc inquit: Viſus eſt pro

Cap.2.

cul, & apparebit in finem, ſi moram fecerit, expecta eum, quia veniens veniet, & non tardabit. Et Paulus ad Hebræos: Adhuc

Cap.10.

modicum aliquantulumque, & qui venturus eſt, veniet, & non tardabit.

NOTA ual.e.

Non tardat etiam, ſi per mille generationes dominus ad dexteram patris permaneat: cùm quæcunque in die hac definita fuerint, in perpetuas æternitates fixa, ſtabilia, immobiliaq; permanebunt. Ite maledicti in ignem ęternum. Venite benedicti patris mei, poſsidete regnum, &c.

Matt.25.

Et qui non attingit ſcopum & vim huius conſiderationis: ſed dicit in corde ſuo: Moram facit dominus meus, iam de illo Habacuc prophetauit: qui incredulus eſt, non erit recta anima eius in ſemetipſo.

Cap.12.

De quo ſanctus Lucas, cùm deſcribit hominem, qui dicebat in corde ſuo huiuſmodi verbum: Quòd ſi dixerit ſeruus ille in corde ſuo: Moram facit dominus meus venire, & cœperit percutere ſeruos & ancillas, & edere, & bibere, & inebriari: veniet dominus ſerui illius in die, qua non ſperat, & hora, qua neſcit, & diuidet eum, partemque eius cum hypocratis ponet.

Iudicij obliuio multorum malorũ origo

Vides, quanta ſcaturiant mala, ab teterrimo hoc fonte cordis iniqui, quod ſibi loquitur: Dominus meus moram facit? Enoch autem exiſtens ſeptimus ab Adam: Ecce inquit, quaſi digito demonſtrans tremendum tribunal æterni Dei, venientis cum poteſtate magna, & maieſtate, de qua Enoch: In ſanctis millibus ſuis. De quibus ſanctus propheta Ioel: Dominus dedit vocem ſuam

Cap.2.

ante faciem exercitus ſui, quia multa ſunt nimis caſtra eius, quia fortia & facientia verbum eius. Vnus angelus exercitus

Eſai.37.

Domini miſſus ad faciendum vindictam

contra

contra blaſphemiam Senacherib, interfe- A
cit de caſtris Aſyriorum centum octogin-
ta quinque millia. Quomodo ergo effu-
gient caſtra Dei inimici eius, cùm ſint mul-
ta nimis, fortia, facientiaque verbum ſuum?
Iure in exordio capituli ſanctus Ioel in-
quit: Canite tuba in Siō, vlulate in vniuer
ſo monte ſancto meo: conturbentur omnes
habitatores terræ. Quare? Quia venit dies
domini, quia propè eſt dies tenebrarum,
NOTA dies nubis & turbinis. De quo tempore
valde. conſidera, quid ſcriptum ſit apud Diuum
Cap. 17. Lucam: Venient dies, quando deſideretis
vnum diem filij hominis, & non vide-
bitis, ſcilicet ad pœnitentiam. Pondus ha-
bet verbum illud. Quæretis diem vnum fi-
lij hominis: vos qui modo mille dies filij
hominis, qui in multa patientia vos addu-
cit ad pœnitentiam, & tempus acceptabi-
le, diemque ſalutis nihili facitis, quæretis
inquàm vnum diem huic ſimilem, neque
concedetur vobis, & iuſtè quidem. Veniet
Cap. 2. inquit Enoch, dominus: & Ioel, ante fa-
ciem eius ignis vorans, & poſt eum exu-
Pſal. 96. rens flamma. Et Dauid: Ignis ante ipſum
præcedet: inflammabit in circuitu om- B
Iudicii ar- nes inimicos ſuos. Arguere omnes im-
gumenta, pios de omnibus operibus impietatis eo-
quæ domi- rum. Verbum illud arguere duo dicit, con
nus faciet uincere, capereque argumento inſolubili,
inſolubilia & exprobrare, confunderèque. Primum
Matt. 22. deſcripſit ſaluator in homine illo, qui diſ-
cubuit ad menſam nuptiarum in veſtitu in
decoro, pannoſoque. Cui dominus: Ami-
ce quomodo huc intraſti, non habens ve-
ſtem nuptialem? Ecce argumentum inſolu
bile: propter quod obmutuit. Neſciuit,
neque potuit ſoluere argumentum. Quis
reſpondebit, cùm arguerit dominus, po-
ſuerit, ſtatueritque contra facies noſtras,
quæcunque impiè egimus? De quo ſic le-
Cap. 7. gis in Ezechiele: Non parcet oculus meus,
nec miſerebor: ſed vias tuas imponam ti-
bi, & abominationes tuæ in medio tui e-
runt, & ſcietis quia ego ſum dominus per-
cutiens: Vos, ſcilicet, qui noluiſtis ſcire,
Hier. 2. quòd ego ſim dominus, ſanans contritos
corde. Altera ſignificatio illius verbi, ar-
guere, eſt exprobare, confundereq́;. Quo-
modo confunditur adultera, quando cum
alio, vir ſuus inuenit eam: ſic confunden-
tur omnes peccatores, ſuper quorum capi-
ta ponet Deus omnes abominationes eo-
Pſal. 46. rum. Et in propheta de his omnibus ſic le-
A gis. Tu odiſti diſciplinam, & proieciſti
ſermones meós retrorſum. Si videbas fu-
rem, currebas cum eo, & cum adulteris
portionem tuam ponebas. Currebas, ne
fugeret præda: vt faciliùs caperes, expo-
liareſque viatorem. Os tuum abundauit
malitia, & lingua tua concinnabat dolos.
Sedens aduerſus fratrem tuum loquebaris:
ſedens, quia dehoneſtare vndique inten-
debas fratrem tuum, & aduerſum filium
matris tuæ ponebas ſcandalum. Hæc feci-
ſti & tacui. Et quia tacui diſsimulans pec-
cata tua propter pœnitentiam, exiſtima-
ſti inique, quòd ero tui ſimilis. Imò ar-
guam te, & ſtatuam contra faciem tuam.
Intelligite hæc, qui obliuiſcimini Domi-
num. Ad intelligentiam ducit huiuſmodi
genus hominum peſsimum: quod & Moy-
ſes ardenti voto deſiderabat huic etiam po-
pulo. Vtinam ſaperent & intelligerent: ac
nouiſsima prouiderent. Ioel verò poſt *In cantico.*
hanc intelligentiam, poſt conſiderationem *Iudicij con*
horribilis iudicij, intulit ſuam concluſio- *ſideratio*
nem. Nunc ergo dicit Dominus: Conuer- *docet tan-*
timini ad me, in toto corde veſtro, in ie- *quàm pri-*
B iunio, fletu & planctu: ſcindite corda ve- *mam cōclu*
ſtra. Quòd ſi prædixi vobis, quàm ma- *ſionem pœ*
gnus eſt dominus, & horribilis ira furoris *nitentiam.*
eius, huc inducebam vtiliter concuſſa
corda veſtra ex timore domini: ad quem
ſecurè accedite in toto corde conuerſi,
quia benignus & miſericors eſt, & pa-
tiens, & multæ miſericordiæ, & præſta-
bilis ſuper malitia. Quid eſt præſtabi-
lis? id eſt, pœnitens ſuper malitijs ho-
minum. Et ne forſitan magnitudo cle-
mentiæ nos faceret negligentes, iungit
ex perſona prophetæ Dominus, & di-
cit: Quis ſcit, ſi conuertatur, & ignoſ-
cat, & relinquat poſt ſe benedictonem?
Ego (inquit) hortor, quod meum eſt,
ad pœnitentiam, & Deum ineffabiliter
noui eſſe clementem: ſed quia profundum
diuitiarum, & ſapientiæ, & ſcientię Dei noſ
ſe non poſſumus, ſentētiam tempero, & op
to potiùs quàm præſumo dicens, quis ſcit ſi
cōuertatur, & ignoſcat? Quod ait: Quis? aut
impoſsibile, aut difficile ſentiendū eſt. Hęc
Hieronymus. Propter hoc dixit vtiliſsimè *Eccleſ. 5.*
Eccleſiaſticus: De propitiatu peccatorum *Miſericor*
noli eſſe ſine metu. Habes formam prædi- *dia domini*
candi vtiliter miſericordias domini, indu- *quomodo*
cens ſtatim ad timorē eius, cùm inueſtiga- *prædicāda.*
biles ſint diuitiæ, ſapientiæ, & ſcientiæ cor-

Iudiciũ quo modo prædicandum. dis diuini. Habes etiam regulam docẽdi ac C
diſputandi de magno iudicio, trahe ſtatim
ſermonem ad pœnitentiam: cùm vtiliter
concutiantur corda peccatorum ex timoris
dñi conſideratione. Veniet ergo dñs argue-
re omnes impios, & omnes duri cordis. Cor
Eccli. 3. autem durum malè habebit in nouiſsimo.
Ecce quæ prædixit ac prædicabat Henoch
à mundi origine. Neque æquo animo pa-
tiar, ſi quis ſermonem hunc ad diluuium
traxerit: in quo perierunt omnes duri & im
pij cordis. Cùm Henoch, aduentum hunc
in ſanctis millibus domini deſcribat: & ad
arguendum omnes peccatores: & nullũ ho-
rum in diluuio accidit. Præcipuè quod ca-
Cap. 7. pite ſequenti texitur materia, iuſque demõ
ſtratur pro inducendo catachyſmo, inquit
ſcriptura: Cumque cæpiſſent homines mul
tiplicari ſuper terram: & filias procreaſſent,
&c. habuitque myſterium conſilij ſui cum
Noë, in quo intendebat conſeruare homi-
num genus. Cuius pater Lamech cùm ip-
ſum genuiſſet, natuſq; eſſet, appellauit no-
men eius Noë dicens: iſte conſolabitur nos
ab operibus & laboribus manuum noſtra-
rum in terra. Tantum exponam tibi verbũ
vnum. Iſte (inquit Lamech) conſolabitur D
Chryſoſt. homil. 21. in 5. cap. Geneſ. nos, id eſt, dabit requiem. Noë: Apud nos,
ſi quis interpretetur nomen hoc, quietẽ di-
cit. Quietem autem vocat generalem illum
interitum, poſt multos annos futurũ. Quo-
Labor peccati & malitiæ. niam valde magnus labor eſt malitiæ. Abo
litionem & ſublationem per diluuiũ, quie-
tem vocat. Elegibilior eſt mors, quam pec-
NOTA *ualde.* catum, vtiliterque viro impio conſulitur in
morte, ne ſibi detur locus amplius peccan-
di. Quia melius eſt mori, & etiã ad tartarum
& ad flammas deſcendere, quàm adhuc pec
care, & deinde grauioribus criminibus ab
ſorberi à gehenna. Ideò optimè dicit: da-
bit requiem: quia inter non amplius pecca-
re, & adhuc peccare, & tandem damnari, eli
gibile eſt mori, & requies eſt, quàm am-
plius peccare ſine pœnitentia. Audi illã vo
cem ſacro ore prolatam. Melius eſt mihi
abſque opere incidere in manus veſtras,
id eſt, mori, quàm peccare in conſpectu
domini. Magiſtra huius viæ, & ſublimis
Cap. 12. philoſophiæ, eſt ſacra Suſanna apud Danie
lem. In nomine quod filio à Lamech impo
ſitum fuit, cæpit dominus Deus prædicere
Gen. 7. b. diluuium ante annum ſexcenteſimum. Tot
Lege Hiero. in Dan. cap. 9. & nanque annos expleuerat Noë, cùm venit
diluuium ſuper terram. Apertius tamen il-

C lud prædixit in verbo iſto: Eruntque dies *Theod. q. 47. in Gen*
illius centum viginti annorum. Non ergo
mireris, ſi ab origine mundi prædicatio iu- Gen. 6.
dicij trahit principium: cùm ibi cunctorũ
hominum opera, aut præmium ſuſcipient,
aut ſupplicium æternum ſine reditu & ſpe:
ſicut in Noë conſeruatum fuit genus huma
num. Non mireris dilecte, inquit Chryſo- *Chryſoſt. Hom. 21. in Gene.*
ſtomus. Vide longanimitatem domini fa-
cientis ante tantum tempus vaticinium præ
cedere, vt & ſuam oſtenderet miſericordiã,
& omni priuaret defenſione eos, qui pœnæ
futuræ erant obnoxij. Propter hæc ab exor
dio creaturæ, quam condidit Deus, clamat
in auribus hominum, & docet diem vlti-
mum, in quo iudicabuntur & arguentur
omnes peccatores. Talis eſt dominus no- *Iudicij cõminatio ad emendationem ordinatur.*
ſter, minatur ſæpè, non vt opere compleat
minas: ſed vt correctis nobis minas, non ad
opus perducat. Alioquin ſi punire vellet,
cur prædiceret? Sed quia nõ vult, ſemper cũ
ctatur, & moram nectit, & differt, & prædi
cit, occaſionem reis præſtans, vt fugiendo
malitiam, & apprehendendo virtutem, pœ
nas non experiantur. Obſerua quod terribi
liora, quanto ſunt proximiora, tanto &
D valentiora ad ingerendum timorem. Inter
omnia terribiliſsimum eſt iudicium. Pro-
pter hoc timeo, quod ſimus nos genus il- Cap. 17.
lud hominum, quod apud Lucam deſcribit
ſaluator, cùm neque trahamur promiſsis,
neque flagellis flectamur. Quid inquit do-
minus? ſicut factum eſt in diebus Noë, ita
erit & in diebus filij hominis. Edebant &
bibebant, vxores ducebant, & dabantur
ad nuptias vſque in diem, qua intrauit
Noë in arcam, & venit diluuium, & per-
didit omnes. Similiter ſicut factum eſt in
diebus Loth, edebant, & bibebant, eme-
bant & vendebant, plantabant & ædifi-
cabant: qua die autem exijt Loth à Sodo
mis, pluit ignem & ſulphur de cælo, &
omnes perdidit: ſecundũ hæc erit, qua die
reuelabitur filius hominis. Vſque ad diem,
qua intrauit Noë in arcam, indurati ſunt: vſ
que ad diem, qua egreſſus eſt Lot de Sodo-
mis protraxerunt peccatum peſsimũ, & in-
duxit ſuper illos Deus diluuiũ, & ſuper hos
ignem & ſulphur. Nolite ergo obdurare
corda veſtra. Obſerua quod non damnat
dñs nuptias, vel domorum ædificationem,
vel arborum plantationem: cùm hæc om-
nia ad conſeruationem generis humani ſint
vtilia & neceſſaria (abſit vt velim⁹ nuptia-
rum

Sicut placet Sancto Thomæ. 4.S.d. 26 q 2 art. a. Soto ibi. q. 1. ar. a. Augu. lib. de bono cõiugali aliter docet, extinctũ. ſ. fuiſſe illud præceptũ nuptiarum quod olim uiuebat, ita ut neq; ſinguli neque oẽs teneantur ad contrahendum matrimoniũ. Et S. Bonauent. d. 26. q. 3. ar. 1. tenet quod ceſſauerit neceſſitate multiplicãdi humani generis, ceſſauit & illud præceptum. Sic Alp. à Caſtr. uerbo uirginitas.

rum neceſsitatem inducere ſingulis perſonis reip. Poteſt enim vnuſquiſq; ſingulatim caſtitatem vouere etiam ſi præceptum matrimonij perduret, vſq; in finem ſæculi ſub eodem tenore & vigore. Sed cum apoſtolica ſentẽtia docetur quomodo ſingulis horũ, & omnibus ſimul vti debeamus. Quid inquit apoſtolus. Tempus breue eſt. Reliquũ eſt, vt qui habent vxores, tanquam non habentes ſint, & qui emunt tanquã non poſsidentes, & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur. Tanquam non habentes vxores ſint, quia ſic ſtudeant placere coniugi, vt tamen non diſpliceant conditori: & ſic per illam carnali conſolatione vir vtatur, vt tamen nunquam ad praua opera, eius amore flectatur. Vxorem quaſi nõ habet, qui hæc tranſitoria eſſe conſpiciens, curam carnis ex neceſsitate tollerat, ſed æterna gaudia ex deſiderio ſpiritus ſpectat. Emit autem ille, ſed quaſi nõ poſsidet, qui ad vſum terrena præparat, & tamen cogitatione alta pręuidet, ꝙ citiꝰ hęc relinquat. Mũdo quoq; vtitur, ſed quaſi non vtatur, qui & neceſſaria cuncta exteriùs ad vitæ ſuę miniſterium redigit, & tamen hæc non ſinit ſuæ menti dominari, vt B ſubiecta foris ſeruiant, & nunquam intentionem animi, ad alia tendentis frangãt. Sic Anſelmus. Qui huiuſmodi ſunt, haud arguẽtur in die iudicij: antequem ſigna multa & terribilia deſcribit dominus euentura. *Sol cõtenebrabitur.* Non quidem per interpoſitionem lunæ, ſicut in eclipſi fieri conſueuit: ſed miraculoſa obſcuritate, quomodo Deus nouit ſe facturum. Nigreſcere faciam ſtellas: ſolem nube tegam, & luna non dabit lumẽ ſuũ. Omnia luminaria cæli mouere faciã ſuper te. Et Eſaias. c. 13. ſtellæ cęli & ſplẽdor earum non expandent lumen ſuum: obtenebratus eſt ſol in orto ſuo, & luna non ſplendebit in lumine ſuo. Et viſitabo ſuper orbis mala, & contra impios iniquitatem eorum.

Cap. 2.

Et in Ioele ſic legis: A facie eius contremuit terra, moti ſunt cæli: ſol & luna obtenebrati ſunt, & ſtellæ retraxerunt ſplendorẽ ſuũ. Et dominus dedit vocem ſuam ante faciem exercitus ſui, quia multa ſunt nimis caſtra eius, &c. Magnus dies domini & horribilis valde, quis ſtabit ad videndum eum? Quis ſubſtinebit? Iure in exordio illius ſecundi cap. Ioel dicebat. Canite tuba in Sion, vllulate in monte ſancto meo, conturbẽtur omnes habitatores terræ. Quia venit dies domini, quia propè eſt dies tenebrarum & caligi-A nis, dies nubis & turbinis.

Tenebræ ante iudicium.

Vides quomodo vtrunq; teſtamentum deſcribit tenebras ante aduẽtum iudicis? Neque vulgare aut facilè ſanabile iudices flagellum iſtud, cum etiã in illo percuſſerit dominus duriſsimũ Pharaonem. Expandit Moyſes manum in cælum, & factæ ſunt tenebrę horribiles in vniuerſa terra Aegypti tribus diebus. Nemo vidit fratrem ſuum, nec mouit ſe de loco in quo erat. Magnus ergo horror & timor erit ſuper faciem vniuerſæ terræ, neq; veris Iſraelitis lux aderit fouens & delitians illos, ſicut olim Iudæis affuit ſplendida facies ſolis vbiquunq; habitabant. Iam nunc longè aliter diſponit manus & prouidentia altiſsimi rem & negotium, ſed cum iniquis, iuſti, & recti corde inuoluuntur tenebris, & ſub teterrima caligine. Vnde impij agnoſcent facili negotio quam durè cum illis agendũ ſit. ſecundùm illud apoſtoli Petri: ſi iudiciũ à domo Dei incipit, qualis eſt furor & indignatio, quæ in corde domini accenſa eſt aduerſus omnes iniquos? cum charos filios, qui ad regni ſolium ordinati ſunt, ſic affligit? Propter decem iuſtos repromiſit dominus Abrahæ veniam peſsimis illis ciuitatiB bus Sodomorum: & cum tot millia iuſtorũ paſsim futuri ſunt ſuper orbem, etiam ipſi cum iniquis luent pœnas. Quòd ſi lux ſolis aut ſtellarum eis denegatur, quæ Iudæis cõceſſa fuit in Aegypto: lux cordis illis adeſt, neque cum Pharaone demergentur in mare: quinimò inter tot mala, neque capillus capitis illorum peribit, & ſicco veſtigio mare tranſibunt: quibus dominus dicit: Reſpicite & leuate capita veſtra, quia appropinquat redemptio veſtra: malis autem & iniquis appropinquat certiſsima reprobatio. Et in his omnibus nõ eſt auerſus furor eius, ſed adhuc manus eius extenta. *Et ſtellæ cæli erunt decidentes.* Erunt decidentes; ſicut prædixit Ioel: & ſtellæ retraxerunt ſplendorẽ ſuum, & ſic videbuntur decidere de cælo, ac ſi non eſſent, ac ſi in terram cecidiſſent, ſic non reſplendebunt: propter quod hominũ opinione & extimatione videbuntur cecidiſſe. Nullum ergo lumen erit in vniuerſo orbe: ſed ſicut à principio, antequã lux creata fuiſſet, tenebræ erant ſuper faciem abyſsi, ſic vniuerſus orbis illo tempore, in tenebris erit. Qualis tunc luctus? Qualis timor? Quãtus pauor? Quanta mæſtitia & mœror? O noſtram duritiam? O noſtram incredulitatem. Nunquid non ſunt vera hæc? Nunquid

Exod. 10.
Exod. 10.
1. Pet. 4.
Geneſ. 18.
Exod. 10.
Luce. 21.

Stellas decidere de cælo, quid ſignificet.

Geneſ. 1.

nou à Deo reuelata? Nunquid non appro- C
ximant? Nunquid non dies illa erit vltima,
Lucæ. 17. nec dabitur vnus dies filij hominis ad pœ-
Hierem. 3 nitentiam? Conuertimini filij reuertentes,
& ſanabo contritiones veſtras, & non erit
vobis iniquitas in ruinam. Ecce mille dies
Hebr. 10. filij hominis acceptabiles, & pleni ſalutis, ac
cedamus ergo cum fiducia ad thronum gra
tiæ eius, vt inueniamus auxiliũ in hoc tẽpo
re opportuno: Quid moraris o homo cæce,
pauper, miſer, & miſerabilis? Vide vbi nunc
proſtrat⁹ ſis, ablue peccata tua inuocato no
Matth. 4. mine Ieſu. Quis demonſtrabit vobis fugere
à ventura ira? Facite fructus dignos pœnitẽ-
tiæ. Vbi tunc locus excuſationi? Arguere
venit Deus omnes impios, & duros, rebel-
Prou. 2. leſque. Dexpexiſtis omne conſilium meũ,
& increpationes meas neglexiſtis; ego quo-
que in interitu veſtro ridebo, & ſubſanna-
Cap. 21. bo vos. Poſt illa ſigna cælorum deſcribit B.
Lucas teterrimum lutum, & portenta quæ
apparebunt in terra. Et in terris præſſura gẽ
tium præ confuſione ſonitus maris & flu-
ctuum, areſcentibus hominibus præ timore
& expectatione, quæ superuenient vniuer-
ſo orbi: & ſtatim cum Marco inquit. *Et vir-* D
tutes quæ in cælo ſunt mouebuntur. Exponendus
Iudicij tem eſt Lucas, ac deinde quæ in Marco ſcripta
pore preſ- ſunt. Et in terris preſſura gentium. id eſt,
ſura gentiũ coarctatio omnium viuentium, quaſi me-
Similitudo tu exterriti confluãt ad vnum locum, quę-
rentes refugium: quò cum preuenerint ne-
ceſſe eſt coarctentur & fiat preſſura. Hinc
apparet hanc preſſuram ortum habere, quia
perplexi præ terribili ſonitu maris, neſcient
conſilium capere, neſciet homo ſibi aut alte
ri conſulere quid oporteat agere: ſicq; fiet
preſſura gentium. Ex quo colligitur quòd
talis ac tam horribilis erit ſonitus maris &
fluctuũ eius, quòd homines præ nimia per-
plexitate coarctabunt ſe, neſcientes finem,
ſeu euentum tantæ & tam inauditæ noui-
tatis. Ancipites ergo facti neſcient, & ti-
mebunt timore horribili: neſcient inquam
exitum negotij & finem. Neque in his eſt
auerſus furor domini, ſed adhuc manus
eius extenta, vt inimici vehementius tur-
bentur. Bene in doctrinam noſtram di-
Cap. 21. xit ſanctus Iob: Semper Deum quaſi tu-
mentes ſuper me fluctus timui: nec ferre
Similitudo potui pondus eius. Qui fieri poteſt vt
imbellicis, remigioque deſtituta nauicula,
ferat tumentes fluctus inſtar montium ſu-

C per ſe? Neque tibi facile erit: Audi. *A re-*
ſcentibus hominibus. Intùs pauor, foris gla-
dius in manu domini, hinc ſpiritus fit tri-
ſtis, ac diſſecat oſſa: iam areſient homines:
ſicque exanimes facti, & in plateis & in
agris, & in domibus paſsim cadent mor-
tui. Hęc cõtingent *præ timore & expectatione*.
Timor de malo futuro eſt. Arguent pruden
ter ex vngue leonem. Intelligẽt qualia futu
ra ſunt mala, quæ hoſce habẽt nuntios & ini
tia. Per crebra enim mala quæ tunc patien-
tur, facilè indicabunt de perpetuis & æter-
nis, que ſubſequentur. Quia ergo omnia cõ-
ſumanda ſunt, ante finem omnia pertur-
bantur, vt qui in cunctis deliquimus in cun
ctis feriamur etiam: vt impleatur quod ſcri-
ptum eſt: Pugnabit pro eo orbis terrarum *Sapien. 5.*
contra inſenſatos, Accipiet armaturum ze-
lus illius. Obſerua quòd armatura, omnia
arma continet: non gladium tantùm, non
loricam ſolum, aut thoracem, ſed omnia ſi-
mul: & hanc armaturam accipiet altiſsimus
de manu zeli ſui. Non recordaris quomo- *Pſalm. 68*
do Saluator aliquando, ſicut ſcriptum erat, *Matth. 21*
zelus domus tuæ comedit me, facto flagel-
D lo de funiculis, eiecit de templo ingentem
illam mercatorum auarorum multitudinẽ?
Hic zelus ardens pro gloria ſui nominis ad-
uerſus omnes peccatores miniſtrabit vires
& arma, non flagellum ex funiculis factum *Iudicij tem*
ſed thoracem iuſtitiæ. In quo declaratur ꝙ *pore null⁹*
certè nullus locus tunc erit miſericordiæ, *locus miſe*
cùm oẽs ſecundùm opera ſua iudicabuntur *ricordiæ*
prout vnuſquiſq; geſsit in corpore. Nullus *patebit.*
ergo preces exaudibiles, imò neq; vllę erũt *2. Cor. 5.*
preces, neq; ſanctorũ, neq; virginis matris.
Quis tũc orationes offeret, cũ ipſe qui eſt ad
uocatus noſter ad patrẽ, iudex fortis & iu-
ſt⁹ apparebit? Vbi obſecro omniũ ſanctorũ
preces nũc innitũtur? In quo ſunt nũc exau
dibiles? In Chriſto. In ſanguine Chriſti. Cũ
ergo ſanguis eius exquiritur, quẽ pollutũ du *Hebr. 10.*
xerũt: qua in illo ſanctificati fuerũt, vel cõſe
crari potuerũt, quomodo tũc clamabit pro
nobis? Quod ſi ſanguinis Chriſti tunc ta-
cebit, imò; vt leo rugiens, vindictam requi-
ret ab inimicis ſuis, quomodo clamabit
vel ipſa ſancta Dei genitrix? In hoc dilu- *Pſal. 31.*
uio aquarum multarum, id eſt, tribulatio-
num, ad eum non approximabunt. Clama-
bunt certè: deſcendant omnes impij pecca- *Iudicij tem*
tores in infernũ. Iuſtitia tunc regnabit, quæ *pore iuſti-*
miſericordiæ abinitio creaturæ ceſsit. Iuſti *tia regna-*
tia tunc

bit & iudex deſcribitur ex ſuis armis.

tia tunc exaltabit ſolium ſuum, facietque vindictam, & increpationem in populis. O qualis tunc erit huiuſmodi increpatio? Quã dura? Quàm terribilis, quanto & quàm horribili tumore concutiet oſſa ſuperborum, qui aduerſus Deum extento collo deambulant? Vbi tunc caput ſuperbiæ? Vbi tunc rex? Vbi tyrannus? Vbi ſponſa delicians? vbi diuitiæ? Vbi ſuperbum palacium? Vbi tunc literatus? Vbi ſcriba? Vbi tunc in conſpectu iudicis habentis iniuſtitiã pro thorace, auarus? Vbi luxurioſus? Vbi aurũ?

Ezechi. 7.

Vbi argentum? Vbi lapides precioſi in cõmutationem pro anima ſua? Argentum eorum foras proijcietur, aurum eorum in ſterquilinium erit. Argentum eorum & aurum eorum non valebit liberare eos in die furoris domini? Quare? Quia filius hominis

Matth. 16

venturus eſt in gloria Patris ſui. Optimè ergo dixit. Quam dabit homo commutationem pro anima ſua? quaſi dicat: Nullam: quæ digna ſit, quæ in conſpectu iudicis, vt ſtercus terræ non deſpiciatur; quum ipſe veniat in gloria Patris ſui, & ſit regula iuſtitiæ à qua nec prece nec precio flecti poteſt. Ecce thoracem iudicij Christi, Iuſtitiam. Galea autem qualis erit? Iudicium certum. Galea ſummi Imperatoris Chriſti venientis ad iudicium, erit iudiciũ certum: non erit quod aliquis vertat in dubium impugnans æquitatem iudicij, cùm omnium hominum opera futura ſint nuda & aperta in oculis angelorum & hominum. Omnes aſtabimus ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſq; prout geſſit ſiue bonum ſiue malum. Et dies illa reuelationis & iuſti iudicij manifeſtabit ſecreta cordium. Sumet ſcutum inexpugnabile. Quod erit illud? Neque vniuerſus infernus, neque totus orbis expugnabit illud? Minimè. Quare? Quia ſcutum quod manu tenebit iudex omnipotẽs ęquitas eſt. Sumet ſcutum inexpugnabile, æquitatem. Aequum & iuſtum futurum eſt quicquid ibi factum fuerit. Quomodo æquitatem in conſpectu domini tunc aliquis expugnabit. Expugnabas ò potens, & diues, æquitatem in iudicio aduerſus pupillum & viduam in terra: tunc autem inexpunabile erit ſcutum iudicis Chriſti. Audi duriora: Audi & cõſidera terribiliora. Torax, ſcutũ, & galea in armatura nobilis ducis, illius cuſtodiræ deſeruiunt, aduerſus inimicum. Sed lancea contra illum erigitur ad vulnus, ad ſanguinem, ad deniquè mortem. Accuet au-

Iudicij thorax iuſtitia. Galea.

2. Cor. 5.

Scutum.

A tem diram iram in lanceam. Non eſt in cõſpectu Dei vbi poſsit acuere irã ſuã. Suaue & blandum & molle eſt cor diuinum. Cum autem audis acuet diram iram ſuam, lapideum cor tuum intellige: in quo acuitur lancea iræ Dei. Supra impœnitens cor noſtrũ, ſupra lapideum cor noſtrum & adamantinum, quod neq; ſuper infuſo ſanguine Chriſti, mollificatum eſt; acuet dominus lanceã iræ ſuæ? In nobis inueniuntur vindictæ ratio & materia. Quis ergo tunc auertet manus illius? Ipſe decreuit ponere in ſolitudinem omnem terram, quis poterit voluntati eius reſiſtere. Quis infirmabit conſilium & beneplacitum illius? Ira ergo dura, accutiſsimaq; ſeruiet pro lancea domino omnipotenti, in qua omnia viſcera iniquorũ transfiget. Hæc eſt armatura & potentia venientis iudicis, qui vel ſolo fremitu ſuo calcat & obſtupefacit omnes gentes, & perdit vniuerſam terrã, qui ſolo nutu in nihilum deducit pulchritudinem cælorum. Adhuc autem miniſtros accipit ad maieſtatis oſtenſionem, nõ in adiutorium aduerſus inimicum armatum. De quo ſtatim: Pugnabit pro illo orbis terrarũ contra inſenſatos; neque inermis erit orbis

Iudicis lancea.

Iudicij ultioniſq; ratio in peccatorib⁹ inuenitur.

Sapien. 5.

B terrarum. Sed quid dicit ſcriptura? Armabit creaturam ad vltionem inimicorum. Quid eſt armabit? Vires, induſtriam, vim & fortitudinem, adminiſtrabit igni, tenebris, fulminibus, grandini, mari, & fremitui eius, vt impugnet omnes inimicos Dei ſui. Hinc iam tempeſtas violenta, hinc maris horribilis ſonitus, gentium preſſura & mentis ſtupor: hinc ſolis luctus, & lunæ denſiſsimæ tenebræ, & ſtellarum. Omnia hæc ad vltionem inimicorum. Et pugnabit cum illo orbis terrarum. Tanquã dux huius magni, ſtrenuiq; exercitus ipſe altiſsimus: vt milites, vniuerſus chorus creaturarum: & heu, dato ſigno ad bellum, quis noſtrum ſuſtinebit? Ibũt directę emiſsiones fulgurũ. Non caſu ad agrũ, vel turrim altam petent, ſed directè contra inimicos, ad eorũ amariſsimam duriſsimãq; mortem. Vnde ſcriptũ eſt: ſuper ipſos in cælis tonabit: dominũ formidabũt aduerſarij eius. Tonabit certè præ nimio fragore tonitruorũ. Statimq; ibũt emiſsiones fulgurum directè & determinatè. Et iterũ dicit ſcriptura: Ego ſtridebo ſubter vos, Sicut ſtridet plauſtrum onuſtum fœno, & peribit fuga à veloce. Obſerua qualis hic horror erit. De cęlis tonabit dominus violẽtibus tonitruis, & fulgoribus accutiſsimis: terram ſtridebit

Iudicij tẽpore quomodo armabit Deus creaturam

1. Reg. 2.

Iudicij terror vehementiſsimus.

Amos. 2.

in terro

in terremotibus aſsiduis. Quò tunc confu-
giet pauens & tremēs caro? Vbi refugiū in-
ueniet declarat⁹ inimicus? Traditio eſſet vel
in inferno cuſtodiri inimicum altiſsimi. Et
quidem tanquam à curuato arcu nubium
fulgura exterminabuntur, & in certum lo-
Similitudo. cum decurrent. Quātò plus arcus curuatur,
tanto acriùs infigit ſagittam. In quo ſignifi-
catur quòd punitio impiorum erit grauiſsi-
ma. Sequitur: Et ad eremum perducet om-
nem terram iniquitas illorum, & malignitas
euertet ſedes potentium. Iuſti autem in per-
petuum viuent: & apud dominum eſt mer-
ces eorum, &c. Obſerua quomodo ferè om-
nia mala deſcripta ſunt præſenti capituloq;
ſed & mercedem ſanctorū elegantibus ver-
bis decantat propheta. Accipient regnum
decoris, & diadema ſpeciei de manu domi-
ni, &c. Cùm ergo hæc ſint præludia & ini-
tia magni iudicij & dolorum: nunquid vanè
ſanctus propheta Ioel dicebat: Canite tuba
in Syon, vlulate in vniuerſo monte ſancto
meo? Nunquid ocioſe dixit, Quia propè eſt
Prædicato- dies tenebrarum? Prædicatores ergo eccle-
ris officiū. ſiaſticos docuit quomodo ad gemitus & vl-
lulatum, ad cinerem & cilicium, & cingulū
ſacci vocare debeant populum inſenſatum
& ſtultum: quomodo etiam docere debeant
timorem dñi in voce tubæ: ſicut olim vehe-
Exod. 19. mentiſsimè timuit populus ille antiquus
ex ſonitu buccinæ, cùm arderet mons Sy-
na, aſcenderetq; ignis vſque ad cælum. Qui
perterriti ac pauore percuſsi ſteterunt à lon-
gè. Horribilior multò audietur tuba in die
1. Theſ. 4. iudicij: de qua Paul⁹: Ipſe dñs in iuſſu & vo-
ce archangeli & tuba Dei, Deſcēdet de cæ-
lo. Canet enim tuba, & mortui reſurgent in-
corrupti. Propter hæc omnia ſanctus Ioel
vlulare docet ſacerdotes in vniuerſa Eccle-
Eſai. 2. ſia, quæ eſt mōs domini fundatus ſupra ver-
ticē montiū, vt ſic excitent ſomno obrutos
populos, vecordeſq; peccatores, qui curren-
tes ad lacum tenebrarum: approximāteſq;
ad magni iudicij diem, rident & lætantur.
Nunquid non timere & expaueſcere debet
cæcus peccator, qui iam iam trahitur ante
tribunal Chriſti per manus miniſtrorū fide-
lium? De cælo igitur multa mala ſuper om-
nem carnem, de terra & mari grauis horror
inſurget, & renouauit ſermonem quem mū-
dus audiuit ab ore Enoch, non tantū in pro-
phetis ſuis ex populo Iſrael, ſed & in Sybil-
lis veridicis: ſicut in verſibus Sibyllæ Ery-
thrææ comprobatur. De qua & alijs cū gra-

C

tioribus magiſtris diſputauimus. Nunc au-
tem vt precio & honore habeantur illa, &
quæ ſtatim dicenda ſunt, tantùm proponā
ſentētiam Iuſtini martyris in admonitorio *Iuſti. in ad*
gētium, in quo de genere, patria, & oraculis *monitorio*
Sibyllæ Cumææ verba faciens, ita gentes *ad gentes.*
alloquitur. Vt cultum Dei facilè condiſca-
tis, facile vobis præſtatur ex antiqua Sibyl-
la Cumæa, inſpiratione quapiam per oracu-
la vos edocēte: quæ nimirum prophetarum
doctrinæ proxima videntur. Hanc autem
ex Babylone profectam & Beroſi illius, qui *Nota au-*
Caldaicam ſcripſit hiſtoriā, filiā fuiſſe aſſe- *ctoritatem*
uerant quæ dum in quandā partē Campa- *Sibyllarū.*
niæ conceſsiſſet, ibi in vrbe cui nomen Cu-
mis, oracula cecinit. Vidimus ipſi, cū in vr-
be fuiſſemus, locum vbi maxima conſtru-
cta erat baſilica, ex vno lapide perpolita; o-
pus quidem maximū & omni dignū admi-
ratione, illic enim oracula fuiſſe affirmant,
qui hæc à maioribus ſuis vel vti patria ſuſce-
perunt. Huius Sibyllæ veluti fatidicæ, cum
multi alij, tum Plato meminit in Phædone:
qui mihi videtur, cū in huius incidiſſet ora-
cula, fatidicos diuinos exiſtimaſſe, quippe
qui ea viderit impleta, quæ ipſa longè ante
prædixiſſet: quapropter in dialogo, qui Mē-
non inſcribitur admiratus oraculorū cāto-

D

res, hiſce verbis eos laudauit: Rectè itaque
eos quos fatidicos nunc dicimus, diuinos vo-
cauerimus, neq; enim hos fruſtra diuinos ap-
pellamus, & diuina re inſpiratos, & Deo poſ-
ſeſſos, cum & magna & multa pronunciāt,
ignari eorum quæ proferunt (ſed in prophe-
ta & prophetia opus eſt intelligentia) Clarè
manifeſteque ad Sibyllæ reſpexit oracula:
neq; enim illa, veluti poëtæ faciunt caſtigā-
di & poliendi, quæ ſcripſiſſet: poteſtatem
habuit methricæ diligentiæ, ſed afflationis
tempore, quæ ad præditionem ſpectabant,
ædebat: qua ceſſante, eorum pariter memo-
ria ceſſabat. Et hoc fuit in cauſa vt Sibylli-
norum verſuum menſura cuſtodita nō fue-
rit. Et paucis interpoſitis: Itaq; gentiles viri
aſſentimini vetuſtæ huic antiquiſsimęq; Si-
byllæ, cuius volumina toto terrarum orbe
aſſeruare contingit: quæ supernè afflata vos
erudiet oraculis, ꝙ qui dicūtur dij nō ſunt. *Sibyllarū*
Vides auctoritatē Sibyllarū ex Iuſtini ſen- *auctoritas.*
tentia? Audi ergo Sibyllam Erithræam de
magno hoc quod deſcribimus, iudicio. Hu-
ius Sibyllæ meminit B. Clemens Papa pri- *Leo Pap.*
mus in epiſtola ad Corinthios, quæ ex Eri- *Appollo-*
thra Ioniæ vrbe fuit, hanc Appollodorus *dorus.*
Erithręus

Erithræus affirmat ſuam fuiſſe conciuem, camq; Graijs, Illiū petētibus vaticinatā & perituram eſſe Troiā, & Homerū mendacia ſcripturū. Cōſtantinus magnus Auguſtus in oratione quā Euſeb. lib. de vita Cōſtantini à A ſe æditis adiungit, recitat oraculum huius Sibyllæ de aduentu Chriſti ad iudicium, acroſtichis carminibus ita cōcinnatū, vt in literis verſuum initiātibus legantur hæc verba. Ieſus Chriſtus Dei filius ſeruator.

IVdicii in ſignum tellus ſudore madeſcet,
Et rex æternus ſummo deſcendet Olympo:
Scilicet vt carnem mūdumq; vt iudicet omnem.
Vnde Deum fidi, diffidentesq; videbunt
Summum, cum ſanctis in ſæcli fine ſedentem,
Corporeum, animas hominū quò iudicet, olim.
Horrebit totus cum denſis vepribus orbis:
Reiecient ſimulacra viri, gazasq; repoſtas:
Exuretq; ignis terras, cælumque, ſalumq;:
Incendetq; fores anguſti carceris orci,
Sanctorumq; omnis caro libera reddita, lucem
Tunc repetet, ſemper cruciabit flāma ſceleſtos.
Vtque quis occultè peccauerit, omnia dicet,
Sub lucemq; Deus reſerabit pectora clauſa,
Dentes ſtridebunt, crebreſcent vndiq; luctus,
Et lux deficiet, ſolemq; nitentiaq; aſtra
Inuoluent tenebræ: tum lunæ ſplendor obibit,
Foſſas attollet, iuga deprimet ardua, montes.
Impedietque nihil mortales: amplius altum
Lōga carina fretum nō ſcindet, montibus arua
Ipſa æquabantur, nam fulmine torrida tellus,
Vuaque & ſicci fontes & flumina hiabunt.
Sydereisque ſono triſti tuba clanget ab oris
Stultorum facinus mærens, mundiq; dolores
Et chaos oſtendet & tartara terra dehiſcent,
Regesq; ad ſolium ſiſtentur numinis omnes,
Vndaq; de cælo fluens ignea ſulphure mixto:
Atque omnes homines ſignum præſigne notabit
Tempore eo liquum, cornu per amabile fidis
Oppoſitus mundo caſus, ſed vita piorum
Reſpergendo lauans duodeno fonte necatos.

In Timæo lib. 5. Et Plato dixit: Et tempus cum cælo factum eſt, vt ſimul facta ſimul etiā diſſoluantur: ſi quando ſolutio quædam ipſorum fiet: Et Lucretius.

Vna

Vna dies dabit exitio, multoſque per annos
Suſtentata ruet moles, & machina mundi.
Nec me animus fallit, quàm res noua, miraq́ue mẽti,
Accidit, exitum cæli, terræq́ue futurum.

Et Ouidi⁹ Lib. 1. Methamorph.

Eſſe quoque in fatis reminiſcitur affore tempus,
Quo mare, quo tellus, correptaq́ue regia cæli
Ardeat, & mundi molles operoſa laboret.

Et Lucan. Lib. 1. Phare.

Sic cum compage ſoluta
Sæcula tot mundi ſuprema cöegerit hora,
Antiquum repetens iterum chaos, omnia miſtis
Sydera ſideribus concurrent, ignea pontum
Aſtra petent, tellus extendere litera nolet
Excutietq́ue fretum, fratri contraria phebe
Ibit, & obliquum bigas agitare per orbem
Indignata, diem poſcet ſibi, totaque diſcors
Machina diuulſi turbabit fœdera mundi.

In fine lib. de Conſolatione ad Martian. Auctores iſti cũ Seneca, quidquid verũ dixere ex ſacris libris hauſerũt, aut diuino afflati ſpiritu, qui quos vult tangit, aut ex parte, aut in totũ, aut quomodo ipſi placet, hęc & alia ſcripſerunt, & Plato præcipuè.

Sed & uirtutes quæ in cælis ſunt mouebuntur. Et Iob dixit: Columnæ cæli contremiſcunt, & pauent aduentum eius. (Cap. 26.) Pro virtutibus cælorũ intellige ſanctos angelos, qui ſunt de medio ordine ſecundæ Hierarchiæ, ad quorum officium ſpectat aliquo modo coöperari ad miracula, ſicut dicit beatus Dionyſius. (*Virtutes cęlorũ quo modo mouebuntur.*) Et ipſi tunc frequẽtius ſolito mouebuntur ex diuina voluntate, ad faciendas miraculoſas tranſmutationes in elementis, & influentijs cælorum erga nos, ad incutiendum hominibus timorem abundantiorem iudicis veniẽtis. *Et tunc uidebunt filium hominis uenientem in nubibus cum uirtute multa & gloria. Et tunc mittet angelos ſuos, & congregabunt electos à quatuor uentis à ſummo terræ uſque ad ſummum cæli.* Hunc eundem ordinem ſeruat ſanctus Matthæus. (Cap. 24.) Et videbunt filium hominis venientem, &c. Et deinde: Et mittet angelos ſuos cum tuba & voce magna, & congregabunt electos eius. Neſcio an per anticipationem priori loco ſcriptum ſit, quod poſteriori eſt agendum. Ita quòd intelligas prius ſuſcitandos cunctos homines, ac miniſterio angelorum adducendos ad locum iudicij ſtatutũ: ac poſtmodum venturum iudicem in poteſtate magna & gloria. C Sed in re hac non eſt quòd hæſites. Certiſſimè ſcimus omnes iuſtos obuiam ituros Chriſto in aëra, ſicut teſtatur apoſtolus. (1. Theſ. 4.) Et certè qui alteri obuiam id, neque ipſe, neque ille alius ſtationem accepit. Incipe ergo ab hoc ſecundo, vbi conſideras congregandos omnes homines ante tribunal Chriſti ad iudicium. In Matthæo & Marco electorum tantùm fit memoria. (Cap. 24. Cap. 13.) Inquit Matthæus, & congregabunt electos eius. Similiter & Marcus: Et congregabunt electos. Sed in Matthæo cap. 25. vbi iterum deſcribit iudicium inquit: & congregabuntur ante eum omnes gentes, & ſeparabit eos ab inuicem, ſicut paſtor ſegregat oues ab hędis. Ex quo præclaro teſtimonio comprobatur non ſolum iuſtorum & electorum reſurrectio & comparitio ante Chriſtum, ſed & iniquorum omnium. Non enim opus eſſet diſtinctione, ſed neq; dextra & ſiniſtra. Et Paulus ad Romanos inquit. Omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti: ſcriptum eſt. (Rom. 14. Eſai. 45.) enim. Viuo ego dicit dominus, quoniã mihi flectetur omne genu, & omnis lingua cõfitebitur Deo, de qua ſententia in hoc capitulo egimus. Hunc ergo aduentũ ante dñm

Ieſum,

Ieſum, neceſſariò præcedet cunctorum ho-
minũ reſurrectio: omnes quidẽ morientur.
Obſerua quod ſuper verbum illud apoſtoli:
1. Co. 15. Omnes quidem reſurgemus: varia eſt apud
Græcos & Latinos lectio. Sicut fatetur bea
Hierony. epiſtola ad Mine. & Alxã. Auguſt. 20. de Ciuita. Dei c. 20. tus Hieronymus & Auguſtinus. Quidã co-
dices Græcorum legunt. Omnes quidẽ non
reſurgemus, ſeu non dormiemus: ſed omnes
immutabimur. Ex quo fit vt omnes illi qui
tunc viui reperti fuerint in aduentu domini,
non ſunt morituri, neque reſurrecturi. Reſur
gere enim non poteſt niſi quod cecidit. Sed
lectio illa Græcorum codicum nobiles ha-
bet patronos Theodorum, Apollinarem,
Chryſoſtomum, Theophylatum, Origenẽ
lib. 2. contra Celſum, Fabrum Stapulenſem,
Eraſmũ, denique, & Caietanum. Sed certiſ-
ſimè omnes homines morituri ſunt ante iu-
Moriẽtur oẽs homines ante iudicium. dicium. Neque auctores alterius opinionis
erraſſe dicimus. Imò ſicut docet B. Augusti
nus qui ſuſcepit hanc veritatem de morte
cunctorum hominum, patrum turba traden
Augu. lib. de eccleſiaſticis dogmatibus capit. 7. te illam, cenſet etiam patronos alterius opi-
nionis catholicos & eruditos. Et B. Hiero-
nymus docet eccleſiam huic ſententię ſub-
ſcribere, magisque eſſe veritati conſonam.
Iam nunc quando æditio vulgata confirma
ta extat ſecundum omnes ſuas partes per ſa
cram Synodum Tridentinam, audacia eſſet
aliter legere apud diuũ Paulum, quàm vni-
uerſa legit eccleſia. Omnes quidem reſurge
mus. Lege Ricardum de Sancto Victore in
Loco citato. fine tractatus de conſideratione finis. Et Au
guſtinus expreſsè dicit: in raptu illo omnes
Cap. 21. morientur & reuiniſcent. Ricardus expo-
nens locum Eccleſi. Donec reuertatur pul
uis in terrã vnde erat, inquit: Videtis quòd
neque illi hanc ſententiam ſeueritatis eua-
dunt, qui in fine mundi vltimi inueniendi
ſunt: quin potiùs per ſubitam mortem quã-
tumlibet citò reſurgent. Denique ſtatutum
Hebræ. 4. eſt hominibus ſemel mori: & poſt hoc iudi-
cium, non ergo iudicium ante cunctorum
hominum mortem, eò vel maximè, quia di-
Pſalm. 96 luuium ignis præcedet dominum. Ignis an-
te ipſum præcedet, & inflammabit, &c. Illi
ergo reſurgent & morientur qui in vltima
die viui inuenti fuerint. *Et congregabit electos
ſuos à ſummo terræ uſque ad ſummum cæli.* Vel ſi
cut in Matthæo: A ſummis cælorum vſque
ad terminos eorum. Vbi ſignificantur am-
bo emiſpheria: quorum neutrum eſt altero
ſuperius, aut inferius, ſed ambo ſumma. Et
docet per hoc quod congregabuntur homi

nes ab hac ſuperficie orbis terrarũm quam
inhabitamus, & etiam ab extremis vſq; ad
extremum cælorum: ad comprehendenda
loca omnia, vbicumq; poſſunt inueniri ani-
mæ ſeu corpora hominum. Multi nanq; ele
ctorum ſecũdum animam ſunt in cælis, mul
ti tunc & ſecundum animam & ſecundum
corpus erunt in terra, multorum animæ in
purgatorijs locis multa corpora ſub aquis,
multa ſubter terram, &c. Cæli itaque & om
nia inter media comprehenduntur hac cir-
cumlocutione: A ſummis cælorum vſq; ad
terminos eorum: vel hac, A ſummo terræ
vſque ad ſummum cæli. Quod alijs verbis
ſignificauit apud Matthæũ: Vbicunq; fue- *Cap. 24.*
rit corpus, illic congregabuntur & aquilæ:
quia ſicut aquilæ conuolant celerrimo pr[æ]-
cipitiq; volatu ad cadauer, ſic cuncti homi-
nes angelorum miniſterio, non quidem am-
bulando ſuper terram, ſed per aëra volan-
do, congregabuntur ante tribunal Chriſti.
Quòd ſi de electis velis interpretari ſimilitu
dinem, hunc ſenſum habet. Sancti concur-
rent ad Chriſtum volando per aëra auidi,
ſicut ad olfactum cibum cõgregantur aqui-
læ. Et Amos propheta illa omnia docuit: ſi *Cap. 9.*
deſcẽderint vſque ad infernum, inde manus
mea educet eos: & ſi aſcenderint vſq; ad cæ-
lum, inde detraham eos: & ſi celauerint ſe ab
oculis meis in profundo maris, ibi mãdabo
ſerpẽti & mordebit eos. Tertulianus, Theo
doretus, & Damaſcenus in verbo illo domi
ni ad Noe: Sanguinẽ animarum veſtrarum *Geneſ. 9.*
requiram de manu cunctarum beſtiarum, *Reſurrectio cũctorũ. Ter. in de reſurrectione carnis. Theo. q. 54. in Gene. Damaſ. 4. lib. Ort. fidei. c. 27. Auctor homil. 10. fo. 121.*
eleganter deſcripſerunt reſurrectionem car
nis: & nos ad longum ſuper Pſalmum. 50.
Lege Irenæũ lib. 5. aduerſus hæreſ. cap. 1.
circa principium. Idem Tertulianus ſuper
illud Matthæi cap. 10. Multis paſſeribus me
liores eſtis vos: omnium reſurrectionem de-
ſcribit: Si nõ & Phenicibus meliores ſumus,
nihil magnum, &c. Aues iſtæ reſurgũt. Le-
ge auctorem libro illo de reſurrectione car
nis, cap. 9. per totum. Et cap. Ezechielis: A
quatuor ventis, &c. Conſidera obſecro qua-
lę & quantum eſt reſurrectionis myſteriũ.
In multis millibus generationum eductum
eſt genus humanum, & ſinguli præter vnũ
Adam & Euam, intra nouem menſium ſpa-
cium generati ſunt, ductique ad iuſtam men *Reſurrectionis myſterium magnum.*
ſuram & intra aliquorum annorum tempus
ad perfectionem peruenerunt: qui omnes
in ictu oculi, in momento perfecti reſurgẽt.
mirabilia opera tua o domine Ieſu. Quis ſa- *1. Cor. 15*
piens

piens & intelliget grande hoc myſterium: C Sic quippe appellatur à Paulo: Ecce myſterium vobis dico. Omnes reſurgemus. De re hac multa ſcripſi cum beato Athanaſio, & Theodoreto homilia. 10. ſuper Pſalm. 50. fol. 119. 20. *Tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus cum poteſtate multa & gloria.*

NOTA. *valde.*

Hinc comprobatur ſuperior ſententia, vbi dixi congregationem omnium gentium præcedere debere aduentum iudicis: quia ipſe dominus dicit: Tunc videbunt filium hominis venientem. Nam ſi ipſe antea venturus eſt, quàm gentes congregentur, non ipſum videbunt venientem: ſed ipſe dicit: Videbunt venientem: ergo antea venturæ ſunt omnes gentes, quam Chriſtus. Taceo quòd ad dignitatem & autoritatem iudicis ſpectat, vt iudicandi congregentur in loco iudicij, ipſumque expectẽt, non ipſe illos. Beatus Matthæus & ſignum

Signum iudicis crux.

regium venientis iudicis, & luctum cunctarum tribuum deſcribit ante aduentum Chriſti. Non dubium quin ſignum illud ſit ſacratiſsima Crux, in qua paſſus fuit Saluator. Quod Eccleſia teſtatur canens. Hoc ſignum crucis erit in cælo, cùm dominus ad iudicandum venerit. Quod congruenter creditur & prædicatur, ſi quidem in cruce Chriſtus mundum vicit, & diabo- D lum: magnificumque reportauit triumphũ apud infernum.

Crucis ſignum in iudicio conſolatiõnẽ & pauorem ingeret.

In cruce opprobria multa ſuſtinuit. Sit ergo illa ſignum venientis regis, tum ad amicorum conſolationem qui eam coluerunt, mortificationem carnis iugiter in ſuo corpore portantes, & crucifigentes carnem ſuam cum vitijs & concupiſcentijs ſuis, tum etiam ad deſperabiles lachrymas inimicorum eius. Exiſtimo propter crucem Dominicam, ex quacunque conſtet materia, dictum eſſe:

Lucæ. 21.

His autem fieri incipientibus: reſpicite & leuate capita veſtra, quoniam appropinquat redemptio veſtra. Econtra verò propter hoc ſignum honoris & gloriæ, quod manifeſtè teſtabitur aduentum gloriæ magni Dei Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, rurſus ſcriptum eſſe apud eundem Matthæum: Tunc plangent omnes tribus terræ. In quibus omnes peccatores ſpecialiter intelligũtur: iam ex hoc ſigno certiſsimè arguentes; quòd approximet eorum æternum ſupplicium.

NOTA.

Sicut enim eadem vox quæ apud Matthæum ſcribitur: Ecce ſponſus venit; fidelibus ſponſis dulciſsima erit in iudicio, C ſic èeontra adulteris horrorẽ & timorem vehementiſsimum ingeret. Heu quales erunt lachrymæ reproborum, quæ vſque huc non deſcribuntur? Quàm amaræ? quàm triſtes? Ecce venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt. Et plangent ſe ſuper eum omnes tribus.

Apoca. 1.

Iuſtè quidem, quia noluerunt audire vocem Domini vocantis nunc ad fletum & planctum, & ad caluitium & ad cingulum ſacci: ſicut docetur in Eſaia:

Cap. 22.

Pro fletu & planctu autem inuentum eſt in ore eorum gaudium & lætitia: ecce occiderunt vitulos, & iugularunt arietes, & comederunt carnes, & biberunt vinum.

Similitudo

Quale gaudium eſt militibus, ſonum turbarum in altitudine montium audientibus, ſtrepitumque armorum cùm ſigna vexillorum agnoſcere incipiunt ſui regis, pro cuius honore decertant effuſo ſanguine, talis eſt lętitia ſanctorum & luctus iniquorum, aduerſus quos eſt iam in caſtris dominus vniuerſorũ, & exercitus eius. Propter hoc dicitur: Plangẽt ſe ſuper eum omnes tribus terræ, & ſaluator ſuis militibus, quos ad palmam & coronam vocat: Reſpicite & leuate capita veſtra, quoniã appropinquat redemptio veſtra. Quid eſt redemptio veſtra? Apoſtolꝰ exponit verbũ iſtud.

Roman. 8.

D Nos ipſi primitias ſpiritus habentes, & ipſi intra nos gemimus adoptionẽ filiorũ Dei expectantes, redemptionem corporis noſtri, id eſt, vt ipſum quod adhuc corrũpitur, incorruptibile fiat & immortale. Hæc eſt enim redemptio corporis noſtri, vt ab omnibus moleſtijs redimatur, id eſt, liberetur, & veram ſalutem conſequatur.

Iudicij tempore redẽptio corporum.

Quam tunc integram inueniet corpus noſtrũ, cum apparuerit Saluator dominus Ieſus Chriſtus, & reformauerit corpus humilitatis noſtri, configuratũ corpori claritatis ſuæ.

Philip. 2.

Ecce noſtrã redemptionem, id eſt, corporis noſtri. Configuratio corpori claritatis Chriſti repromiſſa eſt ei, qđ ante reſurrectionis diem haud inueniẽt. Tũc implebitur pleniſsimè verbũ hoc, Appropinquat redẽptio veſtra: iuxta illud Saluatoris: æquales enim angelis ſũt: & filij ſunt Dei, cũ ſint filij reſurrectionis, aduerſus Sadduceos fuit verbũ iſtud.

Luc. 20. f

De quo ſupra diſputatũ, demonſtrans quomodo ad gloriam corporum ſpectet illud verbum, ſed ſunt ſicut angeli Dei: quod firmius multò in Luca cõfirmatur. Pro hac igitur redemptione corporis omnes iuſti ingemiſcũt, etiam illi qui ſpiritus ſancti primitias acceperunt, id eſt,

charismata præclariora ſpiritus ſancti. Intra nos gemimus inquit apoſtolus. Vide quanti ſit facienda, quo loco & pretio habere debes redemptionem corporis in ſacra reſurrectione. Reſpicite & leuate capita veſtra, quoniam appropinquat redemptio veſtra. Agnoſcite ſignum regis veſtri, quod coluiſtis & adoraſtis: ecce adeſt vobis in auxiliū, inimicis verò ad eorum perditionem. Hinc ergo lachrymæ reproborum, & ſpes electorum. De qua apoſtolus: Quis accuſabit aduerſus electos Dei? Chriſtus Ieſus qui mortuus eſt? Imò ipſe eſt certiſsima eorum ſpes. Iam impletur quod a Chriſto prędictū eſt: Væ vobis qui ridetis, quia plorabitis, Et Amos: Cōuertam feſtiuitates veſtras in luctū; & omnia cantica veſtra in planctum. *Et tunc uidebunt filium hominis uenientem in nubibus cū uirtute multa & gloria.* Ecce Meſsiæ aduentū glorioſum: quem prophetæ prædicauerūt: nec Iudæi perfidi adulterique intellexerūt hunc quidem eſſe ſecundum, non primum. In Matthæo ſub nomine maieſtatis deſcribitur hic aduentus: Cum autem venerit filius hominis in maieſtate ſua, & omnes angeli eius cum eo, tunc ſedebit in ſede maieſtatis ſuæ. In ſacra Apocalypſi omnipotens deſcribitur. Ego ſum Alpha & O. principium & finis, dicit dominus Deus, qui eſt, qui erat, & qui venturus eſt omnipotens. Obſerua quòd maieſtas Chriſti venientis ad iudicium non conſiſtit in comitatu omnium angelorum, & in ſede miræ magnitudinis & pulchritudinis. Hæc enim duo poſteriora ſunt & extrinſeca. Et primum eſt quod in Euangeliſta dicitur. Cùm venerit filius hominis in maieſtate ſua. Declaratio huius maieſtatis, quæ apparebit in facie & corpore Chriſti, eſt angelorum frequentiæ & obſequium: ſedes illa imperialis: Propter quod & in his veniens dominus in maieſtate venire dicitur. Quæ certè in hoc conſiſtit, primò quia apparebit in forma glorioſa, non in forma ſerui & mortalis hominis, quam pro nobis accepit ab exordio ſacræ diſpenſationis, vſque ad diem reſurrectionis: ſed in illa quam ad dexteram patris habet. Vnde Auguſtinus. Mali non videbunt Chriſtum, niſi ſecūdùm formam, qua filius hominis eſt: ſed tamen in claritate in qua iudicabit, non in humilitate qua iudicatus eſt. Maieſtas ergo ſuæ clarificationis, quam habet humanitas ratione vnionis ad verbum & iure paſsionis & reſurrectionis,

Roman. 8.
Roman. 8.
Luce. 9.
Cap. 8.
Cap. 21.
Cap. 1.
Maieſtas Chriſti iudicātis in quo conſiſtat.
NOTA. *ualde.*

A deſignatur cùm dicit, in maieſtate ſua. Cætera omnia comitatus omnium angelorum, thronus maieſtatis, tuba horribilis, vox archangeli, nubes glorioſiſsimæ lucis, extrinſeca ſunt, & maieſtatem venientis iudicis teſtificantia. Omnes Euangeliſtæ nubes deſcribunt in aduentu ſummi regis Chriſti, quæ haud erunt naturales. Nam in reſurrectione motus cæli ceſſabunt, quare neque vapores poterunt eleuari. Obſerua quòd ſamiliare fuit Chriſto in nube demonſtrare eximiam ſuam maieſtatem. Et ſic in transfiguratione nubes lucida obumbrauit eos. Aſcendentemque in cælum nubes ſuſcepit eum ab oculis apoſtolorum. Statimque viri illi ſpeciei & amictus cęleſtis, qui apparuerunt, dixerunt: Sic veniet, quemadmodū vidiſtis eum euntem in cælum. Nulla tamen neceſsitas inuenitur iſtarum nubium ad eleuandum ſacratiſsimum corpus Chriſti aut aliorum ſanctorum, de quibus Paulus: Rapiemur obuiam Chriſto in nubibus: cum per donum agilitatis per aëra moueri poſsint. Officium tamen nubis in transfiguratione fuit temperare nimium ſplendorē corporis Chriſti: quem oculi Apoſtolorum ferre non poterant. Obſerua quod in aſſum B ptione non dicitur abſolutè: nubes ſuſcepit eum, ſed ſuſcepit eum ab oculis eorum. Cū acies oculorum obtunderetur, nubes diuiſit inter vtroſque, ne viderent eum. Et nubes illæ quæ apparebunt in iudicio, erunt velut throni & ſedilia ad honorem apoſtolorum, ſicut illis repromiſſa ſunt. In quibus omnibus impij qui tunc tollentur, ne videant gloriā diuinitatis, certiſsimè deprehēdent Ieſum eſſe Dei filium. Nam excellentia claritatis corporis Chriſti, & maieſtas imperandi, & tremor angelorū in obſequēdo, aliaq; omnia ſigna, cōprobabūt ꝙ naturalis ſit Dei filius Ieſus Chriſtus. Vide quā rationabilis eſt ſentētia apoſtoli. Repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quā reddet dñs in illa die iuſtus iudex. Nō ſolum autem mihi, ſed & his qui diligunt aduentū eius. In quo magnificaturus eſt vehementer ſemetipſum dominus noſter Ieſus Chriſtus, cui curuabitur omne genu, & iurabit omnis lingua: cui ſedes maieſtatis repoſita eſt, & omnium angelorum obſequia in multo timore & reuerentia. Deſiderabilis ergo dies eſt hæc, viro, qui diligit dominum ſuū: quē tantùm ille diligit, qui ſeruat mandata eius. Hiſce ergo repoſita eſt corona iuſtitię in die illa,

Matt. 17.
Act. 1.
1. Cor. 15.
Nubis officiū in trāſfiguratiōe.
Reprobi quomodo agnoſcent Ieſum eſſe Dei filiū.
2. Tim. 4.
Iudicij dies unde deſiderabilis ſit.

cuius facies erat velut ſpecies fulguris,& oculi eius vt lampas ardens.&c. Non remanſit (inquit) in me fortitudo, ſed & ſpecies mea immutata eſt in me, & emarcui, neque habui quicquam virium. Et audiui vocem ſermonum eius, & audiens iacebam conſternatus ſuper faciem meam, & vultus meus hærebat terræ. Forma idem argumentum, ſicut in Eſther, & Ioanne cõſideraſti. Et vide quid homini iniquo, etiam non intelligenti aduerſus ſe eſſe diuinam ſententiam, accidit.

Balſaſar.
Daniel.5.

Balſaſar Rex abutens vaſis templi, quæ pater eius Nabuchodonoſor aſportauerat de templo Hieruſalem: vidit quaſi manum hominis ſcribentis contra candelabrũ in ſuperficie aulæ regiæ. Tunc facies regis commutata eſt, & cogitationes eius conturbabant eum,& compages renum eius ſoluebantur, & genua eius ad ſe inuicem collidebantur, & ipſa nocte interfectus eſt rex impius. Heu quis ſuſtinebit faciem iudicis, & vocem eius: Ite maledicti in ignem æternum: hic eſt gladius egrediẽs ab ore Chriſti, vtraque parte acutus: quem cernens Ioannes fit velut mortuus.

Iob.14.

Quod à longe præuidens ſanctus Iob orabat: Quis mihi tribuat vt in inferno protegas me, donec pertranſeat furor tuus? Denique conſiderationem abſoluamus in ſomno Abrahæ & in verbo Danielis, qui cùm complerentur ſeptuaginta anni captiuitatis populi ſui in Babylonia, confiteretur q; peccata regum ſuorum, lugensq; mala quæ eis acciderant, ſicut deſcribit cap.

Cap.9.

25.4.lib. Regum. inquit: Et omnis Iſrael præuaricati ſunt legem tuam, & declinauerunt ne audirent vocem tuam & ſtillauit ſuper nos maledictio, & deteſtatio: quæ ſcripta eſt in libro Moyſi ſerui Dei.

Dani. calamitates in Babylonica captiuitate ſtillã iræ appellat.

Stillam appellat maledictionis, mala omnia quæ acciderunt Hieruſalem, & ſeptuaginta annorũ ſub ferro ſeruitutem. Quæ erunt mala, qualis erit captiuitas & ferrum, quod ſuſcipient in iudicio omnes peccatores terræ? Diluuiũ maledictionis & malorum, deniq; & exiliũ æternum à patria cæleſti, & teterrimũ obſcuriſſimumq; carcerẽ ſub cuſtodia diaboli & ſathanæ ſuſcipient.

Abraham.
Geneſ.15.

Abraham præuidẽs filiorum ſuorum in Aegypto ſeruitutem etiam poſt aliquot annos correptus ſomno fuit,& horror magnus & tenebroſus inuaſit eum. Seruitus tamẽ illa finem habuit, & terminum præfixit prouidentia altiſſimi. Egredientur cum magna ſubſtantia, dixit illi dominus, affligẽt quadringẽtis annis. Heu qualis erit afflictio peccatorum in inferno, cuius ignis eſt æternus, cuius tenebræ finem nõ habet, cuius gemitus ſunt amariſſimi? Sit ſatis.

Matt. 25.

Et ſeparabit eos ab inuicem, ſicut paſtor ſegregat oues ab hædis: & ſtatuet quidem oues à dextris ſuis: hædos autem à ſiniſtris. Mixti ſunt in hoc mundo hædi & oues, in paſcuiſq; vitæ ſæcularis luxuriantur: mixtum eſt triticum & paleæ. Sed ventilabit aream ſuam iudex iuſtus, ſicut prędixit magnus præcurſor Ioãnes.

Matth. 3.

Ventilabrum in manu ſua, & permundabit aream ſuam, & congregabit triticũ in horreum ſuũ, paleas autem cõburet igne inextinguibili.

Ignis inferni quomodo inextinguibilis.

Mirabile eſt quomodo inextinguibilis dicatur ignis, qui paleas habet in materiã: quæ facili flãma abſumũtur. Propter inutilitatẽ, reprobi nequãq; homines paleæ dicũtur, nõ propter imbecillitatẽ ad perpetuũ cibũ ignis. De qua re ſanct⁹ Iob: luet quæ fecit omnia, nec tamen conſumentur:

Cap. 20.

iuxta multitudinem adinuentionum ſuarum, ſic & ſubſtinebit. Mirabili potentia, æquum iudicium domini Dei noſtri, ſic tẽperabit in reſurrectione corpora damnatorum, vt verè patiantur ab igne, nec tamen ab illo conſumantur.

Corpora reproborũ in reſurrectione qualia.

Communis eſt electis & iuſtis in reſurrectione apoſtolica ſentẽtia. Canet tuba & mortui reſurgent incorrupti. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Incorruptibilia quippe erunt, & immortalia corpora iniquorum, non tamen impaſſibilia.

Anſelmus.
1.Cor.15

Vnde beatus Anſelmus: Quid ſibi ergo vult iſta diſtinctio. Mortui reſurgent incorrupti, & nos immutabimur, niſi quia omnes incorrupti reſurgent, ſed ex his iuſti etiam immutabuntur in illã incorruptellã, cui omnino nulla poſſit nocere corruptio. Ac per hoc qui in eã cõmutabũtur, incorrupti quidẽ reſurgẽt integritate mẽbrorũ. ſed tamen corrumpendi dolore pœnarum. Habebunt quidem corruptionem carnis, in qua doleant non in qua moriãtur. Alioquin & illi dolores finirentur. Incorruptio itaque propterea cõmunis eſt omnib⁹, quia in ea miſerabiliores erunt peccatores, vt ad tormenta perpetui ſint. Ego aũt lib. 3. de ſpe, & timore Chriſtiano, capit. 8. cum Origene corporibus damnatorum ſpiritualitatem conceſſi, ad vehementius per ſentiendum vim ignis, & dicere de-

re debui cum ſapietioribus magiſtris, quòd corpora eorum non erunt ſpiritualia. Vnde beatus Thom. exponens illud verbũ, Omnes immutabimur, inquit: Tam boni quàm mali. Mutatio non intelligitur de ſtatu animalitatis ad ſtatum ſpiritualitatis, quia ſecũdùm hanc ſoli boni mutabuntur. Et quia ſemel de re hac dicere incepi, vſque ad perfectionem oportet calamum extendere. Nihil habebunt damnati per modũ dotis ſubtilitatis poſt reſurrectionem: neque incorruptibilitas eorum habebit rationem dotis, cùm non deriuetur ex beatitudine & fœlicitate animæ. De fide tamen eſt concluſio, quòd certè erunt incorruptibilia: alias pœna non eſſet æterna. Ratio concluſionis partim eſt naturalis, partim ſupernaturalis. Naturalis quidem ceſſatio motus cæleſtis: quo ceſſante, naturali conſecutione ceſſabunt generationes, & corruptiones. Supernaturalis cauſa erit perfecta animæ informatio, per quam corpori dabit eſſe incorruptibile, ſicut docet beatus Thomas. Similiter enim malis vt & bonis hoc anima tribuet, quamuis in damnatis non habeat rationem dotis. Longè aliter in re hac philoſophatur Doctor ſubtilis. 4. ſent. diſtinct. 49. quæſtio. 13: De quo ſit ſatis. Et *ſeparabit eos ab inuicem*. Tunc multi qui falſo nomine apparebant oues, & verè lupi rapaces erant & hypocritæ, cum hædis ſeparabuntur à ſiniſtris. Iam iam approximat eorum perditio ſempiterna. Iam iam vltio iræ omnipotentis adeſt. Iam vt vaſa mortis ad omne opus bonum inutilia, in ſignum erũt ſagittis in manu potẽtis. In ſeparatione hac manifeſta fient omnium peccata in momento tẽporis, quod ſic declarat Ricardus. Dominus perlubet ſe facturum ſcrutinium Hieruſalem in lucernis, quia latebroſarum etiã cogitationum vel voluntatum indicium, illorum vtique miniſterio faciet, quos ſumma veritatis intelligentia ad omnis iudicij examen intime illuminanit, &c. Splendor ergo quidam diuini luminis de perfectorum cordibus radiabit, qui vnicuique vniuerſa quæ in corde ſuo bona vel mala latebant, manifeſta viſione nudabit. Cogita igitur quomodo nunc ad huius corporeæ lucis infuſionem, eorum quæ in domo ſunt ſtatim omnia circumſpicit, & non ſolum quãtitatem, ſed qualitatem rerũ ſub vno & ſimplici aſpectu, deprehendit. Conſtat autem lucem illam incorpoream, multo præſtantiorem, multo efficaciorem in genere proprio, quã ſit, vel eſſe poſſit in genere ſuo. Parum itaque eſt quod dixi, quod radius ille incorporeus plenè demonſtrat ſingula ſibimetipſis: imo & ſibi & alijs. Videmus quomodo ad primum radium emergentis ſolis omnia quæ omniũ oculis cæca nox abduxerat, iterum omnium oculis reddat, quomodo ſtatim omnia pateant, quæ prius latebant, vix adhuc montium cacumina lucis radium ſuſcipiunt, etiam luminis reuerberatione quam in valles refundunt, omnia, quę ibi ſunt, omnibus pateficiunt ſicuti ſunt: Sic ſummi & perfecti viri perpetua ſtabilitate fundati, ſtupenda ſublimitate magnificati, & verè montes æterni, radiũ diuinæ ſapientiæ immediatè ſuſcipiunt, & ex ſuſcepta (vt ita dicã) reuerberatione quã circũquaq; diffundunt, oia, quæ pro iudicij ratione manifeſtare oportet, ſub tẽporis momẽto in lucẽ adducũt. Hinc eſt illud qđ audis in pſalm. Illuminãs tu mirabiliter à mõtibus æternis, turbabũtur oẽs inſipiẽtes corde. Qualis tũc verecũdia ex manifeſtatiõe cũctorum peccatorum turpitudine corã Deo & angelis & hominibus? Qualis confuſio tunc anxij ſolicitiq; cordis reproborum omnium, cũ patuerint ac reuelata fuerint ſecreta cordis eorum? O noſtrã ſuperbiã. O cor noſtrũ lapideũ. O cęcitatẽ mortalis hominis. O amentiã filiorũ hominũ. O fidẽ mortuam. Vſque huc aciem oculorum mentaliũ deducebat etiam à iuuentute. In imma & profundiſsima terræ penetrabat, & intuebatur carnifices crudeles, & tormenta reproborum. Et quid dicam? Super terrã exiſtẽs vir iuſtus tranſcendens oẽs choros angelorum, vſq; ad thronum maieſtatis in excelſis conſcendebat, attẽtiſsimiſq; oculis gloriã maieſtatis ſpeculabatur. Vnde Paulus dicebat. Noſtra cõuerſatio in cęlis eſt. &c. Et Moyſes arguẽs ſui populi & noſtri cæcitatẽ mẽtis dicebat: Gẽs eſt ſine prudentia, & abſq; conſilio: vtinam ſaperent & intelligerent, ac nouiſsima prouiderent. Hæc ſunt nouiſsima, quæ prouida ſolicitudine præmeditanda ſunt, ac viua fide conſpicienda. Cui attenta peruigilique meditatione repromittit Deus magnũ donũ. Memorare nouiſsima tua, & in æternũ nõ peccabis. Huc luc te inuito, & voco in multo deſyderio cordis ô homo cęce & ſtulte. Hęc recogita, cũ clauſo

D. Thom. lib. 4. cont. gent. c. 89.

Iudicij hora quomodo manifeſtabuntur omnia peccata.

Ricard. in de iudiciaria Chriſt. poteſtate.

Similitudo

Pſalm. 75

Leg. Aug. lib. 20. de Ci. Dei. c. 24. & tene ſcn tentiã eius

Iudicij tẽporr magna confuſio peccatorũ.

Philip. 3.

Deute. 32.

Eccleſ. 7.

clauſo oſtio cameræ tuæ ad immunditiam
Ibi ca. 23. omnem, dicis in corde: Quis me videt? Vi-
det te diuinus oculus, & apparebis in conſpe
ctu cunctorum angelorũ & hominũ in iudi
cio: cũ ſeparauerit Deus oues ab hædis. Ob-
ſerua ꝙ hæc omnia non fiẽt in momẽto, vel
ictu oculi, ſicut aliqui putant: non propter
iudicis imbecillitatem, qui omnipotens ve-
niet, ſed pro eius gloria aliquod temporis
ſpatium occupabunt. Reſurrectio quidem
1. Cor. 15 in momento fiet: ſicut teſtatur Paulus, &
in ictu oculi, id eſt, adeò velociter, quòd
oculus non celeriùs emittit radium ſuæ vi-
ſionis ad obiectum. Sed cum ſedes Chriſti
& ſeſsio verè & realiter futura ſit, quod de-
cet iudicem iudicantem, cùm vox ſenten-
tiæ futura ſit materialis, non mentalis, &
ſegregandi ſint boni à malis, omnia hæc, ali
quale quanuis non longum tempus ſibi ven
dicabunt. Obſerua ſecundò, quod examina
tio operum bonorum & malorum, & accu-
ſatio & excuſatio, quæ ad conuincendum
iniquos & ad præmium bonorum, antece-
dent ſententiam, mentaliter perficientur, ſe
cundùm illud Sapientiæ. Dirumpet illos
Cap. 5. inflatos ſine voce. Et Paulus dicit ad Roma
Rom. 2. nos: Teſtimonium illis reddente conſcien-
tia ipſorum, & inter ſe inuicem cogitationi-
bus accuſantibus, aut defendentibus, in die,
cum iudicabit dominus occulta hominũ:
Tunc dicet rex his qui à dextris eius erunt: Ve-
nite benedicti patris mei, poßidete paratum no-
bis regnum à conſtitutione mundi. O ſi ſapere in
cordis palato poſsis, quid admirationis ha-
bet, venit ſponſus? Quid dulcedinis, venite
benedicti? Inſulſa & amara valde fierẽt om
nia quæ in præſenti ſæculo nequam, dulcia
iudicantur. Vel ipſa mors pro Chriſti glo-
ria fieret deſiderabilis, & iucunda ſatis, in
dulcedine huius verbi, Venite benedicti pa
Pſalm. 88 tris mei. De qua ſcriptum eſt: Beatus popu-
Pſalm. 35 lus qui ſcit iubilationem. Et iterum: Torrẽ-
te voluptatis tuæ potabis eos. In hac voce
ſoluitur omnis maledictio Adæ, & imple-
NOTA tur quod à Paulo ſcriptum eſt. Benedixit
valde. nos in omni benedictione ſpirituali in Chri
ſto. In hac voce venite benedicti, imple-
tur quod ab eodem dictum eſt. Non ſicut
delictum, ita & donum. Imò firmius for-
tiusque multo eſt donum in Chriſto, quàm
delictum in Adam. Et quid dicam? ſilen-
tium ſit laus mea ad dominũ. *Tũc dicet* Rex.
Hic eſt qui ſuperiori verſu filius hominis di
ctus eſt; familiariquę circumlocutione hac,

A ſeipſum demonſtrabat. Et in cœna, quinta *Chriſtus*
feria huius hebomadæ, ſeipſum dominum *cũ regijs et*
compellauit: & in die ramorum & palma- *magnificis*
rum: & captus coram pontificum & ſenio- *titulis aſ-*
rum ſenatu, ſe eſſe Meſsiam Dei filium a- *cẽdit in cru*
pertiſsime confeſſus eſt. Iam cum hiſce ti- *cem.*
tuli ſummi & altiſsimi honoris aſcendit in
crucem: neque ibi abſconditur regium no-
men. Sed & nomen filij hominis, pro vt de
Chriſto dicitur: ſupremam demonſtrat di-
gnitatem, ſicut cap. nono comprobauimus. *Fol. 195.*
Et verbum apud Ioannem vniuerſam illam *col. 4. d.*
conſiderationem confirmat. Dedit ei pote *fo. 196. a. b.*
ſtatem iudicium facere, quia filius hominis *cap. 7.*
eſt. Quod ſi nomẽ hoc filius hominis, prout
de Chriſto dicitur, humile & vile aliquid
ſignificaret, quanquam hoc a noſtrá acce-
pit natura, non eſſet ratio faciendi iudiciũ
hoc quod deſcribimus, quia filius hominis
eſt: cùm tale iudicium, quod ſummum lo-
cum obtinet, non ſit filio hominis, quia fi-
lius hominis eſt, communicabile, ſed filio
hominis quia filius Dei eſt: propter quod
natura illa humana, vnde Dei filius, filius
hominis eſt, & dicitur, extra infirmitatem
C & vilitatem ſui generis eleuata eſt, cùm per
ſonæ diuinæ ſit vnita: nec amiſerit veritatẽ
B ſuæ ſpeciei: De quo iam ſupra. Relucet er-
go nomen hoc filius hominis inter illa, quæ
modò enumerauimus. Rex igitur dicet his,
qui à dextris eius erunt. Ab his incipiet iu-
dicis ſententia facie ſerena, & vultu alacri
ad eos conuerſo: cuius aſpicere plenum
erit beatitudinis & gloriæ. Venite, à gemi
tibus laborioſæ vitæ ſæculi, ad gaudia, &
immarceſibilem & glorificatam lætitiam
paradiſi. Venite à mortalitate corporum,
quam propter delictum patris veſtri iure
& iuſtè vſque ad diem hanc ſuſtinuiſtis, ad
immortalitatem, & incorruptionem, &
glorificationem in regno. Venite à dolo-
ribus pœnitentiæ, ad gaudia angelorum.
Venite de valle lachrymarum ad fontem
lætitiæ, & paradiſum exultationis & riſus
æterni. V*enite benedicti patris mei.* Hinc om-
ne bonum veſtrum, quia benedicti à patre
meo: à quo omne bonum, & omne donum *Iacobi. c. 1.*
perfectum. Illi ergo gratias reddite, qui be-
nedixit vos in omni benedictione ſpiritua-
li in me filio eius. Magnificẽtiæ & ſuę boni-
tatis dulcedini aſcribite hãc benedictionẽ,
nõ vobis, aut veſtris meritis, tanquã à vobis.
Hęc vox eſt, de qua ꝓpheta Dauid: Auditui
meo dabis gaudium & lætitiam, & exulta-

OO 3 bunt

bu it oſſa humiliata, de quo multa diximus C
Pſalm.50. ibi. *Poßidete.* Aeternam ſignificat beatitu-
Homil.12 dinem verbum poßidere. Non dicit: Acci-
pite mutuò, aut ad tempus, ac deinde ad ge-
nus & exilium veſtrum redite. Sed poſſide-
te inquit: Perpetuò, ſemper, ęternaliter: Qua
NOTA. le eſt hoc regnum cælorũ. Bone Deus quã-
ualde. to faciliùs & liberaliûs regnum tuum, & glo
riam nobis repromittis & concedis. quàm
olim illud regnũ Paleſtinæ antiquo tuo po-
pulo. Poſt quadringentos annos, poſt mille
labores & ærumnas, terram patribus repro-
miſſam Iſraeliticus populus accepit: popu-
lus verò hic tuus, etiam ſi poſt multa millia
annorum in hoc regnũ perueniat, ſicut dies
externa omnia illa habentur: cum regnum
tuum ſit æternum, incorruptibile & immar
ceſsibile: & ab æterno electis tuis repromiſ-
ſum. *Paratum* (inquit) *à conſtitutione mũdi.* A.
ante ſignificat: ita quòd ſit ſenſus. Poſſidete
regnum: quod vobis paratum eſt ante mun-
di conſtitutionem: quod non vno tantum lo
Epheſ.1.a co docet Apoſtolus. Sicut elegit nos in ipſo
ante mundi conſtitutionem. Et ad Thimot.
2.*Cap.1.* inquit: Noli itaque erubeſcere teſtimoniũ
Prædeſti- domini. &c. qui nos liberauit & vocauit vo D
natis præ- catione ſancta, nõ ſecundum opera noſtra,
paratũ re- ſed ſecũdum propoſitum ſuum & gratiam,
gnum ante quæ data eſt nobis in Chriſto Ieſu ante tem
mũdi cõſti pora ſęcularia. Data, id eſt, pręparata. Quod
tutionem. ſi deſyderas firmiorem rei huius confirma-
Cap.1. tionem, audi quid ipſe Apoſtolus Tito di-
lecto diſcipulo ſcribat. Paulus ſeruus Dei,
Apoſtolus autem Ieſu Chriſti: ſecundum
fidem electorum Dei (hæc eſt quæ per dile-
ctionem operatur) & agnitionem veritatis,
quæ ſecundum pietatem eſt, in ſpem vitæ
æternæ, quam promiſit qui non mentitur
Deus ante tempora ſæcularia. Hîc audis ver
bum promiſsionis; & ante tempora ſæcula-
ria. Vita ergo æterna & regnum æternum
repromiſſum eſt electis in Chriſto ante tem
pora ſæcularia, ergo ab æterno: & omnes iu
ſti heri & nudius tertiùs originem accepe-
Cap. runt ſuæ natiuitatis. Bene Paulus de Chriſto
agens inquit: per ipſum dicimus. Amẽ Deo
ad gloriam noſtram. In hoc loco pro tanto
Colloſ.1. munere iure docet ipſe Apoſtolus: Cũ gau-
dio gratias agentes Deo & patri, qui dignos
nos fecit in partem ſortis ſanctorum in lu-
mine, qui eripuit nos de poteſtate tenebra-
rum, & tranſtulit in regnum filij dilectionis
ſuæ. Neſcit loqui lingua carnis, tardus & im
becillis eſt calamus in manu ſcribentis ad

C deſcribendas omnium ſanctorum gratiarũ
actiões. Deo patri & filio eius Ieſu Chriſto. *Canticum*
Quid à veritate alienum dicam, ſi affirma- *in iudicio.*
uero futurum illum canticum in Pſalmo. *Pſalm.*
Lauadte dominum omnes gẽtes: laudate eũ
omnes populi: quoniam confirmata eſt ſu-
per nos miſericordia eius, & veritas domi-
ni manet in æternum? Aptiſsimus Pſalmus
ad glorificandum Deum patrem omnipo-
tentem, & filium eius Ieſum Chriſtum do-
minum noſtrũ, in ſpiritu ſancto. Sed & ver-
bum Pauli in mille inſtrumentorum muſi-
corum vocibus, & cantoribus cantabitur. *1.Cor.15*
Deo autem gratias, qui dedit nobis victo-
riam per Ieſum Chriſtum dominum nõ-
ſtrum. Eſaias ſic inquit: Ecce ſerui mei læta- *Cap. 65.*
buntur, & vos confundemini. Ecce ſerui
mei laudabunt præexultatione cordis, &
vos clamabitis prædolore cordis, & præ-
cõtritione ſpiritus vllulabitis. Ecce ſerui mei
comedent, & vos eſurietis. Ecce ſerui mei bi *Virginis*
bẽt vos ſitietis. Lege cap. 34. Ezechielis. Et *laus in iudi*
quomodo à laude virginis matris ora ſancto *cio à ſãctis*
rum tacebunt? Imò contra cælum manibus *omnibꝰ ex*
extẽſis in multa cordis & ſpiritus lętitia om *hibenda.*
D nibus angelis congratulantibus & reſpondẽ
tibus Amen, decantabunt: Benedicta filia tu *Iudich. 15*
à domino, quia per te fructum vitæ commu
nicauimus, Tu gloria Hieruſalem, tu lætitia
Iſrael, tu honorificentia populi noſtri. Et di
cet omnis populus, tribus, & lingua, Amẽ, id
eſt, fideliter, fidelis eſt ſermo, & digniſsima *Hilar. ſup*
laus. Obſerua quòd beatus Hylarius ſuper *pſal. 118.*
illud pſalmi, concupiuit anima mea deſide-
rare iuſtificationes tuas, annuere videtur:
omnes ſanctos, quantumuis iuſtos, & ipſam
quoque Dei genitricem, fore peccatis ex-
piandos pœna ac ſupplicio ignis in confla-
gratione extremi huius iudicij. Sed hoc eſt
inficiari ſanctos ante iudicium defunctos
præſertim ſacratiſsimam virginem & Apo- *Augu. 20.*
ſtolos. Tum quia mortui non reſurgent niſi *de Ciuita.*
poſtquàm ille ignis ab officio purgationis *Dei. c. 8.4*
ceſſauerit, purgãdi facultate depoſita: Tum *Ambr. ſup*
quia ſanctorum corpora poſt reſurrectio- *pſalm. 36.*
nem, adeò erunt ſpiritualia & impaſsibilia *et ſup pſal.*
(vt diximus) vt ignes purgationis non ſint *118. ſerm.*
capacia. De quo lege Beatum Auguſt. In *20. hom. 6.*
illa eadem ſententia videtur fuiſſe Ambro- *in Exodũ.*
ſius ſuper illud Pſalmi. Gladius ipſorum in- *Orig. Ba-*
tret in corda ipſorum. Sequens Origenem *ſil. in. 4. ca.*
& Baſilium ſuper illud Eſaię: Expurgabit *Eſai. Hie-*
Hieruſalem ſpiritu iudicij, & Hieronymum *ronym. ſup*
ſuper illud Amos: Ecce vocabit ignem ad *c.7. Amos*
iudicium,

iudicium, quibus omnes doctores ſchola-
ſtici contradicunt. *Eſuriui & dediſtis mi-
bi manducare.* &c. Vides quanti faciat Deus
opera miſericordiæ pro ſuo amore & hono
re indigẽtibus impenſa? Vides quàm fideli-
Matth. 5. ter dixit: Beati miſericordes, quoniã ipſi mi
ſericordiam conſequẽtur? Hæc eſt altiſsima
miſericordia ſicut ſacra illa fœmina ſeptimo
filio, cùm proximus eſſet martyrio dicebat:
2. Mac. 7. Suſcipe mortem, vt in illa miſeratione cum
Pſal. 102. fratribus tuis te recipiam. Et Dauid: Bene-
dic anima mea dominum, qui coronat te in
miſericordia & miſerationibus, de quo cum
Homi. ſup beato Auguſtino & Bernardo alibi dixi-
pſalm. 50. mus. Denique rex iratus his qui, à ſiniſtris
erunt, dicet. *Diſcedite à me maledicti in ignem
æternum, qui paratus eſt diabolo & angelis eius.*
Nõ audis in hac ſentẽtia, diſcedite à me ma
ledicti patris mei. Sicut in ſuperiori dixit:
Venite benedicti patris mei. Non quidem
eſt ex Deo maledictio ad peccandum, ſed
peccata ex homine ſunt ad maledictionem
æternam, quam nunc omnes reprobi au-
diunt ab ore domini: quibus obijciet, quàm
immiſericordes fuerint: deſcendentq; in mo
mento in infernum ſub caligine & igne de-
uorante & ardoribus ſempiternis, ſub manu
valida iræ & iuſtitiæ, vltionisque diuinæ.
Ecce prædixit dominus Ieſus diſcipulis ſuis
eorum per mundum tribulationes, finem, &
deuaſtationem Hieruſalem, denique & or-
bis conſummationem & ſigna præcedẽtia.
Propoſuitq; ſimilitudinem dicens. *A ficu au-
tem diſcite parabolam. Cum iam ramus eius tener
fuerit, et nata fuerint folia: cognoſcitis quia in pro
ximo ſit æſtas: ſic & uos cum uideritis hæc fieri,
ſcitote quia in proximo ſit in oſtijs.* Similitudo
eſt in arborib' gẽmantibus, quæ propinqui
tatem æſtatis annunciant. In hunc modum
omnia illa ſigna cũ completa fuerint, certiſ-
ſimè ſcire debent homines illius calamitoſi
temporis, ꝙ propè & in ianuis adſit iudex
omnium Chriſtus. *Amen dico uobis non præ-
teribit generatio hæc donec omnia fiãt.* Vel om-
ne genus humanũ, vel potius gens Iudæo-
rum, quia non deficiet donec eueniat dies
Domini, quod magis videtur literæ con-
gruere. *Cælum & terra tranſibit, uerba autem
mea non tranſibũt.* Ingenuè fateor ſanctorum
expoſitioni, me aſſentiri: etiam ſi aliquot
rationes proponam. Quomodo verbum
tranſire exponitur ſufficienter in verbo in-
nouari? quia ſic non ſecundùm ſubſtantiam
tranſibunt: ſed ſecundùm ſtatum ab imper-

A fectiori ad perfectiorem: nam à ſtatu mo-
tus generationis & huiuſmodi, tranſibunt
ſecundùm omnes magiſtros ad ſtatum quie
tis & gloriæ. Quid firmitatis habet ex hac ex
poſitione verbum Chriſti, quam docere in-
tendit poſtquam de conſummatione om-
nium diſſeruit? In quo ſenſu accipitur ver-
bum, Tranſire, cum negatiuè dicitur, in eo-
dem etiam accipi debet, cum affirmatiuè
ſcribitur: Contrariorum namque eadem
eſt diſciplina. Cùm autem de Chriſti veri-
tate dicitur, verba mea non tranſibunt, im-
mutabilem veritatem ſignificat: quæ nun-
quam deficiet: ergo cum affirmatiuè de cæ-
lis & terra ſcribitur, contrarium ſenſum fa
ciat oportet. Præcipuè quod pſalmo. 101.
expreſsè confitetur Propheta teſtificans
æternitatem & immutabilitatem Dei, cæli
peribunt, tu autem in æternum permane-
bis. Oppoſita ſunt hæc: permanere & peri-
re. Ergo ſicut Deus ſecundùm ſuam ſubſtã-
tiam & eſſentiam eſt æternus: & actu æter-
naliter manebit, ſic è contra cæli non per-
manebunt, ſed peribunt, innouari autẽ non
eſt perire, imo reformari: tantũ abeſt, quod
ſit perire. Quomodo confirmatur immuta-
B bilitas in prædictione futurorum, ex inno-
uatione cælorum & elementorum? Hunc
ſenſum tunc ſententia Chriſti faceret. Ver-
ba mea non tranſibunt, & cælum & terra
innouabuntur: quæ quidem ſententia nihil
dicta confirmat: ſed prædicit futura adhuc:
Preterea Petrus Apoſtolus inquit: Adue- 2. Cap. 3.
niet autem dies domini vt fur: in quo cæli
magno impetu tranſient. Impetus magnus
ad renouationem & quietem adduci non
ſolet; ſatis eſſet motoribus cælorum ceſſa-
tionem imperare. Neque eſſet ceſſandũ ma-
gno impetu. Deinde cùm dicit: elemẽta ve-
rò calore ſoluentur; ſolui aliud ſignificat
quã immutari aut renouari, quod ex Chri-
ſti verbis confirmatur. Soluite templũ hoc:
quòd in eius morte factum eſt: non igitur
ſoluuntur: elementa cùm renouantur: ſed
cum intereant: Tandem ipſe Petrus in-
quit: Properantes in aduentu diei domi- Apoc. 21.
ni, per quem cæli ardentes ſoluentur, no-
uos cælos & nouam terram expectamus. Vn
de Ioannes: Et vidi cælum nouum & ter- Cap. 21.
ram nouam. Primum enim cælum & prima
terra abijt. Et Eſaias in verbo creare tradit
hanc ſententiam. Ecce ego creo cælos no-
uos & terram nouam, & non erunt in memo
ria priora, & non aſcendent ſuper cor. In

uigilaret. Certè ad apoſtolos & ſucceſſores illorum dirigit ſ.rmonem, & parabolam. Se ipſum demonſtrat in verbo. *Sicut homo peregrè profectus.* Quod in ſacra admirabilique aſcenſione ſua completum eſt. Quaſi ad peregrina caro humana ducitur, cuius originalis locus terra eſt, dum in redemptore noſtro ad dexteram patris collocatur. Peregrè etiam aliunde dicitur: & propter arbitrij libertatem, quam ſuis miniſtris reliquit ad diſpenſandum dona ſpiritualia, quæ illis conceſsit: & propter longanimitatem & patientiam, quam in eorum emendationē, ſi quid malè fecerint, adhibet. Hinc mihi probatur ſententia illa, quòd principaliter dirigit ſermonem ad paſtores eccleſiæ, quia inquit: Et

Iuriſdictio apoſtolorū & paſtorū

dedit ſeruis ſuis poteſtatē cuiuſque operis. Quod verbum plenam, vniuerſalemque iuriſdictionem ſupra corpus Chriſti verum & myſticum ſignificat, & ſuper adminiſtrationē omniū ſacramentorū, & ſuper interpretationem ſacræ ſcripturæ: prout vnicuique miniſtrorum eccleſiæ ex ſua ordinatione conuenit, nam aliqua aliquibus ſunt propria, neq; ad omnes, ſed ad maiores ſpectant. Et ſecundò omnes fideles admonet de negotiando in talento accepto, & de reddēdo lucro: ſed præcipuè ianitorem, id eſt, prælatum, qui admonere debet alios, allocutus eſt, vt vigilet. Omnibus igitur præcepit vigilare in exercitijs bonorum operum, qui dixit: Quod vobis dico, omnibus dico, vigilate. Singulariter tamen hoc mandatum ianitoribus eccleſiæ in verbo illo, Ianitori præcepit: vbi ad literam prælatus intelligitur. Ad noſtram concluſionem ex Marco, Luca, & Petro, & aliorum properamus. Vigilate ergo (*neſcitis enim quando dominus domus ueniat ſerò, an media nocte, an gallicantu, an mane*) *ne cùm uenerit repentè, inueniat uos dormientes.* In his quatuor differentijs temporis vniuerſam hominis ætatem, & menſuram vitæ deſignat.

Dormire culpabilem conſcientiā aliquando ſignificat. Cap. 17.

Dormire iſtud docet eſſe in peccato. Venire eius, mors vniuſcuiuſque eſt, vel certè iudicij tempus: quod repentinum erit. Cùm maiori verborum pondere tradit hanc concluſionem beatus Lucas: Attendite autem vobis, ne grauentur corda veſtra in crapula & ebrietate. Reprehenſibile valde eſt in ſacra ſcriptura cor graue.

Pſal. 4.

Filij hominum vſq; quo graui corde? E habita grauedine crapulæ, ſequitur ſomnus peccati.

Epheſ. 5.

Nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria, tanquam in cauſe materiali: dum vltra menſuram creatura

C Dei bona malè vtitur intemperatus. Et ſicut poſt ebrietatem ſequitur ſomnus: ſic in abſtinentia vigilia & intellectus inuenitur. Obſerua quàm eleganter docuit abſtinentiam, ſumpto argumento ex natura rei. Impoſsibilis nanque eſt vigilia & oratio, quæ eleuationem mentis habet in Deum, cor enim graue nō aſcendit: impoſsibilis eſt oratio & meditatio crapulæ & ebrietati. E contra ieiunium procurat orationem, eleuat mētem in Deum, vnde illuſtrationes eximiæ inueniuntur.

Oratio. Damaſcenus li. ort. fid. cap.

Docet deinde Lucas depoſitionem omnium curarum huius ſæculi: quæ illę ipſæ ſpinę ſunt, quę ſementē patris familias ſuffocant. Et heu quàm duras punctiones earum patiuntur, nec vim doloris perſentiunt: quia corda eorum crapula & ebrietate ſepulta ſunt. Attendite ergo vobis, cùm de re magna ſit negocium, quod doceo, nimirùm de vltimo iudicio, poſt quod, nō datur locus reſipiſcentiæ, nec pœnitentiæ fructuoſæ: Et certiſsimè ſcitote, quia repentina ſuperueniet dies illa magna & amara valde. Tanquàm laqueus enim ſuperueniet in omnes, qui ſedent ſuper faciem vniuerſæ

Iudicij dies laqueo uenatorio ſimilis.

D terræ. Affert dominus ſimilitudinem laquei venatorij, qui repentè, & abſque vlla auis præmededitatione aut animalis, ſuperuenit eis, & capiuntur. Sic erit illa dies, quam nullus hominū effugere poterit. Propter quod inquit: Vigilate omni tempore, orantes, perſeuerantes in bonis operibus. Hæc eſt aſsidua oratio. Et ipſa multis locis demādatur. Per quę omnia (inquit) digni habeamini fugere iſta mala, ſcilicet ſine detrimento, & ſtare ante filium hominis, ſcilicet ſecuri, & expectantes beatam ſpem. Nam & boni & mali omnes aſtabimus, & comparebimus ante filium hominis, & tribunal tremendę maieſtatis eius. Sed reprobi aſtabunt manibus poſt terga reuinctis, ſicut fures & adulteri in furto & adulterio deprehenſi: ſicut inimici domino rebelles, ſicut ſtatim audituri: Diſcedite à me maledicti in ignem æternum. Boni autem aſtabunt in multa fiducia ſicut ſerui fideles, qui talenta accepta cum vſura reportant, ſicut mox audituri: Venite benedicti, &c. & ſtatim ingreſſuri cæleſtem patriam inter choros angelorum. Petrus apoſtolus dixit: Propter quod chariſsimi hæc expectantes, ſatagite immaculati, & inuiolati inueniri in pace. Satagite inquit: quod verbum præter ſolicitudinē, docet etiam indefeſſum animum ad virtutem,

Iudicij hora reprobi quomodo aſtabunt coram iudice

2. Cap. 3.

tan-

tanquam ad arduum & difficile. Inuiolati & immaculati inueniri, id eſt, incorrupti & immaculati, quia vel minima venialis macula

Rom. 5.

per ignem purgabitur. Et in pace ſcilicet ad Deum & ad homines. De qua docet apoſtolus: Iuſtificati ex fide pacem habeamus ad Deum. Tuncque illam habemus, cùm operamur bonum: ſicut ipſe docet: Gloria, ho-

Ibi. 12.

nor, & pax omni operanti bonum. De pace erga homines dixit: ſi fieri poteſt, quod ex vobis eſt, pacem cum hominibus habete.

Ex iudicij meditatione concluſio Dauid. Pſal. 76.

Dauid ex conſideratione iudicij, hanc intulit concluſionem. Meditatus ſum in nocte cum corde meo, & exercitabar: & ſcopebã ſpiritum meum. Annos æternos in mente habui: Vnde meditatus ſum cũ corde meo,

Frater Frãciſcus, Titelmanus. B. Hieronymus legit in utroq; loco ſcopebam, & exponit: fodiebã quaſi agrũ ut ibi mitterẽ ſemen doctrinarũ dñi.

Vulgò codices latini habent ſcopebã, per P. Quod ſi legas cum Titelmano, ſcobebã, vel ſcopabam, vtilem doctrinã intelliges, mutata, P. in, B. aut certè, E. in; A. vt dicamus, ſcobebam, vel, ſcopabam: Quorum prius, ſcilicet, ſcobebam, deriuatur à nomine, ſcobs, ſcobis, quod ſignificat puluiſculum, qui abraditur à ferro, vel alia qualibet materia. Vnde verbum ab hoc nomine deriuatum, ſcobs, ſcobis, ſcobere, ſignificabit ſcobem abradere, vel abſtergere, velut limando & abſtergendo. Atque hoc modo ſcobere ſpiritum, non aliud eſt quàm limare, & diligenter, ab omni macula expurgare, atque vt niteat efficere, quemadmodum facere ſolent, qui limando, ſcobem faciunt decidere. Neque malè conſonat huic quod habet pſalterium Romanum, Ventilabam ſpiritum meum, hoc eſt, ventilando emundabam & purgabam, vt nil puluerulentum, nil alienum in eo remaneret. Si vero ſcopare legas per, a, &, p, à ſcopa verbum deducitur, & eadem rurſus quæ ex prioribus habetur intelligentia. Non enim aliud eſt ſpiritum ſcopare, quàm velut ſcopa emundare, & purgare à ſordibus, & omni immunditia. Lectio quam exponit beatus. Auguſtinus,

Ex iudicij conſideratione cõcluſio Iob.

habet ſcrutabar. Vide iam quam diligentiã & peruigilem ſolicitudinem doceat attenta meditatio annorum æternorum. Examina ſingula quæ diximus. In ſancto propheta Iob ſic traditur concluſio. Ponam corã eo iudicium meum, & os meum replebo increpationibus. Hieremias ſolus ſedet, cùm cõminationem audit à domino, imò & repletur. Solus ſedebam, quoniam comminatione repleſti me. Non ſedi cum conſilio ludentium. Vides quanta bona inſerat in corde humano peruigil meditatio iudicij, & annorum æternorum. Nec puluerem tenuiſſimæ cogitationis prauæ ſine lima & ſcopa relinquit. Tremens ſedet & ſolus, qui audit comminationem hanc magnam. Os ſuum replet reprehenſione & increpationibus: Vide quàm longe ab hoc homine, aut gloriatio, aut excuſatio in peccatis. Fęmur percutit in multiplici ſui ipſius caſtigatione ac mortificatione. Sicut apud eundẽ Hiere.

Cap. 15.

legis. Obſecramus ergo vos fratres per nomen domini noſtri Ieſu Chriſti, vt ponatis in præſentiarum iudicium veſtrum coram domino, voſmetipſos diiudicantes, quod ſic docent beatiſsimus Gregorius & Anſelmus. Debet vniuſcuiuſque mens & cauſas ſuas apud dominum, & cauſas domini contra ſe ſolicita inquiſitione diſcutere: debet autem penſare, vel quæ ab eo bona percepit, vel quæ mala bonitati illius peruerſe viuendo reſponderit, quod electi quotidie facere omninò non ceſſant. Vnde Salomon dixit: Cogitatio iuſtorum iuſtitia. Iudiciũ quò tardius venit eò ſeuerius percutit. Et Anſelmus ſuper illud Pauli: ſi noſmetipſos diiudicaremus, &c. Aſcendat itaque homo aduerſus ſe tribunal mentis ſuæ conſtituat ſe ante faciem ſuam. Atque itaque, conſtituto iudicio in corde, adſit accuſatrix cogitatio, teſtis conſcientia, carnifex timor: inde quidem ſanguis animæ confitentis perfluat per lachrymas, verſetur ante oculos eius imago futuri iudicij, & quicquid in ſe viderit, quod à iudice venturo reprehẽdi poſsit & puniri, ipſe nunc in ſe ipſo reprehẽdat & puniat. Peccata enim ſiue parua, ſiue magna impunita eſſe non poſſunt. Quia aut homine puniente, aut domino iudicante plectuntur. Ceſſat autem vindicta diuina, ſi conuerſio præcurrat humana.

Greg. lib. 25. cap. 6. Anſ. ſuper illud Pauli: Si nos ipſos, &c. Iudiciũ anime aduerſus ſeipſam Prou. 12. 1. Cor. 11 Lege cap. 18. Eccli. lit. c.

CON

CONCLVSIO MATERIAE IVDICII, & Capituli decimitertij.

Hier.13.

AVDITE & auribus percipite, Nolite eleuari, quia dominus locutus eſt: Date domino Deo veſtro gloriam, antequàm contenebreſcat, & antequàm offendant pedes veſtri ad montes caliginoſos. Expectabitis lucem, & ponet eam in vmbram mortis & in caliginem. Hæc locutus eſt ſanctus propheta Hieremias populo ſuo, vt ſi forte ad pœnitentiam conuertere poſſet eos, per quam effugere valerent mala, quæ paſsi ſunt ſub rege Babyloniæ. Quod autem Babylon & omnis regio Chaldæorum montes caliginoſi

Cap.13.a

appellentur, in principio Eſaiæ cõtra Babylonem legimus, vbi ſcriptum eſt: Super montem caliginoſum, leuate ſignum. Hoc itaque docet, vt antequàm ducantur in captiuitatem, & ſeruitutis mala ſentiant, agant pœnitentiam. Nõ igitur immeritò hac ſcriptura in præſentiarum vtimur, cùm quæcunque illi populo duræ ceruicis acciderũt, velut imago eorum, quæ cernimus, conſiderari debeant. Audite ergo & nolite obdurare aures, & indurare cor veſtrum, quia ſurditas hæc grauem parat vltionem: cum magnæ ſuperbiæ ſit argumentum, Spiritui ſancto reſiſtere, & verbis domini Ieſu: quorũ firmitas ſolidior, longèque ſtabilior eſt, quã cælum & terra. Dominus enim locutus eſt omnia quę ex ſacris euãgelijs de die illa ſcripſimus. Quod auribus veſtris infundo, deſideroque vt verba mea vſque ad animæ viſcera deſcendant: iuſtiſsimum eſt, æquitatis habet magiſterium, & formam totius iuſtitiæ.

Dare gloriam Deo quid ſignificet.

Date domino veſtro gloriam, Significationem huius vocis, ſanctus propheta Baruch, & virorum ille fortiſsimus & nobiliſsimus Ioſue demonſtrat.

Ioſue.7.

Hic ad Acham filium Carmi, qui in anathemate Iericho cõturbauit vniuerſum Iſrael: quũ propter hoc peccatum longe affuit ab illis Deus, & in brachio virorum ciuitatis Hai obſcuratum eſt nomen eorum & gloria, ſed & ceciderunt vulnerati ex eis triginta & ſex homines. & perſecuti ſunt eos aduerſarij. Doli & mali huius grandis auctore per ſortem inuento, deprehenſoque, allocutus eſt eũ Ioſue in hæc verba: Fili mi da gloriam domino Deo Iſrael, & confitere atque indica mihi quid feceris, ne abſcondas. Ille verò, id

C

eſt, Baruch, in oratione inquit: Aperi oculos tuos, & vide, quia non mortui, qui Baruch.3.

ſunt in inferno, quorum ſpiritus acceptus eſt à viſceribus ſuis, dabunt honorem & iuſtitiam domino: ſed anima quæ triſtis eſt ſuper magnitudine mali, & incedit curua, & infirma, & oculi deficientes, & anima eſuriens, dat tibi gloriam & iuſtitiam domino. Non dabunt mortui iuſtitiam domino: ſed anima quæ triſtis eſt, per contritionem veram, & incedit curua per profundam humiliationẽ mentis & corporis: & infirma præ propriæ fragilitatis conſideratione. Et oculi deficientes: proprios defectus, & non alienos attendentes. Et anima eſuriens, id eſt, iuſtificari deſiderans, dat gloriam Deo: quia ſacrificium Deo ſpiritus contribulatus. De Pſal.50.

quo illo loco præclara dixi. Hanc ergo ha- Homil.14

bet ſignificationem & interpretationẽ verbum illud Hieremiæ: Date gloriam in vera contritione, & humiliatione, & deſiderio iuſtitiæ, & in humili ac lachrymoſa cõfeſsione criminum. Ad hæc nos vocat ſanct⁹ propheta, antequàm obtenebreſcat. Ioan.9.

Sicut & ſaluator: Operamini dum dies eſt,

D

veniet nox, quando nemo poteſt operari. Et apud Lucam dicebat: Venient dies, Cap.17.

quando deſideretis videre vnum diem filij hominis, & non videbitis. Quod iam expoſuimus. Et antequàm offendant pedes veſtri ad montes caliginoſos. Sic intelligo verbum iſtud: Cùm primò completum fuerit verbum illud iudicis æterni, Diſcedite à me maledicti, deſcendent omnes impij in inferiora terræ, & tradẽtur in manus gladij, par- Pſal.62.

tes vulpium erunt. Terra nanque tunc aperietur, & penetrabunt viſcera eius cadentes in infernum, niſi Deus per aliud miraculũ effecerit illum tranſitum. Tunc dic mihi, quales erunt montes caliginis & tenebrarũ, nec tamen errabunt aut ceſſabunt, in deſcẽſu ad lacum, cùm carnifices dæmones præ victoria exultantes, illuc eos captiuos in cõpedibus & manicis ferreis ſuorum criminũ traxerint. Tũc quid obſecro daret homo pro vno die filij hominis ad pœnitentiam fructiferam? Neque vniuerſus orbis aliquid reputabitur à domino. Qui ponet omnes ſuperbos, qui pœnitentiam contempſerunt, in vmbra mortis & caligine, & plorabunt, cru-

cruciabunturque ad maiorem eorum reuerentiam, & confuſionem propriam in conſpectu omnium ſanctorum, quęrentes lucē. *Voluntas duplex.* Vbi ſciendum eſt, quòd duplex eſt actus voluntatis, vel duplex eſt voluntas, naturalis, & deliberata. Naturalis voluntas eſt inclinatio & pondus naturæ ante actum elicitum, quę quidem inclinatio nō eſt effectus ipſius creaturæ, ſed eſt à Deo tanquàm ab auctore naturæ impreſſa. Quo circa cùm in dānatis naturalia maneant integra, illa etiam permanet inclinatio bona ad beatitudinē, ſicut ſupra dictum eſt, cùm expoſuimus illud Matthæi, Domine, domine, aperi nobis. In hoc conſiſtit non vulgare tormentum damnatorum, ſiquidem æternaliter hàc voluntate deſiderabunt lucem beatiA tudinis, & ponet eos Deus in tenebris interioribus. Iure ergo, inquit ſanctus propheta: Date domino Deo veſtro gloriam, & fugietis omnia hæc mala, & glorificabit vos, ſicut ad Samuelem quondam aduerſus Heli dixit: Quicunque honorificauerit me, glorificabo eum: qui contemnunt me, erunt ignobiles. *1. Reg. 2.* Audi ſapientiſsimum Salomonem: Etenim quia non profertur citò *Eccleſ. 8.* B contra malos ſententia, abſque timore vllo filij hominum perpetrant mala. Attamen peccator ex eò quod centies facit malū, & per patientiam ſuſtentatur: ego cognoui quod erit bonū timentibus Deum, qui verentur faciē eius. Memento ergo creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, antequàm veniat tempus afflictionis tuæ, &c.

Finis Capitis decimitertij, & Libri decimitertij Commentariorum in Marcum.

LIBER

LIBER DECIMVS QVARTVS COMMENTARIORVM IN MARCVM.

THEMA IN PASSIONEM.

Cap.3. EGRESSVS C es in ſalutẽ populi tui: in ſalutem cum Chriſto tuo. In cantico Habacuc ſcripta ſũt hæc verba. Quod nimirũ canticum tantę fuit difficultatis apud veteres patres ſynagogæ, vt ab eorũ magiſtris inter quatuor difficillima ſcripturarum loca cenſeretur. Propter quod ab aliquibus doctoribus Hebræorũ, titulus inſcriptus cantico. Pro ignorantijs, vel pro ignorationibus, ſic interpretatur, quia canticũ iſtud talia ac tanta cõtineat, & promat, quod difficillimè à quouis poſsint intelligi, aut interpretari. Donec ille veniat Meſsias, in cuius tempore ea ſperabãt reſeranda. *Interpretatiõis ſcripturarũ genus optimum.* Vbi vides quàm inexpugnabile genus interpretationis ſcripturarũ prophetarum, eſt impletio eorũ, quæ in ipſis repromiſſa erant, etiã ſi lingua taceat. Vnde Chri D ſtus diſcipulis Ioannis, quærentibus, nunquid ipſe eſſet, quæ vidiſtis, & audiſtis, renunciate Ioanni, inquit. Vbi tunc oracula re impleuit & opere. Tunc quippe quod reconditum & obſcurũ latebat ſub litera, lucidum & credibile fit, apparetq́;. *Ion.1.* Sicut Ionæ ſacramentũ obſcuriſsimum, quod in Chriſti morte, & glorioſa reſurrectione apertũ eſt: & illud audierunt non ſemel ab ore domini Iudæi, non tamen intelligebãt, quæ ab ipſo dicebantur. *Leui.26.* Similiter & myſterium duorũ hircorum in lege Moyſi deſcriptorum, quorum alter mactabatur, alter vero mittebatur viuus in deſertum. In quibus dominus Ieſus ſecundùm carnem moriẽs pro nobis, & ſecundùm diuinitatis maieſtatem, illæſus & viuus ſignificabatur, ſicut nos cum beato Cyrillo Alex. expoſuimus. *Homil. ſuper Pſal. 50. 23. fol. 240.* Implens igitur Meſsias, quæ in Abach. ſcripta erant, obſignata ſigillo profundiſsimi ſenſus & ſententiarum, ecce lucidiſsima fiunt ante omnium oculos reſerata. Cũ igitur propheta inquit:

C Egreſſus es in ſalutem populi tui: Ad patrẽ dñi noſtri Ieſu Chriſti dirigit ſermonẽ, qui erat in Chriſto mundum ſibi reconcilians. Nam filius in patre, & pater erat in filio, ſicut ipſe manifeſtè docet. *Ioann.14.* Cùm ergo, dixit Paulus: Deus erat in Chriſto mundum ſibi reconcilians, *2.Cor.5.* non ſolum de perſona filij erat ſermo apud illũ, quæ erat in Chriſto per vnionem realem & ſubſtantialẽ ad humanam naturã, ſed & de patre eſt ſermo: qui & ſecundũ eſſentiã & relationẽ, & ſecundùm originẽ filij ab ipſo, eſt in illo. Eſt in filio pater ſecundũ eſſentiã, quia pater eſt ſua eſſentia, & cõmunicat eã filio, non per aliquam ſuã transmutationẽ. Et ſimiliter cùm filius ſit ſua eſſentia, ſequitur ꝙ filius ſit in patre. *Hilarius lib.5. de trinitate.* Vnde beatus Hilarius: Naturam ſuam (vt ita dicam) ſequitur immutabilis Deus, immutabilem gignens Deum ſubſiſtentẽ. Ergo in Deo Dei naturam intelligimus, cùm in Deo Deus ſit. Eſt & pater in filio ſecundùm relationem, cùm manifeſtũ ſit, quòd vnum oppoſitorum relatiuè ſit in altero ſe- D cundùm intellectum: & ſecundùm originem alter eſt in altero, quia proceſsio verbi in intelligibilis eſt, eſſe aliquid extra patrem: ſed manet in dicente. Et eadem ratio eſt de ſpiritu ſancto. Propter quòd cum Paulus dicit: Erat Deus in Chriſto mundum ſibi reconcilians, ſi velis interpretari nomen illud Deus eſſentialiter, ita vt comprehendat tres diuinas perſonas, quibus homo ex ęquo reconciliatus eſt nõ tibi contradicã, dummodo ſolã perſonã filij per vnionem realem ad carnẽ intelligas in Chriſto, cæteras verò per circumincidſionẽ. De quo manifeſtè Chriſtus dixit: *Ioan.14.* Ego in patre & pater in me eſt: quod æquo iure de ſpiritu ſancto eſt interpretandum: quorum vna eſt diuinitas, vna eſſentia, vna & germana æqualitas. Vide quale fundamẽtum noſtrę redẽptioni poſuit Deus, qui erat in Chriſto mũdum ſibi reconcilians, vt dixi. Vide in quanto gaudio & lætitia cordis inenarrabili dicit ipſe Apoſtolus. *Eph.1.* In quo habemus redemptionem & remiſsionem peccatorum.

1. Cor. 6. rum. Vide quo iure dicat Apoſtolus ipſe, A
Empti eſtis precio magno: glorificate &
portate Deum in corpore veſtro, quia in
Coloſ. 1. Chriſto complacuit omnem plenitudinem
diuinitatis inhabitare, & per eum reconci-
Heb. 10. liare omnia in ipſo. Vide quo iure dixit,
quanta exiſtimatis deteriora mereri suppli
cia, qui filium Dei cõculcauerit, & ſangui-
nem teſtamenti pollutum duxerit, in quo
ſanctificatus eſt? Vide quo iure dixit pro-
Pſal. 129. pheta Dauid: Apud dominum copioſa re-
demptio. Vide quo iure ſpes noſtra ſit cæ-
Galat 3. lis firmior, qui redempti ſumus de maledi-
cto legis, & factus eſt pro nobis maledictũ,
Dei filius. Sit ſatis. Mille concluſiones ex
illo verbo ſequuntur. Dirigit ergo Abacuc
ſermonem ad patrem, propterea quòd fons
& principium ſit diuinarum perſonarũ filij
& ſpiritus ſancti: & Chriſtus & Eccleſia e-
ius, hac ratione ad patrem dirigit ſemper ſer
monem & orationem. Inquit ergo: Egreſ-
ſus es in ſalutem populi tui. Non in ſalutem
populi tui Iſraelitici, cùm ſub dura ſeruitu-
te premeretur, & conculcaretur in Aegy-
pto ſub Pharaone. Tunc quippe tanquam
ad opus facile, non arduum, non multi mo-
menti, reſpectu huius, de quo mihi eſt ſer- B
mo, egreſſus es ad ſalutem illius populi, cũ
Exod. 10. Moyſe & Aaron fratre eius, tanquàm duci
bus & miniſtris illius operis: in quo magni
ficatus es glorioſè. Attriuiſti enim principẽ
illum tyrannum, & ſeruos illius in mille pla
gis, donec tandem demerſiſti eos in profun
dum, & ductor populi tui fuiſti per mare,
Ibi. quod ſicco veſtigio tranſire conceſsiſti. Nõ
de ſalute hac, quamuis illi populo magna &
pręclara fuerit, eſt ſermo meus hic: illa enim
vmbra & figura quædam fuit & imago ſub
limiſsimæ, & prorſus diuinæ ſalutis, de qua
eſt canticum meum. Neque decanto ſalutẽ,
quam egrediens cum duce tuo Ioſue, ope-
Pſal. 43. ratus es domine. Cùm per manus illius no-
biliſsimi ducis eiecisti gentes multas, occi-
diſti reges fortes, & in funiculo diſtributio
nis terram fluentem lacte & melle diſtri-
buiſti priſcis illis hominibus. Hæc ſimiliter
tua egreſsio vmbram habet huius magnæ ſa
lutis, quam infuſo lumine cæleſtis tui ſpiri-
tus mihi demonſtraſti. Nec arduum opus il
lud erat, ad cuius perfectum & proſperum
euentum oporteret egredi cum tanto duce,
qualis eſt Chriſtus tuus. In hanc ſalutem,
quam in gratiarum actione & iubilo ego
prædico, egreſſus es cum Chriſto tuo: qui ti

A bi eſt filius conſubſtantialis & coæternus;
& verus homo de Dauidis ſemine ex inta-
cta virgine generatus. Propter quod longè
ſublimius, multoque excellentius ſit opor-
tet bellum iſtud, cui Chriſtus Dei, dux præ
ficitur. Et certè tale ac tantum eſt, vt per a-
lium victoria inueniri non poſsit. De quo
ſtatim. Bellum iſtud aduerſus principem hu
ius mundi, tenebrarum harum eſt: qui pri-
mum hominem & omne genus eius haud
ſub luto & latere, ſicut olim ille antiquus
populus fuit, captiuum tenebat, ſed ſub du-
riſsimo ac ferreo iugo peccati, ſub Adæ
præuaricatione, in qua omnes homines rei
facti ſunt, & filij iræ, exules à regno cælo- Ephe. 2.
rum, & ante mortem ſub mille ærumnis & Gen. 3.
calamitatibus. Pro vniuerſo igitur hominũ
genere & ſalute aduerſus diabolum & ſatha
nam erat bellum, ad quod ab inſtanti con-
ceptionis Chriſti, egreſſus eſt Deus in mun
dum: ſed iam ab hac hora paſsionis, de qua
dixit ipſe Chriſtus. Venit princeps hu- Ioan. 14.
ius mundi, manus conſerit cum ſæuiſsimo
hoſte, dum dux cæleſtis ad operandum hãc
maximam ſalutem, cornua habuit in mani-
bus ſuis. Fallendus erat inimicus, & capien-
B dus ſerpens antiquus, qui arte & dolo ſub
ſuo homines cunctos ſubiecit imperio. Do
minus enim iuſtus & miſericors non ſic in-
iuria ſuæ voluntatis eſt vſus ad reparationẽ
noſtram, vt ſolam potentiam benignitatis Leo papa,
exerceret, ſed quia conſequens fuerat vt ho ſerm. 5. de
mo, faciens peccatum, ſeruus eſſet peccati, paſsione do
ſic medicina egris, ſic redemptio eſt impen- mini.
ſa captiuis, vt condemnationis iuſtæ ſenten
tia iuſto liberatoris opere, ſolueretur. Nam
ſi pro peccatoribus ſola ſe opponeret dei-
tas, non tam ratio diabolum vinceret, quàm
poteſtas. Et rurſum ſi cauſam lapſorum ſola Redẽptio
ageret natura mortalium, non erueretur à quomodo
conditione, quæ libera non eſſet à genere. facta.
Vnde oportuit in vnum dominum noſtrũ
Ieſum Chriſtum, & diuinam & humanam
conuenire ſubſtantiam, vt mortalitati no-
ſtræ per verbum carnem factum, & origo
noui hominis ſubueniret & paſsio. Neque NOTA
ipſe diabolus intellexit, quòd ſæuiendo in pro ſenten
Chriſtum, ſuum deſtrueret principatũ, qui tia B. Gre
antiquæ fraudis iura non perderet ſi ſe à do gorij Pa-
mini ſanguine contineret. Sed malitia no- pæ, quã ſu-
cendi auidus, dum irruit, ruit, dum capit, ca- prà ſcripſi
ptus eſt, dum perſequitur mortalem, incidit mus, quòd
in ſaluatorem. Egreſſus itaque eſt Deus cũ etſi agno-
Chriſto ſuo, cùm dominus Ieſus egreſſus uit Ieſum.
eſt

Ieſum eſſe Dei filiũ, nõ tamẽ intellexit, quod per mortẽ eius transfigendus eſſet.

eſt de cœnaculo trans torrentem Cedron, ad
ſalutem populi ſui: non in Moyſi viribus,
non in ſacerdotio Aaronitico, non in Ioſue
magnanimitate, ſed cum Chriſto ſuo, qui
eſt, virtus ſua & ſapientia: illi quidem ſicut
cæteri, redimendi & liberandi cum reliquo
populo. Propter quod ſequitur in cantico:
ibi abſcondita eſt fortitudo eius, ſcilicet diuinitatis
robur & omnipotentia, quamuis
multis & euidentibus corruſcauit miraculis:
& cùm diabolus & mors perſequũtur Chriſtum,
factum eſt ſtatim quod in propheta
ſcribitur. Ante faciem eius ibit mors. In cruce
nanque triumphalibus cornibus extenſus
agnus Dei, & affixus, præualuit contra
mortem & infernum. Occiſuſque tulit peccatum
mundi, & redemit nos, ac reconciliauit
nos patri ſuo. Sicque ante faciem eius in
cornibus appenſi, mors aufugit, & lõge profligata
eſt, & diabolus. Simul auctor ipſe
Gen. 3. mortis, & homicida, qui per ſerpentem decepit,
& mortis poculum porrexit homini,
per illum crucis cornibus appenſum, deuictus
ac ſuperatus eſt: nec potuit coram illo
amplius conſiſtere: condemnatus eſt enim
Ioan. 12. per eum, & eiectus foras, & in libertatẽ trã- D
ſijt Adã, & genus eius vniuerſum. In egreſſu
iſto Patris cum duce ſuo Chriſto ad ſalu-
Zach. 9. tem populi ſui mors mortua eſt, infernus
expoliatus eſt, diabolus victus, & in carcere
concluſus. Quanta ſunt hæc? Quàm magnificentia
& omnipotentia ducis Chriſti
digna? Quanto dic mihi honore & reuerentia
excipienda? Propter hæc dicit propheta:
Egreſſus es in ſalutem cum Chriſto tuo.
Propter hoc in timore maximo auſpicatus
eſt canticum ſuum: Domine audiui auditũ
Gen. 15. tuum, & timui: ſicut olim Abraham cùm offerret
domino ſacrificium. De quo Moyſes:
Cumque ſol occumberet, ſopor irruit ſuper
Abraham, & horror maguus & tenebroſus
inuaſit eum. Vnde horror hic magnus
& tenebroſus apprehendit Abraham?
quia demonſtrabatur ei, quòd ſemen eius futurum
eſſet ſub Pharaone in Aegypto, &
poſt quadringentos annos inde cum ſupellectile
multa & auro & argento rediturum.
In hunc modum cùm dominus reuelat
aurem prophetæ, & prædemonſtrat
magnificentiſsimum hoc opus, & ordinem
diuinæ diſpoſitionis, qui in ipſo ſeruatur: nimirum
quod abſcondita fuit fortitudo Dei
in paſsione, pauet, in magnam admirationẽ
rapitur & heſtaſim. Quis non admirabitur

C in conſilio Dei altiſsimi ſuper humana ſalute?
Quis non timebit & adorabit ſacramentum
æternis temporibus in corde patris ob Rom. 16.
ſignatũ ſuper noſtrã redemptionẽ, cùm ſibi
reſeratur? O Dei ſapientiam! O clementiã?
A. A. A. Domine Deus, neſcio loqui. Deficit Pſal. 118.
in ſalutare tuum anima mea: conſidero
opera tua, & expaueſco: Heſtaſis occupat ſẽ
ſum mẽtis meæ. Chriſtum tuum tradis cornibus
crucis, quibus manus eius affigantur
ferro duro & acuto: vt me peccati & diaboli
vile mancipium redimas, & ad antiquas
ſedes paradiſi reuoces, & ad cæleſte regnũ
adducas. Nonne in tanti conſilij reſeratione
pauere debuit propheta? Nonne & angeli
admirantur & adorant? Sed quid obſecro
eſt quòd Abacuc inuenitur pauens & tre- *Abraham*
mens in videndo diem Chriſti, Abraham *exultat videns*
verò exultat vt videat, & videns gauiſus eſt? *diem*
Verba ſunt domini Ieſu. Magna ſunt & om *Chriſti, et*
ni diligentia examinanda, quæ in Abrahæ *Abacuc ſtupore*
exultatione, & ſententia ſaluatoris deſcri- *corripitur.*
buntur. Propter quod illam hyſtoriam &
figuram, in qua ſignificabatur opus noſtræ Ioan. 8.
redemptionis, intendo exponere. Præcepit Gen. 22.
D dominus Abrahæ, vt tolleret filium ſuum
Iſaac, quem diu deſidarauit, & præter omnem
ſpem acceperat, quem ſummè diligebat:
in quo & benedictionem omnium gentium
dominus repromiſerat: de hoc Iſaac
accepit mandatum à domino in hæc verba:
Offeres illum in holocauſtum ſuper vnum
montium, quem mõſtrauero tibi. Qui
nocte conſurgens ſtrauit aſinum ſuum: non
per manus ſeruorum, etiamſi multi illi præſto
eſſent, neque ligna ad holocauſtum cædunt
ſerui. Sed quid inquit ſcriptura? Cum- *Abrahe*
que concidiſſet ligna ad holocauſtum. Vi- *obedientia*
de animi promptitudinem & religioſitatẽ. *& pietas*
Non tibi præcipiũtur hæc ô Abraham, ſed *in Deum.*
vt offeras chariſsimum filium. Religioſiſsimus
tamen vir manu propria, quæ ad holocauſtum
ſpectant, perficit & contractat, in
hoc etiam obſequium præſtans Deo. Et
nocte conſurgit, & relicta domo diſcedit.
Non inquit: ſatis eſt ſi mane conſurrexero: *Abraham*
ſed nocte eadem & hora gaudens conſurgit, *nõ fuit mẽ-*
qua audit diuinum oraculum, & ducit ſecũ *titus, cùm*
filium ſuum Iſaac, & duos iuuenes ſeruos *dixit, puer*
ſuos. Quibus tertia die inquit: Expectate hîc *& ego, re-*
cum aſino: ego autem & puer illuc vſque *uertemur*
properantes, poſtquàm adorauerimus, re- *ad nos.*
uertemur ad vos. Obſerua primò antequàm Gab. 3. ſe.
ad cætera accedamus, quòd Abraham non d. 38.
fuit

Aug ſerm. 1. de immolat Iſaac eſt hæc in numero. 71. idē ſer 72.

Cōtrariū tamen: A driani. quòd libet. 1.

Heb. 11.

fuit mētitus in voce illa, reuertemur ad vos. etiam ſi intendebat occidere filium, & offerre illum in holocauſtum domino. Nō enim Contra id quod mente gerebat, locutus eſt. Quin filiū credidit protinus ſuſc.tandū, quē admodum apoſtolus videtur in hæc verba tradere. Fide obtulit Abrahā Iſaac, cum tentaretur, & vnigenitū offerebat, in quo ſuſceperat promiſsiones: arbitrās quia & à mortuis ſuſcitare potēs eſt Deus. Neq; cōtra mētem diſsimuladi cauſa locutus eſt. Secundò

Iſaac anni cum immolatur. deſcribūtur.

obſerua q̄ Iſaac ſecundū ſcripturæ conſuetudinē, puer appellatur nō certè, quia quatuor aut ſex expleſſet annos tantū. Nam & frater eius Iſmael, cum eijcitur de domo patris ſui Abrahā, cu matre Agar, puer appellatur ſimiliter, qui certè pluſquàm decimū ſextum annū agebat. De quo habes ſcripturam: Inquit Moyſes. Octoginta & ſex annorum erat Abraham, quando peperit ei Agar Iſmaelem. Quando autem natus fuit Iſaac, centum erat annorum. Et poſtquā ablactatus eſt Iſaac, & puer factus, cū quo frater eius Iſmael ludere poſſet, eiectus eſt Iſmael cū matre ſua. A natiuitate Iſaac vſque ad eius ablactationē, coputa annos. 4. & Iſmael erat natu maior annis. 14. Erat igitur Iſmael annorum. 18. tum puer appellatur. At dices, quid laboras in probando, q̄ pueri in ſacra ſcriptura dicātur ſenes & viri perfecti, & in medium adducis Iſmaelē? Cum mille locis exempla oſtendere ſit facile? Nō id tātum mihi eſt cordi: ſed etiam demonſtrare perfectā ætatem Iſaac, cum ad immolationem aſſumitur. Quod ſic probabiliter demonſtratur. Poſtquā Iſmael reuocatus fuit in domū patris ſui Abrahæ ex mandato angeli, deſcribit Moyſes, quæ erga illū geſta ſunt: quomodo factus fuerit iuuenis ſagittarius, & quomodo habitauerit in deſerto Pharā, denique qualiter acceperit ſibi vxorē ex volūtate matris Aegyptiam. Vbi notare potes q̄ forſan agebat iā Iſmael annum. 40. ſicut & de Iſaac dicitur, cùm duxit vxorē. Quod ſi hac etiā ętate vxorē duxit Iſmael, quod ex multis circunſtantijs apparet, quas modo enumeraui, erat tunc Iſaac. 26. annorū. Quòd ſi hinc non tibi probatur hæc ętas in Iſaac, audi Moyſem, & forſan maiorem donabis. A matrimonio Iſmaelis cōputat Moyſes. antequàm Abrahā offerret Iſaac, pactū quod Abimelech percuſsit cum Abraham, & q̄ fuerit Abraham colonus in terra Paleſtinorum diebus multis. Hoc ver-

Cap. 21.

Cap. 16. d

Cap. 21. a

Iſmael. 18 annorum cum eijcitur de domo patris cum matre ſua.

Gen. 21.

Ibi. 25. c.

Gen. 21.

A bum dici non ſolet in ſcriptura, cùm ſcriptor deſcribit octo vel decē annos: ſed certe plures. Et ſtatim cap. ſequēti inquit: Quæ poſtquā geſta ſunt, tentauit Deus Abrahā. Vbi demōſtrat quod anticipatio nullū locum hic habeat, ſiquidē dicit: quæ poſtquā geſta ſunt. Quod ſi per dies multos, quos cōmemorat ſcriptura velis intelligere annos 7. cū illis quæ ſupra deſcripſimus, vel ſi prior cōputatio in Iſmaele & Iſaaco nō tibi probatur, ecce annos multos deſcribit ſcriptura poſt nuptias Iſmaelis, neceſſario ergò Iſaac annū agebat pluſquā trigeſimū. Adde quòd cap. ſequēti poſt immolationē Iſaac, deſcribitur mors Saræ quæ tūc agebat annū. 127. Erat igitur Iſaac anno. 37. cum mortua fuit mater eius, in. 4. annis ſequentibus, immolationem Iſaac, tēpus affuit ad habitandū Berſabee, & deinde in Hebrō, vbi mortua fuit Sara. Deniq; Ioſephus deſcribit Iſaac. 35. annorum cum immolatur, etiā ſi puer bis appelletur: quod familiare eſt ſcripturis vtriuſq; teſtamenti. Mirificę cōcluſiones ex hac cōſideratione perfectæ ætatis & obedientiæ Iſaac originem trahunt: oratio autē noſtra aliò nos vocat. Tulit Abraham ligna ad holocauſtum, & poſuit ſuper humeros I-

Sara mortua in Hebron: ubi & ſepultus Adam.

2. Reg. 1. & . 2.

Exod. 33.

Heſter. 1.

Ioann. 21.

Act. 10.

B ſaac (Vide quantus tunc erat Iſaac, qui tantum pondus deferre poſſet) ecce ſaluatorem baiulantem crucem ad montem. Abraham verò portabat in manibus ignem & gladium. Ecce ſummum Deum patrem omnipotentem, qui filium ſuum chariſsimum tradidit pro nobis, neque vnigenito ſuo pepercit. Gladium autem quid aliud deſignat niſi iuſtitiam Dei inflexibilem, quæ in cruce Chriſti apparuit, ſicut docet apoſtolus, diſputans de filio: Quem poſuit Deus propitiatorem per fidem in ſanguine ipſius ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ. In igne autē quid verius & ſignificantius traditur, quā amor & dilectio Dei patris ad genus humanum? In his duobus tibi eſt conſideranda crux & mors Chriſti Ieſu domini noſtri. Intellige ſummam iuſtitiam Dei patris, nimiamque charitatem ſuam, vt ex altero timorem exhaurias, & ex altero charitatem foueas & nutrias. Hæc ſunt duo vbera, quæ magnificat in ſponſo ſponſa apud Salomonem: neutrumq; ſine altero ſugere debes. Cumque Abraham extendiſſet manum ad occiſionem Iſaaci ex mandato domini, prohibitus eſt, & ſic Iſaac nec percutitur, nec occiditur. Ecce Chriſti diuinitatem, cuius hu-

Abrahæ in manibus gladius & ignis quid ſignificet.

Rom. 5.

NOTA *ualde.*

Cant. 1.

Vbera ſpōſi in canticis qualia.

Geneſ. 1. hoc verbo docuit Moyſes materiæ primæ creationem. Creauit Deus celum & terram, neque per innouationem tradentur obliuioni, cùm permaneant. Ex hac interpretatione firmiſsimum permaneret verbum Christi, cùm inquit: Cælum, quod ex ſe incorruptibile eſt, & terra quę ſecundum ſe totam, item incorruptibilis eſt: hæc tranſibunt in omnipotentia & indignatione iudicis venientis & creantis nouos cælos & nouam terram: verba autem mea non tranſibunt, id eſt, firmam veritatem habent & implebuntur vſque ad vnum apicem. In contrarium habes omnium magiſtrorum & philoſophorum ſententias: quòd cæli ſunt æterni & incorruptibiles, neque aliquando corrumpendi. Et ſatis in eorum expoſitione declaratur firmitas dictorum Domini Ieſu: neque infrequens eſt apud ſacros ſcriptores hyperbolica locutio, per quam omnia illa argumenta ſoluentur facili negotio. Et perirent quantum eſt ex ſe in die illa, niſi Deus illos conſeruaret, ſicut docet Beatus Auguſtinus: exponēs quomodo erit cælum nouum & terra noua: Mutatione nanque rerum non omni modo interitu tranſibit hic mundus. Vnde apoſtolus ait: Præterit figura huius mundi. Figura ergo præterit, non natura. De *die autem illo uel hora, nemo ſcit, neque angeli in cælo, neque filius niſi pater.* Ex præpoſita parabola arborum frondentium, & gemmas producentium, & eius interpretatione, docuit propinquitatem ſui aduentus: ne autem errarent intelligēdo hanc ſimilitudinem non ſolum quātum ad propinquitatem, ſed etiam quātum ad certitudinem temporis: & intelligerent, quòd ſicut à tempore quo arbores frondeſcunt vſque ad æſtatem ſcitur ſpatium temporis determinatè, putà trium menſium: ita ab iſtis ſignis vſque ad aduentū Chriſti ſcire poſſent certum tempus, ideo per hæc verba hanc opinionem excludit. De die autem illo nemo ſcit, neque angeli Dei, neque notitia mentali, neque ſupernaturali, neque filius hominis ſecundū ſuam humanam rationem ſcit naturali cognitione: bene autem ſupernaturali, cùm ſecundùm mentem & ſuperiorem portionem ab exordio ſuæ conreptionis intra vterum virginis, fuerit beatus, & viderit in verbo omnia quæ erant, fuerunt, & erunt. Obſerua hunc locum qui non vulgarem, ſed ingentem lætitiam præbuit Ario & eius ſequaci-

Lib. 20. de Ciui. Dei cap 14.

Et ſentētia Auguſ. & cæterorum auctori probatur.

Chriſtus ut filius hominis quomodo ſciat diē iudicij.

C bus, tanquam ſi ex illo aduerſus Dei filium reportaſſet victoriæ palmam. Cui elegantiſsimè reſpondit Athanaſius. Dominus cæli & terræ, per quem omnia facta ſunt, & tempora, & rerum agendarum articuli, nox item & dies & vniuerſa rerum natura, & opifex, ab iſtis fertur ſuum opus non intelligere. Atqui ipſa ſeries lectionis oſtendit filiū Dei illā diem & horam probè ſcire, etiam ſi Ariani ſua inſcitia in præceps ruant. Vbi enim dicit nec filius quidem, ibi diſcipulis recenſet ea, quæ diem illā antecedunt, dum inquit: iſta & illa futura ſunt: ac tunc denique finis. Iam qui ea, quæ diem illam antecedunt, eloquitur, omnino in cognitone ſua diem habet, quæ poſt res prænuntiatas ſubſecutura eſt. Si enim diem neſciret, nunquam ea quæ diem antecedunt, deſignaſſet: quippe ignarus quando ea hora futura eſſet. Ac veluti ſiquis domum vel ciuitatem ignaro, certis ſignis deſcribere cupiēs, ea quę ante domū vel ciuitatē cōſiſtūt, percenſeat, & poſt omnia deſignata loquatur: iā deinde in proximo tibi eſt ciuitas aut domus: certè fieri nō poteſt, vt is qui ita rem demōſtratā tradit, incognitū habeat, vbinā D locorū domus aut ciuitas illa cōſiſtat: nam ſi illum lateret, profecto nunquam indicaret ea, quæ prioribus locis conſiſtunt, quin potius per ignorantiam auditores ſuos procul à recto diuerteret, aut inter loquendum non animaduerteret ſe in re ſignificanda limites tranſmittere. Ita quoque dominus enarrans ea, qua præuia & proxima ſunt ante illam diem & horam, exactè nouerat, nequaquam ignarus quandonam illa dies & hora immineret. In media luce cęcutiet, qui poſt hanc expoſitionem de germano ſenſu literæ dubius extiterit. Origenes inquit: Donec Eccleſia, quæ eſt corpus eius, neſcit diem illam & horam, tandiu neque ipſe filius dicitur ſcire diem & horam. Inter argumenta beati Hieronymi aduerſus Arium, & Eunomium, qui de ignorantia magiſtri gloriari deſiderabant, ratio Beatiſsimi Athanaſij firmior efficitur. Si enim Dei filius nouiſsimum diem temporum ignorat, ignorat & penultimum, & retrorſum omnes. Non ergo potuit prædicare (in hoc conſiſtit neruus rationis & argumenti) ſigna proxima ſui aduentus in verbo illo apud Marcum: Sic & vos cùm videritis hæc fieri, ſcitote quoniam ſit in oſtijs. Atqui tantum ſupereſt veritatem

Athanaſi. ſerm. 4. ad uerſ. Arianos.

NOTA. *ualde.*

Similitudo

Orig. tractat. 30. in Mattheū.

NOTA. *ualde.*

tem hanc catholicam ex ſcripturis demonſtrare,& rationem reddere, quare hoc ſecretum apud ſe continuit dominus Ieſus.

Cap.63.

In Eſaia ſic legis: Torcular calcaui ſolus, & de gentibus non eſt vir mecũ. Calcaui eos in furore meo,& conculcaui eos in ira mea, & aſperſus eſt ſanguis ſuper veſtimẽta mea, & omnia indumenta mea inquinaui. Dies enim vltionis in corde meo: annus retributionis meæ veniet. Vbi apertè Dei filius fatetur ſe ſcire diem vltimũ, quoniã ait: Dies vltionis in corde meo: quæ verba cõſtat de perſona filij eſſe dicta: quoniam qui dixerat: Torcular calcaui ſolus,&c. Eadem verborum conſequentia ſubiunxit dicẽs: Dies vltionis in corde meo. Et Paulus apoſtolus

Colloſ. 1.

de Chriſto inquit: In quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei abſconditi. Ergo & notitia illius diei. Pater enim in ſua

Act.1.

poteſtate poſuit tempora & momenta. Et

Ioan. 17.

ipſe filius ad patrem: Omnia tua mea ſunt.

Lib 9. de trinit.

De hac re diſputauit beatus Hilarius ad longum, & beatus Athanaſius. Cùm ingenti ergo totius eccleſiæ vtilitate magnum hoc ſecretum in corde ſuo continuit dominus Ieſus Chriſtus, & huius rei gratia docuit omnes vigilare, de quo ſtatim. *Vigilate ergo (neſcitis enim quando dominus domus ueniat: ſerò an media nocte, an gallicantu, an mane) ne cùm uenerit repentè, inueniat uos dormientes. Quod uobis dico, omnibus dico: Vigilate.* Obſerua in primis, ex quibus præmiſsis hæc concluſio deſcendat, & inferatur. Diem vltimum in theſauris ſuæ ſapientiæ recondidit: neminẽ de illa edocuit: quàm terribilis ſit futura ſentẽtia aduerſus omnes impios, non vulgaribus verbis depinxit: ex his omnibus intulit & dixit: Vigilate ergo.

Concluſiones ex conſideratione iudicij eliciuntur, uigilare, orare, ieiunare, &c.

In Luca ſic traditur hæc concluſio. Attendite autem vobis, ne fortè grauentur corda veſtra in crapula & ebrietate,& curis huius vitæ,& ſuperueniat in vos repentina dies illa, tanquàm laqueus enim veniet in omnes, qui ſedent ſuper faciem omnis terræ. Vigilate itaque omnì tẽpore orantes, vt digni habeamini fugere iſta omnia, quæ futura ſunt,& ſtare ante filium hominis.

2.cap. 3. Iudicij cõcluſio in Petro utiliſsimè traditur

In Petro ſic traditur hæc cõcluſio. Aduenier autem dies domini vt fur, &c. Cum igitur hæc omnia diſſoluenda ſint: quales vos oportet eſſe in ſanctis conuerſationibus & pietatibus, expectantes & properantes in aduentum diei domini. Propter quod chariſsimi hæc expectantes ſatagite immaculati & inuiolati ei inueniri in

A pace. Singula verba Lucæ ſuam annotationem deſiderabant: ſimiliter & doctrina apoſtoli: niſi ex interpretatione Marci omnia fierẽt lucida. Vigilate ergo, neſcitis quãdo dominus domus veniat.

Vigilare quid ſit in ſcriptura.

Paulus docet, quale ſit iſtud vigilare. Euigilate iuſti, & nolite peccare.

1.Cor.15

De qua vigilia & aliàs ſupra diſputauimus. Hic autem tria docet ſaluator. Vigilare, videre,& orare. Videre eſt primum, ſcilicet oculis mentis, & ſubinde ſtudium adhibere ad exequendum & cauendum: Videre enim tantùm, non ſolùm laudabile non eſt, verum & grauiter arguitur ab Eſaia

Cap.42.

propheta. Qui vides multa, nonne cuſtodies? & qui apertas habes aures, nonne audies? Et Chriſtus: Ille autem ſeruus, qui ſcit

Luc. 12.f.

voluntatem domini ſui,& non ſe præparauit, et non fecit ſecundùm voluntatem eius, vapulabit multis. Operari igitur hoc,& facere Dei voluntatem, cùm non ſit noſtri arbitrij tantùm, ſed neceſſarium ſit ſubinde domini auxilium, tertium docuit: Orare ſcilicet. Orate omni tempore. Deus eſt qui operatur in nobis velle & perficere pro ſua bona voluntate.

Rom.7.

Et iterum dicit ipſe apoſtolus: Velle adiacet mihi, perficere non inuenio. Cùm ergo tantus apoſtolus naturæ

B lapſæ imbecillitatem etiam in ſe ipſo ingemiſcens fateatur: non eſt quod tibi arroges poſſe perficere: non eſt cur tibi falſò & vanè promittas: Brachium meum ſaluabit me: imò orandum tibi eſt in multa humilitate, vt ſuffragium inuenias à domino. Quòd ſi ad præpoſitos & prælatos eccleſiæ, qui certè paſtores inſtituti ſunt ſuper dominicum gregem, hæc verba referas, & ſequentẽ parabolam, in Ezechiele, quæ eis conueniunt

Cap.33.

ſcripta ſunt. Et factum eſt verbum domini ad me dicens,&c. per totum cap. Vnicuiq; ergo,& maximè paſtoribus demandatur videre, vigilare,& orare. Et rationem reddit ſtatim. Neſcitis enim quando ſit hoc tempus, ſcilicet vniuerſalis iudicij, de quo adhuc eſt ſermo. Vel neſcitis quando tempus ſit mortis vniuſcuiuſque propriæ: tũc quippe ſingulorum habetur ratio,& ſic conuolabimus omnes ad iudicium vniuerſale, quod dominus conſtituit propter rationes multas. Lege S. Thom. 3.p.q.59.art.5.& communiter doctores in 4. S. Lege & cap. 2. Danielis prophetæ, vbi graphycè deſcribitur iudicium finale. Sicut *homo qui peregrè profectus, reliquit domũ ſuam, & dedit ſeruis ſuis poteſtatem cuiuſq; operis, & ianitori præcepit ut*

A tanquam ad arduum & difficile. Inuiolati & immaculati inueniri, id eſt, incorrupti & immaculati, quia vel minima venialis macula per ignem purgabitur. Et in pace ſcilicet ad Deum & ad homines. De qua docet apoſtolus: Iuſtificati ex fide pacem habeamus ad Deum. Tuncque illam habemus, cùm operamur bonum: ſicut ipſe docet: Gloria, honor, & pax omni operanti bonum. De pace erga homines dixit: ſi fieri poteſt, quod ex vobis eſt, pacem cum hominibus habete.

Rom. 5.

Ibi. 12.

Ex iudicij meditatione concluſio Dauid.

Pſal. 76.

Dauid ex conſideratione iudicij, hanc intulit concluſionem. Meditatus ſum in nocte cum corde meo, & exercitabar: & ſcopebã ſpiritum meum. Annos æternos in mente habui. Vnde meditatus ſum cũ corde meo, Vulgò codices latini habent ſcopebã, per P. Quod ſi legas cum Titelmano, ſcobebã, vel ſcopabam, vtilem doctrinã intelliges, mutata, P. in, B. aut certè, E. in; A. vt dicamus, ſcobebam, vel, ſcopabam: Quorum prius, ſcilicet, ſcobebam, deriuatur à nomine, ſcobs, ſcobis, quod ſignificat puluiſculum, qui abraditur à ferro, vel alia qualibet materia. Vnde verbum ab hoc nomine deriuatum; ſcobs, ſcobis, ſcobere, ſignificabit ſcobem abradere, vel abſtergere, velut limando & abſtergendo. Atque hoc modo ſcobere ſpiritum, non aliud eſt quàm limare, & diligenter, ab omni macula expurgare, atque vt niteat efficere, quemadmodum facere ſolent, qui limando, ſcobem faciunt decidere. Neque malè conſonat huic quod habet pſalterium Romanum, Ventilabam ſpiritum meum, hoc eſt, ventilando emundabam & purgabam, vt nil puluerulentum, nil alienum in eo remaneret. Si verò ſcopare legas per, a, &, p, à ſcopa verbum deducitur, & eadem rurſus quæ ex prioribus habetur intelligentia. Non enim aliud eſt ſpiritum ſcopare, quàm velut ſcopa emundare, & purgare à ſordibus, & omni immunditia. Lectio quam exponit beatus Auguſtinus, habet ſcrutabar. Vide iam quam diligentiã & peruigilem ſolicitudinem doceat attenta meditatio annorum æternorum. Examina ſingula quæ diximus. In ſancto propheta

Frater Frãciſcus, Titelmanus.

B. Hieronymus legit in vtroq; loco ſcopebam, & exponit: fodiebã quaſi agrũ ut ibi mitterẽ ſemen doctrinarũ dñi.

B

Ex iudicij conſideratione cõcluſio Iob.

Iob ſic traditur concluſio. Ponam corã eo iudicium meum, & os meum replebo increpationibus. Hieremias ſolus ſedet, cùm cõminationem audit à domino, imò & repletur. Solus ſedebam, quoniam comminatione repleſti me. Non ſedi cum conſilio ludentium. Vides quanta bona inſerat in corde humano peruigil meditatio iudicij, & annorum æternorum. Nec puluerem tenuiſſimæ cogitationis prauæ ſine lima & ſcopa relinquit. Tremens ſedet & ſolus, qui audit comminationem hanc magnam. Os ſuum replet reprehenſione & increpationibus: Vide quàm longe ab hoc homine, aut gloriatio, aut excuſatio in peccatis. Femur percutit in multiplici ſui ipſius caſtigatione ac mortificatione. Sicut apud eundẽ Hiere. legis. Obſecramus ergo vos fratres per nomen domini noſtri Ieſu Chriſti, vt ponatis in præſentiarum iudicium veſtrum coram domino, voſmetipſos diiudicantes, quod ſic docent beatiſſimus Gregorius & Anſelmus. Debet vniuſcuiuſque mens & cauſas ſuas apud dominum, & cauſas domini contra ſe ſolicita inquiſitione diſcutere: debet autem penſare, vel quæ ab eo bona percepit, vel quæ mala bonitati illius peruerſè viuendo reſponderit, quod electi quotidie facere omninò non ceſſant. Vnde Salomon dixit: Cogitatio iuſtorum iuſtitia. Iudiciũ quò tardius venit eò ſeuerius percutit. Et Anſelmus ſuper illud Pauli: ſi noſmetipſos diiudicaremus, &c. Aſcendat itaque homo aduerſus ſe tribunal mentis ſuæ conſtituat ſe ante faciem ſuam. Atque itaque conſtituto iudicio in corde, adſit accuſatrix cogitatio, teſtis conſcientia, carnifex timor: inde quidem ſanguis animæ confitentis perfluat per lachrymas, verſetur ante oculos eius imago futuri iudicij, & quicquid in ſe viderit, quod à iudice venturo reprehẽdi poſſit & puniri, ipſe nunc in ſeipſo reprehẽdat & puniat. Peccata enim ſiue parua, ſiue magna impunita eſſe non poſſunt. Quia aut homine puniente, aut domino iudicante plectuntur. Ceſſat autem vindicta diuina, ſi conuerſio præcurrat humana.

Cap. 15.

Greg. lib. 25. cap. 6. Anſ ſuper illud Pauli: Si nos ipſos, &c.

Iudiciũ animæ aduerſus ſeipſam

Prou. 12.

1. Cor. 12

Lege cap. 18. Eccli. lit. c.

CON

CONCLVSIO MATERIAE IVDICII, & Capituli decimitertij.

Hier. 13. AVDITE & auribus percipite, Nolite eleuari, quia dominus locutus eſt: Date domino Deo veſtro gloriam, antequàm contenebreſcat, & antequàm offendant pedes veſtri ad montes caliginoſos. Expectabitis lucem, & ponet eam in vmbram mortis & in caliginem. Hæc locutus eſt ſanctus propheta Hieremias populo ſuo, vt ſi forte ad pœnitentiam conuertere poſſet eos, per quam effugere valerent mala, quæ paſſi ſunt ſub rege Babyloniæ. Quod autem Babylon & omnis regio Chaldæorum montes caliginoſi appellentur, in principio Eſaiæ cõtra Babylonem legimus, vbi ſcriptum eſt: Super montem caliginoſum, leuate ſignum. Hoc itaque docet, vt antequàm ducantur in captiuitatem, & ſeruitutis mala ſentiant, agant pœnitentiam. Nõ igitur immeritò hac ſcriptura in præſentiarum vtimur, cùm quæcunque illi populo duræ ceruicis acciderũt, velut imago eorum, quæ cernimus, conſiderari debeant. Audite ergo & nolite obdurare aures, & indurare cor veſtrum, quia ſurditas hæc grauem parat vltionem: cùm magnæ ſuperbiæ ſit argumentum, Spiritui ſancto reſiſtere, & verbis domini Ieſu: quorũ firmitas ſolidior, longèque ſtabilior eſt, quã cælum & terra. Dominus enim locutus eſt omnia quę ex ſacris euãgelijs de die illa ſcripſimus. Quod auribus veſtris infundo, deſideroque vt verba mea vſque ad animæ viſcera deſcendant: iuſtiſſimum eſt, æquitatis habet magiſterium, & formam totius iuſtitiæ. Date domino veſtro gloriam, Significationem huius vocis, ſanctus propheta Baruch, & virorum ille fortiſſimus & nobiliſſimus Ioſue demonſtrat. Hic ad Acham filium Carmi, qui in anathemate Iericho cõturbauit vniuerſum Iſrael: quũ propter hoc peccatum longè affuit ab illis Deus, & in brachio virorum ciuitatis Hai obſcuratum eſt nomen eorum & gloria, ſed & ceciderunt vulnerati ex eis triginta & ſex homines. & perſecuti ſunt eos aduerſarij. Doli & mali huius grandis auctore per ſortem inuento, deprehenſoque, allocutus eſt eũ Ioſue in hæc verba: Fili mi da gloriam domino Deo Iſrael, & confitere atque indica mihi quid feceris, ne abſcondas. Ille verò, id

Cap. 13.

Dare gloriam Deo quid ſignificet.

Ioſue. 7.

C eſt, Baruch, in oratione inquit: Aperi oculos tuos, & vide, quia non mortui, qui ſunt in inferno, quorum ſpiritus acceptus eſt à viſceribus ſuis, dabunt honorem & iuſtitiam domino: ſed anima quæ triſtis eſt ſuper magnitudine mali, & incedit curua, & infirma, & oculi deficientes, & anima eſuriens, dat tibi gloriam & iuſtitiam domino. Non dabunt mortui iuſtitiam domino: ſed anima quæ triſtis eſt, per contritionem veram, & incedit curua per profundam humiliationẽ mentis & corporis: & infirma præ propriæ fragilitatis conſideratione. Et oculi deficientes: proprios defectus, & non alienos attendentes. Et anima eſuriens, id eſt, iuſtificari deſiderans, dat gloriam Deo: quia ſacrificium Deo ſpiritus contribulatus. De quo illo loco præclara dixi. Hanc ergo habet ſignificationem & interpretationẽ verbum illud Hieremiæ: Date gloriam in vera contritione, & humiliatione, & deſiderio iuſtitiæ, & in humili ac lachrymoſa confeſſione criminum. Ad hæc nos vocat ſanct⁹ propheta, antequàm obtenebreſcat. Sicut & ſaluator: Operamini dum dies eſt, D venict nox, quando nemo poteſt operari. Et apud Lucam dicebat: Venient dies, quando deſideretis videre vnum diem filij hominis, & non videbitis. Quod iam expoſuimus. Et antequàm offendant pedes veſtri ad montes caliginoſos. Sic intelligo verbum iſtud: Cùm primò completum fuerit verbum illud iudicis æterni, Diſcedite à me maledicti, deſcendent omnes impij in inferiora terræ, & tradẽtur in manus gladij, partes vulpium erunt. Terra nanque tunc aperietur, & penetrabunt viſcera eius cadentes in infernum, niſi Deus per aliud miraculũ effecerit illum tranſitum. Tunc dic mihi, quales erunt montes caliginis & tenebrarũ, nec tamen errabunt aut ceſſabunt, in deſcẽſu ad lacum, cùm carnifices dæmones præ uictoria exultantes, illuc eos captiuos in cõpedibus & manicis ferreis ſuorum criminũ traxerint. Tũc quid obſecro daret homo ꝓ vno die filij hominis ad pœnitentiam fructiferam? Neque vniuerſus orbis aliquid reputabitur à domino. Qui ponet omnes ſuperbos, qui pœnitentiam contempſerunt, in vmbra mortis & caligine, & plorabunt, cru-

Baruch. 3.

Pſal. 50. Homil. 24

Ioan. 9.

Cap. 17.

Pſal. 62.

cruciabunturque ad maiorem eorum reuerentiam,& confuſionem propriam in conſpectu omnium ſanctorum, quęrentes lucē. *Voluntas duplex.* Vbi ſciendum eſt, quòd duplex eſt actus voluntatis, vel duplex eſt voluntas, naturalis, & deliberata. Naturalis voluntas eſt inclinatio & pondus naturæ ante actum elicitum, quę quidem inclinatio nō eſt effectus ipſius creaturæ, ſed eſt à Deo tanquàm ab auctore naturæ impreſſa. Quo circa cùm in dānatis naturalia maneant integra, illa etiam permanet inclinatio bona ad beatitudinē, ſicut ſupra dictum eſt, cùm expoſuimus illud Matthæi, Domine, domine, aperi nobis. In hoc conſiſtit non vulgare tormentum damnatorum, ſiquidem æternaliter hàc voluntate deſiderabunt lucem beati-

A tudinis, & ponet eos Deus in tenebris interioribus. Iure ergo, inquit ſanctus propheta: Date domino Deo veſtro gloriam, & fugietis omnia hæc mala, & glorificabit vos, ſicut ad Samuelem quondam aduerſus Heli dixit: Quicunque honorificauerit me, glorificabo eum: qui contemnunt me, erunt ignobiles. *1.Reg.2.* Audi ſapientiſsimum Salomonem: Eterum quia non profertur citò *Eccleſ.8.* B contra malos ſententia, abſque timore vllo filij hominum perpetrant mala. Attamen peccator ex eò quod centies facit malū, & per patientiam ſuſtentatur: ego cognoui quod erit bonū timentibus Deum, qui verentur faciē eius. Memēto ergo creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, antequàm veniat tempus afflictionis tuæ, &c.

Finis Capitis decimitertij, & Libri decimitertij Commentariorum in Marcum.

LIBER

LIBER DECIMVS QVARTVS COMMENTARIORVM IN MARCVM.

THEMA IN PASSIONEM.

Cap.3. EGRESSVS C es in ſalutē populi tui:in ſalutem cum Chriſto tuo. In cantico Habacuc ſcripta ſūt hæc verba. Quod nimirū canticum tantę fuit
difficultatis apud veteres patres ſynagogæ,
vt ab eorū magiſtris inter quatuor difficillima
ſcripturarum loca cenſeretur. Propter
quod ab aliquibus doctoribus Hebræorū,
titulus inſcriptus cantico. Pro ignorantijs,
vel pro ignorationibus, ſic interpretatur,
quia canticū iſtud talia ac tanta cōtineat, &
promat, quod difficillimè à quouis poſsint
intelligi, aut interpretari. Donec ille veniat
Meſsias, in cuius tempore ea ſperabāt reſe-
Interpretatiōis ſcripturarū genus optimum. randa. Vbi vides quàm inexpugnabile ge-
nus interpretationis ſcripturarū propheta-
rum, eſt impletio eorū, quæ in ipſis repro-
miſſa erant, etiā ſi lingua taceat. Vnde Chri D
ſtus diſcipulis Ioannis, quærentibus, nun-
quid ipſe eſſet, quæ vidiſtis, & audiſtis, re-
nunciate Ioanni, inquit. Vbi tunc oracula
re impleuit & opere. Tunc quippe quod re-
conditum & obſcurū latebat ſub litera, lu-
Ion.1. cidum & credibile fit, apparetq;. Scut Ionæ
ſacramentū obſcuriſsimum, quod in Chriſti
morte, & glorioſa reſurrectione apertū eſt:
& illud audierunt non ſemel ab ore domini
Iudæi, non tamen intelligebāt, quæ ab ipſo
Leui.26. dicebantur. Similiter & myſterium duorū
hircorum in lege Moyſi deſcriptorum, quo
rum alter mactabatur, alter vero mittebatur
viuus in deſertum. In quibus dominus Ie-
ſus ſecundùm carnem moriēs pro nobis, &
ſecundùm diuinitatis maieſtatem, illæſus &
viuus ſignificabatur, ſicut nos cum beato
Homil. ſuper Pſal. 50. 23. fol. 240. Cyrillo Alex. expoſuimus. Implens igitur
Meſsias, quæ in Abach. ſcripta erant obſi-
gna a ſigillo profundiſsimi ſenſus & ſenten-
tiarum, ecce lucidiſsima fiunt ante omnium
oculos reſerata. Cū igitur propheta inquit:

C Egreſſus es in ſalutem populi tui: Ad patrē
dñi noſtri Ieſu Chriſti dirigit ſermonē, qui
erat in Chriſto mundum ſibi reconcilians.
Nam filius in patre, & pater erat in filio, ſi- *Ioann. 14.*
cut ipſe manifeſtè docet. Cùm ergo dixit
Paulus: Deus erat in Chriſto mundum ſibi *2.Cor.5.*
reconcilians, non ſolum de perſona filij e-
rat ſermo apud illū, quæ erat in Chriſto per
vnionem realem & ſubſtantialē ad huma-
nam naturā, ſed & de patre eſt ſermo: qui &
ſecundū eſſentiā & relationē, & ſecundùm
originē filij ab ipſo, eſt in illo. Eſt in filio pa
ter ſecundū eſſentiā, quia pater eſt ſua eſſen
tia, & cōmunicat eā filio, non per aliquam
ſuā tranſmutationē. Et ſimiliter cùm filius
ſit ſua eſſentia, ſequitur ꝙ filius ſit in patre. *Hilarius*
Vnde beatus Hilarius: Naturam ſuam (vt *lib.5.de trinitate.*
ita dicam) ſequitur immutabilis Deus, im-
mutabilem gignens Deum ſubſiſtentē. Er-
go in Deo Dei naturam intelligimus, cùm
in Deo Deus ſit. Eſt & pater in filio ſecun-
dùm relationem, cùm manifeſtū ſit, quòd
vnum oppoſitorum relatiuè ſit in altero ſe-
D cundùm intellectum: & ſecundùm origi-
nem alter eſt in altero, quia proceſsio verbi
in intelligibilis eſt, eſſe aliquid extra pa-
trem: ſed manet in dicente. Et eadem ra-
tio eſt de ſpiritu ſancto. Propter quòd cum
Paulus dicit: Erat Deus in Chriſto mun-
dum ſibi reconcilians, ſi velis interpreta-
ri nomen illud Deus eſſentialiter, ita vt
comprehendas tres diuinas perſonas, qui-
bus homo ex ęquo reconciliatus eſt nō tibi
contradicā, dummodo ſolā perſonā filij per
vnionem realem ad carnē intelligas in Chri
ſto, cæteras verò per circumincisionē. De
quo manifeſtè Chriſtus dixit: Ego in patre *Ioan.14.*
& pater in me eſt: quod æquo iure de ſpiri-
tu ſancto eſt interpretandum: quorum vna
eſt diuinitas, vna eſſentia, vna & germana
æqualitas. Vide quale fundamētum noſtrę
redēptioni poſuit Deus, qui erat in Chriſto
mūdum ſibi reconcilians, vt dixi. Vide in
quanto gaudio & lætitia cordis inenarrabi-
li dicit ipſe Apoſtolus. In quo habemus *Eph.1.*
redemptionem & remiſsionem peccato-
rum.

1. Cor. 6. rum. Vide quo iure dicat Apoſtolus ipſe. Empti eſtis precio magno: glorificate & portate Deum in corpore veſtro, quia in *Coloſ. 1.* Chriſto complacuit omnem plenitudinem diuinitatis inhabitare, & per eum reconciliare omnia in ipſo. *Heb. 10.* Vide quo iure dixit, quanta exiſtimatis deteriora mereri ſupplicia, qui filium Dei cõculcauerit, & ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit, in quo ſanctificatus eſt? Vide quo iure dixit pro- *Pſal. 129.* pheta Dauid: Apud dominum copioſa redemptio. *Galat 3.* Vide quo iure ſpes noſtra ſit cælis firmior, qui redempti ſumus de maledicto legis, & factus eſt pro nobis maledictũ, Dei filius. Sit ſatis. Mille concluſiones ex illo verbo ſequuntur. Dirigit ergo Abacuc ſermonem ad patrem, propterea quòd fons & principium ſit diuinarum perſonarũ filij & ſpiritus ſancti: & Chriſtus & Eccleſia eius, hac ratione ad patrem dirigit ſemper ſermonem & orationem. Inquit ergo: Egreſſus es in ſalutem populi tui. Non in ſalutem populi tui Iſraelitici, cùm ſub dura ſeruitute premeretur, & conculcaretur in Aegypto ſub Pharaone. Tunc quippe tanquam ad opus facile, non arduum, non multi momenti, reſpectu huius, de quo mihi eſt ſermo, egreſſus es ad ſalutem illius populi, cũ *Exod. 10.* Moyſe & Aaron fratre eius, tanquàm ducibus & miniſtris illius operis: in quo magnificatus es glorioſè. Attriuiſti enim principẽ illum tyrannum, & ſeruos illius in mille plagis, donec tandem demerſiſti eos in profundum, & ductor populi tui fuiſti per mare, *Ibi.* quod ſicco veſtigio tranſire conceſsiſti. Nõ de ſalute hac, quamuis illi populo magna & pręclara fuerit, eſt ſermo meus hic: illa enim vmbra & figura quædam fuit & imago ſublimiſsimæ, & prorſus diuinæ ſalutis, de qua eſt canticum meum. Neque decanto ſalutẽ, quam egrediens cum duce tuo Ioſue, operatus es domine. *Pſal. 43.* Cùm per manus illius nobiliſsimi ducis eieciſti gentes multas, occidiſti reges fortes, & in funiculo diſtributionis terram fluentem lacte & melle diſtribuiſti priſcis illis hominibus. Hæc ſimiliter tua egreſsio vmbram habet huius magnæ ſalutis, quam infuſo lumine cæleſtis tui ſpiritus mihi demonſtraſti. Nec arduum opus illud erat, ad cuius perfectum & proſperum euentum oporteret egredi cum tanto duce, qualis eſt Chriſtus tuus. In hanc ſalutem, quam in gratiarum actione & iubilo ego prædico, egreſſus es cum Chriſto tuo: qui ti-

A bi eſt filius conſubſtantialis & coæternus: & verus homo de Dauidis ſemine ex intacta virgine generatus. Propter quod longè ſublimius, multoque excellentius ſit oportet bellum iſtud, cui Chriſtus Dei, dux præficitur. Et certè tale ac tantum eſt, vt per alium victoria inueniri non poſsit. De quo ſtatim. Bellum iſtud aduerſus principem huius mundi, tenebrarum harum eſt: qui primum hominem & omne genus eius haud ſub luto & latere, ſicut olim ille antiquus populus fuit, captiuum tenebat, ſed ſub duriſsimo ac ferreo iugo peccati, ſub Adæ præuaricatione, in qua omnes homines rei facti ſunt, & filij iræ, exules à regno cælorum, & ante mortem ſub mille ærumnis & calamitatibus. *Ephe. 2. Gen. 3.* Pro vniuerſo igitur hominũ genere & ſalute aduerſus diabolum & ſathanam erat bellum, ad quod ab inſtanti conceptionis Chriſti, egreſſus eſt Deus in mundum: ſed iam ab hac hora paſsionis, de qua dixit ipſe Chriſtus. Venit princeps huius mundi, *Ioan. 14.* manus conſerit cum ſæuiſsimo hoſte, dum dux cæleſtis ad operandum hãc maximam ſalutem, cornua habuit in manibus ſuis. Fallendus erat inimicus, & capien- B dus ſerpens antiquus, qui arte & dolo ſub ſuo homines cunctos ſubiecit imperio. Dominus enim iuſtus & miſericors non ſic iniuria ſuæ voluntatis eſt vſus ad reparationẽ noſtram, vt ſolam potentiam benignitatis exerceret, ſed quia conſequens fuerat vt homo, faciens peccatum, ſeruus eſſet peccati, ſic medicina egris, ſic redemptio eſt impenſa captiuis, vt condemnationis iuſtæ ſententia iuſto liberatoris opere, ſolueretur. *Leo papa, ſerm. 5. de paſsione domini.* Nam ſi pro peccatoribus ſola ſe opponeret deitas, non tam ratio diabolum vinceret, quàm poteſtas. Et rurſum ſi cauſam lapſorum ſola ageret natura mortalium, non erueretur à conditione, quæ libera non eſſet à genere. *Redẽptio quomodo facta.* Vnde oportuit in vnum dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum, & diuinam & humanam conuenire ſubſtantiam, vt mortalitati noſtræ per verbum carnem factum, & origo noui hominis ſubueniret & paſsio. Neque ipſe diabolus intellexit, quòd ſæuiendo in Chriſtum, ſuum deſtrueret principatũ, qui antiquæ fraudis iura non perderet ſi ſe à domini ſanguine contineret. Sed malitia nocendi auidus, dum irruit, ruit, dum capit, captus eſt, dum perſequitur mortalem, incidit in ſaluatorem. Egreſſus itaque eſt Deus cũ Chriſto ſuo, cùm dominus Ieſus egreſſus eſt

NOTA pro ſententia B. Gregorij Papæ, quã ſuprà ſcripſimus, quòd etſi agnouit Ieſum.

Ieſum eſſe Dei filiũ, nõ tamẽ intellexit, quod per mortẽ eius transfigendus eſſet.

eſt de cęnaculo trans torrentem Cedron, ad ſalutem populi ſui: non in Moyſi viribus, non in ſacerdotio Aaronitico, non in Ioſue magnanimitate, ſed cum Chriſto ſuo, qui eſt virtus ſua & ſapientia: illi quidem ſicut cæteri, redimendi & liberandi cum reliquo populo. Propter quod ſequitur in cantico: ibi abſcondita eſt fortitudo eius, ſcilicet diuinitatis robur & omnipotentia, quamuis multis & euidentibus corruſcauit miraculis: & cùm diabolus & mors perſequũtur Chriſtum, factum eſt ſtatim quod in propheta ſcribitur. Ante faciem eius ibit mors. In cruce nanque triumphalibus cornibus extenſus agnus Dei, & affixus, præualuit contra mortem & infernum. Occiſuſque tulit peccatum mundi, & redemit nos, ac reconciliauit nos patri ſuo. Sicque ante faciem eius in cornibus appenſi, mors aufugit, & lõge profligata eſt, & diabolus. Simul auctor ipſe

Gen. 3. mortis, & homicida, qui per ſerpentem decepit, & mortis poculum porrexit homini, per illum crucis cornibus appenſum, deuictus ac ſuperatus eſt: nec potuit coram illo amplius conſiſtere: condemnatus eſt enim

Ioan. 12. per eum, & eiectus foras, & in libertatẽ trãſijt Adã, & genus eius vniuerſum. In egreſſu iſto Patris cum duce ſuo Chriſto ad ſalu-

Zach. 9. tem populi ſui mors mortua eſt, infernus expoliatus eſt, diabolus victus, & in carcere concluſus. Quanta ſunt hæc? Quàm magnificentia & omnipotentia ducis Chriſti digna? Quanto dic mihi honore & reuerentia excipienda? Propter hæc dicit propheta: Egreſſus es in ſalutem cum Chriſto tuo. Propter hoc in timore maximo auſpicatus eſt canticum ſuum: Domine audiui auditũ

Gen. 15. tuum, & timui: ſicut olim Abraham cùm offerret domino ſacrificium. De quo Moyſes: Cumque ſol occumberet, ſopor irruit ſuper Abraham, & horror magnus & tenebroſus inuaſit eum. Vnde horror hic magnus & tenebroſus apprehendit Abraham? quia demonſtrabatur ei, quòd ſemen eius futurum eſſet ſub Pharaone in Aegypto, & poſt quadringentos annos inde cum ſuppellectile multa & auro & argento rediturum. In hunc modum cùm dominus reuelat aurem prophetæ, & prædemonſtrat magnificentiſsimum hoc opus, & ordinem diuinæ diſpoſitionis, qui in ipſo ſeruatur: nimirum quod abſcondita fuit fortitudo Dei in paſsione, pauet, in magnam admirationẽ rapitur & heſtaſim. Quis non admirabitur

C in conſilio Dei altiſsimi ſuper humana ſalute? Quis non timebit & adorabit ſacramentum æternis temporibus in corde patris ob *Rom. 16.*
ſignatũ ſuper noſtrã redemptionẽ, cùm ſibi reſeratur? O Dei ſapientiam? O clementiã? A. A. A. Domine Deus, neſcio loqui. Deficit in ſalutare tuum anima mea: conſidero *Pſal. 118.*
opera tua, & expaueſco: Heſtaſis occupat ſẽſum mẽtis meæ. Chriſtum tuum tradis cornibus crucis, quibus manus eius affiganeur ferro duro & acuto: vt me peccati & diaboli vile mancipium redimas, & ad antiquas ſedes paradiſi reuoces, & ad cæleſte regnũ adducas. Nonne in tanti conſilij reſeratione pauere debuit propheta? Nonne & angeli admirantur & adorant? Sed quid obſecro eſt quòd Abacuc inuenitur pauens & tremens in videndo diem Chriſti, Abraham verò exultat vt videat, & videns gauiſus eſt? Verba ſunt domini Ieſu. Magna ſunt & omni diligentia examinanda, quæ in Abrahæ exultatione, & ſententia ſaluatoris deſcribuntur. Propter quod illam hyſtoriam & figuram, in qua ſignificabatur opus noſtræ redemptionis, intendo exponere. *Abraham exultat videns diem Chriſti, et Abacuc ſtupore corripitur.* *Ioan. 8.*
Præcepit *Gen. 22.*
D dominus Abrahæ, vt tolleret filium ſuum Iſaac, quem diu deſidarauit, & præter omnem ſpem acceperat, quem ſummè diligebat: in quo & benedictionem omnium gentium dominus repromiſerat: de hoc Iſaac accepit mandatum à domino in hæc verba: Offeres illum in holocauſtum ſuper vnum montium, quem mõſtrauero tibi. Qui nocte conſurgens ſtrauit aſinum ſuum: non per manus ſeruorum, etiamſi multi illi præſto eſſent, neque ligna ad holocauſtum cædunt ſerui. Sed quid inquit ſcriptura? Cumque concidiſſet ligna ad holocauſtum. Videanimi promptitudinem & religioſitatẽ. Non tibi præcipiũtur hæc ô Abraham, ſed vt offeras chariſsimum filium. Religioſiſsimus tamen vir manu propria, quæ ad holocauſtum ſpectant, perficit & contractat, in hoc etiam obſequium præſtans Deo. Et nocte conſurgit, & relicta domo diſcedit. *Abrahe obedientia & pietas in Deum.*
Non inquit: ſatis eſt ſi mane conſurrexero: ſed nocte eadem & hora gaudens conſurgit, qua audit diuinum oraculum, & ducit ſecũ filium ſuum Iſaac, & duos iuuenes ſeruos ſuos. Quibus tertia die inquit: Expectate hîc cum aſino: ego autem & puer illuc vſque properantes, poſtquàm adorauerimus, reuertemur ad vos. Obſerua primò antequàm ad cætera accedamus, quòd Abraham non fuit *Abraham nõ fuit mẽtitus, cùm dixit, puer & ego, reuertemur ad nos.* *Gab. 3. ſe. d. 38.*

Aug ſerm. 1. de immolat Iſaac eſt hic inter ſer. 71. et ſer 72.

fuit mētitus in voce illa, reuertemur ad vos, etiam ſi intendebat occidere filium, & offerre illum in holocauſtum domino. Nō enim Contra id quod mente gerebat, locutus eſt. Quin filiū credidit protinus ſuſcitandū, quē admodum apoſtolus videtur in hæc verba tradere. Fide obtulit Abrahā Iſaac, cum tētaretur, & vnigenitū offerebat, in quo ſuſceperat promiſſiones, arbitrās quia & à mortuis ſuſcitare potēs eſt Deus. Neq; cōtra mētem diſsimulādi cauſa locutus eſt. Secundò obſerua q̄ Iſaac ſecundū ſcripturæ conſuetudinē, puer appellatur no certe, quia quatuor aut ſex expleſſet annos tantū. Nam & frater eius Iſmael, cum eijcitur de domo patris ſui Abrahā, cū matre Agar, puer appellatur ſimiliter, qui certe pluſquàm decimū ſextum annū agebat. De quo habes ſcripturam: Inquit Moyſes. Octoginta & ſex annorum erat Abrahā, quando peperit ei Agar Iſmaelem. Quando autem natus fuit Iſaac, centum erat annorum. Et poſtquā ablactatus eſt Iſaac, & puer factus, cū quo frater eius Iſmael ludere poſſet, eiectus eſt Iſmael cū matre ſua. A natiuitate Iſaac vſque ad eius ablactationē, computa annos. 4. & Iſmael erat natu maior. annis. 14. Erat igitur Iſmael annorum. 18. cum puer appellatur. At dices, quid laboras in probando, q̄ pueri in ſacra ſcriptura dicātur ſenes & viri perfecti, & in medium adducis Iſmaelē? Cum mille locis exempla oſtendere ſit facile? Nō id tā tum mihi eſt cordi: ſed etiam demonſtrare perfectā ætatem Iſaac, cum ad immolationem aſſumitur. Quod ſic probabiliter demonſtratur. Poſtquā Iſmael reuocatus fuit in domū patris ſui Abrahæ ex mandato angeli, deſcribit Moyſes, quæ erga illū geſta ſunt: quomodo factus fuerit iuuenis ſagittarius, & quomodo habitauerit in deſerto Phara, deniq; qualiter acceperit ſibi vxorē ex volūtate matris Aegyptiam. Vbi notare potes q̄ forſan agebat iā Iſmael annum. 40. ſicut & de Iſaac dicitur, cùm duxit vxorē. Quod ſi hac etiā ętate vxorē duxit Iſmael, quod ex multis circumſtantijs apparet, quas modo enumeraui, erat tunc Iſaac. 26. annorū. Quòd ſi hinc non tibi probatur hæc ętas in Iſaac, audi Moyſem, & forſan maiorem donabis. A matrimonio Iſmaelis cōputat Moyſes, antequàm Abrahā offerret Iſaac, pactū quod Abimelech percuſsit cum Abraham, & q̄ fuerit Abraham colonus in terra Paleſtinorum diebus multis. Hoc ver-

Cōtrarium tenet Andrian. quod libet. 1.

Heb. 11.

Iſaac anni cum immolatur. deſcribūtur.

Cap. 21.

Cap. 16. d

Cap. 21. a

Iſmael. 18 annorum cum eijcitur de domo patris cum matre ſua.

Gen. 21.

Ibi. 25. c.

Gen. 21.

A bum dici non ſolet in ſcriptura, cùm ſcriptor deſcribit octò vel decē annos: ſed certe plures. Et ſtatim cap. ſequēti inquit: Quæ poſtquā geſta ſunt, tentauit Deus Abrahā. Vbi demōſtrat quod anticipatio nullū locum hic habeat; ſiquidē dicit: quæ poſtquā geſta ſunt. Quod ſi per dies multos, quos cōmemorat ſcriptura velis intelligere annos 7. cū illis quæ ſupra deſcripſimus, vel ſi prior cōputatio in Iſmaele & Iſaaco nō tibi probatur, ecce annos multos deſcribit ſcriptura poſt nuptias Iſmaelis, neceſſario ergò Iſaac annū agebat pluſquā trigeſimū. Adde quòd cap. ſequēti poſt immolationē Iſaac, deſcribitur mors Saræ, quæ tūc agebat annū. 127. Erat igitur Iſaac anno. 37. cùm mortua fuit mater eius, in. 4. annis ſequentibus, immolationem Iſaac, tēpus affuit ad habitandū Berſabee, & deinde in Hebrō, vbi mortua fuit Sara. Deniq; Ioſephus deſcribit Iſaac. 35. annorum cum immolatur, etiā ſi puer bis appelletur: quod familiare eſt ſcripturis vtriuſq; teſtamenti. Mirificę cōclusiones ex hac cōſideratione perfectæ ætatis & obediētiæ Iſaac originem trahunt: oratio autē noſtra aliò nos vocat. Tulit Abraham ligna ad holocauſtum, & poſuit ſuper humeros I-

B ſaac (Vide quantus tunc erat Iſaac, qui tantum pondus deferre poſſet) ecce ſaluatorem baiulantem crucem ad montem. Abraham verò portabat in manibus ignem & gladium. Ecce ſummum Deum patrem omnipotentem, qui filium ſuum chariſsimum tradidit pro nobis, neque vnigenito ſuo pepercit. Gladium autem quid aliud deſignat niſi iuſtitiam Dei inflexibilem, quæ in cruce Chriſti apparuit, ſicut docet apoſtolus, diſputans de filio: Quem poſuit Deus propitiatorem per fidem in ſanguine ipſius ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ. In igne autē quid verius & ſignificantius traditur, quā amor & dilectio Dei patris ad genus humanum? In his duobus tibi eſt conſideranda crux & mors Chriſti Ieſu domini noſtri. Intellige ſummam iuſtitiam Dei patris, nimiamque charitatem ſuam, vt ex altero timorem exhaurias, & ex altero charitatem foueas & nutrias. Hæc ſunt duo vbera, quæ magnificat in ſponſo ſponſa apud Salomonem: neutrumq; ſine altero ſugere debes. Cumque Abraham extendiſſet manum ad occiſionem Iſaaci ex mandato domini, prohibitus eſt, & ſic Iſaac nec percutitur, nec occiditur. Ecce Chriſti diuinitatem, cuius hu-

Sara mortua in Hebron: ubi & ſepultus Adam.

2. Reg. 1. & 2.

Exod. 33.

Heſter. 1.

Ioann. 21.

Act. 4.

Abrahæ in manibus gladius & ignis quid ſignificet.

Rom. 5.

NOTA ualde.

Cant. 1.

Vbera ſponſi in canticis qualia.

PP manita-

manitas cùm ſuccumberet iniurijs,& ſanguinem pijſsimum acribus doloribus toto corpore funderet, ipſa tamen diuinitas expers fuit omnis doloris & mortis:& Chriſtus ſecundum ſuam humanitatẽ mortuus eſt: quod ſtatim demonſtrauit ſcriptura. Leuauitq; oculos ſuos Abraham (hoc verbũ in ſuperioribus notauimus) viditq; poſt tergum arietem hærentem cornibus inter vepres. Ecce humanitatem Ieſu in ariete demonſtratã. Ecce caput Ieſu domini mei ſpinis coronatũ. Exprimitur igitur in Iſaac & ariete vtraq; natura in vno domino Ieſu Chriſt. Sed neutra ab alterius connexione diſiungitur. Nihil ibi abinuicem vacat: tota eſt in maieſtate humilitas, tota in humilitate maieſtas, nec infert vnitas confuſionem, nec dirimit proprietas vnitatem. Aliud eſt paſsibile, aliud inuiolabile: & tamẽ eiuſdem eſt contumelia, cuius eſt gloria. Ipſe eſt in infirmitate, qui & in virtute: idem mortis capax, & idem eſt victor mortis, &c, Vnum horum coruſcat miraculis, aliud ſuccumbit iniurijs. Aliud ab æqualitate paternæ gloriæ non recedit, hoc naturam noſtri generis non reliquit. Sequitur in hyſtoria Geneſis. Appellauit nomen loci illius, Dominus videt. Et ſtatim mutato verbo præſentis temporis, in tempus futurum, inquit. Vnde vſque hodie dicitur: dominus videbit. Quare obſecro non ſeruauit, neque ad modicum propoſitum verbi tempus? Quare ſtatim dicit: Dominus videbit? Quod cernit myſterium ſenex ſacer, cum ſubitò mutat tempus orationis? Quid ſibi reſeratur in verbo, dominus videbit? Videbat homo puluis & cinis Deum immortalem & immenſum, magnifica cum hominibus liberalitate certantem. Ab Abraham non moriturum exigit filium mortalem, & ipſe immortalem chariſsimumque filiũ tradit cruci & morti, ſpinis coronatum: Propter quæ propriè & iure dicitur: Dominus videbit: completum in proprio, quod in figura actum eſt in filio meo & ariete. Hæc cernit ſenex Abraham, & gauiſus eſt de mundi redemptione. Obſerua quòd bis dicitur à Chriſto, vidit & gauiſus eſt. Exultauit vt videret diẽ meum, vidit & gauiſus eſt. Vbi certè antecedẽtẽ exultationẽ, & ſequẽtem lætitiã opus oblationis deſcribit dominus. Exultauit vt videret, & poſtquam vidit, gauiſus eſt. O ſi quis mihi locum iſtũ aperiret: O quis ſciret quid eſt, Exultauit vt

Aries uepribus hærens.

Tertulianus.

Leo papa ſermone.

Cap.22.

Sacramentum Iſaaci & Arietis

Abrahami bis gaudet.

Ioann.8.

C videret? Certè cum Abrahæ demandatur filij holocauſtum, exultat, vt videat quid in illo holocauſto lateat myſterij, quod ſibi reſerauit altiſsimus. Non durum aut difficile, non certè nimium iudicat ſanctus Abraham, quod ſibi præcipit dominus, etiam ſi in holocauſtum exigat filium: vt ſignificandum myſteriũ in Iſaac oculo mentis cernat in Chriſto. Attende hæc o homo, qui in delitijs & gaudio accedis ad tremendę maieſtatis ſacramentum, & intelligere præſumis, quod Abraham tanti fecit, vt gratiſsimo & iucundo animo non dubitaret immolare filium. Et qui exultans offert filium, cùm intelligit myſterium gauiſus eſt, de mundi ſalute. Vtinam poſt quadrageſimale ieiunium, poſt durum ciliciũ, poſt ſacras vigilias, & poſt mille flagella, vel extremis labijs, deguſtares quid ſit & quî fieri potuit, vt Dei filius verecundia & ſanguine perfuſus penderet in ligno. Hæc eſt illa eminens ſcientia charitatis Dei, ad quam haud facilè peruenitur, & cùm inuenitur, omnem ſubſtantiam ſuam quaſi puluerem deſpicit homo: & præ gaudio illius, vendit vniuerſam mundi lætitiam, & corporis ſalutem & vitam, vt emat illam. Et Abacuc tanti fecit Chriſti myſterium,
D & mundi redemptionem, tanto precio & loco repoſuit genus redemptionis per mortem Chriſti, quòd poſt vehementem ſtuporem, quem his verbis indicat: Audiui & conturbatus eſt venter meus, à voce contremuerunt labia mea: ſtatim inquit: Ingrediatur putredo in oſsibus meis, & ſubter me ſcateat: ac ſi dicat: Ego autem tantis his auditis à te, quæ pro hominum ſalute in plenitudine temporis, operari decreuiſti, toto cordis deſiderio, illi populo, qui hæc perſentiet, annumerari exopto. Et quanquàm ſimul audierim multa illos paſſuros mala: non ob hoc illorum ſortem aduerſor, ſed etiam ad maiora, ſi fieri poteſt, paratum me offero: ita vt etiam computreſcant oſſa mea, & tabeſcant præ afflictione & temporalibus malis: & caro mea imputreſcat, vt ſuper me putredo ſcateat. Vt requieſcam in die tribulationis, & aſcendam ad populum accinctum noſtrum, id eſt, vt vnà cum ſeruis Chriſti requiem, & quam operaturus eſt ſalutem, accipiam. Et in fine cantici vtrunque verbum, quod de Abraham à Chriſto dicitur, Abacuc etiam decantat. Ego au-

tem

Abrahæ intelligentia myſterionũ Chriſti precioſiſsima.

NOTA quadrageſimale tempus quanta obſeruantia dignum

Philip.3.

Cant.8.

Matt.13.

Habacuc quanti fecit Chriſti myſterium

Cap.3.

tem in dño gaudebo, & exultabo in Deo Ieſu meo. Gaudebo & exultabo inquit. De Abraham verò. Exultauit vt videret: vidit & gauiſus eſt.

Paſcha unde nominatur.

ERAT *ante Paſcha & azima poſt biduum & quærebant ſummi Sacerdotes & Scribæ, quomodo eum dolo tenerent & occiderent.* Obſerua ꝙ nomen hoc paſcha, quod Hebraicè dicitur Phaſe, nõ à paſsione, vt pleriq; arbitrãtur: ſed à tranſitu nominatur: eò ꝙ angelus exterminator videns ſanguinẽ in foribus Hebræorũ, pertranſierit domos illorum, occiſis primogenitis in omni terra Aegypti, à primogenito Pharaonis, qui in ſolio eius ſedebat, vſq; ad primogenitũ captiuę, quæ erat in carcere. Non tamẽ percuſsit primogenitos filios Iudæorum. Ad recolendũ ergo magnũ hoc à dño beneficium celebraturi erant Iudæi paſcha poſt biduũ. Acceperant quippè in patribus ſuis donum grãde, cùm in auro & argento, & veſte plurima eduxit illos Deus de dura ſeruitute Aegypti: nec vnus fuit inuentus in tribubus eorum, qui in infirmitate ſua, aut præpediret iter eorum, aut relinqueretur in Aegypto. In honorem ergo tanti muneris præcepit dominus Deus paſcha iſtud celebrari, in panibus azimis per continuos ſeptem dies: occiſo in primis agno, &c. Debetur quidem domino hæc animi promptitudo & gratitudo pro ſingulis & pro omnibus beneficijs, quæ hominibus contulit. Noſtrum autem paſcha Chriſtus eſt, qui immolatus agnus eſt, vt tolleret peccatum mundi. Et panes habemus azimos, ſicut antiquus ille populus: quos nobis porrigit apoſtolus. Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus: itaque epulemur non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitiæ: ſed in azymis ſynceritatis & veritatis. Lege Ricardum de ſancto Victore. Et nobis euangelicus tranſitus, ſiue paſcha conſecratur ſanguine, ſicut tranſitus ille legalis. Iſte agni paſchalis ſanguine noſter ſanguine Chriſti fuſo in cruce. Etenim paſcha noſtrũ immolatus eſt Chriſtus. Legalis trãſitus in crucis modũ medio limine, & ſuper liminare medijs aſperſo ſanguine in poſtibus. Erat igitur paſcha Iudæorum & azyma poſt biduum. Agnus paſchalis immolatus fuit anno mortis Chriſti in die veneris, incipiente tamen feſto à præcedente veſpera, ſecundùm legis mandatum. Primo menſe quarta decima die menſis ad veſperam

Exod. 12. — *Beneficiorum memoria.* — *Exo. 12.* — *Paſcha noſtrum.* — *1. Cor. 5.* — *In declarationibus ad Bernardũ parte. 1. fol. 142.* — *Exo. 13.*

comedetis azyma, in cuius veſpera immolabatur agnus, & edebant carnes eius, & ſic ad veſperam in die Iouis immolatus eſt 14. luna. Non ergo cùm cœnauit dominus Ieſus, aderat iam azymus panis in domibus Hebræorum: nec conſecrauit panem fermentatum, ſed azymum. Iudas autem vendidit dominum die mercurij, & ſic duæ interceſſerunt dies, mercurij ſcilicet, & iouis, inter venditionem & paſcha. Et in mane illius diei mercurij videntur congregati principes ſacerdotum: *Et quærebant quomodo eum dolo tenerent, & occiderent.* Qui in honorem & gratiarum actionem debuerunt ſe ipſos ſanctificare, victimas Deo ſuo immolare, viſcera pupillorum impinguare, & viduas defendere, conſilium ab inuicem quærunt, quomodo à multis diebus præmeditatum deicidium perficerent. Vtinam mundus ſit populus Chriſtianus, vel hiſce diebus à traditione Chriſti, per criminoſam & ſacrilegam communionẽ. Qui enim manducat & bibit indignè, reus fit ſanguinis domini, id eſt, dabit pœnas effuſi ſanguinis domini: & iudicium ſibi manducat & bibit. Obſerua quòd ſummi Sacerdotes & Scribæ non ſemel aut bis intentarunt comprehendere publicè dominum, ſed timebant plebem. Cùm ergo nunc inquit ſanctus Euangeliſta: & quærebant ſummi ſacerdotes & Scribæ, quomodo eum dolo tenerent & occiderent, ſpecialem modum inquirunt capiendi dominum Ieſum, ſcilicet cum dolo. Nam à multis diebus difficile exiſtimabant cum aperta violentia poſſe capere & comprehendere eum, quia omnis turba illi erat valde deuota. Intendunt ergo cum violentia miſcere etiam fraudes. Et adhuc inuento conſilio aliquo inter ſeniores & Scribas ſuæ ſaluti accommodo. conſulentes dicebant: *Non in die feſto, ne fortè tumultus fieret in populo.* Conueniebant vndique viri non pauci ad celebrandũ paſcha: qui aut viderant in manibus Ieſu mirabilia, quæ fecerat in Galilæa, &c. vel audierant, quàm glorioſus & potens apparuit in doctrina, quàm efficax in opere miraculorum, & quàm frequens: & fortè multi tunc aderant, qui ex varijs langoribus recreati fuerãt per manus domini Ieſu. Sed & tota Hieruſalem admirabatur in magno propheta, qui ſurrexerat inter illos: propter quæ omnia comprehenſionẽ dñi non ſolùm in die feſto, ſed & in cæteris

1. Cor. 15 — *Sic Anſelmus.*

ſeptem diebus, dimittendam iudicant: ne in ipſos inſurgeret populus, qui illis diebus multus valde erat in Hieruſalē, augebaturq; quotidie. Sæpiùs diximus cuius rei gratia

Iudic. 19.

viri iſti filij Belial, id eſt, ſine iugo, inſurgebant contra Chriſtum, quod etiā à lōge præuiſum eſt, & deſcriptum in ſapientia. Circumueniamus iuſtum, quoniā inutilis eſt nobis, & contrarius eſt operibus noſtris, & improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata diſciplinæ noſtræ.

Cap. 2.

Quod multis ſermonibus fecit dominus hiſce diebus. Væ vobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, &c.

Matt. 23.

A die palmarum obiecit illis omnia crimina eorum, præcipuè: Promittit ſe ſcientiam Dei habere, & filium Dei ſe nominat. Quæ omnia completa demonſtrat ſacra lectio euangeliorum. Sic ſanctum Ioſeph oderant fratres ſui: & pater eorum Iacob concilium hoc præuidens in Spiritu ſancto, dixit: Simeon & Leui vaſa iniquitatis bellantia. In conſilium eorum non veniat anima mea: & in cętu illorum non ſit gloria mea: quia in furore ſuo occiderūt virum, & in voluntate ſua ſuffoderunt murum.

Gen. 49.

Et licèt filij Leui nolint in die feſto occidere virum Chriſtū, inuenta tamen occaſione Iudæ proditoris, ipſa eadem die crimen maximum perfecerunt. Oportebat vt manifeſto implerentur effectu, quæ diu fuerant figurato promiſſa myſterio: & ouem ſignificatiuam ouis vera remoueret, & vno expleretur ſacrificio variarum differentia victimarum. Nā omnia illa quæ immolatione agni diuinitus per Moyſem fuerant præſtituta, Chriſtum prophetarunt. Vt ergo vmbræ cederent corpori, & ceſſarent imagines ſub præſentia veritatis, antiqua obſeruantia nouo tollitur ſacramento: hoſtia in hoſtiam tranſijt, ſanguinem ſanguis excludit, & legis feſtiuitas dum mutatur impletur. Sic beatiſsimus Leo papa.

D

Grauiſsima uerba ſancti Leonis Papæ.

Serm. 7. de paſsione domini noſtri Ieſu.

Ecce quid ſummi ſacerdotes & ſeniores populi meditantur, & ſtatuunt biduo ante paſcha. Timent verò populum, ne ſcilicet contra ipſos inſurgat multitudo, ſi palā vim inferant Chriſto. Sed affuit deſiderio illorum proditor infœlix Iudas, & à nemine requiſitus aut rogatus, ſeſe offert & ſpondet, pacificè in manus illorum tradere ſe poſſe Ieſum. Ante traditionem hanc deſcribit beatus Marcus occaſionem, quam Iudas accepit ad vendendum Chriſtum. *Et cùm eſſet Bethaniæ in domo Simonis Leproſi, & recūberet, uenit mulier habens alabaſtrum unguenti*

C

nardi piſtici precioſi: & fracto alabaſtro effudit ſuper caput eius. Beatus Ioannes in præcedenti ſabbatho deſcribit vnctionem Marię quæ vnxit beatos domini pedes, & exterſit capillis ſuis. Et teſtatur vnguentum adeò fuiſſe precioſum, & honore regio dignum, vt ſtatim quod diffuſum fuit, tota domus odore fuerit repleta. Et ſicut ex litera beati Ioannis colligi poteſt, cęna illa & vnctio hæc videtur facta fuiſſe in domo Lazari: nō tantùm, quia Lazarus erat vnus ex diſcumbentibus: ſed etiam quia Martha miniſtrabat: & Maria ſoror eius vnxit domini pedes, & exterſit capillis ſuis.

Cap. 12.

Cęna verò quā deſcribit beatus Marcus, in domo Simonis quondam Leproſi, celebrata fuit. Et ibi mulier vnxit caput domini. Propter quæ & alia multa doctores non ignobiles bis vnctum deſcribunt ſaluatorem his diebus Bethaniæ. Quod ſi ita factum eſt ab eadem muliere quidem, Maria ſcilicet ſorore Lazari, & Marthæ. Obſerua quod cap. 12. Ioannis per anticipationem dicitur de Maria, quòd erat, quæ vnxit domino vnguento, & exterſit capillis ſuis, ſcilicet Bethaniæ: ſicut ſupra cap. 12. docet ipſe Ioannes: & noſter Euangeliſta cap. 14. Sicut dixi cum beato Auguſtino: ita quòd vna tantùm fuerit cœna. *Et cùm eſſet Bethaniæ in domo Simonis leproſi, &c.* Recapitulando quæ acta ſunt præcedenti ſabbatho ſanctus Marcus hanc cœnam, quaſi biduò ante paſcha docet, quia intendebat demonſtrare occaſionem traditionis Iudæ & venditionis ſaluatoris, quæ ab illa vnctione deſumpta eſt. Erat igitur dominus Bethaniæ, & in domo Simonis quondam leproſi, ſed ab eo mundati: & fecerunt ei cœnam. Non dubium quin cognatus fuerit ſanctorum fratrum, & familiaris & vir nobilis, in cuius domum venerit Lazarus, Maria, & Martha. Occaſionem huius cœnæ deſcribit beatus Cyrillus. Porrò decima die menſis primi, agnum Iudæi capiunt immolandum in feſto paſchæ: ex eo enim tempore celebritatis paſchalis prælibant ſolennia. Quapropter in die præcedēte, quæ eſt nona menſis primi, & præcedit ſextā diē ante paſcha, epulātur ſplēdidè, & exordiū feſti hanc diē conſtituūt: quò fit vt & Ieſus quoque pergens Bethaniam conuiuaretur. Per hoc autem ꝙ dixit Martham miniſtraſſe, inſinuat quòd in illius domo erat conuiuiū. Vbi manifeſtè vides, quomodo ſecundùm ſententiam beati Cyrilli, oportet bis cœnaſſe

Cyril lib. 8. ſup Ioā. cap. 6.

Cœna ante paſcha Iudæorum unde traxit originē

NOTA.

naſſe ſaluatorem Bethaniæ hiſce diebus: ſemel in domo Mariç & Marthç, & iterum in domo Simonis leproſi, de qua re iam diximus: quum propter honorē Aug. vnam & eandem cœnam cōmemorauimus ſub omnibus Euangeliſtis: & certè vrget argumentum Cyrilli, quia Martha miniſtrabat, vt in domo propria, &c. Sed ad hyſtoriam veniamus dimiſsis opinionibus, quæ pulchra valde & deuota eſt. Vocatur igitur dominus Ieſus ad cœnam hanc ſplendidam cum duodecim apoſtolis, & Lazarus erat vnus ex diſcumbentibus: qui non vulgarē ſplendorem fidei cōferebat: dum aſsiduè firmior experientia de vera eius reſurrectione in oculis omniū reſplendebat. Sicut & Simon leproſus antiquum miraculū teſtabatur in ſua mundatione, & fidem ſaluatoris tacens prædicabat. Lazarus magnificentiùs multò cōfirmabat fidem filij Dei, à mortuis ſuſcitatus & ſanus. Nec dubiū quin duæ illæ ſorores beatę, valdeq; fœlices de honore Chriſti gloriarētur & exultarēt. Nā domus dña & natu maior Maria diuinā vnctionē Chriſti venerās, fracto alabaſtro dñm vngit, & Martha ſoli Chriſto in multo timore & reuerentia miniſtrat, ſicut teſtatur D. Ioānes. In cęna hac opulenta nō tam humanas ciborū & vini delitias cōſideres, quàm diuinos honores & cæremonias: in quibus ſacræ fœminæ omni amore & laude digniſsimæ, dño Ieſu deſeruiunt. Martha miniſtrat. Nō alicui ex ancillis domus aut ſeniori ſeruo officiū miniſtrandi Chriſto cōmendat. Imò neq; totus mundus, neq; chorus angelorū ei ſufficiunt præ reuerētia, ad ſeruiendū tanto hoſpiti. Plus multo eſt quod in feruore fidei animo religioſo reuoluit intra arcanū ſui pectoris, quā quòd foris in mille cæremonijs deſeruiens mēſæ Chriſto dño exhibet. Sciebat nanq; Ieſum eſſe Chriſtū, Dei filiū, cuius gloriā & omnipotentē virtutē viderat in ſuſcitatione frātris ſui Lazari. Cuius cordi hæc fixa erant & ardēti meditationi contrectata, in qua obſecro reuerentia deſeruiret? Hæc virgo prudēs & nobilis ſit tibi exēplum, cùm ad ſacrū altare dñi decernis accedere: ſit & Ioannes, dè quo in exordio huius operis dixi. Quòd ſi non habes Chriſtū in carne mortali, cui ſeruias, habes pauperes, cuius loco honorandi ſunt. Quos tanti fecit ipſe, vt diceret: Quod vni ex minimis iſtis feciſtis, mihi feciſtis, &c. V*enit mulier habens alabaſtrū vnguēti nardi piſtici precioſi, & fracto*

Maria magdalena natu maior Martha dicitur. Cap. 12.
Cœnæ Bethaniæ celebratæ pulchritudo.
Ioan. 11.
Martha ſacerdotum exemplar.
Matt. 24.

A *alabaſtro effudit ſuper caput eius.* Venit ergo Maria Magdalena ſoror Lazari. Quod firmiter ex ſentētia Matthæi, & eius interpretatione confirmatur. Inquit dominus apud Matthæum: Amen dico vobis, vbicunque prædicatum fuerit hoc euangelium in toto mundo dicetur, & quòd hæc fecit in memoriam eius. Neque Matthæus, neq; Marcus capitis vnctionem commemorarūt. Repromiſit ergo dominus Ieſus claram cum laude notitiam huic mulieri pro egregio facinore, ac religioſiſsimo obſequio & vnctione ſui capitis: nō in vno loco tantū, aut gēte, ſed in vniuerſo prorſus mūdo. Quod hæc fecit, narrabitur in memoriā eius, inquit Marcus ſimiliter. Hæc, id eſt, ſingularis & determinata perſona, quæ & ex nomine agnoſci poſsit, neceſſe eſt prędicetur in vniuerſo mūdo. Nō demōſtrat illud pronomē, ſingulare vagū, ſed determinatū. Neq; ſatis eſt dicere quędā mulier vnxit caput dñi ad promiſsionis huius nobiliſsimæ euentū & effectū: niſi demōſtres illā mulierē. Promiſsio regis nobili viro de cōſcribēda memoria ei⁹ in chronicis ſuis, ꝑ exhibito magno obſequio, non impletur, cū auctor hyſtoriæ regiæ, etiā ſi obſequiū & tēpus deſcribat, non etiā declarauerit ex nomine perſonam. Hui⁹ generis eſt quod in præſentiarū promittit dñs huic B mulieri. Cū ergo neq; Matthæus, neq; Marcus deſcribāt hanc mulierē ex nomine aut genere, oportet vt ſit Maria Magdalena, quā cōmemorat Ioānes: & ſic tantū vna eſt vnctio. V*enit ergo mulier habens alabaſtrū vnguēti nardi piſticæ precioſi.* Obſerua ꝙ materia huius vnguēti nō erat ſolida, ſed fluida, ac veluti aqua roſacea. Alabaſtrū, id eſt, vas ex alabaſtro vel marmore, quod cōſeruat talia vnguenta ſine corruptione, aut deperditione odoris. In verbo autem piſticæ, aut piſtici neutri generis, quod referat vnguentū, precioſitatē illius demōſtrat Euāgeliſta. Cùm enim pyſtis Gręcè, Latinè ſit fides, rectè pyſticū vocatur, quod ſyncerū eſt, & rebus alterius generis minimè permixtū aut confuſum. Erat igitur vnguentum precioſum, regium, ac delitijs & honore regio dignū. Vnde ergo excogitauit ſacra fœmina hæc tale ac tam precioſum vnguentum in hoc opere expēdere: præcipue ſuper pedes dñi. Pietatis fuit officium ex affectu pietatis ad ſaluatorem. Redemptor nanque omnium, & ſi plenum dominium obtinuit ab exordio ſuæ conceptionis ſupra cunctas humanas

Cap. 26.
Maria magdalena vnxit caput & pedes domini Bethaniæ.
Similitudo
Vnguentū Bethaniæ cuius qualitatis.
Maria magdalena ex pietate primò vnxit dominum.

paſsiones, pro loco tamē & tempore, prout vnaquæque occurrebat, ſi decebat, locū ei dabat, & afficiebatur, ſicut verus homo, & cæteris paribus intenſiùs vim earum experiebatur & ſuſtinebat, quā alij homines, propter nobilitatē cōplexionis, ac ſi auitatem. Certū eſt, cùm per aliquot dies abſens fiebat dñs à matre dilectiſsima, & ad præſentiā illius redibat, ex cordis lætitia veſtigia apparebant in facie ipſius: & in oculis præcipuè, Et cùm cōpaſsionis accedebat tēpus, no tantùm lachrymās, ſed etiā infremens, verā hominis naturam cōprobabat, ſicut in Lazari ſuſcitatione demonſtratur. Ex his facilè eſt docere, daturque intelligi, qualis erat hiſce diebus facies dñi mei Ieſu: cum iā iā cruci & morti approximaret & curreret. Certè quātò proximior fiebat per ſingulas horas turpiſsimæ morti, tantò vehementiùs vim doloris experiebatur, nō tamen ſicut poſt ſacrā cœnā feriæ quintæ. Extenuabatur plus ſolito facies eius, quia ſpiritus triſtis exiccat oſſa. Obſecro attende gemitus, quales erāt, qualia & ſuſpiria cordis mitiſsimi, cū in mōte oliuarum pernoctabat in oratione. Hæc attendens ſtudioſa, deuotaq; diſcipula tota ſuccenſa in amore domini ſui, & mei, ſtimulata vehementi cōpaſsione, tanquàm deficienti pre triſtitia, occurrit & vnxit optimo & primo vnguento caput diuinitate plenū, proindeq; reuerendiſsimū, & tremendum valde, fracto alabaſtro, hoc eſt, aperta pixide alabaſtri: quaſi totumq; effudit ſupra ſacrum verticē in metu & reuerentia multa, ita quòd riuuli, gracileſq; guttæ per faciem & collum ad ſcapulas decurrerent (Heu ab hac facie decurrent guttæ ſanguinis vſq; ad terram: caputque iſtud venerandum, ſpinis eſt coronandum, & arundine percutiendū) Tale eſt obſequium Mariæ ad humanitatē Chriſti. Sed altiùs cum corde Mariæ aſcendamus: conuolemus vltra omnes angelicas ac beatas mentes: vſque ad ſinū patris, quia ibi & adeſt cor Mariæ. Propter quod teſtificans plenitudinem diuinitatis in Chriſto, & vnctionem, qua vnctus eſt præ participibus ſuis in regem & Meſsiam, vnguento regia dignitate digniſsimo vnxit dominum ſuum, & dominum omnium. Ad confeſsionē ergo diuinitatis vnctio capitis ſpectat: non in vulgari vnguento, ſed in piſtico & precioſo. Olim Samuel cùm eſſet vncturus Saulem in regē ſuper Iſrael, ſedere eum fecit in capite triclinij, & eorū qui ab ipſo

Ioan. 11.

Facies domini in hebdomada ſancta qualis.

Prou. 17.

Maria magdalena ex fide altiſsima unxit dominum.

Pſal. 44.

1. Reg. 9.

C

D

fuerant inuitati: ſed & Coquo præcepit vt digniorem partem ſeruaret Sauli, id eſt, armum, comeditq; cum illo, & deinde vnxit eū in regē. Vt vulgaris homo, ac de media plebe, minimaq; tribu apud viros illos habebatur Saul: ſed apud Samuelē, vt electus princeps à Deo, & in capite menſæ ſedere eum fecit, &c. Precioſus erat dñs Ieſus apud ciues illos, ſed non apud oēs, caput menſæ & benedictio ei defertur. Martha ei miniſtrat: ſed Maria non vt homini ſeruit, nō vt peregrino, ſed cum regijs ac prorſus cæleſtibus cæremonijs vnxit caput dñi, ac procidit ante eum, & deinde pedes cum reſiduo vnguenti, & exterſit capillis capitis ſui. Quale eſt iſtud obſequium? vbi didicit Maria ab exordio capillis capitis ſui extergere vnctos pedes: non linteo mundiſsimo atq; ſubtili? Obſecro cōſidera qualis eſt hęc cęremonia & honor plus quàm regius. Inquit Paulus. Mulier ſi comā nutriat, gloria eſt illi: quoniā capilli pro velamine dati ſunt illi. In illo ergo quòd Mariæ eſt gloria & honor extergit ſacros dñi pedes: non in linteo ſerico auro contexto: ſed in capillis quos ad gloriā capitis ſui nutrierat, & facti ſunt quidem ſicut purpura regis, ſicut in canticis dicitur. Talia obſequia corā illa multitudine offert ſacra fœmina magiſtro ſuo, domino ſuo, & regi ſuo. Non erubeſcit ad pedes iacere, & capillis lutuoſos ex puluere pedes extergere. Vnde domus vniuerſa fragrantia impleta eſt: in cuius odorē adhuc currit eccleſia. B. Cyrillus de Maria inquit. Deniq; Maria nō exercet communē famulatū, ſed ad ſolū dñm conſtituit honorē: ad quem, non vt ad hominem accedit, ſed vt ad Deum. Ipſius pedes vnxit vnguento precioſo, exterſit capillis, & domū ſuauiſsimo odore vnguenti compleuit. Beatus Hieronymus dixit: Domus impleta odore, cælum & terra eſt. Fractum alabaſtrum, carnale eſt deſiderium. quod frangitur ad caput, ex quo omne corpus cōpaginatū eſt. Mulier ergo iſta eſt rationalis anima, quæ frangit alabaſtrum, cū rationabiliter domat corpus proprium. Et cùm hoc cedit ad honorem Dei ex bona mentis intentione, tunc effundit ſuper caput Chriſti. Caput Chriſti Deus. *Erant autem quidam indignè ferentes intra ſemetipſos, & dicentes, ut quid perditio iſta unguenti facta eſt?* Plurali numero pro ſingulari vſurpato, quòd non infrequens eſt apud ſcripturam, inquit Marcus & Matthæus: erant quidā indigne

Luc. 7.

1. Cor. 11

Magdalena quàm religioſa.

Cap. 7.

Cyrillus lib. 8. ſuper Ioan. Cap. 6.

Hieronymus.

1. Cor. 11

Mar. 14.

Mat. 26.

digne ferentes intra ſemetipſos. Per Synedochem dicitur vnus pro multis, & multi pro vno. Ioannes Euangeliſta, Iudã commemorat ex proprio nomine, cùm fur eſſet. Vel dic quòd alij diſcipulorũ indignè etiam ferebant, ſimplici tamen animo, & nihil mali ſuis verbis obuelãtes: ſicut impius Iudas. Eſt ergo ſenſus ſententiæ. Ad quid perditio hęc facta eſt? cùm vni homini pauperi impenditur, quod multis, qui vel extrema premuntur paupertate, prodeſſe poterat. Scriptum tamẽ erat in prouerbijs: Noli prohibere benefacere eum, qui poteſt, ſi vales, & ipſe benefac. Tantùm abeſt quòd indignè ferre deberet Iudas, quod cedebat in gloriam & honorem Chriſti. Obſerua quòd manifeſtè amatorem virtutis perſequitur, qui virtutis opus in altero reprehẽdit. Hinc diſcamus nunquàm bonis operibus obloqui, aut detrahere: ſiue ſiniſtra quadam interpretatione indignari: ſicut Iudas & Michol in Dauidem: quin potius admirari ea debemus & laudare. *Trecentis denarijs.* Sub prætextu auaritiæ myſterium loquitur fidei, vt & nos ſicut Gedeon trecentorum virorum numerum aſſumentes, & Allophilorum caſtra fractis lagunculis noſtris, id eſt, corporibus noſtris, cũ tubis & lucernis deſtruamus: & cum Abrahã cum trecentis viris ſpolia diuidamus ad veſperam. *Et fremebant in eam.* Obſerua quomodo ſaluator omnium corda cognoſcẽs, nec ignorans ad quale vitium vnuſquiſque propenſior ſit, mira condeſcenſione vſus eſt, cum Iudæ pecuniarum cupido, vnde appetitũ ſaciaret, conceſſit loculos ad cuſtodiã, & diſpenſationẽ. De quo multa in ſuperioribꝰ diximus. Ipſe tamẽ in furtis illarũ pecuniarũ non ſatiatus, fremet aduerſus ſacrã fœminã: non quia de egenis curã habebat, ſed quia inde nõ vulgare furtum meditabatur & ſperabat: ſi vnguẽtum venderetur. Bone Deus à iuuentute tua pauper fuiſti, & in itinere natus, in præſepio repoſitus ſub gelu & frigore, multis, iam factus vir, calamitatibus & itineribus, & ſudoribus diffatigatus, cùm hoc humanitatis officiũ tibi defertur, ecce Iudas obgarrit, murmurat & fremit, & tanquàm deperditũ vnguentũ deplorat. Tu verò nõ prodis furem, nõ demonſtras digito loculos furtorũ & finũ, vt ſic, adhuc honoratus, adhuc apud fratres vt fidelis diſcipulus & incorruptus diſpenſator habitus, reſipiſcat, & vtraq; manu pœnitentiam apprehendat. Facilius nanq;

Cap. 12. *Cap. 3.* *2. Reg. 6.* *Iud. 7.* *Gen. 14.* *Luc. 2.* *Chriſti ſtudium erga ſalutem Iudæ.* NOTA *valde.*

A corrigitur, cui aliquid integri ſupereſt: ſicut & in naufragio, vel lignũ vtile eſt ad ſalutẽ: ſic & fama & honor in peccatore, vſquequo morbus eius deſperatus eſt. Diſcite ergo vſque ad vltimũ proximo peccanti ſeruare honorem, ſicut cũ Iuda fecit dominus. Inquit enim. *Sinite illam. Quid illi moleſti eſtis.* Vnus Iudas liuido oculo & auaro corde moleſtè ferebat vnctionem religioſæ fœminæ, & ad omnes conuertit correctionem. Sinite illã: vt cùm ſermo cõmuniter ad vniuerſam dirigitur multitudinẽ, minus erubeſcat foris ille, cuius cauſa fit reprehenſio, eo quòd non fuit ſingulari nota perſtrictus, atque inde facilius emendetur. Omnia bona hæc confert hoc genus redargutionis. Sinite illam, ſcilicet facere quod facit: cùm neque ipſi, neq; mihi ſit deliciandi animus: & certè ex multis circunſtantijs bonũ eſt eius opus. Primò quia in me opus hoc religionis & pietatis operata eſt: ſecundò quia obſeruantiæ officium habet ad meam gloriam, & ſuam confeſſionẽ; Veluti corpori ſepeliendo impendit hoc officiũ, non deliciando ex vnguenti ſuauitate & odore ſuauiſſimo: & ego id attẽto animo reuoluo, cùm corpus meũ vngit:
B quòd iam iam ad ſepulchrũ deferor mortuus. Inter vina conuiuij, inter epulas, inter obſequia Marthæ, & diuinos honores Mariæ mortem meam conſidero, & ad veſtrã doctrinã illud refero: & mulier hæc quãuis ſciat, mihi meritiſsimo huius vnguenti, impendere hanc vnctionẽ, quia Meſsiam me eſſe cognoſcit & Dei filiũ: tamen ad ſepeliẽdũ me, vnxit corpus meum: officiũ denique eſt ſepulturæ, quod tu perditionẽm eſſe putas. Nec mirum ſi mihi dat fidei ſuæ odorẽ, pro qua mox fuſurus ſum ſanguinẽ. Præuenit vngere corpus meum in ſepulturam. Dubia ex proxima morte mea, & ex furore inimicorum, an ſibi tunc licebit vngere corpus meum, prælegit viuum me vngere religioſa valde. Nolite ergo indignè ferre, ꝙ vnguentum iſtud vel ad ſepeliendum corpus meum impenditur: quia ſemper habebitis pauperes vobiſcum, me autem non ſemper habebitis, corporali præſentia, vt nũc in cõuictu & familiaritate. Obſerua ꝙ ſæpenumero caſus occurrit, in quo nõ ſolũ voluntaria eſt eleemoſyna, ſed neceſſaria ex præcepto charitatis, ſcilicet, cũ proximus extrema vel graui premitur neceſsitate. *Amẽ dico vobis, vbicunq; prædicatũ fuerit euãgeliũ iſtud in vniuerſo mundo, & quod fecit hæc, narrabitur in*

Similitudo. *Vnctio Bethaniæ ex multis circunſtantijs comprobatur pia.* NOTA *valde.* *Mortiſme ditatio inter epulas & honores docuit ſaluator.* *Eleemoſyna aliquando in præcepto.*

memoriam eius. Non ſatis fuit domino laudare opus mulieris, & comprobare quòd certè eſſet bonum, & imitabile, verum & ingẽtem repromiſit ei famam & gloriam, non in angulo Bethaniæ, aut in opulenta ciuitate Hieruſalem, quæ citò deſtruenda erat; ſed per totum mundum, quia & in vniuerſo orbe prædicandum erat euangelium. Gaudeamus dilectiſsimi, quia à ſabbatho ſuperioris hebdomadæ vſque ad diem palmarum rex pacificus Ieſus magnificatus eſt vehemẽter: qui per omnem vitam ſe geſsit humillimè: In ſtabulo natus eſt, pannis inuolutus, & repoſitus in præſepio, & à iuuentute in laboribus, in itineribus, in ſudoribus, in frigore, in nuditate, in ieiunijs, in lachrymis, &c. Iam hodie regaliter epulatur, honeſtatur cæremonijs diuinis, vngitur vnguento primo & puriſsimo. Ingreditur altera die Hieroſolymam in triumpho ſummæ gloriæ & honoris: denique mortuus ſecundum dictũ prophetæ: elegit ſepulchrum glorioſum, & nobiliſsimos decuriones, qui deponerẽt eum de ligno, & ſyndonem mundam, & cõdimentum copioſum. Sicque voluit honorare mortem ſuam ad conſolationem ſeruorum ſuorũ: vt ſciant quàm precioſa ſit mors ſanctorum in conſpectu Dei: de quibus ipſi cura eſt, eo maxime tempore, cùm mundus perſequitur, & odit eos, &c. *Et Iudas Iſcariotes vnus de duodecim abijt ad ſummos ſacerdotes, vt proderet eum illis.* Loco coniunctionis copulatiuæ poſuit beatus Matthæus aduerbium temporis TVNC. Poſt hanc cœnã non ipſa & eadem die, quia in die martis fuit venditus ſaluator à Iuda, concepit tamen animoque repoſuit venditionem, poſt hãc vnctionem & doctrinam Iudas Iſcariotes vnus de duodecim. Iſcariotes dicitur, quia de villa tali nomine cognominata oriũdus erat. Abijt ipſe non vocatus aut circumuentus à ſummis ſacerdotibus: ipſe ſe obtulit impatiens auaritiæ. Hanc habuit ductricem tanti facinoris, & traditionis proprij magiſtri. Vide quæ germina, qualesve fructus ex hac radice generentur: meritò apoſtolus radicem omnium malorum compellauit eam. Anima auri cupida, etiam exiguo perire non metuit, nullumque inuenies in tali corde iuſtitiæ veſtigium, in quo auaritia ſibi fecit habitaculum. Tali perfidus Iudas inebriatus veneno, dum ſitit lucrum, peruenit ad traditionem, ac deinde ad laqueum. Non dubium quin in alijs ſer-

Chriſti honores inter contumelias crucis deſcribuntur.
Luc. 2.
Pſal. 87.
Eſai.
Pſal. 155.
Iudas Iſcariotes.
Auaritiæ filiæ.
1. Tim 6.
Leo papa, ſerm. 9. de paſsione.

C monibus ingreſſus ſit ad ſummos ſacerdotes, quibus traditionem execrabilem, honeſtare videretur, ne coram illa multitudine erubeſceret. Forſan dixit: Deceptus ſum vſque huc in conuictu huius hominis, quem iuſtum & ſanctum credens ſequebar: iam nunc eius ſenſualitatem comperiens, qui dudum vnguento precioſiſsimo muliebribus manibus vſus eſt, non ſolùm in capite, ſed etiam in pedibus, ecce ego vobis ad ſupplicium tradam eum. Naturale quidem eſt hominibus ſub aliquo colore factum propriæ iniquitatis palliare: ne habeant vnde erubeſcant. Summi autem ſacerdotes, quibus ex officio conueniebat, proximum ſuum, & ouem perditam in viam ſalutis reuocare, & deterrere minis & ſupplicijs, haud aliquod horum faciunt: imò *gauiſi ſunt, & promiſerunt ei pecuniam ſe daturos*. Quid vultis mihi dare? Precium in ipſorum voluntate conſtituit. Ipſi autem promiſerunt certam & determinatam pecuniam, quã deſcribit Matthęus. At illi conſtituerunt ei triginta argenteos. Nummus argenteus habet decem nummos vſuales, ſicut ſupra diximus. Sequitur quòd
D triginta nummi argentei conſtituunt trecentos nummos vſuales: quos vendito vnguento, intendebat furari Iudas: neque inuenit vnde amiſſum lucrum repararet, niſi ex vendito magiſtro. Ioſeph non eſt venditus viginti aureis, vt aliqui putant, ſed viginti argenteis. Neque enim precioſior poterat eſſe ſeruus, quàm dominus. Obſerua quo loco & precio hic diſcipulus habuit dominum, qui in poteſtate ementium repoſuit precium. Neque venenũ auaritiæ correptus attendidit, quantam & quàm magnam pecuniam ſerui illis hoſtes Chriſti, ipſi offerrent, ſi differret venditionis concluſionem. Sed hoc in propheta prædictum fuerat. Acceperunt triginta argenteos pretium appreciati; quem appreciauerunt à filijs Iſrael. Obſerua quod beatus Matthæus Hieremiæ aſcribit hanc prophetiam: cùm in vniuerſis ſermonibus eius non inueniatur. Dicendum eſt ſicut ſupra demonſtraui, aut in Hieremia ſic fuiſſe, non certè in Apochryphis Hieremiæ, ſed in canonicis: de quibus multa alia ad nos non peruenerunt, & abſumpta fuere, ſicut patet in libris regum, & Paralipomenone. Taceo quòd malignitas inimicorum huic rei inſidias ponere potuit, ad redarguendam veritatem ſacrorum

euan

Iude ſermo ad ſummos ſacerdotes.
Cap. 26.
Nummus argenteus.
Sic gloſſa & correctiores libri. Et biblis Cardinalis.
Cap. 27.
Fol. 291. col. 3. C.

Euangeliorum. In Zacharia cap. 11. ſic legis: & appēderunt mercedem meam triginta argenteos: & dixit dominus ad me: proijce illud ad ſtatuarium: decorum precium quo appreciatus ſum ab eis: quaſi dicat per ironiam: Videte quanti me fecit dominus Iſrael, quòd in precium venditionis & emptionis meæ, qui dominus vniuerſorũ ſum, & redemptor eorum, triginta argēteos dederunt. Lege Hieronymum ſuper Matthæum. *Et quærebat quomodo opportunè illum traderet.* Lucas aperit ſenſum huius loci: Et ſpopondit, & quærebat opportunitatem vt traderet illum ſine turbis. Ipſe & ſummi ſacerdotes á turbis ſe cuſtodiebant, ac timebant illas. Quod intēdit, hoc eſt vt capiatur & captiuetur dñs Ieſus, mittaturq; in carcerem ſine turbis, à quibus poſtmodũ nihil timuerũt mali, aut violētiæ. Imò facilè negotio in ſuā reduxerunt ſententiã cōtra dominum. Vide obſtinatum animum traditoris Iudæ: Firmat ſe conſtringit obligatione & ſponſione ad conſummādam traditionem, & quærebat locum & tempus oportunum. Vtrunq; erat neceſſariũ. Vide animi niquiſſimi inquietudinem, qui tanquam latro obſeruabat, quomodo iuſtum poſſet opprimere: & adhuc cum illo egit Saluator patiēter, in ſereno vultu, in facie placida, in verborũ manſuetudine, in menſa, & cibo communi. O diuini pectoris clementiam? O manſuetudinem? O traditoris duritiã? Tibi quidem imitandus eſt dominus Ieſus, cùm inimicitias ſuſtines prauorum hominum. *Et primo die azymorum quando paſcha immolabant, dicunt ei diſcipuli. Quò uis eamus & paremus tibi, ut mãduces paſcha?* Dies hæc decima quarta eſt mēſis primi in qua ad veſperam ſecundùm legem neceſſe erat occidere agnum, & immolare & aſſum igne manducare illũ cum azymis panibus. Fuitq; dies Iouis. Ex quo ſequitur manifeſtè in azymo conſecraſſe dominum Ieſum venerabile ſacramentũ ſui corporis: quia iam non licebat alio pane vti, id eſt, fermentato. Non ergo blaſphemiæ Græcorum audiendæ ſunt in hac materia, qui in tantam proruperunt inſaniam, vt dicerent Ioannem correxiſſe cæteros. Euangeliſtas: quia ſecundùm eorum erroneam opinionē dominus. 13. die cœnauit, & 14. crucifixus eſt: cùm Ioannes dicat quod Iudæi non introierunt ad Pilatum, ne contaminarentur, ſed vt comederent paſcha. Quo loco paſcha azymos panes ſignificat, nō agnũ qui decima quarta luna immolatus fuerat, neque licebat immundis veſci azymis, & pane illo paſchali. Igitur decima quarta luna & die, menſis primi, quãdo ſecundũ legem immolabatur agnus cum illis omnibus cæremonijs, quibus à Iudæis erat manducandus, diſcipuli legis cultores & obſeruantiſsimi ad dominum Ieſum accedunt, & inquiũt, *Quò uis eamus, aut ubi uis paremus, &c.* Nō de ciuitate aut de caſtello aliquo requirunt, ſcientes extra Hieruſalem omnino non poſſe immolare, ſecundum mandatum legis: Non poteris immolare phaſe in qualibet vrbiũ tuarũm, &c. Sed in loco quem elegit dominus Deus tuus, vt habitet nomē eius ibi. Requirunt igitur de domo intra Hieruſalē. Quod aliquibus eorum difficile forſan apparebat, cùm magiſter à die palmarum apud neminem diuertiſſet in Hieruſalē: omneſq; Hieroſolymitæ timerent nam ſummo: um pontificum, qui ſupra modum ibi Chriſtũ exacerbant illis diebus: ſed ibi reſplendet magiſtri potentia in cuius manu omnium hominum corda erant. Obſerua quod Iudæi ſecũdum legem menſes habebãt lunare, ac ſemper à nouilunio incipiebant menſes. Et ſic 14. dies menſis erant decima quarta lunæ: ex quo fit vt ſemper. 14. die luna plena fit. Habes ergo in diſcipulis magnum exemplum ad obſeruantiam ſacrorum dierum pro qua ſis ſolicitus oportet, & ab humanis & ſæcularibus occupationibus expeditus. Quantã penuriam peruigilis huius ſolicitudinis & obſeruantiæ in ſuſcipiendis diebus ſacris patimur. Vix vnus de mille inuēnitur, qui ſemel in anno ſabbatizet, ſicut debet, de quo multa in ſuperioribus dixi cũm Phylone & alijs magiſtris. Sed & auctores ſummarũ ampliorem quotidie licentiam concedunt in hac materia: de quibus modo non eſt ſermo. Diſcipuli verò tãti magiſtri alumni; ab eo requirunt vbi vellet ſibi parari paſcha. *Et mittit duos ex diſcipulis ſuis: & dicit eis: Ite in ciuitatem, & occurret uobis homo lagenã aquæ baiulans, ſequimini eum, & quocunque introierit, dicite domino domus: quia magiſter dicit: Vbi eſt refectio mea ubi paſcha cum diſcipulis meis manducem? & ipſe uobis demonſtrabit, cœnaculũ grãde, ſtratũ: illic parate nobis.* Beatus Lucas indicat, qui fuerint diſcipuli iſti. Et miſit Petrũ & Ioannem, quippe qui præcipui erant inter apoſtolos: feruentioreſque in Chriſti dilectione: & mutua charitate coniunctiſsimi. Obſerua quales delegit miniſtros dominus ad paſ-

Hiero. uidetur ſumptum teſtimoniũ ex Zacharia ſuper cap. 27. Matthæi.

Exod. 12. Eucbariſt. in azymo pane conſecrata a chriſto.

Deut. 16. Agnus paſchalis extra Hieruſalem non mãducabatur.

Dies feſti obſeruãt.

Summiſtæ indulgent ualde in colēdis feſtis.

Cap. 22.

Miniſtri altaris, quales opor

ad paſchæ præparationem. Non committit tantum negotium cui vis hominũ, ſed diligentiſsimis & præcipuis apoſtolis, ne quid ex incuria deficiat. Sic Abraham ipſe ſtrauit aſinum ad deferendum ligna holocauſti, & ipſe concidit ipſa ligna. (Geneſ. 22) Qualẽ ergo oportet offeras diligentiam pro paraſceue, id eſt, præparatione eorum, quæ ad diuiniſsimum ſacramentum corporis & ſanguinis Chriſti ſpectant? Quanto tedio in ſumma hac re laboramus? Bone Deus. Vix vel ipſe ſacerdos vinum in calice reponit, & aliquando in ſola aqua cõſecratur: vnde iterum neceſſe eſt illi in vino aqua mixto cõſecrare. Committũt ſtolidis pueris & irreuerentibus præparationem paſchæ: vnde irreuerentia multa adeſt in templo domini. Sed de his ſatis. Securo loco reponit dominus Ieſus corda omniũ diſcipulorum, prædicens duobus quæ ventura erant cum certo & determinato effectu. Ite in ciuitatẽ Hieruſalẽ, & occurret vobis homo, nihil ei dicetis, neq; cuius ſit ſeruus, interrogetis ab eo: ſed ſequimini eũ, totũ negotiũ cũ dño domus vobis agendum eſt: & quocũq; introierit pcimò, dicite dño dom⁹, quia *magiſter dicit tibi*. Sicut teſtatur beatus Lucas. (Cap. 22.) Vide auctoritatẽ & præexcellentiã verborum. Magiſter dicit tibi: Qui auctoritatiuè eſt magiſter, Chriſtus ſcilicet, ſicut antea demonſtrauit. Vnus eſt magiſter veſter Chriſtus. Chriſtus igitur tibi dicit. Nõ rogãtis aut ſupplicantis vtitur verbo, ſed imperantis maieſtatis. Qui dixit, fiat lux, & facta fuit: (Geneſ. 1.) nũc dicit nobili hoſpiti: Tibi dicit vniuerſorum dñs & rex, qui in verbo hoc cuncta de nihilo condidit. Duo tibi dicit ac mãdat: vt prouideas illi refectionem paſchalẽ, & locum congruum ad illam. Nec tantum ſibi, ſed duodecim diſcipulis ſuis. (NOTA. *valde.*) Vide in apoſtolis vrbanitatem, humilemq; ſenſum; & in magiſtro paternam curam erga diſcipulos & liberalem humanitatem. Ipſi dixerunt: Vbi vis paremus tibi? Non dixerunt, vbi vis paremus tibi & nobis? Magiſter verò. Dicite domino domus: Apud te facio paſcha cum diſcipulis meis: & iterum, illic nobis. Non ſupereſt ad loquendum de his omnibus, ſatis eſt occaſionem dare ſapienti. *Vbi eſt refectio mea?* Sic loquitur ac ſi antea ſuper rebus his conſuluiſſent ambo. (*Amphoræ aquæ myſterium.*) Demõſtratur quidem magnum myſterium, cum in domum, vbi Saluator antiquum paſchare & veritate implet, & nouũ in magnis ac magnificis ſacramentis initiat & conſecrat,

C amphoram aquæ baiulat homo. Quid? Nunquid caſu hoc factum eſt? Nunquid non poterat ex nomine hoſpitem eligere Saluator vniuerſorum, aut ex alio ſigno? Sed amphora aquæ ſignum eſt domus, in qua primò celebratur paſcha ſacroſanctum, & conſecratur ſanctiſsimum corpus, & ſumitur. In hoc quipe deſignatur ſpiritualis munditia, quæ ad hanc cœnam afferenda eſt. In aqua Chriſtus ſignificat gratiam, & prophetæ: (*Aqua gratiã ſignificat eius excellentia.*) Quæ iure multis de cauſis in ipſa ſignificata eſt in vtroque teſtamento. Quæ montibus preſſa non clauditur, quæ ſcopulis illiſa non frangitur, quæ terris infuſa non defecit, ſed intimis ſcaturiens venis, aut ſpiritum incluſa vitalem inhalat, aut ſuccum diffuſa fertilem præſtat, aut rigatum ſuperfuſa commodũ ſubminiſtrat. In quibus omnib⁹ & alijs multis, quæ elegantiſsimè deſcribit B. Ambroſius, (*Ambr. lib. 10. in Luc. cap. 1*) gratia ſpiritus ſancti ſignificatur, quę ad menſam dominicam præcedere debet, ſicut lagena aquæ ad ſacrum cœnaculum, de quo ſtatim. In hanc domum hilari vultu diuertit dominus, & ibi verè refectionis domus dicitur. Cœnatq; hoſpes anima cum Deo ſuo, (Apoc. 3.) & Deus omnipotens cum illa, theſaurumque aperit donorum, vt omnia viſcera

D eius repleat & glorificet. E contra verò cùm ſordida eſt domus ex ſpurcitia peccati, indignè ſumitur, & cõculcatur Dei filius. Sicut exponit B. Ambroſius, & Anſelmus ſuper illud Pauli. (Hebræ. 10) Quantò magis deteriora exiſtimatis mereri ſupplicia, qui filium Dei conculcauerit? *Et ipſe demonſtrabit nobis cœnaculũ grande, ſtratum. illic parate nobis.* Miror vnde B. Ambroſius intellexit ignobilitatem huius hoſpitis, ex ſilentio nominis apud omnes Euangeliſtas: cùm in domo eius cœnaculum magnũ demonſtratur à Chriſto, vbi ſtratũ erat haud ignobile: cui etiam omnia ad paſchæ ſolennitatem præſto erant, etiam pro multis conuiuis. Sic loquitur ad illũ dominus: Vbi eſt refectio mea? Ex quibus omnibus nobilitas & abundantia hoſpitis demõſtratur. (*Nobilia omnia in cœna Chriſti & ratio.* Lucæ. 2.) Iam adeſt tempus, in quo dimiſſo ſtabulo & præſepio, electo pro natiuitate magni ducis regiſq; æterni, relictiſq; pannis vilibus, quibus per manus virginis inuolutus fuit, eligatur grande cœnaculũ & nobile ſtratum ornatum & ſuppellex ſplendida, mundiſsima menſa, lintheum ſplendens & candidum, quia adeſt etiam tempus & hora conſecrationis ſacræ Euchariſtiæ & ordinationis noui ſacerdotij, non ſecundum

Aaro-

Aaronis ritũ & oleum, ſed ſecundũ ordinẽ A
Melchiſedech. Gratiæ ſint tibi domine Ie-
ſu, qui nobilem hoſpitem, cœnaculum grã-
de, quod vel mille viros caperet, elegiſti ad
conſecrationis diuiniſsimi, ac tremendi ſa-
cramenti tui corporis & ſanguinis precioſi.
Quale erat vas illud, quàm dignum magni-
ficentia regia, in quo ſanguis Chriſti conſe-
cratus fuit? Ad vos o reges, O mundi huius
principes clamito, & vox mea ad omnes iu
Euchariſt. dices terræ. Pro Chriſti cœna & in eius cœ
honor ex- naculo quod eſt Eccleſia, aulea veſtra ſuſpẽ
bibendus à dite pro Chriſti myſterijs, cortinę aureę de-
principib⁹ ſeruiant. O noſtrã impietatẽ? O noſtrã irre-
ligionẽ? Vix linum habet rex gloriæ. Vix
Aduerſus linum habet ſuper aram corpus ſacroſanctũ
principes. domini Ieſu, & tu coram illo purpuram in-
ſtratu tuo pedibus conculcas ad iactantiam
ſuperbię tuę. Tempore calicis potus tui etiã
meridiana ſub luce, adſunt luminoſæ faces,
& vix candela ſuper altare Dei tui reſplen-
det. Vt quid aduerſus dominum tuum o pul
uis & cinis gloriaris? Ille in ſordido lintheo,
tu in purpura ſuperba iaces. Væ vobis qui
Amos. 6. oppulenti eſtis in Syon, ingredientes pom-
paticè in domum Iſrael, id eſt, in multo ſer-
uorum comitatu, cùm ſæpènumero domi-
nus vniuerſorum de domo ſua egrediẽs, vix
luminis portitorem inueniat: & templum
Amos. 3. eius ſit velut homo ignobilis. Percutiã do- B
mum hyemalem, cum domo æſtiua, & pe-
ribunt domus eburneæ, dicit dominus. Et in
Cap. 1. Aegea ſic legis: Populus iſte dicit, nondum
venit tempus domus ædificandæ. Nunquid
tempus vobis eſt vt habitetis in domibus la
queatis, & domus iſta deſerta? Vrge ſermo-
nem, pro loco & tempore. Eleganter dixit
Augu. lib. B. Auguſtinus: Multa de culto diuino vſur-
10. de Ciu. pata ſunt, quæ honoribus deferuntur huma
Dei. c. 4. nis, ſiue humilitate nimia, ſiue adulatione
peſtifera. Luminaria accenduntur in meri-
die pro tempore calicis principum, & mul-
ti viri genu flexo aſtant coram eis. Audite
me quia de rebus magnis locutura ſum dicit
Prouer. 8. ſapiẽtia. De rebus magnis ſermo meus eſt,
de tremẽdo altaris ſacramento, de obſtupẽ-
da Chriſti humilitate, de ſuperexcellenti
illius charitate, denique de cruce & morte
eius turpiſsima. Ad hanc Golgotha, id eſt,
Caluariæ locus eligitur, vt turpior appareat
& ſit: ad illã cœnaculum grande, & ſtratũ,
ibi parate nobis. Ex reuerẽtia, & propter exẽ
plum ad ſequentes generationes vſque in
finem orbis: ſed & pro honore tanti hoſpi-

A tis, nobiliorem locum domus ſuæ concedet
vobis dominus domus, nolite contradicere
ex ſobrietate, ſed ibi parate. Vbi vides quo **NOTA.**
modo honeſtiorem locum domus prædicit *valde.*
offerendum ſibi, & quomodo ex mandato
domini accipitur à diſcipulis. Væ vobis di-
uitibus ad dominum auaris, non ad ſuperbã
demonſtrationem veſtræ iactantiæ. Nõ ab-
ijcit locum magnificũ & ſtratum dominus
Ieſus, ſciens quòd in multa vrbanitate om-
nia peragenda ſint ab electo viro. *Et abie-*
runt diſcipuli eius, & venerunt in ciuitatem, & in
uenerunt ſicut dixerat illis, & parauerũt paſcha.
Omnia ſicut prædicta fuerant à domino Ie-
ſu, ſic acciderunt: homo occurrit lagenam
aquę baiulans, dominus domus audito man
dato Ieſu, per manus apoſtolorum, huma-
niſsimè & lætanter eos ſuſcipit, & deuotè
gratias offert: diſcipuli parant cũ miniſtris
domus omnia ad paſcha neceſſaria. Accin- *Agni paſ-*
ctis enim renibus, & calciatis pedibus, & ba *chalis rit⁹*
culos in manibus habentes, cũ lactucis agre *& ceremo*
ſtibus, & in decima quarta luna agnũ aſſum *niæ expo-*
igne ſecundum mandatum legis manduca- *nũtur ſpiri*
turi erant ſuperpoſito ſanguine vtroq; po- *tualiter et*
ſte. De quibus aliquid dicẽdum eſt cum B. *cum ingen*
Gregorio & Ruperto: & ex noſtra etiã ſen *ti utilitate*
tẽtia. Notauit Rupertus Tuicienſis tempo-
ris circunſtantiã immolationis agni valdeq;
B ſpiritualiter eam deſcripſit. Ad cuius intel-
ligentiam iterum nota quòd primam diem
azymorum declarat Moyſes dicens: Quar- *Exod. 12.*
ta decima die menſis ad veſperã azyma co-
medetis. Cùm inquit, menſis, primum intel
ligit, ſicut iam docuerat. Menſis iſte vobis
principium menſium, primus erit in menſi-
bus anni. Et cùm apud Hæbræos menſes eſ-
ſent lunares, ac ſemper à nouilunio incipe-
rent: quartus ergo dies, menſis primi, deci- *Menſes lu*
ma quarta luna eſt: quo fit vt ſemper deci- *nares apud*
mo quarto die, luna plena ſit. Incipit ergo *Hæbræos.*
Hæbræis annus à luna quarta decima. poſt
æquinoctium vernum, ad veſperam erat im
molatio agni paſchalis apud Iudæos, & cõ-
uiuium eorum. Igitur primum ipſum quo
immolatur agnus ſacrificium, myſticè illa *Temporis*
plenitudo, temporis eſt de qua apſtolus: Cũ *plenitudo.*
venit plenitudo temporis. In plenitudine *Galat. 4.*
nanq; temporis, quando multis iam imple-
tus erat electorum numerus apud infernalẽ
Aegyptum, redemptionem ſuam ſpectan-
tium, tunc venit filius Dei, tũc venit agnus
Dei tollere peccata mũdi. Quid illud quod
non ante, ſed poſt vernum immolatur æqui
noctium?

noctium? Nempe ab æquinoctio verno ſuperare incipit dies noctem: nam ante illud tempus prolixiores tenebras, lucioremq; habemus lucem. Ergo & in hoc myſteriū eſt, quia videlicet ab immolatione agni in contaminati, & immaculati Chriſti, cæpit lux iuſtitiæ peccatorum tenebras ſuperare. Nam antea longa & profunda peccatorum nox, brevis autem & nubiloſa legis iuſtitiæ lux erat. Sed & ip ſi menſis Niſan, id eſt, Aprilis, verna temperies cū tellus refloreſcit, totus que poſt hyemem quaſi poſt ſenium rurſum iuueneſcit orbis nonne ſenſatum hominē docet, quatenus renouatus ſpiritu mentis ſuæ, fide viridis, ſpe lætus & charitate floridus, paſchalis agni epulis interſit ſpūalibus? Hæc Rupertus. Qui cum vnam tantūm tēporis circunſtantiam dimiſerit, ſcilicet veſperā die, in quo immolabatur agnus, placuit illā ex B. Cypriano deſcribere. Oportebat offerre Chriſtū circa veſperam diei, vt hora ipſa ſacrificij, oſtē deret occaſum & veſperam mundi, ſicut in Exodo ſcriptum eſt. Et occident illum omne vulgus Synagogæ filiorum Iſrael ad veſperam, & iterum in pſalmo. Eleuatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum. Accipe ex beato Gregorio ſignificationē ſanguinis ſuper vtrunque poſtem domus. Quis ſit ſanguis (inquit) non iam audiendo, ſed bibendo didicimus. Qui ſanguis ſuper vtrunque poſtem ponitur, quando non ſolum ore corporis, ſed etiam ore cordis hauritur. In vtroque etenim poſte ſanguis agni eſt poſitus; quando ſacramentum paſsionis illius cum ore ad redemptionem ſumitur, ad imitationem quoque intenta mente cogitatur. Nam qui ſic redemptoris ſui ſanguinem accipit, vt imitari paſſionem illius nec dum velit in vno poſte ſanguinem poſuit: qui etiam ſuper limina ribus domorum ponendus erat. Et paucis interpoſitis, inquit: In nocte quippe agnum comedimus, quia in ſacramento modo dominicum corpus accipimus, quando adinuicem noſtras conſcientias non videmus. Quæ tamen carnes aſſandæ ſunt, quia nimirum diſſoluit ignis carnes, quas aqua coxerit, quas vero ignis ſine aqua excoquit, roborat. Carnes itaque agni noſtri excoquit, quia eum ipſa vis paſsionis illius, ad reſurrectionem valentiorem reddidit, atque ad incorruptionem roborauit. Cum enim ex morte conualuit, profecto carnes illius ab

Aprilis tēpus.

Veſpera diei deſcribitur

Cyprian' ad Cecilių epiſ. 3. li. 2

Cap. 12.

Pſal. 140.

Grego. homil. 22. ſuper Euāg.

Sāguis ſup vtrūq; poſtem deſcribitur.

Carnis aſſe nō coctę ſignificatio

C. igne duruerunt. Vnde etiam per Pſalmiſtā dicit. Exaruit velut teſta virtus mea. Quid nanque eſt teſta ante ignem, niſi molle lutum? Sed ei ex igne agitur: vt ſolidetur. Virtus eius humanitatis ergo, velut teſta exaruit, quia ab igne paſsionis, ad virtutem incorruptionis creuit. Lactucæ agreſtes valde amaræ ſunt, carnes ergo agni cum lactucis agreſtibus ſunt ædendæ, vt cum corpus redemptoris accipimus, nos pro peccatis noſtris in fletibus affligamus: quatenus ipſa amaritudo pœnitentiæ abſtergat à mentis ſtomacho peruerſæ humorem vitæ. Hæc Gregorius. Obſerua quòd cùm in Deuteronomio dicit Moyſes immolabitq; phaſe in veſpere ad ſolis occaſum, quando egreſſus eſt de Aegypto, & coques, idem valet ac ſi diceret, aſſabis. Non enim dixit, coques aqua, ſed coques, qđ genus eſt ad aſſū igni, & ad coctum aqua: accipiendū igitur eſt verbum in ſignificatione, qua ſcriptum eſt in Exodo. Nota valde quomodo iubentur comedere agnum. Iudæi ituri in viā ad t. r. à patribus promiſſam. Sic autem comedetis illum. Renes veſtros accingetis, & calD ciamenta habebitis in pedibus tenentes baculos in manibus, & comedetis feſtinanter. Quid ſibi volunt hæc? Cuius rei gratia o Moyſes iubes feſtinanter edere agnū tuū legalem? Sed & baculi & calciamenta quid in nacre habent vtilitatis, aut ſignificationis? Quò ituri ſunt omnes iſti viri? At dices mihi: profecturi ſunt ſtatim ipſa die. Bene quidem: ſed manducent cum ea corporis & animi modeſtia, quæ decet viros religionis cultores. Vix quippe ſic ciborū capient fructum, neque dulcedinē experientur. Cumq; adiananam domus vnuſquiſque peruenerit, accipiat tunc baculū ad peragendū iter. At dices: Propter ſequens iter hæc demandantur filijs Iſrael. Bene. Ceſſet ergo ritus iſte, cum iam vniuerſam Paleſtinā pacificè occupauerint. Cùm nullus ſit aut Pharao, aut inimicus exterrens. Manducent ergo in Hieruſalem ſine baculis, non feſtinanter. Iam terram patribus repromiſſam ad votū habeat: requieſcant ergo ibi. Minimè. Imò propter Hieroſolymā vniuerſæ cæremoniç iſtæ demandantur. Sic enim ſcriptum eſt: Non poteris immolare phaſe in qualibet vrbium tuarum, ſed in loco quē elegerit dñs. Nam ante quam ad Hieruſalem acceſſerūt, fecerunt phaſe anno ſecundo poſtquā egreſſi ſunt de Aegypto in monte Sinay, & iterū per diſ-

Pſal. 21.

Lactucæ agreſtes quid ſignificent.

Cap. 16.

NOTA. valde.

Cap. 12.

Agni paſchalis eſus quare feſtinanter.

Exo. 12.

Quare baculos tenētes manducabant.

Deute. 16

Phaſe quo tus celebratū à Iudeis ante Hieroſolymæ habitationem.

Num 9.a. per diſpenſationem qui in mundi erant in
Ibi.6. menſe ſecundo, & iterum in campeſtribus
Ioſue.5.c. Ierico. Pro Hieruſalem ergo in multis ge-
nerationibus ſeruandus erat ritus & cære-
NOTA. moniæ agni paſchalis. Et adhuc habitum &
ualde. perſonam gerunt viatorum. Alio ergo ten-
Num.9.c. dunt, cùm adhuc in Hieruſalem ſic offerũt
ſacrificium agni. Nota quòd immolatio
Num. 34. agni dicitur ſacrificium. Neque ſupereſt via
alia materialis, cum certis, & determinatis
terminis cingatur terra poſſeſsionis veſtræ,
& ampliſsimi regni. Iter ergo veſter ſpiri-
tuale eſt, & ad agnum, quem agnus veſter
ſignificat: hic eſt Chriſtus Ieſus. In ſignum
quidem demandabat vobis Moyſes ſan-
guinem agni, inſuper luminaribus domus:
quod quidem ſignum haud neceſſariũ erat
angelo percutienti ad recordationem. Sed
pro vobis in ſignum demandabatur: quod
aliquid aliud præter ſeipſum repræſentat.
S. Iuſtin. Quod repræſentabat, Chriſtus eſt. Ad Chri
martyr, in ſtum ergo conuolat lex veſtra ad Ieſum in
dialog. ad- cruce immolatum conuolat agnus veſter, &
uerſ. Iudæ. cæremoniæ veſtræ ad Chriſtum deſiderio
magno, currunt patres veſtri, qui hæc præ-
conizabant. Neque præfeſtinatione vobis
concedit lex veſtra agni aſsi experiri dulce-
dinem: vt certiſsimè ſciatis ad agnum no-
ſtrum dulciſsimum currere legem veſtram,
& ad eum vos tranſmittere Moyſen, neque
permanendum in illa, niſi ad tempus, vſque
ad agnum qui tollit peccatum mundi. Tũc
non feſtinanter, ſed in copioſa experien-
tia diuinæ dulcedinis, & ſuauitatis cæleſtis,
edetis agnum Dei: qui Deus & homo eſt.
Et vſquequo veniatis ad agnum iſtum, tri-
ſtes & laſsi permanebitis in via, errantes in
ſolitudine vaſtiſsima veſtræ infidelitatis, &
eritis profugi ſuper faciem vniuerſæ terræ:
Lactucæ cum ſtupore dentium ex amaritudine lactu
agreſtres. carum agreſtiũ. Ipſæque demonſtrabant vo
bis non eſſe conuiuia veſtra ad epulas gau-
dij & lætitiæ, quod valde conducebat illo
tempore, cùm egrediebamini de vetuſta &
dura ſeruitute. Menſam verò veſtram ama-
ram valde conſtituit Moyſes: Sacramen-
tum ergo ſignificabat, non tamen rem ge-
ſtam, quæ & in dulcedine commemoran-
da vobis eſſet. Ad agnum ergo noſtrum
felle & aceto a vobis potatum, vos tranſmit
Agni paſ- tit veſter Moyſes: Qui & præcepit, Os non
chalis. comminuetis ex eo. Quid intereſt o ſacer
Oſſe nõ cõ Moyſes, vt vel ex obliuione vel negligen-
fracta quid tia comminuatur coſta vna illius agni le-
ſignificent.

A galis? Neque ipſi, qui iam occiſus eſt, aliquid
doloris aut triſtitiæ inferet, neque vtile mã-
ducantibus apparet huiuſmodi imperium.
Imò res ſeria eſt, & grauis valde: recondi-
tumque conſeruat ſacramentum, quod à lõ-
ge dominus mihi reuelauit. Nanque agnus
quem refert hic meus paſchalis, cum occi-
ſus fuerit, & mortuus in cruce, non eſt com-
minuendus, aut os eius confringendum. Vt Ioan. 19.
viderunt eum iam mortuum, non fregerunt
eius crura. At dices: caſu accidit: parcentes Crura nõ
illi tanquam mortuo. Quomodo clementia confracta
comprobatur erga mortuum, quia non fran chriſto un
gũt eius crura, cuius latus lancea militis ape- de.
ruit? Non ergo caſu à crurium fractione ab-
ſtinent, ſed diuino ſacramento deſeruientes,
quia ſcriptum erat: Os non comminue-
tis ex eo. Et lancea planè ingreſſa eſt inter
duas coſtas lateris Chriſti, in cruce penden-
tis, non comminuens aut frangẽs alteram il-
larum: ſed (vt dixi) carnem diuidens inter
duas coſtas ingreditur lãceæ ferrum, & ape-
ruit ianuam regni cæleſtis. Bene ergo Salua Matth. 5.
tor: Iota vnum aut vnus apex non præteri-
bit à lege, donec omnia fiant. In illis ergo
omnibus cæremonijs & alijs immolabant
agnum: ad cuius paraſceuem, id eſt, præpa-
B rationem, deſtinauit dominus Petrum &
Ioannem: *Veſpere autem facto uenit cum duo-* Feſta Iu-
decim. Ad occaſum ſolis, a quo tempore dies deorũ quo
feſtus incipiebat, vſque ad veſperam diei ve tempore in
neris. Obſerua quòd ſolus Marcus dicit: ve- cipiebant.
nit cum duodecim: Matthæus & Lucas, Di- Cap. 26.
ſcubuit cum duodecim. Certè quanuis à ma Cap. 22.
iori parte totũ poſsit denominari, ego exiſti
mo poſt præparationẽ paſchæ, rediſſe Pe-
trum & Ioannem ad magiſtrum, & nunciaſ-
ſe omnia eſſe iam parata: & ſic cum duode-
cim apoſtolis à Bethania venit in Hieruſa-
lem. Vide quàm conſtanti animo agnus mã
ſuetus ad cubile leonum ingreditur. Nõ eſt
quod timeat, non eſt quòd virtus Dei pa-
ueat. Et *diſcumbentibus eis, & manducantibus*
ait Ieſus: Amẽ dico uobis quia unus ex uobis tra-
det me, qui manducat mecum. Demõſtrat in his
verbis manifeſtam ſibi eſſe traditionem & Iudas ad
traditorem, haud confundẽs impium aper- penitentiã
ta & aſpera increpatione. Sed leni ac ta- miris mo-
cita admonitione cõueniens, vt facilius cor- dis ductus
rigeret pœnitudo, quem nulla deformaſſet à Chriſto.
abiectio. Cur infœlix Iuda tãta benignita-
te abuteris? Ecce parcit auſibus tuis domi-
nus, & nulli te, niſi tibi, indicat Chriſtus: nec
nomen tuũ, nec perſona detegitur. Sed veri-
tatis

tatis & miſericordiæ verbo cordis tui arcana tantùm tanguntur. Obſerua quòd non ſolum prophetam agit Saluator ad Iudam. ſed & pijſsimùm patrem, vt ſic ex manſuetudine & clementia durum cor ad pœnitẽtiam emolliat. Sed impius cùm in profundũ

Prouc. 18

malorum venit, contemnit. Beatus Lucas

Cap. 22.

teſtatur dixiſſe dominum cùm recubuit ad menſam: Deſiderio deſideraui hoc paſchá manducare vobiſcum. Suauiſsima & melliflua verba quæ ſi vel extremis labijs tui cordis deguſtaueris, totus amore ſuccenſus, in lacrymas ibis. Sæpè cum diſcipulis manducauerat paſcha dominus Ieſus: ſed nunc tantum auditur hoc verbum deſiderio deſideraui. Nec mirũ vt qui coarctabatur præ deſiderio baptiſmi in ſanguine ſuo, cũ iam adeſt, ſi ſigna lætitiæ demonſtret: & ex abundantia

Matt. 12.

cordis os loquatur. Pro hoc tempore ſumma dona & beneficia prædeſtinata erant generi humano, totum denique bonum noſtrum. Paſsio, redemptio, reſurrectio, ſacramentum corporis Chriſti, iuſtificatio, gratiæ plenitudo, & pignus certiſsimũ gloriæ, ianuęque ipſius apertio. Hæc omnia, & ſi quæ alia ſunt in verbo illo intelligo, quæ in hac nocte reſerantur, & in Chriſto nobis conceduntur, & confirmantur in ſacra reſurrectione. Vbi ergo tam præclara bona nobis repoſita erant, qui ſupra modum hominis erat amator Deus, quomodo appropinquante tempore, loqueretur? Diſce in deſiderio multo dona diuina accipere. Eſurientes implet bonis Deus, & diuites dimittit inanis.

Deſideriũ ad dona diuina quam vtile.

Luce. 1.

NOTA valde.

Neque mãna illud patrum ſine reuerentia & timore quicquam ſuauitatis afferebat: vnde irreligioſi dicebant: Nauſeat anima noſtra ſuper cibo iſto leuiſsimo: quem timorati & religioſi experiebantur pinguem, & omnis ſuauitatis delitias habentem. Diſce ergo deſiderare: Diſce ſuſpirare, diſce coarctari, & venas aquę viuę inuenies, & affluenter bibes. Deſiderio deſideraui. In verbo hoc os ſuum aperit Dei ſapientia, & eructat verbum bonum, eructat mel & fauum, pietatem, amorem, dilectionem, charitatem, & pacem, eructat ſacramenta vitæ & ſalutis. Hæc omnia immenſa hac reponũtur tibi. Quid inquit? *Amen dico uobis quia unus ex uobis tradet me, qui manducat mecum.* Quantum contriſtatus eſt Petrus in hac voce? Quantum & Ioannes? Omnium viſcerá tremuerunt, neque ſuperfuit aliquid viriũ & halitus. Plus verbo domini credentes,

C

quàm de propia conſcientia fidentes, expertique quàm veridicus futurorum proclamator fuerat, interrogant. *Nunquid ego domine?* Vt vnus Iudas honoratus reſipiſcat, omnes diſcipulos fideliſsimos contriſtat magiſter. Et interrogationi eorum reſpõdet, exagerans magnitudinem criminis ex perſonæ circunſtãtia, quæ traditionem agebat, quia Apoſtolus: *Vnus ex duodecim.* Et reſtringens verbum ad pauciores, addidit. *qui intingit mecum in catino.* Intingebat tunc Iudas in catino, in quo, & rex gloriæ. Obſerua quomodo cor duriſsimum & pertinax diuinam iuſtitiam iam cogebat ad ſui manifeſtationẽ.

Iudas ad pœnitentiã ducitur.

Inter duodecim primò ſortem miſit. Vnus de duodecim, propter quod omnes contriſtati ſunt vehemẽter. Iam inter quatuor vel tres, qui tunc cum magiſtro intingebant in catino: vſquequo in bucella panis Ioanni demonſtratur. Nota quòd Matthæus dixit in paropſide. *Paropſis* eſt vas eſcarum quadrangulum à paribus abſidibus, id eſt, ab æquis lateribus dictum. Catinum vas fictile aptum ad continendum liquorem. Vtrunq; menſa continebat.

Paropſis quid ſit.

Catinum.

Addidit tandem dominus aduerſus Iudam comminationem æterni ſupplicij & ignis, vt vel ſic conuertatur à via ſua peſsima.

D

Væ autem homini illi per quem filius hominis tradetur. Bonum erat ei ſi non eſſet natus homo ille. Non ideò putandum eſt antea fuiſſe quàm naſceretur, quia nulli poſsit bene eſſe, niſi ei qui fuerit. Sed ſimpliciter dictum eſt: multo melius eſt nõ ſubſiſtere, quã male ſubſiſtere. Sic Hieronymus. Malè dixit, propter malum culpæ, non pœnæ.

Nõ eſſe an ſit eligibile.

Super. 26. c. Matthę.

Vbi nota quòd beatus Hieronymus intellexit per verbum ſubſiſtere, natiuitatẽ intra vterum, quæ & proprię natiuitas dicitur, ſicut probatur ex verbo angeli ad Ioſeph, cùm adhuc ſermonem ageret de conceptione Chriſti. Quod enim in ea natum eſt de ſpiritu ſancto eſt.

Matth. 1.

Et certè puer ante quàm ex vtero matris egrediatur, ſubſiſtentiam propriam habet diſtinctam realiter à ſubſiſtentia matris ſuæ. Non ergo de natiuitate extra vterum interpretanda eſt ſentẽtia Saluatoris, in hunc ſenſum: Bonum erat ei ſi natus nõ fuiſſet extra vterum, & ibi mortuus fuiſſet. Minus enim malum eſt non eſſe ſimpliciter, quam eſſe damnatum: non quidem propter pœnam, quæ vt ordinat culpam, eſt quoddam bonum, quia punitiuum culpæ, ſed propter malum culpæ: quæ quidem eſt ſimpliciter malum, quia opponitur bono ſimpli-

Culpæ malum ſimpliciter malũ.

ſimpliciter: tollit enim Deo honorem debitum, ſicut probat beatus Anſelm⁹, quia peccator quantum in ſe eſt Deum inhonorat. Nullus tamen poteſt velle nõ eſſe ſecundũ rectam rationẽ, propter fugam mali pœnæ: neque contra appetitum naturalem & inclinationem, quando illa conſonat diuinæ voluntati. Ad eſſe quidem eſt appetitus naturalis, vt patet per Ariſtotelem, & eſt voluntati diuinæ conſonus, quod patet ex eo quod ipſum cauſat immediatè in creatura rationali, & per imperiũ conſeruat: pœna autẽ non eſt diſſona diuinę volũtati, quia infligit eã, ergo propter ipſam non eſt appetendum nõ eſſe. Damnati credo quòd appetunt non eſſe ſimpliciter, non propter culpam fugiendam: ſunt enim obſtinati, ſed propter pœnam quam ſuſtinent. Merentur quidem pœnam annihilationis, ſicut demonſtraui ſuper pſalmum. 50. oſtendens quomodo aliqua pœna ſit æterna & iuſta, cum beato Auguſtino. Vnde idem Auguſtinus cum indagat cauſam beatitudinis angelorum bonorum, & cauſam miſeriæ malorum: cum de culpa illorum diſputat, inquit: Hic primus defectus, & prima inopia, primumque vitium eius naturæ, quę ita creata eſt, vt nec ſummè eſſet: & tamen ad beatitudinem habendam eo qui ſummè eſt, frui poſſet, (notã) à quo auerſa, non quidem nulla, ſed tamẽ minus eſſet, atque ob hoc miſera fieret. Lege Scotũ in. 4. S. d. 50. q. 2. & Ricard. de Media villa, ibi. q. 2. Cùm ergo malum culpæ mortalis, quæ inſeparabiliter adhæret damnatis, quæ non ſolum priuat quodam bono creato, & eſſe creato, ſicut pœna, ſed etiam priuat bono infinito, ſcilicet diuino, Iudam ſtatim apprehenſurum eſſet, inde eſt quod Saluator dixit: Bonum erat ei, ſi natus non fuiſſet: Et Hieronymus expoſuit. Multò melius erat non ſubſiſtere, quàm malè ſubſiſtere. Vide ergo quantũ malũ ſit malũ culpę: quã tu, nihili faciens, bibis ſicut aquã, vt dicitur in lib. Iob. *Filius quidem hominis vadit, ſicut ſcriptum eſt de eo.* De his omnibus apertè ſcriptum eſt in pſalmo. Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperẽ, &c. Et ſi ingrediebatur vt videret, vana loquebatur cor eius. Obſeruabat infœlix Iudas quomodo opportunè illum traderet. Congregauit iniquitatem ſibi, id eſt, aduerſus ſemetipſum, id eſt, in malum ſuum & perditionem. Væ homini illi. Egrediebatur foras. Quod facis, fac citius. Quæ vox haud eſt iubẽtis, ſed ſinẽtis: nõ trepidi,

Lib. 1. Cur Deus homo. cap. 11 & 15.

2. de gene. text. com. 59. & 2. de anima. com. 33.

Hom. 3.

Augu. lib. 12. de Ci. Dei. ca. 6.

Iob. ca. 15.

Pſalm. 40.

Ioan. 19.

A ſed parati, qui habens omnium temporum poteſtatem, oſtendit non moram ſe facere traditori. Et loquebatur in idipſum, id eſt, cum ipſis, & accepit à ſummis ſacerdotibus cohortem, &c. Etenim homo pacis meæ in quo ſperaui, id eſt, homo mecũ pacificè conuerſans, tanquam vnus ex familiaribus diſcipulis meis, & cui fidebam. Loculos enim ei commiſit. Magnificauit ſuper me ſupplantationem. Tu autem domine reſuſcita me, &c. In ſuperioribus libertatem humanorũ actuum, cum prophetia de ipſis, demõſtrauimus cũ Origene & beato Athanaſio. Sed me fugit vtrũ expoſuerim in illo loco quoddam præclarum verbum, grauiſsimi huius doctoris. Inquit Athanaſius: In ſumma id pro certo haberi debet, prophetas non ſolũ legum eſſe magiſtros, vt quæ præcipiunt, fieri debeant, ſed rerum quoque futurarum iudices eſſe: Ad iudicem ſpectat non tantũ crimina iniquorum hominum cognoſcere, ſed et ſecũdum ius & æquitatem ſupremi legiſlatoris ferre ſententiam, declarareq; animaduerſione ſcelestos homines eſſe dignos. In hunc modum prophetæ multa mala B videntur imprecari iniquis hominibus, ſicut in ſuperioribus pſalmis comprobatur, & cæteris prophetis: quæ quidem haud ſunt cordis liuidi iracundiq; maledictiones, ſed prædemonſtrata ſibi à Deo [illegible] hominum duritia aduerſus dominum, quæ ſecundũ legem videntur iuſta & ęqua, à ſupremoq; legiſlatore decreta, ipſi vt iudices exponunt & decernunt contra huiuſmodi peccatores. In hac expoſitione omnibus ſuis numeris abſoluitur illa doctrina, quæ valde neceſſaria eſt. Cõuertit ad Iudam ſanctiſsimus Leo Papa ſermonẽ. Redi in integrũ, & depoſito furore reſipiſce. Clemẽtia inuitat, ſalus pulſat, ad vitã vita te vocat. Ecce immaculati & innocẽtes condiſcipuli tui, ad ſignificationẽ facinoris pauēſcũt, & oẽs ſibi, non ædito impietatis auctore, formidant. Cõtriſtati enim ſunt non de conſcientiæ reatu, ſed de humanæ mutabilitatis incerto: timentes ne minus verum eſſet, quod in ſe quiſq; nouerat, quã quod ipſa veritas præuidebat. Tu autem in hac trepidatione ſanctorum abuteris domini patientia, & abſcondi te tua credis audacia. Addis impudentiã ſceleri, nec ſigno euidentiore terreris. Obſerua quomodo nõ benignitas domini, non cõminatio æterni ſupplicij hunc traditorẽ à peccato ſi o auertunt. Imò deridet vibrantem haſtã. Væ homini

Orige. lib. 7. in cap. 8 ad Rom et lib. 2. contra Celſi.

Atha. in de cruce & paſsione domini.

Prophetæ iudices fuerunt rerum futurarum.

Leo Papa ſermo 7. de paſsione domini.

Iob.41. mini illi. Bonum erat ei. Non fugat eum ab
auaritia & traditione vir ſaggittarius, etiā ſi
millies expertus fuerit manum eius potētiſ-
ſimā. Et vt hypocrita, fidelem ſe nititur oſtē
dere in eodem verbo, quo & cæteri condi-
ſcipuli: Nunquid ego Rabbi? O quot Iudę
NOTA. ſuſtinemus diſcipulos, qui ſub ſancto ū ver-
valde. bis, ſcelus ſuum abſcondunt, quibus domi-
Cap. 2. nus per Hieremiam: Quid niteris (inquit)
bonam oſtendere faciem tuam, ad quærem-
dam dilectionē? Obſerua quòd nullus apo-
ſtolorum execrabile flagitium in traditio-
ne magiſtri, in alium reiecit, aut excogita-
Iudiciū te- uit ab alio fieri: ſed vnuſquiſq; cor ſuum in-
merarium. ſcrutabile perpendens, pro ſe inquit: nūquid
1. Cor. 13. ego domine? Charitas malum non cogitat:
non iudicat fratrem ſuum, neque ſeruū alie-
num. Aduerſus ergo temerarios iudices fra-
trum ſuorum eſt hic ſermo & doctrina apo-
Roma. 14 ſtoli. Quis es tu qui iudicas ſeruū alienum?
Aut domino ſuo ſtat, aut domino ſuo cadit.
Potens eſt autem Deus illum ſtatuere. No-
Matth. 7. lite iudicare, & non iudicabimini. Syncerū
animum apoſtolorum, & in alterutrum fra-
ternam dilectionem verbū iſtud: Nunquid
ego domine? comprobat. Habes efficacem
doctrinam de conſeruanda dilectione & pa
ce cum proximo tuo, & ad fugiendum teme
rariū iudiciū aduerſus illum. *Et manducātibus
illis accepit Ieſus panem, & benedicens fregit, &
dedit eis, et ait illis, ſumite,* HOC EST COR
PVS MEVM. Ecce rationē propter quā
dn̄s præcipuè dixit: Deſiderio deſideraui
hoc paſcha māducare vobiſcū. Vt qui ſum-
mū, perexcelſum, admirabile vndiq; pror-
ſusq; diuinū ſacramentū hac hora erat con-
ſecraturus, quod in maximū bonū Eccleſiæ
cedebat, & in vitā ſpiritualem filiorū eius,
& in præclarū ſacrificium valdeq; Deo vni
uerſorū dño honorificū, quiq; ſupra modū
nos diligebat: non ergo videatur nimius, aut
incredibilis ſi opus ſuum ex ardenti deſide-
rio perficere agrediatur. Cū igitur per ſingu
los dies. (Benedictus Deus Amen) magno
hoc & diuiniſsimo ſacramento vtamur: om
ne ſtudiū & diligentia impendi debet eius
conſiderationi. Quam exordiar ab admira-
bili viſione, quæ prædemonſtrata eſt Eze-
Cap. 47. chieli prophetæ. Conuertit me (inquit) ad
portam domus, & ecce aquæ egrediebātur
ſuper limen domus ad Oriētem: facies enim
domus reſpiciebat ad Orientem. Aquæ au-
tem deſcendebāt in latus templi dextrum ad
meridiem, &c. Menſus eſt mille cubitus, &

C traduxit me per aquam vſque ad talos, rur-
ſum vſque ad genua, rurſus vſque ad renes.
& menſus eſt mille, torrentem quem nō po
tui pertranſire quoniam intumuerunt aquæ
profundi torrentis, qui non poterat tranſua
dari. Quam viſionē de Saluatoris doctrina
interpretatur B. Hieronymus. Nos certè nō
incongruè de myſterijs eius mirificis, intel-
ligamus prophetam locutum fuiſſe. Omnia
quippe diuinæ largitatis beneficia huma-
no generi exhibita a domino vniuerſorum
per manus angelorum & patriarcharum &
prophetarum, vel ad talos, qui plantis pedū
proximi ſunt, quos etiam obſeruat ſerpens,
vel ad genua, quæ Deo in cultum latriæ, &
reuerentiam honoris flectimus ad orationē
& ad adorationē, vel ad renes in ignobilis li
bidinis mortificatione, conſtituuntur. Sed
à mirifica incarnatione domini vſq; ad cru-
cem & ſanctam ſepulturam, intumeſcunt aquæ
ſuper cacumina montium non poſſunt neq;
à propheta ducēte ſe angelo trāſuadari. Be
ne omnia nota. Super limē domus dñi, quę NOTA.
ad orientem reſpicit, egrediuntur aquæ, &c. valde.
Aſcende obſecro mecum à ſacra natiuitate Torrens
D domini Ieſu, vſque ad horam hanc, vſque ad qui non po
horam crucis & mortis. Quantum tument teſt ab Eze
aquæ Saluatoris, ſi noſti? Trāſuadari nō po chiele tran
teſt torrens, de quo magnificus gigas bibens ſuadari, deſ
inebriatus eſt, præ dolore. In quem deſcen- cribitur.
dens Dñi filius Chriſtus Ieſus, orabat: Saluū Pſalm. 68
me fac Deus, quoniam intrauerūt aquę vſq;
ad animam meam. Intra quem ſtans immo-
bilis, conſtans, non turbatus, firmiſſimusq;
dicebat: In me tranſierūt iræ tuæ, & omnes Pſalm. 87
fluctus tuos induxiſti ſuper me. Veni in al-
titudinem maris & tempeſtas demerſit me.
Et quod amplius eſt, inquit: Infixus ſum in
limo profundi, & non eſt ſubſtantia. Quomo
do tranſuadari poteſt hic torrens etiā ange-
lo duce? O Deus: Quis ſapiens & intelliget
hæc? Contra meridiem currūt aquæ. In hoc
meridie, in feruore æſtus diei huius cernit
Abraham Deum in Mābre. Hæc hora diei Geneſ. 18
eſt in qua ſol igneos radios mittit in altiſſi-
mo exiſtēs: cerniturq; Deus à viro iuſto. In
his aquis à ſubter limine egredientibus cōtra
orientē ad meridiem altaris agnoſcitur quā
nos diligas, quàm nos magnificare intendas
o domine Ieſu. Et quid abſurdi dixero, ſi li- Ioſue. 3.
men interpretatus fuero pro corde tuo poſi Aquæ Ior
tum? Ab hoc aquæ egrediētes in nocte hac danis ſtan-
intumēt, ſicut aquæ Iordanis fluminis, cum tes & defi
in terram promiſſionis populus tuus ingre- cientes, quid
dieba- ſignificent.

dicebatur. Steterunt namq; aquæ deſcendentes in loco vno, & ad inſtar mõtis intumeſcẽtes, apparebãt procul ab vrbe, quæ vocatur Edõ, vel Adã, vſq; ad locũ ſarthã. Quæ autẽ inferiores erant in mare ſolitudinis (quod vocatur mortuũ) deſcenderunt, vſq; quo omnino deficerent. Decurrunt aquæ inferiores, vſq; ad mare mortuum, quæ & deficiunt omnino. Superiores verò ſtant, & per ſingulas horas aſcendunt inſtar montiũ. Et iſtæ ſuperiores à ciuitate quæ vocatur Adam videtur præ altitudine. Illæ priores aquæ, antiquæ legis ſacrificia, ſanguinẽ, cæremonias, oblationes, ſacramentaq; ſignificabant: quæ ad tranſitum arcæ fœderis dñi, id eſt, in tranſitu dñi de hoc mundo ad patrem, decurrunt ad mare mortuum, & omnino deficiunt. Redemptionis autem aquæ ſuperiores & ſacramenta ſtant, & ab Adã cernuntur: in fideq; huius redemptoris ſibi prædemonſtrati, iuſtificatur, educiturq; de delicto ſuo. Vnde Irenæ. inquit: Primo genitus enim mortuorum natus eſt dñs, & in ſinũ ſuũ recipiẽs priſtinos patres, regenerauit eos in vitam Dei. Ipſe initium viuentium factus eſt. Propter hoc & Lucas initiũ generationis inchoãs in Adã retulit, ſignificãs, quoniã nõ illi hunc, ſed hic illos in euangeliũ vitæ regenerauit. Aquæ ſuperiores inſtar mõtis tumẽt, & aſcẽdunt, vſq; ad cælos, vſq; ad angelos, vſq; ad Cherubin, & beata Seraphin. Parum dixi, vſq; ad ſummũ Deum: qui nobis in cibum conſecratur ſub pane, qui & pro nobis moritur in cruce. Iã quis tranſuadare poterit torrentẽ iſtum? cuius aquæ egredientes à latere dextro, mortui ſaluatoris, tumẽt, cuius dona certant & ſe viſcũt præ magnitudine & multitudine: cuius ſacrificiũ, cuius holocauſtum vel angelis eſt tremendum. Obſerua quòd ſanctus propheta nõ dixit, non poterant ſupernari; aut ſupernatari: ſed tranſuadari: Aliud certè hoc eſt, & aliud longè diſsimile illud. Qui tranſuadit per vadum adulteriorem ripam incedendo vadit, & ambulat, aut incedit, cum facilis ſit aquarum congeries, aut albeus. Qui verò ſuper natat, arte indiget, vel ductore magiſtro. Hic magiſter eſt ſacratiſsima fides noſtra, quæ cæleſtis arcani audi ſecretum, & cathedrã ſuã ſuper omnem altitudinẽ philoſophiæ & eloquentiæ repoſuit: vnde ars artium, & ſcientia ſcientiarum meritò appellatur. Et quamuis aquæ iſtæ miræ magnitudinis ſint: & abyſſus multa, inductu tamen huius magiſtri, in doctrina huius artis etiam puer natat, etiam puella duodena vniuerſum Occeanum emeat ſanguine fuſo. Hic ergo ſit doctor noſter ad nafationem huius torrentis, fides inquam: In hac ſecure audit auris humani cordis: hoc eſt corpus meum: etiam ſi oculus panem cernat & vinum, etiam ſi lingua, panem & vinum experiatur. In hoc proculdubio noſtri medici comprobatur ſapientia: quippe qui contraria contrarijs no curauit: ſed ſimilibus. Quis & vnde ortus fuit morbus? Quæ ſunt ſimilia hæc in quibus curatur? Potius augent infirmitatem ſimilia & morbum, quàm medicantur. Vnde morbus traxit originem? Dixit Deus Adæ, Ex omni ligno paradiſi comede. De ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas: in quocunque enim die comederis, morte morieris. Dixit ſerpens: Nequaquam moriemini. Eritis ſicut dij ſciẽtes bonum & malum. Credidit mulier ſerpenti, & comedit, & dedit viro ſuo, &c. Ecce vnde mors & peccatum, velut gamelli fratres egrediuntur. Quid obſecro aut quomodo in colore pomi illius ſcientia diuina relucebat, amplius quam in cæteris pomis, quæ illis erãt conceſſa ad eſum. Nil certè diuinum in pomo relucebat, ſed pulchrũ viſu erat, guſtuq; delectabile: nullumq; veſtigiũ ſcientiæ diuinæ apparebat. & tamen credidit, & comedit, & mortua eſt: & mortui ſũt. Per ſimile ergo, nõ per contrariũ curat ſaluator hac nocte morbũ iſtum lethalẽ. Hoc eſt corpus meũ inquit, in quo perfecta diuinitas & plenitudo eius inhabitat, tremẽdaq; maieſtas. Nil minus apparet: imo ſimilis eſt panis ſibi ipſi, & alijs poſt conſecrationem, & ante conſecrationem. Bene quidẽ. Sed in hoc curandus venit Adam. Credat Deo dicenti. Hoc eſt corpus meũ qui credit ſerpenti dicenti, eritis ſicut dij, ſcientes bonum & malum. In ſimili ergo curatur infirmitas, ſed à diſsimili. Hic eſt Deus verax in promiſsis & fidelis in verbis: ille diabolus ſceleris & fraudis inuentor, fallax & mendax & pater mendacij. Propter hũc panẽ iure dicitur: Caro mea verè eſt cibus. Verè dixit: quia præſtat qđ promittit: ille tñ cibus primi hominis non præſtitit: imo magnifica dona ab eo abſtulit, & relicto ſemiuiuo in via vſq; ad Samaritani tranſitũ de hoc mũdo ad patrẽ dereliquit. Eia, age, ad myſteriũ fideli magiſtro, dextroq; duce accedamus: etiam ſi nequeat explicari, nõ tñ licet tacere. Et ipſa materia ex eo quòd eſt ineffabilis fandi tribuat

Marginal notes: NOTA. valde. — Sapi 10. Irenæ. lib. 3. cap. 33. — Cap. 3. — Differentia verborum ſuper natare. & tranſuadare. — Fides magiſtra Eucharistiæ. — A — B — B. Agnes. — NOTA: valde. — Chriſti medici ſapientia in Eucharistia. — Geneſ. 2. — Cap. 3. Mors & peccatum gemelli fratres. — NOTA: — Ioan. 6. Eucharist. quare dicitur verè cibus.

facultatē, nec poſsit deficere quod dicatur, dum non poteſt ſatis eſſe quod dicitur. Succūbat ergo humana infirmitas gloriæ Dei, & in explicandis operibus miſericordiæ eius, imparem ſe ſemper inueniat. Laboremus ſenſu, hæreamus ingenio, deficiamus eloquio, bonum eſt vt nobis parū ſit, quod etiā recte de domini maieſtate ſentimus. Sic Leo Papa. *Et manducantibus illis, accepit Ieſus panem.* Obſerua quod ante magnifici ſacramēti inſtitutionem, enarrat B. Lucas quomodo poculum biberit dominus Ieſus gratias agens: vnde duos calices videtur commemorare. Et accepto calice, id eſt, poculo, gratias egit, & dixit: Accipite, & diuidite inter vos: dico enim vobis quod non bibam de generatione vitis, donec regnū Dei veniat. Hic calix & poculum vini, quod bibit dñs, & tradidit apoſtolis ad terminanda antiqua ſacrificia & agni paſchalis eſum & immolationem ſpectabat. Et gratias agit ſatis congruēter, quia vmbræ illæ in veram lucem tranſibāt. Et in illo verbo magnum argumentum inſtituebat cæleſtis magiſter aduerſus hæreticos, negantes veritatem carnis & ſanguinis in hoc ſacramento: aut affirmantes ſimul cum vera ſubſtātia panis & vini adeſſe corpus & ſanguinē Chriſti. Nā ipſe dixit: Dico enim vobis non bibā de generatione vitis donec regnū Dei veniat. Quod ſi vera ſubſtātia vini poſt conſecrationē in calice remaneret, certè iam ante aduentū regni Dei per quod ſuā reſurrectionē intellexit, bibit de generatione vitis, cùm iterum de calice conſecrato biberit. Obſerua quàm firmum argumentum ſit iſtud contra Ioannem Vbiclef & Lutherum. Ille tantū dixit poſt conſecrationē manere in Euchariſtia eundem panem, qui ante cōſecrationē erat, neq; amplius inſaniuit in re hac, Lutherus verò inſaniam augens, ſic affirmat panem ibi eſſe, quod aſſerit panem eſſe corpus Chriſti. Vtrunq; hæreticū conſtringit argumentum hoc, quod conſurgit ex promiſsione Chriſti ad diſcipulos de non bibendo amplius vſq; ad ſuam reſurrectionem de generatione vitis, id eſt, vino. Quod ſi ſimul cū ſuo corpore remanſit poſt conſecrationem, aut tantum erat vinū, proculdubio ante ſuam reſurrectionē de generatione vitis bibit. Et eadem eſt ratio de pane, quātum ad hoc. Similiter ex verbo Pauli, quod pro vobis tradetur, cōprobatur veritas corporis domini in hoc ſacramento, & ex verbo, qui pro vobis effundetur, veritas

Serm. 12. de paßione D.N. Ieſu chriſti.

Cap. 22.

Nota quod nō placet B. Augu. hæc ſententia. lib. 3. de cōſenſu Euāg. in principio. Sed B. Luc ca. 22. nō deſcribit i primi calicis diſtributione benedictionem à Chriſt: ſed inquit: Dixit: In quo verbo nulla benedictio inuenitur quæ certè præmittitur ante cōſecrationē panis et uini.

Alphon. à Caſtro in verbo eucharistia.

Nota quod dimittendus eſt cū bona uenia.

B. Auguſ. ut argumē. iſtud quo uſi ſunt grauiſſimi patres aduerſus hos hæreticos, locum habeat quia ſi po-

C ſanguinis. Verum nanque & reale corpus Chriſti traditum fuit in mortem, verus ſanguis effuſus, vtrūq; ergo datur in hoc ſacramento. Obſerua ſecundò quod cùm Marcus inquit, & Matthæus. Cœnantibus autē eis, & manducantibus illis, accepit Ieſus panem: haud intendunt ſignificare inter medios cibos cōuiuij paſchalis cōſecraſſe dñm Ieſum ſuum corpus & ſanguinem, ac deinde poſt ſacram communionem continuaſſe conuiuiū paſchale: cū manifeſtè B. Lucas de calicis cōſecratione teſtetur, quod facta fuerit poſt cœnam. Et calicem poſtquam cœnauit dicēs: Et Paulus idem docet. De panis conſecratione idem profectò habendum eſt iudicium, ſcilicet quod conſecratum fuerit poſt cœnam legalem. Non enim prius conſecrauit calicem quàm panem, ſed poſterius: neque inter panis & calicis conſecrationem aliquod medium tempus cœnæ legalis interfuit. Vtrunque ergo conſecrauit, poſtquam cœnatum eſt. Cum igitur inquiunt Euangeliſtæ alij. Cœnantibus illis, ſignificāt, quod ſacramentum hoc inſtituit antequam ſurgeret à cœna: ſed certè finita illa ac terminata. Cœna itaque facta inter ſacramentales epulas obuiauerunt ſibi inſtituta antiqua & noua, & conſumpto agno, quem antiquæ traditio proponebat, inconſumptibilem cibū magiſter apponit diſcipulis: nec iā ad elaborata impēſis & arte cōuiuia populi inuitātur: ſed immortalitatis alimonia datur à cōmunibus cibis differēs corporalis ſubſtātiæ retinēs ſpeciē, ſed diuinæ virtutis inuiſibili efficiētia probās adeſſe præſentiā. Finita ergo cœna inſtitutū eſt nouū & cæleſte conuiuiū, quod etiam præbet regibus delitias. **D** Nota quod aliundè ſumenda eſt ratio pro cōmunione infirmorum, qui ieiuni nō ſunt, non ex hac menſa, in qua poſt epulas agni ſacramentum venerabile à Chriſto diſcipulis datur. Habet ergo eccleſiæ vſus, ipſiuſq; ordinatione propter reuerentiam tanti ſacramenti prohibitū eſt ijs qui ieiuni nō ſunt cōmunicare. Traditio eſt apoſtolorum huiuſmodi ſtatutum, ſicut docet B. Auguſtinus epiſtola ad Ianuarium, & idē demādatur canone Sacramēta. d. 2. ex concilio Carthaginenſi. 3. cap. 29. Idem in cōcilio Toletano. 7. & quanuis concilia hæc non ſint generalia, extat decretum concilij generalis Conſtantienſis ſeſsione. 13. vbi idem ſtatuitur. De cōmunione infirmorū nō ieiunorum, de quorum periculo adeſt timor,

culum eſt unum tātū et illud conſecratū uerbū promiſſionis uerū permanet, et huiuſmodi argumētum formari non poteſt.

Cap. 22.

1. Cor. 11

Eucharist. ieiunis datur & infirmis non ieiunis.

Refertur de conſecr. d. 2. can. liquid.

Refertur. 7. q. 1. can. nihil.

extat

extat decretum ex concilio Guarmacieſi, vt habetur in canone: præsbyteri, de conſecratione diſtinct. 2. Obſerua ſecundò quod ex verbo illo: *Diuidite inter vos*, non colligitur cum fundamento quod à laicus contractari poſsit corpus Chriſti manibus proprijs, ad propriā vel aliorum communionem, quia ſcilicet illud manu propria vnuſquiſq; apoſtolorū accepit. Cū enim apoſtolis corpus dñi ſacroſanctū traditū fuit in manus inſtituti iam erant ſacerdotes in verbo illo: Hoc facite in meā commemorationem: quod ſtatim poſt conſecrationē panis, ante quā illū porrigeret apoſtolis dictū eſt à Chriſto, ſicut teſtatur Paulus: Nota quod olim corpus dñi dabatur in manus, quod ſecum quiſque domum portabat: vt cum vellet, domi acciperet. Hoc ex lib. 6. cap. 33. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Euſebij facile colligitur. At cum depræhenſi fuerint multi qui tractarēt indignè, & ad artes magicas abuterētur, abrogata eſt cōſuetudo, & durauit conſuetudo vſq; ad Cornelij Papę tempora. Caſtro, lib. 1. capit. 13. aduerſ. hæreſ. Habes illam doctrinā cōmuniter apud doctores ſcholaſticos. Lege D. Thomam, & ſacrum cōcilium Tridēti celebratum in hæc verba. Ac ſub earundem rerum Symbolis apoſtolis quos tunc noui teſtamēti ſacerdotes inſtituebat, vt ſumerent, tradidit. Cōſtituebat dixit, quia tūc ſupra corpus ſuum verum legitimos miniſtros illos inſtituit, & poſtmodū in reſurrectione poteſtatem eiuſdē characteris ad remittēda peccata conceſsit. Inquit ergo: *Accepit Ieſus panē; & benedicēs fregit: & dedit eis, & ait illis.* Accepit panē azymum, quo iam vtebantur Iudæi ab hac nocte per cōtinuos ſeptem dies. Congruentiſsima tēporis circūſtātia, in qua non ſolū declaratur figuræ antiquę perfecta exhibitio iure ſignificata, ſed etiam valde commendatur dulcedo diuinæ dilectionis Chriſti ad nos. Oportebat (inquit B. Leo Papa) vt manifeſto implerētur effectu, quę diu fuerāt figurato promiſſa myſterio: vt ouem ſignificatiuā ouis vera remoueret, & vno implerentur ſacrificio variarū differentia victimarum. Illud autem agni ſacrificium ſemel facere licebat in anno, hoc noſtrū per ſingulos dies. Adde illud in vno loco tantum, hoc eſt Hieroſolymis, hoc autem vbiq; gentium & terrarum; ſecundum dictum prophetæ, In omni loco offertur mihi oblatio munda. Quæ adeò munda eſt, vt manibus impuris, & immundis, violari non

Apoſtoli quā inſtituti ſacerdotes

1. Cor. 11

4. S. d. 24. q. 2. art. 3.

Seſ. 22.

Serm. 7. de paßione.

Mala. 1.

A poſsit. Benedictus Deus die quotidie. Proſperum in hoc pane & cibo faciet nobis iter Deus ſalutarium noſtrorum. Iam audi & cōſidera dulcorē cordis pijſsimi Ieſu. Eo ipſo tempore quo à ſummis ſacerdotibus conſultabatur quomodo eum perderent, eodē momento tēporis & agnoſcens, ſed nō probans cōſilium eorum ſaluator, ſuum corpus in cibum, & ſanguinē in potum eccleſiæ concedebat. Vide dilectionis inſigne præclariſsimum: vide animi conſtantis fortitudinem. Vide, & gratias age; quàm bonus eſt Deus, id eſt, quàm communicatiuus ſui, ijs qui recto ſunt corde. Seipſum dat in cibum & potum ſub familiaribus & vſualibus ſpeciebus panis & vini. Accepto igitur pane. *Benedicens fregit.* Benedictionis loco beatus Lucas & Paulus vbi ſupra, gratiarum actionē poſuerūt. Et accepto panę gratias egit, & fregit & dedit eis. Paulus vero: In qua nocte tradebatur, &c. gratias agens fregit. Et benedicēs fregit, in tot ſcilicet diuiſiones, quot erant Apoſtoli, & ipſe Chriſtus annumerandus eſt illis: ſicut docet beatus Hieronymus. Dominus Ieſus Chriſtus ipſe conuiua & conuiuium: ipſe comedens & qui comeditur. Et gloſſa ſuper illud Ruth. 3. Cum comediſſet & bibiſſet. Et Chryſoſtomus homil. 83. ſuper Matthæum. Pro noſtra igitur refectione ſpirituali, & in vſum inſtituit hoc præclarum ſacramentum. Nō tamen in vſu eius tantū, cōſiſtit, ſed etiā poſt conſecrationem, cū ſeruatur in eccleſia, ſicut docet vniuerſalis traditio apoſtolorum. De quo beatus Cyrillus. Audio quod dicunt illi, myſticam benedictionem, ſi ex ea remanſerint in ſequentem diem reliquiæ ad ſanctificationē inutilem eſſe, ſed inſaniunt hæc dicentes; nō enim alius fit Chriſtus, neque ſanctum eius corpus mutabitur, ſed benedictionis virtus & viuifica gratia perpetuo manent in illo: Dum ſcilicet ſacramentales ſpeciei nō corrumpuntur. Lege Ambroſium orationē funebri de obitu fratris ſui Satyri, & Hieronymum epiſtola ad Ruſticum monachum. Et Auguſtinum lib. 2. de Viſitatione infirmorum, cap. 4. & Euſebium Cæſariēſem lib. 5. eccleſiaſt. hiſtoriæ cap. 29. vbi citat partem epiſtolæ miſſæ ab Irenæo ad Victorem Papam, ex qua colligitur quòd Romani pontifices catholicis epiſcopis, qui aliūde Romā veniſſent, Euchariſtiam in ſignū amicabilis viſitationis mittere ſolebāt. Et hiſtoriā Tripartitā lib. 6. cap. 34. & vetuſtiſsimum Clē-

B

Pſalm. 67.

Sic intelliges dictum prophetæ. Et non cognoui conſilium eorū.

Eſai. 53.

Cap. 22. 1. Cor. 11.

Chriſtus ſumpſit euchariſtiam

Epiſto. ad Hebidiam quæ refertur canon. Nec Moyſes.

Cyri. epiſt. ad Cathoſiriū epiſcopum. Euchariſt. ſacramētū, quādiu perſeueret.

Euchariſt. mittebatur à Rom. P. Epiſc. Catholicis.

meritem. Deniq; cõcilium Lateranenſe ſub
Innocẽtio tertio, canone. 20. ſuorũ decreto-
rum. Ex his omnibus intelliges quomodo
hoc ſacramentũ eſt res permanẽs nõ trãſiẽs
cum ipſo vſu, ſicut cætera. Sacrum quidem
baptiſma cũ forma ipſius abſoluitur, & diſ-
paret, inuẽto fructũ ſanctificationis impreſ-
ſoq; charactere, &c. Hoc autẽ ſacramentum
(vt dixi) tãdiu integrũ perſeuerat, quandiu
& ipſius ſpecies. O clementiã Dei in nos. O
ſingulare priuilegium diuinæ dilectionis?
Quale eſt hoc ſolatiũ, quod de abſentia cor-
porali Christi mæſta corda habẽt? Propter
hãc præſentiã, & permanentiã eccleſia ſpõ-
ſa eſt dicitur: ſecũ enim habet ſponſum alias
quaſi vidua diceretur: Sponſa eſt, habẽs ſecũ
in ſinu ſuo, in arcano pectoris ſui ſuum ſpon-
ſum dñm Ieſum Chriſtum: Qualis eſſet ſoli-
tudo mundi ſine hac præſentia Chriſti? Re-
cogita humili ac deuoto corde, quæ de re
hac licet cogitare. Quæ natio ſub cælo ha-
buit Deos ſuos appropinquantes ſibi ſicut
adeſt nobis Deus noſter? Et dediſſet, non an-
te cõſecrationem ſed poſt: quod Euãgeliſta
docet in verbo Sumite: & ait illis ſumite, q̃
ſi iam dediſſet, non dixiſſet iterum ſumite.
Nõ ergo dedit panis bucellam ſingulis apo-
ſtolis ad conſecrationẽ: ſed ipſemet in pate-
na, vel in ambabus manibus tenens oẽs illas
bucellas panis azymi, benedicens conſecra-
uit per hæc verba: *Hoc eſt corpus meũ.* In præ-
cedẽtibus ergo verbis ſumite, comedite, &c.
non ſignificatur conuerſio panis in corpus
Chriſti, ſed vſus. In his autẽ verbis, forma
huius ſacramenti declaratur, quia certè eſt
hæc: hoc eſt corpus meũ ſicut docet B. Am-
broſius. Cùm panem accipiens diceret: hoc
eſt corpus meum, planè mõſtratur verbum
illud operatorium fuiſſe, conuerſiuum q; pa-
nis in corpus: Et Euſebius canone, Quia cor-
pus, & Innocẽt. cap: Cũ Marthę de celebra-
tione miſſarũ. Tandẽ cõcilium Florentinũ
ſub Eugenio. 4. decreuit formã huius ſacra-
mẽti eſſe verba Saluatoris, quibus hoc ſacra-
mentum confecit: hoc eſt corpus meum, &
hic eſt calix ſanguinis mei, &c. Videat iam
orthodoxus vir Eraſmus, quã pie deſidera-
uerit ab apoſtolo Paulo, formas, quibus hoc
ſacramẽtum cõfecit dñs: ac ſi illas nõ maniſe-
ſtè tradidiſſet ipſe apoſtolus Matthęus etiã,
Marcus & Lucas: Eraſmi verba ſunt hæc.
Vtinã Paulus traderet nobis illa verba, qui-
bus conſecratus eſt panis ille à Chriſto. Nã
illa hoc eſt corpus meum, potius ſunt porri-

NOTA valde

Eccleſia ſi ſine Eucha-riſtiæ ſacra-mẽto uidua uideretur.

Eucharist.

Libr. 2. de ſacramẽtis q; refertur de con. d. 2 can. Panis

Eraſmus ſup. 11. ca. 1. ad Cor. in annota-tionibus.

C. gentis, quã conſecrantis. Sed abea Eraſmus
cum impio ſuſpirio, & crede tu Eccleſiæ, ab
apoſtolis vſq; huc conſecranti in his verbis,
tanquã legitimis formis huius diuiniſſimi ſa-
cramenti. In quo ſub ſpecie panis ex vi ver-
borum formæ, realiter continetur corpus il-
lud quod traditũ eſt in mortẽ, & anima bea-
tiſsima per vnionẽ ipſius ad ſuum corpus, &
perfecta diuinitas per cõcomitantiã. Tale ac
tantũ eſt hoc ſacramẽtum. O potentiã Sal-
uatoris? O magnificentiã redẽptoris? O ex-
celẽtis poteſtatis virtutẽ dñi mei Ieſu? O mi-
raculum ab ipſo factorum maximum? O ex-
cellentiſsimæ charitatis inlignẽ? Carnẽ diui-
nitate plenã, viuificatricem, ſanctificatricẽ,
de ſpiritu ſancto conceptã ex puriſsima vir-
gine, in cibum perpetuo eccleſiæ ſuæ dereli-
quit. Iam declaratur quomodo caro Chriſti
manducatur: quo audito etiam quidam ex
diſcipulis retro abierunt. Horrẽdum enim
& nefarium videbatur, carne veſci humana:
exiſtimantes verbum hoc: Caro mea verè
eſt cibus: eo modo dici, vt carnem eius vel
elixam vel aſſam, ſectamq; membratim, ede-
re docerentur: cùm certe ſi in fruſtra parti-
D retur, non omni humano generi poſſet ſuffi-
cere, qua etiam ſemel conſumpta videretur
interiiſſe religio, cui nequaquam victima ſu-
pereſſet. Et nos certe facere hoc in ſui me-
moriam perpetuò, vſque in finem ſęculi di-
ſpoſuit. In quo & noſtræ religionis ſacrifi-
cium altiſsimum ſitum eſt: Sacramentaliter
ergo & ſub ſpeciebus panis & vini, caro
Chriſti viuifica proponitur manducanda,
Vnde cũ à fidelibus ſumitur, non laceratur,
non diuiditur, quanuis ipſæ ſpecies ſacramẽ-
tales dentibus premantur, & diuidatur. Bea-
tus Cyprian. inde cœna domini. Panis iſte,
quem dominus diſcipulis porrigebat, nõ ef-
figie ſed natura mutatus, omnipotentia ver-
bi factus eſt caro: & ſicut in perſona Chriſti
humanitas videbatur, & latebat diuinitas:
ita in ſacramẽto viſibili ineffabiliter diuina
effudit eſſentia (& humana) & vt eſſet reli-
gioni circa ſacramenta deuotio, & ad verita-
tem, cuius corpus ſacramenta ſunt, ſincerior
pateret acceſſus, vſq; ad participationẽ ſpi-
ritus: non quòd vſq; ad conſubſtãcialitatem
cum Chriſto, ſed vſque ad ſocietatẽ germa-
niſsimam eius, hęc vnitas perueniſſet. Solus
quippe filius patri cõſubſtãtialis eſt, & ſpũs
S. nec diuiſibilis nec participabilis ſubſtan-
tia trinitatis noſtra verò & ipſius cõiunctio
nõ miſcet pſonas, nec vnit ſubſtãtias, ſed affe-
ctus

Ioan. 6.

Caro chri-ſti quomo-do mandu-catur.

Cyprian.

NOTA. *valde.*

ctus conſociat, & cõfœderat voluntates. Sic exponendus eſt B.Chryſoſt.& Iræn.lib.5. aduerſ.hæreſ.in principio.Chryſoſt. ſermonibus qui communiter in octaua corporis Chriſti leguntur. Et certè quanto ardentiori deſiderio pro hac beata ſocietate & confœderatione voluntatũ, quis ad ſacrã menſam accedit, tanto vberiùs & efficaciùs coniũgitur Chriſto. Vide iam qualẽ ſeruitutẽ, quã religionem diuiniſsimo huic ſacramẽto debeas. Illam nimirum, quam in nomine latriæ intellexerunt omnes ſapientes.

Latria q̃d, cui debetur.

Latria quippe ſeruitutem ſignificat: non communem Deo & hominibus præcellentibus, ſed quæ ſoli Deo debetur: ſicut docet B.Auguſtinus: Sicut nomen Hebræum Adonai, nõ vtcunq; dominũ ſignificat ſed eum, qui propriè eſt dominus, & ſolus eſt vniuerſorum rex: Sic verbum Græcũ Latria ſeruitutẽ importat, non vtcunque, ſed eam, quæ ſoli Deo exhibetur. Et hæc huic ſacramento offerenda eſt.

Lib. 10. de Ci. Dei. c. 5. Idẽ lib. 5. contra Fauſtum Manicheũ cap. 9.

Docuit hanc veritatem in primis cæleſtis pater in Pſalmo, cũ dixit de Chriſto. Et adorent eum oẽs angeli Dei: quod actũ fuit ſub ipſa hora natiuitatis Chriſti. Et deinde Magi procidẽtes ſuper terram ipſum dominum adorauerunt in præſepio. Cultus ergo & ſeruitus quæ Deo offertur, Euchariſtiæ deferenda eſt, & erga illam religio ſupra modum ſeruanda. Quam etiam ex nominis interpretatione intelliges.

Pſalm. 96

Matth. 2.

Cõci. Tri. ſeſs. 13. c. 5

Religio nanque cultus eſt ſoli Deo debitus. Cicero religionem à relegẽdo dictam eſſe putat, quòd ſit ceu cognitio Dei. Et ſic Mercurius Græcus dixit: Religio notitia eſt Dei. In hoc quippe ſacramẽto, in religione erga illud, in cultu & Latria, Deus cognoſcitur, & quaſi relegimus diuina Theologiæ doctrinam. Lactant. Firmian. à religando mauult eſſe nominatam: quaſi Deo obſtricti & obligati ſint religioſi pietatis vinculo. Et certè ex interpretatione diſces, qualiter colere debeas dñm Ieſum in hoc ſacramento: in quo vincula charitatis, fideles viri & timorati ineunt, quibus in obſequium eius abſtringuntur, & in dilectionem firmiori vinculo tranſeunt.

Religio quid.

Cicero. Lib. 2. de nat. Deor.

Lactã. Firmi. lib. 4.

Habes ergo comprobatum quomodo huic venerabili ſacramẽto debeatur latria, id eſt, ſeruitus, quæ ſoli Deo exhibetur. Quod cõfirmare eſt facile & pulchrum ex antiquis cæremonijs & ſacrificijs & lucernis, & tymiamate, quæ ante arcã fœderis dñi fiebant, id eſt, in tabernaculo primo, nam in ſecũdo quod dicebatur ſancta ſanctorũ, tantũ erat turibulũ, aureũ, & arca, & cherubim gloriæ & propitiatoriũ, vbi certè in figurã huius ſacramẽti repoſitũ erat mãna illud, quo per multos annos veteris teſtamẽti patres vſi ſunt in deſerto, in memoriã mirabiliũ, quæ cũ illis omnipotẽs manus Dei fecit.

Euchariſt. debetur latria & cultus omnis ſeruitutis. Cõc. Tri. ſeſs. 13. c. 5

A

Hebræ. 9.

Vrna erat ex auro puriſsimo, arca de lignis ſethim incorruptibilibus, deaurata auro puriſsimo. Candelabrũ erat de auro mũdiſsimo, & lucernæ ſeptem. Sed & oleũ lucernarũ de arboribus oliuarũ puriſsimũ oportebat eſſe. Quid dicã de propitiatorio? Quid de ingreſſu ſummi ſacerdotis ſemel in anno tantũ? Quid de ſacrificijs? Quid de veſtibus ſacerdotalibus. Nõ tẽpus ſufficit ad loquendũ, neq; calamus. Et certè (vt dixi) mãna ibi erat, & virga Aarõ, quæ frõduerat, & duæ tabulæ teſtamẽti, & cibo illo etiã impuri homines vſi ſunt familiariter quia tñ in figurã D.N. Ieſu Chriſti, qui eſt ſummus ſacerdos, & viua hoſtia, & ſacrificiũ, omnia illis cõtingebant, tãto ac tali obſequio venerabãtur.

Exod. 25.

Ibi. 26.

Exod. 20. 36.

Hebræ. 9.

De quibus omnibus ſuper cap. 9. ad Hebræ. dicemus ſtatim.

Qualis honor & reuerentia decet noſtrũ ſacramentũ? Qualis cultus? Qualis miniſtrorũ ſanctimonia? Quibus obſecro cultus illius miniſtri vtebãtur purificationibus ne vt immũdi à dño punirẽtur? Et miniſtris ordinis ſacratioris dicitur ab apoſtolo, & reliquo populo. Probet aũt ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui .n. mãducat & bibit indignè, iudiciũ ſibi mãducat & bibit, nõ diiudicãs corp' dñi, ſcilicet, ab alijs cibijs.

B

1. Cor. 11.

Quid ſit iudiciũ mãducare ſtatim exponit: Reus erit corporis & ſanguinis dñi, id eſt, pœnas dabit mortis & ſanguinis dñi, id eſt in ſimilitudinẽ crucifigentiũ dñm punietur, nõ tamen ita grauiter: & ſic pœna ſimilitudinẽ habet, non æqualitatẽ. Vnde licèt nõ ſit omnium peccatorũ grauiſsimũ hoc crimẽ, certè multis grauius eſt, & iniquius.

Euchariſt. cõmunio indigna, quale crimen.

Habes ergo veritatem corporis & ſanguinis Chriſti, in hoc tremendo ſacramento, habes cultũ latriæ & religionis illi exhibendũ, habes tertio mentis puritatem, & deuotionem quæ ad ſacram ſinaxim eſt deferenda. De his dixit B. Cyprianus: Panis eſt angelorũ, omne delectamentũ habens virtute mirifica, omnib' qui dignè & deuotè ſumũt, ſecundũ ſuum deſideriũ ſapit, & ampliùs quam mãna illud eremi implet & ſaciat edentium appetitus, & omnia carnalium ſaporum irritamenta, & omnium ſuperat dulcedinem voluptatum. Vides quomodo his, qui Chriſti commemorant paſsionem intra ſacra officia, quaſi

Cypri. in de cœna domini.

Euchariſt. deuota cõmunio fructuoſa valde.

per quaſdã canales de interioribus fontibus C
egrediantur torrentes, & ſuper omnes deli-
tias nectaris anima delectetur: Quantã ſuaui
tatem animæ inquirenti vbi ſit Deus, ſuſpi-
ria contemplationis eliciant? Non illos im-
bres procelloſæ tempeſtates deponunt: ros
matutinus eſt de cæleſtibus ſtillans, & quaſi
vnctio mentem deliniens. Gemitus illos pie
tas excitat, & inter diem & noctem retro &
ante ſe affectio inferẽs gratias agit tam vbe
ris beneficij largitori: & ſe ſanatam & iuſti-
ficatam agnoſcens, id eſt, confidens, fletibus
ſe abluit, & lachrymis ſe baptizat. Verum
his, qui verbo tenus & corde ſicci, & mente
arida, ſacris ſe interſerunt, vel etiam partici-
pant donis, lambent quidem petram (nota
Cõmunio valde) ſed inde nec mel ſugunt, neque oleũ:
Euchariſt. qui neque aliqua charitatis dulcedine, nec
indeuotã. ſe iudicant, nec ſacramenta dijudicãt, ſed ſi-
cut cibis communibus irruentes, ſacris vtun
tur muneribus & dominicæ menſæ in veſte
lutulenta ſe ingerunt impudẽter: quibus me
lius erat mola aſinaria collo alligata mergi
in pelagus, quam illota conſcientia de ma-
nu domini bucellam accipere: qui vſque ho
die hoc veraciſsimum & ſanctiſsimum cor-
pus creat, & ſanctificat & benedicit, & piè D
ſumentibus diuidit. In huius præſentia non
ſuperuacuè mẽdicãt lachrymæ veniã, neq;
vnquã patitur contriti cordis holocauſtum
repulſam. Quoties te in cõſpectu domini vi-
deo ſuſpirantem, ſpiritum ſanctũ nõ dubito
aſpirantem: cum intueor flentẽ, ſentio igno-
ſcentem, &c. vſq; huc noſtra deuenit oratio
ex verbis illis mirificis, quib⁹ Saluator vſus
eſt ad conſecrationem ſui ſacratiſsimi corpo
ris. Conſecrato itaque pane dedit diſcipulis
ſingulis ſingulas bucellas ad ſacram commu
nionem. Conſecrati quidem iam erant in ſa-
cerdotes noui teſtamẽti in illo verbo: Hoc
facite in meam commemorationem. *Et acce
pto calice gratias agens dedit* ris: *& biberunt ex
illo omnes & ait illis*, Dedit eis poſt conſecra
tionem: proculdubio & Iudæ: cuius pecca-
tum occultum erat adhuc ſacris apoſtolis.
O Saluatoris pietatem. O paſtoris ſtudium
erga ouem perditam. *Et ait illis: hic eſt ſanguis
meus noui teſtamenti, qui pro multis effundetur.*
Eiuſdem quippe virtutis ſunt verba hęc. qui
bus dominicus calix cõſecratur, ſicut & illa
in quibus & panis conuerſus fuit in corpus
Mortis domini. Obſerua quòd in hiſce verbis aper
Chriſti fi- tiſsimè demonſtrat in quem finẽ ordinetur
nis intẽtus mors beata, crudeliſq; paſſio crucis ſuę: pro-

C pter quid innocẽs ſanguis eius ſit fundẽdus *remiſſio*
ſequenti die, nimirũ in remiſsionẽ peccato- *peccatorũ.*
rum. O fœlix culpa, quæ talẽ ac tantum ha-
buit redẽptorẽ. Certè in ſanguine hoc chy-
rographum decreti, quod erat contrariũ no *Colloſ. 2.*
bis, tulit de medio, & ſanguine ſuo deleuit.
Neque eſt quòd iam aduerſus Adam diabo
lus & mors ſcripturam illam veteris piaculi
legere poſsit: quam apoſtolus iure chyrogrã
phum decreti appellauit, quę piſsimo cruo
re deleta eſt. Chyrographũ erat præuarica- *Chyrogra*
tio Adæ. Decreti, dixit, quia fuit ſententia *phũ decre*
dãnationis noſtræ, quæ erat cũctis homini *ti quid ſit.*
bus aduerſa. Lege B. Anſelmũ ſuper hũc lo *De re hac*
cum. Inſuper teſtamẽtum nouum in quo fi- *diſputauit*
deles inſtituuntur hæredes, ſanguine Chri- *auctor bo-*
ſti, & ſcribitur & roboratur. Literæ enim, *mili. ſuper*
quæ vocantur teſtamentum, hæredem mu- *pſalm. 50.*
niunt aduerſus calumniatorẽ, ne tollat ei hæ *Teſtamen*
reditatem. O nos fœlices? Quorum ius cæ- *tum quid.*
leſtis hæreditatis in ſanguine Chriſti con-
firmatur, & teſtamentum in ſanguine eius
ſcribitur. Ecce vnde promiſsiones nobiles
Euãgelij: quas dominus ſibi obtemperanti-
bus repromiſit, ecce inquam vnde implen-
dæ ſunt firmiſsimè, pleniſsimè, & ſuperabũ
D dabit adhuc. Quid ergo nimium, ſi peccato-
ribus per pœnitentiam venia & regnum re-
promittitur? Cùm ex merito effuſi ſangui-
nis Chriſti exhibendum ſit. Firmiſsima er-
go eſt ſpes noſtra. Gratias age & fac bonita-
tem, & ſubditus eſto dño, & cõfortetur cor *Pſalm. 36*
tuum. Firmũ & ſtabile vſq; ad tẽpus factum *Nota qđ*
eſt vetus illud teſtamentum, quod ſanguine *teſtamentũ*
animalium dedicatum fuit & confirmatum: *uetus et no*
quanto magis firmum eſt noſtrum teſtamẽ *uum nomĩ*
tũ, quod in ſanguinis Chriſti effuſione, cõ- *tum dicta*
firmatur? O ſpem noſtram? O beatitudinem *ſunt uetus*
noſtram! Scio cui credidi dicebat totus gau *& nouum*
dẽs D. illi vir Paulus, & certus ſum, quia po *quia illud*
tens eſt depoſitum meum ſeruare in illum *ante hoc cõ*
diem. Quid magni dicis ô Paule? quod po- *ditũ ſit: ſed*
tens ſic Deus depoſitũ tuũ ſeruare? Quid eſt *etiam quia*
Deo impoſsibile? Imò neq; difficile. Audi *inueteri ꝓ*
amice. De Ieſu dño meo eſt hic ſermo. Cer *miſsiones*
tus ſum quia potens eſt depoſitum meũ ſer- *erant rerũ*
uare, per potentiam obedientiæ & iuſtitiæ *quæ tempo*
ſuę in ſanguine fuſo, & ſublimẽ coronã red- *re ſeneſcũt*
dere in regnũ cælorũ mihi quondã blaſphe *in noſtro*
mo, & ſuæ Eccleſiæ perſecutori ſæuiſsimo. *uerò illæ*
Propter quæ crimina, diabolus & infernus *promittun*
aduerſus me, iure inſurgerent, & cõgratula- *tur quę ſũt*
bundi, ſed ius redẽptionis dñi mei, cui credi *in æternũ*
di, potens eſt ad prædeſtinatã coronam me *permanſu-*
perdu- *ra. Augu.*

lib. 4. contra Fauſtũ.

Memoria paßionis in ſacra cõmunione.

perducere. Neq; me tantum ſed vniuerſum prorſus mundum, & oẽs, qui ei in ſeruire voluerint & credere. *Pro multis effundetur.* Pro omnibus quidem ſufficienter, pro multis efficaciter. *Effundetur.* Qualis erat obſecro in corde Ieſu triſtitia pro eminẽti iam paſsione? Et tibi hæc cõmemoratio demãdatur, cũ peragis hoc ſacrũ myſterium. Hoc facite in

1. Cor. 11

meã cõmemorationem. Et alia ſcriptura inquit: Quotiẽſcũq; mãducabitis panẽ hũc & calicẽ bibetis, mortem dñi annũciabitis, donec veniat. O ſublimitas cordis apoſtolici.

Euchariſt. tempore faciẽda memoria iudicij.

Quid cõmemoras aduentũ dñi ad iudicium, cum agis de ſacra communione? Cautos & diligentes, timoratoſq; inſtituit omnes, qui hanc menſam accedunt, valdeq; in omnibus circunſpectos: vt ſciãt diiudicare corpus domini ab alijs cibis: alias dabũt pœnas in iudicio magni huius Dei: quem ore polluto mãducãt: quibus vide obſecro, quã propriè dicet, Ego vidi, Ego ſum teſtis, & iudex. Ne

Hiere. 29

ergo abutaris largitate diuina, & fias audax ad ſacra, ecce vocẽ, ecce manũ ſcribentem, donec veniat. Heus ſcito, ꝙ ad iudiciũ hic ipſe Deus, quẽ tu ſumis ſub ſacramẽto, qui ori tuo adeſt, certiſsimè venturus eſt: adeſt nunc tibi humanus, tractabilis, & dulcis, citò apparebit horribilis & micãtibus oculis, diſsipans, & abſorbens. Attende ergo tibi, qualiterq; ſacris interſis: diligenter conſidera: attende quæ appoſita ſunt tibi, ante faciem tuam. Quando fuerit hora veſcendi ve-

Prou. 23.
Math. 26.

ni huc, & comede panem, & intinge bucellam tuam in aceto. Attende quæ in ſacramẽto tibi apponũtur. Cõſidera quia Chriſtus Ieſus Dei filius ſub modici panis ſpecie tibi

Luc. 23.

datur. Bucellã hãc intinge in aceto. In illo ſcilicet quod milites offerebant ori Dñi in cruce pendẽtis. In amaritudine ergo pia & cõpaſsione cordis crucifixi regis gloriæ mãduca. Verſa & propone ante oculos tuos il-

Pſalm. 44.

lum qui erat ſpecioſus forma, & honorabilis vultu præ cũctis filijs hominũ, iam in cruce

Iſai. 53.

opprobriũ hominũ factũ, & velut Aethyopem & leproſum, & certè percuſſũ à Deo: cuius vultus abſcõditus erat præ liuoribus, tumentibus maxillis, denigratis oculis, & aſpectu horribilibus, hũc cõſidera in cruce, à patre derelictũ, cũ ad mẽſam eius accedis: ga & hæc aſpiciebat & ipſe ſacerdos & põtifex æternus, cũ panẽ hũc beatiſſimũ cõſecrabat, & dicebat: hoc eſt corpus meũ, qđ pro vobis tradetur. Hic eſt ſanguis meꝰ, qui pro vobis effundetur. Quod ſi ad fontẽ dolorũ,

accedis in ſanguinis effuſione: ecce ardentẽ igneam charitatis, vnde igneus totus fias, in illis verbis, quod pro vobis tradetur, qui pro vobis effũdetur. In ſumma, charitas Chriſti ad nos cõprobatur, quod ſemetipſum tradidit pro nobis: pro nobis inquã, cùm adhuc

Roman. 5.

inimici eſſemus, cùm adhuc impij. Audi & lege & abſcõde in ſinu cordis tui verbũ hoc, *pro nobis*. Tũc quidẽ dices cũ propheta. Cor meum cõcaluit intra me, & in meditatione mea exardeſcet ignis. Tũc etiã ad mortẽ accinctus, prõptuſq; dices: Quid retribuã dño

Pſal. 115.

pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiã, &c. Obſerua quod pro materiã calicis conſecrãdi non tantũ vinũ aſſumendũ eſt, ſed & aqua. Primum quia ſic feciſſe dñm Ieſum docet in ſua liturgia B. Iacobus in hæc verba: Similiter poſtquã cœnauit, accipiens calicẽ, & permiſcens ex vino & aqua, & aſpiciens in cælum ac oſtendens tibi Deo & Patri, gratias agẽs, ſanctificans ac benedicens, & implẽs ſpiritu ſancto.

Aqua vino miſcẽda in calice.

Liturgia Iacobi.

Et beatus Clemẽs Patri apoſtoli diſcipulus, in ſua liturgia inquit: Similiter & calicem vino & aqua temperatum ſanctificauit, &c.

Clemẽs in ſua liturgia.

Cap. 9.

Et liber Prouerbiorũ hoc docet. Bibite vinũ qđ miſcui vobis. Secundò aqua miſcendum eſt vinum, propter dominicæ paſsionis repræſentationem: hæc enim de latere eius exierunt, cùm apertum fuit lancea. Ab exordio ergo miſſæ cùm præparat calicem, ſacerdos habet imaginem aperti lateris regis gloriæ Ieſu Chriſti, cum aqua vinũ miſcet. Denique tertiò aqua in calice cum vino miſcetur & vnitur, ad ſignificandũ effectũ ipſius ſacramẽti: vnitur enim populus cum Chriſto. Vnde Iulius Papa: Videmus (inquit) in aqua populũ intelligi: in vino verò oſtendi ſanguinẽ Chriſti: ergo cùm in calice vino aqua miſcetur, Chriſto populus adunatur.

Habet ſecũdo ſacerdos ubi charitate complectatur populum Dei, deſiderare in unitate ſicã chriſt. unctionem per gratiã.

Nota quòd aqua modiciſsima apponenda eſt, quæ facilè cum vino miſceatur, ſicut docet concilium Florentinum ſub Eugenio Quarto, in diffinitione fidei Armenijs data, in hæc verba: Tertium eſt Euchariſtiæ Sacramentum; cuius materia eſt panis triticeus, & vinum de vite: cui ante conſecrationem aqua modiciſsima admiſceri debet. Tria tantùm in hoc diuiniſsimo Saluatoris opere mihi ſuperſunt tractanda. Primò videre oportet quomodo non ſolum ad miniſtros Eccleſiæ, id eſt, ad ſolos ſacerdotes ſpectat ſublime hoc donum, verùm & ad oẽs plebes fideliũ & pro omniũ v-

Canone, Cũ omne. Aqua modiciſsima.

ſu & fructu inſtitutum ſit. Secundò quales C
ſint fructus, quàm vberes & præcellentes,
quos ab hac menſa Chriſtiana plebs ſugit.
Denique tertiò videndũ eſt quomodo Miſ-
ſa ſit propriè ſacrificium noui teſtamenti: in
quo incruẽtè immolatur Dei filius dominus
Euchariſt. noſter Ieſus Chriſtus. Longe ante quàm ad
Cõmunio hanc menſam deuentum eſt, non ſemel de-
pro omni- monſtrabat Saluator omniũ, quomodo pro
bus fid-lib' hominum ſalute & vita conſecraturus eſſet
Ioan. 6. hoc venerandum ſacramentum dicens: Niſi
manducaueritis carnẽ filij hominis, & bibe-
tis eius ſanguinem, non habebitis vitã in vo
bis. Et iterũ: Caro mea vere eſt cibus, & ſan
guis meus verè eſt potus: qui manducat meã
carnem, &c. In quibus ſententijs manifeſtũ
eſt non ad ſolos miniſtros Eccleſiæ, qui tũc
conſecrati nõ erant in ſacerdotes, dirixiſſe
ſermonem: ſed promiſiue ad vniuerſam ple-
bem ſub hac hora illi aſtantem. Neceſsita-
tem ergo communionis ſacræ iam oſtende-
bat, ante quàm inſtituerit hoc tremendum
ſacramentum, ſicut cum prædicebat futu-
Ioann. 3. rum ſacrum baptiſma, & dicebat: Niſi
quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſan-
cto, &c. Quod vtique ſacramentum omni- D
bus hominibus conuenit: non ſacerdoti-
bus tantum: ſic itidem & hoc: quanquam a-
liter & aliter. Baptiſmus enim regeneratio-
Orige lib. nis eſt ſacramentum, vnde & ante vſum ra-
5. ſup cap. tionis recipi poteſt cum fructu & effectu,
6 ad Ro. ſicut traditio apoſtolica habet, & vniuerſa-
lis vſus Eccleſiæ: Euchariſtiæ vero ſacramẽ-
tum, præter alia, tempus diſcretionis in reci-
piente deſiderat. Quod in manna & in pani-
bus propoſitionis qui erãt ſuper menſam in
Exod. 25. cõſpectu domini ſemper, demonſtratũ eſt,
illud quidem quotidie deſcendebat de cælo
in vſum & refectionem vniuerſi populi Iſ-
raelitici in deſerto: panibus vero propoſitio
nis tantum ſacerdotibus vti licebat: ſicut te-
Marci. 3. ſtatus eſt dominus. In vtroq; ergo demon-
Ioan. Da- ſtratum eſt Eccleſiæ, quid ſibi agendum eſ-
maſ. lib. 4. ſet poſtquam de manu domini manna cæ-
dè quo inf. leſte acciperet. Vnde beatus Cyprianus
Cypri. in inquit: Nec ſolos ſacerdotes ad panes hu-
de cœna do ius dignitatis, leuitæ prærogatiua admittit,
mini. vniuerſa Eccleſia ad has epulas inuitatur: æ-
qua omnib' portio datur, integer erogatur,
diſtributus non demẽbratur: incorporatur,
non iniuriatur, percipitur nõ includitur: cũ
infirmis habitans, non infirmatur, nec pau-
perũ miniſterio indignatur: fides pura, mẽs
ſyncera hũc habitatorem delectat: neq; im-
menſi & omnipotentis Dei magnitudinem C
pauperculæ domus noſtræ anguſtia offen-
dit. Hæc beat' Cyprianus: Aſſuerus rex an *Eſther. 1.*
no. 3. imperij ſui grande cõuiuium fecit: pri
mò cunctis principibus & pueris ſuis fortiſ-
ſimis Perſarum: Deinde inuitauit omnẽ po-
pulum qui inuentus eſt in Suſam à maximo
vſque ad minimum: Hoc cõuiuium parauit
vt oſtenderet diuitias gloriæ regni ſui, ac ma
gnitudinem atq; iactantiam potẽtiæ ſuæ. Et
dominus quidem Ieſus celeberrimum con-
uiuium primò parauit principibus imperij
ſui fortiſsimis, id eſt, apoſtolis, de quibus in *Apoſtoli*
odis ſuis propheta decantauit: cõſtitues eos *principes*
principes ſuper omnem terram. Deinde vni *fortiſſimi.*
uerſum populũ inuitat, ſicut ſupradiximus. *Pſalm. 18*
in hoc quidem conuiuio omnipotentiã ſuã
oſtendit dominus Ieſus, in tranſubſtantia-
tione panis & vini in corpus & ſanguinem
ſuum. Diuitias regni gloriæ ſuæ compro-
bat, ſed ſupra modum dilectionem & cha-
ritatem ſuam ad nos, quos carne ſua diuini-
tate plena paſcit, & piiſſimo ſanguine ine-
briat. Quæ quidem ebrietas præclara valde
eſt, ſicut teſtatur propheta in Pſalmo: Ca- *Pſalm. 22*
lix meus inebrians quam præclarus eſt. Cõ- D
ſidera, præter ingentem vtilitatem huius
conuiuij, præter delitias regias, quo hono
re nos afficit vniuerſorum Rex & Domi-
nus. Ad menſam ſuam pauperculos homi-
nes vocat & ſeipſum exhibet conuiuam &
conuiuium. Sapientia ædificauit ſibi do- *Prou. 9.*
mum, excidit columnas ſeptem, immola-
uit victimas ſuas, miſcuit vinum, & poſuit
menſam: miſit ancillas ſuas vt vocarent ad
arcem. Menſam dicit, quam ſtatim arcem NOTA.
compellat, & certe arx noſtræ ſalutis & *valde.*
refugij eſt ſacra menſa Domini: ibi om- *Euchariſt.*
nes armatura fortium, ibi mille clypei in- *Cõmunio*
ueniuntur & pendent, & deuotè commu- *arx Eccle-*
nicantes, tanquam leones ignem aſpiran- *ſiæ.*
tes ab hac menſa recedunt, facti diabolo
terribiles. Ad arcem ergo confugis & ad ar
ma, cùm in tentationibus curris ad menſam
Eccleſiæ. Obſerua ergo quanta ſit hæretico- *Hæretico*
rũ prauitas qui aduerſus hunc panẽ, ſacrãq; *rum calidi*
menſam blaſphemant, quia certe arcem ma *ditas aduer*
tris Eccleſiæ obtinere intentant, vt inde vel *ſum Eccle-*
ſub vrbana arte, & dolo facilè ſeducere poſ- *ſiam.*
ſint. Doctores ergo & paſtores Eccleſię pro
arce Sion ſeipſos impendere debent, vt eam *Fol. 136.*
cuſtodiant aduerſus hæreticos. Ancillas *col. 3. c. d.*
itaq; ſuas (de hoc nomine fœminini generis
cũ B. Gregorio diſputaui) id eſt, ſacros apo
ſtolos

ſtolos miſit, vt vocarent ad arcē. Quos obſe-
cro? paruulos certè & inſipiētes. Iſti securè
accedūt ad mēſam hanc, & vocātur ad arcē
S. matris Eccleſiæ. Qui ſunt iſti paruuli? qui
ſunt iſti inſipientes? Paruuli humiles ſunt.
Col. 3. Inſipientes, qui omnem intellectum ſuum
captiuant in obſequio fidei corporis & ſan-
1. Cor. 3. guinis Chriſti. Si quis videtur inter vos ſa-
piens eſſe in hoc ſæculo, ſtultus fiat, vt ſit ſa-
piens. Ne arguas in ſublimitate ſermonis,
Ioan. 6. & humanæ ſapientiæ verbis, & dicas: Quo
modo poteſt dare hic nobis carnem ſuam
1. Cor. 6. ad manducandum? Sapiētia enim huius mū
1. Cor. 3. di ſtultitia eſt apud Deū. Nos ſtulti propter
Chriſtum. Tales vocantur ad hanc mēſam
ad arcem, & ad mœnia ciuitatis. Iam ſecun
do loco conſidera præclari huius conuiuij
Euchariſtiæ fruct⁹ fructus: de quibus omnes magiſtri eccleſiæ
diſputarunt. Primus itaque effectus eſt gra
Ioan. 6. tia: de quo ipſe ſaluator: Panis quem ego da
bo, caro mea eſt pro mundi vita. Vitam au
tem ſpiritualem per gratiam adipiſcimur, &
ibidem dicebat: qui manducat me, viuet pro
Cyril. refertur de conſecrat. d. 2. cauo. pter me. Vnde Cyrillus in epiſtola conci-
lij Epheſini inquit: Dei verbum vniens ſe
ipſum propriæ carni, fecit ipſam viuificati-
uam. Decebat ergo cum noſtris quodāmo-
Neceſſariè viuificantē do vniri corporibus (hoc verbum ſupra ex
poſitum eſt) per ſacram eius carnem & pre-
cioſum ſanguinem, quæ accipimus in bene-
dictionem viuificatiuam in pane & vino.
Deniq; oēm effectū & fructum habet ſacra
cōmunio, quē cibus & potus in vita corpora
li: videlicet ſuſtentādo, augendo, reparādo,
delectādo. Quæ omnia in verbis Vrbani pa
pæ (& habentur in cōcilio Florētino) con-
iungūtur Gratiæ ſaluatoris noſtri recenſem⁹
memoriam, à malo retrahimur, confirma-
mur in bono, & ad virtutum proficimus in-
crementum. Virtus enim alimenti eſt re-
ſtaurare illud humidi, quod calore naturali
conſumitur, & ideò dicitur reficere & ſuſtē
tare, ne homo decidat in morbum & mor-
tem. Et pariter gratia huius ſacramenti ſu-
ſtentat ſpiritualem vitam ab ſpiritualibus
peccatorum morbis: & ſuſtentando in dies
vires auget, iacturaſque & langores venia-
NOTA *valde.* lium peccatorum reparat: quinimò & rui-
nas, quas mortalia præcedentia, à quibus re
ſipiſcimus, fecerant. Et ſic per modum refe-
ctionis delectat: quia per huiuſcemodi gra-
tiam homo, quaſi ſpirituali cibo ſaginatur,
& potus dulcedine inebriatur. Adde quòd
Lege *com* ſacramentum hoc in re ſuſceptum per acci

A dens conferre poteſt primam gratiam, atq; *muniter doctores in 4 ſent. d. 1.*
adeò remiſsionem peccatorum: dum quis
accedit in peccato mortali, cuius tamen con
ſcientiam non habet neque affectum: vt ſi Soto ibi. q.
accedat attritus, putans ſe eſſe contritum, 2. ar. 1.
& ſine culpa oblitus eſt alicuius criminis
mortalis. Adunatur itaque homo ad Chri-
ſtum, ſicut ſupra cum beato Cypriano dice
bam: recipit gratiam, & aliquando primam,
remittuntur peccata venialia, & pœnæ pro
ratione ſacrificij, de quo ſtatim nobis dicen
dum eſt. Denique vltimus effectus eius eſt
adeptio gloriæ: quod probat beatus Augu- Cap. 6.
ſtinus ſuper illud Ioannis: Caro mea verè
eſt cibus. Cum cibo & potu id appetant ho
mines, vt non eſuriant, neque ſitiant, hoc ve
raciter non præſtat, niſi iſte cibus & potus,
qui eos, à quibus ſumitur, immortales & in-
corruptibiles facit in ſocietate ſanctorum,
vbi pax erit & vnitas plena atque perfecta.
Quod prædemonſtratum fuit, in cibo Eliæ 1. Reg. 19.
cęlitus præſtito, in cuius fortitudine ambu-
lauit vſque ad montem Dei Oreb: in quo
gloria cæleſtis patriæ deſignatur, vbi Deus
facie ad faciem cernitur, ſicuti eſt. Quod in 1. Ioan. 1.
verbis conſecrationis calicis confirmatur.
Vbi dominus Ieſus inquit: Nouum teſta-
mentum, vel noui teſtamenti: in quo verbo
ius firmum habet hæres ad hæreditatem ad
B uerſus calumniam inimici, quæ omnia in ſa
cro concilio Tridentino deſcribuntur. Hu *Seſsio. 22. cap. 2.*
ius quippe oblatione placatus dominus,
gratiam & donum pœnitentiæ concedens,
crimina & peccata etiā ingētia dimittit: v- NOTA *valde.*
na enim eademque eſt hoſtia, idem nunc of
ferens ſacerdotum miniſterio, qui ſe ipſum
tunc in cruce obtulit, ſola offerendi ratione
diuerſa. Huius quidem oblationis, cruentæ
inquàm fructus, per hanc vberrimè perci-
piuntur: Quare non ſolùm pro fidelium vi-
uorum peccatis, pœnis, ſatisfactionibus, &
alijs neceſsitatibus, ſed & pro defunctis in
Chriſto nondum ad plenum purgatis, iux-
ta apoſtolorum traditionem, offertur. Et an
te hæc docet ſancta Synodus: Sacrificium
iſtud verè propitiatorium eſſe, per ipſumq;
fieri, vt ſi cum vero corde, & recta fide, cū
metu & reuerentia, contriti ac pœnitentes
ad Deum accedamus, miſericordiam conſe
quamur, & gratiam inueniamus in auxilio
opportuno. Expende vim orationis Danie Heb. 4.
lis prophetę, & diſces, quàm facilè inuenitur
antidotum reconciliationis coram domino
in oblationis & ſacrificij latria & cultu. Et

non eſt in tempore hoc princeps, &c. neq; C holocauſtum, neque ſacrificium, neque oblatio, neque incenſum, neque locus primitiarum coram te, vt poſsimus inuenire miſericordiam tuam: Quantò magis inuenit mus Dei indulgentiã & miſericordiã in ſacrificio corporis Chriſti in miſſa? Tandẽ ad tertiũ, quod diſputandũ propoſuimus accedamus. Videre oportet quomodo miſſa ſit etiã ſacrificiũ. In primis ex Daniele cõprobatur, quod in miſſa ratio perfecta ſacrificij inueniatur. Inquit Daniel. Et à tẽpore cum ablatũ fuerit iuge ſacrificiũ, & poſita fuerit abominatio in deſolationem, dies mille ducenti nonaginta. Vbi propheta quidẽ prævidẽs ſæuiſsimã perſecutionẽ Antichriſti: propter quã ſacerdotes nouæ legis euãgelicæ ceſſabunt à cõſecratione venerabilis eucharistiæ in miſſa, eam quidẽ iuge ſacrificiũ cõpellat. Ex Malachia itẽ cõprobabis hanc catholicam veritatem. Inquit propheta: Nõ eſt mihi volũtas in vobis dicit dñs exercituum, & munus non ſuſcipiã de manibus veſtris. Vbi manifeſtè vides, quomodo tanquã egena elementa, quæ ad tempus cõceſſa erant Iudæis, propter rationes, quas alibi ſcripſimus, abijciat dominus ſacrificia veteris legis. Quid ergo? ſine ſibi debito honore & cultu permanebit dñs Deus? & gẽs Iu- D dæorum vel vniuerſis orbis ab oblationibus & ſacrificijs. per quæ ſummũ rerũ principiũ cunctiq; boni largitorẽ, Deum opt. max. veneretur, profiteaturq;, vacabit? imò ab ortu Solis vſq; ad occaſum magnũ eſt nomen meum in gentibus: & in omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda, quia magnũ eſt nomẽ meũ in gentibus. Nulla certè eſt oblatio, quæ ſimpliciter & abſolutè, & (vt ita loquar) intrinſicè dici poſsit munda, niſi euchariſtia: quæ etiam ex immunditia offerentiũ, nec maculatur, nec violatur, ſed ſemper defertur per manus angeli ſancti ad ſublime altare dñi, & in cõſpectu oculorũ eius grata inuenitur ex opere operato: de hac ergo hoſtia erat prophetæ ſermo. Tertiò ex illo pſalmi: Tu es ſacerdos in æternũ, ſecundùm ordinẽ, &c. Firmiſsimũ habet eccleſia argumentũ aduerſus Lutherum & Caluinũ. Ritus & ordo ſacerdotij Melchiſedech fuit oblatio panis & vini: ergo vt Chriſtus verè & propriè ſit ſacerdos, ſecundùm ordinẽ Melchiſedech, oportet ſimilem feciſſe oblationem: in cruce autem pendens non obtulit corpus ſuũ & ſanguinem precioſum ſub accidentibus panis & vini, ſed nudum & omnibus conſpicuũ, & cruentum, quod nunquàm fecit Melchiſedech: ergo in cœna vbi conſecrauit panẽ & vinum inuenitur ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech, & ſimilem oblationẽ fecit. Nam illic Chriſtus ſimilem habuit hoſtiam, ſcilicet corpus ſuum ſub accidẽtibus panis & ſanguinem ſub accidentibus vini. Et ſecundùm Lucam noui teſtamenti ſacerdotes mandatum habent facere, quod æternus pontifex Chriſtus fecit. Dixit nanque illis: Hoc facite in meam commemorationem: hoc inquam quod ego ipſe facio, totũ ſcilicet conſecrate, offerte, manducate, alijs corpus porrigite ad manducãdum. Ergo verè & propriè ſacerdotes noui teſtamẽti offerunt Deo patri ſacrificium in miſſa, & immaculatam hoſtiam. Hoc prædemonſtratũ eſt in figura huius ſacramenti, ſcilicet in agno paſchali, quem priùs ſacrificabant Hebræi, ac deinde illum manducabant ſecundùm legis mandatum. Denique in concilio Lateranenſi capite primo ſuorum decretorum ſic legis: Vna eſt fideliũ vniuerſalis eccleſia, extra quam nullus omninò ſaluatur. In qua idem ipſe ſacerdos eſt ſacrificium Ieſus Chriſtus: cuius corpus & ſanguis in ſacramento altaris ſub ſpeciebus panis & vini veraciter continetur: tranſſubſtantiatis pane in corpus, & vino in ſanguinem poteſtate diuina. Lege beatum Cyprianum epiſtola ad Cecilium, quæ eſt tertia in libro ſecũdo; & Hieron. ſuper pſalmum. 109. & Ambroſium, in miſſa de cœna domini, & Euſebiũ Cæſarienſem libro primo de demonſtratione euangelica cap. 10. & beatum Eucherium Lugdunenſem epiſcopum, in commẽtarijs ſuper Geneſim, Auguſtinum lib. 16. de ciuitate Dei, cap. 22. Chryſoſtomum homil. 13. ſuper epiſtolam ad Hebræos. Aymon ſuper quintum caput ad Hebræos. Caſiodorum ſuper pſal. 109. Qui oẽs vno ore confitentur miſſam eſſe ſacrificiũ. Præter hæc teſtimonia & plura alia, quæ cõſultò omitto, ratio ſuadet manifeſta debere eſſe in lege noſtra, in qua præclarior reſplẽdet Dei cognitio, ſacrificium, quod diuinæ maieſtati eius offeramus. Habuerunt quidem omnes gentes in omni ſtatu, & ſub omni lege propria ſacrificia: cur vnã hanc, & perfectiſsimam, quæ & ſacerdotium habet, ſacrificio euacuas? Nam ſi quis examinare vellet cauſas, cur illi priſci homines aggreſsi ſint ſacrifi-

Miſſa ſacrificiũ eſt. Cap. 12. Cap. 1. Miſſa oblatio munda. Pſal. 109. NOTA valde. Chriſtus quando & quomodo ſacerdos ſit. ſecundum ordinẽ Melchiſedech. Cap. 22. Et refertur cap. firmiter de ſumma Trin. & fide catholica. Lege ſeſſ. 22. concil. Trid. ca. 1. & 2. Sacrificiorum cauſæ tres.

A ſacrificia, tres præcipuas inueniet: Vnam cultum Dei cui ſemper debetur honor, etiā ſi nihil expectaremus ab eo gratiæ. Cultus Dei per ſe honeſtum eſt, & per ſe neceſſarium negotium: Iam ſequitur ſacrificantiū vtilitas. ea duplex eſt, dum bona impetramus, & à malis eripimur.

Fœlicitas Eccleſiaſtici ſtatus ratione ſacrificij quod habet.

O noſtram fœlicitatem, qui in hac mūdi nouiſſima hora, ſub gratia euangelij militamus. Habuit Abel iuſtus plurimam hoſtiam, quam domino vniuerſorum offerret. Qui & ſigno viſibili cōprobauit ſibi fuiſſe grata, inflammauitquè ſuper munera eius.

Gen. 3.

Gen. 8.

Habuit Noë de cunctis pecoribus & volucribus mundis, quod offerret in holocauſtum ſuper altare domino. Odoratuſque eſt dominus odorem ſuauitatis: percuſsitque fœdus cum Noë, remunerans & coronans fidele obſequium eius in nobili promiſsione dicens: Nequaquàm vltra maledicam terræ propter hominem.

Iob. 1.

Habuit Iob holocauſta, quæ offerret pro ſingulis filijs, ad ſolicitandam propitiationem pro peccatis eorum. Sed & amici Iob ex mandato domini, habuerunt holocauſtum, quod per manus viri ſancti offerrent: ne imputaretur eis ſtultitia eorum.

Iob. 42.

Neque dicere eſt neceſſarium, quanta populus Iraeliticus habuit ſacrificia ad confeſsionem, honorem, reuerentiam, & gloriam ſummæ & vnius diuinitatis, & in præludia & ſignificationē ſacrificij domini noſtri Ieſu Chriſti.

Gen. 22.

Habuit ſummus Abraham, pater fidei noſtræ chariſsimum Iſacum, quem in ſacrificium domino offerret, acceptaque eius obedientia, ecce voces in cælo, ecce promiſsiones, ecce iuramenta de redemptione generis humani. Bone Deus, Quanti nos feciſti? Ad quas coronas & gloriam in conſilio æternitatis tuæ ſanctos noui teſtamenti præordinabas?

Sacrificiū eccleſiæ, quàm præclarum.

Habet noſtrum ſacerdotiū non carnes taurorum aut hircorum, non vitulum cornua producentem & vngulas, nō agnum anniculum ſine macula, non deniq; Iſaacum; ſed filium tuum, tibi conſubſtantialem, coëternum & coëqualem, & noſtræ naturæ non expertem, ſed certè participē, dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, quem tibi offerat, immolet, & ſacrificet.

1. Reg. 2.

Audio vocem tuam ad Samuelem aduerſus Heli, & aduerſus domum eius: quicunque honorificauerit me, glorificabo eum, quam vocē pro domo tua, quæ eſt eccleſia, in ſumma exultatione excipio, congratulans eius immenſæ fœlicitati, & meæ quidem, qui eius filius & ſacerdos ſum, ſciens certiſsimè in hoc ſacrificio repoſitam illi eſſe pro peccatis propitiationem, pro pœnis remiſsionē; pro ignorantijs illuminationem, deniquè & pro exhibito tibi ſummo honore, vberem glorificationem.

Cap. 1.

Audio etiam in Malachia vocem tuam aduerſus populū tuum: Si pater ego ſum, vbi eſt honor meus? Ecce domine ſancte pater honorem tuum, ecce certiſſimā nominis tui clarificationem, in ſacrificio ſancto & immaculata hoſtia, quam per manus ſacerdotum fidelium deuotiſsima eccleſia tua tibi ſummo rerum omniū principio, prouidiſsimo gubernatori, potentiſſimoque conſeruatori & ſaluatori offert, Cuius excellentiam & virtutis magnitudinem in eo potiſsimum eccleſia tua nos edocet, quia in oblatione calicis his ad te verbis vtitur. Pro noſtra & pro totius mundi ſalute, cum odore ſuauitatis aſcendat. Quale eſt hoc ſacrificium quod offertur pro totius mundi ſalute? Qualis eſt hæc hoſtia quę pro omnibus Chriſtianis viuis atque defunctis immolatur? Imponit calamo terminum inopia ſermonis, etiam ſi ſint ſuperbæ diuitiæ fidei noſtræ.

Vidiſti in ſuperioribus fuiſſe apud Hebreos ſacrificium pro mundi ſalute. fol. 253. D.

B Audio mandatum tuū per prophetam, laudate eum ſecundùm multitudinem magnitudinis eius: Quod vbi, aut quomodo impleri poſsit, non video niſi in hoc ſacrificio laudis, in quo tibi Deo patri, filius tuus dn̄s noſter offertur.

Pſal. 148.

Cōcil. Tridē ſeſſ. 22. capit. 2.

Vnde vna eademque eſt hoſtia, idem offerens ſacerdotum miniſterio ſecundùm magnitudinē tuam.

Ibi.

Benè ergo ſacrum concilium dixit: huius quippe oblatione placatus dominus, gratiam & donum pœnitentiæ concedens, crimina & peccata etiam ingentia dimittit: vna enim eademq; eſt hoſtia, idem nunc offerens ſacerdotum miniſterio, qui ſe ipſum tunc in cruce obtulit, ſola offerendi ratione diuerſa. Cuius quidem oblationis (cruentæ inquàm) fructus, per hanc vberrimè percipiuntur. Audio vocem tuam domine per os Dauidis, de filio tuo, rege Meſsia, qui noſtro hoc fœliciſsimo tempore ſummū inſtituit ſacramentum & ſacrificium, & perpetua obſeruantia eccleſiæ ſuæ conceſsit. Erit (inquit propheta) firmamentum in terra, in ſummis montium, &c.

Pſal. 70.

In qua ſententia primò videndum eſt, quomodo hic pſalmus regi Meſsiæ tantùm conueniat, non Salomoni. In primis Rabbi Salomon Chriſtianæ fidei aduerſiſsimus Iudæus, & Iudaici erroris acerrimus defenſor, negare nec poteſt,

Rabbi Salomon.

nec

nec audet, Rabbinos priores hunc pſalmũ totum, & præcipuè hunc verſum de Meſsia expoſuiſſe. Confirmatque hanc ſententiã ex trãſlatione Chaldaica. Id ipſum quoq; Rabbi Moſe Hardaſſem teſtatur in commentarijs: exponens illud Geneſis: Non auferetur ſceptrum de Iuda, cum verſu nono & vndecimo huius pſalmi: & manifeſtè aſſerit ad Meſsiam pertinere. Idẽ Rabbi Moſe Hardaſſem in commentarijs demonſtrat, nõ tantùm ad Meſsiam pertinere, ſed & ad ſacerdotium eius, exponẽs illud pſalmi: Tu es ſacerdos in æternum, & illud Geneſis, Protulit panem & vinum: quaſi dicat (verba ſunt Rabbi) erit placentula tritici in terra. Ad prædictorum autem confirmationem valde conducit, quod in commentarijs Hebræorum habetur, ſuper verbo illo Eccleſiaſtes: Quid eſt quod fuit? ipſum quod erit, vbi ſic legitur. Rabbi Barachias dixit in nomine Rabbi Iſaac. Quemadmodum fuit redemptor primus: ſic erit redẽptor vltimus. Sicut enim redemptor primus fecit deſcendere manna, ita redemptor vltimus erit placenta tritici in terra. Vbi obſerua quòd de Moſe, quem primum redemptorem appellat, dixit: Fecit deſcendere manna: non ipſe erat manna, nec ſub ſpecie eius latebat. De ſecundo autem redemptore, hoc eſt de Chriſto Ieſu domino noſtro, manifeſtè dicit, redemptor vltimus erit placenta frumenti in terra, quia certè ſubſtantia ipſius ſecundi redemptoris integra, ſub placenta frumenti, hoc eſt, ſub ſpeciebus frumẽti, fidelibus exhibetur. Et Rabbi Ionathã ſic expoſuit præſentem verſum. Videat qui habet oculos, quòd ſicut dictum eſt, ipſe eſt Meſsias, de quo loquitur totus pſalmus. Cùm ergo ait: Erit placenta frumẽti in terra in capite mõtium, vult dicere, quòd placenta panis fiet ſacrificium in capitibus ſacerdotũ. Et alius quidam Hebræorum dixit: Erit deprecatio & complacentia in terra. Vbi oſtendit maximum ſacramentum, quippe frumento, id eſt, ſacrificio panis, quicunque deprecaturus ſit Deum, vel Deo placere optauerit, panis ſacrificium perficiat. Vides quomodo inimici noſtri perhibeant veritati teſtimonium, etiamſi neſciant ipſi, quid loquãtur. Fuerunt etiam quidã ex noſtris, qui in verſu illo præſens myſterium agnouerunt. In primis Nicolaus à Lyra vir de ſacris literis optimè meritus, & in Hebræorum libris verſatus. Deinde Paulus Burgenſis epiſcopus, & ex Hebraiſmo ad Chriſtum conuerſus, quem valde commendat eximius vir Capnion. Poſt hunc Iacobus Parezius à Valentia Chriſtopolitanus epiſcopus. Fœlix quoque apertè eandem ſententiam tenet. Et inſignis doctor Ioannes Echius capite ſexto primi libri, de ſacrificio miſſæ, præſentem locum ex antiquorum magiſtrorũ ſententijs interpretatur de ſacratiſsimo miſſæ ſacrificio. Et Iacobus Faber Stapulenſis apertè hanc ſententiam demonſtrat. Quos ſequitur præclarus vir, literis & ſanctimonia ornatiſsimus pater Titelman. de ſacra familia beati Franciſci in annotationibus ex Hebræo. Cùm ergo inquit, erit placenta tritici in capitibus ſacerdotum, iam prædocebat propheta ritum quem vniuerſalis ſeruat eccleſia, quæ poſt conſecratum panem, ſupra venerandum verticem ſacerdotum, populo videndum & adorandum proponit. Fructumque pinguiſsimum, & firmum in vſu huius ſacramenti, & reuerentia erga illud repromittit dicens: Extolletur ſuper libanum fructus eius, & florebunt de ciuitate, hoc eſt, humiles Chriſtiani & ſimplices de Eccleſia ex virtute ſacræ communionis, ſicut fœnum terræ. Fœnum dixit: non propter eius exiguam vtilitatem, ſed propter abundantiam. Statimque accingitur propheta in doctrinam noſtram ad hymnum & gratiarum actionem pro ſummo hoc beneficio inquiens: Sit nomen eius benedictum in ſæcula, ante ſolem permanet nomen eius. Et iterum. Et benedictum nomen maieſtatis eius in æternum, & replebitur maieſtate eius omnis terra, fiat, fiat. Si ſcires quid eſt dicere, fiat, fiat? Si vel extremo digito tangeres cor ſacrum prophetę, non dubiũ quin viſcera tua præ deſiderio gloriæ, id eſt, claræ cum laude notitiæ nominis Chriſti, per vniuerſum orbẽ, inardeſcerẽt. Gratias ergo reddit tanti boni largitori Deo in verbo illo: Sit nomen eius benedictum. Quod & dominus Ieſus feciſſe comprobatur. ſtatim, & hymno dicto (inquit ſanctus Euangeliſta) Tantum mihi ſupereſt dicendum, vt recogites quali ſis inſignitus honore, quali menſa fruaris, quod angeli videntes horreſcunt, neque liberi audent intueri propter emicantem inde ſplendorẽ, hoc nos paſcimur, huic nos vnimur, & facti ſumus vnũ Chriſti corpus, & ſublime habemus ſacrificium, quod Deo noſtro offeramus. Hei mihi quot ad ſalutem nobis viæ, & horum nihil nos à malis auer-

Marginalia, left column: Rabbi Moſe. — Cap. 49. — Pſal. 109. — Gen. 14. — Cap. 1. — Rabbi Barachias. — NOTA valde. — Rabbi Ionathan. — NOTA valde.

Marginalia, right column: Placenta tritici. — Eucharistiæ uberes fructus. — Pro eucharistiæ dono gratiarum actiones. — Chryſoſt.

Section letters: C (beside "pus, & ex Hebraiſmo"), D (beside "fœnum terræ").

euertit. Et *hymno dicto, exierunt in montem oliuarum*. Hymnus (teſte beato Iſidoro) laus eſt Dei cum cantico. Quòd ſi laus ſit, ſine cantico, non eſt hymnus. Laudauit igitur dominus Ieſus Deum patrem omnipotentem, & ſacri apoſtoli poſt beatam communionem. Quod in pſalmo videtur ſcriptum, vbi dicitur: Edent pauperes & ſaturabūtur: laudabunt dominum qui requirunt eum. Vt autem demonſtret ſpiritus ſanctus prophetam non de vſuali cibo, qui ventrem implet, & ad modicum tempus reparat vires, agere ſermonem, ſed de ſuperſubſtantiali; qui præſtat vitam æternam, inquit: viuent corda eorum in ſæculum ſæculi. Neſcimus in quibus verbis, & vocibus, hymnus iſte fuerit decantatus. Paulus Burgenſis teſtatur fuiſſe magnum Alleluya, quod incipit à pſalmo: Laudate pueri, vſque ad pſalmum: Beati immaculati, excluſiuè. Nobis ſatis eſt quòd dominus Ieſus cū cantico gratias Deo patri obtulit cum apoſtolis, pro magnis beneficijs eccleſiæ exhibitis in ſacratiſsima illa cœna, & ſtatim exhibendis in beata morte ſua. Nec mirū, quia & conſecraturus panem & calicem, gratias egit. Habes ergo magnam doctrinā, ſiue accedens ad hanc menſam; ſiue recedens: Eſto gratus domino Deo tuo. Lauda ſanctum nomen eius cum cantico; intra arcanum cordis tui, & tunc quidē cū propheta intelliges, quid ſit illud: Exultabunt labia mea, cum cantauerò tibi, & anima mea quā redemiſti: ſed & lingua mea tota die meditabitur iuſtitiam tuam. Hæc tibi ſunt facienda in die ſacræ communionis: Lauda Deum tuum in hymnis & canticis ſpiritualibus. Dic cum propheta: Sit nomen eius benedictum in ſæcula: fiat, fiat. Et anima tua agnoſcat ſuam redemptionē, & redemptorem. Et tota die hac lingua tua meditabitur iuſtitiam eius. Non eſt ſermo de iuſtitia, quę reddit vnicuique quod ſuū eſt. Et ſecundum propria opera coronā déternit, aut ſupplicium: ſed de iuſtitia Chriſti ad patrem ex merito obedientiæ vſq; ad mortem crucis. Hæc eſt iuſtitia, quam recogitans propheta exultat ſub lingua, agnoſcens ſe & mundum vniuerſum in iuſtitia obedientiæ Chriſti redemptum. Hæc eſt iuſtitia, de qua aduerſus obſtinatos crucifixores filij Dei dicebat ipſe Dauid in pſalmo paſsionis: Appone iniquitatē ſuper iniquitatem eorum, & non intrent in iuſtitiam tuam. In iuſtitiam tuæ redemptionis: vt ex

Hymnus quid ſit.

Pſal. 21.

Gratias agere poſt communionem.

Pſal. 70.

Iuſtitia Chriſti ad patrē merito obedientiæ.

Pſal. 144.

A merito illius iuſtificentur, & ſaluentur. Nā in iuſtitiam vindicatiuam rebelles crucifixores domini, quis dubitat non intraſſe? Iuſtitia denique illa eſt, de qua ipſe propheta canit: Memoriam abundātiæ ſuauitatis tuę eructabunt, & iuſtitia tua exaltabuntur. Tota ergo die communionis tibi meditandá eſt iuſtitia redemptionis tuæ, vt ſpes tua vires aſſumat, & probes quod in Ioanne ſcriptum eſt: In finem dilexit eos, dilectione nimirum amicitiæ: qua omnia bona ſua, vitam, diuitias, honorem, reconciliationem, regnum cœleſte, denique & reſurrectionem nobis voluit. Hæc erant bona, quæ nobis voluit Chriſtus, cūm de ipſo inquit Ioannes: dilexit eos. Quod eleganter & pleniſsimè in huius ſacramenti inſtitutione cō probauit, de quo ſit ſatis. Et ait Ieſus: *Omnes ſcandalizabimini in me in nocte iſta: Quia ſcriptū eſt: Percutiam paſtorem, & diſpergentur oues.* In expoſitione huius ſententiæ intendo declarare aliqua vtilia valde, nec minus neceſſaria ad ſanam intelligentiam pro materia paſsionis domini. Obſerua primò quod propheta Zacharias nō deſcribit hanc prophetiam in verbo temporis futuri, ſed in verbo modi imperatiui: Percute paſtorem: in quo expoſuit mentem, & diuinos cogitatus: ſcilicet, percuſsionem fuiſſe à patre, vel actionem patris. B Vnde ſecundùm prophetam legendum erat: framea ſuſcitare ſuper paſtorē meum, &c. Percute paſtorem. Vbi vides quomodo Deus pater alloquitur gladio, & frameæ, ſeu mucroni & romphææ, de qua framea Chriſtus ad patrem loquitur: erue à framea Deus animam meam. Poſtquàm ergo paſtor bonus, qui animā poſuit pro ouibus ſuis, qui & locutus eſt ad patrem in pſalmo: Quem tu percuſsiſti: patris voluntaté percuſſus eſt & ipſe vir cohærens Deo, qui ait: Ego in patre; & pater in me: pependit in cruce, ſtatim diſperſæ ſunt oues, omnis in Chriſto multitudo credentium. In Eſaia habes rationem huius percuſsionis: propter ſcelus populi mei percuſsi eum. Et ſtatim: Dominus voluit conterere eum in infirmitate. Peccata ergo noſtra ſunt, propter quæ pater percuſsit filium ſuum. Vnde cùm legis in propheta percute, in quo verbo actio patris, & voluntas eius demonſtratur: ſic intellige verbum & ſententiam, primò, quia ſua æterna ordinatione & voluntate præordinauit paſsionem Chriſti ad humani generis liberationem. Secundò pater tradidit filium

Pſal. 144.

Cap. 13.

Dilectio amicitiæ Chriſti ad nos.

Zacha. 13

Pſal. 21.

Pſal. 68.

Ioan. 14.

Cap. 53.

Mors Chriſti quomodo à patre.

1. Ratio.

2. Ratio.

ſium morti inſpirando ſacræ eius humani- C
tati voluntatem patiendi pro nobis, infun-
Cap. 53. dẽdo ei charitatem. Vnde ſic legis in Eſaia:
Dominus Deus aperuit mihi aurem, ego au
tem non contradico: retrorſum non abij:
Corpus meum dedi percutientibus, & ge-
nas meas vellentibus. Auris tibi organũ eſt
ad intelligentiam eorum, quæ dicuntur: &
cùm tibi facio ſermonem, & cordis mei reſe
ro arcanum, aperiens os meum in verbis, a-
perio tibi aurem ad intelligentiam, quæ nõ
audiens erat quaſi clauſa. Et hoc actum eſt
cùm ſacra anima Chriſti clariſsimè videns
in verbo, ad quod erat coniuncta, hanc ordi
nationem abſolutam: & per ſcientiam infu-
ſam. Iam auris & mens Chriſti aperitur: &
ſtatim ex ſumma obedientia, & ex ſumma
Cap. 53. charitate ad patrem, & ad genus humanum,
non tantum non contradicit, ſicut legis in
Pſal. Eſaia: ſed ſicut teſtatur propheta Dauid, in-
Phil. 2. quit: Ecce venio: Et factus eſt obediens vſq;
ad mortem. Nõ enim ab heri vel nudius ter
tius pati voluit, ſed certe ab exordio ſuæ cõ
ceptionis. Quantum obſecro in hoc chari-
tatem ſuam Chriſtus commendat in nobis;
qui à principio ſemetipſum obtulit Deo pa
tri pro peccatis noſtris, & dixit: ecce venio:
ego autem non contradico, etiam ſi ius fir-
miſsimum habeam ad vitam, quia per ſpiri-
Chriſtus quomodo habuit ius ad uitam. tum ſanctum conceptus, & Deo in vnitatẽ
perſonæ vnitus. Ex quibus ius habuit fir-
miſsimum humanitas Chriſti ad vitam. Vn
de (non ſicut cæteri hominum) potuit vel-
le non mori, ſi Deus aliter myſterium incar
nationis diſponeret. Cuncti enim homines
non tantum ius non habent ad vitam, ſed
neque ad vnius diei ſalutem, propter pecca
Gen. 2. tum Adæ. In quacunq; die comederis, mor
te morieris, id eſt, mortalis efficieris, ſecun-
dum corpus, & cum effectu: tu, qui ſi per-
manſiſſes, poteras nõ mori. Vnde poſt pec
catum Adæ, haud ius habet homo ad vitã,
neque infans vnius diei. Chriſtus verò ius
habuit ad perpetuam vitam: quod abiecit
aſſumens corpus mortale ex obedientia ad
perficiendum opus noſtræ ſalutis propter
nos, de quo iam diximus in transfiguratio-
Lege Scotum lib. 3. ſententiarum. d. 16. queſt. unica. ne eius. Vnde omnes ſancti, qui animas ſuas
propter Chriſtum poſuerunt, non quidem
obtulerunt ius, quod haberent ad vitã, aut
mille annorum ſalutem: Chriſtus verò v-
trunque offert liberaliſsimè propter nos.
Sermo hic meus eſt de illo inſtanti, in quo
Chriſtus fuit conceptus ex virgine, facto

C grandi miraculo, quòd non aſſumpſit glori
ficatam naturam per redundantiam gloriæ
in corpus: Vnde hoc ordine peracto myſte *Cap. 2. de baptiſ. paruulorum.*
rio moreretur, & neceſsitatem habuit mo-
riendi, ſicut docet beatus Auguſtinus. Hæc
recogita in hac voluntaria oblatione Chri-
ſti, vt in meditatione tua ignis accendatur
charitatis: & gratias agas, & clariſsimè diſ-
cas, etiam ſi corpus tuum in mortem tradi-
deris, te non poſſe retribuere domino pro
his quæ dedit tibi. Vides quales diuitiæ la-
tebant ſub verbo illo, ego autem non con-
tradico? Audi aliud. Retrorſum non abij.
Dices, quomodo retrorſum non abijt, qui
fugiens in Aegyptum, fugit etiam gladium *Matt. 2.*
Herodis, qui animam eius quærebat? Quo-
modo non fugit & retrorſum abijt, qui in
Nazareth cum ſui contribules vellent, cùm *Luc. 4.*
de ſupercilio montis præcipitare, tranſiens
per medium illorum ibat? Quomodo nõ re-
trorſum abijt, qui abſcondit ſe in templo,
volentibus Iudæis lapidare illum? Reſpon-
de tu mihi, & omnia hæc abſoluentur. Quo
modo abijt retrorſum, qui Iudæ in cœ- *Ioan. 13.*
na dicebat; quod facis, fac citiùs? Cuius vox *Chriſti cõſtans animus erga noſtrã redemptionẽ*
non iubentis eſt, ſed ſinentis, nec trepidi, ſed
D parati, qui habens omnium temporum po-
teſtatem, oſtendit, ſe non moram facere tra
ditori: & ſic ad redemptionem mũdi pater-
nã exequi voluntatẽ: vt facinus quod à per
ſequẽtibus parabatur, neq; impelleret, nec
timeret. Quomodo retrorſũ abijt, qui exiẽs
obuiam traditori & integræ cohorti, non
ſemel dixit: Quem quæritis? Et quos in ver *Ioan. 18.*
bo maieſtatis, Ego ſum, proſtrauit, non fu-
git, ſed dixit & imperauit: ſinite hos abire,
ſi me quæritis. Taceo quòd minus crudelis,
neque adeò turpis fuiſſet mors illata ab He
rode, vel à Nazarenis, vel à Iudæis in tem-
plo, quàm fuit patibulũ crucis propter mul
ta, de quibus ſuo loco. Taceo quòd antea
prædicandum erat euangelium, & inſtituẽ-
da ſublimia ſacramenta pro noſtra ſalute, &
declarandus erat Chriſtus ex miraculis, &
ex impletione ſcripturarum. Ex quibus &
alijs multis, quæ conſultò omittimus, ſatis
tibi reſponſum eſt. Audi ſequentia. Corpus
meum dedi percutientibus: & genas meas
vellentibus. Ita quòd à nemine minus con-
ſtans, aut firmum iudicaretur, ſi illud face-
rem, non feci, id eſt, non auerti faciẽ meam
à conſpuentibus, in quo non vulgare dede-
cus & dehoneſtatio venerabilis vultus, ho-
norabiliſque barbę domini Ieſu inuenitur.
Taceo

Ratio. 3. quomodo pater tradidit filium

Taceo quòd viuax & mordens dolor adeſt in barbæ euulſione. Denique tertiò pater tradidit filium morti nõ protegendo eum, ſed exponendo perſequentibus. Vnde ipſe dominus Ieſus dicebat: Deus meus: Deus meus, vt quid dereliquiſti me? Quam vocẽ ab egreſſu cœnaculi dicere potuit, ſed pro cruce reſeruauit. Tunc certè derelictus eſt à patre, vnde iam de illo dicitur: cœpit pauere, & tædere, & grauiter angi. Et ipſe dicit: Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem. Intellige ergo quid ſit hæc derelictio Chriſti à patre, & vnde veniat: propter quam gemens inquit: Vt quid dereliquiſti me? Primò certiſsimum eſt, & ab vniuerſis doctoribus conteſtatum non receſsiſſe diuinitatem ab humanitate Chriſti, cùm modò incipit pauere, aut cùm in cruce pendebat, aut denique cùm moriebatur. Quod enim ſemel aſſumpſit, nunquàm dimiſit. Et quod beatus Hylarius videtur in contrarium dicere in hæc verba: Clamor ad Deum, corporis vox eſt, recedentis à ſe verbi Dei conteſtata diſsidium. & ſimiliter quod beatus Ambroſius inquit: Ego non erubeſcam fateri, quod Chriſtus voce magna profiteri conteſtatus ſeceſsionem diuinitatis & corporis: clamauit homo diuinitatis ſeparatione moriturus. Has inquam ſententias expouit magiſter ſententiarum: vtriuſque doctoris mentem dilucidans. Sic eſt intelligenda ſeparatio, de qua Hilarius & Ambroſius loquuntur, ſicut intelligitur derelictio quæ illis verbis ſignificatur. Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me? hoc eſt, nõ ſecundùm ſolutionem & diuiſionem vnionis Dei, & hominis, ſed ſecundùm ſucceſsionem protectionis, qua diuinitas humanitatis patrocinium ad tempus deſerens, hominem illum in tormentis, doloribus, & morte deſtituit, ſeparatum à defenſione, non diuiſum ab vnione. Hæc ſignificat Chriſti derelictio.

Derelictio Chriſti à patre qualis.

Cano. 33. in Matt.

Lib. 10. in Lucam.

Li. 3. d. 22

Reſolutio difficultatis Chriſti derelictio.

Dereliquit quidem illum Deus non tantũ cùm in cruce hoc profitebatur, ſed ab hac hora certè: in qua ſibi ipſi relinquitur innocens illa humanitas, & aufertur influxus diuinæ dulcedinis, & ſuis viribus, ſuæ induſtriæ dimittitur, inter tot labores & ærumnas: propter quod iam dicit ſcriptura: cœpit tædere, & pauere, & grauiter angi: iam dicit ipſe manſuetus agnus: Triſtis eſt anima mea vſque ad mortem. Iam inquit chariſsimis diſcipulis: vigilate mecum, quærens ex dilectorum ſocietate ſolatium, quia iam ei deficiebat diuinus ille ros gloriæ ſuæ, influentis in cor ſacrum, & portionem inferiorem animæ ſanctiſsimæ. Iam quærit, vt verus homo ab homine, & à fratre conſortium, dicens: Vigilate mecum. Et tandẽ ad patrem confugit, & ſuffragium exorat in oratione. Voluntariam mortem & innocẽtiam crucifixi regis gloriæ Ieſu Chriſti domini noſtri, & originale peccatum, & verã mortem, & glorioſam eius reſurrectionem, & fructum ſacræ mortis eius pulcherrimo verborum ornatu demõſtrat ipſe ſacer propheta Eſaias, dicens: Si poſuerit pro peccato animam ſuam, videbit ſemen longæuum. In qua ſententia ſingula verba reconditum habent myſterium. Cùm ergo inquit: Si poſuerit animam, demonſtrat mortem crucis ex parte voluntatis creatæ in Chriſto eſſe voluntariam, quia vtens conditionali ſermone docet rem & negotium, de quo diſputat, repoſitum eſſe in libera electione, & in manu conſilij eius, ad quem dirigit ſermonem. Quod iterum demonſtrat ſimul cum innocentia eius in verbo, in quo deſcribit mortẽ Chriſti dicens: Si poſuerit animam ſuam: quod verbum præter electionem voluntariam in actione, innocentiam conteſtatur patientis. Latro enim aut homicida, vel adulter non ponit animam ſuam pro peccato: ſed inuitus trahitur ad patibulum. Nec ſeminis longæui poſteritate remuneratur: ſat illi eſſet iam ante conceſsi ſeminis gaudere ſtabilitate, neque alicui ex mortuis, ſiue innocens, ſiue iniquus fuerit, conceditur videre ſemen longæuum. Vnus eſt dominus Ieſus Chriſtus, qui vt innocẽs, impollutus, excelſior cælis voluntariè ponens animam ſuam, videt poſt beatam reſurrectionem. ſemen longæuum, ex aqua & Spiritu ſancto regeneratum. Quod etiã prædixit ipſe propheta in eodem loco: Generationem eius quis enarrabit? quaſi dicat, Erit ſicut ſtellæ cæli & velut arena, quæ eſt in littore maris, quod ſtatim demõſtrauit: Diſpertiã ei plurimos. Ipſe iuſtus iuſtificabit ſeruos meos multos, quod ipſa dies Penthecoſtes conteſtatur. Prædicante Petro appoſitæ ſunt animæ circiter tria millia. Et cùm inquit: Pro peccato, demonſtrat aliquod fuiſſe ab exordio originalis mundi ſcelus, cuius virus in corda cunctorum hominum diffuſum ſit: quod propriè originale dicitur, cùm generatione contrahatur. Non enim populus domini, id eſt, vniuerſus orbis in verbo prophetæ

Matt. 26.

Cap. 53.

NOTA valde. Chriſti mors voluntaria.

Chriſti mortis innocentia.

Actor. 2.

Originale peccatum.

phetæ ſignificatus, aut loco vno, aut tempo C
re coire potuerunt ad alicuius ſceleris actua
Rom.5. lem perpetrationem. Conuenerunt tamen
omnes homines in Adam, tanquam in pa-
rente primo & communi quadam perſona,
in quo omnes peccauerunt. Agit ergo pro-
pheta ſermonẽ, cùm inquit, propter ſcelus
populi mei, & iterùm ſi poſuerit pro peccato
animã ſuã de peccato primi parentis, in quo
oẽs peccauerunt. Vides quàm ſimplicibus
in ſuperficie verbis S. propheta Eſaias præcla
ra, & magnificentiſsima noſtræ fidei deſcri
Scriptura pſit ſacramẽta? Bene proinde ſaluator dixit:
introſpiciẽ Scrutamini ſcripturas. Introſpicite vim &
de, cap. originem verborũ, ſimplicitatẽ, aut cõpo-
ſitionem, conditionalem formam, aut abſo
lutam, & plures alias circunſtantias, ex qui-
bus, aut ex aliqua illarum germanus ſenſus
ſcripturæ percipitur, & ſacramentorũ cer-
nitur altitudo. Ego pro mei ingenij pauper
tate vſque huc hanc regulam immobili ani-
mo ſeruaui. Quæ ſi quid veridici & vberis
ſermonis ſum alloquutus, ipſa miniſtrauit.
Nec neceſſarium iudicaui demonſtrare cũ
propheta in verbo illo: Si poſuerit animam
ſuam: veram, non apparentem, ſed realem
mortem Chriſti: cùm res ſit in ſacris ſcriptu
ris manifeſtiſsima. Inquit Chriſtus ad apo-
ſtolos. *Omnes uos ſcandalizabimini in me in no-*
cte iſta: quia ſcriptum eſt: Percutiam paſtorem & D
diſpergentur oues gregis. Non trahit originẽ
ſcandalum apoſtolorum à prædictione pro
phetica: neque cùm dicit dominus, quia ſcri
ptum eſt: cauſam ſcandali affert: ſed euẽtum
ex percuſsione paſtoris demonſtrat. In qua
oues, id eſt, apoſtoli diſperſi ſunt, id eſt, ab
Turre cre vnitate fidei ſoluti: exponit gloſſa interli-
mata ſum. nearis. Vnde B. Auguſtinus ſuper illud pſal
ec. lib. 13. mi. Defecerunt oculi mei ab ſperando in
ca. 61. 68. Deum meum: Abſit, vt hoc de perſona cà
pitis accipiatur. Hæc vox membrorum eſt,
hæc vox corporis eſt, non capitis. Quando
paſſus eſt, quando mortuus eſt, omnes diſci
puli deſperauerunt, quòd ipſe eſſe Chriſtus. A
latrone apoſtoli victi ſunt, quia tunc credi-
dit, quando illi defecerunt. Vel membra e-
ius deſperantia attende duos illos diſcipu-
los, quos poſt reſurrectionem inuenit in via.
Luc. 24. *Poſtquàm autem reſurrexero, præcedam uos in*
Galilæam. Videam primis, quomodo cæle-
ſtis magiſter inter delitias menſæ & vini dul
cedinem, mortis & ſepulturæ docuit & pro
poſuit imaginem, dicens: præuenit vngere
Ioan. 12. corpus meum in ſepulturam. Nunc autem

C eum de torrente Marath, id eſt, amaritudi-
nis bibit. in glorioſæ reſurrectionis ſpecu-
lum, mentis figit oculum ad tolerantiã paſ-
ſionis. Habes ergo ex conſideratione iſta
magnam doctrinam. Cùm enim mente re-
uoluit duriſsimam percuſsionem ſuam, &
de ea cum apoſtolis diſputat, ſtatim reſurre
ctionem ſuam cõmemorat dicens: *Poſtquã*
reſurrexero, præcedam uos in Galilæam. Vide
patris curã erga filios, & paſtoris ſolicitudi-
nẽ ad oues, in breui diſpergendas, quibus re
promittit requiſiturũ ſe eas: vt ante lapſum
ſpẽ ingerat prioris ſtatus & fœlicitatis. Deſi *Auctor*
dero in re, quã grauiſsimã iudico in negatio *verba & do*
nibus inquã ſacratiſsimi Petri apoſtoli con *ctrinã ec-*
cordem omniũ patrum ſententiã. Sed ego *cleſiæ narrat*
in nullius magiſtri verba iuraui: niſi illius *& ei ſub-*
qui dicit, & verũ dicit: vnus eſt magiſter ve- *ſcribit.*
ſter Chriſtus: & illius, hoc eſt, eccleſiæ eius, 1. Tim. 3.
quæ eſt columna & firmamentum veritatis. Ioan. 20.
Et quæ in B. apoſt. Thoma manũ miſit vſque Coloſ. 1.
ad cor regis gloriæ: in quo ſunt omnes the- *Eccleſia*
ſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei incredulis & *quam præ-*
impuris hominibus abſconditi: ſponſæ ve- *clara accę-*
rò ſuæ reſerati & apertiſsimi. Quæ etiam in *pit in apo-*
dilecto Ioanne apoſtolo recubuit ſuper pe- *ſtolis, &*
ctus domini Ieſu, in quo habitat omnis ple- *ab apoſt.*
nitudo diuinitatis. Et in beato Paulo apo- Ioan. 13.
ſtolo aſcendit vſque ad tertium cælum, & Coloſ.
D vſque ad paradiſum Dei. Sed in ſacratiſsi-
mo Petro aſcendit eccleſia ſancta ſupra Che
rubim, & ſupra cunctas beatas mentes, de-
nique & ſupra Seraphim, vſque ad ſinum pa
tris: & ab ore eius audiuit, quod ardentiſsi-
mo pectore, & deuotiſsimo ore cõfeſſus eſt:
Tu es Chriſtus filius Dei viui. Hic ergo Pe Matt. 17.
trus cunctis feruentior, & æmulator, & ali-
quando plus nimio audax, repromittit ſe
non fore ſcandalizandum. Ad quem magi-
ſter: *Amen dico tibi, quia tu hodie in hac nocte* Cap. 22.
priuſquàm gallus uocem bis dederit, ter me es ne- *Petri nega*
gaturus. Quod exponẽs beatus lucas, dixit: *tio qualis.*
Non cantabit hodie gallus, donec ter abne *Prima vad*
ges noſſe me. In quo verbo non deſcribitur *tio pro bea*
negatio Petri, ita quod obiectum negatio- *tiſsimo Pe*
nis huius ſit perſona Chriſti: quam negat eſ *tro.*
ſe diuinam in duabus naturis ſubſiſtentem;
quod proprie eſt Meſsiæ. Neque ab ancilla
vel à miniſtris de hoc eſt requiſitus Petrus,
formaliter aut virtualiter, vtrum Ieſus eſſet
verus Deus & Meſsias. Sed illi obijciunt,
quod diſcipulus eius ſit, familiaritate illi cõ-
iunctus: quem etiam ex facie cognouerit. In
his duobus ſtant, & circa hæc obiecta ver-
ſantur

ſantur negationes Petri: non certè, vtrùm Ieſus eius magiſter, eſſet verus Deus, vel Chriſtus in lege promiſſus. In quo poſt modum omnium martyrū verſabatur aut confeſsio, aut negatio, formaliter vel virtualiter: quia coram tyrannis de Ieſu talis fiebat confeſsio: nimirum quòd eſſet Dei filius, mundi ſaluator & redemptor. Non inuenitur inter miniſtros, aut in ore ancillæ oſtiariæ huiuſmodi opinio, ſicut apud Pontifices & Scribas in eiſdem verbis negare Chriſtum, longè grauior eſſet negatio. Illi autem homines non ampliùs quærebant, aut obijciebant Petro, quàm quod diſcipulus Ieſu eſſet, vel aliquid huiuſmodi: nō quòd ſequeretur Ieſum tanquàm Dei filium, & Meſsiam: ſed quòd ex eius eſſet familia, quod multoties negauit Petrus. Recole obſecro omnes voces plebis huius, & vulgi indocti, inter quos iure annumerabis ſeruos & ancillam pontificis, voces inquam Hieruſalem & Galilææ ab exordio mirabilium Ieſu, & deprehendes ſæpius prophetam vocitatum & acclamatum: nunquam autem Dei filium aut Meſsiam.

Confirmatio primæ rationis.

Iudæi etiā ſapientes ignorabant utrū Meſſias eſſet Deus naturalis.

Taceo quod etiam ſapientiſsimos quoſque Iudæorum latebat, an Chriſtus in lege ſibi promiſſus, eſſet naturalis Dei filius, patri conſubſtantialis: ſicut & hominibus propter humanitatem aſſumptam. Vt quid ergo Petrus amplius negaſſet, quàm ab eo rogabatur? Non ergo negaret ſe noſſe Ieſum, ſicut legis in Luca, vel negās Ieſum, ſicut legis in Marco, cùm dicit: me negabis: Negauit Ieſum eſſe Dei filium & Meſsiam, ſed ſe eſſe eius diſcipulum, vel aliquid huiuſcemodi, quòd in voce ſaluatoris ad Petrum facili ſyllogiſmo comprobabis:

2. Ratio pro Petro.

Ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua. In quibus verbis ſingulare & præclariſsimum priuilegium conceſſum Petro demonſtratur. Quid enim ex hac ſingulari oratione Chriſti pro Petro lucratus ipſe fuiſſet, niſi inter fratres ſuos fidelis inueniretur, qui & confirmator extitit Apoſtolorum? De perſona quidem Petri primò & per ſe interpretanda eſt vox illa: Ego rogaui pro te: ſecundò, ſi tibi placet de Eccleſia Romana, in qua vltimò præfuit.

3. Ratio ab auctoritate. Cano. 31. in Mat. 26. Cano. 32.

Vnde beatus Hilarius ſuper illa verba: Triſtis eſt anima mea, loquens de negatione Petri, videtur ſignificare eum non negaſſe Deum, ſed hominem. Et exponens verbum illud, non noui hominem, idem clariùs repetit in hæc verba: Dili-

A genter autem contuendum eſt, quā conditione Petrus negauerit, quanquàm de hoc ſuperiùs tractatum eſt. Nam primo ait, non ſe intelligere, quid diceret: ſequenti, non ſe ei adhæſiſſe: tertiò verò ſe non noſſe hominem, & verè propriè iam ſine piaculo hominem negabat, quem Dei filium priùs agnouerit: tamen quia ex infirmitate carnis, vel ambiguus extitiſſet; amariſsimè fleuit: recolens iſtius trepidationis culpam. Et in expoſitione pſalmi quinquageſimi ſecundi ita Petrum excuſat, vt dicat eum in hac negatione fidem non amiſiſſe, ſed conſtantiam credendi firmam & inconcuſſam ſeruaſſe.

4. Ab auctoritate etiā. Lib. 10. in caput. 22. Lucæ.

NOTA valde.

Et Beatus Ambroſius eandem tenet ſententiam. Sed videamus inquit, negandi tenorem, quem inter Euangeliſtas video eſſe diuerſum. Ita nouum fuit Petrum potuiſſe peccare, vt peccatum eius nec ab Euangeliſtis potuerit comprehendi. Itaque Petrum prodenti ancillæ quòd ex illis eſſet: qui cum Ieſu Galilæo erant: Prima voce Matthæus poſuit reſpondiſſe: Neſcio quid dicas:

Cap. 26.

Hoc etiam Marcus, B qui ſequutus eſt Petrum, & ex ipſo potuit veriùs cognoſcere. Prima vox negantis eſt Petri: qua tamen non negare dominū, ſed à proditione ſe ſeparaſſe mulieris videtur. C Quid tamen negauerit conſidera: Ex illis vtique ſe eſſe, qui cum Ieſu Galilæo erant, vel vt Marcus poſuit, cum Ieſu Nazareno erant. Nunquid negauit eum Dei fuiſſe filium. Hoc eſt dicere: Neſcio Galilæum: Neſcio Nazarenum, quem Dei filium noui, &c. Lege Ambroſium, & beatiſsimum Leonem papam.

5. Ab auctoritate etiā. Serm. 9. de paſsione domini.

Dominus autem Ieſus, qui intra pontificale conſilium, trepidationem diſcipuli foris poſiti, diuino vidit intuitu, & pauentis animū, mox vt reſpexit erexit (pondera verba) & in fletus plenitudinis excitauit. Fœlices ſancte apoſtole lachrymæ tuæ, quæ ad diluendā culpā negationis, virtutē habuerunt ſacri baptiſmatis. Adfui enim dextera dñi Ieſu Chriſti, quę labentem te, priuſquā deijcereris exciperet, & firmitatem ſtandi, in ipſo cadendi periculo recepiſti. Vidit in te dominus non fidem fictam, non dilectionem auerſam, ſed conſtantiam fuiſſe turbatam.

6. Ab auctoritate etiā. Lib. 25. in Iob. c. 10.

7. Ab auctoritate etiam.

Et Sanctus Gregorius de hac negatione Petri inquit: Petrus infirmitate peccauit, quando in eo omne robur fidei, quod dño perhibuit, vna vox puellæ concuſsit, & Deum, quem corde

Lib. 10. in Ioannem.ca.41

tenuit voce denegauit. Et beatus Cyrillus inquit: Ex amore igitur decidit, & pietatis cauſa negaſſe videtur:non rectę quidem,neque exquiſita ratione probatæ:ſed quæ tamen adeſſe cum Chriſto,& videre illum faciebat : quod maximè Petrus optabat. Huic ſententię ſubſcribit Prudentius in hymno ad Gallicantum. Fleuit negator denique ex ore prolapſum nefas, cùm mens maneret innocens,animuſque ſeruaret fidē. Innocens ab infidelitate, nō à crimine mortali. Scio beatum Hieronymum & Theophilactum aduerſus hanc ſententiam inſurgere. Scio (inquit Hieronymus) quoſdam pij affectus erga apoſtolum Petrum, locum hunc ita interpretatos, vt dicerent Petrum non Deum negaſſe, ſed hominem, & eſſe ſenſum:Neſcio hominem, quia ſcio Deum. Hoc quàm fribolum ſit prudens lector intellige:ſic defendunt apoſtolum,vt Deum mendacij reum faciant. Si enim iſte non negauit,ergo mentitus eſt dominus,qui dixerat:Amen dico tibi ,quia ter me negabis. Hęc Hieron. Sed ſermo domini(ſicut ſupra dixi)cùm inquit:me negabis: aut facit ſenſum in Luca expoſitum,hunc ſcilicet,noſſe me ex facie,& adhæſiſſe mihi per diſcipulatum:quod ex euangelijs cōprobatur. Dixerunt nanque Petro: Tu ex diſcipulis eius es. Et iterū: Verè ex diſcipulis eius es.nā & Galilæus es. Et iterū:Nonne ego te vidi cum illo in horto? Circa vnum iſtorum,vel circa omnia pro intentione interrogantium,erāt & reſponſiones Petri:neque ampliùs negabat,quàm ab eo quærebatur. Aut ſequētes literam Marci ſcribētis:me negabis: ſenſum facit ſępiùs repetitum:Me:non fidem meā: de qua nulla erat apud illos homines opinio: vel inter illos & te diſputatio. Atque oratio Chriſti pro Petro fuſa quidem demōſtrat Petri fidem non defeciſſe. Ego rogaui pro te Petre,vt nō deficiat fides tua: At exponunt alij oraſſe dominum,ne fides Petri deficeret finaliter:ſed hoc modo nullius diſcipuli fides defecit. Ita oratio Chriſti pro Petro non in ſingulare Petri priuilegium cederet. Lege de re hac magiſtrum Cano. *At ille amplius loquebatur : & ſi oportuerit me ſimul cōmori tibi.non te negabo*. Non eſt temeritas, non eſt mendacium:fides eſt , deuotio eſt apoſtoli, & ardens affectus erga dominum ſaluatorem. Vtrunque itaque verum: & quod dn̄s prædicit futurū,& quod deuotus diſcipulus promittit non ſe facturū. Sed

Super cap. 26.Mat.

D

Cano.lib. 6. de locis Theologicis.cap. 8. fol. 138.

Petrus nō fuit mentitus dicēs nō te negabo.

C

dominus vt verus Deus cernens futura, negabis inquit:Diſcipulus verò præſentia, & affectum animi proprij,inquit, nō negabo: nihil enim dixit contra mentem : ſed quod pectore fixum tenebat,ore protulit,non decipiendi animo:Non ergo eſt mentitus. Timeat igitur omnis humana altitudo:neque ſibi quiſquam fidat, aut aliquid magni præſumat,aut in poſterū repromittat:cum Petrus dum à muliercula examinatur,adeò fortiter concutiatur, vt neget ore magiſtrum, quem corde tenebat. Vnde Apoſtolus:Qui ſtat, videat ne cadat. Et audiat omnis homo vocem domini:Orate ne intretis in tentationem. Et iterum: Vigilate & orate. Vana eſt vox promittentis, vbi affectus deficit orantis:nec perſeuerantiæ donum ſine aſſidua oratione inuenitur. In qua deuotus orator à domino inuenit confortationem, vt poſsit ſtare aduerſus inſidias diaboli,& reſiſtere in die mala. Habes exemplum ſuperioris doctrinæ in Goliath, qui gloriabatur in multitudine fortitudinis ſuæ,aduerſus Dauidem:qui ſtatim cecidit ad pedes eius. Et in Holoferne & Iudith,quæ ipſum ſimiliter detruncauit: & poſt victoriam dicebat reddens Deo gratias: Gaudētem in victoria ſua. Dei dicebat victoriam decollationem ſuperbi ducis,quam manu propria abſoluit.

Timor ſanctorum.

Non confiedendum de propria uirtute.

1.Cor.10

Matth.26

1.Reg.17

Iudith.13.

Ibidem.

D

Dic ergo cum propheta: In Deo faciemus virtutem:& ipſe ad nihilum rediget inimicos noſtros. Dic in humili corde, & voce deuota ad Deū: Fortitudo mea & refugiū meū es tu:& deduces me de laqueo hoc,quē abſconderunt mihi. Tandē probans, ꝙ vniuerſa vanitas eſt omnis homo viuens. Dic cum apoſtolo:Nō ſumus ſufficientes cogitare aliquid à nobis,tanquā a nobis, ſed ſufficiētia noſtra ex Deo eſt : ergo omnia poſſum in eo qui me confortat. *Similiter omnes dicebāt.* Sed nullus eorū examinatur, niſi ſolus Petrus:vt in eccleſiæ principe pœnitentia dedicetur,& in vertice apoſtolorū ſpes veniæ peccatoribus demonſtretur. Vide quomodo exemplo Petri accingūtur apoſtoli ad mortem cum Chriſto. Magna ergo res eſt bonum opus paſtoris ad ouium ſalutem. *Et ueniunt in prædium, cui nomen Gethſemani*. Dictio Hebræa eſt Gethſemani,& nomē proprium loci ad radices montis oliueti, teſte Hieronymo. Res dictu mirabilis, quem locum elegit dominus Ieſus pro ſua captione,qui diſtabat à Hieroſolyma: vnde cùm vinctus traheretur, mala multa & dura valde

Pſal.59.

Pſal.30.

Pſal.38.

2.Cor.3.

Extra Hieruſalem captus dominus multis de cauſis.

de

de, à miniſtris pontificum & cohorte ſuſti- A
nuit. Quæ omnia ceſſaſſent, ſi intra Hieru-
ſalem ſuam captionem prælegiſſet. Sed cō
cedendus erat locus traditori, & hoſpes in-
columis ſeruandus, & orationi longiſsimæ,
& clamori eius extra Hieruſalem, & homi-
Gen.3. num conuictum, aptus erat locus. Denique
ab horto voluptatis, in quo repoſitus fuit
primus homo, egreſſa eſt præuaricatio, & ab
horto Gethſemani perficitur illius redem-
ptio. Venit ergo cum vndecim trans torrē-
tem Cedrō, vbi erat hortus: & relictis octo
apoſtolis ſeorſum, aſſumpſit ſecū reliquos,
Matt.26. qui iure præcipui erant in ſacro ſenatu, ſcili
Ibi.c.17. cet, Petrū, Iacobū & Ioannē fratrē eius: vt
qui olim in mōte Thabor contēplati fuerāt
vultū eius glorioſum, & clarificatū, iā nunc
aſsiſtant coram illo, cùm ſpecies eius mœſti
tudine, pauore, & tædio, quæ feruebant in
piiſsimo pectore Ieſu, obſcurabatur, de qui
bus S. Euangeliſta: *Et cœpit pauere, & tædere,*
& mœſtus eſſe, & grauiter angi. Propaſsiones
Angor quid. has verè aſſumpſit Chriſtus: ortæq; ſunt ex
reali timore, vnde vehementē angorem, id
eſt, cruciatū & cōſtrictionē animi & corpo-
Li.4. Tuſcul. queſt. ris ſuſtinebat. Vnde Cicero & Zeno cōue- B
niūt in diffinitione angoris: dicunt enim an
Cornelius Celſus. gorē animi ægritudinē eſſe prementē. Cor
nelius Celſus, vir ſūmę eruditionis inter me C
dicos, vim verbi huius expendens, tantū illi
tribuit, vt vix reſpirare liceat eis, qui angore
premuntur, & quaſi ſtrangulantur. Videmus
enim nonnullas quum quippiā durioris nun
tij accipiunt, ita animo angi, atq; dimitti, vt
vbi ſint loci vix ſatis ſciant, tremeſcunt, &
Angoris Chriſti cauſa. frigido ſudore polluūtur. Recole quæ du-
dum dicebā de Chriſti derelictione, & cō
ſidera quomodo ſibi & ſuæ induſtriæ, & vir
tuti, & imbecillitati relinquebatur naturali,
humanitas mitis Ieſu: ſine ſuperioris & ſpe-
cialis auxilij reſpiratione, quo ab exordio
fruebatur. Iam nunc in vnum colligit vni-
uerſas pœnas & dolores, quos in proximo
paſſurus erat, nec tantùm ſuos ſed etiā diſci
pulorum, & caſum, ruinamq; eorum, & dile
ctiſsimæ matris mœſtitudinē, & vehemen-
tem dolorē: mundi deniq; ingratitudinem:
quibus inſpectis, ecce in corde Ieſu expaue
ſcentiam, tædiū, triſtitiam, & angorem ve-
hementē quippe qui homo verus erat, & in
ſe expreſsit quid ingruente magna calami-
tate, ſolet eis accidere, qui puri homines
ſunt. Hîc igitur incipit ſe ſe paſsionibus
tradere. Hic terroribus & horroribus in-

grediendi aditum & licentiam præſtat, & ſi A
bi ipſi (vt dixi) relinquitur innocens & mi-
tiſsima humanitas. Obſerua quòd nulla
iſtarum paſsionum perturbabat animi ra-
tionem, nec fiebat attonitus dominus Ie-
ſus: quoniam vnicuique virium eius daba-
tur exequi ſuum officium. In dolore ergò
poſitus inquit: *Triſtis eſt anima mea uſque ad* *Cap.26.*
mortem: ſuſtinete hic & uigilate. Beatus
Matthæus dixit, Vigilate mecum. A diſci
pulis requirit vigiliam & comitatum, tan-
quàm aliquid ſolatij, ex eorum ſocietate
habiturus. O benedicta inter omnes fœmi *Maria uirgo.*
nas. O mater ſancta, in quanta ſolicitudine;
quàm vigil verbum iſtud cuſtodires, & aſta
res inuicta, ſiue oranti filio, ſiue lachryman
ti, & gementi, denique cum ſudore ſangui
neo perfunditur. Inquit ergo ad tres diſci-
pulos (cæteros nanque dimiſerat, & etiam
ab iis progreſſus fuit deinde puſillum ad o-
rationem) *Triſtis eſt anima mea uſque ad mor-* *Triſtitiæ ratio in Chriſto.*
tem. Intenſiue & extenſiuè intellige ſermo
nem. In hac hora nimirum vniuerſa ira pa-
tris non à longe demonſtrabatur ſacratiſsi-
mæ illi animæ, quam aduerſus Adam & om
ne genus eius cor domini Dei conceperat: B
& contra Chriſtum iam militabat, vt ſol-
uat quæ ſpopondit pro fratribus ſuis, pro
quibus vadem diuinæ iuſtitiæ ſe obtulit: C *Vadem, id eſt ſpōſorē pro cauſa capitali.*
& terrores iræ huius & iuſtitiæ conturba-
bant eum. Poſuit in eo Deus pater ini-
quitatem omnium noſtrum, ſed & crimina
actualia cunctorum hominum, pro quibus *Eſai.53.*
non tantùm ſoluendum illi erat, traden-
do corpus ſuum morti & cruci, verùm &
interiùs & in medullis animæ pœniten-
dum. De qua re propter ſuam magnitu-
dinem & excellentiam non audio ſermo-
nem agere. Quis enim ſermo ſacrum hoc *Contritio cordis Ieſu quanta.*
myſterium demonſtrabit? Quæ lingua ho
minum vel angelorum contritionem & do
lorem cordis Ieſu pro noſtris peccatis de-
clarabit? Cerno mulierem quondam pecca- *Luc.7.*
tricem, pro peccatis dolentem, lachrymis
lauantem pedes huius ſaluatoris. Intueor *Matt.26.*
Petrum poſt negationes & periuria, cùm
cernitur à domino, egredientem foras, &
flentem amariſsimè. Et iſti quidem ex par-
te cognoſcunt, ex parte diligunt, denique
pro ſuis tantùm contriſtantur peccatis. Ie-
ſus autem Dominus meus integrè cogno-
ſcens & criminum magnitudinem, & mul-
titudinem, & perfectè diligens patrem
ſuum, & genus noſtrum. Vide, ſi potes (&

Lib. 10. in Ioan-nem.ca.41

tenuit voce denegauit. Et beatus Cyrillus inquit: Ex amore igitur decidit, & pietatis cauſa negaſſe videtur:non rectę quidem,neque exquiſita ratione probatæ:ſed quæ tamen adeſſe cum Chriſto,& videre illum faciebat: quod maximè Petrus optabat. Huic ſententię ſubſcribit Prudentius in hymno ad Gallicantum. Fleuit negator denique ex ore prolapſum nefas, cùm mens maneret innocens,animuſque ſeruaret fidē. Innocens ab infidelitate, nō à crimine mortali. Scio beatum Hieronymum & Theophilactum aduerſus hanc ſententiam inſurgere. Scio (inquit Hieronymus) quoſdam pij affectus erga apoſtolum Petrum, locum hunc ita interpretatos, vt dicerent Petrum non Deum negaſſe, ſed hominem, & eſſe ſenſum: Neſcio hominem, quia ſcio Deum. Hoc quàm fribolum ſit prudens lector intellige:ſic defendunt apoſtolum,vt Deum mendacij reum faciant. Si enim iſte non negauit,ergo mentitus eſt dominus,qui dixerat: Amen dico tibi, quia ter me negabis. Hęc Hieron. Sed ſermo domini (ſicut ſupra dixi) cùm inquit:me negabis: aut facit ſenſum in Luca expoſitum, hunc ſcilicet, noſſe me ex facie,& adhæſiſſe mihi per diſcipulatum:quod ex euangelijs cōprobatur. Dixerunt nanque Petro: Tu ex diſcipulis eius es. Et iterū: Verè ex diſcipulis eius es, nā & Galilæus es. Et iterū: Nonne ego te vidi cum illo in horto? Circa vnum iſtorum, vel circa omnia pro intentione interrogantium, erāt & reſponſiones Petri:neque ampliùs negabat, quàm ab eo quærebatur. Aut ſequētes literam Marci ſcribētis:me negabis: ſenſum facit ſępius repetitum: Me:non fidem meā de qua nulla erat apud illos homines opinio: vel inter illos & te diſputatio. Atque oratio Chriſti pro Petro fuſa quidem demōſtrat Petri fidem non defeciſſe. Ego rogaui pro te Petre, vt nō deficiat fides tua: At exponunt alij oraſſe dominum, ne fides Petri deficeret finaliter:ſed hoc modo nullius diſcipuli fides defecit. Ita oratio Chriſti pro Petro non in ſingulare Petri priuilegium cederet. Lege de re hac magiſtrum Cano.

Super cap. 26. Mat.

Cano. lib. 6. de locis Theologicis. cap. 8. fol. 138.

At ille amplius loquebatur: & ſi oportuerit me ſimul cōmori tibi, non te negabo. Non eſt temeritas, non eſt mendacium:fides eſt, deuotio eſt apoſtoli, & ardens affectus erga dominum ſaluatorem. Vtrunque itaque verum: & quod dn̄s prædicit futurū,& quod deuotus diſcipulus promittit non ſe facturū. Sed

Petrus nō fuit mentitus dicēs nō te negabo.

C dominus vt verus Deus cernens futura, negabis inquit: Diſcipulus verò præſentia, & affectum animi proprij, inquit, nō negabo: nihil enim dixit contra mentem: ſed quod pectore fixum tenebat, ore protulit, non decipiendi animo: Non ergo eſt mentitus. Timeat igitur omnis humana altitudo:neque ſibi quiſquam fidat, aut aliquid magni præſumat, aut in poſterū repromittat:cum Petrus dum à muliercula examinatur, adeò fortiter concutiatur, vt neget ore magiſtrum, quem corde tenebat. Vnde Apoſtolus: Qui ſtat, videat ne cadat. Et audiat omnis homo vocem domini: Orate ne intretis in tentationem. Et iterum: Vigilate & orate. Vana eſt vox promittentis, vbi affectus deficit orantis:nec perſeuerantiæ donum ſine aſſidua oratione inuenitur. In qua deuotus orator à domino inuenit confortationem, vt poſsit ſtare aduerſus inſidias diaboli, & reſiſtere in die mala. Habes exemplum ſuperioris doctrinæ in Goliath, qui gloriabatur in multitudine fortitudinis ſuæ, aduerſus Dauidem:qui ſtatim cecidit ad pedes eius. Et in Holoferne & Iudith, quæ ipſum ſimiliter detruncauit: & poſt victoriam dicebat reddens Deo gratias: Gaudētem in victoria ſua. Dei dicebat victoriam decollationem ſuperbi ducis, quam manu propria abſoluit.

Timor ſanctorum.

Non confiedendum de propria uirtute.

1. Cor. 10

Matth. 26

1. Reg. 17

Iudith. 13.

Ibidem.

D Dic ergo cum propheta: In Deo faciemus virtutem:& ipſe ad nihilum rediget inimicos noſtros. Dic in humili corde,& voce deuota ad Deū: Fortitudo mea & refugiū meū es tu:& deduces me de laqueo hoc, quē abſconderunt mihi. Tandē probans, ꝙ vniuerſa vanitas eſt omnis homo viuens. Dic cum apoſtolo: Nō ſumus ſufficientes cogitare aliquid à nobis, tanquā a nobis, ſed ſufficiētia noſtra ex Deo eſt: ergo omnia poſſum in eo qui me confortat. *Similiter omnes dicebāt.* Sed nullus eorū examinatur, niſi ſolus Petrus:vt in eccleſiæ principe pœnitentia dicetur,& in vertice apoſtolorū ſpes veniæ peccatoribus demonſtretur. Vide quemodo exemplo Petri accingūtur apoſtoli ad mortem cum Chriſto. Magna ergo res eſt bonum opus paſtoris ad ouium ſalutem. *Et ueniunt in prædium, cui nomen Gethſemani.* Dictio Hebræa eſt Gethſemani,& nomē proprium loci ad radices montis olíueti, teſte Hieronymo. Res dictu mirabilis, quem locum elegit dominus Ieſus pro ſua captione, qui diſtabat à Hieroſolyma: vnde cùm vinctus traheretur, mala multa & dura valde

Pſal. 59.

Pſal. 30.

Pſal. 38.

2. Cor. 3.

Extra Hieruſalem capitur dominus multis de cauſis.

de, à miniſtris pontificum & cohorte ſuſti-
nuit. Quæ omnia ceſſaſſent, ſi intra Hieru-
ſalem ſuam captionem prælegiſſet. Sed cõ
cedendus erat locus traditori, & hoſpes in-
columis ſeruandus, & orationi longiſsimæ,
& clamori eius extra Hieruſalem, & homi-
Gen.3. num conuictum, aptus erat locus. Denique
ab horto voluptatis, in quo repoſitus fuit
primus homo, egreſſa eſt præuaricatio, & ab
horto Gethſemani perficitur illius redem-
ptio. Venit ergo cum vndecim trans torrẽ-
tem Cedrõ, vbi erat hortus: & relictis octo
apoſtolis ſeorſum, aſſumpſit ſecũ reliquos,
Matt.26. qui iure præcipui erant in ſacro ſenatu, ſcili
Ibi.c.17. cet, Petrũ, Iacobũ & Ioannẽ fratrẽ eius: vt
qui olim in mõte Thabor contẽplati fuerãt
vultũ eius glorioſum, & clarificatũ, iã nunc
aſsiſtant coram illo, cùm ſpecies eius mœſti
tudine, pauore, & tædio, quæ feruebant in
piiſsimo pectore Ieſu, obſcurabatur, de qui
bus S. Euangeliſta: *Et cœpit pauere, & tædere,*
Angor quid. *& mœſtus eſſe, & grauiter angi.* Propaſsiones
has verè aſſumpſit Chriſtus: ortæq; ſunt ex
reali timore, vnde vehementẽ angorem, id
eſt, cruciatũ & cõſtrictionẽ animi & corpo-
Li.4. Tuſcul. quæſt. ris ſuſtinebat. Vnde Cicero & Zeno cõue- B
niũt in diffinitione angoris: dicunt enim an
Cornelius Celſus. gorẽ animi ægritudinẽ eſſe prementẽ. Cor
nelius Celſus, vir ſũmę eruditionis inter me C
dicos, vim verbi huius expendens, tantũ illi
tribuit, vt vix reſpirare liceat eis, qui angore
premuntur, & quaſi ſtrangulantur. Videmus
enim nõnullas quum quippiã durioris nun
tii accipiunt, ita animo angi, atq; dimitti, vt
vbi ſint loci vix ſatis ſciant, tremeſcunt, &
Angoris Chriſti cauſa. frigido ſudore polluũtur. Recole quæ du-
dum dicebã de Chriſti derelictione, & cõ
ſidera quomodo ſibi & ſuæ induſtriæ, & vir
tuti, & imbecillitati relinquebatur naturali,
humanitas mitis Ieſu: ſine ſuperioris & ſpe-
cialis auxilii reſpiratione, quo ab exordio
fruebatur. Iam nunc in vnum colligit vni-
uerſas pœnas & dolores, quos in proximo
paſſurus erat, nec tantùm ſuos ſed etiã diſci
pulorum, & caſum, ruinamq; eorum, & dile
ctiſsimæ matris mœſtitudinẽ, & vehemen-
tem dolorẽ: mundi deniq; ingratitudinem:
quibus inſpectis, ecce in corde Ieſu expaue
ſcentiam, tædiũ, triſtitiam, & angorem ve-
hementẽ quippe qui homo verus erat, & in
ſe expreſsit quid ingruente magna calami-
tate, ſolet eis accidere, qui puri homines
ſunt. Hîc igitur incipit ſe ſe paſsionibus
tradere. Hic terroribus & horroribus in-

A grediendi aditum & licentiam præſtat, & ſi
bi ipſi (vt dixi) relinquitur innocens & mi-
tiſsima humanitas. Obſerua quòd nulla
iſtarum paſsionum perturbabat animi ra-
tionem, nec fiebat attonitus dominus Ie-
ſus: quoniam vnicuique virium eius daba-
tur exequi ſuum officium. In dolore ergò
poſitus inquit: *Triſtis eſt anima mea vſque ad* Cap.26.
mortem: ſuſtinete hic & vigilate. Beatus
Matthæus dixit, Vigilate mecum. A diſci
pulis requirit vigiliam & comitatum, tan-
quàm aliquid ſolatii, ex eorum ſocietate
habiturus. O benedicta inter omnes fœmi Maria virgo.
nas. O mater ſancta, in quanta ſolicitudine;
quàm vigil verbum iſtud cuſtodires, & aſta
res inuicta, ſiue oranti filio, ſiue lachryman
ti, & gementi, denique cum ſudore ſangui
neo perfunditur. Inquit ergo ad tres diſci-
pulos (cæteros nanque dimiſerat, & etiam
ab iis progreſſus fuit deinde puſillum ad o-
rationem) *Triſtis eſt anima mea vſque ad mor-* Triſtitiæ ratio in Chriſto.
tem. Intenſiuè & extenſiuè intellige ſermo
nem. In hac hora nimirum vniuerſa ira pa-
tris non à longe demonſtrabatur ſacratiſsi-
mæ illi animæ, quam aduerſus Adam & om
ne genus eius cor domini Dei conceperat:
& contra Chriſtum iam militabat, vt ſol-
uat quæ ſpopondit pro fratribus ſuis, pro
quibus vadem diuinæ iuſtitiæ ſe obtulit: Vadem, id eſt ſpõſorẽ pro cauſa capitali.
& terrores iræ huius & iuſtitiæ conturba-
bant eum. Poſuit in eo Deus pater ini-
quitatem omnium noſtrum, ſed & crimina
actualia cunctorum hominum, pro quibus Eſai.53.
non tantùm ſoluendum illi erat, traden-
do corpus ſuum morti & cruci, verùm &
interiùs & in medullis animæ pœniten-
dum. De qua re propter ſuam magnitu-
dinem & excellentiam non audio ſermo-
nem agere. Quis enim ſermo ſacrum hoc Contritio cordis Ieſu quanta.
myſterium demonſtrabit? Quæ lingua ho
minum vel angelorum contritionem & do
lorem cordis Ieſu pro noſtris peccatis de-
clarabit? Cerno mulierem quondam pecca- Luc.7.
tricem, pro peccatis dolentem, lachrymis
lauantem pedes huius ſaluatoris. Intueor Matt.26.
Petrum poſt negationes & periuria, cùm
cernitur à domino, egredientem foras, &
flentem amariſsimè: Et iſti quidem ex par-
te cognoſcunt, ex parte diligunt, denique
pro ſuis tantùm contriſtantur peccatis: Ie-
ſus autem Dominus meus integrè cogno-
ſcens & criminum magnitudinem, & mul-
titudinem, & perfectè diligens patrem
ſuum, & genus noſtrum. Vide, ſi potes (&

certè non poteris) quantum & qualiter fuit
contriſtatus. Quam triſtitiam internam in
his verbis expoſuit apoſtolis: Triſtis eſt ani
ma mea vſque ad mortrm. Abiô homo in-
grate, poſtquàm audieris hanc vocem, &
exulta in rebus peſsimis, & lætare in immū
ditijs cordis tui nequam. Hem noſtram gra
titudinem? O noſtram ſtultitiam! Quis da-
bit capiti meo aquam, & oculis meis fontē
lachrymarum, & plorabo die ac nocte ſu-
per ſtultitiam multam populi mei? Interim
dum Dei filius Ieſus Chriſtus contriſtatur
vſque ad mortē, & vehementer angitur pro
hominum peccatis, ipſe peccator exultat, &
quaſi de inuento theſauro dicit: Euge euge
Prou. 14. animæ ſuæ. Et neſcit ſtultus: quòd riſus do-
lore miſcebitur, & extrema gaudij luctus oc
Luce 6. cupabis. Scriptū eſt enim: Væ vobis qui ri-
NOTA. *ualde.* detis nunc, quia lugebitis, & flebitis. Inquit
enim ſaluator: *Triſtis eſt anima mea uſque ad
mortem.* Obſerua diligentiſsimè, quòd hu-
iuſmodi triſtitia, ſicut & cæteri defectus cor
poris, ſcilicet dolor, triſtitia, fames, & cæte-
ra fuerunt in Chriſto, non tamen neceſſarij
per reſpectū ad diuinam voluntatem, neq;
per reſpectum ad humanam abſolutè lo-
quendo, prout ſequitur rationem delibera-
tam: ſed ſolùm ſecundū naturalem motū vo
luntatis, prout ſcilicet naturaliter refugit
mortem, & etiam corporis nocumenta. Et
ſic propriè contriſtatus fuit Chriſtus ſecun
Triſtitia in Chriſto qualis. dum germanam rationem triſtitiæ, quæ
prouenit ex his, quæ nobis nolentibus ac-
cidunt. Nolebat Chriſtus ſecundū hunc
naturalem motum voluntatis humanæ ſuā
mortem, & ſic triſtatur, ſic orat: Tran-
ſeat à me calix iſte, &c. Obſerua ſecundò,
quòd anima Chriſti ſecundùm ſe totā pa-
tiebatur, quia ſecundùm ſuam eſſentiam
patiebatur, quia cùm tota eſſentia animæ
coniungeretur corpori, exiſtens tota in to-
to, & tota in qualibet parte corporis, patien
te corpore, paſſus fuit Chriſtus, ſecundùm
totam animam, & ſecundùm omnes eius
potentias inferiores: non autem ſecundùm
rationem ex parte obiecti, id eſt, diuini-
tatis, quæ fuit illi fons & ratio delectatio-
nis, & gaudij: & ita paſſus fuit ſecundùm
omnes paſsiones, prout radicantur in eſſen
Libr. 3. ca. 57. tia animæ. Vnde beatus Damaſcenus in-
quit: Neque enim idcircò, quòd verbum
caro factum eſt, à terminis propriæ huma-
nitatis exceſsit: neque ab ijs quæ diuini-
tati adſunt, Deum decentibus glorifica-

C tionibus: ſed & neque caro deificata à pro-
pria verſa eſt natura, aut naturalibus pro-
prietatibus. Manſerunt enim & poſt v-
nionem naturæ inconfuſę, & earum pro-
prietates illeſæ. Caro autem domini diui-
nis actionibus ditata eſt propter puriſsi-
mam ad verbum vnionem, id eſt, hypo-
ſtaſim, nequaquàm naturalium proprieta-
tum excidentiam ſuſtinens. Inquit ergo do
minus: *Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem.*
Ab hac hora tibi vigilandum eſt cum domi
no Ieſu: & dic cum propheta, paucis muta-
tis verbis: Deus Deus meus, ad te de nocte *Pſal. 62.*
vigilo: melior eſt miſericordia tua ſuper vi-
tas: labia mea laudabunt te: ſic benedicam
te in vita mea, quid eſt SIC apud prophe- NOTA.
tam? In verbo illo ſæpiùs repetito: Melior *ualde.*
eſt miſericordia tua ſuper vitas: te benedi-
cet vita mea. Et vtinam in dulcedine hym
ni huius inebrietur. O ſi ſcirē, quid eſt: Me-
lior eſt miſericordia tua ſuper vitas. Vita
enim noſtra, ſine miſericordia tua, capti-
uos trahit nos in legem peccati & mortis:
miſericordia verò tua, etiam poſt pecca-
tum & mortem, nos ducit ad vitam: Magni-
ficus ergo eſt hymnus ille: Melior eſt miſe
ricordia tua ſuper vitas. Ab hoc verbo: *Tri
ſtis eſt anima mea*: tibi vigilandum eſt, vſque
D ad mortem domini, vbi finitur eius triſti-
tia. Noli locū dare ſomno & fallacibus gau
dijs vitæ præſentis: ſed rape ab ore Chriſti
verbum hoc: triſtis eſt anima mea: & abſcon
de illud in viſcerib⁹ cordis tui: & faciet ama
ricare ventrem tuum. O pijſsimum verbum
& omni acceptione dignißimū. Verè dice- *Cap. 3.*
re potes cū Habacuc: Domine audiui audi-
tum tuum, & timui. Dei filius contriſtatur
& incipit pauere & grauiter angi, & mœ-
ſtus eſſe: quæ omnia ſtatim comprobabis
veriſsima, non hyprocreſim eſſe, neq; ſtoi-
cum, quod dicimus, quod in ſudore ſangui-
nis ſatis comprobatur: & in verbo, *uigilate* *Cap. 3.*
mecum. Comproba quòd in Habacuc legis:
Ibi abſcondita eſt fortitudo eius. Vbi no- *Chriſti fortitudo quomodo abſcō dita.*
ta, cùm inquit: Abſcondita non tantùm de
monſtrat virtutem diuinitatis Chriſti ab-
ſconditam, ab oculis diſcipulorum, & alio-
rum hominum, ſed etiam à propria huma-
nitate ipſius Chriſti, quam deſeruit: nō diſce
dendo, ſed non protegendo, neq; auxiliā do
ſecundùm ſenſum iam expoſitū. Cōproba *Philip. 2.*
quod ſcriptum eſt à Paulo: Exinaniuit ſe-
metipſum, formam ſerui accipiens, quod
ſatis demonſtratur, cùm à piſcatoribus ho
minibus

mlnibus officium & ſuffragium ſocietatis C & vigiliæ cum ipſo requirit, inquiens: Vigilate mecum: quod proprium eſt vehementer pauentium, & contriſtatorum. O beata virgo, quàm attenta vigilaſſes coram chariſsimo filio, ſi tibi concederetur. Quis in hac hora ſine mœſtitudine & lachrymis poſſet cernere vultum domini Ieſu? *Et cum proceſsiſſet paululum procidit ſuper terram.* Ab octo quidem diſcipulis, quantum iactus eſt lapis diſceſsit: ab his tribus puſillum, & paululum, oraturus ad patrem. Hoc tibi in anguſtijs & tribulationibus faciendum eſt. Habes etiam exemplum in propheta Iona: Dum coanguſtiaretur in me anima mea, domini recordatus ſum, ſcilicet quòd ſit auxiliator clamantium ad illum, & mœrentium opportunum ſolatium. Vnde de ventre ceti orauit, & domino vniuerſorum reddidit vota, & exauditus fuit. Obſerua quali corporis habitu oret Chriſtus, quibus vocibus, quàm perſeueranter & prolixè: omnia quidem in noſtrum exemplum oſtendit nobis. *Procidit ſuper terram*, id eſt, pronus cecidit, & humi ſe proſtrauit, & vehementer ſe inclinauit. Quæ vno verbo expoſuit beatus Matthæus dicens: Procidit in faciem ſuam: Exiſtimo quòd extenſis ſuper terram brachijs, inhærentibus puluer ore & fronte, ſecundùm dictum prophetæ: Ponet in puluere os ſuum, ſi fortè ſit ſpes: dabit percutienti ſe maxillam, ſaturabitur opprobrijs. O grande ſpectaculum, ô tremendam & adorandam corporis & animi humiliationem & habitum Chriſti, ſuper faciem ſuam iacet ſupinus, & ponit in puluere os ſuum Deus & dominus Ieſus Chriſtus. Obſtupeſcite cæli, & paueant omnes virtutes eius, & admirentur poteſtates. Super faciem ſuam procidit dominus Ieſus, in conſpectu patris ſui: in quo non ſolùm demonſtratur reuerentia ad patrem, ſed etiam angor, ſumma triſtitia & mœſtitia ſaluatoris. Et tu quidem oraturus intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio eius, procide in faciem tuam: qui puluis es & cinis, coràm tremenda ſummi Dei maieſtate. Habet locum huiuſmodi humilitas apud Deum, & ſpem concipit religioſus animus. Oratio Chriſti hæc eſt. *Abba pater, omnia tibi poſsibilia ſunt: transfer hunc calicem à me, ſed non quod ego uolo, ſed quod tu.* Placet mihi ſententiam beatiſsimi Leonis papæ in primis interponere. Pater ſi poſſibile eſt, tranſeat à me calix iſte: Veruntamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu. Prima petitio infirmitatis eſt, ſecunda virtutis. Illud optauit ex noſtro, hoc elegit in proprio: Neque enim æqualis patri filius omnia eſſe Deo poſsibilia neſciebat: nec ſuſpicandum eſt quòd ad crucem ſine ſua in hunc mundum deſcenderat voluntate, vt hanc diuerſarum affectionum compugnantiam perturbata quodam modo ratione pateretur: ſed vt ſuſcipientis, ſuſceptæque naturæ eſſet manifeſta diſtinctio: quod erat hominis diuinam deſiderauit potentiam, quod erat Dei ad cauſam reſpexit humanam. Superiori igitur voluntati voluntas ceſsit inferior (ſtatim declarabitur) & citò demonſtratum eſt, quid poſsit à trepidante orari, & quid non debeat à medente concedi. Obſerua in hac & alijs orationibus domini Ieſu. Primò affectum naturalem hominis, qui inter omnia aduerſa maximè aduerſatur morti, & eam refugit: qui maximus fuit in Chriſto, nihil morti debente, cùm totus peccati expers fuerit. Quod ſi in cunctis hominibus affectus ille naturalis bonus eſt, quantò magis in Chriſto? Et D tamen cùm ex affectu naturali orat, adiunxit moderamen ſuperioris rationis. Orat ergo in voluntatis humanæ affectu, non prout ſequitur rationem deliberatam, ſed ſecundùm naturalem motum: prout ſcilicet naturaliter voluntas creata refugit mortem, & quælibet nocumenta corporis. Vide ſecundo loco magnitudinem affectus naturalis in verbo orationis, Abba pater. Blandientis quidem vox eſt, & fiduciæ filialis ad patrem. In illa exordium facit, ſibi tunc valde neceſſarium, qui vt vermis, & non homo iacebat vehementer coanguſtatus ſuper faciem ſuam: & iratam aſpiciebat faciem patris propter quod blanditur ei: vt ſaltem in voce hac modicum reſpirationis & ſolatij ſibi quærat. Obſerua tertiò, quod inter Deo poſsibilia tranſitum calicis ab ipſo, reponit dominus. Actus ergo iſte, transfer calicem hunc à me, vel nõ quod ego volo, non eſt actus voluntatis deliberantis, & inſequentis rationem ſuperiorẽ, ſed motus naturalis ipſius voluntatis, qui non expectat rationẽ, tanquã ducẽ. Et talis motus volũtatis à Deo inſitus eſt & plãtatus, nec ſibi plãtatori contrarius. Imò in eo parantur obedientiæ & ſacrificij rationes: dũ quod nobis & maximè Chriſto erat naturale, regulatur per diuinum beneplacitum. Vnde Beatus

Matth. 26. Luce. 22.

Iona. 2.

Chriſti habitus in oratione.

Tren. 3.

Orãtis habitus.

Orationis Chriſti in orto expoſitio Leonis Papæ.

NOTA valde.

Affectus naturalis in Chriſto orauit.

Orationis affectus in Chriſto.

NOTA valde.

Lib. 3. ca. 18.

Damaſcenus: Aſſumpſit carnem animatam anima rationali & intellectuali. Moderatrix ſiquidem ipſa carnis eſt, moderata à verbi diuinitate. Habuit igitur naturaliter, & vt Deus, & vt homo voluntatem. Comes erat, & ſubijciebatur voluntati eius humanitas, non mota proprio iudicio, ſed hęc volebat, quæ diuina eius voluntas volebat. Quando enim renuebat mortem agonizabat, & pauebat. Et quando voluit eius diuina voluntas, vt humana eius voluntas diligeret mortem, voluntaria ipſa paſsio facta eſt. Non enim ſecundùm quòd Deus ſolum, voluntariè ſe ipſum tradidit in mortem, ſed & ſecundùm quòd homo. Et beatiſsimus Leo: Cur itaque dilectiſsimi Dei filius dicit: Pater ſi fieri poteſt, tranſeat à me calix iſte? Noſtræ vtitur voce naturæ, & cauſam fragilitatis, & trepidationis agit humanæ: vt in ijs quæ tolleranda ſunt & patienda, roboretur, & formido pellatur. Denique ceſſans hoc ipſum petere, excuſato quodammodo noſtræ infirmitatis metu, in quo nobis remanere non expedit, in alium affectum tranſit, & dicit: Veruntamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu. Et iterum: ſi non poteſt, &c. Fiat voluntas tua. Hæc vox capitis, ſalus eſt totius corporis: hæc vox omnes fideles instruxit, omnes confeſſores accendit, omnes martyres coronauit. Nam quis mundi odia, quis tentationum turbines, quis poſſet perſecutorū ſuperare terrores, niſi Chriſtus in omnibus patiens, patri diceret: fiat voluntas tua? Diſcant igitur hanc vocē omnes eccleſiæ filij, magno pretio redempti, gratis iuſtificati, & cum aduerſitas violentæ tentationis oppugnauerit, præſidio potentiſsimæ rationis vtantur, vt ſuperato timore formidinis, accipiant tollerantiam paſsionis. *Non quod ego uolo, ſed quod tu.* Hāc eandem orationem obtulit Deo patri in die palmarum dominus Ieſus. Nunc anima mea turbata eſt. Et quid dicam? Pater ſaluifica me ex hac hora. Et quod modò dicit. Fiat voluntas tua, vel non quod ego volo, ſed quod tu: in Ioanne legis: Sed propterea veni in horam hanc. Pater clarifica nomen tuum. Docuit ergo nos, & vniuerſam eccleſiam ſuam in hac oratione, ſubijcere nos ipſos, & vniuerſa noſtra ſub diuino beneplacito & ordinatione. Cùm oratis dicite: Pater noſter, &c. Fiat voluntas tua, quod ſummo exemplo confirmauit, dum factus in agonia, orabat in eodem ſermone; Fiat vo-

Sermone de paſſione 7.

Oratio Fiat volū-tas tua ſolatium martyrum & omnium iuſtorum.

Cap. 12.

Luc. 11.

C luntas tua. Non quod ego volo, ſed quod tu. In verbo hoc corrigenda eſt caro noſtra, quæ aperta fronte, ſequens naturalem appetitum, inquit: Trāſeat à me amarus calix, & delectabilia diligit & eligit. Ingruente itaque paſsionis hora, aut perſecutionis, aut infirmitatis, dic cum Chriſto: Fiat voluntas tua. Non quod ego volo, ſed quod tu. *Et uenit & inuenit eos dormientes.* Ecce quale ſolatium & comitatum, vel chari & electi diſcipuli mœrenti magiſtro exhibent. Dormiebāt in vtranque aurem. Magiſter tamen ouium ſuarum curam gerens, viſitat eas poſt orationem. Iam ſignificabatur caſus diſcipulorum & ruina: vtpotè qui vocem magiſtri de vigilando in orationibus haud implebant. Digni quidem correctione, quam & blando, mitique ſermone detulit dominus: ſed Petro ſingulariter, qui magna repromiſerat, quem iure oportebat cum magiſtro ſupra diſcipulos vigilare. Vnde ad illum inquit *Simon dormis?* Non *potuiſti una hora uigilare mecum? Vigilate & orate, ut non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma.* Simon dormis? ac ſi diceret: Et quomodo in carcerem & in mortem ibis tu, qui vel vna hora non potuiſti vigilare mecum? Agnoſce er-

D go te ipſum, quam imbecillis & exilis ſis ex infirmitate carnis, etiam ſi ſpiritus ſit prōptus: ſed timendum tibi eſt & cunctis hominibus ab infirmitate carnis, quam ſequitur generoſus ſpiritus hominis: propter quod nemini ſatis ſit, etiam ſi exploratam promptitudinem ſpiritus rationalis habeat, quòd expeditus ſibi videatur ad quæque dura & difficilia: & occurrendum eſt huic infirmitati carnis noſtræ in orationis antidoto ſuauiſsimo, & in illo curanda: vt velle quod adiacet ſpiritui perficiat, deſeruiente etiam carne & corpore. Hoc medicamentum exhibet Chriſtus ſuis apoſtolis, dicens: Orate, vigilate. Nec ſatis ſit vobis, quòd ſpiritus ſit promptus, cùm aliunde & non longe à vobis immineat periculum graue, nimirùm à carne infirma. Attendant & conſiderent vniuerſi, qui ſe ipſos ſeducunt in vana fiducia prompti ſpiritus, nec carnis ſuæ imbecillitatem & inſidias conſiderant: & ei indulgent in omnibus: in ſomno, in cibo, in potu, in ocio, &c. caro eſt infirma, ô homo, qui tibi ipſi blandiris in aliqua velleitate perficiē di bonū. Vigilate & orate, inquit paſtor bonus, & magiſter ad diſci

pulos

Timor ſanctorū à carne ſua.

Rom. 7.

NOTA *ualde.*

pulos, cum quibus ipſe adhuc corporaliter agebat. Quid tibi faciendum iudicas? qui neque Petrus apoſtolus es, neque Iacobus, neque dilectus Ioannes, neq; Chriſtus tibi, ſicut illis adeſt. Certe perditio noſtra ex nobis eſt, neq; in aliquo Deum, vt minus noſtri curam gerentem, accuſare poſſumus. Omnia noſtræ ſaluti neceſſaria docet & repromittit orantibus & perſeuerãtibus. *Non potuiſti una hora uigilare mecum?* Obſerua quã prolixè orabat Dominus, etiam ſi paucula verba hæc nobis tradant Euangeliſtæ: Non potuiſti vna hora vigilare mecum, dicit. Non citò ſurrexit ab oratione poſt horum verborum prolationem: ſed ſuper faciem ſuam pronus iacebat ante conſpectũ patris omnipotentis. O qualis erat agonia & lucta. *Et abiens orauit eundem ſermonem dicens.* Neq; exauditur. De quo iam dictum erat in Pſalmo: Clamaui per diem, & nõ exaudies, & nocte & non ad inſipientiam mihi. Nemo obiiciat mihi quòd toties orauerim, certiſsimè ſciens nõ exauditurum patrem meum vocem deprecationis meæ: etiam ſi is ego ſim & tantus, quod verè de me dicat propheta: Tu autẽ in ſancto habitas laus Iſrael: quia pater in filio eſt. Nec quia ad te clamauerunt patres illi antiqui, & ſperauerunt in te, & tu exaudiſti eos: propter hoc fœliciores aut me digniores extiterunt. Satis mihi eſt, & vniuerſo orbi, cui in redemptorem occurro, & longè excellentius, quòd tu in ſancto habitas, qui ad te clamat ex affectu appetitus naturalis, & non exaudis vocẽ eius. Aduerſatiua illa coniunctio. AUTEM, hanc Chriſti excellentiam declarat, cùm minor antiquis patribus videretur deſcribi, quos exaudiuit Deus. Sed nihil horum demõſtrat ſanctum tuum minorem, quia iam dictum eſt: Tu autem in ſancto habitas. Neque quia prius poſitum eſt: Tu autem in ſancto habitas, quàm in te ſperauerunt patres noſtri, vim literæ nos indices inferre. O qualis erat agonia & lucta carnis innocentis, & nihil morti debentis, & generoſi ſpiritus Ieſu domini noſtri. Vincit tamẽ amor noſtri, amorem propriũ erga propria vitã, & inquit: Non quod ego volo, ſed quòd tu. Et ex lucta hac & agone in vehementi triſtitia apparuit inuicto ſudor, non quidem vulgaris, vel aliquãdo ab homine expertus. Factus eſt ſudor eius (inquit beatus Lucas) ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram. Quis vnquàm talẽ audiuit? Quis inter omnes mortales talẽ vidit? Sudor eſt ſanguineus, copioſus adeò, quod guttæ ſanguinis impetu certantes decurrebant in terram. Has guttas appellauit non ſemel beatus Irenæus, globos ſanguinis. In hoc cõfortatus eſt ab angelo, vt prolixiùs oret, & omnia quę ventura erant ſuper eum, nuda appareant, & vehementiùs cõcutiant cor ſacrũ & pium, vſque quo factus in agonia ſudet ſanguinem puriſsimũ. Exiſtimo in tertia oratione hoc accidiſſe, cùm beatus Lucas tantùm vnam deſcribat, & in illa enarret nobis gemebundum hoc ſpectaculum. Inſtructis iterum diſcipulis, orat prolixiùs, & viſitatur ab angelo. O rẽ mirabilem, de qua ſæpiùs iam diximus: nullum commercium, nulla communicabilitas erat inter partem ſuperiorem benedictæ animæ Chriſti, & inferiorem, aut è contra. Ita φ neque motus timoris & triſtitiæ pertingebat ad ſuperiorem portionem, neque delectatio ſuperioris de diuina eſſẽtia clarè viſa, mitigabat aut auferebat triſtitiam aut horrorem ſenſualitatis, & ita ſui iuris effecerat magnitudo triſtitiæ cor & animã Chriſti, vt nihil remaneret, non mœſtum non triſte, non gemebundum, non denique horrore & agonia mortis concuſſum. Obſerua ergo quòd poſt aduentum angeli fuit prolixior oratio, fuit & eius agonia, & ſudor ſanguineus. Obſerua ſecundò quòd huiuſmodi confortatio fuit à foris per verba conſolatoria, ſicut docet Dionyſius, nihilque intus intulit Chriſto caloris aut fauoris: ſicut de tentationibus per ſathanam factis, cum beato Gregorio dicebamus, à foris paſſus fuit illas ſaluator, non intùs, vel in phantaſia: ita angelus hic, forſan Gabriel, colloquio exteriori, ſicut nos amicos noſtros ſolemus confortare, confortauit dominum Ieſum Chriſtum. Verè ergo dictum eſt & completur hodie: Minuiſti eum paulò minus ab angelis. Obſerua ſecundò, quòd iam cum beato Hieronymo dici non poteſt, non eſſe omninò certam hanc apparitionem angeli: cùm neceſſe ſit poſt canonizationem æditionis vulgatæ docere, & prædicare, & diſputare cum textu Lucæ: & vniuerſæ quidem eccleſiæ illam legunt. Obſerua quartò, quòd quamuis naturaliter accidere poſsit ſudor ſanguineus & vt teſtatur Ariſtoteles aliquando accidit, hoc tamen ex indigeſto ſanguine & minus nobili complexione euenire potuit:

Margin notes: *Oratio chriſti quã prolixa.* — Pſal. 21. — *Chriſti Amor erga nos uicit amorẽ ſuũ proprium.* — Cap. 22. — *Sudor ſanguineus in Chriſto copioſus. Ireneæ. lib. 3. aduerſus hereſes. cap. 3 2.* — *Triſtitia Chriſti ad huc deſcribitur.* — *cõfortatio angeli ad Chriſtum qualis.* — *Dionyſi. c. 4. celeſtis hierarchia fo. 36. col. 4. c.* — Pſalm. 8. — *2. lib. dialogorũ cõtra Pelagian.*

quod in Chriſto locum non habet, quia op
timę erat complexionis: ſed deficiēte aquo-
ſitate ſanguinis, quæ eſt materia ſudoris,
emiſit ſanguinem copioſum: O magnū por-
tentum: O inauditum miraculū. Vnde ver
bo meo in re hac erit exordium? Vnde co-
gitationes inſtituemus? Adſint angeli admi
rantes & trementes in magno hoc ſpectacu-
lo: Illi inquàm angeli, qui canebant ſub or-
Luce. 2. tu eius, gloria in altiſsimis Deo. Illi inquàm
Matt. 4. angeli, qui in deſerto miniſtrabant huic do
mino. Adſit & pia mater & intacta virgo
Maria, ex qua ſanguis iſte deſumptus eſt,
quia non inuenit vel à chariſsimis diſcipu-
lis dominus Ieſus conſortium & vigiliam.
Pſal. 21. Et iam iam vt vermis, & non homo iacet ſu
per faciem ſuā in terra, & factus vt homo ſi
ne adiutorio ab hominibus, & à Deo patre,
agonizat in certamine mirificè ſuæ infirmæ
carnis cum ratione, Vtraque relicta eſt age
re ſecundùm ſuam naturam. Vnde vehemē
ter angitur, fortiter luctat, inenarrabiliter
vincitur, & horribiliter cōanguſtatur, & ſu-
dat ſanguinem precioſum. Erant ſenſus in
Chriſto viuaciſsimi: apprehendebat omnia
mala ſibi imminentia vnico intuitu: & diſci
pulorum ruinam, & Iudæ traditoris in pœ-
nitentiam, & ſui populi quondam dilecti
obcæcationem, & matris ſanctiſsimæ ine-
narrabiles dolores: ex quibus omnibus (heu
& ex noſtra ingratitudine) factus eſt in ago
nia, & in vehementiori, quàm dici poteſt
dolore, vnde nouo miraculo terram piiſsi-
mo cruore profudit. O mundi lauacrum. O
noſtræ terræ maledictæ benedictionem, &
germen gratiæ & gloriæ. O palatum animę
meæ, vbi nunc eſt? Vbi & guttur cordis
mei? Vbi & lingua quæ vt canis lābat cruo
rem piiſsimum, ſumma charitate profuſum?
Iurè propheta dicebat: Multo labore ſuda-
Ezech. 24 tum eſt. Qualis & quantus eſt hic labor, in
quo ſanguinis ſudor copioſus valde inueni-
tur? Magnus, & vix habet finem & nume-
rum. Sed ingratus homo nil horum magni
facit: imò deſpicit: imò contemnit. Propter
Ezech 24 quod propheta inquit: Et non exiit de ea
Eſaie. nimia rubigo eius. Hæu qualis eſt febris no
ſtri cordis ſynechos, id eſt, continua, quæ
vel hoc ſudore non purgatur & extingui-
tur? Qualis eſt plaga tumens mentis noſtræ
rebellis, quæ vel hoc malagmate non cura-
tur? Meritò in propheta ſequitur: Immun-
ditia tua execrabilis, quia mundare te vo-
lui, & non es mundata à ſordibus tuis, ſed

C neque mundaberis prius, donec quieſcere
faciam indignationem meam à te. *Decurren
tis in terram.* In hoc participio *decurrentis* de Sudoris co
monſtratur abundantia ſudoris, ſed & ori- pioſitas.
go, vnde ortum habuit, nimirum vehemēs
anguſtia pii cordis Ieſu. Iam terra quæ ſpi-
nas & tribulos ex antiqua maledictione ger
minabat, roſas vernantes, & candida lilia
producit in cordibus fidelium. Iam demō- Gen. 3.
ſtrantur martyrum labores & ærumnę, qui
dicere debent cum duce ſuo, & dominatore
cæli & terræ Ieſu Chriſto filio Dei: Fiat vo Sanguinei
luntas tua. In ſanguine iſto labia ſpōſæ fiūt ſudoris mi
ſicut vitta coccinea, & genæ eius velut fra- rabiles effe
gmen mali punici. In ſanguine iſto mūdat ctus.
ſponſus faciem ſponſæ, & ſibi ipſi exhibet Cantico. 4
eam, non habentem maculam, neque rugā, Epheſ. 5.
aut aliquid huiuſmodi. In ſanguine iſto ac-
cenditur generoſus elephas, & animatur
ad bellum. Et quid dicam? In ſanguine iſto
ſuper niuem dealbantur omnes animæ iu-
ſtæ, & ſtollæ earum. Super niuem dealba- Apoc. 7.
bor, inquit propheta. In ſanguine iſto mar- Pſal. 50.
tyrum mentes dealbantur, ſicut docet ſacra
lectio Apocalypſis. Vbi ſatis iucundū ple-
D numque rore cæleſtis dulcedinis verbum le
gitur. Hi ſunt qui venerunt ex magna tribu
latione, & lauerunt ſtolas ſuas, & dealbaue- Meritū la
runt eas in ſanguine agni. Expende pru- borum ſan
dens lector vim verbi. De ſacris confeſſori- ctorum un
bus, qui certamen difficile pro confeſsione de princi-
nominis Chriſti, vſque ad ſanguinis effuſio paliter e-
nem ſuſtinuerunt, dicitur: In ſanguine agni manat.
dealbauerunt ſtolas ſuas, Nihil prodeſt mar
tyri agon & mors propria ſine ſanguinis
Chriſti merito: non ergo glorietur Petrus,
aut Paulus, alter in cruce, alter ſub gladio, ni
ſi quia ſanguis Chriſti decorauit martyriū
eorum principaliter. *Et venit tertiò, & ait il-
lis: Dormite iam & requieſcite; ſufficit.* Exiſti-
mo quòd lauerit faciem ſuam ſaluator mitiſ
ſimus, ne ſanguinolentus appareret co-
ram diſcipulis ſuis, & coram multitudine
quæ iam appropinquabat ad capiendum
eum. Et generoſo animo aggrediens arduū
opus redemptionis noſtræ in morte ſua, vi-
ribus immobilis ſicut petra, venit ad diſci-
pulos, & ait illis: Dormite iam. Forſan iro-
nya eſt, niſi dicere velis, quòd permittit eis
ſomnum ad tollendam grauedinem, & mœ
ſtitiam quam patiebantur. Nota, quia cùm
inquit: IAM, diffinitam ſententiam ſuæ
mortis demonſtrat: neque ab eis, neque à pa
tre ex tunc quærendum aut expectandum
auxi-

auxilium in tantis laboribus & calamitati- A
bus. Hoc mihi videtur ſignificare cum per-
mittit ſomnũ, quibus dicebat: Vigilate me-
cum, cum inquit: *Iam*: quaſi dicat: Iam humi
lis hæc mea humanitas, & imbecillis caro,
ſubdita facta eſt vſque ad mortẽ crucis: neq;
amplius aut à vobis, aut à patre meo requi-
ram ſolatium, vel adiutorium: ſic illi placet:
Pſalm 37. & ecce ego in flagella paratus ſum. Et poſt-
quam dormierunt puſillum, cùm traditor
appropinquaſſet, inquit: Sufficit. Surgite.
*Venit hora, ecce filius hominis tradetur in manus
peccatorũ. Surgite eamus, ecce qui me tradet, pro
pe eſt.* Hæc nõ dixit ſaluator ſimul cum ver-
bis illis, dormite iam, ſed interuallo facto,
cùm Iudas appropinquabat, excitans eos di
Hora chri xit: ſufficit. Et rationem ſubdens: inquit: Ve
ſti qualis. nit hora ab æterno prædeſtinata, & electa,
quæ vniuerſum illuminabit & glorificabit
mundum, ſuper ipſumq; gloria domini ex-
Eſaie.c.6. pandetur, & domus Iſrael replebitur fumo.
Non eſt hora habens fati aut coactionis ra-
tionem, aut vim inferens Chriſto: imòècon
tra ab ipſo electa & ordinata: quod ſtatim
cõprobatur, cum obuiam iniit traditori, &
ipſum, & vniuerſam, quam adducebat multi
tudinem in verbo maieſtatis & tremendæ
gloriæ proſtrauit ſuper terram. Cùm ergo B
inquit: Venit hora, & ſuam & inimicorum
intelligit: ſicut ipſis loquutus eſt: Hæc eſt ho
ra veſtra & poteſtas tenebrarum. De qua di
Cap.13. xit Ioãnes: Sciẽs Ieſus quia venit hora eius.
Vbi attẽde quàm diuerſa ſint, quæ Deus &
Iudæi in eadem hora perfecerunt. Iſti qui-
dem maximũ ſcelus, ille verò ſummũ opus
redemptionis humanæ. Suam ergo horam
appellat, in qua nobis confert vitam & re-
gnum: quando & peccatores impij concep-
tum animi furorem in mille martyrijs con-
tra Ieſum expleuerũt. Præter hoc quod om
ne impiorum tẽpus ad malum, quaſi horæ
Gaudiũ et vnius ſpatium iudicari debet. Fugit eorum
licentia im ſpes velut vmbra, & gaudium eorum ad in-
piorum ho ſtar puncti: & ſequitur eos dolorum diutur-
ræ unius. nitas, & malorum omnium abundantia, ve-
lut Oceanus, qui exinaniri non poteſt. Ecõ
tra vero iuſtis omne anguſtiarum tẽpus bre
uiſſimũ eſt & leue hoc & momẽtaneum ge
2. Cor. 4. mituũ ſuorum, æternum gloriæ põdus ope
ratur in illis: quibus opus eſt apoſtolorũ cõ
ſilium. Non contemplantibus nobis quæ
videntur, ſed quæ non videntur. Quæ enim
videntur & à iuſtis, & ab iniquis tempora-
lia ſunt: quæ autem non videntur æterna:

tum gloria iuſtorum, tum mala reproborũ.
Et dominus hanc doctrinam vbique Inge- *Reſurre-*
rebat cordibus apoſtolorum: Poſtquam *ctionis &*
autem reſurrexero, præcedã uos in Galileã: *finis labo-*
Vbiq; ſermonem reſurrectionis glorioſæ, *rum cõſide*
cum ſupplicio mortis coniũgens. Ea quæ de *ratio uires*
me ſunt finẽ habẽt. Verũtamẽ væ homini *virtuti ad*
illi, &c. Finem habent, ſcilecet priores paſ- *miniſtrat.*
ſiones, nullum tñ poſteriores glorię, neq; ter *Lucæ. 22.*
minũ. *Ecce filius hominis tradetur in manus pec* *Eſai. 53.*
catorum. Oblatus eſt quia ipſe voluit. Et Da *Pſalm.*
uid inquit in nomine Chriſti: Voluntariè *Ioann. 10.*
ſacrificabo tibi. Denique ipſe dominus: Ne *Paßio chri*
mo tollit animam meam à me, ſed ego à me *ſti quomo-*
ipſo pono animam meã. Cum igitur inquit: *do conſide-*
Tradetur, hanc liberam voluntatem intelli- *randa.*
ge: non vel à Patre, vel à Iuda illatam violẽ NOTA
tiam. Vbi Paulus hanc doctrinam docet. In *ualde.*
fide viuo filij Dei, qui dilexit me, & tradidit *Galat. 2.*
ſemetipſum pro me. Et myſterium præcla-
rum & ſummum quod pro ipſo profitetur
exhibitum, ad gratiarum actionem, & augẽ
dam dilẽctionem pro omnibus ſub eiſdem
verbis teſtatur completum. Eſtote imitato- *Epheſ. 5.*
res Dei ſicut filij chariſſimi, & ambulate in
dilectione, ſicut & Chriſtus dilexit nos, &
tradidit ſemetipſum pro nobis. Et certè quã
tum ex dogmate iſto voluntariæ paſſionis
Ieſu Chriſti domini noſtri glorificatur fi-
des noſtra, tantum & nutritur & exardeſcit
ignis charitatis in corde pio, & religioſo af-
fectu, quòd voluntariè Chriſtus Dei filius
in mortem deſcẽdit. Huc tibi ſemper recur
rendum eſt in Chriſti traditione & morte-
vt fidelis exiſtas & deuotus inueniaris: & in
oleo iſto lampas fidei venienti ſponſo ad iu
dicium, ardens conſeruabitur. *Tradetur in ma
nus peccatorum* ad votum eorũ: vt ab eis quic
quid malorum & iniuriarum vſq; ad patibu
lum crucis, humiliter & patiẽter ſubſtineat. *Arca à phi*
Traditurus dominus arcam teſtamenti ſub *liſteis cap-*
Heli ſummo ſacerdote in manus Philiſtim, *ta figura do*
& prædicens ſpectaculum iſtud inauditum *mini.*
& grande, dixit puero Samueli: Ecce ego fa *1. Reg. 3.*
ciam verbum in Iſrael, quod quicunq; au-
dierit, tinniẽt ambæ aures eius. Sed & Heli
cùm audiſſet quòd arca Dei capta fuiſſet,
cecidit de ſella retrorſum iuxta oſtiũ, & fra-
ctis ceruicibus mortuus eſt. Erat enim cor
eius pauẽs pro arca Dei. Quid eſt tinniẽt am
bæ aures eius? Quaſi quæ ſonitum vehemẽ-
tem campanæ de proximo audierint, & at-
tonitæ fiunt conſeruantes per longum tem
poris ſpatium ſonitum acutum & claſsicũ.

Extaſis et ſtupor in cōſideratione paßiōis Christi.
1. Reg. 5.

Excellens enim ſenſibile corrumpit ſen- C ſum. Et certè nihil indecorū à Philiſteis cōtra arcam domini actum eſt. Imò iuxta Dagon Deum ſuum ſtatuerūt eam. Qualis obſecro ſtupor religioſæ menti accidit, qualis & extaſis? quomodo tinniūt aures mentis in verbo hoc. Tradetur in manus peccatorū? O grande opus? O angelorum & hominū ſtupor & miraculum. In manus peccatorū crudelium, agnus innocens & mitis traditur ad votum luporum ouis manſueta dimittitur. In vtroque nimirum Chriſtus declaratus eſt à propheta Eſaia. Qui non ſupe altari, vt olim arca teſtamenti, ſed ſub alapis & collaphis & ſputis & flagellis multis, repoſitus fuit. Cuius aures audiunt verbum hoc, & non tinniūt præ ſtupore & admiratione, ſed & in diuinæ iuſtitiæ agnitione, Quòd ſi cor Heli ſummi ſacerdotis pauens erat pro arca dñi, quale erat (dic mihi anima mea) piū cor virginis pro filio in hac hora? Qualis fuit dolor, quam accutus fuit gladius, qui ſacrā animam confodit, cùm ei dictum fuit, quòd captus eſſet filius chariſsimus à Philiſteis, & traditus in manus peccatorum? Ne deficiat anima mea de auribus tuis ſonitus iſte: tinniant aures tuæ in voce hac, filius hominis tradetur in manus peccatorum: vt diſcas timorem domini, qui proprio filio nō peper- D cit, ſed tradidit illū propter delicta noſtra, & percuſsit propter ſcelus populi ſui. Tinnitus hic non deficiat de aure cordis tui & cum Heli morleris, id eſt, pre timore domini mortificabis cor tuum & corpus? qui timor nullibi efficacius inuenitur, quā in cruce Saluatoris: De quo Apoſtolus: Omnes peccauerunt & egent gloria, &c. quem poſuit Deus propitiatorem in ſanguine ipſius, ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ. Diſces in voce illa. Tradetur in manus peccatorum, patientiam in perſecutione & contraditione malorum. De quo ſit ſatis. *Surgite eamus: ecce qui me tradet prope eſt.* Quò tibi in hac hora eundum eſt domine mi? Nunquid in latibulum & refugium? Nunquid in vnam refugij ciuitatum, quas lex decernit promiſeris hominibus? Non certè. Retrorſum nō abij. Sed obuiam eamus vt generoſi & conſtantes: vt intrepidi, & alacres: qui citò aduerſus ſathanā & diabolum pro humano genere reportabo triumphum & coronam. Hoc teſtatur beatus Ioannes: Ieſus itaque ſciens omnia quæ ventura erāt ſuper eum: proceſsit & dixit eis: Quem quæritis? Vide magnanimitatem. Vide animi generoſi conſtantiam immobilem: Vide & conſidera diuinā auctoritatem in Chriſto, cum tradebatur in manus peccatorum. Proceſsit, & venit obuiam traditori & vniuerſæ cohorti & mille viris armatis, qui cum facibus & armis & fuſtib⁹ venerant ad capiendum eum. Et illis omnibus obuiam iuit, & proceſsit antequam accederent, hoc eſt obuiam alteri ire. *Surgite eamus*, nō hinc, ſed obuiam eis procedamus: ne nos quaſi timentes inueniant, aut latitantes præ timore. Vltro procedamus ad vincula & carceres, vt confidentiam videāt, & animi immobilitatem patientis. Vidiſti trepidantem & præ mæſtitia quaſi exhauſtum vultum eius: in quibus ſignis veram naturā carnis infirmæ cōprobaſti: intuere iam quā intrepide obuiam venit inimicis, & interrogat, quem quærant: nec ſemel, ſed iterū atq; iterum: vt in multis argumentis comprobet nullo modo ſe teneri inuitum: Sed quòd certe dominum vniuerſorum nō arma ſed myſteria tenuerunt. *Surgite eamus.* Vbique magiſtrū agit: etiam tacens docet quidem nos debere obuiam ire diuinæ voluntati, & obſeruantiſsimos illius eſſe. Docet fugere huius mūdi honores, & cum exultatione crucē ſuſcipere & mortificationem. Fugit nanque D ipſe, cum vellent viri non pauci ſibi eum regem præficere. *Et adhuc eo loquente uenit Iudas Iſcariotes, unus de duodecim, & cum eo turba multa, cum gladijs & lignis à ſummis Sacerdotibus & Scribis.* Cum hæc loqueretur Saluator, ecce Iudas vnus de duodecim in quo magnitudo ſceleris eius comprobatur, quippe cum inter duodecim eſſet electus, & aſſumptus vſq; ad picem & faſtigium apoſtolatus, & ad familiare & indiuiduum domini conſortiū, pre auaritia, factus eſt latro, traditor, & dux eorum qui comprehenderunt Ieſum. Vbi quidem ad timorem magnum nos vocat ſcriptura, & in admirationem diuinorum iudiciorum. Latro confitetur in cruce, dum Iudas factus eſt traditor: & ſui ipſius occiſor: & cum Petrus negat in domo Pontificis, latro clarificat filium Dei crucifixū. Vere timēdum nobis eſt, & nihil de noſtra virtute præſumendum, ſed in omnibus & vbique cum Propheta dicamus. Deus refugium noſtrum & virtus, adiutor in tribulationibus quæ inuenerūt, &c. Et cum Apoſtolo: Sufficiētia noſtra ex Deo eſt. Omnia poſſum in eo qui me confortat. Non ego laboraui ſed gratia Dei mecum. Ille quidem qui ele

Cap. 53.
Mariæ uirginis dolor in captiōe Chriſti.
Timor dñi uena.
Rom. 8.
Eſaie. 53.
Roman. 3.
Eſaie. 50.
Cap. 18.
Chriſti magnanimitas in paſſione.
Ioan. 6.
Iudas et latro in cruce.
Lucæ. 23.
Timor in uirtute.
Pſalm. 45
2. Cor. 3.
Philip. 4.

qui electus eſt inter duodecim, vt eſſet cum Chriſto, menſæ familiaris & lateralis, qui in multis argumentis & ſignis & mirifica Euangelij regni Dei prędicatione diſcere poterat, quo amore proſequendus erat Ieſus, & quãto dignus honore, propter eximiam ad ipſum & ad omnes beniuolentiã, quod præſens oſculum teſtatur, quaſi ex conſuetudine veniens, non nouum nũc hic inquam Iudas aſſumptis à ſummis Pontificibus miniſtris cum gladijs & fuſtibus, & facibus, acceptaq; integra cohorte, præcedit, vt dux & explorator ad demonſtrandum vbi, & quis erat Ieſus Nazarenus. O quàm incomprehẽſibilia ſunt iudicia tua. Iudicium tuũ abyſſus multa. Sta ergò in timore domini, etiãſi cæli celſitudinem manu attigeris præ virtutum ſplendore & magnitudine ſanctitatis.

Roma. 11. *Pſalm. 35.*

Similitudo

Multæ & prædiuites naues firmiſsimæque carinæ emenſo vniuerſo Oceano, quæ calcarunt Cyllam & Caribdim, ſalutantes iam portum perierunt in gaudio ſuo. Vtrunq; brachium ſæculare ſcilicet & Eccleſiaſticum adducit, ad terrorem amicorũ Ieſu, ne quiſquam audeat captionem & carcerem impedire. Faces ardentes & laternas vt quęratur, ſi forſan coluerit latebram. Derideri digni ſunt qui laternis & facibus aduerſus Ieſum veniunt.

Iudæorum vanitas in diligentijs capiendi Ieſu.

B

Timebant, ne forſan, vt in tenebris fieri ſolet, aut in foueam caderent, aut pedes lapidibus offenderent: nec videbant ſe in lapidem illidere, de quo à Deo patre dicitur. Ecce pono in Syon lapidem offenſionis, & petram ſcandali. Et paruam foueam formidantes, dilapſi ſunt in profundum abyſſi: & illius noctis tenebras facibus depellentes, de noctis perpetuæ caligine nihil curãt.

Eſaie. 25.

Peccatorũ ſtultia ſalutem deſpicientium.

Quibus certè oẽs peccatores ſimiles ſũt, qui peruigiles, ea quæ corpori nocere poſsũt, præueniũt, dum animã in profundum lacci præcipitant. Signũ dat Iudas, ne contingat in altero, & maximè in Iacobo, errare, & ſaluus fiat dominus Ieſus. Deniq; ducere cautè admonet, ne fugiat, aut, vt magus, inuiſibilis fiat inter manus & vincula.

Iudas infidelis.

Eadem nãq; infidelitate qua magiſtrum tradidit, putabat ſigna, quæ in Saluatore videbat, non maieſtate diuina, ſed magicis artibus facta. Timebatq; ne aliqua transformatione laberetur è manib⁹ miniſtrorũ. Vnde vniuerſa hæc verſutia & tot cantellæ in Iuda? Nunquid tãta vel ab ipſo quæſiuere ſummi ſacerdotes & Scribę, vel ipſe infœlix ſpopondit? Nõ certè. Sed hoc vnum fixum ma-

A

nebat cordi ei⁹, vt de medio tolleretur Chriſtus: ne ſi euaſiſſet, eum impij criminis argueret. Hoc tantũ curabat, quomodo Chriſto ſublato ſine dedeçore viueret: nondum ſentiens conſcientiæ aculeum. Et velut Iudæi Chriſtum perſequebatur, & immanius, quia dominus & illis & ipſi factus fuerat in traductorem cogitationum ſuarum.

NOTA valde Iudas ſicut Iudæi perſequebatur Chriſtũ.

Sed vniuerſa illa ſolicitudo, apparatuſq; armorum violentus, Dei gloriæ iam ſeruitura, ab ipſo, quanuis neſciente, adducũtur. Et quomodo (inquis) hæc omnia Chriſto deſeruiebant? Amplius multò quàm ſi in magna vrbanitate, vel à quinquagenario duce traheretur ad carcerem. Ianixa eſt poteſtas diuina Chriſti in duobus. Primò in proſtratione tantæ multitudinis armatæ in mitiſsima voce, Ego ſum. Secundò in imperio ſuæ maieſtatis & omnipotentiæ, cùm imperauit, ne tangerẽt aliquem ex diſcipulis ſuis. Vtrũq; nobis tradidit ſacer Ioannes: Proceſsit & dixit eis. Quem quæritis? Reſponderunt ei: Ieſum Nazarenum. Dicit ei Ieſus, Ego ſum. *Vt ergo dixit eis ego ſum, abierunt retrorſum, & ceciderunt in terram.*

Cap. 8.

Res mirabilis: per aliquot paſſus abierunt retrorſum, qui iam appropinquauerant: nec tantùm retrorſum abierunt, ſed & ceciderũt in terram, in verbo mitiſsimo, ego ſum.

Chriſti poteſtas in ſua captione.

C

Hinc re ipſa diſcimus, nihil vel ad vnum verbum Dei, & illud quidem iucundiſsimè dictum, creaturam efficere poſſe. Quomodo igitur minas feret, vt in Pſalmo dicitur? Tu terribilis es, & quis reſiſtet tibi? ſignum autem futuri gentis Iudaicæ caſus, is miniſtrorum caſus eſt. Vnde Hieremias quoq; Iudæos deflens dicit: Cecidit domus Iſrael, nõ eſt qui excitabit eam.

Pſal. 75.

Thren. 1.

Imago etiã caſus ille fuit omnium qui Chriſto aduerſantur, quibus omninò terribilis caſus imminet. Nihil ergo arma & gladius poſſeſſoribus ſuis contulerunt adiutorij. Non eſt potentia contra dominum, nec contra ſummæ maieſtatis verbum: ſenſit illicò fœnum carnis humanę omnipotẽtiam verbi, Ego ſum: vnde nec aſtare coram domino valuit, nec ſtare ſuper pedes ſuos.

Omnipotẽtia verbi, Ego ſum.

Inuaſit illicò timor horribilis eos, quos dudum timuerat in oratione poſitus, & proſtrati ſolo iacuere exanimes, & armatam cohortẽ vox vna terruit, & latens in humanitate omnipotentia corã diſcipulis pauidum & coram militibus terribilem exhibebat. Sed vt fieret voluntas Patris, & ſacrificium carnis à timore & triſtitia inchoaret, ſuberant victimæ deſolatorij carbo-

carbones, quos obedientiæ liquefactus a-
deps extinxit,& cũ impellitur à militibus,
non fugit,ſed vltrò ſe in manus illorum tra-
4. Reg. 1. dit. Magnificatus eſt Elias cùm miſſo duce
quinquagenario vno & altero ab Ochozia
rege Samariæ, cuius mortem prædixerat,
magnificatus inquam eſt, cùm in voce oris
eius ignis deſcendit de cælo, & deuorauit
3. Reg. 13 eos. Sed & ille homo Dei, qui acceſsit ad
Ieroboam ex mandato domini, vt magni
criminis idolatriæ eum argueret: quo audi-
to à rege, & extendẽte manum ad deman-
dandam Prophetæ captionem, ſtatim exa-
ruit, & orante Propheta reſtituta illi fuit.
Lõgè ſublimiꝰ magnificatus eſt dñs meꝰ Ie-
ſus in verbo, Ego ſum: cuius fortitudo per-
cuſsit armatam cohortem,& abiẽtes retror
ſum ceciderunt in terram. Fugere tunc po-
terat dominus, vel manibus diſcipulorum
eos ingulare: Sed nihil horum fecit,ſed cùm
conceſsit halitum & firmitatem vt ſuper ar
ticulos tibiarum ſuarum ſtarent, imperat &
Cyrillus inquit: ſinite hos abire. Vnum enim mori
Lib. 13. c. oportuit, ſufficientem pro vita omnium re-
34. lege in demptionem: vt & viuorum & mortuorũ
fine cõſide- imperium acciperet. Ne quis illud ridiculũ,
ratione de verum eſſe putaret, Apoſtolorum mortem
cenſu chri- ad deſtructionem interitus aliquid contu-
ſti ad infe- liſſe: Cum liberatis ab interitu iure Apoſto
ros. li annumerantur. Semouit igitur à periculo
illo diſcipulos: nõ ignorans ad ſe ſolũ certa-
men illud & opus pertinere. Regnãtis enim
& nõ ſeruientis naturæ opus eſt. Docet etiã
paſtores curam indefeſſam pro ouibus. Sic
beatus Cyrillus ſuper Ioannem: *Dederat au-
tem traditor ſignum eis dicens: Quemcunque oſ-
culatus fuero, ipſe eſt tenete eum, & ducite cau
tè. Et cum veniſſet, ſtatim accedens ad eum, ait:*
Chriſti mã *Rabbi, & oſculatus eſt eum.* Vide agni man-
ſuetudo cũ ſuetudinem, vide boni paſtoris erga ouem
Iuda. perditam affectum. Non denegat oſculum:
non auertit faciem, non aſpernatur tradito-
rem: ſed blandè eum alloquitur. Iuda oſcu-
lo filium hominis tradis? Magna diuinæ ſi-
gnificatio poteſtatis, magna quidem diſci-
plina virtutis. Et conſilium proditoris apé-
ritur,& adhuc patientia non negatur. Oſten
diſti domine quem proderet, & quòd verè
proditor eſſet, non amicus: ſicut oſculum te-
ſtabatur. Per interrogationem legẽdum eſt:
Tradis? hoc eſt amoris pignore vulnus in-
fligis, & charitatis officio ſanguinẽ fundis:
3. Reg. 20 & pacis inſtrumẽto mortẽ irrogas? Et Ioab
interfecturus Amaſan oſculatus eſt eũ. Caue

C ergone in Symbolo fœderis & pacis prodi
tor domini in ſacra menſa ſis, vel proximi
tui. Hic Iudas proditor laqueo ſe ſuſpendit, Acto. 1.
& crepuit mediꝰ & diffuſſa ſunt omnia viſ-
cera eius. Et Ioab ex mãdato Dauid à Salo 3. Reg. 2.
mone interfectus eſt. Obſerua qualis erga
diſcipulum hunc fuerit magiſter. Vſque
ad hanc horam non ceſſat à doctrina eius &
correctione,& bonas indulgentiæ ſpes cor-
di eius infundit in verbo, Amice: Ac ſi dice-
ret: Vſque huc in malitia cordis tui multa
à te deuentum eſt, vt magiſtri traditor fie-
res & dux peccatorũ: nec nunc certè te abij-
cio à miſericordia mea: ſi reſipiſcere velis.
Nõ aſpernor pœnitẽtiã etiã in illo articulo Pœnitẽtia
temporis, cum iam anima feſtinat ad exitũ, vera nun-
& egrediẽs ad labia ſpirãtis emerſerit. Neq; quam ſera.
ſerum eſt quod verum, neque irremiſsibile
quod voluntarium: neq; quantitas criminis,
neque breuitas temporis, neque horæ extre
mitas, nec vitæ enormitas, ſi vera contritio,
ſi pura fuerit voluptatum mutatio, excludit
à venia, ſed in amplitudine ſinus ſui mater
charitas prodigos ſuſcipit reuertentes,& ve
lit nolit Nouatianus hæreticus, omni tem-
pore Dei gratia recipit pœnitentes. Quod Nouatia-
optimè in verbo ad Iudam comprobat Sal- nus hereti
D uator, Amice ad quid veniſti? Spem veniæ cus.
inſerens in verbo Amice: & eum ab officio
oſculi amicum appellat. *At illi manus inie-
cerant in Ieſum & tenuerunt eum.* Quando in-
iecerunt manus in Ieſum? Quando ſui copiã Ioan. 18.
fecit illis,& dixit: Si ergo me quæritis, ſini
te hos abire. Nõ præcipit vt ipſum capiant.
Sed ſicut Iudæ dixit: Quod facis, fac citiùs,
ita his inquit: ſi me quæritis, ſinite hos abire.
Ecce ego ſum: præſto ſum etiã pro veſtra ſa
lute mori. Tũc manus iniecerũt in eũ. Quid
eſt iniecerunt? Ligauerunt quidem eum. Di
xerat Iudas: Ducite cautè. Propter hoc ver Ioan. 18.
bum ligant collum eius & manus, ſicut & la Ligatio
tro ligari ſolet, ne litori ad carcerẽ eum tra- Chriſti in
hentiaut vim inferat, aut fugiat ad aſylum. ſua captio-
In hunc modum ita inurbane & viliter tra- ne quàm in
ctatur dominus Ieſus ab vniuerſa illa multi- honorabi-
tudine,ſed & ita durè cum illo agitur: fortiſ- lis.
ſime manibus poſt ergum reuinctis, & fune
ad collum miſſo comprehẽditur & tenetur.
Vincula domino vniuerſorum immituntur,
qui vniuerſa peccatorum venit abſoluere.
De quibus ꝓpheta Hieremias: Spiritus oris Thre. 4.
noſtri Chriſtus dominus, captus eſt in pec-
catis noſtris: cui diximus: in vmbra eius vi-
uemus in gentibus. Qualis eſt hæc vmbra,

vel

vel quæ obſecro eſt? In exordio operis huius diximus de vmbra hac, & nunc aliquid ſupereſt dicendum In vmbra Chriſti qui

Chriſti vmbra paßio eius.

in peccatis noſtris captus eſt, viuemus. Vmbra Chriſti paſsio eius benedicta fuit mors eius & crux. Hic no apparet vultus eius reſplēdens ſicut ſol: ſed abſconditus eſt vultus

Eſai. 53.

eius ſpecioſiſsimus ſub tumoribus alaparū & ſub ſpurticia ſputorū, adeo quod verum fuit quod deſcriptū eſt. Non eſt ei ſpecies neq; decor

1. Cor. 6. *1. Petri. 1*

In vmbra hac viuimus: empti precio magno: nō corruptibilibus auro & argento, ſed agni immaculati ſanguine mundo, non ſolum in Iudæis, quia reliquiæ tantum ſaluæ factæ ſunt, ſed quàm maximè in gentibus. Propter hoc ſponſa in canticis dicebat: ſub vmbra illius quem deſiderabam ſedi & fructus eius dulcis gutturi meo. Vnde Ambroſius:

Sup Pſal. 36. tom. 4. fol. 492.

in vmbra eius viuemus. Vmbra alarum, vmbra crucis, vmbra eſt paſsionis. Ipſius mors vita eſt, ipſius vulnus, vita eſt, ipſius ſanguis, vita eſt: ipſius ſepultura, vita eſt: ipſius reſurrectio, vita eſt vniuerſorum. Mors itaq; eius, vitæ fructus eſt. Quod factū eſt in ipſo, vita eſt. Caro facta eſt in ipſo, vita eſt: Infan

Ioan. 1.

tia facta eſt in ipſo, vita eſt: Iudicium factū eſt in ipſo, vita eſt, &c. Lege auctorem. In

B

peccatis igitur noſtris captus eſt Chriſtus,

1. Petri. 2 *Pſalm. 68*

non in ſuis. Non eſt inuentus dolus in ore eius. Vnde verè apud Prophetā dicit: Quæ non rapui, tunc exoluebam. Duriſsimè quidem actum eſt cum ipſo in primo hoc impetu. Vnuſquiſq; ſeipſum vindicat, quaſi de illata iniuria caſus ſui in terram. Circundederunt ſicut apes Chriſtum, & aculeis in ira duriſsima vulnerauerunt eum, etiamſi ſcirent iam ampliùs non mellificaturos. De quo in

Pſalm. 21.

Pſalmo: Circundederunt me ſicut apes, quorum ira ardens & vulnus gemitum & dolorem inducit: & exarſerunt ſicut ignis in ſpinis. Propriè igni accendenti ſpinas ira nebulonum illorum aſsimilatur a Propheta. Quid aliud ignis in ſpinis quàm impetum & conflagrationem habet? Spinæ tuę domine Ieſu peccata noſtra ſunt, in quib9 captus es. Taceo quòd ibi aderant aliqui ex principibus ſacerdotum, ſicut teſtatur beatus Lu-

Cap. 22.

cas, in quorum obſequium & gratiam miniſtri & ſerui eorum contumelijs & percuſſionibus affecerunt agnum mitiſsimū. De

Pſalm. 21 *Iudic. 6.*

quibus in Pſalmo. Tauri pingues obſederūt me. Quale gaudium factum eſt inter Philiſtæos, cùm fortiſsimus virorum Sanſon ab eis captus eſt? Quæ ludibria & cōuitia in eū

A

conieccère? Molere fecerunt eum. Defecerat virtus eius & fortitudo, ſed & cùm abſcō

Sanſon captus & irriſus ſic dominus Ieſus.

dita eſt fortitudo Ieſu: & plus ſolito factus in vmbra, tunc captus ab Iudæis, in deriſum habitus eſt, ſed & multis cæſus alapis & pugnis & fuſtibus. *Vnus autem de circunſtantibus educens gladium percuſsit ſeruum ſummi ſacerdotis, & amputauit illi auriculam.* Hic eſt beatiſ-

Petrus alter Phinees.

ſimus Petrus, qui, vt alter Phinees legis zelo percitus fornicarios illos confodit, & interfecit: propter quod & ſacerdotij magni

Nume. 25.

inuenit dignitatem, quia ſacerdotalis honor pietati debetur, vt propria merces, & reputatū eſt ei ad iuſtitiam. Lege Philonē lib. 1. de Monarchia in fine. Sic ardētiſsimus in amore Chriſti Petrus vnus ipſe in tantam armatorum virorum multitudinem ſurrexit pro innocentis Ieſu vindicandis iniurijs, & deſiderans liberare eum de manibus inimicorū; ſicut Rubem beatum Ioſephum. Non fuit

Geneſ. 37.

contra legem cōmotus, pro legiſlatore educens gladium. Sed non expectauit à domino reſponſum, cui dixerant: Domine ſi percutimus in gladio? Vide quanto periculo ſe expoſuit Petrus pro Chriſto: nō timuit vniuerſam cohortem, non ſummos ſacerdotes & ſeruos eorum, neque propriæ conſuluit ſaluti, nec fecit animam ſuam precioſiorem quàm Chriſtum dominum. Nec caſu, cum

Auriculæ Malchi amputatio quid ſignificet.

Petrus vellet hūc Malchum occidere, auriculam dexteram tantùm amputauit: Sed in myſterij ſignificationē. Docuit dñs quod aurē in ſpeciē habere non deberent, quā in myſteriū nō haberent. Sed bonus dominus ipſi refudit auditum, ſecundum prophetica dicta demonſtrans & ipſos, ſi conuertantur poſſe ſanari, qui in paſsione domini vulnerati ſunt: eo quòd omne peccatum fidei myſterijs abluatur. Sic Ambroſius. Quod in ſe-

Lib. 10. in c. 22. Luc.

quenti opere curationis demonſtrauit: nam interdicens Petro vlteriora vulnera, dixit: ſine vſque huc? & cum tetigiſſet auriculam

Lucæ. 22.

eius, ſanauit eum. Vide clementiæ dulcedinem. Vide & conſidera potentiam. Tangit auriculam Malchi & ſanitatem integram ei donat. Operatorem ſuum limus agnouit, & operatricem ſuam domini manum ſequitur caro. Quomodo vult enim opus ſuum, creator inſtaurat. Sic & alibi cæco illi viſus, luto

Ioann. 9.

ſuper oculos illito, quaſi in naturam redierit, reformatur. Iubere potuit, ſed operari maluit, vt cognoſcamus ipſum eſſe, qui è limo terræ corporis mēbra noſtri varijs apta formauit officijs & infuſo vigore mētis animauit.

mauit. *Sanauit eum*. Et generalẽ intulit legẽ
(inter manus inimicorum legem fert domi-
Chriſtus nus Ieſus) quòd omnes qui gladium accepe-
etiã captus rint aduerſus proximum ſuum, propria au-
legem fert, ctoritate, ſine moderamine inculpatæ cau-
& condit. tellæ, vel iniuſtè, gladij occiſionem mereã-
tur. Recenſe quòd modis eos exuſcitet, vt à
malo reſipiſcant per veram pœnitentiam.
Supinos eos proiecit, aurem ſeruo reſtituit,
interitum comminatus eſt, &c. Sic vndiq;
& à præſentibus & à futuris potentiam ſuã
oſtendit: vt nulla vi ipſorum detentus eſſe
videatur: & ideo ſubiecit: Quotidie vobiſcũ
eram, & ſedebam docens in templo, & non
me tenuiſtis. Hinc oſtendit permiſsione ſua
factum eſſe, vt caperetur: miraculis autem
prætermiſsis, de doctrina mentionem fecit,
ne iactare ſe videretur, & voluntariè ire ad
mortem. *Tanquam ad latronem exijſtis cum gla*
dijs & lignis comprehendere me? Quotidie eram
apud vos in templo docens, & non me tenuiſtis,
ſed ut impleãtur ſcripturæ. Obſerua autẽ expo
NOTA ſitionem præſentis literæ, quàm ſerenus in
valde. omnibus ſe gerit dominus Ieſus, in facie, in
verbis, in corporalibus motibus, & in men-
te; nihil in eo perturbatum, nihil vi occupa-
tum, aut metu: ſermo oris eius placidus to-
tus & ſerenus. Quis ad magiſtratum & ad
regni ſceptrum vocaretur, qui tam ſerenus
& regulatus in omnibus permaneret? Et do
minus inter tot armatorum iniurias & do-
lores immobilis perſeuerat: vt vel ab hoc
vno virtus diuinitatis eius comprobetur, &
quàm nobilis ſit mors eius demonſtretur:
non alicuius criminis ſupplicium. De quo
ſupra cum Eſaia diximus: Dixit ergo illis.
Tanquam ad latronem exijſtis cum gladijs
& lignis. Obſerua quòd hic, & iterum cũ
ſcilicet ſeruus ille iniquiſsimus ei dedit ala-
pam, honoris læſi iacturam, & vim doloris
publicè proteſtatus eſt: quaſi qui ex his duo
bus maxime afficiebatur. Primum à Iudęis
ſupra omnia fuit conſultum, & Chriſto val
de durum & graue. Morte turpiſsima con-
Sapien. 2. demnemus eum, inquiunt. Vbi non tan-
tum mortem, ſed turpitudinem eius deſide-
Mors tur- rant. Mors enim ſæpenumero æternam mo
pis illata rientibus comparauit gloriam: cum autem
Chriſto turpis eſt & abominabilis, etiã conquiſitam
quare. obſcurat. Propter quod cũ Chriſtus clarifi-
catus fuiſſet ex miraculis & doctrina, & val
de in ſcripturarum teſtimonijs, turpiſsimum
mortis genus ei deſiderant: vt ex hoc nomẽ
eius omnino extingueretur. Vnde alio lo-

C co dicebant, non ſine conſilio: Mittamus li *Hiere. 11.*
gnum in panem eius, & eradamus eum de
terra viuentium: & nomen eius non memo *Doctrina*
retur amplius. Quid eſt mittamus lignum *Euang. pa-*
in panem eius? Qualis eſt hic panis, qui per *nis quẽ era-*
lignum raſus euellitur: & aboletur? Doctri- *dicare intẽ-*
na Euangelij Chriſti, panis eſt, quem Iudæi *tabant Iu-*
funditus perdere deſiderabant. Per quem *dei.*
clarus ſubinde quotidie fiebat. Cùm autem *Sapient. 2.*
crucem ei parant, quæ mortem habet tur- *Deute. 21.*
piſsimam, (maledictus omnis qui pendet
in ligno) nomẽ eius eradicabatur, & memo
ria eius extinguebatur. Sed qui hæc cogita-
bant, errauerunt: excæcauit enim eos mali-
tia eorum. Nam ibi ſcriptum etiam erat. Be *Cap. 14.*
nedictum eſt lignum, per quod fit iuſtitia.
Et in antiquis hiſtorijs, quæ ſub patribus *Euang. ex*
eorum acciderunt poſt exitum de Aegy- *ligno cru-*
pto, prædemonſtratum fuit, quòd certè dul *cis dulciſsi-*
ciores per lignũ crucis futuræ eſſent aquæ *mum.*
doctrinæ Chriſti, & ſacri Euangelij. Olim
nanque cùm populum tuliſſet Moyſes de
mari rubro, & egreſsi eſſent in deſertũ Sur *Exod. 15.*
ambulaſſentque tribus diebus per ſolitudi-
nem: non inueniebant aquam. Et Moyſes
clamans ad dominum, exauditus eſt, &
oſtendit ei lignum, quod cùm miſiſſet in
aquas, quæ amariſsimæ erant, in dulcedi-
D nem verſæ ſunt. Nunquid lignum ab origi-
ne natiuitatis ſuæ habuit amariſsimas aquas.
Mara in dulcedinem conuertire? Abſit. In
myſterium ergo & ſignificationem ma-
gni ſacramenti ſanauit lignũ aquas Mara: nõ
vtcunq; ſed conuerſæ ſunt in dulcedinem,
inquit ſcriptura. Non ſatis eſt quòd ad lig-
ni contactum dulces fiãt aquæ amariſsimæ,
ſed in dulcedinem conuertuntur. Quod
in Chriſti Euangelio, & doctrina propriæ
abnegationis & mortificationis carnalis de
ſiderij, & eius crucifixione comproba-
tum eſt per vniuerſum mundum. Ama-
riſsimum erat Euangelium, antequam li-
gnum benedictum à Iudæis in illud mit-
teretur. Sed poſtquam crucifixus eſt Dei
filius, conuerſum eſt in dulcedinem. Ama-
rum valde erat quod ibi dicitur. Tollat *Marci. 8.*
crucem ſuam. Abneget ſemetipſum. Dili- *Luce. 9.*
gite inimicos veſtros, &c, attamen crucifi- *Matth. 5.*
xo Ieſu domino noſtro, ſuper mel & fauum
dulciora facta ſunt. De morte ergo turpiſsi-
ma cogitabãt, & cõſiliabãtur, ſicut teſtatur
liber Sapiẽtiæ: nõ de morte ſolũ. Hęc enim
ſi clara ſit, potius honorem conciliare ſolet,
quã extinguere illũ, vel decolorare. Prop-
ter hoc

Iudæi omnia in dedecore egunt contra dñm. cap.

ter hoc ab exordio omnia cũ dedecore & turpitudine multa faciunt, egrediuntur tanquam ad capiendum latronem Sycarium: crucem à Pilato clamoribus horribilibus, & tumultuatione non vulgaris diſcriminis totius populi extorquent: denique vt ducem latronum, inter duos nequam crucifixerunt illum. Bone Deus quantum in hoc inuigilant, quantum in dehoneſtãdo & obſcurando nomen Ieſu inſudant, vt non memoretur amplius. Quod quàm durum fuerit Chriſto, Paulus Apoſtolus teſtatur. Mortẽ ſuſtinuit, coufuſione contempta. Nõ minus vim doloris ex dedecore & iniuria crucis ſenſit in corde dñs, quàm in corpore mortẽ: & ante eam mille martyria. Habes de hac re efficax teſtimonium in verbo illo: Vos aũt inhonoraſtis me. Et præſenti loco inquit: tanquam ad lotronẽ exiſtis. De quo in Pſalmis vocem Chriſti ad patrem legimus non ſemel, & cum magno pondere verborũ. Repræſentat dominus Ieſus in conſpectu patris ſui vt ſummum exhibitum honori eius obſequium & propter gloriam ſuæ maieſtatis. Non confundantur ſuper me, qui quęrũt te Deus Iſrael. Pro nobis eſt hæc oratio ad patrem, qui Chriſto credidimus, & omnem ſpem noſtram in nomine eius repoſuimus. Propter quod repræſentans Chriſtus in cõſpectu patris meritum ſummum obedientię ſuæ ad omnem eius voluntatem, ne confundantur, qui omnem ſpem ſuam in me collocauerunt, inquit. Indicat rationem nõ ignobilem, imò abſolutiſsimam & præclaram. Quoniam propter te ſuſtinui opprobrium: operuit confuſio faciem meam. O domine Ieſu quare non commemoras ſanguinẽ, flagella, clauos, &c. quę omnia duriſsimum ingeſſerunt dolorem? Magna licèt hæc ſint, & locum non obſcurum habentia apud patrẽ meum: quia per ſanguinem crucis facta eſt redemptio, non tamen ſine immenſo dolore opprobriorũ & confuſionis, quam pendens in cruce ſuſtinuit. Et eùm ſtatim in eodem Pſalmo pro ſuffragio cæleſtis auxilij, ad patrem inquit: Ne auertas faciẽ à puero tuo, quoniã tribulor, velociter exaudi me. Intẽde animę meæ, & libera eã, propter inimicos meos eripe me. Audi iam & conſidera baſim & rationẽ huius orationis. Tu ſcis improperium meum & confuſionem meã, & reuerentiam meã. Vbi vides apertè quãti faciat ſuſtinuiſſe opprobrium crucis, & confuſionem: Hæc enim vt magna, vt dura valde, velut ſumma in conſpectu patris offert, & cõmemorat.

Chriſti mors ex inhonoratione turpiſsima, dura valde.
Hebræ. 12.
Ioan. 8.
Pſalm. 68.
Chriſtus repræſentat patri opprobria ſuę paſsionis.

A Audi quid in Pſalmo. Alio dicat. Exurge Deus, iudica cauſam meã, memor eſto improperiorum tuorum eorum quæ ab inſipiente ſunt tota die. Improperium aduerſus Deum, cauſa eius dicitur. Et orat vt adiudicãdam hanc cauſam exurgat. Propter quod Apoſtolus Paulus ſummo loco reponens improperium Chriſti, docet nos & inuitat ad gloriationem in illo & glorificationem, dicens: Ieſus, vt ſanctificaret populũ, extra portam paſſus eſt. Exeamus igitur ad eum extra caſtra, improperiũ eius portantes. De quo habes magnificum exemplum in Moyſe: qui elegit potius affligi cum populo ſuo, quam temporalis peccati habere iocũditatem: maiores diuitias æſtimans theſauro Aegyptiorum, improperiũ Chriſti. Improperium Chriſti appellat oppreſsionẽ illius populi: ſicut de populo ſuo Chriſtus Paulo dicebat: cur me perſequeris? Obſecro attẽde quid feciſſet Moyſes, ſi iam tãquã latronẽ vidiſſet captũ Dei filiũ. Quid feciſſet ſi inter duos latrones pendẽtẽ eũ cerneret? In populo oppreſſo à Pharaone cer-

Pſalm. 73.
Cauſa Dei quæ.
Heb. 13.
Heb. 11.
Acto. 9.

B nens opprobrium Chriſti, amplissimi regni ſceptrũ deſpicit, & negat ſe eſſe filium filię Pharaonis: quid obſecro feciſſet ſi vidiſſet Dei filium in ligno crucifixũ? Hũc nos vocat Apoſtolus, & ante oculos noſtros ſummum hoc ſpectaculum proponit: Exeamus extra caſtra (inquit) improperiũ Chriſti portantes, & in illo gloriantes, & propter illud ſummis laudibus, & hymnis glorificantes auctorem ſalutis noſtræ Ieſum. Habes ergo optimũ genus conſiderandi paſsiones Chriſti, & crucem eius, quamuis pijſsimum ſit vberrimiq; fructus ſentire in medullis cordis clauos, flagella, ſputa, &c. quæ dominus paſſus eſt. Summum tamen locum huiuſmodi conſideratio habet, cum aſcendit cor noſtrum ad intelligẽtiam improperiorũ & cõfuſionis Chriſti. Propter hoc ſcientia crucis Chriſti ab Apoſtolo eminẽs dicitur: Exiſtimo omnia detrimentum eſſe propter eminentem ſcientiam Ieſu Chriſti domini mei. Et attingens teſtitudinem & verticem huius ſapientiæ, ſtatim inquit: Propter quẽ omnia detrimẽtum feci, & arbitror vt ſtercora, vt Chriſtum lucri faciam. Attẽde prudens lector ijs quæ legis, & ſcito quàm facilè fortis vir dolores etiam ad mortem ſuſtinet: & quam terribilis eſt illi iactura honoris & iniuriarũ multitudo: quod in illis, qui

ad ho-

Chriſti paſſio quomodo ſit conſiderands.
Galat. 6.
Philip. 3.

ad honorabile mortis genus ducuntur, comprobatur, cùm decollantur, in illis qui ſuſpẽduntur fune ad collum miſſo. De quo ſit ſatis.
1. Reg. ultimo. Lege quæ Saul dixit armigero ſuo: Et quæ Paulus ſcribit: Bonum eſt mihi magis
1. Cor. 4. mori, quàm vt gloriã meam, quis euacuet. de bono ergo nomine & honore ſolicit⁹, & illius iacturam magnifaciens, inquit dominus ad eos, qui ad ſe venerãt principes ſacerdotum, & magiſtratus tẽpli, & ſeniores. *Tanquam ad latronẽ exiſtis, &c.* quaſi diceret: ſtultũ eſt cũ gladijs & fuſtibus quærere eũ, qui vltro ſe tradit vobis, & in nocte quaſi latitantem, & à veſtris oculis declinantem, per proditorem inueſtigare, qui quotidie in templo docebat. *Quotidie eram apud uos in templo do-*
Lucæ. 22. *cens.* Illos dies commemorat, qui à die palmarum vſque huc deſcenderunt. Inquit ergo: Quotidie eram apud vos per affectum cordis, & corporalem mei ipſius præſentiã docẽs de regno Dei ad veſtram ſalutem. In quo non tantum meam erga vos cõmemoro dilectionem, qui ſæpe ſæpius congregare vos voluit, ſicut gallina cógregat pullos ſuos ſub alas. Sed in primis hoc intẽdo in verbis iſtis, commoſtrare, quòd ſummo omnium parenti Deo in nullo fuerim contrarius: in templo eius docui, que in ſpiritu eius præconizarunt ſancti prophetæ: non ergo vt Deo contrarium, aut in maieſtatem eius iniurioſum, prçſumatis capere me filium ſuũ qui pro eius honore vſque huc certaui, & in templo ipſius docui quotidie, quæ ab ipſo audiuit, & in prophetis ſcripta erant, ſed & quæ adhuc complenda ſuperſunt, ecce per me implebũtur vſque ad vltimum apicem: propterea inquit: *Sed ut impleantur ſcripturæ*, ſubaudi: ſic fit: De quo iam ſæpiùs diximus cum Athanaſio, inde cruce & paſſione domini. *Tunc diſcipuli relinquentes eum, omnes fugerunt.* Beatus Chryſoſtomus videtur excuſare diſcipulos de fuga hac. Neque video vnde ex ſola fuga ſint incuſandi. Quandiu cõprehenſus eſt, manebant: quando verò ad turbam hæc locutus eſt, tunc in pedes ſe omnes dedêre, nullam iam videntes eius defenſionem, qui vltro ſe daret: ac diceret, ſecundum ſcripturas iſta fieri. Neque illius temporis erat mors: neque ſoli & inermes tãtæ armatorum multitudini occurrere poterãt, & vnus, qui gladium exemit, argutus eſt à Chriſto, & iuſſus in vaginam illud reponere. Non igitur ex ſola fuga & derelictione magiſtri culpãdi ſunt diſcipuli. Adde quòd

C ex hac fuga docẽtur qui minus idonei ſunt ferendis aduerſitatibus: quibus tutius eſt latêre, quàm ſe diſcrimini cõmittere. De quo paſsim offendes exempla. Lege B. Athanaſium Apologia de fuga ſua. Vide iam quã crudelis fuit illa comprehenſio, in qua cæli columnæ tremuerunt & fugerunt. Quis dicere aut cogitare poterit quanta crudelitate contra agnum innocentem vſi ſunt lupi illi crudeliſsimi? Quis ſe continere poterit à lachrymis & vllulatu in irrioſionibus & clamoribus contra Ieſum ab vniuerſa illa multitudine obiectis? Quis (heu) in defectione halitus in corde Ieſu præ nimia gutturis compreſſione & feſtinatione, non deficiet animo? Iure quidem ad nos clamat. O vos omnes qui tranſitis per viam, attẽdite & videte ſi eſt dolor ſicut dolor meus? Atten- Thre. 1.
dite ad me agnum manſuetiſsimum & innocentem, qui tanquam latro in furto vel rapina deprehenſus, ducor ad tribunal crudelium inimicorum, & vix mihi præ feſtinatione reſpirare cõceditur. Inquit ſolus Marcus: *Adoleſcens autem quidam, ſequebatur amictus ſindone ſuper nudo, & tenuerunt eum. At il-* Ioan. Euãgeliſta.
le relicta ſindone, nudus profugit ab eis. Miror vnde beatus Ambroſius & Gregorius indu- Ambr. ſup Pſal. 36. tom. 4. fol. 469.
D cti ſunt in hanc opinionem, quod adoleſcẽs hic fuerit ſacer Ioannes Euãgeliſta. Vt quid veſtimenta dimiſit Ioannes? Quis ſindonẽ conceſsit, vt quid tali vſus fuerit amictu? Ad quid vtilis? Vt non agnoſceretur, dices. Sed non minus occultabatur veſtitus, quàm nudus & cöopertus ſindone. Vt quid veſtimẽta abiecit, ſequuturus dominum vſque ad domum pontificis? Quomodo ibidem nudus adeſſet, & cöopertus ſindone nõ teneretur? Greg. lib. 14 Moral. cap. 23.
Veriſimiliùs exiſtimaui ſemper filium hortulani hunc adoleſcentem fuiſſe, qui ex armorum trepitu & repentino tumultu præter tempus & horam conſurgens de lecto in quo dormiebat, acceſsit ad milites, vt quid hoc eſſet, agnoſceret, ſindone cöopertus: cùm veſtimenta honeſtiora non poſſet aſſumere: & vt alienus à familia Chriſti ſequebatur eum, nihil mali ſuſpicans. Exiſtimo quidem tantæ efficaciæ fuiſſe imperiũ domini ad turbam: *Sinite hos abire*, quod ab ea hora vſque ad ſacram reſurrectionem nemo mortalium auſus fuerit in quenquã diſcipulorum manus extendere. Quod ſatis cõprobatur in Ioanne liberè commorante inter ſeruos ſacerdotis, & ad orationẽ eius introductus eſt Petrus: & in ipſo Petro, qui ancillæ

Fortitudo iuſsionis Chriſti cũ capiebatur à Iudæis, cuſtodiuit diſcipulos.

ancillæ & ſeruorum manifeſtatus fuit vocibus & argumentis. Non tamen auſi ſunt capere illos, aut vim inferre. Quare hoc? cùm eo maximè tempore magiſter eorum adeò eſſe genti illi inuiſus? Certè quia iuſſerat, ſinite hos abire. Sed quiſquis ille adoleſcens fuit, in facto magnam habet doctrinam. Illorum namque opus & animum deſignat, qui vt ſecuriores ſint, omnia, quæ in mundo habent, abijciunt. & Deo potius famulari nudi, quam hærendo mundi rebus, materiam tentandi, & à Deo recedendi, dare didicerunt: iuxta exēplum Ioſeph, qui relicto adulteræ pallio, maluit nudus Deo, quàm indutus meretricis cupiditatibus deſeruire. Lege beatum Hieronymum aduerſus Iouenianum: Vnde noſter Ioſeph (inquit) quia tangere eum volebat Aegyptia, fugit ex manibus eius, & quaſi ad morſum rabidiſsimæ canis, ne paulatim virus ſerperet, pallium quod tetigerat abiecit. *Et adduxerunt Ieſum ad ſummum ſacerdotem: & conuenerunt omnes Sacerdotes, & Scribæ & ſeniores.* Ioānes inquit ſine cōdemnatione aliorum Euangeliſtarum, quòd adductus fuit Saluator ad Annam primò: qui erat ſocer Caiphæ, qui anno illo erat Princeps Sacerdotū & ſummus: accepta ab Herode Sacerdotij dignitate: oblata magna pecunia: ſicut teſtatur Ioſephus. Propter honorem igitur ſummi huius ſacerdotis, ad ſocerum ſuum primò adductus fuit Saluator: qui quidem Annas ſocer Caiphæ adhuc retinebat antiquum nomen ſummi ſacerdotis: & alij etiam, quia annuales erant. De quo habes manifeſtam ſcripturam apud noſtrum Euangeliſtam. Summi verò ſacerdotes & omne concilium quærebant aduerſus Ieſum teſtimonium. Nec exiſtimes inutilem eſſe annotationem hanc, cum ſummi ſacerdotes deſcribantur inſtanter accuſantes Saluatorem apud Pilatum: & in eadem hora in templo, cum Iudas mercator peſsimus, retulit pecuniam. Sed qui tunc ſummum adminiſtrabat officium ſacerdotij magni, præter nomen ſummi ſacerdotis, quod illi cum alijs erat commune, Princeps Sacerdotum dicebatur: ſicut teſtatur beatus Matthæus: Adduxerunt ad Caipham Principem Sacerdotum: Quem & noſter Euangeliſta deſignat, cum inquit: *Adduxerunt Ieſum ad ſummū Sacerdotem:* Caipham quidem: nihilque commemorat noſter Euangeliſta eorum, quæ aduerſus Ieſum

Fuga ſæculi & mulie bris delectationis demonſtratur.

Geneſ. 39 Ioſeph.

Lib. 1. to. 2. fol. 21.

Sacerdotes ſummi multi ſimul.

NOTA. *valde.*

Cap. 26.

A acta ſunt in domo Annæ: vbi certè inſigniter cæſus fuit, & inhonoratus. Vbi namq; inſignis illa alapa deſcribitur: quam quidam ex miniſtris dedit in faciem tremēdæ maieſtatis quæ & à propheta Hieremia prædicta erat, Dabit percutienti ſe maxillam. Quòd ſi placet ab hoc loco ſcire qualis cōditionis fuerint dolores paſsionis dñi, firmiſsimè credas: exceſsiſſe oēs dolores, quos homines paſsi ſunt in hac vita. Dolor igitur cū ſit duplex, & ſenſibilis, qui cauſatur ex corporali nociuo: & interior alter, qui prouenit ex apprehenſione alicuius nocumenti, qui triſtitia dicitur: Vterque dolor in Chriſto fuit maximus. Primo quidem propter cauſas doloris. Nam doloris ſenſibilis cauſa fuit læſio corporalis: quæ acerbitatem habuit ex generalitate paſsionis quia mors crucifixorum eſt omnium acerbiſsima: quia cō figuntur in locis neruoſis & valde ſenſibilibus; ſcilicet, in manibus & pedibus: & pondus ipſum corporis pendentis, auget vſque ad mortem dolorem: & cùm illo eſt doloris diuturnitas: quia non ſtatim agunt animam, ſicut qui gladio occiduntur. Doloris autem interioris cauſa fuit: Primò quidem omnia B peccata humani generis, pro quibus ſatiſfaciendum illi erat Deo patri. Vnde ea ſibi aſcribit, in pſalmo: Quare me dereliquiſti? Verba delictorum meorum? Secundò etiam caſus Iudæorum & aliorum in eius morte delinquentium: & præcipuè diſcipulorum, qui ſcādalum paſsi ſunt in ea. Tertiò denique amiſsio vitæ corporalis: quæ valde horribilis eſt humanæ naturæ. Aliter in re hac philoſophari poſſumus nimirū ex perceptibilitate patiētis & ſecūdū corpus, & ſecūdū animā. Nā ſecūdū corpus erat optimè cōplexionatus: cum fuerit cōpaginatū & cōpactū ſacratiſsimum illud corpus miraculoſa operatione ſpiritus ſancti. Et ideò in eo maximè viguit ſenſus tactus: ex cuius perceptione ſequitur dolor, aut gaudium. Anima etiā ſecundum vires inferiores efficaciſsimè apprehendebat omnes cauſas triſtitiæ. Tertiò magnitudo doloris Chriſti poteſt cōſiderari ex doloris & triſtitia puritate. Nā in alijs patiētibus mitigatur triſtitia interior ex aliqua cōſideratione rationis, per quādā deriuationē ſeu redūdantiā à ſuperioribus viribus ad inferiores. Quod in Chriſto patiente non fuit: quia vnicuiq; viriū permiſit agere quod erat ſibi propriū ſicut dicebamus cum Damaſceno. Inquit ergo ſanct⁹ Euāgeliſta.

Ioan. 18.

Thre. 4.

Dolores paſsionis Chriſti.

Dolor duplex.

Crucifixorum dolores.

Pſalm. 21.

Luce. 1.

*Et adduxerunt Ieſum ad ſummum ſacerdotem, & C
conuenerunt omnes Sacerdotes & Scribæ, & ſe-*
Cap. 26. *niores.* Non quidem conuenerunt poſtquã
adductus eſt in domũ ſummi ſacerdotis Sal
uator, ſed ante, ſicut docet Matthæus: Vide
& conſidera quomodo lupi rapaces acuen
tes dentes, expectabant agnum manſue-
tiſsimum ad deuorandum eum. Quan-
tum gauiſi ſunt, cùm primò audierũt quòd
comprehenſus eſſet Ieſus? Quomodo dic
mihi acuebant linguas ſuas ſicut ſerpen-
tes ad plagas & vituperia innocentis Chri-
ſti: Vnuſquiſque ſibi & alteri in Chriſti
vinculis congratulabatur: & omnes ſummo
ſacerdoti gratiarum actionem pro ſua in-
duſtria & diligentia reddebant. De hoc in
Pſal. 34. pſalmo ſcriptum eſt: Erubeſcant & reuerean
tur ſimul, qui gratulantur malis meis. Induã
tur confuſione & reuerentia, qui maligna lo
quuntur ſuper me. Qui pſalmus ad Chriſtũ
& eius paſsionem pertinet. Ingreſſo itaque
Chriſto, coram malignantium iniquiſsimo-
rum ſenatu, terribilibus oculis conſpexerũt
illũ, quẽ à longè ſequebatur Petrus: Vide iã
qua æquitate, quo iure Ieſu cauſam ſummus
Sacerdos, & Scribæ, & ſeniores examinant.
*Summi ſacerdotes, & omne concilium quærebant
aduerſus Ieſum teſtimonium, ut eum morti trade-* D
rent: neq; inueniebãt. Satis quippe eſt ad arguẽ
Iudæorum malignitas demonſtratur. dam ſtultitiam & crudeliſsimã rabiẽ effun-
dendi ſanguinẽ innocentem, quòd veneran
dam valde perſonã, quã Deus tantis miracu
lis (pertranſijt quidem curando omnes infir
Acto. 10. mos eorum & oppreſſos à diabolo) cõpro-
barat honore & reuerentia digniſsimã: etiã
ante criminis alicuius denuntiationem, ante
duorum vel trium teſtiũ comprobationẽ,
manus illi iniecerũt, & comprehenderunt,
& ligauerunt: & iam iam in domo Annæ in
ſignem iniuriam accepit. O Iudei filij Be-
lial, nunquid Moyſes aliquando hoc pro-
miſit? Nunquid lex veſtra, vel barbarũ gen-
tiũ, hoc cõceſsit? Virum boni & optimi no
minis, doctrina & miraculis clariſsimum: vi
ta & moribus innocentem, exemplar om-
nigenæ virtutis (& væ vobis) agnitum Meſ-
ſiam, ſic comprehendere, ſic inhonorare
licet, ſic iniurijs & alapa afficere? Sed hæc
eſt hora veſtra à vobis diu expectata: Vbi
ad inueteratum animi furorem, & concep-
tam aduerſus Dei filium inuidiam, ad votũ
omnia inuenitis: Sed inueniet vos manus
Iudicij iniuſti imago omnipotens, & duriſsima eius ira. Habes
hîc typum iniuſti iudicij. Capitur innocẽs,

C & de honeſtatur, & neſcitur quid illi in iu-
dicio obijciant. Teſtimonium poſt com-
prehenſionem quærunt: proculdubio fal-
ſum: nihil enim verum obicere illi pote- *Crucis gloria ubi declarabatur*
rant. Iam incipit crucis myſterium mani-
feſtari & decorari: Iam maledictionis lig-
num & ſupplicij quondam, declaratur ſig-
num victoriæ & triumphi. Siquidem qui
crucifixus in illo fuit, adeò innocens & iu-
ſtus, inter omnes inimicos ſuos comproba-
tur, quòd quærentes aduerſus illum teſtimo
nium, non inuenitur. *Multi autem teſtimoniũ
falſum dicebant aduerſus eum, & conuenientia te
ſtimonia non erãt.* Bene in Hieremia dictum Cap. 26.
erat: Venite percutiamus eum lingua, & nõ
attendamus ad omnes ſermones eius. Et in Pſalm. 21
pſalmo: Aperuerunt ſuper me os ſuum, ſi-
cut leo rapiens & rugiens. Eſto attentus, &
diſces in medijs iniurijs & falſis teſtimo-
niis exemplar patientiæ quod imiteris. Ve
rè obſtupenda ſunt, quæ ab iniquiſsimis
iudicibus contra Chriſtum aguntur, & quæ
in ipſo innocente & agno manſueto appa-
rent. Multi falſum teſtimonium dicebant.
Nouiſsimè veniunt duo falſi teſtes: certè
vel à ſummo ſacerdote conducti in teſtimo
niũ falſum contra Ieſum (vide ſummi ſacer-
D dotis exemplum) vel ipſi peſsimi viri in gra
tiam ipſius & omnium qui cum illo erant
mercedem non vulgarem expectantes, ſpõ
te accedunt & ſe ſe offerunt ad falſa teſti-
monia. Qualis ſacerdos, talis & populus
eius. Poſtmodum principes ſacerdotum &
ſeniores concitauerunt turbam vt Barabbã
peterent, Ieſum autem perderent. Ecce di- Marc. 15.
lectionem erga ſibi commiſſas oues: ecce quo
modo proximum diligunt, & legem, quæ
innocẽtem liberat. Caue ne in numerum &
ſortem iſtorum venias. *Et quidam ſurgentes
falſum teſtimonium ferebant aduerſus eum di-
centes. Quoniam nos audiuimus eum dicentem:
Ego diſſoluam templum hoc manu factum, &
poſt triduum aliud non manu factum ædificabo.*
Forſan iſti duo falſi teſtes ex choro & nu-
mero eorum, qui in concilio ſedebant, erãt:
Nec obſtat quod Matthæus inquit: No- Cap. 26.
uiſsimè venerunt: Quia Marcus, ſurgentes,
dicit: Vtrumque actum eſt: Surrexerunt
& venerunt ante ſummum Pontificem te-
ſtificari contra Ieſum: vt in hoc ſimul com-
probetur quã rectũ ſit eorum iudicium. Ipſi
teſtes & iudices ſunt, qui apertiſsimi calum-
niatores erant. Teſtimonium horum inde
quidem falſum comprobatur, quia Salua-
tor de

Ioan. 2.

tor de templo ſui corporis dixerat. Et in ipſis verbis calumniantur, & paucis additis, vel mutatis, quaſi iuſtam calumniam faciunt. Saluator dixerat: Soluite templum hoc, non præcipiendo, ſed prædicendo quod ab eis erat faciendum. Iſti commutant & aiunt. Poſſunt deſtruere templum Dei, vel ego diſſoluam templum hoc. Deinde illi vertunt: & poſt triduum reædificabo illud, vt propriè de templo materiali Iudæorum dixiſſe videatur. Dominus autem vt oſtenderet animale & ſpirans templum, dixerat: Et ego in triduo ſuſcitabo illud. Aliud quidem eſt ædificare, aliud ſuſcitare, Nullum ergo iſtorum erat conueniens teſtimonium. Bone Deus quàm inuincibilis eſt virtus & immobilis etiam inter inimicorum impetus acerrimos. Quàm vanus labor, quàm inutilis ſolicitudo aduerſus ſanctum Dei. Intrepidus & ſerenus ſtat mitis agnus inter dentes luporum, inter ſtudia & furores ſerpentium. Nihil respondet: ſicut ouis ſic non aperit os ſuum: & ſicut agnus coram tondente ſe, ſic obmuteſcit. Et in hoc mirabili opere habes germanam interpretationem dicti illius prophetici: ſuper inimicos meos prudentem me feciſti mandato tuo.

Virtutis firmitas.

Eſaie. 53.

Pſal. 118.

Quàm prudens & veneranda taciturnitas inter rabiem inimicorum, qui ab ore innocentis vel vnum verbum deſiderant, in quo ei parent tendicula & inſidias. Diſce ergo hanc prudentiam coram inimico: habes in magiſtrum dominum Ieſum: Qui ſciens nullum locum apud illos habere innocentiam, tacet cum magnanimitate & clariſsimis teſtimonijs ſuæ ſanctitudinis, quæ vel in ſola facie ſuæ maieſtatis reſplendebant. Hæc taciturnitas Chriſti quantum comprobat eius ſanctitudinem, & venerandum eum exhibet coram illa multitudine, tantum quidem incedebat ac torquebat furioſorũ corda duriſsima, & maximè ſummi ſacerdotis Caiphæ: De quo Euangeliſta: *Et exurgens ſummus ſacerdos in medium, interrogat Ieſum dicens. Non reſpondes quicquam ad ea quæ tibi obijciuntur ab his? Ille autem tacebat, & nihil reſpõdit.* Stultiſsimus ira agebatur, rumpebatur furore, videns quia nihil pro voto vſque huc cõtra Ieſum actum eſſet. Propter quod ſummi ſacerdotij dignitatis immemor, ira præceps & impatiens, non inueniens in Chriſti taciturnitate locum calumniæ, ſurrexit de ſolio pontificio, & veſaniam mentis, corporali motu & vultu in pallorem conuerſo demonſtrat. Prouocaturus ergo Saluatorem ad reſpondendum, ſurrexit in mediũ, & appropinquauit ad Ieſum, qui velut homo obſcurus & impurus ante ipſum vinctꝰ tenebatur, & forſan genibus flexis. Obſtupeſcite cæli, & portæ eius deſolamini vehementer. Aeternus Dei filius, & ſummus omnium moderator & monarcha, coram furioſo ſacerdote ſymoniacoque ſtat vinctus & multorum vocibus & clamoribus accuſatur. Ipſe vero Ieſus *nihil reſpondit*. Non erat locus iuſtitiæ & defenſioni, ideo tacet.

Taciturnitas prudentiſsima inter furẽtes inimicos.

Sed vide quid idolum illud diaboli, peſsimus inquam pontifex, excogitauit aduerſus dominum. Inquit. Adiuro te per Deum viuum vt dicas nobis ſi tu es Chriſtus filius Dei. Inquit Marcus: *Interrogabat eum & dixit ei: Tu es Chriſtus filius Dei benedicti?* Interrogauit proculdubio abiurando per nomẽ Dei viuentis. Intellexit ſummus lue ſacerdos quàm ſtudioſe Chriſtus dominus nomẽ ſacroſanctum Dei coleret: nec dubitauit: ſi in hoc nomine illum adiuraſſet, reſponſurũ Ieſum: propter quod in nomine Dei benedicti illum adiurat. Sed quid adiuras ò impijſsime ſacerdotum, Belial & diabole? vt accuſes, an vt credas? Si vt accuſes & calumnieris, iniquè agis, interponens tanto crimini tremendum Dei nomen: ſi vt credas: quare confitenti non credidiſti? Obſerua quòd propria adiectiua expectati Meſsiæ erant: Filius Dei, & qui venturus eſt in mundum. Non quòd intelligerent in adiectiuo *Filius Dei* ſecundam in trinitate perſonam cum Meſsiam expectarent hominem purum per excellentis gratiæ adoptionem dictum filium Dei: quamquam de re hac contrariam ſuſpicionem nobis ingerit Caiphas, de quo ſtatim dicemus. In primo ergo interrogat impius ſacerdos Ieſum: Tu es Chriſtus filius Dei benedicti? Cui propter diuini nõminis reuerentiã, & propter credentium fidem, clariſsimè reſpondit dominus. *Ego ſum.* Vide ante omnia quàm facilè ſe credit dominus pijs & docibilibus: quam autem difficilè incredulis & contentioſis aperit myſteria ſuæ diuinitatis & incarnationis. Samaritanæ illi, quæ reuerentiã magiſterij cæleſtis Meſsiæ deſerebat, antequàm ipſum agnoſceret, in hoc verbo: ſcio quia Meſsias venit, qui dicitur Chriſtus cùm venerit, ille annunciabit omnia nobis: Ieſus autẽ ſtatim illi dixit. Ego ſum, qui & loquor tecum. Et ecce ab ipſo domino illuminato

Meſsiæ expectati Iudæis propria adiectiua.

Nota quod patres & prophetæ, & forſan multi ex maioribus myſterium verbi Dei incarnandi intellexerunt.

Ioan. 4.

perfectiſsimè ſe reuelabit: Credis in filium Dei? Cui ille; Quis eſt dñe, vt credã in eum? Ieſus autem, & vidiſti eum, & qui loquitur tecum, ipſe eſt, & procidens adorauit eũ. Iudæi autem cum inquit. Ego ſum. blaſphemiæ ſuggillant vniuerſorum dominum. Vide paris reuelationis, quàm ſit diſpar fructus: & ſcias non poſſe Deum accuſari ab homine: ſed peruerſa noſtra malitia & execrabilis nos perdit, & trahit ad ſupplicia æterni cruciatus & dolorum. Mulier audiẽs ego ſum, relicta hydria cõuolat ad ciuitatem annuntians aduentum Meſsiæ, & multi crediderunt in eum. Cæcus ab vtero, procidens adorat dominum ſuum, ſummus ſacerdos *ſcindens ueſtimenta ſua ait: Quid adhuc deſideramus teſtes? Audiſtis blaſphemiam. Quid uobis uidetur? Qui oẽs condẽnauerũt eum eſſe reũ mortis.* Tremuerunt omnia viſcera agni mitiſsimi in verbis iſtis. Audiſtis blaſphemiã. In verbo Samaritanæ, excitantur ad fidem viri Sichar, & currunt ad videndũ Ieſum: & rogãt vt apud illos maneat: verbo Caiphæ omnes qui in concilio aderant, teſtantur Ieſum reũ eſſe mortis. Sed vnde inducitur homo iſte ad obijciendũ calumniã blaſphemiæ Chriſto: ſi, vt reliquum vulgus credebat Meſsiam purũ hominem eſſe, cuius dignitatem vſurpare haud blaſphemiæ crimen erat, niſi ſimul eſſet Dei filius conſubſtantialis & naturalis? Exiſtimo apud hunc ſacerdotẽ illuxiſſe agnitionem ſcripturarum prophetarum, qui teſtantur Meſsiam Dei filium eſſe: propter quod dicente Ieſu eſſe ſe Chriſtum, inclamauit, audiſtis blaſphemiam, quæ in vſurpatione diuini honoris & diuinitatis Meſsiæ conſiſtere iudicabat. Propter quod cum apud Pilatum de Meſsiæ vſurpato honore accuſaretur dominus, dixerunt: Secundum legem debet mori, quia filium Dei ſe fecit. Huiuſmodi lex contra blaſphemos erat: nõ tamen decernebat crucem & patibulum contra illos: ſed lapidationem. Iſti verò de ſeruientes Dei gloriæ, quanuis iniquiſsimo animo aduerſus Chriſtum, crucem expoſtulãt & extorquẽt à Pilato. Dixit itaq; Ieſus: *Ego ſum.* Et ingerens diuinæ vltionis timorem vt à facinore magno abſtinerent, & reſipiſcerent, addidit. *Et uidebitis filium hominis ſedentem à dextris uirtutis, & uenientem cum nubibus cæli.* Quaſi diceret: Ecce propter mũdi ſalutem & pro veſtra coram vobis in iudicio hoc aſto: multis à vobis afficior iniurijs, quæ omnia & ſequẽtia, vſque ad mortẽ

C ſuſtinebo patiẽter immobili animo: ſed propter hanc meam humiliationem, honorificabit me pater meus. & exaltabit vſq; ad ſedẽ maieſtatis ſuæ in excelſis, & præparauit aduentum alium glorioſum in poteſtate magna, & omnipotentia, cum venero ad iudicandum mundum & maximè vos, in nubibus cæli. Sapite ergo & intelligite, ac nouiſsima conſiderate, & veſtræ ſaluti conſulite, ſicut & ego hodie: quos ergo nulla clemẽtia emẽdat nec emollit, in ſanam mentẽ terror inſuperabilis & tremendi iudicij conuertat. Nihil tamen inſano & ebrio præ ira homini contulit diuini iudicij, & exaltationis Chriſti commemoratio. Impius cum in profundo malorum venerit, contemnit. *Scindens ueſtimenta ſua ait: Quid adhuc deſideramus teſtes?* Nec Eccleſia ſancta Chriſti alium deſideraſſet teſtem & teſtimonium de abolendo Aaronico ſacerdotio, quàm veſtis ſacerdotalis ſciſſuram. Eleganter quidem, ò impiiſsime ſacerdos vatizinaris & prophetizas tui ſacerdotij ruinã & interitum, cũ eã, qua inſignitus eras veſte ſacerdotali, ſcindis a ſummo vſq; deorſum. Sed tunica inconſutilis dñi mei Ieſu, etiam a militibus, qui crucifixerũt eum non ſcinditur: ſed ſortem mittũt ſuper illam, vt abſolutiſsima, integerrima, inſciſſa vni eorũ contingat per ſortem. O magnum

D ſacramentũ: O diuinæ prouidentiæ miraculum honorabile. Sacerdotalis veſtis, non ab alio, quàm à ſummo ſacerdote, ſcinditur: & tunica incõſutilis dñi mei indiuiſa cuſtoditur a militib⁹. De quo B. Leo Papa: Caiphas autem ad exagerandã auditi ſermonis inuidiam, ſcidit veſtimẽta ſua, & neſciens quid hac ſignificaretur inſania, ſacerdotali ſe honore priuauit. Vbi Caipha rationale pectoris tui? Vbi eſt continentiæ cingulũ? Vbi ſuperhumerale virtutũ? Myſtico illo ſacratoque amictu ipſe te expolias, & ꝓprijs manib⁹ põtificia indumẽta diſcerpis: oblitus præcepti illius, qđ legeras de principe ſacerdotũ: De capite ſuo cidarim nõ deponet, & veſtimenta ſua non diſrumpet. Tu vero, a quo iam alienabatur hæc dignitas, ipſe tibi executor opprobrij, & ad manifeſtandum finẽ veteris inſtituti, pertinet eadem diruptio ſacerdotij. Et Athanaſius: De tunica Chriſti inconciſſa & inconſutili inquit: Induit etiã tunicam inconſutilem deſuper in totum cõtextam, vt vel inde Iudæi crederent, quiſnã eſſet ille, qui eam induiſſet, cum non ſcilicet è terra, ſed verbum eſſe, quod aduenerat

Marginal notes:

Ioan. 9.

Caiphis Samaritana. & cæcus à natiuitate.

Leuit. 24. Lege Hierony. ſuper cap. 3. ad Galatas.

Prou. 18.

Veſtis ſacerdotalis ſciſſura quid myſterium doceat.

Matth. 27

Leo Papa ſermone de paſsione domini.

Tunicæ inconſutilis Chriſti ſacramẽtum et ueſtis ſacerdotalis.

Leuit. 21.

Athan. in de cruce et paſsione domini.

rat ſupernè : ipſumque non diuiſibile, ſed indiuiſibile eſſe patris verbum,& hominem factum corpus accepiſſe, non ex viro & mulíere,ſed ex ſola duntaxat virgine:idque cõtextum artificio ſpiritus. Vnde carnifices alia veſtimenta diuidunt, cum eſſent diuiſibilia, & in quatuor partes diſtinguerentur, idque eadem cauſa, quòd pro peccatis quadripartiti orbis in Orientem, ſcilicet, Occidentem, Boream, & Meridiem,ea geſta-
Ioan. 1. bat: quæ ſpectans Ioannes indutũ eum narrat: Ecce inquiens agnum Dei, qui tollit peccata mundi. Hanc tunicam ſolum ſcindere non potuerunt, metu eius ſigni,quod per eam denotabatur : neque tamen hoc illorum,ſed ſuſpenſi Saluatoris opus erat.
Crucifixi Ieſu potentia. Nam cum penderet vt homo, principatus perſequebatur, diabolum comprehendebat, carnifices deterrebat, ne tunicam ſcinderent:vt ea manente maneret Iudæorum probrum, quod non multò poſt ac-
Velũ ſciſſum. cidit:nimirum cùm velo ſciſſo, tunica Chriſti neque à carnificibus quidem diuiſa eſt:
NOTA. valde. ſed integra manſit. De velo ſciſſo ſuo loco dicendum eſt cum beato Cyrillo. Lege adhuc de tunica inconſutili Athanaſium:
Cypri. lib. de unitate eccleſi. fol. 254. Augu. lib. de hereſib. to.6.fo.48 cap. & beatum Cyprianum & Auguſtinum: Vbi in facto hoc militum Arianos confutat:& Cyprianus ſimiliter confirmans vnitatem Eccleſiæ catholicæ.Habes ergo magna ſacramenta reſerata ſciſſione ſacerdotalis veſtis, & in integritate inconſutilis veſtis Saluatoris. Sciudens itaque veſtimenta ſua, id eſt, Ephod, in quo habebat ſui honoris inſigne,dixit:*Quid adhuc deſideramus teſtes?* Quaſi diceret: Non certè teſtibus egemus cùm nos ipſi, qui fideliſſimi & omni acceptione maiores teſtes ſumus, & ab ore eius audiuimus blaſphe-
Iudex iniuſtus. miam. *Quid vobis videtur?* Vide impijſsimi iudicis animum, quem hæc vſque ad diem hanc ſequuntur. Primò in teſtimonium blaſphemiæ, à Ieſu dictæ, veſtimenta ſcindit: Secundò propriam ſententiam,vt ſummus Pontifex in medium proponit: vt nemo audeat quicquam in contrarium defini-
Cap. 26. re. Vnde Matthæus inquit: Tunc ſummus Sacerdos ſcidit veſtimenta ſua dicens: Blaſphemauit.Marcus autem inquit: Tunc ſummus Sacerdos ſcindens veſtimenta ſua ait: Quid adhuc deſideramus teſtes? Audiſtis blaſphemiam. Aſſerendo loquitur, non interrogando. Et ſtatim vt propriam ſententiam propoſuit: interrogat deferen-

A do eis honorem, vt ſubſcribant ſententiæ ſuæ. Quid vobis videtur? Quomodo ſententiam ſummi Sacerdotis abijcerent, etiã ſi minus mali eſſent: qui paucis ab hinc die-
bus,ab ore eius audierunt. Vos neſcitis quic- *Ioan. 11.*
quam, neque cogitatis? Bene conſultum eſt ab Eccleſia,vt in electionibus, electorum ſententia per vota ſecreta declaretur, nec propter hoc deſunt nocendi mille modi. & artes dum procerum, & magnatorum manifeſtè fiunt voluntates: *Electiones Eccleſiaſticæ liberæ vix inueniuntur.* Et ſic alij vi, alij minis, alij promiſsis: & vanis ſpebus in eorum inducuntur ſententiam, & vix libera inuenitur electio, & iudicium iuſtum. Tacendum eſt præſidi, tacendum eſt & iudici, & ſuper omnia tacendum eſt regi, cui facilè eſt omnes in propriam trahere ſententiam: vt ius vnicuique ſeruetur: dum in liberatione innocentis, vel in rei ſupplicio, conſultores, & electores liberè & iuſtè ſententiam poſſunt dicere. Auditam ſummi ſacerdotis ſententiam ſequuntur cæteri omnes, qui aſtabant, & ei ſubſcribunt. *Qui omnes condemnauerunt eum eſſe reum mortis*, ſummum locum tenet in *Paſsionis Chriſti. Caput.*
B Chriſti paſsione, quia vt blaſphem⁹,& Dei inimicus,& diuini honoris raptor condemnatur. Vel obſcuro homini & ſæculari valde indecora eſt tãti criminis accuſatio, nimiumq; contriſtatur, & plus ſanè quã in tormentis à iudice illatis: Quãto magis & Chriſtus? *Iudæi quã impij.* Sed vos conuenio ô Iudæi qui ſceleratiores & nequiores, vel ipſi diabolo extitiſtis in Chriſtũ. Quod mortis genus decernitur in lege veſtra, cõtra blaſphemos? Quid in re hac magna veſter Moyſes iuſsit vobis? *Leuiti. 24.* Et quidem exemplo hominis illius ex Aegyptio viro nati, non ex proprio cerebro, ſed ex ore dñi, quid faciendũ eſſe demõſtrauit. Sic inquit ſcriptura: Miſerunt eum in carcerem, donec noſſent quid iuberet domin⁹. Qui locutus eſt ad Moyſen dicens: Et duc blaſphemũ extra caſtra, & ponent oẽs qui *Pœna blaſphemi ſecũdũ legẽ.* audierunt, manus ſuas ſuper caput eius & lapidet eum populus vniuerſus, & ad filios Iſrael loquẽris: Homo qui maledixerit Deo ſuo, portabit peccatum ſuũ, & qui blaſphemauerit nomẽ dñi, morte moriatur: lapidibus opprimet eum omnis multitudo filiorũ Iſrael. Quod ſi hic Ieſus, qui dixit ſe eſſe Meſſiam, qđ vos, optimè noſtis, blaſphemauit, obruatur lapidibus: quia ei nõ debetur patibulũ crucis. Sed huc cõtendũt nequiſſimę cogitationes vrę, quomodo omni honore,

& fama & gloria expolietur, qu m auditis C
vſque ad dexterā maieſtatis in excelſis exal
NOTA. tandum. Vide & conſidera quomodo Dei
ualde. noſtri manus omnipotens intra ſementem
peſsimorum hominū germinare facit fidei
lilia, prophetarū oracula clarificat, promiſ-
ſam humano generi redemptionem per lig-
Pſal 129. num crucis implet: deniq; copioſa apud do-
minum inuenitur redemptio: & vbi nomen
Hiere. 11. domini Ieſu eradicari de terra viuentiū deſi
derant, miſſo ligno in ſacrum corpus eius:
Philip. 2. ibi inuenit mitis redēptor nominis ſui exal-
tationē, quia in ipſo omne genu flectitur in
cęlis, in terra, & in abyſsis: ibi inuenit ſui cor
poris glorificationē, ibi promeretur dextrę
paternæ conſortium, & deniq; iudiciariam
Ioſeph ty- ſedē in nouiſsimo die, de quo iā in Ioſeph,
pus Chri- & fratribus ſuis clarum præceſsit exemplar.
ſti. qui cùm à fratribus odio habetur, quia cum
Geneſ. 37 dominus vniuerſorum in ſignis multis clari-
ficabat, venditur in Aegyptū: & eius glorifi
cationi fraterna ira & inuidia deſeruit: quia
vniuerſæ terræ Aegypti ſecūdus à Pharao- *Geneſ.* 41
ne præficitur, & ſaluator eius inuentus eſt,
& acclamatus: & ipſo mortuo, omnique
cognatione ſua, filij Iſrael creuerūt, & quaſi
germinantes multiplicati ſunt: ac roborati
nimis, impleuerunt terram. Bone Deus quā *Exod.* 1.
apertè diuinorum myſteriorum Chriſti &
Eccleſiæ tuæ ſanctæ res huiuſcemodi ima-
gines gerebant, de quo non eſt nobis dicen-
dum per ſingula. Satis eſt ſapienti occaſio-
nem dare. Ad ſceleratiſsimum Senatum, &
concilium hoc reuertamur. *Et cæperunt qui-
dam conſpuere eum, & uelare faciem eius, & co-
laphis eum cædere, & dicere ei: prophetiza. Et
miniſtri alapis eum cædebant*. Obſerua in pri-
mis quod ante troianum excidium hęc præ
dixerat Sibylla Delphica: de qua Chry-
ſippus loquitur in eo libro quem de Di-
uinatione conſcripſit. Nata fuit Delphis
nomine Anthemis, extat igitur huius Si-
byllæ prophetia de Paſsione Chriſti in
hunc modum.

Impinget ille colaphos, & ſputa ſceleſtis
Iſrael labiis, neque non & fellis amari
Apponet eſcam potumque immitis aceti.

Matthæus & Lucas illa ſcribunt, ſed Lucas D
in genere. Et alia multa blaſphemantes di-
cebāt in eum. Vix calamus ſcribere poteſt,
& certè non poteſt, quanta opprobria nunc
accepit Dei filius Ieſus Chriſtus. Et ducant
ergo oculi noſtri lachrymas, rumpantur ca-
taractæ capitis noſtri, dū in vera fide & mę-
ſtitudine multa mens recogitat pia, qualem
vituperationem, ab illis, quos valde exalta-
uit, ſuſcepit Deus. *Cæperunt quidam conſpuere
eum*. Deſcripturus ſanctus Euangeliſta actio
nem, à qua nō facilè ceſſarūt impij, ſed quæ
Iniuriæ et vix finē inuenit, ab hoc verbo *cæperunt* ex-
tormēta do orditur. Vt certè ſcias nō vno aut altero ſpu
lorum Sal to obſcuratam fuiſſe faciem illam venerabi-
uatoris. lem, quā tanti faciebant patres veteris teſta-
menti, vt in ipſius manifeſtatione, ſpem ſa-
lutis æternæ reponerent. Vnde quidam illo
Pſal. 79. rum dicebat Oſtende faciem tuam, & ſalui
erimus. Faciem hanc toto venerandā orbi;
quam deſiderabat vniuerſa terra, ſpecio-
ſam præ filiis hominum, immundiſsimis ſpu
tis dehoneſtant, opprobrijs & iniurijs im-
puriſsimis obſcurant, & tanquam Deo ini-
micum, Dei filium perſequuntur. *Et ue-
lare faciem eius*. Præ timore quidem laten-
tis maieſtatis, quæ in oculis domini Ieſu,
vel tenuiter repreſentabatur, & emicabat.
Sed & ad grauiorem iniuriam: cùm nihil ſi-
bi ſatis eſſet, niſi in eum quem modo bla-
ſphemum iudicauerant, etiā obruerent pro-
pter quod colaphis eum afficiebāt, & gra-
uiter cædebant, & expalmabāt. Bone Deus
quam vigil ſcriba, quā intentus ſpiritus tuus
in docendo Euangeliſtas, ne quid ex iniurijs
his taceret, ſed æternæ mandarēt memorię.
Colaphis cæditur dn̄s Ieſus, ſputis dehone-
ſtatur, & palmis afficitur. Faciē meā nō auer NOTA.
ti ab increpātibus & conſpuentibus in me. *ualde.*
Duo audio ex ore tuo, ò Eſaia: Et quòd cō- *Eſaie.* 50.
ſpuunt faciē Chriſti, & increpant. Vtrunq; *Chriſtus*
duriſsimū: vtrunq; lachrymis & gemitibus *increpatus*
dignum: & quas reddemus gratias tibi ò do- *in ſua paſ-*
mine Ieſu? Valde durū eſt cordi meo quòd *ſione à Iu-*
exſpuūt faciē tuam perditiſsimi nebulones, *deis.*
ſed & amarum nimis quòd increpant te. A-
cuerunt linguas ſuas ſicut ſerpentes. Quid
in te increpant? Quid mali alicui hominū
feciſti? Omnes infirmos ſanaſti: oppreſſos à
diabolo liberaſti: mortuos eorum ſuſcitaſti.
Vocaſti ad vitā, & dixerūt: ecce adſum⁹ eſu
rientes nō ſemel repleſti panibus & regnum
Dei

Dei prædicaſti. Quid igitur mali aliquando exiſti ore tuo audiſti? Quid increpatione dignum à te actum eſt? Durum mihi & amarū valde, quod facie in honeſtiſsimam ſputis liniunt. Sed duriſsimum, & amarulentum, quod terribilibus clamoribus multitudo illa te increpat. Heu quo te nato Dei noſtra peccata abiecerunt. Hæccine reddis domino popule ſtulte & inſipiens? Nunquid non ipſe eſt pater tuus, qui poſſedit te & fecit, & creauit te? Audi verbum aliud ab Eſaia, quo audito viſcera tua contremiſcent. Corpus meū dedi percutientibus, & genas meas vellentibus. Euellebant barbam illam venerandam, in multis conuitijs, in magnis clamoribus, vt nullum genus deſit iniuriæ & opprobrij.

Deut. 32.

In barbæ euulſione non tam dolorem conſideres quàm iniuriam. Reſplendet quidem honor maximus in barba hominis: per quā & criminoſi corriguntur, & abſtinent à ſcelere. Dedecus igitur magnum ſuſtinuit dominus Ieſus, cùm genæ eius ſpecioſiſsimæ vellerentur, iniurioſiſsimumq; illi fuit. Quod ſatis in nuntijs Dauid miſsis ad Amō, pro regni congratulatione, comprobatur. Quippe qui habens illos tanquam regni exploratores, raſit mediā partē barbæ & præcidit veſtes eorum medias vſq; ad nates, & dimiſsit eos. Quod cùm audiſſet Dauid: miſit in occurſum eorum: erant enim viri confuſi turpiter valde: & mandauit eis Dauid: Manete in Hiericho, donec creſcat barba veſtra. Deficit mens mea o domine Ieſu in confuſione tua graui, & in turpitudine, quā tibi inferunt viri iſti. Euellunt barbā tuam, & (heu me dolentem, heu contriſtatum te, & confuſum valde) non præſcinduntur veſtes tuæ vſque ad nates: ſed nudus totus pendes in cruce in conſpectu inimicorum tuorum. Quod nō ſuſtinens ſol, obſcuratus eſt: & tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam terram. Erant viri confuſi turpiter valde. Erat dominus meus Ieſus confuſus turpiter valde in cruce. De quo in pſalm. Paſsionis. Propter te ſuſtinui opprobriū operuit cōfuſio faciem meā. Magnū locum habet in Chriſti paſsione confuſio hęc & irreuerētia, de qua ſupra diximus. *Et dicunt ei: prophetiza*, ſcilicet quis eſt qui te percuſsit: ſicut docet B. Matthæus: *Et alia multa conuitiantes dicebant in eū*, quæ neque à prophetis, neq; ab Euāgeliſtis deſcripta ſunt. En quanta & quàm dura pro te o homo patitur Dei filius: quæ tu in æternum paſſurus eras, nec ſatis præ magnitudi-

Barbæ euulſio dedecus magnū aduerſus Chriſtum.

2. Reg. 2.

Confuſio Chriſti in ſua paßiōe

Cap. 26.

A ne peccatorum, i nūc ingrate homo & vindicatibus conſeruo tuo illatā iniuriā nec fidelis, vel mors eius turpis & inhonorabilis? Vbi ubi quod nec exemplū Chriſti cæleſtem boni philoſophiam docet, neq; à vanis & mūdanis cogitationibus auertit. Propter quod Apoſtolus Petrus docet: Chriſtus pro nobis paſſus eſt, vobis relinquens exemplū vt ſequamini veſtigia eius: qui cū malediceretur, non maledicebat: & cum pateretur, non cōminabatur. Sed orabat & dicebat: Pater ignoſce illis. Et Paulus: Recogitate eum, qui talem aduerſus ſemetipſum a peccatoribus ſuſtinuit contradictionem, vt nō fatigemini animis deficientes. *Et cum eſſet Petrus in atrio deorſum, venit una ex ancillis ſummi ſacerdotis*, &c. vſque in finem capitis. Grauem, difficilemq; quæſtionem nobis ingerit Ioānes dicens negationes Petri in domo Annæ fuiſſe. Propter quam valde inſudarunt B. Auguſtinus & alij nobiles auctores: ſed & quidam ex iunioribus: inter quos Caietan. affirmat ex ſacris Euangelijs quinque fuiſſe negationes: ac ſic cōcordat oēs Euangeliſtas. Cuius generis fuerint negationes huiuſmodi, & circa quod obiectum verſentur, ſatis in ſuperioribus, diximus exponentes verbum illud Chriſti ad Petrum: Ter me negabis. Tantū ſupereſt admonere, quanta ſit carnis noſtræ infirmitas, etiam in homine iuſto, & habente gratiā habitualem: qualis in hac hora erat Petrus, qui paulo ante magnifica corporis & ſanguinis Chriſti ſacramenta ſuſceperat de manu eius: qui ad vocem mulieris contriſtatus, pauens, intremuit, & in grauem incidit infirmitatem. Vides quomodo etiam cum gratia habituali, quotidianum Dei auxiliū ſub inde eſt neceſſarium ad perſeuerantiā? De quo non ſemel admonitus fuit Petrus à Chriſto. Orate ne intretis in tentationem. Somno tamen correptus, ceſſauitque ab oratione in difficili, in procellæ tentationem demerſus fuiſſet: niſi domin' reſpexiſſet eū. Secundò nos docet negatio Petri quā debeat iuſtus ſibi ipſi timere, quomodo etiam vigilandum ſit ei in orationibus, in ieiunijs, & elæemoſynis, quibus promeretur Deus. Sint igitur oculi iuſtorum ad dominū, ſint cōtra cælū extentę manus illorū: ſciantq; quòd inuaſe fictili precioſum theſaurum gratiæ poſsident. Sciant etiam tunc maximè ſæuire hoſtem diabolum, cùm ſeruum Dei ſentit pœnitus eſſe liberatum rupiſſeq; vincula peccatorū. Tertio docemur de nul-

1. Epiſ. c. 2.

Hebre. 12.

Lib. 3. de cōſenſu Euangeliſtarum ſuper. c. 18. Ioā.

Cap. 14.

Carnis infirmitas etiam in homine iuſto.

Auxilium quotidianū neceſſariū

Petri negationes quā ta nos doceant.

de nullo quantumuis peccatore deſperandū:
Ecclesi. 11 Potēs enim eſt Deus, ſubito honeſtare pauperem, & ſtatuere illum. Eleganter ergo cō‑probat in Petro Apoſtolo dominus Ieſus quod de ouibus ſuis aliquandò dixit: Nec ra‑
Ioan. 10. piet eas quiſquam de manu mea: ſcilicet, finaliter. Rapuit quidem diabolus Petrum in multis criminibus & periurio, ſed recordatus fuit dominus ſtatim Apoſtoli ſui, & reſpexit eum diuinitatis ſuæ oculis, & in priſtinū ſanctimoniæ ſtatum reſtituit eum. Sic & Da‑
1. Reg. 17 uid dicebat Saul: Veniebat vrſus vel leo, & tollebat arietem de medio gregis, & perſequebar eos, & percutiebam, eruebamque de ore eorum. Paria ac ſimilia acta ſunt à Chriſto cum Petro & diabolo. Obſerua quomodo cui reuelauerat ſuam prædeſtinationem dominus, & repromiſerat thronum magnificæ gloriæ in iudicio, hunc timoratum inſtituit, & præcepit orare propter tentationem. Vt ex hoc clare intelligas prædeſtinatos aliquando cecidiſſe: & quoſdam illorū grauiſsimè. Secundò intellige quomodo nō tibi licet ex argumēto prædeſtinationis, vel confidentia, ocium ſectari, nec dicere apud temetipſum: ſi ſum prędeſtinatus, ſaluus ero: Noli dicere: Dominus dixit: nemo rapiet eas de manu mea, ſcilicet finaliter: volo ſecundùm carnē viuere, reſipiſcentia in ianuis eſt, vel in ipſa morte. Non eſt verbum hoc, & cogitatio hæc iniqua, hominis præordinati

Prædeſtinatio quomodo conſiderāda.

C ad vitam æternam, ſed reprobi. De quo clariſſimè nos docuit Apoſtolus in verbo illo: *2. Tim. 2.*
Firmum fundamentum ſtat: nouit dominus qui ſunt ſui: & diſcedat ab iniquitate, qui inuocat nomen domini. Vbi obſerua, quia licet prædeſtinatis præparatum ſit regnum cæleſte, ante mundi conſtitutionem, & ijs qui inuocant nomen domini repromiſſa ſit ſalus, vtriſque tamen dicit, & diſcedat ab iniquitate: tum prædeſtinatus, tum etiam, qui inuocat nomen domini. Diſcedat ergò ab iniquitate & qui ſe exiſtimat prædeſtinatum, & qui inuocat nomē domini. Neſcio an inuenies in vniuerſa ſcriptura ſacra
D aliquem ex prædeſtinatis, præter vnum latronem, qui ſtudio non ſit ſectatus virtutis viam. Vnde illi, quibus facta eſt de propria prædeſtinatione reuelatio à domino, ſicut ſacri Apoſtoli, feruentiori animo perſecuti ſunt ſtudium virtutis. Neque quiſquam illorum remiſsior fuit, facta ſibi reuelatione. Et in illis qui tanto dono haud gaudent, magnum ſignum indicatur ſtudium virtutis, & econtra. Hæc eſt inſcriptio ſigilli prædeſtinationis æternę, & diuinæ electionis: quę inſcribitur in timore domini in medijs prædeſtinatorum viſceribus: Diſcedat ab iniquitate. In hoc ſigillo ſignantur prædeſtinati, in quorumq; viſceribus plantatur igniculus hic, vt ad bonum inuitentur, & inducantur: Diſcedat ab iniquitate.

Sigillum prædeſtinationis.

Finis Capitis decimi quarti, & Libri decimi quarti Commentariorum in Marcū.

LIBER

LIBER DECIMVS QVINTVS COMMENTARIORVM IN MARCVM.

ET CONFESTIM; *mane concilium facientes summi ſacerdotes cũ ſenioribus, et Scribis, et uniuerſo cõcilio, uincientes Ieſum duxerunt, & tradiderũt Pilato.* Recogita obſecro in multa amaritudine & ſilentio, quanta ab impuris illis hominibus, reliquũ noctis, paſſus fuit mitiſsimus agnus Ieſus, de quibus in pſalmo dicebat: Tauri pingues obſederunt me, aperuerũt ſuper me os ſuũ, ſicut leo rapiens & rugiens. Pingues vocantur propter fortitudinem, non propter viſcera miſericordiæ, quæ in pinguibus regnare ſolet. Vt potentes ad malum, ad plagas, ad nocendum, nec facilè ceſſandũ: propter hæc pingues deſcribuntur: à quibus mille iniurias & dolores accepit ſaluator. Iã piamente reuolue, & recogita, quàm ſolicita erat ſacra mater Ieſu, ſicut Heli pro arca domini, & longè amplius. Quis enim dilectionem eius ad filium deſcribere poterit? Quis enumerabit amorem in hac ſacra fœmina? Triplex amoris genus inuenitur: & vnumquodque arcem tenet, & ſummum creaturæ poſsibile. Amor matris naturalis, infuſus, & acquiſitus. Quis excogitabit, quantus fuit amor maternus & naturalis? Ipſa eſt, quæ filium de Spiritu ſancto, glorificato honore integritatis, concepit: Vnde ſola mater eſt ad filium, ſine patre, & duplicem rationem amoris habet ad filium. Sed & conſidera, quia cùm honoris gloria ipſum concepit, & peperit: quòd in nulla fœmina inuentum fuit: nec facilè dici poteſt, quãtum cor virginis ratio hæc in amorem rapiebat erga filium. Nec lingua dicere poteſt, quantus fuit amor infuſus virgini matri ad filium: qui quidem habitus non inclinabat virginẽ ad diligendum filium, vt quemcunque, ſed vt filium Dei, in ventre eius hominem factum: propter quod infinitam inuenit dignitatem, & ſummam puræ creaturæ gratiam. Quid dicis de amore, qui in ſacra matre eluit ex conſuetudine, & familiari conuerſatione cum filio? Intellige iam ex his, qualis fuit dolor virginis in morte & paſsione filij, cùm certum ſit fundari in amore dolorẽ. Hæc igitur ſacra domina, quæ Deum & hominem genuit, pauens & ſolicita, longè amplius quàm Heli erat pro filio: à quo forſan, omnia quæ ventura erant ſuper eum, didicerat: præter hoc quod illuminatiſsima erat in ſcripturis prophetarum, & prophetiſſa magniloqua. Illa ergo omnia paucisſimis verbis complexus eſt Simeon ille Senex fœliciſsimus, dicens virgini: Et tuam ipſius animam pertranſibit doloris gladius. Nec legimus gladio virginem interemptam, quæ in pace requieuit: fuit tamen plus quàm martyr in morte filij, præ magnitudine doloris. Ex his aliqualiter poteris intelligere paſsiones ſacræ virginis, ſiue audientis filij comprehenſionem duriſsimam: ſiue videntis baiulantem eum ſibi crucem poſt mille plagas: ſiue (heu me) aſtantis conſtanter & intrepidè in mirifica ſerenitate mentis & corporis coram crucifixo Ieſu domino & filio. Manè igitur facto, cùm reliquum noctis expendiſſent in contumelijs & doloribus Ieſu, ſuccedentibus inuicẽ miniſtris, & vniuerſo negotio præſidente ſathana. *Conſiliũ facientes ſummi ſacerdotes cum ſenioribus & Scribis, & uniuerſo concilio, uincientes Ieſum, duxerunt, & tradiderunt Pilato.* In multitudine robur eorum eſt, non in iuſtitia non in crimine innocentis Ieſu. Væ vobis. Omnes rei facti eſtis in morte Chriſti: Sacerdotes, Seniores, Scribæ, & turba plebis, ſed inter vos non inuenitur Nicodemus, non Gamaliel, non Ioſeph ab Arimathia. Igitur firmiter ſtatuentes & præmeditantes apud ſeſe quæ illi obijcerent coram Iudice Pilato vinciunt eũ in ſignũ manifeſtiſsimi criminis ad mortem ſecundùm legem. Habebant enim morem tunc, vt quem adiudicaſſent morti, ligatum iudici traderent. In hoc intellexit Iudas, quòd damnatus eſſet Ieſus dominus noſter ad mortem: & abiens retulit triginta argenteos: & laqueo ſe ſuſpendit. Obſerua quòd in horto vinctus fuit dominus, ſicut teſtatur beatus Ioannes propter verbũ

Pſal. 21.

Iudæi pingues Tauri uocãtur propter fortitudinẽ ad nocendũ

Mariæ amor ad filium.

Mariæ dolor in paſſione filij.

Luc. 2.

Maria uirgo pl' quã martyr.

Vincula in accuſatis mortis ſignum.

Matt. 27.

Ioan. 18.

Ioan. 18.

C Iudæ, decitè caute. Similiter Annas ligatū miſit illum ad Caipham. Vinctus ducitur ad Pilatum: nec creditu difficile, quòd vinctus venerit coram Herode: & ſic reductus ad Pilatum. Vide quanta inhumanitate, & quàm indecorè tractatur rex gloriæ propter te. Vbique vt latro, apud omnes habetur vt magus: qui inter manus tenentium diffugere poſſet, vincitur firmiſsimis vinculis. Sed reuera peccatorum noſtrorum ferrea vincula ſoluebat: vt in vinculis charitatis ad ſe nos omnes traheret, ſicut prædixerat in Oſea. Tradiderunt igitur Pilato: qui & Pōtius dicebatur. Vir hic oriundus erat ex Burgundia: & natione Lugdunenſis, ſicut docet Magiſter in hyſtorijs & Ioſephus. Ablatum cum fuiſſet à Iudæis per Romanos ius in criminalibus, & præcipuè in morte crucis, quam ſummis votis Chriſto deſiderabant, ad extinguendum gloriam nominis ipſius, tradunt eum Pontio Pilato, in eo quidem habitu, in quo non eſſet de morte eius dubitandum, vinctus enim ducebatur.

Cap. 11.

Pilatus unde oriundus.

Præſes autem exiuit foras, & interrogabat eos: Quam accuſationem affertis aduerſus hominē hunc? Secūdùm ius interrogat de crimine vincti Ieſu regis gloriæ. Audi eorū reſponſum. Niſi eſſet hic malefactor, non tibi tradidiſſemus eum, ac ſi dicerent: adeò D religioſi viri ſumus: & dies hæc ſancta ad omnem cultum pietatis nos vocat; quòd tibi non licet de crimine ad mortem hominis iſtius facinoroſi dubitare: nec quicquàm mali de nobis ſuſpicari. Malefactor & ſeductor dicebatur dominus Ieſus ad conſolationem ſeruorum ſuorum, cùm ab iniquis hominibus iniurias patiuntur. Accuſabant itaque eum in multis, ſicut teſtatur beatus Lucas, Hunc inuenimus ſubuertentem gentem noſtram, &c. In quibus omnibus manifeſta erat calumnia, & falſum teſtimonium. Nam ſi in tertio verum eſt, cùm interroganti ſummo abiuranti pontifici, nunquid eſſet Chriſtus, reſpōdit ego ſum: quod idem eſt, ſicut apud alios Euangeliſtas: Tu dicis: quod teſtatur beatus Auguſtinus, & ipſa euangeliorum lectio doceat: non tamen dixit: Rex ſum: ſed ego ſum Chriſtus: Vt autem contra dominum Ieſum excitarent Pilatum, à Cęſare pręſidem, tumultus reip. primò obijciunt Ieſu: quod odioſum valde eſt regibus, & præfectis ab eis conſtitutis: cùm finis reipublicæ moderatoribus ſit publicum ſtatum in ipſa conſeruare. Secundo loco

Cap. 23.

Matt. 26. & 27.

Accuſatio Iudæorum aduerſus Ieſum.

C obijciunt prohibitionem tributi aduerſus Cæſarem: quod iracundo animo, ac præcipiti ad vindictam, à regibus auditur, & huiuſmodi maliſ multis, vſque ad mortē proſequuntur. Denique tertiò inquiunt: ſe regē eſſe. Quod nomen ruinam parare videtur A principibus, vnde impatiens ira accēditur in ſinu eorum. Non patitur conſortium, non rapinam, non denique æqualitatem. Auditis itaque ijs ſermonibus interrogat Pilatus dominum. *Tu es rex Iudæorum?* Sicut ab his tibi obijcitur: ſecundùm omnes Euāgeliſtas hæc fuit forma verborum Pilati, cùm interrogauit dominum Ieſum. Non dixit: nunquid verum eſt dixiſſe te eſſe Regē Iudæorum, ſicut tibi obijcitur ab iſtis. Sed de veritate regni interrogauit. Tu (inquit) es Rex Iudæorum? Sciebat quidem omnia ab illis per inuidiam & calumniam fieri aduerſus dominum Ieſum: ideò nihil de eorum accuſationibus curat: ſed hoc tantum cordi ſuo repoſuit, nunquid verè rex eſſet Iudæorum Ieſus: quod ſi ab ore ipſius audiſſet, comprobatum inueniret teſtimoniū Iudæorum: Hunc inuenimus dicentem ſe Chriſtum regem eſſe. Ieſus autem reſpondit: Tu dicis: Si (vt teſtatur beatus Auguſtinus, & contextus euangeliorum docere videtur, idem ſunt, Tu dicis, & ego ſum: ſicut ex Marco comprobatur: cum quærēti ſummo ſacerdoti à Ieſu, nunquid eſſet Chriſtus, reſpondit: Ego ſum: & ſecundùm alios: Tu dicis) manifeſtum eſt apud nos clarè reſpondiſſe ſaluatorem interroganti Pilato, vtrum rex eſſet, atque dixiſſe: Ego ſum: quāuis in verbo hoc, Tu dicis: non planè rem intellexerit: ſed & Ioannes meo iudicio nodum difficultatis ſoluit. Quærenti nanque Pilato: Tu es rex Iudæorum. Reſpōdit: Regnum meum non eſt de hoc mundo. Ex quo verbo legitimam concluſionem intulit Pilatus: Ergo rex es tu? Cui dominus: Tu dicis: quia rex ſum ego. *Et accuſabant eū ſummi ſacerdotes in multis.* In illis quidem quę apud Lucam habentur. Falſa tamē erant illa. Propter quod tacuit dominus. *Ieſus autem nihil reſpondit amplius: ita ut miraretur præſes.* Marcus, qui breuitati ſtuduit, per vniuerſum Euāgelium, dimiſit narrare omnia, quæ geſta ſunt cum Chriſto, quomodo remiſſus fuit ad Herodem, & ibi ſpretus ab vniuerſo exercitu vt ſtultus: quomodo etiam iterùm venerit ad Pilatum in alba veſte indutus, edocente Spiritu ſancto, in teſtimoniū candidiſsimæ

Ioan. 18.

Cap. 23.

Luc. 23.

didiſsimæ innocẽtiæ ſaluatoris. Dimiſsis igitur ijs & alijs multis, inquit: Ieſus autem nihil reſpondit: deſcribens vltimum colloquium Chriſti & Pilati: non tamen teſtatur hac duntaxat vice ei reſpondiſſe: multoties enim ei reſpondit. Sed hic & corã Pontifice tacere voluit: ne ſuſpicaretur Pont. formidine mortis, eum inductum fuiſſe ad reſpondendum, & ſe purgandum de criminibus, cùm apud ipſum Pilatum manifeſta eſſent teſtimonia. Iam cùm taceret (inquit Athanaſius) quid admireris, niſi illius robur, fortitudinemq; in contemnenda morte? Cumque eum de innocentia ita excuſet Pilatus, quid aliud in mentem venire poteſt, niſi illum ipſum, qui ibi iudicio ſubiectus ſtabat, Deum eſſe? qui interim, dum à Pilato iudicatur, eius vxori oracula ædebat: quo ſimul Pilatus ex ſilentio eius fortitudinem ſtuperet, & oraculis cognoſceret, eum, in quem ſententiam daret, non hominem tantum, ſed Deum eſſe. Timuit igitur iudex reum ſuum, & magis quàm ipſe reus videbatur condemnari, metumque in ſe hominis condemnati ſenſit, atque ipſemet ſuã in Chriſtũ, quaſi in ſe latam ſententiam exhorruit. Et Origines, diuinæ prouidentiæ aſcribit quæ paſſa fuit vxor Pilati. Scio alios doctores contrarium de hac viſione vxoris Pilati ſenſiſſe: aſcribentes eam diabolo, qui nulla non cura intendebat impedire Chriſti mortem: ſed ſæpè ſæpius in re hac dixit beatus Gregorius, neſciuiſſe diabolũ ſe per mortem filij Dei, quem agnouerat, transfigendum: quod ſi ſciret, quieſceret certè à Chriſti perſecutione. Vnde ſecundùm eum meliùs aſcribitur diuinæ prouidentiæ huiuſmodi admonitio facta vxori Pilati, ad comprobandum iterum innocentiã mitis Ieſu: à quo nec ipſe Ieſus abſtinuit dicẽs Pilato: Propterea qui me tradidit tibi, maius peccatũ habet: neq; ex hoc donatus fuit libertati ab eo: ſicut neq; propter admonitionem vxoris. Ex his tamen atque alijs vero animo, non ficto excogitauit, quomodo eriperet dominum de manibus Iudæorum: & teſtis innocentiæ factus eſt aduerſum populum. Multas itaque occaſiones excogitans liberandi ſaluatoris, optionem dedit Iudæis ſecundùm conſuetudinem diei feſti, conferens homicidam & ſeditioſum Barrabam, cum Chriſto. De quo ſanctus Euangeliſta: *Per diem autem ſolennem ſolebat dimittere illis unum ex uinctis, quem petiſſent. Erat autem quidam qui dicebatur Barrabas, &c. vſq; Quid ergo faciam regi Iudæorũ?* Vide in Pilato egregiam iuſtitiæ formam, & vrbanitatem erga Chriſtum: quem cùm ex propria auctoritate non poſſet liberare, propter turbam clamantem, & ſummos ſacerdotes accuſantes, rem prudenti conſilio aggreditur. Habebat nanque inſignem quendam vinctum, qui in ſeditione, homicidiũ fecerat, & merito omnes ad honorem legis aduerſus illum vindictam deſiderare deberent, & rogare ab ipſo iudice: etiam ſi ipſe vellet eum abſoluere, & crimina ingentia (vt dixi) condonare: à quo Barraba vnuſquiſque cauere deberet, & ſibi conſulere æquum erat, ne fortè inſurgeret in eos: Habebat & Ieſum, à quo mille ſanitates & mortuorum ſuſcitationes acceperãt, à quo etiam mali nihil timere poterãt, imò omne bonum ſperare, ſicut ad votum experti fuerant. Inuitat itaque eos, allicitque ad ſibi conſentiendum in Chriſti liberatione, dum rogat eos (ſicut inquit Marcus) *Et cùm aſcendiſſet turba, cæpit rogare, ſicut ſemper faciebat illis,* id eſt, vt ſibi conſeruaret cõſuetudinem dimittendi vnum vinctum quẽ petiſſent: quibus ipſe ſe exhibens, iucundã & gratam habens eorum poſtulationẽ, propoſuit (vt dixi) inſignem latronem homicidamque, & ſeditioſum cum Ieſu: vt hunc ſibi peterent: illum verò, vt mortis meritiſsimum, perderent. *Vultis ut dimittam uobis regem Iudæorum?* Indecorum valde vobis eſt regem veſtrum crucifigere: de quo ab omni prorſus orbe male audictis. Quod ſi ego, qui à Cæſare in hac poteſtate conſtitutus ſum, intendo eum abſoluere, vt innocentẽ, cùm ex veſtris vocibus, quamuis falſis, oportebat me vel in exilium mittere eum: Vos ergo decet non ſolùm meæ ſubſcribere ſententiæ, ſed etiam à me illud rogare inſtãter. Cui, ex ſummorum pontificum perſuaſu, omnis turba reſpondit. *Crucifige eum.* Vide & conſidera quam iniuriam à ſuis patitur Dei filius: qui inſigni homicidæ compoſitus, abijcitur, & ad crucem poſtulatur. Bone Deus. Quale eſt opprobrium iſtud? Quanta eſt iniuria aduerſus filium tuum? Inter homicidam ſeditioſum, & mortuorum reſurrectionem, ille liberatur: hic verò ad crucem damnatur. O inſaniam filiorum Iſrael. O incomprehenſibilem abyſſum diuini iudicij? O ſtultam gentem, & omni ſupplicio digniſſimam. Vnde Hieremias ex ore domini: Reliqui domum meam: dimiſi hæreditatẽ meam:

Taciturnitas Chriſti NOTA valde.

Athanaſ. in de paſſione & cruce dñi.

Orig. tracta. 35. in Matthæũ. Lyra ſuper cap. 27. Matt. & gloſſa, & alij. Auctor iſ in hac re nihil definit. Hieronymus ſubſcribit Athan. & Orig. Nota quòd gẽtibus ſæpè à Deo ſomnia reuelentur: et quod in Pilato, & uxorẽ eius iuſtum dominum confitentibus, &c. inquit Hier.

Pilati egregia prudẽtia peragebat negociũ Chriſti

Iniuria Chriſti magna.

Cap. 12.

meam: dedi dilectam animam meam in manus inimicorum eius, facta eſt mihi hæreditas mea, quaſi leo in ſylua, dedit contra me vocem.

Leonis rugitus quàm terribilis.

Fertur leonem terribilem rugitum ædere, cùm ad capiendum aliquod animal ſeparat: eoque quæ propinqua ſunt animalia perterrita cadunt. Itaque ſolo leonis clamore capiuntur ac ſuperantur. Quaſi leo ergo in ſylua aduerſus ſaluatorem ſynagoga facta eſt. Nam quãuis nullo ille timore perculſus ſit (expers enim eſt formidine Deus, & homo Chriſtus Ieſus, niſi ipſe licentiam concedat) clamoribus tamen ſuis ſynagoga Chriſtũ interfecit. Pilatus enim eũ dimittere volebat, & certè feciſſet: & qui ſecundũ diuinã legẽ doctiſsimos ſe iudicabãt, crudeliores & ſceleratiores ꝓphanis & cũctis ſacri legis inueniũtur. Clamauerũt, crucifige eũ. Pilatus verò qui iudex fuerat interpellatus, teſtis innocentiæ factus eſt & aduocatus.

Chriſti innocentia in ſua paſsione ex multis comprobatur.

Quantũ per hoc Chriſti Ieſu dñi noſtri innocentia cõmendatur, & cõprobatur? Nõ Pilatus, nõ Herodes, neq; iterũ Pilatus inueniunt criminis vel vmbrã aut veſtigium in Chriſto, vnde dãnari poſsit. Talis ergo ſit vita credentiũ in Chriſto. Nemo patiatur, vt fur, aut vt homicida, vel vt maledicus, vel vt adulter. Si autẽ quia Chriſtianus, glorificet Deum in iſto nomine.

1. Pet. 4.

Inquit Pilatus: *Quid enim mali fecit?* Quaſi dicat, nihil certè.

Pilati peccatum.

O Pilate, dũ filij Dei conteſtaris innocentiã, te ipſum condẽnatione oſtendis digniſſimũ. Dices: Non mihi liberũ fuit ipſum liberare, quoniã affectatę tyrãnidis erat accuſatus, & tanquã Cæſari contrarius vſurpans regiã dignitatẽ. Oportebat quidẽ argumẽta quærere, quibus ſcelera hæc probãtur: vt puta ſi exercitũ conſcribebat, ſi ingentẽ pecuniam cõflabat, ſi arma vel aliud huiuſmodi præparabat. Tu verò temerè ab eis ſeduceris, qua propter à culpa expers nõ es. Maius nanq;, ait, peccatũ habet, qui me tradidit tibi. Tu quidẽ grande: ille maius multò. *At illi magis clamabant, crucifige eũ.* Quid eſt magis clamabant? Dum Pilatus firmius pro virili intenderet libertati donare dominum Ieſum, illi magis clamabant, vt crucifigeretur. Ecce iam iniquiſsimi iudicis à mundi exordio imaginem. *Pilatus verò volens populo ſatisfacere, dimiſit illis Barrabam.* O facinus ſtupendum: ſeditioſus homicida dimittitur: Deus ad crucifixionem poſtulatur. Crucifige, crucifige eum. Habent omnes viri iuſti & literati vnde glorientur, cùm ad magiſtra-

C tum, ad epiſcopatum & cathedram indocti & obſcuri aſſumuntur. Quos enim Deus pręſciuit & prædeſtinauit, conformes fieri imaginis filij Dei.

Rom. 8.

Domine audiui auditũ tuum, & timui.

Habac. 3.

Et tradidit Ieſum flagellis cæſum. Haud tunc tradidit Ieſum ad crucifigendũ, ſed priùs flagellis fuit cæſus, & cætera omnia acta ſunt contra eum, quę ſacri Euangeliſtæ enarrant.

Flagellatiõis Chriſti ratio.

Ratio flagellationis apud Pilatũ fuit, quia cùm intellexiſſet quæ dicta & acta erant à Ieſu circa regni negotiũ, quod verè dixiſſet ſe eſſe Meſsiã, quomodo quinta ante die ingreſſus eſſet in multo comitatu Hieruſalẽ, acclamantibus populis, Oſanna, &c. & comperiens nullum tumultũ ſubſequutum fuiſſe, neque in ciuitate, neq; extra: ſed omnia eſt pacatiſsima & tranquillo ſtatu, iudicauit Ieſum, vt fatuum eſſe puniẽdum, & omni honore priuaudum: ne populi deinceps illũ ſequerentur, tanquã lege & iure infamem, & ſic Iudæi ceſſarent à morte ipſius. Tunc ergo Pilatus apprehẽdit Ieſum, & flagellauit. Quod noſter Euangeliſta dicit. *Tradidit Ieſum flagellis cæſum.*

Flagellatio Chriſti

Verè non eſt halitus, non eſt motus vel huic calamo. Obſtupeſcit mẽs mea: pauẽt oſſa, deficit virtus, caligant oculi mei, præ męſtitudi-

D ne, præ timore, & reuerẽtia. Aperiamus igitur mentis oculos. In atrium trahitur agnus innocens, & mitis, & grande ſpectaculũ mundo, & angelis & hominibus proponitur à ſeruis peccati, ſeruili modo princeps gloriæ conceditur, veſtibus expoliatur omnibus: & qui columnam igneam per noctẽ, & nubem in die conceſsit Iudæis in deſerto, nunc ad columnam marmoream nudus ligatur vt latro.

Exod. 13.

Et hæu quis talia auſus fuit vel attentare? Mutuò carnifices & milites, qui mancipium ſunt auri, & ibi fas, vbi maior merces, ſe inuitant, corrupti quidem à Iudæis, non parua pecunia ad plagas, ad vulnera domini Ieſu. Obſtupuſcite cæli & portæ eius deſolamini vehementer.

Eſai. 1.

Non aperuit os ſuum agnus, ſed alta mente repoſitum opus noſtræ redemptionis perducit ad portum, patiens ipſe naufragium, venit nanque in altitudinẽ maris, & tempeſtas demerſit illum.

Pſal. 68.

Et longè fortiùs rem & vim paſsionum ipſius exponit, quia ibi dicit: Infixus ſum in limo profundi. Plus igitur contriſtatus fuit corde pro noſtris peccatis, quã ex mille plagis flagellorum. Cædebatur itaq; tam multiplicibus ictibus, tan crebris, vt niſi nouas vires plura patiendi diuinitas

A ſubminiſtraſſet, reſpirationis inopia, ſanguiniſque profluuio deficiens, inter litorũ manus deficeret. Multiplicant igitur plagam ſuper plagam, liuorem ſuper liuorem, fracturam ſuper fracturam, vulnus ſuper vulnus, ſanguinem ſuper ſanguinem, donec corpus illud ſpecioſum pręfilijs hominum de-
Pſal.44. formaretur, vt ſecundùm prophetę teſtimo-
Eſai.55. nium non remaneret in eo ſpecies. Diſciplina ergo pacis noſtræ percuſsit eum: & nos liuore eius ſanati ſumus. Bone Deus quanta
Eſai.53. eſt conſilij & ſapientiæ tuæ altitudo. Impletum eſt, quod ſcriptum erat: Dominus voluit conterere eum in infirmitate. Vide quomodo conteritur ſub mille plagis: in quibus excoriatur totum corpus: funditur ſanguis redemptionis humanæ, rigatur atriũ cruore piĳſsimo, intinguntur diſciplinæ & manus carnificum. Et heu, hæc omnia foris audiuntur, vbi adeſt mœſtiſsima mater eius: auditque latratus canum rabidiſsimorum,
Concluſiones mirificæ ex flagellatione Chriſti. & morſus in dentibus ferreis, quos in innocentiſsimo corpore Ieſu infigebant. Et illud ſacratiſsimum corpus, pectuſque Dei capax, flagella ſecuerunt. Sic Hieronymus. Vide ſi iure dictum eſt ab apoſtolo Petro.
1.Pet.1. Non corruptibilibus auro & argento, ſed ſanguine agni immaculati redempti ſumus.
1.Cor.6. Vide ſi iure dictum eſt à Paulo: Empti eſtis enim precio magno, glorificate & portate Deum in corpore veſtro. Vide ſi iure
1.Cor.15. dictum eſt ab eodem. Chriſtus pro omnibus mortuus eſt, vt qui viuunt, iam non ſibi viuant, ſed ei, qui pro ipſis mortuus eſt. Vi-
Rom.6. de ſi iure dicit: Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt, vt nos offerret Deo, mortificatos quidem carne, viuificatos autem ſpiritu. Vide ſi adeſt tibi locus, vbi in multo feruore ſpiritus dicas cum propheta:
Pſal.115. Quid retribuam domino pro omnibus quę retribuit mihi? Vide quanto labore requiſita eſt à paſtore bono & optimo ouis perdita, & inuenta: ac ſuper humeros deportata.
Luc.15. Væ illis, væ nobis, ſi ingrati fuerimus: O ingrate homo, i poſt hæc, & quære tibi ex impuriſsimis luxurijs, commeſſationibus & ebrietatibus gaudia & delitias, ſuauia ac
1.Theſ.4. mollia delectamenta. Nõ vocauit nos Deus
Ephe.2. in immundiciam, ſed in ſanctificationem. Ipſius enim factura ſumus creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis, quæ præparauit Deus, vt in illis ambulemus. Creati inquit in Chriſto Ieſu. Ecce dolores parturientis nos Chriſti. Flagellis multis & crudelibus

A cæditur, vſque ad mille plagas. A planta pedis vſque ad verticem capitis, non eſt in eo
ſanitas. Plus domine Ieſu tuis iniurijs debeo *Eſai.1.*
quòd redemptus ſum, quàm tuis operibus, quòd creatus ſum. Attende iam circa flagellationem domini, quomodo debachabantur, & diabolus & populus Hieruſalem in Chriſti perſecutionibus, & ibidem potentia maieſtatis eius abſcondebatur: non quidem diabolo: qui ſciebat Ieſum eſſe Dei fi-
lium, ſecundum Gregorium papam: ſed Iu- **NOTA.**
dæis. Diabolus tamen ignorabat, quòd ex- *Diabolus.*
poliandus eſſet, & transfigendus. Neque ex formidine diuinitatis abſtinuit, neſciens quid inde ſequuturum eſſet: reportare tamen aduerſus Deum victoriam exiſtima-
bat & deſiderabat. Cæca enim eſt malitia, *Malitia*
& incircunſpecta animi prauitas: quæ non *cæca.*
intelligit contra ſe manus acuere. Veluti
ſi quis ſerpentem manu apprehēdat, vt al- *Similitudi*
teri iniiciat: quòd fieri non poteſt, niſi ipſe *nes.*
prius morſus ſuſtineat. Aut ſi quis manu ignem ſumat, vt hoſtem lædat, interim non animaduertens ſe ipſum comburi. Ita ipſa malitia contra ſui vſurpatores militat, eoſq; qui ipſam tenent, magis, quàm illos, in quos
B noxam parant, ſauciat. Ita quoque Pharao *Exo.14.*
volens capere captus eſt, & exorſus perſequi, perſecutionem paſſus eſt, & necē moliens, ſubmerſus eſt: ita & Goliath, quibus *1.Re.17.*
armis Dauidem inuadebat, detruncatus eſt, & ſpoliare deſtinans ſpoliatus eſt. Idē euenit impiĳſsimo diabolo: ſiquidem inuadens & occidens, captus eſt & ſpoliatus. Omnia ſiquidem contra ſe ipſum agebat: qui etiam tunc ſpoliabatur, cùm corpus domini nudabatur ad flagella. Vide iam & conſidera crudeliſsimum ſpectaculum, nunquàm retrò ſeculis auditum aut viſum. *Milites autem duxerunt eum in atrium prætorij, & conuocant totam cohortem, & induunt eum purpura, & imponent ei plectentes ſpineam coronam &c. uſque clamidem coccineam circundederunt ei.* Omnia bene nota, & deducant oculi tui lachrymas, nec ceſſent pupillæ; ſed vt torrens deducāt aquas cum fletu & gemitibus amariſsimis. Totam cohortem conuocant certè ad coronationē pacifici regis Salomonis, & ad multiplicem vituperationem. Bone Deus aduer-
ſus mitem agnum, qui non aperuit os ſuum, *Eſai.55.*
cohors integra militum, pecunia à Iudæis *Eſai.53.*
corruptorum, congregatur vno quidem animo, pari crudelitatis ſtudio acuunt irā ſuā duriſsimam ſuper faciem illius, qui dixit:

& po-

C

& poſui faciem meam ſupra petram duriſſimam. Obſerua cum beato Matthæo, quòd poſt flagella iam acceperat dominus Ieſus propria veſtimenta, & induerat ſe. Inquit enim Matthæus: Et exuentes eũ, clamidem coccineam, circundederunt ei. Quod grauiſſimum & durum valde fuit domino, & viuaciſsimi doloris inflictiuum. Iamque nudus iterum totus apparet ſanguinolẽtus coram illa multitudine, ipſumque induunt vili purpura. Et (hæu plectentes, id eſt, texentes coronam ſpineam ſuper caput eius imponunt: quæ deſeruiret loco coronæ regiæ de auro & lapidibus precioſis compoſitæ: nec defuit ſceptrum, arundinem quidem in manu eius dederunt: qua deinde accepta, tremendum caput percutiebant: propter quod ſpinæ illæ duriſsimæ & acutiſsimæ ſacrũ cerebrum & frontem vulnerarunt. Teſtatur Nicolaus de Lyra ſe audiuiſſe à quodã, qui abijt cum ſancto Ludouico rege Francorũ vltra mare ad terram ſanctam, quod in littore maris ſenſerat puncturas iuncorum per ſolutares inter medios: quę velut ferrũ durę & acutæ erant. Quis autẽ vel excogitare poteſt, quantus dolor venerandum illud caput tot aculeis confixum affecerit, cùm nos vel ad vnius ſpinæ pũcturam fermè intolerabili dolore vexemur? Adhuc manus eorum extenta permanebat contra dominum. Alapas ei dabant, in faciem conſpuebant, quam deſiderabat vniuerſa terra, & genuflexo adorabant, & arundine percutiebãt caput.

Cap.27.

Chriſtus grauiſſime doluit in expoliatione veſtis.

Spinæ coronæ quam duræ.

Dolor ſpineæ coronæ

D

Domine quis credet auditui noſtro? Quis ſatis venerandi capitis dolores explicabit? Quis contumelias Chriſti tui, prout decet, expendet? Scriptum erat: Saturabitur opprobrijs, & iterum: Opprobria exprobrantium tibi ceciderunt ſuper me. Et iterum: Faciem meam poſui, vt petram duriſsimã, non quidem propter inſenſibilitatem eius, ſed propter firmitatem, & inconcuſſam fortitudinem. Et ſtatim: Et ſcio, quoniam non confundar. Poſt hæc, quia nunc ſupra cunctos homines apparet confuſus: ſed neque confundentur, qui ſperant in te domine rex gloriæ. Tu enim orabas ad patrem: Nõ confundantur ſuper me, qui quærent te Deus Iſrael. Quis ſe temperet à lachrymis talia fando? Vbi iam mundi ſuperbia, quæ nunc in capite Chriſti arundine percutitur? Vbi nunc delectationes carnales, quæ acutiſsimis ſpinis in ſacro vertice domini caſtigantur: O Deus quanti nos feciſti, quàm durè

Eſai.53.
Pſal.68.
Eſai.50.

Pſal.68.

& viliter tractatur chariſsimus filius tuus, pro vilibus mancipijs diaboli. Facies Ieſu conſpuitur. Æterne Deus, quî fieri poteſt vt homo creatura tua faciem tuã ſputamentis liniat? Cogitate fratres mirabilem patientiam Chriſti, vt non fatigemini animis veſtris deficientes, cùm à conſeruo veſtro vel indecorum verbum auditis: caput benedictum in ſæcula, quòd Deus pater coronauit diuinitatis plenitudine, & vnde ad vſque oram veſtimenti Chriſti, id eſt, totius eccleſię larga & plena ſanctificationis benedictio deſcendit, arundine percutitvr. Vbi nõ tantùm vehementiſsimum dolorem conſideres, cùm ex illa percuſsione aculei ſpinarum magis ac magis ipſum ſacrum verticẽ, penetrabant: ſed etiam dedecus maximum apud omnium hominum opinionem conſtitutum eſt. Hîc gemebundus totus orat dominus Ieſus: ſaluum me fac Deus: quoniam intrauerunt aquæ vſque ad animam meam. Veni in altitudinem procellarum, dolorum, ſanguinum, iniuriarum: & tempeſtas demergit me. Ecce locum vbi meus Dauid deficit: Defecit (inquit) in ſalutare tuum anima mea. Quid inquis propheta? In ſalutare Dei deficis? Quis aliquando verſũ hoc audiuit? Verè defectione deficit mens mea, dum fideli animo recogito diuinæ & altiſsimæ diſpoſitionis ſacramentum erga mundi redemptionem. Et vt ſciatis quam ſalutaris ſit hæc defectio, & humano generi deſiderabilis, audite: Et in verbum tuum ſuperſperaui. Non tantùm ſpem ſalutis æternæ, ingerit defectio hæc cordi meo, verùm, & ſuper ſpem. Docet ſperare, & ſuperſperare, Chriſti mors & paſsio. Propter hoc Lamnaſſeach conſecrauit pſalmum quinquageſimum ipſe Dauid, id eſt, ſanguinolento: qualis nunc apparet: ex quo nõ tantùm ſpẽ veniæ, ſed ſuper ſpẽ cõcipiebat, dicẽs: Lauabis me, & ſuper niuem dealbabor. Cæterum ſi myſticam intelligentiam in his omnibus requiſieris, nullo non negotio inuenies. In clamide nanque coccinea (quæ regalis maieſtatis inſigne eſt) ſignificatur quomodo deuictis hoſtibus, & diabolo, & morte, & peccato, expoliatoque inferno ſuper vniuerſum genus hominum hic Ieſus eſſet regnaturus, aſſerturuſq; Adam & filios eius, qui captiui tenebantur ſub diaboli poteſtate, in libertatem filiorũ Dei. Sed & purpurea clamys, ſeu coccinea ardorem charitatis ſanctorum martyrum ſignificat: quorum con

Pſal.68.

Pſal.158.
Defectio ex amoris cõſideratione infra ex iuſtitiæ diuinæ agnitione.

Spes veniæ & regni ubi inuenitur.

Pſal.50.

Clamydis coccineæ ſignificatio.

A cõfeſsionibus, velut regia clamyde, ornatus fuit Chriſtus: & etiam ad ſignificationem, ꝙ verè ipſe eſſet, qui in rufa vitucula ſignificabatur: cuius corpus iubebatur extra caſtra cremari pro peccato: propter hoc purpura veſtitus eſt dominus. Intellige etiam in rubro veſtimento vindictam & vltionē aduerſus populum hunc, ſicut docet beatus Hieronymus. In ſpinis autem, quę germina ſunt antiquæ maledictionis pro peccato, peccata item noſtra, quæ in Chriſto poſuit Deus intuere. Atqui hic modus & forma conſiderandi Chriſti paſsiones fructuoſus eſt valde ad odium peccatorum, & deteſtationem eorum. Coronatus itaque fuit dominus corona contexta ſpinis, ſicut adumbratum fuerat in ariete, quem pro Iſaac obtulit ſummus pater fidei noſtrę Abraham: qui repertus fuit inter vepres hærens cornibus: ſicut veteres patres expoſuerunt, Tertullianus præcipue, & Iuſtinus martyr. Ab illa vtique die demonſtratum eſt homini Dei, quod nunc ab hiſce peccatoribus cõtra Dei filium perficitur: dum tremendum caput Chriſti ſpinis coronant. Et in verbo, in quo Moyſes hiſtoriam deſcribit, & myſterium

Num. 16.

Paſsio Chriſti qualiter cõſideranda.

Aries hærens vepribus figura coronæ ſpineæ.

Gen. 22.

NOTA valde.

B arietis, ſacramentum hoc agni immaculati ſignificabatur. Deſcripturus nanque inuentionem arietis iuxta ſe & poſt tergū, inquit: Leuauit Abraham oculos ſuos. Vbi potius dicendum erat, conuertitque Abrahā oculos: ſiquidem iuxta ſe & poſt tergum ſuum erat aries. Quia verò myſticam & ſacrā habebat prædemonſtrationem, & certè hanc de qua nobis eſt ſermo, in Dei filio, & coronam eius ſpineam demonſtrabat, potiùs voluit dicere, leuauit oculos ſuos, quam conuertit: cùm ad rei intelligentiam de ſublimibus cælorum venientis manu duceret nos, ac ſi diceret: Deum ſummum qui in cælo ſedem habet, ſpinis coronatum, pro mundi ſalute, videbitis ſicut & aries mihi poſt tergum offertur, de quo dicitur, leuauit oculos ſuos, & vidit poſt tergum. Poſt tergum aderat imago, quæ in ſummo Deo cæli demonſtribatur: propterea dixit: Leuauit. Et vocauit nomen loci illius: Dominus vidit, ſcilicet, quid fecerim ego ex obedientia eius, in filio meo, & mutato ſtatim verbo pręſentis temporis in futurum, inquit: Vnde vſque hodie dicitur: in monte dominus videbit, ſcilicet filium ſuum, ſicut cernitur aries hic redimitus ſpinis. *Dederuntq́; arundinem in manu eius.* Non vulgaris eſt ſignifica-

Arundo in manu dñi.

A tio huius arundinis & virgæ, quam impij & ſceleratiores homines dederunt in manu domini Ieſu. In virga nanque mirabilia multa operatus eſt Aaron, in primiſq; conuerſa in colubrū deuorauit dracones, quos malefici Aegypti fecerāt. Sed & aquæ Aegypti in ſanguinem conuerſæ ſunt, leuante Aaron virgam Dei contra aquas Aegypti: Ecce iterum vltionem aduerſus populum hunc peſsimum, quæ in ſanguine propriè ſignificata eſt, & in deuoratione draconum. In virga quippe vltio diuinæ iræ demonſtratur Eſaiæ. Væ Aſſur virga furoris mei. *Et ponentes genua adorabant eum.* Ecce nouam contumeliam. Sed conuertit illam Deus pater in gloriam chariſsimi filij, velint nolint Iudæi: in quorum gratiam tanta à gentibus irrogata ſunt domino: aut certè precio emerunt ab eis: quia ipſæ gentes in humili corde & hilari procidentes coram eo, adorant veſtigia pedum ipſius, & ſeſe in mediæ noctis ſilentio, inuitant dicẽtes: Venite adoremus, & procidamus ante eum: quia ipſe eſt dominus Deus noſter. Erubeſcat ergo infœlix Iudæus, qui gaudet de puerili regno Meſsię,

Exod. 7.

Lege Auguſt. 3. de trin c. 7. ut intelligas unde habuerunt magi aquas ad conuerſionem earum in ſanguinē

Adoratio Chriſti coronati conuerſa in gloriam.

Pſal. 93.

B quod in vanitate arundinis ſignificare intēdebat: quia repleuit illum dominus exercituum fortitudine & gloria. Regnum tuum regnum omnium ſæculorum, & dominatio

Pſal. 144.

Pſal. 71.

C tua ô rex Chriſte à mari vſque ad mare, & à flumine Iordanis, vbi accepiſti à Deo patre gloriam & honorē, voce elapſa à magnifica gloria, Tu es filius meus dilectus: vſque ad terminos orbis terrarum. Coram te procident Aethiopes: & inimici tui terram lingent: ſed obſerua quod inſigne diadematis Chriſti in hoc mundo in ſpinis conſtituitur, non in delitijs, non inter gaudia vana & mendacia filiorum hominum. Ioannes Euāg. deſcribit pręintentū finem à Pilato paucis verbis: *Et exiuit Pilatus iterum foras, &c. Exiuit ergo Ieſus foras portans coronā ſpineam, & purpureum veſtimentum. Et dicit eis: Ecce homo.* Haud viderant Iudæi ſpectaculum illud magnū, quod apparuit in Ieſu, quam deſpectus & afflictus, plagatuſque extiterat, licèt gauderent in carnificum & militū clamoribus & vocibus. Et (hæu) aſtabat forſan ibi pia virgo Maria mater Ieſu in animo fortiſsimo, innixa ſupra cæleſte auxiliū diuinæ gratiæ. Adducit igitur Pilatus quaſi ad manum ſuſtentans plagatum nimis corpus Ieſu, vix lento gradu incedere potentis, vbique in ſanguine veſtigia impreſſa relin-

Matt. 17.

Pſal. 71.

Chriſti demonſtratio ad populū.

quen-

Cap.53. quentis. Exiuit qualis ab Eſaia deſcribitur: C
ſine ſpecie & decore, non habens aſpectum,
& quaſi leproſus. & percuſſus à Deo. Addu
citur itaque per manus Pilati ad omnium
conſpectum, portans coronam ſpineam pre
cioſo cruore rubricatam: & purpureum ve-
Gen.37. ſtimentum, ſicut tunicam Ioſeph in ſangui-
ne tinctam: & inquit Pilatus: *Ecce homo*, qui
potiùs de ſepultura curare debet, quàm de
regni gloria. Quòd ſi adhuc vixerit, adeò
dehoneſtatus eſt, & infamis factus, quod fu-
gam potius, quàm domicilium etiam inter
notos & parentes debeat capere. Ecce ho-
mo, in quo vix veſtigia hominis apparent:
abſconditus eſt vultus eius: ecce viſcera nu-
da tremunt ex multis plagis & flagellis: ecce
caput perforatum in multis ſpinis. Satis igi-
tur ſit vobis, & crimini, quod obijcitis ei,
quòd tam immaniter & crudeliter in veſtrã
gratiam cum illo actum eſt. Ceſſent obſe-
cro antiqua odia: ceſſent iræ. Homo eſt, cui
vel modicum clementiæ debetis ob multa,
& pręclara officia, quæ vobis contulit, ſicut
vos ipſi teſtes eſtis. Miſeremini eius ſaltem
ob diuinum honorem, & reuerentiam: no-
tum que ſit vobis, ſatiſque comprobatum ex
ſupplicijs quæ de manu miniſtrorum meo-
rum accepit, quòd ſi mortis cauſam inueniſ
ſem in eo, nullo modo parcerem ei: quin po
tiùs morti & cruci traderem. Grande fuit il- D
Mariæ vir- lud ſpectaculum & horrendum, cùm publi-
ginis com- cè demonſtratus fuit coram vniuerſa plebe.
paſsio. Quanta paſſus fuit in conſpectu piæ matris?
Qualis & fuit primus hic contuitus virgini;
cum in forma hac aſpexit dilectiſsimum fi-
lium? Magna fuit velut mare contritio tua
virgo filia Siõ. *Tradidit Ieſum flagellis cæſum*
ut crucifigeretur. Sedens quidem pro tribuna
li, in loco, qui dicitur Lithoſtrotos, Hebrai
cè autem Gabatha, id eſt, multorum lapi-
dum. Sedens itaque iudex iniquiſsimus, &
aſtante coram eo Dei filio, in verbis & ſcri
pturis crucis ſupplicium decreuit aduerſus
illum: acceptaq; ſententia, inclinauit caput
Matt. 27. Ieſus ad reuerentiam patris: & ſtatim rapi-
tur & exuitur, vt in proprijs veſtibus agno
ſceretur ab vniuerſo populo, qui iam ex li-
neis vultus cognoſci non poterat. Pilatus,
qui ſibi iam videbatur mũdus, quia lauit ma
nus ſuas, ſententiam mortis fert in Chriſtũ:
Parum exiſtimabat hominem humilẽ con
demnare: neminem putabat cædis huius fu-
turum iudicem: cùm ſcriptum eſſet: Mea
Deut.31. eſt vltio, & ego retribuam. Heu quãtus mę-

C ror diſcipulorum & aliorum amicorum Ie-
ſu corda oppreſsit, dum ablata omni ſpe vi-
uendi fideliſsimum magiſtrum & clarũ val-
de tradidit impius & crudelis lupus denti-
bus canum, qui erant velut arma & ſagittæ,
& lingua eorum gladius acutus: & firmaue-
runt ſibi ſermonem nequam, in verbo, cru-
cifige: quouſque conceſſum illis fuit ad vo-
tum & deſiderium. Vide iam quomodo à
ſententia æternæ amaritudinis nos liberat
Chriſtus, ex nimia charitate ſuſcipiens ſen-
tentiam crucis. *Et educunt illum, ut crucifigerẽt*
eum, baiulantem ſibi crucem. Super hume-
ros Ieſu graue lignum crucis impoſuerunt,
vt ſibi, ſuæ morti & crucifixioni, illud vſq;
ad Golgotha deportaret. Vix incedere po-
terat, vix reſpirare cõcedunt, vix anhelitus
ſufficit ad vitam: & vix corpus exangue &
laſſum ſe ipſum poteſt ſuſtentare; & graue
lignum humeris ſuis mitis agnus de manu
carnificum accipit. Ecce Iſaac portans ſibi Gen.22.
ligna ad ſui holocauſtum: ſed neſciens quòd
ſibi illa deferret: Ieſus autẽ dominus meus,
ſciens ab exordio ſibi in ſummo dedecore
portat lignum crucis. Ecce Abraham, ecce Ibi.
inquam patrem omnipotentem; manu alte- NOTA
ra tenentem gladium inflexibilis iræ & vl- valde.
tionis inſuperabilis: & manu altera ignem. Gladij &
Bone Deus: demonſtra obſecro nobis in his ignis A-
D duobus, in gladio & igne, qualis ſit tuæ iuſti brahæ ſi-
tiæ magnitudo, quàm proinde tremenda: gnificatio.
qui proprio filio chariſsimo & vnigenito Defectio
non parcit propter aliena peccata, id eſt, no ex iuſtitiæ
ſtra. In hac doctrina inuenitur ſalutaris illa agnitione.
defectio, quam propheta Dauid inueniebat & ex timo
cum ingẽti fructu. A fortitudine manus tuæ re.
ego defeci. Et ſanctus Hieremias in agnitio- Pſal.38.
ne gladij huius, & iuſtitiæ patris omnipotẽ Cap.15.
tis dicebat: Non ſedi cum cõcilio ludentiũ,
& gloriatus ſum à facie manus tuæ: ſolus ſe
debam, quoniam cõminatione repleſti me.
Et iterum: poſtquàm oſtendiſti mihi, per-
cuſsi femur meũ. Ecce quot bona ex agni
tione diuinæ iræ & vltionis germinantur.
Deficit caro quæ laſciuiens, contra ſpiritũ, Cap.31.
& dominum conſurgebat: abſtinet ab omni
vanitate ludentium: & percutit in mortifica
tione & caſtigatione ignobilis libidinis fe
mur: ſub quo requieſcit. Oſtende nobis do-
mine, quanta & qualis fuit dilectio tua ad
nos, & genus noſtrum vniuerſum, quæ in
igne præfigurabatur. Sic Deus dilexit mun
dum (inquit Chriſtus) vt filium ſuum vni- Ioan.3.
genitum daret: & iterum alia Scriptura: Rom.8.
Pro-

Rom.7. Propriò filio ſuo non pepercit Deus: ſed A
pro nobis tradidit illum. Hæc ſunt quæ re-
lucent in gladio & igne, quæ manibus de-
portabat Abraham, cùm ibat ad immola-
tionem Iſaac filij chariſsimi: & hæc intuere
in cruce Chriſti, vt precioſum fructum cha-
ritatis & timoris percipias, in quo configun
Pſal.118. tur carnes, ſicut orabat propheta Dauid: cō
fige timore tuo carnes meas, &c. Sibi ergo
baiulat crucem, quia nulli vel tangere eam
erat gratioſum: cùm eſſet maledictum li-
Deut.28. gnum, & qui in eo pendebat. Maledictus
omnis qui pendet in ligno. Vide bonitatis
abyſſum, conſidera redemptionis ſacramen
tum intuere charitatis Dei ad nos altitudi-
nem, & heu noſtram ingratitudinem. Pro
nobis Deus pater filium ſuum fecit maledi-
ctum & execrationem. Etiam filius Dei.
Gal.3. Omnis dicit: Maledictus omnis qui pen-
det in ligno, id eſt, morti addictus. Qui e-
nim benedictus eſt ſemper in ſua iuſtitia,
maledictus ad horam fieri dignatus eſt pro
pter delicta noſtra in morte, ſuſcepta ex pœ-
na noſtra. Suſcepit autem Ieſus ſine reatu
ſupplicium noſtrum, vt inde ſolueret no-
ſtrum reatum, & finiret etiam ſupplicium
noſtrum. Et tu Eſaia mirabile myſterium
vidiſti, cùm præconizabas immenſo gau-
dio & lætitia cordis tui, atque dicebas: Fi-
Cap.7. lius datus eſt nobis: & factus eſt principatus
eius ſuper humerū eius. Ecce quod præci-
niſti completur: cùm dominus baiulat ſibi
Gen.22. crucem. Ecce quod tu Abraham filio reſpō
diſti: Dominus prouidebit ſibi victimam fi
Principatus Christi & regum terrenorū. li mi, Obſerua verbum illud ſuper humerū
eius, non inuenit ſibi principatum Chriſtus;
ſicut reges terræ qui fuſo ſanguine militum
ſuorum accipiunt ſpolia & principatum:
Chriſtus verò ſuper humerū, qui ad onera
deportanda conſtitutus eſt à natura. Onus
redemptionis deportauit ab exordio vſque
huc, & vſque ad exhalationem animæ in
cruce. De quo infra. Et baiulans ſibi crucē,
principatum inuenit. Noli ergo te ipſum ſe
ducere ô homo, quærens ex humero alie-
no, id eſt, ex labore aliorum, principa-
1.Cor.3. tum regni cæleſtis. Vnuſquiſque accipiet
mercedem ſecundùm proprium laborem.
Baiulat itaque ſibi, id eſt, ad ſupplicium
ſuum pro reatu noſtro crucem dominus,
ſed in ſceptrum quidem illud conuerterat
poteſtatis; cùm apud impios eſſet ludi-
brium: ſed manifeſtabatur fidelibus glo-
rioſum myſterium. Quia glorioſiſsimus

diaboli victor, inimicarum virtutum po- Myſteriū crucis ſuper humeros Chriſti.
tentiſsimus debellator, pulchra ſpecie,
triumphi ſui portabat trophæum, & inui-
ctæ potentiæ humeris ſignum ſalutis, ado-
randum, regnis omnibus inferebat: tan-
quàm & tunc ipſa operis ſui imagine, om-
nes imitatores ſuos confirmaret, & diceret.
Qui non accipit crucē ſuam, & ſequitur me, Luc.14.
non eſt me dignus: Quandiu enim ſtabat
inimicus diabolus, & atrium ſuum cuſto-
diebat, tenebant ipſi carnifices lignum: qui
vt vincendus erat, tunc trophæū ſuſcepit do
minus, & ſibi baiulabat. Siquidē decebat vi
ctorem iam triumphantē de diabolo, non al
teri concedere, ſed ſibi ſuum trophæum ge-
ſtare. Reſumpſit autem cum trophæo ve-
ſtimenta ſua ab illis abiturus ad mortem
vt ea ſimul cum morte exueret: fecitque
eos accelerare, qui ipſum ducebant. Cùm
autem duceretur. *Anguiauerunt prætereuntem quempiam Simonem Cyrenæum uenientem de uilla. Patrem Alexandrii & Ruphi, ut tolleret crucem eius.* Cum igitur contra diabolum
trophæum baiularet, principio quidem ſuā
ſibi crucem ferebat. Vltro enim ad mortem Crux ſua per humeros quid ſignificet.
tendebat: ac rurſus eam geſtauit Simon ho
mo, vt omnibus innoteſceret dominū non
B ſuam mortem, ſed hominum obire. Trāsfer
turq; lignū crucis à domino in Cyrenæum
hominem, vt etiam tali facto præſignaretur
gentium fides, quibus crux Chriſti non con
fuſio erat futura, ſed gloria. Non ergo for-
tuitum, ſed figuratum & myſticū fuit, vt
Iudæis in Chriſtum ſæuientibus, ad com-
patiendum ei peregrinus occurreret, dicen-
te Apoſtolo: Si compatimur & conregnabi Rom.8.
mus; vt ſacratiſsimo redemptionis oppro-
brio, gentes ditarentur. Rebus ſic cōſtitutis,
cum feſtinatione ad locū vadit (proximus
quippe erat ciuitati) vbi eum in crucē aſcen Col.2.
dere oportebat: vt chirographum noſtrum,
quod erat contrariū nobis, quod diabolus
abſtulerat ab Adā, de medio tolleret, & affi
geret illud cruci, & Euæ atramētū pio cruo
re detergeret. De quo & Petrus apoſt. Tra- 1.cap.2.
debat autē iudicanti ſe iniuſtè: qui peccata
noſtra ipſe portauit in corpore ſuo ſuper li-
gnū: vt peccato mortui, iuſtitiæ viuamus, cu
ius liuore ſanati eſtis. Grauius ex hoc erat li
gnū, cū ſuper illud totius mūdi peccata por
taret, quàm ex naturali pondere. Cùm fidu 1.Reg.17
cia ergo incedit Dauid aduerſus Goliath in Dan.2.
lapide abſciſſo ſine manibus, id eſt, in carne.
de ſpiritu ſancto ex ſacra virgine concepta,

aa ect TT & in

& in nomine domini: & cum magnificè ag
greditur, ac vincit cum fortitudine in in-
stitia ſuæ oblationis, & diuiniſsimi ſacrifi-
cij. Et exhibiturus, euulſum ex dracone ho
minem, proprio ſanguine aſpergit, & emũ-
dat terram. *Et perducunt illum in Golgotha*
locum, quod eſt interpretatum, Caluariæ locus.
Orig. tra- Obſerua quod beatus Hieronymus reijcit
ctâ. 35. in Origenem & Athanaſium referentes cuiuſ
Matth. dam Hebræi traditionem de caluaria Adę,
Athan. in in loco vbi crucifixus fuit dominus. Adam
paſsione et nanque ſepultus fuit in Hebron & Arbee,
cruce dñi. ſicut legimus in libro Ieſu Naue. Qui lo-
Cap. 14. cus Hebron antiquitus Cariatharbe dice-
batur, id eſt, ciuitas quatuor: quia quatuor
magni patriarchæ ſunt ibi ſepulti cum vxo
Adam ſe- ribus ſuis. Adam ſcilicet & Eua, Abraham
pultus in & Sarra, Iſaac & Rebecca, Iacob & Lia.
Hebron. Dicitur itaque caluariæ locus ex decolla-
tis ibidem nequam hominibus latronibus
ſcilicet, & alijs ſeditioſis. Vide quàm turpis
eſt etiam locus, vbi crucifigitur dominus.
Sed & inter duos latrones: ac ſi dux eſſet
eorum. Quæ omnia fidei ſeruiunt: quia ſcri
Eſai. 53. ptum erat: Et cum iniquis reputatus eſt. *Et*
dabant ei myrrhatum uinum. Matthæus in-
quit: Et dederunt ei vinum bibere cum fel
le mixtum. Et cùm guſtaſſet, noluit bibe-
re. O crudelitatem impiorum. Mirrhatum
& cum felle mixtum offerunt crucifigen-
do ſtatim domino, vt os, & interna viſce-
Deu. 32. ra amaritudine repleant. Dedit eis vt bibe
rent vinum meraciſsimum cum ſanguine
vuæ, & mel vt ſuggererent de petra. Vide
quam vicem pro illis rependunt. Pro mel-
le, mirrham & fel pro vino meraciſsimo,
acetum. Noluit itaque bibere illud, cùm
Mat. 26. guſtaſſet, dixerat nanque: Non bibam de
hoc genimine vitis, &c. Ioannes nil horum
commemorat: ſed de aceto agit, cùm iam
moriturus dixit: Sitio. Impletæ itaq; ſunt
ſcripturæ prophetarum vſque ad apicem
Pſal. 21. minimum. Dederunt in eſcam meam fel,
& in ſiti mea potauerunt me aceto, non qui
dem ſimul: ſed alterum actum eſt ante cru-
cifixionem, alterum verò crucifixo iam do
mino. Et cùm guſtaſſet, noluit bibere, vel
non accepit, idem nanque ſunt apud vtrun
que Euang. Sed myſterium habet, quod
quæque dura & grauia illata à Iudæis & gẽ-
tibus, ſuſtinuit dominus, & accepit: mir-
rhatum autem vinum cùm guſtaſſet, no-
luit bibere. Primò, quia bibere præter ma
litiam execrabilem porrigentium, actionẽ

C propriam habet ipſius bibentis: nihilque a-
gendum erat à Chriſto contra ſe ipſum in
morte ſua. Secundò clarificatur quodam po- *Potentia*
tentia eius, qui crucifigebatur, qui cùm nol *Chriſti*
let bibere, non paſſus fuit vim ab eis: etiam *iuxta cru-*
ſi mirrhatum vinum ipſi obtulerint. Haud *cem.*
enim ipſe exegit potum: quod ſi petiuiſſet,
nec mirum appareret, ſi cum guſtaſſet, non
biberet, nec vim inferrent. Sed cùm ab eis
fuerit excogitata tanta malitia & graue hoc
tormentum, etiam nolenti, non contradi-
cunt, aut vim inferunt, quod non infrequẽs
eſt carnificibus aduerſus malefactores. No-
luit denique bibere vinum felle mixtum,
ſed guſtauit vt doceret qui guſtabat mortis
amaritudinem, ſtatim tertia die reſurrectu-
rum. In quo verbo apoſt. Paulus deſcribit
myſterium mortis Chriſti: Videmus Ieſum *Heb. 2.*
per paſsionem mortis, gloria & honore co-
ronatum: vt gratia Dei pro omnibus guſta-
ret mortem. *Et crucifigentes eum, diuiſerunt ue-*
ſtimenta eius, mittentes ſortem ſuper eis, quid
quis tolleret. Vide quomodo deſcribant ſa-
cri Euangeliſtæ crucifixionẽ domini. Imò
vix eam deſcribunt Matthæus & Marcus: *Cap. 27.*
ſed aliunde eorum texitur oratio, & termi
natur alibi, nimirum in diuiſione & ſorte ve
D ſtium. Matthæus ſic: Poſtquàm autem cru-
cifixerunt eum, diuiſerunt veſtimenta eius.
Marcus autem: Et crucifigentes eum, diuiſe
runt veſtimenta eius. Deinde verò: crucifi-
xerunt eum. Pauca inquam referunt, ſed
multa vera & pia relinquunt cogitanda no
bis, veſtibus nudatur: vbi tria conſideres *Chriſti cõ*
obſecro. Primò confuſionem & reueren- *fuſio iterũ*
tiam, quam coram illa multitudine ſuſti- *ex nudita-*
nuit propter te. Qui cùm primos parentes *te.*
noſtros in exilium mitteret, & ſoli habita- *Geneſ. 3.*
rent ſuper terram, eſſentque chariſsimi &
amore coniunctiſsimi, fecit illis veſtimenta
ne alter corã altero erubeſceret. Dñs autem
meus corã inimicis nudus extitit. Vnde B. *Amb. lib.*
Ambroſius: Victus eſt Adã qui veſtimenta *10. in cap.*
quæſiuit: vicit ille qui tegumenta depoſuit, *23. Lucæ.*
& talis aſcendit, quales nos auctore Deo na
tura formauit. Talis in paradiſo homo pri-
mus habitauerat, talis ad paradiſum homo ſe
cundus intrauit. Magna ergo & duriſsima
confuſio fuit Chriſto ſic corã omnibus ami
cis denudari. Propriè quidem ad nos dicit:
Propter te ſuſtinui opprobriũ, tota die con
fuſio cooperuit faciem meã. Iam quid dicã
de doloribus huius horę, in qua veſtibus expo
liatur dñs? Nemo facile explicabit dolorẽ

hu ne

A hunc. Nam dum veſtem carni ſanctiſſimæ proximã, & ex flagellorum vulneribus iam impactam, & totam inhærentem, cutẽ & pellem natiuam, violenter & feſtine tanquam ad mortem eius properantes, abrumperent, omnia vulnera innouarunt; multò crudeliùs, multò doloroſiùs, quàm cũ priùs flagellorum ictus inflixerunt. Experientia *Similitudo* enim teſte forſan didiciſti, quòd ſi linũ modicum aut pannus recenti vulneri applicetur, vulneri cõagulatur, vnde cum violenter extrahitur, lõgè grauior pœna, difficiliſque ad tollerandũ ſentitur, quã in eius prima inflictione. Auxit & hoc vehementer dolorẽ, quod corpus illud ſacrũ ſic denuò vulneratum, & ferè excoriatũ, frigori & vento expoſitum afficiebatur intollerabili dolore. Audi maiora, & præpara ſinũ cordis tui ad recipiendum & conſeruandũ cruorẽ pijſſimũ, qui de interioribus venis ſaluatoris mox effundetur. Nudato itaq; dño crux in conſpe- *Crucifixio domini* ctu eius aptatur, & ara, in qua immolandus erat pro totius mũdi ſalute agnus immaculatus. Perterebrarũt igitur miniſtri crucem & dñm adhuc ſpinis coronatũ ſuper crucis lignũ projiciunt. O cælũ ô terra ô angeli, nulli ubi crudelius digniuſue admiratione, & lachrymis vidiſtis ſpectaculũ. Leuam primò extendit generoſus rex, & cõcedit carnificibus: clauo policali craſſitudine malleorũ miniſterio cruci ita affigunt, vt volã ipſam carnemq; clauus intra foramen ſecũ raperet: vt non affixam, ſed ferro innatã crederes. Pari crudelitate, ſed maiori cũ tortura ad dextrã procedunt. Diſtabant valde foramina, & perterebrationes à lõgitudine extenſarũ manuum. Et nerui (vt fieri ſolet) ad amicabilia ſubſidia ad ſe inuicem acceſſerant, & contractiores facti iam erant, cumque dextra cauernulæ apponeretur, non pertingebat. Cumque facile illis eſſet perterebrare lignum, pro longitudine brachiorum, alia inſtrumenta ſæuitiæ excogitant, opereque perficiunt. Aliqui ſiniſtram vigili cautella, vinctam ne erumperet ſolicitè ſeruant. Alij violenter tendunt dextram, donec clauus ad locum perueniret, eamque ſicut alteram perfodiunt & affigunt. Sed & pedes eadem atrocitate cruciant, clauis trajciunt, trahunt, & expandunt, non ſine poplitum, compagumque omnium ſolutione: vt neruos, venas, fibias, oſſaque omnia numerare poſſes, nullaque in toto corpore ruga maneret. Iam impletur prophetia: Foderũt manus meas & pedes meos, *Pſal. 21.* dinumerauerunt omnia oſſa mea. Accede ergo ô anima mea cum propheta altero in ardenti deſiderio amoris, in multis lachrymis, dic ſaluatori tuo: Quid ſunt plagæ iſtæ *Zach. 13.* in medio manuum tuarum? Sic innocens agnus non aperiens os ſuum in ara crucis immolandus duriſsimè affligitur in ligno. Hũc igitur anima mea aures & oculos intende: quia licet multa ſit paſſus vſque huc Chriſtus, in ſola tamen carne exteriori illa ſuſtinuit. Nunc venitur ad extremum, & vltimam medullam, & ſummam dolorũ. Nunc nerui & oſſa examinantur, qui dolor eſt vehementiſsimus in manibus & pedibus, vbi nerui & oſſa adeò conueniunt, vt non niſi vi magna & intenſiſsimo dolore ſeiungi poſſint. Quid commiſiſti dulciſsime Ieſu (hem ingratitudinem meam) vt ſic iudicareris, adeoque crudeliter tractareris? Quod obſecro ſcelus tuum? Quæ culpa tua? Quæ cauſa tui doloris? Ego ego cauſa ſum omnis tui doloris. Hæu adhuc miſer ego rideo & gaudeo, dum tu pro me pateris, & ſanguinẽ fundis. Vidiſti primum & ſecundũ dolorẽ, *Paupertas Christi in cruce.*

B ſcilicet & confuſionem domini. Tertium cõſidera; paupertates ſcilicet. Hactenus quidem ab exordio natiuitatis paupertatem ſuſtinuit, cum diues eſſet, deſcendenſque ab *1. Cor. 9.* inenarrabilibus cæli diuitijs, venit in mundum: tamen virginis matris & aliorum miniſteria non ſpreuit. Nam ab ipſa primò paſtus eſt, & pannis amictum accepit: & quamuis etiam tunc, vt hominis filius, non haberet vbi caput ſuum reclinaret, vſum tamen præſepis nõ ſpreuit. Nũc autẽ altiſſima paupertate premitur, non permittitur ei quãuis adeſſet, miniſtrare mater pijſſima: ſed neq; accedere: pro cibo & potu ſitienti fel & mirrha offertur. Omne etiã capitis reclinatoriũ tollitur, ab omni tugurio & ciuitate ejicitur: ſub diu crucifigitur, nõ pãnis cuiuſcumq; tegitur: ſed veſtibus etiã proprijs nudatur. Ad vos præcipuè ô euangelici pauperes hic ſermo meus dirigitur. Ante oculos cordis veſtri hic pauper Ieſus ſequendus proponitur: vt veſtigia eius exquiratis, & ſequamini vſque ad mortẽ. Hactenus de ipſa crucifixione. His itaque peractis, crucem (heu quomodo configebatur cor virginis) in altum multis clamoribus & mutua cõgratulatione põtificum ſuſtollunt. Aderat ibi rupis firma ad id opus excauata, vt crucis pedẽ caperet & clauderet. In idipſũ receptaculũ ipſam cru-

Luce. 2.

Matt. 8.

Luce 2.

cẽ cũ ſuo nobili crucifixo non illabi, ſed rue re tanto impetu faciũt, vt tot laboribus maximis, nouuſque dolor adderetur: vnde viſcera intima tremerent, vulneraq; manuum ac pedum hactenus clauorum obtuſitate obtuſa, tanto caſu laxarentur: vnde noui riuuli ſanguinis ſcaturierunt. Iam fons paradiſi cæleſtis in quatuor partes diuiditur, ex foſ- *Gen.2.* ſuris ſcilicet manuum & pedum. Et copioſiſsimè influens irrigat vniuerſam terram, peccata omnium hominum, quò ad ſufficientiam abluendo. *Et tenebræ factæ ſunt ſuper totam terram.* Pendente nanque creatore vniuerſa creatura ei famulabatur, & gemuit & crucis clauos omnia ſimul elementa ſenſerunt. Nihil ab illo ſupplicio liberum fuit. *Leo papa, 9. ſermone de paſsione* Hoc in communionem ſui, & terram traxit & cælum: hoc petras rupit, monumenta aperuit, inferna reſerauit, & denſarum horrore tenebrarum radios ſolis abſcondit. Debebat hoc teſtimonium ſuo mundus auctori, vt in occaſu conditoris vellent omnia finiri. Placuit ſtatim poſt crucifixionem domini de tenebris aliquid agere, quia certè ab hora ſexta, in qua crucifixus fuit, vſque ad horam nonam factæ ſunt ſuper vniuerſam terram. Quod ſi in rigore ſcripturæ expo-

D

nendæ non ſunt, cùm oporteat in temporibus & numeris aliquando latitudinem condonare, non contradicam: quià multa facta ſunt poſt eleuationem crucis, quæ ſine luce fieri non poterant. Legerunt multi titulum quem poſuit Pilatus ſuper caput Ieſu. Miſerunt ſortem milites ſuper inconſutilem tunicam, quæ ſine luce fieri non poterant. A parte ergo totum aliquando denominatur. Et ab vtraq; ſcilicet ſexta & ſeptima tempus denominatur ſine mendacio. Dato itaq; ſigno ſextæ horæ dicitur, hora eſt ſexta & hora eſt ſeptima. De quibus tenebris ſuo loco ſtatim agẽdũ eſt. *Et crucifigentes eũ, diuiſerunt veſtimẽta ei*⁹. Quale eſt hoc ſpectaculũ, quod vel elementa ſuſtinere non poſſunt? Quale eſt veſpertinum hoc ſacrificium, quod in ara crucis chariſsimus Dei filius patri ſuo omnipotenti offert? Quis eſt hic agnus, qui in tanta amaritudine cruore ſuo totus perfuſus immolatur? Qualis eſt facies illa quæ in pallorem mortis conuertitur? quæ omnes mœrentes conſolabatur, & rore cæleſtis lætitiæ perfundebat? cuius ſunt manus illæ, quæ tot ſanitates & opitulationes in plebe hac impleuerunt? Bone Deus, nonne hic eſt ille filius tuus, qui in ſinu tuo ab æter-

C

no perfecta æqualitate tecum requieſcit? Eſt certè. Quomodo ergo in cruce pendet? Quale eſt crimẽ quod cõmiſit? Propter ſcelus populi mei percuſsi eum. Dñe audiui auditionẽ tuam & timui. Conſidero opera tua & expaueſco. Periſſet vniuerſus Adam, nec pependiſſet dñs meus Ieſus in ligno. Sed elegiſti propter nimiã charitatẽ tuam, nõ parcere vnigenito tuo, vt ſeruũ redimeres. Verè bonus, & in ſæculũ miſericordia tua. Verè miſericors & præſtabilis ſuper malitia. Reſpice ergo domine ſancte pater de ſede magnitudinis tuæ, & de excelſo cælorũ habitaculo ſuper faciem Chriſti tui, & miſerere mei. Intuere & ſuſcipe hanc ſacrã hoſtiã & holocauſtũ quod manus filij tui clauis ligno affixæ, tibi offerunt pro innumerabilibus peccatis, & offenſionibus, & negligentijs meis, & pro totius mundi ſalute: exoro obſecro placabilis ſuper malitia noſtra. Sed & tu o homo conſidera hoſtiam qua redemptus es, ſanguinem quo mundatus es, & noli eum pollutum ducere, & ne contriſteris Spiritum S. per quem effuſus eſt, noli deniq; ingratus eſſe. *Mittentes ſortem ſuper eis, ut quid quis tolleret.* Sors miſſa ſuper veſtes domini Ieſu in cruce pendentis, tunicã deſignat inconſutilem: nõ reliquas, ſicut docet ſacer Ioannes. Milites ergo cùm crucifixiſſent eum, &c. Dixerunt ad inuicẽ, (vide omnium conſenſum & beneplacitum circa integritatẽ inconſutilis tunicæ, ne diuideretur) Non ſcindamus eam, ſed ſortiamur de illa cuius ſit: vt (euentũ dicit) ſcriptura impleretur dicens: Partiti ſunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortẽ. De quo myſterio ſupra cum B. Athanaſio & alijs diximus, cùm de veſte Annæ diſputauimus. *Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum.* Non vulgaris quæſtio exurgit, cũ noſter Euangeliſta horam tertiam deſcribat ad crucifixionem domini. Cùm Ioannes commemorans horam, in qua Pilatus condemnauit dominum, ſextam demonſtret. Erat autem paraſceue quaſi hora ſexta. Non quidem peracta vel facta ſexta, ſed ferè. Peracta quinta & decurrente ad ſextam. Quomodo ergo qui hora quaſi ſexta conceſſus fuit Iudæis ad crucifigendum, ſedente pro tribunali Pilato crucifigi potuit hora tertia? Scio Beatum Hieronymum (ſi tamen commentaria illa ſuper pſalmum. 77. illius ſunt) quæſtionis nodum ſoluere ſic. Rurſum ſcriptum eſt in Marco,

Eſai.53. *Abac.3.* *Cap.19.* *Pſal.21.*

quia

quia hora tertia crucifixus ſit dñs. Hoc videtur diuerſum, ſed non eſt diuerſum. Error ſcriptorum fuit: & in Marco. hora ſexta ſcriptum fuit. Et multi Epiſegmon Græcum putauerunt eſſe. Quibus verbis indicat Hieronymus ſcriptorem pro hora ſexta, poſuiſſe tertiam, deceptum ſimilitudine numeraliū characterū, quos in Græcis codicibus reperit. Siquidē ſignū quod ſenarij nota eſt, adeò ſimile eſt ſigno ternariū ſignificāti, vt procliue fuerit ſcriptori in vnum ex altero labi, & pro Epiſegmo, quod ſextam horam deſignat repoſuiſſe, r, quod tertiam ſignificat. Theophylatus Hieronymo ſubſcribit, & Caietanus, & Reuerendiſsimus Epiſcopus Cano. Beatus Auguſtinus quæſtionem ſoluit, referens tempus crucifixionis ad horam qua Iudæi vocibus impetrarunt à Pilato crucifixionem domini, quod factū fuit hora tertia. Et reuera crucifixus fuit hora ferè ſexta, ſicut inquit Ioannes & Mattheus. Nam & accuſator, & iudex, & carnifex rectè dicuntur occidiſſe reum. Ille accuſando & probando crimen, iudex damnādo carnifex ſententiā exequēdo, & hæc ſentētia eſt tenenda: cùm æditio vulgata ſecūdùm omnes ſuas partes ſit canonica. Lege & eundē Auguſtinum ſuper pſalmum. 63. tom. 8. fol. 650. a. *Et erat titulus cauſæ eius ſcriptus: Rex Iudæorum.* Ioannes clariùs: Scripſit autem & titulum Pilatus, & poſuit ſuper crucem. Erat autem ſcriptum: Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum. Et erat ſcriptum Hebraicè, Grecè, & Latinè. Quem titulū multi Iudeorū legerunt. Non poſſum pro rei magnitudine ſatis admirari, quòd precio corruptis falſis teſtibus, & ad ſeditionem, clamoremque infœlici populo concitato, nullam adhuc cauſam inuenerunt contra dominum Ieſum, niſi quòd Rex Iudæorum eſſet: neque hoc ſatis illi comprobarunt: Ieſus nanque dixit ſe eſſe Chriſtum, non regem Iudæorum. Futuruſque & repromiſſus Chriſtus, haud futurus erat temporalis rex Iudæorum. Vnde ille qui dixit: Ego ſum, ſcilicet Chriſtus, confitebatur coram Pilato & dicebat: Regnum meum non eſt de hoc mundo, defecerat quippe rex & ſceptrum de tribu Iuda, vnde dominus oriundus fuit. Inquit ergo: Et erat titulus cauſæ, pro qua ſcilicet à Iudæis traditus fuerat Pilato. Vnde Beatus Matthæus: Et poſuerunt ſuper caput eius cauſam ipſius ſcriptam. Hic eſt Ieſus rex Iudæorum. Obſerua quod dominica crux

Lib. 2. de locis theo. capit. 16.
Aug. li 3. de conſenſu Euang. tom. 4. fo. 493.
Mar. 14.
Ioan. 19.
Cap. 27.

A in ſuperiori parte terminabatur in ligno tranſuerſo. Quod inde probatur, quia titulus erat poſitus ſuper caput & crucem: ſicut teſtantur Matthæus & Ioannes: ipſumque titulum multi Iudæorum legerunt: quod fieri non poſſet, ſi infra caput domini Ieſu terminaretur lignum crucis. Eminebat igitur lignum crucis ſuper caput domini. Bene quidē. Et ſummus ſacerdos ingreſſurus ſanctuarium inter alia, laminam de auro puriſſimo deferebat: in qua opere cœlatoris ſculptum erat: ſanctum domino, Ligabatq; eam vitta hyacintina; & erat ſuper tiaram imminens ſuper frontem ipſius pontificis. Ecce quomodo ſuper tiaram coronæ ſpinarum ſummus ſacerdos noſter habet ſanctum domino à Pilato ſculptum ad confuſionē Iudæorum, & cum magna gloria & ingēti honore Chriſti crucifixi. Solet nanque præcedere pompa victores cùm triumphant de inimicis. At verò currum domini triumphalem, id eſt, dominicam crucem comitabatur bona pompa vniuerſarum creaturarum, quæ in eius tranſitu & triumpho aduerſus diabolū lugebāt. Solet etiā titulus ſubiugatarum gentiū numerū deſignare. Sed in illis triūphis ordine quodā digeſta miſerabili deuictarū præeuntium contumelioſa captiuitas nationum: hic redemptarum gentium regnat gratia. Vnde ſummus ſacerdos nomina duodecim tribuum Iſrael in rationali iudicij ſuper pectus ſuū, quando ingrediebatur ſanctuarium memorale coram domino in æternum deportabat. Quis ſapiens & intelliget hæc? In pectore ſuo ſcripta habebat dominus Ieſus ſacerdos æternus nomina omniū filiorū Iſrael, non qui ſecundū carnem, ſed qui ſecundùm fidem & electionē ſunt, ſicut Iacob, qui & Iſrael dictus eſt. Audi & vide pompam currus triumphalis Chriſti. Dignus efficitur vniuerſus mūdus, cælum, terra, mare, vt à corruptella mutentur ad gratiā. Nec deeſt debellatorum principum in catenis & in manicis ferreis apparatus ante crucem triumphalem, de quibus Abach: Ante faciem eius ibit mors. Egrediatur diabolus ante pedes eius. Mors ergo & infernus, diabolus, & peccatum deuicta ſunt in cruce Chriſti, de quibus in ſua cruce triumphat crucifixus. Et vt dominus iure nouo redemptionis vniuerſæ terræ, dimenſus eſt eam, poſt ſuam reſurrectionem in Apoſtolica prædicatione. Quod iā præconizabat titulus ſuper caput

B

Summus ſacerdos.
Exod. 28.
Pōpa triū phū Chriſti præcedens deſcribitur.
Prædeſtinati in pectore Chriſti deſcripti.
Cap. 3.
Mors & diabolus et infernus cū cti ante currum triumphi Chriſti.

Ieſu ſcriptus non vna aut altera lingua, ſed C
famoſioribus & ducibus, Græcis. Latinis &
Hebraicis, multique legerunt titulũ ex his
tribus gentibus, In quo iam demonſtrabatur, quod certè ſubiugare poſſet Græcorũ
ſapientiam per ſtultitiam crucis, & domare
Romanum imperium magnitudine potentiæ ſuperbum. Sed & Hebræi ab hac gratia abijciendi non erant in vniuerſum. Imo
omnium rex deſcribitur congruo tempo-
Eſai.6. re. Factus enim eſt principatus eius ſuper humerum eius. Cuius robur immobile & vis
inſuperabilis in ſtudio Iudæorum aduerſus
crucifixum demonſtratur, & clarificatur.
Crucis titulus inuiolatus permanſit. Abierunt nanque ad Pilatum, & dixerunt
ei: Noli ſcribere rex Iudæorum: ſed quia
ipſe dixit: Rex ſum Iudæorum. Pilatus autem: Quod ſcripſi ſcripſi. Quod prædictum
erat non ſemel in titulo pſalmorum. 56. 57.
Triũphus adhuc. & 58. Ne diſperdas Dauid in tituli inſcriptione. Aſcendiſti ergo domine palmam,
quia illud crucis tuæ lignum portendebat
triumphum de diabolo, & de principatibus
& poteſtatibus, & de nequitijs ſpiritualibus
victoriam. Erantq; in manibus tuis duo cornua, in quibus erat tua fortitudo abſcondita, & imperium tuum ſuper humerũ tuum.
Tu ipſe patibuli tui baiulus hærebas ligno,
quod tuleras, euectionis & paſsionis anxietates ſuſtinens, & labores. Clauis ſacros pe- D
des terebrantibus, foſsiſque manibus, deuulnerum anxietate non loqueris, de ſpinis ſacrum caput pungentibus, non quereris; ſed
ſatagis vt innoteſcat poſteris, quare derelictus à patre ſis, expoſitus contumelijs, & Iu-
Ioan. 19. dæorum ludibrijs. Cauſam mortis in te nõ
Ioan. 11. eſſe Pilatus prædixerat, & Caiphas mortẽ
tuam pro inimico populo ſatisfacturam,
cùm eſſet anni illius pontifex, prophetarat.
Tu de morte non agis, de opprobrijs non
contendis, ſed hoc vis intelligi, quæ ſit cauſa
mortis, quis quæſtus, vt ab vtraque re cognita, appareat peccatum & gratia, & quanti ponderis ſit vtrunque, rerum probet effectus: cùm originali morti nullum, niſi in
Chriſti morte potuerit eſſe remedium: nec
reconciliare Deo potuerat exules & damnatos quælibet oblatio, niſi ſanguinis ſingu-
NOTA. *valde.* lare ſacrificium. Et certè ſine hoc ſacrificio
poterat condonare peccatum pater tuus
æternus, ſed noluit, ne facilitas veniæ la-
Chriſti paſsionis neceſsitas. xaret habenas peccati effrænibus: quæ etiam Chriſti vix cohibent paſsiones, quæ
vix ſceleratos animos à voluptate euel-

C lunt. Vulneri ſanie tam putrido, & antiquarum cicatricum fœtore non inueniebatur medicamentum conueniens, niſi in
vnguento ſanguinis tui plaga vetus liniretur, & malagmate carnis in cruce extentæ ſiccarentur venena: quæ calcaneo primi hominis, & omni poſteritati eius ſerpens ille ſeductor antiquus infuderat. Conſidero opera tua & admiror: vt turbarum
ſeductor es accuſatus, & vt tyrannus regni
occupator, & tamen Ieſus Nazarenus rex
Iudæorum eſt titulus cauſæ tuæ: in quo
iam demonſtratur, quòd vere ſaluator ſis
populi tui à diaboli poteſtate, & peccatis
eorum. Conſidero opera tua, & paueo, &
admiror; te in cruce inter damnatos affixum, iam nec mœſtum, nec pauidum, ſed
ſuppliciorum victorem, eleuatis manibus
triumphantem de Amalech, & quaſi ſan- *Exodi. 17.*
ctificantem de excelſo plebem eleuatum
in ſublimi, & quaſi cælo proximum, ſuperioribus inferentem conſummati agonis vexillum, & inferioribus erexiſſe ſcalam in
patris occurſum. Ieſus enim cùm ſuper crucem ſcribitur, & ſanguis tuus vndique in
multis doloribus manat, ecce impletur,
quod ab angelo dictum eſt ſacro ſponſo in *Matt. 2.*
ſomnis: Vocabis nomen eius Ieſum, rationemque nominis reddens, & interpre-
D tationem addidit: ipſe enim ſaluum faciet
populum ſuum à peccatis eorum. Populum ſuum cùm inquit, non tantum Iſraeliticam gentem ſignificat: ſed omnem lin- *Cap. 11.*
guam, nationem, & tribum. Quod Caiphas prædixerat, exponente Ioanne, & titulus conſcriptus Græcè, Hebraicè, & Latinè. O admirabilis potentia crucis. O ineffabilis gloria paſsionis, in qua tribunal &
iudicium mundi & poteſtas eſt crucifixi.
De quo infra. *Et cum eo crucifixerunt duos latrones, unum à dextris, & alium à ſiniſtris eius;*
&c. uſque deſcendens de cruce. Omni ſtudio *Iudæorum ſtudium aduerſus honorẽ Ieſu.*
intentant obſcurare glorioſum nomẽ Ieſu,
vt non memoretur amplius: vnde haud ſufficit eis quod calumnijs & tumultibus populi impetrarunt à Pilato crucis patibulũ, niſi vt
dux latronum inter duos nequam crucifi-
gatur. Tu tamen domine ſancte aduerſus *Pro. 21.*
cuius decretum, non eſt prudentia, non
eſt conſilium, in his omnibus clarificas filium tuum Ieſum dominũ noſtrũ: cùm per
hæc & ſimilia in illo complentur ſcripturæ *Cap. 53.*
prophetarum: prædictũ nanq; erat ab Eſaia:
Et cũ ſceleratis & iniquis reputatus eſt. Et
alter

Cap.53. alter latronum factus eſt magnificus confeſ A ſor Ieſu, qui vſque tunc occiſor & latro cō- probari poterat. Dixit nanque ad alterum. *Latro clarificauit Ieſum.* Neque tu times Deum, qui in eadem damnatione es, & nos quidem iuſtè, nam digna factis recipimus: hic autem nihil mali fecit. Gaudeant cæli & omnes gentes plaudant manibus: vel latro vnus cito moriturus innocentiam Chriſti aduerſus omnem Hieruſalem profitetur, & arguit blaſphemantem latronem, & clara voce nihil mali feciſſe Ieſum teſtificatur: dū ſummi ſacerdotes blaſphemant aduerſus crucifixum regem gloriæ. Latro quidem cæleſti illuſtratus claritate ad Chriſtum conuertens ſermonem, & regnum eius æternum agnoſcens, dixit: Domine memento mei, dum veneris in re- *Lucæ.23.* gnum tuum. Cui dominus: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiſo. Conſidero te domine in patibulo, vbi videbaris ſine adiutorio, quomodo imperatoria poteſtate latronem præmittis ad regnum, & in cuius aſſumptione iam manifeſtè conſtat, quantum apud derelictos profeceris, quorū primus iſte gloria & honore coronatus, ipſa die paradiſi ciuis & domeſticus curiæ cæleſtis efficitur. *Gratia uberior, quam oratio.* Vide quàm longè vberior eſt gratia, quàm precatio. Latro orabat, vt ſui memor eſſet dominus, cùm regni ſceptrum reſumpſiſſet: dominus autem ait: Fideliter tibi dico: quia hodie mecum eris in paradiſo. Vita eſt enim eſſe cum Chriſto: quia vbi Chriſtus eſt, ibi & requies. Citòq; ignoſcit dominus, quia citò ille conuertitur. Vnde illum qui in exordio, cum ſocio ſui criminis, conuitiabatur Chriſto: ſicut alius Euangeliſta teſtatur: à Deo tamen illuminatus & conuerſus, ſuum confitebatur redemptorem, & proprium crimen: & exauditus *Sermone ſecundo de paſſione.* fuit. Lege beatum Ambroſium lib. 10. ſuper Lucam. Et Lyram ſuper. 27. cap. Matt. Et beatus Leo papa inquit: Latrones duo crucifixi ſunt: quorum vnus vſque ad id tēporis ſimiliſq; conſorti inſidiator viarum, & ſaluti hominum ſemper infectus, vſque ad crucem reus: fit Chriſti repente confeſſor, Vſque ad crucem reus inquit: de quo ſtatim cum beato Hieronymo. In cruceq; orationeChriſti exaudita à patre, cùm diceret: Ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt: primitias accepit, & inuenit orationis latro, qui prius fuerat blaſphemus in Chriſtum. Vides quomodo nomina filiorum Iſrael in pectore ſuo ſummus noſter ſacerdos in ara crucis coram patre deportabat? Vides quomodo vberem gratiam latro recepit? Fide illuminatur, ſpe in Chriſtum concepta, orat, placidiſſimo ore ſibi reſpondetur: Hodie mecum eris in paradiſo. Recepit itaque primitias orantis Chriſti: Ignoſce illis. *Prætereuntes blaſphemabant eum mouentes capita ſua, & dicentes: Vah qui deſtruis templum Dei, & in tribus diebus reædificas. ſaluum fac temetipſum, deſcendens de cruce.* Eia Iudæi iniquiſsimi, vel inuiti glorificate crucifixum regem veſtrū. Glorificatus quidem eſt, dum mouent capita ſua. Prædictum nanque & hoc fuerat in præclara prophetia Dauid. Bone Deus, neque latuit prophetam, quòd mouentes capita, irriſuri eſſent Meſsiam crucifixum. Omnes videntes me, deriſerunt me, locuti ſunt *Pſal.21.* labijs, & mouerūt caput. Nō prætereat vel apex vnus prophetiæ, quin omnia prædicant, & prædicta in te domine Ieſu cōpleātur. Quantū eſt quod mouentes capita ſua te irrident? Magnum, ſi verba eorum & inſanias attendamus. Nec minus tuę glorię deſeruit, ꝙ capita ſua mouēt: cū ex hoc ſcriptura perfectè in te demōſtretur: & tu ille in le- B ge à patribus prædictus agnoſceris, qui nūc irriſus in ligno, in quo eſt ſalus, & vita, & reſurrectio noſtra pendes, à patre derelictus in manus peccatorū, ſit nomē tuū benedictum in ſecula amen. *Saluum fac temetipſum* **NOTA** *ualde.* *deſcēdens de cruce.* Sed tu Ieſu bone reuera ſaluator, qui non tua, ſed noſtra quærebas, non in te ipſo ſaluando, ſed in me redimendo & vniuerſo mundo, innoteſcere voluiſti. Non *Similitudines.* enim medicus, eò quòd ſe ipſum ſeruat, declaratur peritus: niſi ſimul & ægrotis artem ſuam exhibeat. Neque item ſol iubar in ſe ipſo contrahens, pro lumine agnoſcitur, niſi etiam orbi terrarum ſuos radios exporrigat, & tenebras illuminet. Ita quoque tu domine, non te ipſum ſaluans, ſiquidem nulla ſalute indigebas, cùm eſſes ſaluator: ſed ex tuis in alios beneficijs, voluiſti ſaluator declarari. Neque deſcendens de cruce voluiſti filius Dei agnoſci, ſed ex eo quòd in cruce permanſiſti. Multo enim magis mors tua & fidē & ſalutē hominibus attulit, quàm te deſcendēte de cruce attuliſſet: dū in morte tua recōciliatus eſt mundus, apertū eſt cælū hæredibus, diabolus vinctus, & mortua mors, & infernus expoliatus, ſicut in ꝓpheta prędixeras: O mors ero mors tua, inferne ero *Oſee.13* morſus tuus. Morſum inferni, cùm dicit, ſanctorum inde patrum liberationē intelligo,

Mors Christi publica quare Atanaſ. in de incarnatione uerbi Dei.

cæteris æternis ſupplicijs mancipatis. Obſerua erga Chriſti publicam manifeſtiſsimamque mortem, & noſtram ſalutem, & adorabilem Dei prouidentiam. Nam ſi ſolito hominibus more ſecundùm conſuetudinem, corpus in lecto depoſuiſſet, creditū fuiſſet per infirmitatē hoc ei accidiſſe: eūq; nihilo plus quàm cæteros homines poſſediſſe. Neque decebat morbo laborare dominum, vt qui aliorum morbos ſanabat: neque infirmitates aliquas corporis pati eum oportebat: in quo aliorum infirmitates con firmabat. Iam ſi eius corpus ægritudine laboraſſet, & ſub omnium oculis moreretur, non ſine dedecore habitum fuiſſet, medicū aliorum morborum, ſuum, quo vſus fuerat in curandis ægritudinibus, inſtrumentum correptū à morbis, neglectui habuiſſe. Quî enim creditum fuiſſet, eum, ſi ipſius elāguiſſet templum, aliorum langores depuliſſe? Aut enim, vt impotens depellendi morbi, irriſus fuiſſet, aut potens quidem, ſed tamen non faciens, in humanitatis infamiam reportaſſet. Quod ſi citra morbum & expers doloris ſolitariè ſeorſumque in angulo, deſertoue loco, aut domi, aut vbicunque tandem corpus abdidiſſet: ac deinde ſubitò promicans, ſe ſe à morte excitatum aſſeruiſſet, apud omnes viſus fuiſſet nugas agere, ac multò minus fidei ei habitū eſſet, de reſurrectione diſſerenti: cùm nullum omninò teſtem ſuæ mortis allegare poſſet (quippe mortem reſurrectioni anteuertere oportet) ſiquidem reſurrectio oboriri non poteſt, niſi mors præcedat. Vnde ſi occultum alicubi corpus eius extinctum fuiſſet, non propalam exhibita eius morte, neque coram teſtibus obita, obſcura quoque & inconteſtata ipſius reſurrectio fuiſſet. In conſpectu ergo populi illius vniuerſi, & cæterorum, qui ad paſcha conuenerat, & rogatus de cruce deſcendere, vt ſibi credatur, adhuc in cruce opprobria & dolores vſque ad mortem ſuſtinuit. De quibus opprobrijs, præterea quæ à militibus & alijs obiecta ſunt ei, adhuc agens Euangeliſta inquit: *Similiter & ſummi ſacerdotes illudentes ad alterutrum cum Scribis dicebant: Alios ſaluos fecit, ſe ipſum non poteſt ſaluum facere: Christus rex Iſrael deſcendat nunc de cruce, ut uideamus & credamus.* Non ſatis mirari poſſum pro magnitudine ardentis iræ magiſtratuum Hieruſalem & ſummorum ſacerdotum, qui non erubuerunt cùm eſſent capita populi ſui & legis magiſtri, ac

Christi reſurrectioni parabatur teſtimoniū in mortē ſua publica.

C proinde vniuerſo populo venerandi, crucifixorum intereſſe neci, quorum ſpectaculo non niſi obſcurum hominum vulgus adeſſe ſolet. Iſti verò omnibus obſcuriores & infames, cunctis hominibus ſceleratiores, filij Canaam maledicti, non ſolùm crucifixis aſtant, verum ei, qui in ſumma dolorum agebat, in maximo dedecore, in multa calamitate, improperant & ſubſannant, neque attendunt, quod luce clarius odium inſana bile aduerſus iuſtum adeò ſui iuris illos eſſe cerat, quòd non diſcedunt, vſque quo mortuus ab ipſis videatur Dei filius. Impatiens ira, nec in cruce pendenti parcit, nec proprio honori conſulit, nec ab ſcandalo abſtinet, dum ſuam expleat libidinem. *Alios ſaluos fecit: ſe ipſum non poteſt ſaluum facere.* Mentiris ô infœlix & infamis ſacerdos, mentiris ô ſtulte Scriba. Leua caput tuum, & conſidera, quomodo in meridie deficit lux Solis & tenebræ fiunt ſuper vniuerſam terram, congemiſcunt cælum & aſtra auctori ſuo in cruce pendenti, ſimul cum ipſo finiri deſiderantia. Quod ſpectaculum nec ſol ferre tulit, ſed totus obtenebratus, vt eadem opera veſtrorum operum quoque oculos auerteretur à crucifixo rege ſæculorum, negli- D gens vim præcepti de hominibus illuminā dis & nūc demum præuaricari audens, cùm dominum ſuum videt, qui hoc ili præceperat ab hominibus excruciari. Attende ergo ô perfide ſacerdos quàm magnum & prorſus diuinū ſit de monumento ſurgere, longèq; inferiùs relinqueretur, ſi de cruce deſcē deret: & cōproba, nūquid quia nō deſcēdit de cruce, & certè reſurrexit, an credendū ſit ei. *Et uideamus & credamus.* Semper ori veſtro adeſt verbum mendax & ſtultum, qui reſurgenti nō credidiſti, quomodo de cruce deſcendenti crederes? *Et qui cum ipſo erant cō uitiabantur ei.* Non diſſonant à Luca Matthæus & Marcus, quem enim Lucas magnificum Chriſti confeſſorem orbi vniuerſo proponit, ipſum in exordio blaſphemum Matthæus & Marcus teſtantur. Diſtingue tempora, & concordabis iura. Primò vterque blaſphemauit, deinde ſole fugiente, terra commota, ſaxiſq; diſruptis, & ingruentibus tenebris, vnus credidit in Ieſum, & priorem negationem ſequenti confeſsione emundauit. Sic Hieronymus: *Et facta hora ſexta tenebræ factæ ſunt ſuper totam terram, uſque in horam nonam.* Ab illo momento temporis, quo Pilatus tradidit Ieſum, vt cruci-

Ath. in de paſsione domini & cruce.

Latro in exordio blaſphem' etiamcū ſocio.

Matt. 27.

Hierony. ſuper cap.

crucifigeretur, dum pergit, dum crucifigitur cum duobus latronibus, dum veſtes eius diuiduntur, & in ſortem illa tunica mittitur, atque inter hæc varijs conuitijs illuditur: ſimul cum illa agerentur, & conuitia iaciebãtur, completa eſt hora ſexta & factę ſunt tenebræ. Hæc Auguſtinus. Obſeruã quòd Caietanus ſuper hunc locum ſuſtineri non poteſt inquit enim: Quando crucifixerunt eũ incipiebat hora ſexta. Ioannes verò: Erat autem paraſceue hora quaſi ſexta, cum ſcilicet nondum traditus eſſet Ieſus Iudæis ad crucifigendum, tantum abeſt ꝙ hora ſexta inci-

Cap. 19. peret quando crucifixerunt dominum. Tenebræ itaque factæ ſunt ſuper totam terrã.

Cap. 23. Lucas & tenebrę factę ſunt ſuper vniuerſam terram vſque ad horam nonam, & obſcuratus eſt ſol. Duo videtur innuere beatus Lucas: & ꝙ tenebræ factæ ſint ſuper terram, & quod ſol obſcuratus ſit. Si enim has tenebras ex ſola obſcuratione ſolis vellet ſignificare, non pauſaſſet, cũ dixit: tenebræ factæ ſunt ſuper vniuerſam terram; nec dixiſſet deinde, obſcuratus eſt ſol: ſed dixiſſet: Tenebræ factæ ſunt: obſcuratus enim eſt ſol, vt indicaret vnde originem haberent huiuſmodi tenebræ, nimirum quia ſol obſcuratus fuit. Non hoc dixit: ſed tenebræ factæ ſunt ſuper

Tenebræ. vniuerſam terram & obſcuratus eſt ſol. Ego quidem ſic exiſtimo facta fuiſſe omnia, prout ſuauiter ex textu colliguntur. Et ꝙ tenebræ factę ſint, & ꝙ obſcuratus ſit ſol: Et cum

Atthanaſ. inde cruce et paſſione domini. Hierony. ſup Matthæ. Athanatio & Hieronymo, nõ video cur dicendum non ſit ſolẽ retraxiſſe radios ſuos, ne aut pendentem videret dominum, aut impij blaſphemantes ſua luce fruerentur. In ecclipſi nanq; ſol non obſcuratur ſed radij eius, vſque ad nos haud perueniunt propter interpoſitionẽ lunæ inter ipſum & nos. Sic poteris Athanaſiũ & Hieronymum defendere compoſita eorum ſententia cum communiori, quæ eſt Dionyſij & doctorũ ſcho-

Dionyſ. in epiſ. ad Policarp. laſticorum. Qui Dionyſius occulata fide aſpexit accidiſſe hoc per interpoſitionem lunæ inter nos & ſolem: dicit enim: inopinabiliter ſoli lunam incedentem videbamus in Aegypto exiſtẽtes: & ſignat ibi quatuor

Miracula in eclipſi ſolis. miracula. Primum quod naturalis ecclipſis ſolis, per interpoſitionem lunæ, nunquam accidit niſi tempore coniunctionis ſolis & lunæ, & in initio lunæ: tunc autem luna erat pleniſsima, id eſt, quinta decima, & in oppoſitione ad ſolem. Secũdum miraculum fuit, quòd cum circa horam ſextam luna ſimul

A viſa fuiſſet cum ſole in medio cæli, hora nona apparuit ſuo loco, id eſt, in Oriẽte oppoſita ſoli. Tertium miraculum fuit: ꝙ naturalis Ecclipſis ſemper incipit ab Occidentali parte ſolis, & peruenit vſque ad Orientalẽ. Quartum fuit, ꝙ in naturali eclipſi ex eadẽ parte ſolet ſol reparari, ex qua parte ſol incipit priùs obſcurari. De tenebris iſtis prophetauit Amos: In illa die, dicit dñs, occidet *Cap. 8.*
ſol in meridie & obtenebrabitur ſuper terram in die lux, & conuertam ſolennia veſtra in luctum. Contumeliam & ſuperbiam & inſolẽtiam aduerſus Saluatorem noſtrũ, quam in illum excitarũt Iudæi, hæc prophetia prædicens, iurare dominum contra ſuperbiam Iacob, non futuram eſſe obliuionẽ eorum, quæ contra ipſum auſi ſint dignaque luctu mala paſſuram eſſe eorum terram vna cum habitatoribus: neque vltra ſicut prius, vbi breuiter emendati fuerint, eſſe iterũ reſtituendos, ſed inconſummationem, quæ ad ipſos ſpectant, eſſe venturam, ſiquidem aſcẽdet, inquit, vt fluuius conſummatio ipſorũ.
Lege Euſebium Cæſarienſem ſuper hũc locum, & ſuper cap. 14. Zachariæ prophetæ. *Lib. 10. de demonſtratione Euãgeliſt. cap. 6. ibi. cap. eodẽ demõſtra. 7.*
B *Et hora nona exclamauit Ieſus uoce magna: Eloi Eloi lamma azathani? Quod eſt interpretatum. Deus meus Deus meus ut quid dereliquiſti me?* Ante hanc vocem deſcribit beatus Ioannes tres alias: quas breui ſermone oportet inſpicere. Primam ad matrem, ſecundam ad diſcipulũ, tertiã declaratiuã naturalis ſitis. Matrem aſtãtem iuxta crucem deſcribit vnico verbo: Stabat autem iuxta crucẽ mater eius. *Ioan. 19.*
Quomodo aſtabat regia hæc virgo, & ſacra venerabilisq; mater? Nunquid iacebat exanimis? Nũquid ſedebat vociferãs & lamẽtaris ſuper doloribus filij? Audi: Stabat iuxta crucem Ieſu, mater eius. Vbi attentiſsima perſcrutabatur oẽs dolores & anxietates chariſsimi pignoris? ſtabat oculis contra crucẽ fixis, intuens vultũ Aethyopis illius: quondam præcunctis filijs hominum ſpecioſiſsimi & honorabilis: cui iam nulla erat ſpecies neque decor, proprio ſanguine iam tinctus & abſconditus erat vultus eius: ſtabat in gladio furoris domini transfixa. Stabat itaque iuxta crucem intuens attẽtiſsima ſi quid ab ea vellet Ieſus: qui in ſummis agebat doloribus & paupertate: neq; in alio ei matris officium poterat impendere. Non enim concedebatur ei, vel extremos pedes filii tangere. Non fuit ab initio mundi, neq; erit vſq; in eius conſummationem tale ſpectaculum *Maria domina quomodo ſtabat iuxta crucem. Pſal. 44. Eſaie. 13. Maria uirgo. ſo.*

fo.87. col. 1.B. col. 2. A.B.

Stabat gaudens de mundi redemptione & ſalute. Hæc eſt illa ſumma Dei voluntas, de qua aliquando dicebã ꝙ ſacra hæc domina illam perfecit propter quã chariſsima mater habita eſt. Nullus martyrũ ſic fuit cõtriſtatus, ſicut domina hæc corã filio in cruce pendẽte. Cui certè vires de cruce altiſsima diuinitas filij adminiſtrabat; nã aliter quomodo ſtare poſset? Quomodo ſuſtineret? Quomodo viueret, quæ quẽ vnigenitũ Dei cõcepit, in cruce pẽdentẽ cernebat, nec puſillum aquæ porrigere valebat, vel frigidũ mortis ſudorem manu propria extergere? Hanc ergo aſpiciẽs Ieſus, & ictu oculorum vulnerãs cor ſacrũ & maternũ, dixit: *Mulier ecce filius tuus.* Etiã cũ ſim à patre derelictus, quẽ æternaliter habeo genitorem, tu tñ non me modo dereliquiſti, nec te ego derelinquã, quã ex tempore habeo chariſsimã genitricẽ. *Mulier:* Nõ denegarẽ nomẽ matris, quod iure optimo tibi debetur: imò tale ac tantum hoc mihi eſt, quòd ſis mater mea, vt cui etiã diuinitas mea denegat auxilium & dulcorem, in hoc vno vel tantillum reſpiro, quòd tu genueris me. Ad meam proinde ex te generationẽ cõuerto oculos meos, cùm demergor inter vndas paſsionum, & cùm cõſidero ꝙ de ſpiritu ſancto ex te ſine virili amplexu genitus ſim (quod ſummum decus & honor tibi & mihi eſt) aliqualiter reſpiro. Nõ meus hic ſermo Chriſti eſt: ſed tuus ô dñe Ieſu, nam inter procellas paſsionum in hoc patrem alloquebaris, inquiens: Quoniam tu es qui extraxiſti me de ventre, ſpes mea ab vberibus matris meæ, in te proiectus ſum ex vtero. Meritò autẽ hæc commemoro, vt meipſum aliqualiter conſoler. Nã iucundũ valdeq; honorificũ fuit mihi quòd conceptus ſim de ſpiritu ſancto: & tu omnipotenti manu tua me extraxiſti de ventre matris, in quibus flos integritatis in genitrice mea cõprobatur, & mihi nũc à te patre meo derelicto, gaudij ſemen fuit pro hoc tempore, ſi cor meum humore aliquo illud excipere poſſet. Nõ ergo ô mater chariſsima horreo debitũ tibi nomen, quæ me genuiſti, & cũ integritatis decore peperiſtũ nõ erubeſco te matrẽ cõpellare, quę me portaſti, & lactaſti, & in te glorificabor à cũctis gẽtibus: nõ denego tibi nomẽ matris, cuius affectũ maternũ ſemper erga me probaui & gratiſsimo ſuſcepi animo, & nũc ſupra modũ, cũ videã viſcera tua ignis amore, vi dolorum, & magnitudine gemituũ penè exhau-

NOTA. *valde.* Expoſitio *ſpiritualis valde verbi* Chriſti *ad matrem in cruce.*

Cõſolatio *in cruce unde, & qualis. pſal. 21*

C ſta: video & conſtantem animum tuum erga me: neq; abſcondo vultum meũ à te: auerti vſque huc oculos meos à te propter amarulentiam aliquam aduerſus te, quam amaui à iuuentute mea, quam diligo ſupra cuncta creata, quam veneror vt matrem honore omni digniſsimam. Sed ne vſque ad examinationem cõdoleres mihi ac deficeres, vſq; huc te non aſpexi, vſque huc tacui. *Mulier,* non tibi ſit amarum, ſcio te non me erubeſcere, ſcio non denegare, ſcio ꝙ omnium prima in cruce mea te glorificas, & pleniſsimo affectu maternum animum mihi exhibes: gratum obſecro habe, quòd pretermiſſo tibi debito nomine, te mulierem appellẽ. Propter me te non compello matrem: cum in nomine hoc omnia viſcera mea cõtremiſcant, & contriſtentur, & vix lingua mea & labia vocem hanc poſſent articulare: etiã ſi vellem te matram dicere. Sed & propter te, mulierem te dico, ne in nomine matris tota abſumaris abſorbearíſque dolore. Scio quidem quàm tenerum ſit cor tuum, quamque potens & durum in hoc tempore nomen *Mater.* Non ſit ergo tibi ô chariſsima genitrix graue, nomen Mulieris: memor ſum quàm ſit tibi charus honor virgineus, te
D in hac oratione declarabo, & mea etiam intereſt, vt iam mundus vniuerſus agnoſcat nihil ad meã generationem pertinere Ioſeph chariſsimũ cõiugẽ & ſponſum, nihilq; erga te ex maritali officio obtuliſſe carnali complexu. *Ecce filius tuus.* Hic iam beati Cypriani & Ambroſij verbis vtor. Inquit Cyprianus: Conſidero te de matre ſolicitum in cruce: cui volenti loqui tecum, cùm euangelizares negaueras retrò iſtis diebus colloquium pauperes ſpiritu dicens, tibi eſſe pro matre & fratribus, qui voluntati patris obtemperant. Nunc materno moueris affectu, & thalamum humanitatis tuæ cubiculario dilecto commendas, & prouides ſedulò benedictæ inter mulieres Apoſtolicam clientelam, & obſequium virginis virgini diſcipulo tradis, vt iam non Ioſeph tanti myſterij honoretur præpoſitura, ſed Ioannes: Quia exigebat iam ratio vt coniugij remoueretur opinio: ne vltra pater Chriſti æſtimaretur, qui eatenus vicẽ patris & coniugis tenenrat. Habebat Ioſeph in hac Chriſti diſpoſitione rationabilem cõtradictionem, cum alteri cõmendaretur Maria, ſi ſe cognouiſſet carnalẽ maritũ: Sed quia in ſpũ actum erat cõiunctionis illius myſteriũ,

Matt. 12. Cyprian. *inde.*

Ioan Euã. clauicularius Chriſti

paſſus

paſſus eſt Ioſeph æquanimiter ſibi eum in hoc ſeruitio præponi, quem digniorem ſe indicabat:& ideo maximè qua magiſtri ele
Ambr.lib. 10.in Lucam. ctio ſic negotium ordinabat. Et Ambroſius: Habemus pietatis magiſteriū. Docet lectio quid maternus debeat affectus imitari, quid ſequi reuerencia filiorum: vt illæ ſe offerant in filiorum periculis: illis amplius ſolicitudo materna, quàm ſuæ mortis mœſtitia ſit doloris. Quo loci vberrimum teſtimoniū Ma-
Virginitas Mariç riæ virginitatis perhibetur. Neq; enim abrogatur vxor marito, cum ſcriptū ſit: Quod
Matt. 19. Deus cōiungit, homo non ſeparet. Sed quæ pro myſterio coniungium prætexuit, completis myſterijs iam coniugio non egebat. Vides quàm honorat de cruce filius chariſsimam matrem? Vides quomodo in mulieris nomine nihil dixit indignum: cum & Eua
Geneſ.2. in paradiſo mulier apppellata ſit, quæ tamē virgo erat & virum maritum habebat? Deinde dicit diſcipulo: Ecce mater tua. Prouidit matri, quaſi paru de magnitudine doloris ſui curaret: nam & ſi acriter patiebatur, erat tamē impaſsibilis ſecundùm diuinitatem. Commendauit eam diſcipulo Ioanni vt officium filij in eam ſeruaret: matrem ſimiliter admonuit, vt parentis in diſcipulum auctoritatem haberet: amore ſcilicet atque charitate nonminùs illos coniungi voluit quàm ſi naturæ maxima propinquitate coniuncti eſſent. Sic beatus Cyrillus: Poſtea ſciens Ie-
Lib.12.in Ioā.ca.34 ſus, &c. uſque ſitio. Cum truculenter omnia
Sitis chriſti unde & quanta. impietate Iudæorū eſſent peracta, nec quicquam ad ſummam crudelitatem deeſſet, tandem ſanctiſsima caro Chriſti naturale quid patiens (multis enim ac varijs doloribus, exſiccata ſiti torquebatur) dixit: Sitio. Naturalis fuit ſitis iſta. Nam & nimium laborauerat, & ferè omnem ſanguinem fuderat, nudè & excoriatus frigori & vento in cruce pen-
Dolores cauſa ſitis. dens expoſitus erat. Multū enim conducūt dolores ad commouendum ſitim. Innatum enim calorem exagitantes, vel quod in profunditate eſt conſumunt, & igneis ardoribus dolentis viſcera vrunt. Sicut igitur cæteras paſsiones, ſic hanc etiam ſponte Chriſtus perpeſſus eſt. Bibere igitur petiuit, illi autē adeò longè ab omni humanitate aberant, vt pro iuuante potu atque inenndo, nocentem & acerbum detulerint. Sitio. Sitim indico, & demonſtrādo, humiliter potum depoſco. Sitio puſillum frigidioris aquæ peto: quid mihi minus dari poteſt? quid fratres indignius denegabitis? Sitio. Tantum porrigite

A aquæ, quantum ſudoris ſanguinei pro veſtra ſalute impetu fudi ſuper terram. Sitio. Tota nocte laboraui, fugit ſomn⁹ ab oculis meis, laboribus, cruciatibus grauibus, itinere, verberibus crudelibus, vulneribusq;, ſanguinis humor vitalis, omnesq; vires meæ extenuatæ & exhauſtæ ſunt. Nemo eſt ex tanto numero filiorum Iſrael, qui mei miſereatur & refocillet animam meam? Nullum periculū 2.Reg. 23
vobis immineret, ſi vas frigidioris aquæ porrigeretis, ſicut olim viris illis in ſiti Dauid ex caſtris Philiſtinorum. Facile eſt quod rogo: & in lege veſtra mandatum habetis vinū Prou. 31.
potum dare ijs, qui amaro ſunt animo. Illi autem ſpongia aceto plena dabant ei bibere. Prædictum & hoc erat in pſalmo: In ſiti Pſalm.21.
mea potauerunt me aceto. O inſatiabilem furorem. Popule inſipiens & ſtulte, hæccine reddis Deo tuo, qui dedit tibi butyrum Deut.32. Exod.17.
de armento, & mel de ſaxo duriſsimo: & percuſsit petram, & fluxerunt aquæ, & coucertit mara in dulcedinem, vt biberes per deſertum. Bone Deus quàm ingrata eſt Synagoga ad dona tua: fel, acetum, myrrathū vinū, tibi ſitienti in cruce offert: & ego (hæu me)
B pro ſanguine tuo & cruce ingentia crimina & peccata. Hem meā ingratitudinē. Igitur hora nona exclamauit Ieſus uoce magna dicens: Eloi Eloi Lima azabthani. In exordio pſal.21. deſcripta ſunt hęc verba. Deus Deus vt quid dereliquiſti me? Domine audio orationem tuam & timeo. Satis demonſtratum eſt vniuerſo orbi quāta mala ſuſtineas: à plāta vſq; ad verticem venerandi capitis tui, in te non eſt ſanitas. Meritoq; cum Hieremia Prophe- Thren. 1.
ta tuo dices. O vos omnes qui tranſitis per viam attendite & videte ſi eſt dolor ſicut dolor meus. Satis comprobatum eſt quam ſit deſpectus vultus tuus, quàm ſit confuſus & rubore verecundiæ profuſus, cum inter tot millia hominum pendes in cruce, ex quibus & alijs multis pertimeſcit cor meum, in verbo tuo. Nam ſi in ligno viridi, &c. Sed cum Luce. 23.
audit cor meum vocem tuam hanc, vt quid dereliquiſti me; tinniunt ambæ aures meæ, & obſtupeſcunt viſcera mea. In hac quippe Derelectio Chriſti.
voce tua comprobō quod non tantū omnibus malis & calamitatibus & iniurijs pro diriſsima ira Hieruſalem, à patre tuo ſis expoſitus, ſed etiam quod internè omni ſis priuatus auxilio, omni ſis deſtitutus ſolatio, prorſuſque auerterit oculos ſuos pater tuus à te. In hoc valde conturbor, valde admiror, in hoc tremēdam patris tui iuſtitiam agnoſco,

quam

quàm miſer ego non effugiam,niſi per te. In hoc intelligo quàm durum ſit patris relinquere mandata. propter quæ illi nõ ſatis fuit te derelinquere in manus peccatorum exterius, ſed etiã interne omnino deſeruit, & quidem cum nullo ſanctorum actum fuit, qui ob honorem diuini nominis paſsi ſunt: imò aderat cæleſtis ſinus tuus, refugium in tribulationibus. Tibi vero denegatur, ac ſi dux tyrannidis truculentiæ eſſes, quod manifeſtè demonſtrat ſequens ſermo. Longè à ſalute mea. Bone Deus quàm longe fuiſti à ſalute Chriſti tui cum male tractaretur, & in cruce penderet. Longe ergo à ſalute tua cum dicis: omne prorſus auxiliũ defeciſſe agnoſco: & ſimul cum exterioribus doloribus & ærumnis grauioribusq; calamitatibus, blandum patris affectum & aſpectũ tibi intelligo denegatum. Et augens dolorum rationem inquis: In te ſperauerũt patres noſtri, ad te clamauerunt & ſalui facti ſunt: ac ſi diceres: ego autem qui filius tuus ſum vnigenitus, ad te clamo per diem & noctem, neque attendis voci deprecationis meæ: Vt quid dereliquiſti me? Quid iniquitatis inuẽtum eſt in me? In quo aliquando aut tibi ingratus, aut imperio tuæ voluntatis contrarius fui? Tu miſiſti me in mundum, & ſtabulum elegiſti ad natiuitatem meam, atqui pannis paupercu-

Timor dñi unde conciliatur.

Luc. 2.

lis inuolutus præſepium habui pro loco requietioni meæ. Pauper fui à iuuẽtute mea: non cõtradixi aliquando. Pro gloria tui nominis & reuerẽtia vſque ad hoc patibulum ſuſtinui mille calamitates. Reſponde itaque pater mi pro me filio tuo, qui feci omnem voluntatem tuam. Vt quid dereliquiſti me, & quidem longe receſsiſti à ſalute mea: non facilè adeſt auxilium, cùm lõge à ſalute mea receſſeris. Rumpamus iam omnem metum & confidenter cum propheta dicamus & confiteamur. Verba delictorum meorum. Propter cunctorum hominum delicta quæ ex nimia charitate facta ſunt tua, id eſt. à te pro illis ſatisfaciendum Deo patri tuo. Tibi commendata ſunt ad iuſtam & æqualem ſatisfactionem. Propter hęc igitur delicta derelictus es à patre tuo. In cruce itaq; tua ô domine Ieſu conuitiorum immemor & dolorum, ſubtiliter inueſtigas, & ipſe exponis quare derelictus ſis à patre indicans anxietates illius quærimoniæ, verba eſſe delictorũ tuorũ, quorum perſonam & cauſam aſſumpſeras: in tantum vt per Moyſen & apoſtolum ſuſtineres vocari peccatum & male-

Pſal. 83.

Chriſtus quare derelictus.

Deut. 31.
Galat. 3.

C

dictum pro ſimilitudine pœnæ, non culpæ: qui deſeri a Deo propter peccata meruerant, quorũ reconciliationis agebas cauſam. In qua allegator ſubtilis pro ſeruis non dedignaris accipere perſonam: & in tantum infirmis compateris, vt nec crucifigi nec mori, dum illi viuant, & te patrocinante, non pereant, neq; erubeſcas neq; formides, altitudinem tuam derelinquens, ad tempus gloriæ tuæ maieſtatem euacuans, vt redeant diſperſi, & reſpirent derelicti. Hęc eſt cauſa propter quam derelictus ſis, vt colligeret, & reuocaret inanitio tua eos, qui fuerant derelicti: & qui ſine Deo fuernat, dum dominaretur eis peccatum, reducti ad iuſtitiam, conformes tibi efficerentur & dij. In magnitudine vocis in publico ſono eius diuinam agnoſco potentiam & humanam innocentiam adoro. Vt qui coram his ipſis iniquiſsimis inimicis aliquando dixiſti. Quis ex vobis arguet me de peccato: nunc corã patre proprium crimen requiris: nec tibi illud obijcere poteſt: ſed noſtra ſunt crimina: propter quæ relinqueris vſque ad mortem. Satis cõprobaſti domine vim interuę deſſolationis: quodq; non fictè aut ſtoicè dolebas: Sed verè interius angorem ſummum, & caput doloris reputabas, quod derelictus à patre eſſes: & oculis vidit mũdus vniuerſus, quomodo excarnificatũ haberes corpus & in cruce pendebas ſub omnium oculis: ne inimicus & veritatis oſor diceret non vera hæc ſuſtinuiſſe dominũ, ſed apparentia. Stolida itaq; gens quæ huic grãdi ſpectaculo aſtabat, ignorãs vocem. Eloi quæ Deum ſignificaret, dicebant ſinite: videamus, ſi veniat Elias ad deponendum eum. *Et quidam de circunſtantibus audientes dicebant: ecce Eliam vocat. Currens autẽ unus & implẽs ſpongiam aceto &c.* Et hæc iam expoſita ſunt, ſed adhuc audiamus. Acetum ori eius infundunt. O iniqui & inſani populi iram. O deplorandam ſortem crucifixi regis noſtri. Exaruit, vt teſta, virtꝰ eius, & propter diuinam reuerentiam vas frigidioris aquæ expoſcit, nihilq; minus ærumnoſo & crucifixo concedi potuit, tunc acetum ſpongiæ impoſito, ori eius offerũt. Audio auditionem tuam & timeo. Quondam cùm Agar & puero Iſmael deficeret aqua, cumq; ſub arbore depoſuiſſet filium & fugiſſet ab eo, ne morientem cerneret prę ſiti, occurriſti eis domine in angelica voce, puteum aquæ oſtendiſti, quam, cum accepiſſet, ſitienti filio dedit. Et hæc cũ conſtãti

Ioan. 8.

D

Chriſti ſitis adhuc.

Geneſ. 21.

animo

animo adeſt filio tuo regia mater eius, in cruce ſitienti & dicenti *Sitio* acerbum acetum militum manus ori eius porrigit: Non conceditur roganti vas aquæ cuius lachrymę iam erumpebant in cruce, & vſq; ad terram decurrebant.

Hebr. 5.

Qui in diebus carnis ſuæ preces ſupplicationeſque ad eum, qui poſſet illum ſaluum facere à morte, cum clamore valido & lachrymis offerens, exauditus eſt pro ſua reuerentia. Quem locum ſemper interpretati ſumus de oratione Chriſti ſequenti: Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum. In hac quippe oratione cum clamore valido orauit, & exauditus eſt pro ſua reuerētia, id eſt; pro merito ſuę obedientiæ. Orauit vt eum pater ſuus ſaluum faceret, non a morte obeunda. Sed a ventre eius, id eſt, vt ipſum excitaret a mortuis. Et exauditus eſt. Neq; in oratione horti, fuit exauditus, non enim erat liberę voluntatis, & rationis. Sed naturalis appetitus orabat: vel repræſentabatur; neque cum clamore valido legitur oraſſe. Supereſt igitur vt de hac, Pater in man⁹ tuas commendo ſpiritum meum: interpretanda ſit ſententia Apoſtoli Pauli: O quale ſpectaculum fuit cernere gementem Dei filium in cruce, cum in pallorem mortis tranſibat facies eius, cum oculi deficiebant prę inopia, & lingua adhęſiſſet iam faucibus velut teſta ſitiens. Miſerrimum ex hoc ſpectaculū.

Chriſtus lachrymæ in cruce ſpectaculū grande.

Qualis in hac hora eſt anima tua ò rex gloriæ? Quomodo ſe habet in doloribus vniuerſum corpus tuum? Durum valde & amarum cordi meo eſt, quod video lachrymas oculorū tuorum, audioq; gemitus tuos & aliunde intonas vocem cum clamore valido. Quomodo coēūt clamor validus & lachrymę? Quomodo ſimul conueniunt? Vix reſpirare potes, vix, imò nullo modo tormenta tui corporis prædicari poſſunt, & tibi adhuc adorādum adeſt fortitudo illa tua, in qua clamorē vſque ad cælos aſcendentē ædere potes magnum ſacramētum eſt. Verè tu es Deus abſconditus. Verè & ſi fortitudo tua abſcondita fuit, tempus adeſt iam, in quo declaretur maieſtatis tuæ omnipotentia. Trematq; in hac voce tua vniuerſa terra, ſaxa & rupes mundi ſcindātur præ dolore in tranſitu tuo, rumpantur petræ, monumenta ſanctorum reſerentur & (tibi Oſana triumphus gloriæ) velum templi a ſummo vſq; deorſum ſcindatur: & pateant occulta ac myſtica ſacramenta Iudæorum, De qua re ſtatim cum beato Cyrillo: Cū clamore itaq; magno & lachrymis orat dominus Ieſus morti proxim⁹. De quo S. Euangeliſta: *Ieſus autē emiſſa voce magna expirauit.* Illa ſcilicet quā deſcribit beatus Lucas: Clamās voce magna Ieſus ait: Pater in manus tuas commēdo ſpiritum meū, & hæc dicens expirauit.

Cap. 23.

Vnde ſic eſt interpretandus Ioannes dicens: Cum ergo accepiſſet Ieſus acetum dixit conſummatū eſt.

Cap. 19.

Et deinde cum Luca dixit: Pater in manus tuas, &c. Et ſtatim cum Ioanne: Et inclinato capite emiſit ſpiritum. Sexta itaque vox Chriſti fuit: Conſummatum eſt. Iucundiſsimum verbum in quod vniuerſum Euangeliū currebat & alacri vultu deuenit. Et hoc eſt totum Euangelium, quod ſummus ſacerdos Chriſtus ſecundum ordinem Melchiſedech morti proximus ore ſuo profiteatur & dicat: Conſummatum eſt.

Cōſummatū eſt.

Hoc verbum clarificat fidem, ornat Eccleſiam, euacuat legē implet cerę monias exhibita iam veritate & gratia: magnificat ſacrificia cùm ante eſſent egena & muta elementa, figuras veritate ornat, ſanctificat Adam, piaculum eius extinguit: os claudit accuſatoris diaboli, mortem deuorat: Bone Deus quanta bona, quam ſublimia in verbo hoc nobis contuliſti. Conſummatū itaq; eſt quidquid pro ſalute mūdi repromiſſum fuerat: cōſummatū fuit omne quod pater ad ſuæ iuſtitiæ ſatisfactionē exigebat. Conſummatum eſt mundi myſteriū in hominū redēptione: conſummatum eſt aduerſus diabolū æquiſsimū & miſericordioſiſsimū bellum. Hoc ſupereſt ad omniū iſtorū claritatem & meam, ò pater mi, quod tu ſuſcipias ſpiritum meū, in cuius manus illum cōmendo, vt reſuſcites me, & retribuā eis.

Pſalm. 30.

Nihil enim vniuerſus dolor & mors mea proderunt mūdo, niſi reſurrexero. Quæ nāque vtilitas in ſanguine meo, dū deſcendero in corruptionē? Nulla prorſus.

Pſal. 30.

Propter qđ in manus tuas cōmendo ſpiritū meū. Tu pater mi filij tui ſinus aptiſsimus, tu naui corporis mei tutiſsima ſtatio: tu ſuſceptor, pars & portus animæ meæ in exitu ſuo: quā leo rugiēs diabolus deuorare intendit: ſed fruſtra: imò ipſe deuorabitur & vinctus ante pedes meos, quorum dolores vix ad horam mortalis homo ſuſtinere poſſet, ante hos itaq; pedes, clauis confixos duriſsimè, egredietur, nihil tamen illi aut fabricies ſua, aut fortitudo proderit, ſtatim inſequar illum vſque in infernum: & educam amicorum tibi fidelium ſanctas animas. Hoc ſupplex oro, ne derelinquas animam meam in inferno: neque des

Pſalm. 15.

ſanctum

ſanctum tuum videre corruptionem. Quæ: cium optimè nouerim; in pace dormiam & requieſcam, & exultat iam hæc lingua mea præ ſiti hærens gutturi meo; & aceto facta acerba, & lætatum eſt cor meum. In manus itaque tuas o mi pater commendo ſpiritum meum, quarum opus perficiendum mihi de mandaſti: & ecce manus iſtæ meæ violentibus doloribus cruciātur, in opere quod mādaſti mihi. In manus tuas commendo ſpiritum meum, ex quibus nemo rapere poterit illum: non quidem infernus, non mors, nec diabolus, non Iudæus, nec miles Pilati, non denique violenta manus & crudelis. Pro his omnibus immortales tibi reddo gratias. Opus conſummaui, quod dediſti mihi: nūc autem ad te venio. Sic conſummat ſummus ſacerdos noſter ſacrificium veſpertinū in ara crucis torridum pro totius mundi ſalute. Sic vita mundi mortua eſt. Sic lumen extinguitur: ſic fons omnis ſalutis & vitæ, in quo omnia viuunt, defecit: Iam in multis gemitibus connubiū, quod in ſummis gaudijs celebratum fuit inter animam benedictam & corpus ſacroſanctum Ieſu, gladio mortis diſſoluitur, vt nos reducat ad reſurrectionem poſt mortem. Sic organum diuinitatis & dulciſsima vox Ieſu tacuit: ſic cæleſtia illa luminaria gratioſiſsimorum oculorum obſcurātur in morte. O quantus dolor, vbi illa ſanctiſsima anima egrediebatur de corpore ſuo: Nūquam fuit mors acerbior, quia à nullo propter potētiarum hebitudinem, ſicut a Chriſto, percepta: Inclinato igitur capite ad obedientiæ ſignum erga mandatum paternum, ad oſculum pacis, & fœderis erga vniuerſum genus hominum ad matris recomendationem, & vltimum vale emiſit ſpiritum. *Et expirauit.* In tranſitu conditoris terra lugens mota eſt, petræ gementes & teſtificantes, ſciſſę ſunt, & ſepulchra reſerantur. *Velum templi ſciſſum eſt à ſummo uſque deorſum.* Velum templi a ſummo vſque deorſum ſcinditur, quia ſancta ſanctorum iam aperiūtur, & via credētibus in Chriſtū ad interius tabernaculum pręparatur. Diuinorum enim myſteriorū cognitio non amplius velo legalis literæ tegitur, nec hiſtoriæ figuris ac vmbris mentis noſtræ acies retardatur: in ſimplicitate nāq; fidei, paucis certè verbis egemus, Prope te, inquit, verbū eſt in ore tuo, & in corde tuo, id eſt verbū fidei quod prædicamus: quia ſi dixeris in corde tuo dn̄s Ieſus: & credideris in corde tuo, quia Deus ſuſcitabit ex mortuis, ſaluaberis, Corde enim creditur

Pſalm. 4.

Velum tẽpli ſciſſum
Cyril. 27.

Deutero. 30.
Rom. 10.
Rom. 10

C ad iuſtitiā, ore aūt confeſsio fit ad ſalutē. Totum enim pietatis myſteriū his verbis exprimitur. Antea igitur quā mortē pro vita noſtra Chriſtus ſubijſſet, velū extēſum omnia texebat, cū ius mādati legalis dn̄aretur: ſed poſtquā oīa cōſummata ſunt: quæ in Chriſtū Iudæi crudeliter cōmiſerūt, poſtquā ſpiritū ſaluator tradidit, vetus illud & latū velū cōfeſtim ſciſſum omnino atq; per totum eſt. Hoc enim ſignificat à ſūmo vſq; deorſū. Quare ſic? quia pulcherrimus fidei nucleus ariditate literalis teſtæ perfracta denudatus eſt: nō enim trūca & māca, ſed pfecta fidei illuminatio eſt. Ideo Pſalmiſta ex perſona noui populi canebat, dicens: Incerta & occulta ſapiētię tuæ manifeſtaſti mihi: Et Paulus: Gratias ago, inquit, Deo meo ſemper pro vobis. quia in omnibus diuites facti eſtis in illo, in omni verbo & in omni ſcientia, & in omni cognitione. Quia igitur omni cognitione ac ſapientia locupletadi iam erāt fideles, ſine aliqua veli obūbratione totū intelligētes myſteriū: idcirco templi velū nō in parte aliqua; ſed totaliter ſcinditur. Opportunitas tūc maximè pulcherrima fuerat, vt velū ſcinderetur, & lex aperiretur: quādo animā pro nobis ſaluator tradidit: tūc enim à gratia Dei penitus Iſrael decidit, reſilijtq; lōge ab ea: quū tanto furore ſaluatorem ſuū D impiè occiderit. Quod etiā Euāgeliſta diligenter notauit, dicens: Poſtquam autem expirauit, velū tēpli ſciſſum eſt. His enim verbis tempus ipſum ante oculos poſuit. Sed ad hæc illud etiā dicere poſſumus. Solebant Iudæi & maximè Principes ac Phariſæi, quando aliquid fieri videbāt aut audiebāt, quod aduerſus Deū auctorem legis ageretur vel diceretur, veſtem illico ſcindere, ac lugentiū habitum ſuſcipere: quod faciebant, vt moleſtè ſe omnia huiuſmodi ferre, oſtenderent, ac à ſimili crimine animas ſuas liberarent. Vnde Chriſti quoque diſcipuli, Barnabas inquam & Paulus: quū nonnulli ex infidelibus opera eorum admirati, alterum Iouem, alterum Mercurium putaſſent, ſacrificiaq; illis vt dijs pararēt: quoniā hæc res ipſi Deo iniuriā afferebat, ſciderunt veſtes, vt ſcribitur. Quū etiā ſaluator de doctrina ſua à principib⁹ Iudęorū interrogatus dixiſſet. A modo videbitis filiū hominis ſedentē à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cæli. Exiliens à Pontificali Caiphas ſella, ſcidit veſtes ſuas, dicens. Blaſphemauit. Hac Iudæorum conſuetudine templum Dei quodammodo vſum, cùm Chriſtus expiraſſet,

velum

Pſal. 50.

1. Cor. 1.

Veli ſciſſio magna ſignificat.

Actor. 14

Marci. 14

velum quaſi veſtem ſuam, ad contemnendā Iudæorum impietatem illico ſcidit. Quod diuinitus ideo dixerim eſſe factū, vt ſanctū Dei templum populi cauſam lugere intelligeretur. O admirabilis potētia crucis. O ineffabilis gloria paſsionis, in qua & tribunal Domini, & iudicium mundi, & poteſtas eſt crucifixi: Traxiſti Domine omnia ad te; & cum extendiſſes tota die manus tuas ad populum non credentem

Ioann. 12. Eſai. 65. Roma. 10.

& contradicentem tibi, confitendæ maieſtatis tuæ, ſenſus totus mundus accepit. Traxiſti domine omnia ad te, cum in execrationē Iudaici ſceleris vnam protulerūt omnia elementa ſententiam: cum obſcuratis luminaribus cæli, & conuerſo in noctem die, terra quoq; motibus quateretur inſolitis: vniuerſaq; creatura impiorum ſe vſui denegaret. Traxiſti domine omnia ad te, quoniā ſciſſo templi velo ſancta ſanctorū ab indignis pōtificibus receſſerunt: vt figura in veritatem, prophetia in manifeſtationē, & lex in Euangelium, verteretur. Traxiſti domine omnia ad te, vt quod in vno Iudæorum templo obumbratis ſignificationibus, pleno apertoq; ſacramento, vniuerſarum vbiq; gentiū deuotio celebraret. Traxſti domine omnia ad te, dum non ſolum elementa tuam diuinitatem teſtantur; ſed & Centurio & qui cum illo erant fideli voce & concordi confitentur & dicunt. *Vere hic homo filius Dei erat:*

Cap. 27.

Matthæus non tantum Centurionem commemorat, ſed & illos qui cum illo erant, forte milites ſuos: qui vno ore, vna & concordi voce, in vna fide, in vna ſpiritus illuſtratione clamantes, voce magna inquiunt. Verè hic homo filius Dei erat. O fœlix Centurio: O ter quaterq; beati qui tecum ſunt. Bonam militiam militaſti: ad palmam deueniſti ad coronā aſcendiſti, loquere loquere potentias domini, audiatq; vocem confeſsionis tuæ Iſrael vniuerſus, & orbis terrarum, & plenitudo eius: quia in voce hac tua illuminabitur. Ecce ô Iſrael lumen tuum. Verè hic Ieſus filius Dei eſt. Verè iuſtus & Saluator. Vide conſtantiam Centurionis, intuere fidei & mentis magnitudinem & ardorē. Inter furores & rabiem Iudæorum libera voce confitetur, quod Ieſus in cruce mortuus vere ſit filius Dei. Nihil contradicit Iudæus, cum vniuerſus mundus, vocem Centurionis confirmet. Luget ſol in tranſitu cōditoris ſui, terra tremet & inſolitis quatitur motibus, ſaxa ſcinduntur vſque ad fundamē

Centurio commendatur & magnificatur eius confeſſio.

A ta terræ, & velum templi. Hæc omnia ô Cēturio ori tuo adſunt & tuæ ſubſcribunt ſententię fideliſsimæ, paratiſsimaq; ſe offerunt tibi. Mundus vniuerſus & infernus gemens & vlulans pro tua ſtat ſentētia quod verè ſit filius Dei Ieſus dominus meus. Tu ô Cēturio omniū primus deuotiſsima & fideliſsima confeſsione confeſſus & gloriam crucifixi Ieſu Chriſti domini noſtri. Tu gentium primitiæ: tu noſtra fidei dux, tu cōfeſſor magnificus, & omni proinde amore à me proſequendus: qui tunc glorificaſti Ieſum dominum meum, cùm ab omnibus deſpiceretur, & malè tractaretur: tunc cōfiteris Dei filiū, cum pendebat mortuus in cruce. Tu vexillum ſalutiferæ crucis ornaſti gemmis precioſis confeſsionis tuæ. Tu audaciam omnibus martyribus & clariſsimum exemplum exhibuiſti confitendæ maieſtatis Ieſu intrepido animo coram tyrannis. Non times vniuerſam Hieruſalem, non Caipham, non Annam, nō ſummos ſacerdotes, nec vniuerſum orbem, vera & fidelis eſt confeſsio tua, odore profundens vniuerſam matrem Eccleſiā: cælis excelſior eſt & ſplēdidior. Caro & ſan-

B guis non reuelauit tibi, quòd Ieſus eſſet Dei filius: ſed pater qui in cælis eſt: ac repromiſit filio ſuo hanc claritatē magnam: pro morte ſua: Vnde de te inquit alius Euangeliſta:

C Glorificauit Deum dicens vere homo iſte iuſtus erat. Vtrunq; dixiſti: Iuſtus erat: & filius Dei erat. Et in his vocibus (inquit beatus Lucas) glorificauit Deum Patrem & filium ſuum Ieſum. Nec ſolus Centurio, & qui ſub eo bonam militiam agebant, glorificauerūt Ieſum, ſed ſtatim Ioſeph & Nicodemus de quibus ſuo loco dicendum eſt. *Erāt autē mulieres de longe aſpicientes: inter quas erat Maria Magdalene, &c.* Sola virgo mater ſtabat iuxta crucem cum diſcipulo Ioanne ab exordio crucifixionis Ieſu. Cæteræ omnes à longe negotium aſpiciebant: ſicut teſtātur tres Euangeliſtæ, licet poſtmodum acceſſerint Maria Magdalenę, & Maria Cleophe, ſicut teſtatur B. Ioānes, & docet Auguſtinus. Obſerua quòd fuit Iudaicæ conſuetudinis nec ducebatur in culpam more gentis antiquo, vt mulieres de ſubſtantia ſua victū atq; veſtitū præceptoribus miniſtrarent. Et quia hoc ſcandalū facere poterat in gentibus, Paulus ſe abieciſſe commemorat. Inter has ſemper tenuit primum locū Maria Magdalenæ, licet apud Ioannem, vt orationis ordo texeretur anteponitur Mariæ Magdalene Maria

Luca. 23

Cap. 19. *tom. 4. fol. 503. b.c.d.*

Cap. 12.

Cleo

Cleophæ; quia dixit: ſtabant iuxta crucem
mater eius & ſoror matris eius Maria Cleo-
phæ, quòd ſi prius dixiſſet, Maria Magda-
lenæ, nõ poſſet ſine repititione nominis ma

Maria magdalene ferventior.

tris Ieſu dicere, & ſoror matris eius: Fer-
uentior itaque ſemper inuenta fuit Maria
Magdalenæ, & à Chriſto inter omnes diſci-
pulos magis dilecta & honorificata, ſicut &
Ioannes inter Apoſtolos. A quibus cum ſa-
cra matre Ieſu factus eſt planctus magnus, ſi-
cut propheta Zacharias præuiderat & præ-
dixerat: In illa die erit planctus magnus in

Cap.12.

Hieruſalem, ſicut planctus Adadremon in
campo Magedon. Et plangent eum plãctu
quaſi ſuper vnigenitum, & dolebunt ſuper
eum vt doleri ſolet in morte primogeniti.
Lege cap.27. Geneſ. vbi planctu Iacob pro
Ioſeph deſcribitur. Lege cap.49. vbi & lu-
ctus & lachrymæ Ioſeph pro Iacob patre
ſuo commemorantur. Lege cap. lib.1. Re-
gum: vbi luget David chariſsimũ Ionathã:
& cap.18.2. Reg. vbi lamentatur pro Abſa-
lone: ex quibus omnibus facilè deprehẽdes
qualis fuit luctus ſacræ virginis pro filio. Sed

Auguſt. Bernard.

& beatus Auguſtinus & Bernardus inquiũt,
quòd in hora hac in aſſumptis corporibus
apparuerunt angeli lugentes amariſsimè ſu-
per regẽ gloriæ mortuum in cruce. Si enim
Deus æternus in aſſumpto vero & reali cor-
pore, mori potuit, quare & angeli in aſſum-
ptis corporibus lugere non potuerũt? Et no
ta verbum illud Dauidis pro Abſalone ad
loquendum de ſacra domina, cùm receſsit à
cruce, & recepit ſe in domũ: ſic loquebatur
vadens David: Fili mi Abſalon, Abſalon fi-
li mi, &c. *Et cùm ſerò eſſet iam factum (quia erat
Paraſceue, quod eſt ante Sabbathũ) venit Ioſeph
ab Arimathia nobilis decurio, qui & ipſe erat ex-
pectans regnum* Dei. Quis narrabit ſacræ virgi
nis curas & ſolicitudinem pro filio ſepelliẽ-
do? Quis gemitus? Quis lachrymas eius de-
cantabit? Quis generoſi cordis immobilem
conſtantiam, & vultus ſerenitatem. Benedi-
cta filia tu à domino, quia per te fructum vi-
tæ communicauimus. Certiſsima cùm eſſet
de conſummato opere redemptionis huma-
næ: neque vltra poſt apertum latus ſacrum
timebat filio: quem chorus creaturarum cõ

Maria virgo qualis in paßione & morte Chriſti. Genera.

cordis funebri luctu concelebrabat, & ama-
ris lachrymis angeli pacis flebant. In hac ſe-
renitate mentis & corporis deſcribenda ve-
nit ſacra virgo Dei mater: nõ in tragedia: nõ
in clamoroſis & in compoſitis vocibus: ſicut
quidam verboſi faciunt. Cùm igitur iam ſe-

C rò fieret, & Sabbathi feſtũ accederet, cuius
Paraſceue iam aderat: accendit ſpiritus ſan-
ctus nobilis ſenatoris mentem Ioſeph nomi
ne: qui dum malè tractaretur Chriſtus, tacue

Silentium amicorum Ieſu quam utile cũ pateretur.

rat: ne impediretur opus redemptionis: vel
veritatis & fidei inimici clamarent, inuitũ
ſuſtinuiſſe mortem Ieſum: Siquidẽ ab ami-
cis defendebatur. Venit igitur nihil veritus
ſuperbiam Hieruſalẽ aduerſus ſeipſum, dũ
mortuo Ieſu honoris & humanitatis exhi-
beret officium. Vides quomodo Centurio
glorificans Deum publicè & audacter con-
fitetur, quòd verè ſit Dei filius Ieſus? Vides
quomodo & Ioſeph qui diues erat, iam ni-
hili facit diuitias, & immanitatem Iudæo-
rum propter Chriſtũ? Sed & Nicodemus.
Iam martyrum conſtantia demonſtrabatur
in confeſsione nominis Ieſu, & mundi con-
temptus atq; diuitiarum. Iam fructus vberri
mus effuſi ſanguinis germinabat ſicut lyliũ,
& ſicut vernans roſa. Hic ergo Ioſeph qua-
ſi alter Patriarcha Iacobi filius, venit ab
Arimathæa ciuitate Iuda, & audacter, id
eſt, ſine metu, & confidenter accedit ad Pi-
latum: & rogat donari ſibi corpus Ieſu. *Pila-
tus autem mirabatur ſi iam obiſſet*. Mirabatur
neſcius ſacramenti, quod in morte Chriſti
illuxit, nimirum quòd poſuit animam ſuam
quando voluit. *Et cùm cognouiſſet à Centurio-*
D *ne donauit corpus Ieſus Ioſeph. &c. uſq; mos eſt
Iudæis ſepelire.* Habet iã mortuus Ieſus duos
diſcipulos ſibi chariſsimos: non quidem de
media plebe obſcuros: ſed alter ſenatoriam
dignitatem agebat: alter verò inter Phari-
ſæos primus. Ambo diuites, ambo generoſi,
ſed fide clariores: ſed charitate ditiores. Si-
mul conuenerunt in obſequendo Chriſto iã
mortuo. Ioſeph ſindonem mercatur: Nico
demus myrrhæ & aloes non vulgare põdus,
ſed libras centum. Et deponẽtes de cruce no
bile ſacrumq; corpus, aromatibus cõditum,
& ſindone coopertum ligauerunt linteami-
nibus, id eſt: inſtitis, id eſt, faſciolis, & mun-
diſsimum ſudarium ſuper caput eius poſue-
runt. Erat autem in loco vbi crucifixus eſt
dominus, hortus, & in horto monumentum
nouum, in quo nondum quiſquam poſitus
fuerat. *Et poſuerunt eũ in monumento nouo, quod
exciſum erat de petra.* In horto Adam captus

Geneſ.2. Luce.23.

eſt in peccati vinculis, in horto ſaluator ſan
guinem fudit, & captus fuit & in horto ſepel
litur. Bonus hortus qui iam fructũ vitæ red
dere poteſt, vnde egreſſus fuerat morſus pec
cati. De Chriſti ſepulchro prædixerat Eſaias

Cap.11.

Erit

A Erit ſepulchrum eius glorioſum. Non tantū ex honore qui ſibi exhibetur, ſed etiā quia fideliſsimum argumentum pro glorioſa reſurrectione Chriſti ab eo egrediebatur, & & clariſsimè fulget. Erat nanque ſepulchrū nouum, in quo nondum quiſquam poſitus fuerat, exciſſum in petra. Ne quis infidelis Iudæus diceret: alius reſurrexit, cum multa ibi adeſſent corpora mortuorum. Sit igitur ſepulchrum nouum, in quo nondum quiſquam vſque ad Chriſtum poſitus fuerat: & exciſſum in petra, non ſub terraneum, non ex quadratis lapidibus, aut lateribus & bitumine contextum, ne dicat Iudæus infœlix: aliunde contraminatum eſt à diſcipulis, & furati ſunt illud. Cuſtodiaturq; à foris cuſtodia militum Iudæorum: ne dicere poſſint: reuoluto lapide, & temerato ſigillo ſublatum eſt. Nihil horum obijcere poteſt aut Iudæus, aut paganus veritatis oſores & inimici. Glorioſum quidem eſt ſepulchrū tuū ô domine Ieſu, primo quia corpus tuum diuinitate plenum ibi repoſitum eſt: Secundò glorioſum eſt ſepulchrum tuum ô domine dum à cunctis gentibus adoratur, & deniq; glorioſum eſt ſepulchrum tuum, quia ex eo præclarum & omni acceptione digniſsimum egreditur teſtimonium ſacræ reſurrectionis & irrefragabile. *Maria Magdalene, & Maria Ioſeph aſpiciebant ubi poneretur.* Beatus Lucas: Subſecutæ autem mulieres, quæ cum eo venerant de Galilæa viderunt monumentum, & quemadmodū poſitum erat corpus eius. Aſpiciebant vbi poneretur, vt congruo tempore munus deuotionis offerrent. Ad quod comparant ſibi vnguenta, & in ipſa die paraſceues ante ſolis occaſum, ſicut teſtatur Lucas: & poſt Sabbathum ad ſolis item occaſum: ſic vt dicit noſter Euangeliſta.

Reſurrectio Chriſti: ex monumēto nouo comprobatur.

Lucæ. 23. Cap. 16.

Epilogus paſsionis Chriſti.

HACTENVS de paſsione Ieſu Chriſti domini noſtri pro menſuræ noſtræ infirmitatis egimus: non prout rei celſitudo & maieſtas poſtulabat. Cæterum introſpiciens iterum quæ dominus in obedientia Abrahæ fecit, quam hiſtoriam in themate Dominicæ paſsionis propoſuimus, ibi quidem agnoſces quid te auditus ſermo paſsionis docere debeat: & firmiter pſuadere. Accepto namq; Deus ab Abrahā obſequio illo magno immolationis filij chariſsimi Iſaac, adeò gratū habuit, vt quaſi extra ſemetipſum exiens, & extra nobilitatem ſuæ naturę diuinæ, aëra repleuit iuramentis, voces multiplicauit, promiſſa immobili firmitate confirmauit. Bone Deus quam longè à tua natura, qui & ſumma veritas es, iurandi neceſsitas ad cōfirmandum verbum tuum, qđ fidelo permanet in mille generationes. Et tamen acceptum habens obſequium amici tui Abrahæ, promiſsionem tuam iuramento firmaſti: vt per duas res immobiles, quibus impoſsibile eſt te mentiri, firmiſsime tibi credat, & expectet quicquid illi promiſeris. Per me metipſum iuraui, quia feciſti hanc rem & non pepercisti vnigenito filio tuo propter me, benedicā tibi, & multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cæli, & velut arenam, quæ eſt in littore maris, poſsidebit ſemen tuum portas inimicorum ſuorum, & benedicentur in ſemine tuo omnes gentes, quia obediſti voci meæ. Quod verbum interpretatur Paulus Apoſtolus: In ſemine (inquit) non in ſeminibus, quaſi in multis, ſed in ſemine tuo, quod eſt Chriſtus: Ecce quanta, quam magnifica filijs Iſrael ex parentis obſequio repromiſſa ſint à Deo: ſed & vniuerſo mundo prædeſtinatum ab æterno Saluatorem exponit. Iuraui (inquit) quod verbum præteriti temporis eſt; vt doceat & ſi magnum fuerit obſequium ſacrificii Abrahæ: non tamen aſcendiſſe ad promerendam ſalutē generis humani per Chriſtum: Quid tibi offerendū eſt domino vniuerſorū pro morte filij ſui chariſsimi? Quę vota? Quæ iuramenta? quæ laudes in obſequium ſummæ huius miſericordiæ? Dic cum propheta ardenti, & deuoto animo: Quid retribuam Domino, pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiam, Totus itaque in Deo ſitiens, & ardore mentis, ex viſo ſanguine accenſus, dic: Calicem ſalutaris accipiam. Vſque ad calicē paſsionis ſtimulat crucifixus Ieſus rex glorię. Sint magiſtri tui B. illi viri Thobias ſenior & Iunior, qui ad alterutrum conferentes officia quæ de manu ignoti angeli Raphaelis acciperāt, dicebāt: Quid poſſumus viro iſti ſancto dare: qui venit tecum?

Chriſti paſsionis ſermo quomodo utilis, et qđ doceat.

Geneſ. 22

Hebræ. 6. Geneſ. 22

Geneſ. 22. Galat. 3.

NOTA *ualde.*

Pſal. 115.

Tobi. 12. Tobi. gratitudinis magiſter.

Filius vero: pater, quã mercedem dabimus ei?& computatis omnibus quæ accepit ab angelo addidit: Quid illi ad hæc poterimus dignũ dare? Et conuenictes in dono & mercede dimidiæ facultatis: tandem angelũ ad ſe vocant, &c. Agnito autem quod vere angelus eſſet, ceciderunt ſuper terrã in facies ſuas: & cùm euanuiſſet ab oculis eorum, tũc proſtrati in faciem per horas tres benedixerunt Deum, & exurgentes narrauerunt omnia mirabilia eius. O ſanctorũ hominum C veram gratitudinem, qui angelo mediã ſubſtantiam domus ſuæ antequàm agnoſceretur, offerebant: iam nihili facientes vel mũdum vniuerſum, cadentes ſuper facies ſuas: per tres horas adorant, & enarrant omnia mirabilia domini, de qua re cum Apoſtolo infra dicendum eſt. Pondera omnia, & maximè omnium beneficiorum commemorationem, viuamque memoriam, & animi gratitudinem alacremque donationem bonorum benefactori angelo.

Deſcenſus nobilis domini Ieſu ad inferos.

Habac. 3. EGRESSVS es in ſalutem populi tui: in ſalutem cum Chriſto tuo. Percuſsiſti caput de domo impij denudaſti fundamentum eius vſq; ad collum. In verbo hoc exordiũ fecimus, & præfationem dominicæ paſsionis, per quam vniuerſum hominũ genus redemptum eſt. Cuius fructus quã primo ad peculiarem domini plebẽ, populumq; eius electum peruenit. Hic eſt ille populus peculiaris, & gens ſancta, quæ apud inferos in D *De hoc ſupra actum eſt. cap. 9.* vinculo præuaricationis protoplauſtri tenebatur. Mirabilis Deus in ſanctis ſuis, Domini populis dicitur, & verè ſic erat, de quo habes appoſitiſsimum exemplar in filijs Iſrael *Exod. 5* ſub Pharaone: Cui per Moyſem dominus dicebat: Dimitte populũ meum: Certè domini populus erat, & tamen ſub Pharaone & ferrea ſeruitute degebat. In hũc modum ſub diaboli poteſtate, hoc eſt, in inferis, ſine cruciatu & tormento ignis erat populus hic domini. Et popolus ille egreſſus eſt de Aegypto *Exod. 13.* in manu excelſa. Propter quod nihil Pharao in ſexcentis electis curribus & vniuerſo exercitu ſuo præualuit contra illos. Imò inuoluit eos dominus in medijs fluctibus maris rubri, & deſcẽderunt quaſi lapis in abyſſum. In quo adumbratum eſt & abſconditũ myſteriũ quod in Chriſto iam clarificatur: dum aduerſus diabolum gerens bellum pro populo ſuo, illũ deuicit: de quo & ipſe Habacuc: Egrediatur diabolus ante pedes eius. Vbi clariſsimè victoria Chriſti contra diabolum demonſtratur: ſiquidem ante pedes *Victoria Chriſti cõtra diabolũ* egreditur: non ad caput, vel ad dexterã manum: ſed ante pedes eius, quem quidem iam conculcauerat in cruce, & ad triumphum egredi iubetur ante pedes victoris. Nec ſic in hac confuſione dimittitur: imò inſequitur ſacratiſsima anima diabolũ, cũ primo egreſſa eſt de nobili corpore in cruce: nec moras trahit, quin clamãti populo ſuo adfuit ſerena, in omnipotenti virtute ſuę diuinitatis. Deſcendebat itaq; ad inferos inſequẽs leonẽ ferociſsimũ, qui deuorabat omne prorſus genus humanũ, cõtriturus fores æreas, & vectes ferreos cõfracturus, & eos, qui antea vincti apud inferos erant, in libertatẽ vindicaturus: quod haud ſuſpicabatur diabolus, neque angeli eius: Si enim id certũ ſibi eſſet, nũquã Dei filiũ perſequeretur vſq; ad crucẽ: quin potiùs adhuc in cruce pendentẽ, ad ſe pertinere exiſtimabat: ſicut & omnes patres quã tũuis ſanctus, De quo Euſeb. Cęſa. Dũ orat, *Lib 10. de demonſtra. Euange. ul tima demõſtratione.* ſic ait: Ne recedas à me, quoniã afflictio prope adeſt: quoniã nõ eſt qui adiuuet. Diuinis oraculis cernens, quũ adhuc illud corpus in ligno eſſet ſuſpenſum, extrĩnſecus circum hũc aërem verſantes incorporeas & hominibus inuiſibiles poteſtates, quæ circũ ipſum quaſi crudiuoræ aues, & feræ aduoluebãtur & ad mortuũ citò futurũ ipſius corpus, vndiq; confluentes principatus & poteſtates aëris huius ac ſpiritus, qui efficatiã tuã exercent in filios cõtumatiæ, necnon circũ terrã per totũ orbem, qui colitur ab hominibus volitãtes dæmones. Credibile aũt eſt, vidiſſe infernas quoq; tartareas beluas ægreſtes atq; formidabiles: de quibus Eſaias propheta ad cũ, qui de cęlo ceciderat luciferũ ſermonẽ intendẽs, ita loquitur: Infernus ſubter *Cap. 14.* te cõturbatus eſt in occurſum aduẽtus tui, ſuſcitati tibi ſunt oẽs gigãtes: hæc itaq; omnia conſpiciẽs, ſuũ extrinſecus cruci affixũ corpus in orbẽ cingentia. Seq; aduerſus ipſum comparãtia, multitudinem eorum collectã *Pſal. 21.* deſcribit, ſic dicens. Circundederunt me vituli multi tauri pingues obſederunt me.

Aper-

Aperuerunt ſuper me os ſuum, vt leo rapiēs
& rugiens. Etenim dum animam vt par eſt,
humanam, & cæteris ſimilem, nec amplius
præterea quidquam eſſe arbitrantur, quod
in corpore Ieſu habitabat: beluæ de quibus
diximus aperuerūt os ſuum, vt quemadmo-
dum alias hominum animas conſueuerant,
ita etiam hanc deuorarent: quapropter ſic
ait: Aperuerunt os ſuum, &c. Sed aliter res
agebatur. Egreſſus enim erat Deus pater in
ſalutem populi ſui non cum Moſe duce aut
Ioſue, vel Samuele vel Dauide & Sanſone
omnium virorum fortiſsimo: ſed cū Chriſto
ſuo mirabili quidem modo, mirabiliq; æqui
tatis iure: non in omnipotentia maieſtatis:
ſed in carnis infirmitate: non in virtute mi-
litum armatorum, ſed in brachijs cruci affi-

Cap. 3.

xis. De quibus Habacuc: cornua in manib⁹
eius. Quid inquis propheta? Potius tibi erat
dicendum, vt tibi crederetur. Manus eius in
cornibus crucis. Et verum eſt, nec minus fi-
dele quod exultans & confidenter ex cla-
mo: Cornua in manibus eius: quibus conte-
ret ac deuaſtabit omnes contrarias poteſta-
tes ſibi aſtantes, & diabolum & ſathanam;
qui vt dux & caput inferni & domus im-
piæ, vt vnus deſcribitur à me. Egredietur
diabolus fugiens ad occupandam arcem in-
ferni, ad cuſtodiēdos vinctos ſuos, & ad cō-
uocandam militiam omnem exercitus ſui.
quia adhuc ſibi neceſſarium iudicabat. Egre
diebatur ante pedes, quibus ſtatim concul-
cabitur corona ſuperbiæ eius. Ipſemet cla-
ui quibus in cornibus crucis affixæ erāt ma

Claui crucis, cornua firmiſsima.

nus Domini Ieſu, facti ſunt illi cornua fir-
miſsimæ & inſuperabilis fortitudinis aduer
ſus diabolum, & infernum, in quem deſcen-

Pſalm. 15

dit ſaluator, ſicut docet vtrunq; teſtamentū.
Dauid quidem in verbo illo, quod de Chri-
ſto ſcripſit: Propter hoc lætatū eſt cor meū.
&c. quoniam nō derelinques animam meā
in inferno, nec dabis ſanctum tuum videre
corruptionem. Quòd ſi propter hoc exultat
cor domini Ieſu: quia anima ſua non perm ā-
ſura erat apud infernos, ergo illuc deſcēdit.
Quia licet ſepulchrum aliquando infernus

Articulus fidei de deſcenſu Chriſti ad inferos manifeſtus in ſacra ſcript. Acto. 2.

dicatur, quia cadauera mortuorum cuſtodit:
cum tamē de anima agit, & de deſcenſu eius
ad infernos, inferi pro ſepulchro vſurpari
non poſſunt. Quis aliquando excogitauit
corde fideli animam iuxta cadauer ſuum in
ſepulchro commorari? Manifeſtè ergo ex
hac ſcriptura Dauid (interpretante illam Pe
tro) colligitur articulus fidei de deſcenſu

A Chriſti ad inferos. Vnde in concil. general.
ſub Innocentio. 2. Extra ſum. Trinit. & fide
cath. cap. firmiter credimus, dicitur de Chri
ſto. Firmiter credimus: Deſcendit ad in-
feros, reſurrexit à mortuis, aſcendit in cæ-
lum. Deſcendit in anima reſurrexit in cor-
pore, aſcenditque pariter in vtroque. Vbi
clare ponitur deſcenſus in anima non in ef-
fectu contra Durandum, in. 3. 5. diſtinct.
2 a. quæſtione. 1. articulo. 3. Lege Caietan. 3.
part. S. Thom. q. 5 2. art. 2. Deſcendit quip-
pe ad inferos: procul dubio ad ſanctorum pa
trum liberationem: & vt caput impij, id eſt,
diaboli, qui caput eſt omnium malorum,
denudaret ad maximam ſui ipſius confuſio-
nem. Inſequitur itaque fugientem diabo-
lum Chriſtus vſque ad inferos, vt ipſum al-
liget in manicis ferreis, & ſpolia diſtribuat
magnifica: ſanctos videlicet patres: quo-
rum animæ detinebantur ab ingreſſu reg-
ni vſque ad horam hanc. Quos deſcribit

Athana. in de cruce et paſsio. dñi.

beatiſsimus Athanaſius in hæc verba. Poſt-
modum eiectus ille miſer, in inferno ſe-
densque ad limina, conſpicatus eſt omnes
ſuos vinctos virtute Chriſti educi & mor-
B tuos reuiuiſcere, & captiuos dimitti, & om
nes ſanctos qui cum Adam erāt, obuiam tē-
dere, omnesque plauſibus ſtrepere, quem-

Pſal. 70.

admodum ſcriptum eſt: Præuenerunt prin-
cipes coniūcti pſallentibus in medio iuuen-
cularum tympaniſtriarum. Eoſque qui li-
berabantur gaudio exultare his verbis lo-

Pſal. 125.

quentes: In conuertendo dominus captiui-
tatem Syon, facti ſumus ſicut conſolati.
Tunc repletum eſt gaudio os noſtrum. &c.
Nam & angeli & omnis exercitus angelo-

Luce. 2.

rum hymnos canentium & dicentium. Glo
ria in excelſis Deo, & in terra pax & ho-
minibus bona voluntas, obuiam iuuencu-
lis omnibus, quæ in libertatem aſſereban-
tur, procedere animæque angelis conuer-
ſari. Patriarchis procedentibus omnia vn-
decumque lætitia & hymnis triumphali-
bus de victori mortis reſonare, ſicut olim

1. Reg. 17.

ſub Dauide, cum iam proſtratus iaceret Go
liath, chori puellarum cum tympanis ac-
currentes dicebant: Percuſsit Saul per mi-
riades: idē quoq; factitatum eſt in morte Sal
uatoris, &c. De hac ſalute quā fecit cæleſtis
pater, egrediēs cum Chriſto filio ſuo, inquit

Cap. 9. ad longū egimus de illa cap. 9.

Zacharias Propheta: Tu quoq; in ſanguine
teſtamēti tui emiſiſti iunctos tuos de lacu, in
quo non erat aqua. Obſerua quòd cum deſ-
cribit beatus Athanaſius cæleſtem militiam

V a ange-

Triūphus Chriſti ad inferos. angelorum cōuenientium in vnum & canē- C tium: Gloria in excelſis Deo, tunc ſermonē agit de glorioſa reſurrectione Chriſti, & de regreſſu eius ab inferis cū omnibus ſanctis: nam cum ad inferos deſcendit, nullus illi affuit ſanctorum angelorum, ne vlli eorū hic magnificus triumphus aſcriberetur: ſed ſoli *Hebr. 2. Cap. 1.* Chriſto. Nō enim cuipiam angelorum ſubdidit orbē terræ futurum, ſed ſoli Chriſto: Ipſi gloria & imperium Amen. Et Apoſtolus Paulus ad Coloſſenſes de hoc triumpho agens, inquit: Vos cùm eſſetis mortui delictis, & præputio carnis veſtræ, conuiuificauit cum illo, donans vobis omnia delicta: delens quod aduerſus vos erat chyrographum decreti, quod erat contrarium nobis: & ipſum tulit de medio, affigēs illud cruci, & expoliās principatus & poteſtates, traduxit confidenter palam: triumphans illos in ſemetipſo. Expoliauit itaq; principem inferni, primò alligās fortem armatum, & traduxit confidenter. Quid eſt traduxit confidenter? Haud timebat vel expaueſcebat domi- D nus Ieſus illam infinitam multitudinem dæmonum, neq; ſerpentem antiquum eorum ducem & principem. Nō enim nuda anima eius deſcendit in infernū, ſed diuinitati vnita. Traduxit ergo confidenter, confidebat in obedientia ſua ad patrem vſque ad mortem crucis. Confidebat in multitudine virtutis ſuæ, qua factum eſt, vt non furtiuè, dolo, aut ſimulatione, educeret vinctos ſuos: ſed palam, cunctis dæmonibus vidētibus & frementibus. Magnificentiſsimus igitur eſt hic triumphus: de quo meritò canit propheta: Egreſſus es in ſalutem populi tui cū Chriſto tuo: Sublimis valde, in quo Chriſtus magnificatus eſt vehementer. Triumphans illos in ſemetipſo, inquit Apoſtolus, non in brachio Michaelis archangeli, ſicut olim in cælo, aut alicuius principis cæleſtis: ſed in ſemetipſo inquit. Solus deſcendit ad inferos, neque angelorum comitatu vtebatur & miniſterio, vt ei ſoli aſcribat orbis, qui creaba- *Pſal. 101.* tur, id eſt Eccleſia, ſuam redemptionem. In ſemetipſo inquit. Quantus eſt hic triūphus, quantum & quàm magnificū eſt hoc opus ſi noſti. Reſpōdeat iuſtus Abel, qui omniū

C primus ab origine mundi hunc fortiſsimum ducem & redemptorem iuſtiſsimum, potētemq; in prælio expectauit & deſiderauit. Reſpondeat Adam hominū & peccati propagator. Hæu quantū vir hic luxit per omnem vitam. Quantum & exultauit in ſua redemptione, & multorum filiorū. Nulli ſanctorum veteris aut noui teſtamenti ſic ſpecialiter conuenit redēptio & fructus eius, ſicut patri noſtro. Ad redēptionē enim illius inobedientiæ, & præuaricationis eius mortuus eſt dominus Ieſus: Ecce quomodo impletum eſt quod in Oſea prædictū fuerat, *Leg. beatū Greg. ho. 22 ſup euāgel.* O mors ero mors tua. Inferne ero morſus tuus. Rectè vtrumq; dicit propheta. Id nāq; quod occidimus, agimus vt penitus non ſit. Ex eo autem quod mordemus partē abſtrahimus, partemq; relinquimus. Quia ergo in *Et Auguſ. ſerm. 131 de tēpore. tom. 10. fo. 898.* electis ſuis penitus occidit mortē, mors mortis extitit. Quia vero ex inferno partem abſtulit & partem reliquit, non occidit funditus, ſed momordit infernū. Lege dialogum D Chriſti & diaboli in ſua reſurrectione ex *Hom. 36. ſuper pſal. 50.* ſententia beati Theodoreti in de prouidentia Dei. Quòd ſi non ſupereſt opus illud, lege homiliam ſuper pſalmum. 50. Educēs ergo dñs Ieſus vinctos ſuos, quod verbum ad *Cap. 9. Reſurrectiōis ſpes.* longum in exordio expoſitum eſt, & reſurgens à mortuis hominū naturę ſpem reſurrectionis ſeminauit: Sponſorē dans omnibus proprij corporis reſurrectionem. In ſalutem ergo egreſſus eſt Deus pater cum duce in propheta repromiſſo Bethleem, & veniens ab auſtro, id eſt, à meridie, id eſt, de ſinu patris, vbi ſemper meridies eſt: & de mōte Pharā, id eſt, de mōte ſublimi, excelſo, & glorioſo: hoc eſt à celſitudine maieſtatis pa- *Cap. Pſal. Pſal.* ternæ, vel de monte condenſo, & vmbroſo, de patris gloria, qui lucem habitat inacceſsibilem, exultauit vt gigas ad currendā viam à præſepio vſque ad crucē: in qua operatus eſt ſalutem in medio terræ, & liberauit populum ſuum, qui ab exordio illum deſiderabat, & expectabat: & traduxit cōfidenter palam gemente & vlulante inferno: & acclamantibus cunctis ſanctis: Benedictum quod venit regnum patris æterni: & gloria & corona ſanctis ſuis repromiſſa: Amen.

Finis Capitis decimi quinti, & Libri decimi quarti Commentariorum in Marcum,

SEQVITVR

SEQVITVR HISTORIAE DOMINICAE Reſurrectionis, & Cap. XVI. Marci.

Reſurrectio chriſti quot modis cōſiderāda

MVLTIS modis, iiſdēq; ſublimibus vtrūq; teſtamentū, vetus ſcilicet & nouū, ſacrā ac venerabilem hiſtoriā Dominicæ Reſurrectiōis deſcribit. In primis vt veram hiſtoriā rei geſtæ in manu omnipotēti.
1 Hiſtoriæ nanq; veritas primū firmūq; fun-
damentū eſt cæterarum conſiderationū: ali-
ter quippe oia vana, innania, & vt veritatis
2 vacua ruerent. Traditur ſecūdò reſurrectio
Chriſti tanquā baſsis inuiolabilis firmitatis,
prorſusq; diuinæ, in fidei catholicæ confir-
mationē & munimentū, & omniū, quæ ab
exordio euangeliorū de Chriſto ſacri teſtā-
tur Euangeliſtæ. In ſigillo hoc quod diuinā
refert auctoritatē, & in ipſo reſplēdet, & nul
li vnquā hominū conceſſo, quātumuis ma-
gno & ſancto. (Nullus ſeipſum aliquādo ex B
citauit à mortuis) omnia ſacra euāgelia ro-
bur habēt, aduerſus quæ neq: aëreæ poteſta
3 tes vel Sathanas ipſe præualere poteſt. Tra
ditur etiā ſacra admirabilisq; reſurrectio do
mini, vt exēplar reſurrectionis ſanctorū: cui
4 aſsimilabuntur in nouiſsimo die. Quartò re
ſurrectio dñi ſcribitur ad ſpei noſtræ confir
mationem incorruptam & immaceſsibilē.
5 Deniq; ex hac beata reſurrectione firmiſsi-
mæ & germanæ concluſiones ab apoſtolo
legitima argumentatione inferuntur pro fi-
dei catholicæ viuificatione & glorificatio-
ne. Hiſtoria ergo Dominicæ reſurrectionis, de qua mūdus exultat, & cælū honoratur & coronatur, & genus noſtrū magnificatur, elatiſsimis vocibus repromiſſa eſt in veteri teſtamēto, & præclaris adumbrata figuris & in nouo multiplicibus argumētis cōprobata, deſeruiente gloriæ Dei inimicorū ſuorū inueterata malitia. Propheta Dauid dicit in pſalm. quē de Chriſti reſurrectione ſcripſit.

Pſal. 15.

Nō derelinques animā meā in inferno: nec dabis ſanctū tuū videre corruptionē. Quem pſalmū Petrus caput & vertex apoſtolorū in ſpū ſancto expoſuit in auribus vniuerſæ Hieruſalem de Chriſto: Imò in conſpectu Parthorum, & Medorum, & Elamitarum,

Actor. 2.

A & virorum qui tunc aderant ex Meſopotamia, Capadocia, Ponto, & Aſia, Phrygia, & Pamphylia, Cyrene, & Roma, Cretaq;. Audiebantq; teſtimonium iſtud ex ore Petri Arabes. Diuina quippe prouidētia cōſultū eſt ac præordinatū, vt ſub oculis omnū gētiū Iudæorū, qui ad diē feſtū Penthecoſtes cōuenerat, teſtimoniū hoc reſplēderet. Viri fratres liceat audacter dicere ad vos de Patriarcha Dauid, quoniā defunct⁹ eſt & ſepultus eſt, & ſepulchrū eius apud nos vſq; in hodiernū diē. Propheta igitur cū eſſet, & ſciret quia iureiurando iuraſſet illi Deus de fructu lūbi eius ſedere ſuper ſedē eius, prouidēs locutus eſt de reſurrectione Chriſti, quia non derelictus eſt in inferno: neq; caro eius vidit corruptionē. Hūc Ieſum reſuſcitauit Deus, cuius nos oēs teſtes ſumus. Et alio loco de Chriſto adhuc inquit: Ego dormiui & ſomnū cæpi & exurrexi, quoniam dñs ſuſcepit me. In cuius manus cōmendaui ſpūm meū: De prophetia Eſaiæ: ſi poſuerit pro peccato

3. Reg. 2. Pſal. 125. Pſalm. 2. Pſalm. 2. Pſalm. 30. Cap. 53.

B animā ſuā, videbit ſemē longæuū: ſupra diſputauimus: vbi ſacram reſurrectionē dñi eō teſtabatur. Sat firmū eſt teſtimoniū in ore triū ad confirmandam hanc veritatē. Adſit Sāſon vir ille fortiſsimus, Nazareus ex vtero matris; in cuius operibus mirabilioribus ſancta reſurrectio domini ſignificabatur: Quondam cùm Gazam Philiſtinorū ciuitatē ingreſſus fuiſſet atq; ab inimicis vt caperetur, maxima cū induſtria cuſtodiretur, in tempeſtæ ſurgens noctis ſilentio, fugam arripuit: ablatasq; ciuitatis ferreas ianuas ſuper montis verticē aſportauit, ac de obſeruātibus ſe manibus euaſit. Qui legit intelligat, quia myſticū eſt: ſub figurarū profecto velamine Hebræorū iam deſcribebātur futura: quatenus ex ipſis ædificaretur Eccleſia, roboraretur fides: & nutātiū corda ad veri Dei manuducerētur agnitionē. Addita ſunt figuris, pphetarū oracula, vt quaſi rota videatur in medio rotæ, cūcta hæc ſancto diſponente ſpiritu, qui diuidit ſingulis charisſmata prout vult. Vbi B. Gregorius: Quem fratres chariſſimi in hoc facto, quē niſi redemptorem noſtrum Sāſon ſignificat? Quid per Philiſteos niſi Iudæorum perfidia demonſtratur? Qui cum mortuum dominum viderent, eiuſque corp⁹ in ſepulchro poſitū, cuſtodes illicò de

fol. 320. colū. 2. A. fol. 190. col. a. B.

Sanſon & Ionas figuræ reſurrectionis dñi cap. 16. Iudicum.

Ezechie. 1.

Sāſon Philiſtei Saluator et Iudei.

putauerũt, & eum qui auctor vitæ claruerat, inferni clauſtris retentum, quaſi Sanſonẽ in Gaza deprehendiſſe ſunt lætati. Sanſon verò non ſolum media nocte exiuit, ſed etiam portas tulit; quia videlicet redẽptor noſter ante lucẽ ſurgens, non ſolum liber de inferno exijt, ſed ipſa etiam inferni clauſtra deſtruxit, portas tulit, & mortis vectem ſubijt: quia reſurgendo clauſtra inferni abſtulit, & aſcendendo cælorum regna penetrauit.

Cap. 3. Accedat & Ionas Propheta à piſce deuoratus, & tertia die euomitus: vt in cuius etiã figuris ſtet teſtimonium dominicæ reſurrectionis, repromiſſæ ac prædemonſtratæ mũdo. Arcẽ quidẽ tenet inter omnia de Chriſto ſacramenta, vt turris Dauid, vel Salomõ contra Damaſcum reſpiciens: ex qua mille clypei pendent, & omnis armatura fortiũ. Cuicunque inimico etiam imbecilli facilè aditus patet ad deuaſtandam ciuitatem Dauid, ſine ſacramento reſurrectionis domini Ieſu Chriſti: & omnino fides labefactatur, & velut fumus potiùs excæcat, quàm illuminat oculos.

1. Cor. 15. Vnde Apoſtolus: Si Chriſtus non reſurrexit, inanis eſt prædicatio noſtra, inanis eſt & fides veſtra. Et infra: Si in hac vita tantum ſperantes ſumus in Chriſto, miſerabiliores ſumus omnibus hominibus. Et quia Chriſtus ſurrexit tertia die, apoſtolica prædicatio haud inanis fuit, & fides credentium ſed cælis celſior & firmior, Græcia fæcundior nõ in verborum ornatu & fuco exterioris elegantiæ, ſed in magnificentia ſapientiæ diuinæ. Inuenitur non inanis, ſed Romano imperio & cunctis dijs gentiũ fortior: dum omnia ſub ſuo domat iugo, & omnem gloriam earum vt ſcabellũ ſub ſuis pedibus calcat. Neq; fides noſtra, qui Deo credidim⁹, inanis eſt, aut vanos nos diuinis promiſſionibus cõſtituit: ſed in fide reſurrectionis ſpes noſtra vt balſamũ redolet, etiam in pręſentia omniũ pręſentis tẽporis gaudiorũ neq; nos cõfundet, ſiquidẽ nobiliſſima promiſſa eius ſacramento reſurrectionis Chriſti confirmãtur.

Reſurrectionis ſpe fœliciſſimi ſumus.

Et ſic fœliciores ſumus cunctis hominibus etiã in ſqualido carcere, inter beſtias & dentes earũ, ſub gladio deniq; & morientes.

Apoc. 14. Quia amodo iam dicit ſpiritus, vt requieſcãt à laboribus ſuis, beatiq; prædicantur voce de cælo dimiſſa, qui in Chriſto moriũtur. Fœliciſſimi itaq; ſunt qui Chriſtũ Ieſum D.N. & ſequuntur, & obtemperãt ſalutaribus eius mãdatis.

Heb. 5. Nõ enim, tantũ ſibi credentibus, factus eſt cauſa ſalutis, niſi & ſibi

C obtẽperent. Propter quod cõmune mandatum habuerunt diſcipuli miſſi in mundum, vt docerent ſeruare, quæcunq; illis mandauit.

Matt. 28.

Fœliciores itaq;, quia nõ ſumus in Chriſto ſperantes ad gaudia tẽporalis iucunditatis, quæ temporalis eſt, ſed ſpes noſtra ſupra aſtra concedit, vbi bona æterna ſunt, & glorificata lętitia, & hæreditas incontaminata, & immarceſſibilis.

Reſurrectio Chriſti crucem ſuam glorificauit.

Iam in glorioſa reſurrectione dñi ſupplicium crucis turpe, & in decorum valde quomodo ſit tropheum apparet, dum crucifixus ſemetipſum à mortuis reſuſcitat, quod nulli aliquando hominum cõceſſũ eſt. Abraham haud ſeipſum excitauit: nõ Iſaac, non Iacob, non Moyſes, non Dauid, non Samuel, non deniq; magnus Ioannes. Impoſſibile illis erat. Repoſitum autem erat Chriſto ad euacuãdum ſcandalum crucis, & illuminandum myſterium redẽptionis humanæ: & ad cõprobandam diuinam Chriſti crucifixi auctoritatem: de qua ipſe ad Iudæos aliquando:

Ioan. 10. Propterea diligit me pater quia pono animam meam, vt iterum ſumam eam.

Reſurrectio Chriſti præmiũ ſuæ obediẽtiæ.

Quorum verborum hic eſt ſenſus. Tam gratum eſt patri meo, me ponere animam meam, hoc eſt voluntariè mori, vt quia ego pono animam meã, propterea ex D hoc merito diligat me ad tantum donũ, ſcilicet vt iterum ſumam eam, id eſt, me ipſum ſuſcitatem. Præmiũ voluntarię mortis iſtud eſt, quod ego ipſe, me ipſum ſuſcitem à mortuis: tãtum abeſt quòd ſicut blaſphemo, aut Dei inimico, vel regni Iudæorum inuaſori ſupplicium mortis & crucis acciderit.

Rom. 1. Argumentum hoc confirmat Apoſtolus in exordio epiſtolæ ad Romanos inquiens: Qui prędeſtinatus eſt filius Dei in virtute (de dño Ieſu erãt ſermo) ſecundũ ſpiritum ſanctificationis ex reſurrectione mortuorũ Ieſu Chriſti dñi noſtri. In hoc ſigillo vniuerſa quę de Chriſto Ieſu ſcripta ſunt, omniaq; ab eo geſta, vel circa eũ apparuerũt diuina cõfirmãtur auctoritate & teſtimonio: quib⁹ nefas eſt cõtradicere, grãdeq; & execrabile piaculũ.

Reſurrectionis Chriſti teſtimonia.

HABET pręclariſſima teſtimonia ſacra reſurrectio Dñi. Habet angelos in vultu fulgẽti & cãdidiſſimis veſtibus, magnificis vocibus teſtificãtes: ſurrexit, ſicut dixit: non eſt eſt hic.

Matt. 28. Habet cuſtodes ſepulchri, de quibus aliqui venerũt in ciuitatẽ, viſis quę acciderãt in terromotu ſepulchri, & nunciauerũt principibus ſacerdotũ omnia quæ facta fuerant: qui & corrupti pecunia, dixerũt furatũ fuiſſe corpus à diſcipulis, dormiẽtibus ipſis cuſtodi-

ſtodibus: Habet ſacras & deuotiſſimas fœminas cũ eis ad ſepulchrum, vt vngerẽt corpus ſacroſanctum, quæ viderunt dñm & adorauerunt, & oſculatæ fuerunt pedes eius. Habet mille argumenta præſtãtia fidem rei dubię, & confirmantia pectora apoſtolorum: De quibus ſuo loco dicendum eſt. Tertiò reſurrectio Chriſti deiñ monſtrata eſt, vt exẽplar reſurrectionis iuſtorum in cõſpectu ſide digniſſimorum teſtium. De quo apoſtolus: Noſtra conuerſatio in cœlis eſt, vnde & Saluatorem expectamus dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum, qui reformauit corpus humilitatis noſtræ, configuratũ corpori claritatis ſuæ. Tũc quidem corpus animale (hæc eſt humilitas corporis noſtri) reſurget ſpiritale & in gloria & nobilitate maxima, de quibus iam diximus diſputãtes de magno iudicij die. Quam ſpem ſic cõfirmat apoſtolus (eſtq; quartus modus cõſiderãdi Chriſti reſurrectionẽ.) Cõmendat autẽ charitatẽ ſuã Deus in nobis, &c. Si enim cũ inimici eſſemus, reconciliati ſumus Deo per mortẽ filij eius, multò magis recõciliati, ſalui erimus in vita ipſius. In hoc vis argumẽti cõſiſtit. Cũ moriebatur Ieſus Chriſtus adeò potẽs fuit, potuit iuſtificare & recõciliaret vt inimicos & impios: cũ reſurrexit, iã reconciliatos & iuſtificatos nõ poterit ſaluare? Firmiſsimũ eſt argumentũ, & tãto apoſtolo dignũ. Qui moriens iuſtificauit impios, ac reconciliauit patri ſuo, cui ſummũ obſequiũ in crucis patibulo detulit, quem ſummè glorificauit, cum quo firmũ habet ius ex merito ſuæ mortis iam viuus quid nõ poterit? Multo magis iuſtificati nos & habentes ius ad regnum per Chriſtum; in vita ipſius viuemus. Fortior vnuſquiſq; comprobatur viuens, quàm mortuus (actiones enim viuentium ſunt, non cadauerum.) Multò ergo magis in vita Chriſti & reſurrectione viuemus iam iuſtificati. Vides quomodo in ſacramento reſurrectionis Chriſti, ſpes credentiũ confirmatur? Vides quomodo in vita Ieſu ius ad reſurrectionem iã recõciliati habẽt? Pro omnibus igitur (ecce cõcluſiones magnę ex reſurrectione Chriſti ad noſtrã iuſtificationẽ & ſalutẽ ęternã) mortuus eſt Chriſtus, vt qui viuunt iam non ſibi viuãt, ſed ei, qui pro ipſis mortuus eſt, & reſurrexit. Et alibi ipſe apoſtolus: Paſcha noſtrũ immolatus eſt Chriſtus. Itaq; ſicut olim Iudæi in azymis panis vſualis integram ſeptimanã agebãt, epulemur nos in azymis ſinceritatis & veritatis, nõ in fermento veteri, non in fermento nequitiæ & malitiæ. Et itẽ

Ibi.

Philip. 3.

Reſurrectio Chriſti exẽplar reſurrectionis iuſtorũ

1. Cor. 1.

Roman. 5.

Reſurrectio Chriſti magnas inducit concluſiones.

1. Cor. 15

Exod. 12.

A Si conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite, non quæ ſuper terrã. Has & alias concluſiones ex ſacramento beatæ reſurrectionis ad noſtrã ſalutem infert apoſtolus: Ad confirmationem igitur omnium audiamus hiſtoriam beatæ reſurrectionis.

Et cum tranſiſſet Sabbathũ, Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Salome emerũt aromata, vt venientes vngerent Ieſum. Et valde mane vna Sabbathorum, veniunt ad monumentum orto iam ſole. Expendere oportet aliquot difficultates & abſoluere, antequam hiſtoriam aggrediamur: ne intra enarrationem eius, ſicut ab Euangeliſtis ſcribitur, in illis explicandis oporteat orationis ſeriem reſcindere. Primò obſerua propter beatum Hieronymũ quem inſequitur Caietanus Cardinalis, q capũt iſtud c. 16. habet robur & abſolutiſsimam veritatem apud vniuerſam Eccleſiam, ſicut & cætera quæ ab eodem Marco ſuperioribus capitulis ſcribuntur. Quod nouiſsimis his diebus, poſt multa concilia, in Tridẽtina Synodo confirmatũ eſt, dum in cathalogo ſeu indice canonicorũ librorũ Marci Euãgeliũ annumeratur, prout ſcilicet ab Eccleſia legitur, & habetur in editione vulgata, in qua nihil falſi continetur. B Beatus Hieronymus ſuo tẽpore inueniẽs quædam apocrypha in hoc cap. in epiſt. ad Hedibiã, ſoluens tertiã quæſtionem, recitatis hiſce verbis: Surgens autem Ieſus prima Sabbatthi, apparuit Mariæ Magdalenæ, &c. Subiungit hæc verba: aut enim non recipimus Marci teſtimoniũ, qđ in raris fertur Euãgelijs, omnibus Grȩcis libris penè omne hoc capitulũ nõ habẽtib⁹; præſertim cũ diuerſa atq; cõtraria Euãgeliſtis cæteris enarrare videatur. Et in ſecundo dialog. cõtra Pelagianos inquit: In quibuſdã exẽplaribus, & maximè in Græcis codicib⁹, iuxta Marcũ in fine eius Euãgelij ſcribitur. Poſtea cũ accubuiſſent, vndecim, apparuit eis Ieſus, & exprobrauit incredulitatem & duritiã cordis eorum, quia & his qui viderãt eum reſurgentẽ nõ crediderunt, & illi ſatiſfaciebant dicentes: ſæculũ iſtud iniquitatis & incredulitatis ſubſtantia eſt, quæ non ſinit per immundos ſpiritus veram Dei apprehẽdi virtutem: idcirco iam nunc reuela iuſtitiã tuã. Caietanus ex his dictis Hieronymi infert concluſionem tanto viro indignam. Quidquid autẽ ſit de veritate ſuſpicione tũ iſtarum effectus eſt, quòd hæc ſcripta non ſunt ſolidæ auctoritatis ad firmandam fidem: ſicut ſunt reliqua Marci indubitata. Certiſsimè ergo ſciat Caiet. cap. iſtud eiuſ-

Cap. 16. *Marci canonicũ.*

Caietanus reuincitur.

 dem

dem auctoritatis eſſe ad confirmandã fidem reſurrectionis & aſcenſionis dñi, ſicut cętera Euãgelia, vel ſcripta Marci Euãgeliſtę: Neq; obſcurũ locum habet ad arguendã hãc veritatem, quia vſus Eccleſiæ vniuerſalis, in principalioribus feſtis reſurrectionis & aſcenſionis, hoc legit Euãgelium ex cap. 16. Marci. Neq; amplius haſitandũ eſt à viro orthodoxo, poſtquã expurgatum fuit caput iſtud, & ab Eccleſia receptũ. Quod nõ vtcunq; vtile, ſed ſummè erat neceſſarium: ne ab vno Euãgeliſta hiſtoria Chriſti in eius ſepultura terminaretur. Cũ aũt illud reijcere videatur D. Hierony. ex contrarietatibus quæ apparẽt in hoc cap. cum cæteris Euangelijs, iam vide quomodo nil contrariũ habeat. *Veniunt ad monumentũ orto iam ſole.* Pugnare videtur cũ alijs Euang. in verbo hoc. Sed B. Augu. eleganter monſtrat concordiã Marci cũ alijs.

C

Conſenſus Marci cũ alijs euãg.

Cap. 28.

Cùm enim Matthęus dicat: Veſpere autem Sabbatthi, quæ luceſcit in prima Sabbathi, (de quo ſtatim dicendũ eſt cũ Euſeb. Emiſſeno) quid eſt qđ Marcus dicit: Et valde mane vna Sabbathorũ, veniunt ad monumentum, orto iam ſole? In quo à cæteris duob' Luca & Ioãne nõ diſcrepat. Quod enim dicit Lucas: Valde diluculo, & Ioãnes: Mane cum adhuc tenebræ eſſent: hoc intelligitur Marc' dicere: Valde mane oriẽte iã ſole, id eſt, cum cęlũ ab orientis parte albeſceret, qđ nõn fit vtiq; niſi ex ſolis orientis vicinitate. Eius enim eſt ille fulgor, qui nomine auroræ appellari ſolet. ideo nõ repugnat illi, qui ait: cùm adhuc tenebræ eſſent. Die quippe ſurgente aliquæ reliquiæ tenebrarum tanto magis extenuantur, quanto magis oritur lux. Quomodo verò his tribus Euangeliſtis congruat Matthæus: qui nec diluculo, nec mane, ſed veſpere ait Sabbathi, quæ luceſcit in prima Sabbathi, attentius indagandum eſt.

Cap. 24.

Cap. 20.

D

Lib. 3. de Conſenſu Euang.

Euſe. Emi.

Beatus Augu. facilè ab hac difficultate ſe expedit, familiariſque habetur eius expoſitio, Propter quod intendo ſententiam beati Euſebij Emiſſeni tradere. Veſper enim qui & heſperus dicitur, ſtella eſt, quæ alio nomine Lucifer vocatur. Et heſperus quidem ſiue veſper vocatur in fine diei: Lucifer verò in principio. Sæpe enim quando oritur, pauciſſimo interuallo ſolem præcedit. Quod autem Euangeliſta hoc intellexerit de ſtella, ex eo apparet quod fœmineo genere dixit. Quæ luceſcit, quæ lucere incipit in prima parte diei primi, quæ nunc prima Sabbathi. Ad qđ enim niſi ad ſtellã, QVAE, relatiuũ refeºratur? Sabbathum autem vnumquemq; diẽ Iudæi vocant. Dicatur ergo: Veſpere autem Sabbathi apparẽte, id eſt, illa ſtella, quæ veſper & Lucifer appellatur, iam diem proximam nunciante: non autem illam dico quæ apparet in fine diei: ſed illam quæ videtur in principio, id eſt, quæ luceſcit in prima Sabbatthi, hoc eſt, dies Dñica appellatur, venit Maria Magdalena, & altera Maria videre ſepulchrũ. Hanc enim ſtellã, quia cæteris clarior eſt, iter agentes obſeruare ſolent. Huius igitur ſigno hę ſanctę mulieres ad ſepulchrũ venire cœperunt, & valde manè cum adhuc tenebræ eſſent. vt ait Ioannes, ſole tamen iã oriente, vt Marcus, veniunt ad monumentum. Priùs enim fit ortus ſolis, quã receſsio tenebrarum. Hæc autem recipiat qui vult, ad credendum autem neminem compello. Sic Euſebius Emiſſenus.

ET cũ trãſiſſet Sabbathũ, Maria Magdalenę &c. Non immerito pius & deſiderabilis affectus ſanctarum mulierum ab Euangeliſtis deſcribitur, & in Eccleſia veneratur: Quippe quæ religioſæ & feruentes in deuotione erga Chriſtum adhuc mortuum, inueniebantur. Inquit ergo: *Et cùm tranſiſſet Sabbathum, Maria Magd.* Vbiq; duæ ſanctarum & feruentior inuenitur Magdelena, & exẽplum eius vſq; in diem hanc etiam torpẽtes & deſides accendit, & ſtimulat vt aculeus ferreus, ad pium affectum & reuerentiam erga dominum. Procedebat tamen ex ignoratione multorum. Primo quia licèt omnĩ aromate deſtitueretur, nõ corrũperetur, cõſeruante illud ſacratiſsimum corpus diuina potentia diuinitatis, cui erat vnitum. Secundò quia ignorabant iam reſurrexiſſe. *Emerũt aromata*, quem viuum & cum illis conuerſantem ex re familiari & propria ſubſtantia pauerant & miniſtrauerant, mortuo officia hæc non denegant: imò nihil timent à corpore trium dierum ſepulto. Non inquiunt: ſatis eſt viuo miniſtraſſe: cæterum eo mortuo, ſeruemus nobis & noſtris res noſtras: nihil horum aut dicunt aut faciunt: ſed adhuc liberales inueniuntur erga Chriſtum mortuũ. Tũc amor cõprobatur: tũc veritas dictorũ examinatur, & verus affectus erga magiſtrũ & dñm. Habes ſecundo diligentiam ſanctarum mulierum, cùm inquit ſanctus Euãgeliſta: *Et valde mane.* Haud diſtuliſſent deſideratum opus vſque ad mane illud niſi legis conſcientia illud defendiſſet: & ſtatim vt licuit, vltimam manum appoſue-

Cap. 23.

Magdale. & aliarum fœminarũ deuotio erga Chriſtũ mortuum.

runt

runt ad ornatum, aromatum ad vnctionem, ac vigilias ſacras obſeruantes cùm Lucifer ortus fuit, iter arripuerunt. Valde mane inquit cũ adhuc tenebræ eſſent. Et propheta exemplũ iſtud vniuerſo orbi propoſuit. Mane aſtabo tibi & videbo, quoniã nõ Deus volẽs iniquitatẽ tu es. Et alio loco: Deus Deus meus ad te de luce vigilo. Et alibi inquit: Anticipauerunt vigilias oculi mei. Congruum quippe tempus ad quærendũ Chriſtum cum aromatibus, & ad vngendũ corpus eius venerabile, fide & pingui deuotione ex toto corde. Quo nimirum tempore, deficientibus omnibus, quæ excitare ſolent piam mentem in Chriſtũ, non deficiet conſurgens aurora & facies eius roſea, quæ demonſtret, quomodo ordinatione diuina perſeueret dies, ſicut decantabat propheta mane conſurgens: ex quo famulatum & obſequium cunctarum rerum aſpiciebat dicẽs: omnia ſeruiunt tibi. Ordinatione tua perſeuerat dies, &c. Non igitur vanum ſit tibi, id eſt, in exiſtimatione tua, mane ſurgere ante lucem, quia promiſit Deus coronam vigilãtibus. Et quidem ſcriptum eſt: Et qui mane vigilauerint ad me, inuenient me. Summũ bonum eſt iſtud. Taceo quàm deceat Dei ſeruum primitias cunctorum dierum domino ſuo reddere, & ora ſoluere in eius laudibus. *Et valde mane vna ſabbathorum veniunt ad monumentum, orto iam ſole.* Cùm inquit vna ſabbathorum, plurali numero vtens, determinatam diem ſignificat: nimirum illã, quæ apud nos dominica dies eſt. Nam ſabbathũ commune nomen eſt omni feſto Iudæorũ; in quo non licebat operari. Nam appellatione ſabbathorum, ſeptimi quique dies (qui non quandoque, ſed ſemper ſunt ſabbatha) intelliguntur, & vna ſabbathorum dicitur dies illa, quæ eſt vna relata ad ſabbathum, iuxta Moyſem, qui diem primã mundi appellauit vnam. More itaque ſcripturæ loquendo Euangeliſta dixit: Vna ſabbathorũ deſignans diem illam, quæ ſequitur immediatè poſt ſabbathum Iudæorum. Hæc eſt dies dominica: Nam poſt triſtia ſabbathi, fœlix iam irradiabat dies, ſacræ inquam reſurrectionis, in qua manna cælitus dabatur Iudæis in deſerto: in ſignificatione huius ſacratiſsimi diei. Habes hanc doctrinam apud Origenem. Quæro ergo qua die cœperit mãna cælitus dari, & volo comparare dominicam noſtram cum ſabbatho Iudæorum. Ex diuinis namque ſcripturis apparet, quòd in

Pſal. 5.
Pſal 76.
Matutinũ tempus ad contemplationem aptiſsimum.
Pſal. 118.
Pro. 8.
Gen. 1.
Diei dominici dignitas.
Orig. ho. 8. in ca. 16 Exodi.

A die dominica primò in terris datur manna. Si enim, vt ſcriptura dicit, ſex diebus collectum eſt, ſeptima autem die, quæ eſt ſabbathi, ceſſatum eſt, ſine dubio initium eius à die prima, quæ eſt dominica dies, fuit. Quòd ſi ex diuinis ſcripturis hoc conſtat, quòd die dominica Deus pluit manna de cælo, & in ſabbatho non pluit, intelligant Iudæi iam tunc prælatam eſſe dominicam noſtram Iudaico ſabbatho: iam tunc, &c. Sit itaque tibi familiare, in hac ſacratiſsima nocte ad Deum vigilare, & inuenies manna cæleſte, id eſt, in ſacra communione carnem Chriſti diuinitate plenam. Sit itaque tibi familiare per ſingulos dies dominicos ad mẽſam ſacri altaris in multo deſiderio accedere, quærere tamen cùm adhuc tenebræ ſint, in ſepulchro cordis tui dominum Ieſum, & veni cum aromatibus beneolentis operationis, & deuotionis. *Et dicebant ad inuicem: Quis reuoluet nobis lapidem ab oſtio monumenti?* Forſan ante hanc horam nil cogitauerãt de re hac, intentæ ſolùm vnctionibus pro corpore domini. Hæc eſt amoris vis, amantis cor rapit, nihil iudicat aut excogitat impoſsibile aut difficile: dum amanti deſeruiat. Obſeruarunt attentè, vbi corpus domini recon- B deretur, viderunt & intellexerunt magnitudinem lapidis ad oſtium monumẽti: de hoc iam quærunt inter ſe: Quis virilis fortitudinis ſaxum illud prægrande reuoluet nobis ad ingreſſum in monumentum domini? Vides quàm intrepidè & conſtanter ſacræ fœminæ currunt ad monumentum, quod valde inuiſum erat ſummis ſacerdotibus: & criminis argueretur non vulgaris quicunque illud adiret: longèque maioris, qui illud aperiret: nec parcerent facienti. Adfuit tamen ante aduentum earum angelus domini, qui reuoluit illud, & ſedebat ſuper eum. Sit itaque tibi curæ, tantùm vt ſeruias domino: ipſi cura erit de te: & omne difficile vinces. Angelus hic non reuoluit lapidem ad egreſſum domini de ſepulchro: qui enim egreſſus fuit de clauſo virginis vtero adhuc carne mortali circundatus, quomodo in glorificato iam corpore lapidis reuolutione in manu angeli indigeret? Nullum horum domino Ieſu ab inferis reſurgenti erat opus: ſed ad comprobandam ſacram eius reſurrectionem, & demonſtrandum ſepulchrum nobili ſuo hoſpiti deſtitutum, ad ſanctarum mulierum conſolationem & inſtructionem, & ad terrorem militum deſcendit angelus domini.

Cõmunio altaris per ſingulos dominicos dies conſulenda.
NOTA *valde.*
Lapis monumẽti quãdo & quibus de cauſis reuolutus.
Mat. 28.

mini: In cuius aſpectu cuſtodes facti ſunt ve- C lut mortui. Erat enim ſpecies eius ſicut fulgur: vt ab eo loco, toto orbe venerando, impij arcerentur, & timere diſcerent, qui cuſtodes acceſſerant. Factuſque fuit terremotus magnus. Terra, moriente domino, tremuit præ triſtitia & mœrore, iam nūc præ gaudio, & in ſui conditoris glorificationem tremet, & omnes mōtes plaudunt manibus: & ſacræ fœminæ confirmātur in blāda voce angeli: Nolite timere vos: & citò eūtes dicite diſcipulis eius & Petro, quia ſurrexit: & ecce præcedet vos in Galilæā, ibi eum videbitis. Et exierunt citò de monumento cū timore & gaudio magno currentes ad annūciandū diſcipulis magnum & lætiſsimū reſurrectionis euangeliū. Et ecce Ieſus occurrit illis, & dixit: Auete. Illæ autē acceſſerūt & tenuerūt pedes eius, & adorauerūt eum. Tunc ait illis Ieſus: Nolite timere, ite nunciate fratribus meis, vt eant in Galilæam, ibi me videbunt. Cuſtodes verò viſis tot mirabilibus venerūt in Hieruſalē, & corrupti magna pecunia falſum teſtimoniū contra dñm dixerunt: & mentita eſt iniquitas ſibi, dum dormientes teſtes adducit aduerſus diſcipulos de ſublato corpore dñi. Quod prædictū fuerat in pſalmo: Inſurrexerunt in me teſtes iniqui, & mentita eſt iniquitas ſibi. Obſerua quàm ſuauiter diſponat omnia manus altiſ- D ſimi. In magno iubilo angelorum & animarum ſanctarū, aſcēdit ab inferis magnificus diaboli, mortis & inferni triumphator: ſepulchrum ingreditur ſacra & benedicta anima domini Ieſu, iterum viuificatura ſacroſanctum illud corpus, quod manus Iudaica diſſoluit, & exanime iacebat, mille modis dehoneſtatum. Et dū rex ingreditur cubiculū ſuum ad celebrandū connubium & nuptias gaudij, & exultationis æternæ, omnes cubicularij regis foris ſtabant, & aliqui & certè plures illorū ad antiqua monumēta conuolantes, propter regis ſummi gloriā & honorem, propria corpora iterū aſſumunt: & egreditur rex cælorū in ſtolla candida immortalitatis & gloriæ, neque diſcipulis aut mulieribus videntibus. Mittitur tamen angelus, omnia ſuauiter Deo diſponente, vt mos erat apud curiam cæleſtem, nēpe quòd angelus nunciet & reuelet hominibus gaudium magnū, quale non fuit ab initio creaturæ, quòd ſcilicet ſurrexit dominus. Quę enim à Deo ſunt, ordinata ſunt. Hic autem ordo præfixus eſt, vt ea quæ ſupra homi-

Terremotus tempore mortis Christi & resurrectionis.

Matt. 28.

Psal. 26.

Psal. 26.

Resurrectio Christi.

Diony ca. 4. *de cælest.* Hierar.

Rom. 3.

C nes ſunt, hominibus per angelum reuelētur. Chriſtus namque reſurgens, non redijt ad vitam communiter hominibus notam: ſed ad vitam quandam immortalē, & Deo conſortem, ſicut docet apoſtolus. Quòd autem viuit, viuit Deo. Et ideò ipſa reſurrectio Chriſti, nōn debuit immediatè ab hominibus videri, ſed eis ab angelis nunciari. Et ideò beatus Hilarius inquit. Quòd ideò Angelus prior eſt reſurrectionis iudex, vt quodam famulatu paternæ voluntatis reſurrectio nunciaretur. *Et introeuntes in monumentū viderūt iuuenē ſedentē in dextris, coopertū ſtolla candida & obſtupuerunt.* Omnia in eundē finē ordinantur. Auguſtinus comprobat tres angelos apparuiſſe. Vnum extra monumētum: de quo Marcus: intra tamen clauſuram prædictā, ſedentē ſuper lapidē reuolutū: ſed intra monumentum apparuerunt duo: vnus ad caput, & vnus ad pedes, vbi poſitum fuerat corpus Ieſu, ſicut dicit Ioannes. Omnia in eundem finem ordinantur, vt ſcilicet glorioſam reſurrectionē dñi Ieſu clarificēt, & conteſtentur. Iuuenilis ætatis ac florentis vultus angelus demōſtratur, & in ſtolla cādida, & ſedens in dextris. Nonne videntur tibi omnia hæc ad teſtimonium dominicę reſurrectionis conducere? Nonne gloriam & quietem, & candorem ſtollæ corporalis D Chriſti, tibi annunciant? Reſurrexit quidē in virtute, qui ex humilitate iacuerat: reſurrexit in glorioſa immortalitatis ſtolla, qui in mortis ſomno ceciderat: ſedens Angelus quietem ſtatus glorioſi domini ſaluatoris proteſtatur. Et in veſtibus albis apparuerūt duo angeli poſt admirabilem aſcenſionem ſuam. Et candorē nimium veſtimenta domini mutuata ſunt ex ſplendore vultus eius in transfiguratione. Vnde venerabilis Beda dixit: Neque prætereundum quare teſtis dominicæ reſurrectionis angelus ſedens apparuerit, cùm is qui natiuitatis eius gaudium mundo annunciabat, iuxta paſtores ſtetiſſe legatur: ſtare quippe pugnantis eſt, ſedere regnantis. Et rectè ſtans apparuit Angelus, qui aduentum domini in mundum prędicabat, vt etiam ſtando ſignificaret, quia is quem prædicabat ad bellandū mundi principem veniret. Rectè præco reſurrectionis eius ſediſſe memoratur, vt etiam ſedendo figuraret eum ſuperato mortis auctore, ſedem regni conſcendiſſe perpetui: de quo ipſe apparens diſcipulis paulo poſt ait: Data eſt mihi omnis poteſtas. Marcus autem à veſte

Rom. 6.

Canone in Matt.

Lib. 3. *de conſenſu euang.*

Cap. 20.

Resurrectionem domini teſtificantur mil le circunſtantiæ.

Act. 1.

Matt. 17.

Luc. 2.

Matt. 28.

à veſte candida deſcribit angelum, & prætermittit, quàm terribilis erat aſpectus vultus eius. Vt ipſo quoque habitu & vultu ſignificaret vterque Euangeliſta, quia is, cuius gloriam reſurrectionis nuntiabant, & terribilis ad damnandos reprobos, & benignus eſſet ac blandus ad conſolandum electos. In fulgure enim terror timoris, in niue autem blandimentum candoris exprimitur. In cuius indicium diuinæ diſcretionis ipſe angelus qui apparet & impios cuſtodes deterret, & ſupini iacent vt mortui, ſacras autem fœminas blandè alloquitur. *Nolite expauſcere: Ieſum quæritis Nazarenum, crucifixum: ſurrexit, non eſt hic Ecce locus vbi poſuerūt eum.* Matthæus dicit: Ecce locus vbi poſitus erat dominus. Neuter dicit: vbi poſuiſtis eum: ſed aſpiciebant vbi corpus ſacroſanctū recondebant Nicodemus & Ioſeph Nolite expauſcere vos, qui adhuc magiſtrum veſtrum regem gloriæ pio amore proſequimini, ac ſi diceret: paueant illi & terreantur: qui vſque huc illum perſequuntur: vos autē non ſic: & comprobate quàm verus ſit ſermo meus ex demonſtratione tacentis cordis veſtri. Ieſum quæritis Nazarenum, crucifixum. Nulla ex vobis hoc mihi indicauit: & tamen illud vobis annūcio. Intelligite ergo quod de cælo miſſus ſim nūtius à Deo in honorem reſurrectionis propter gaudiū veſtrum. Ex nomine proprio loquitur de domino, vt audito Ieſu, ſtupor omnis fugiat ab earum cordibus. A patria Nazarenum inquit, vt comprobet abundātius omnia cognoſcere, & crucifixum addidit. *Surrexit*, à mortuis quidem. Ecce myſterium ſacratiſsimi huius diei. Ecce cælorum gaudium, ecce immortalitatis noſtræ ſpem: ecce noſtræ reſurrectionis magnificum exemplar. Ecce fidei catholicæ robur inexpugnabile. Ecce diuinitatis Chriſti immaculatum teſtimonium. Ecce innocentis mortis præconium altiſſonum. Ecce crucis quondā turpiſsimæ præclarum præmium. Ecce mundi honorem & gloriam. Ecce ſcripturarū euētum apertiſsimum. Ecce antiqua ænigmata reſerata. Ecce prophetias vſque ad apicem completas. Ecce figuras veteris inſtrumenti, veritate pleniſsimas. Ecce Adæ peccatū morte & ſanguine Chriſti deletum. Ecce mortis aculeum ablatum. Ecce expoliatum infernum: & homini reſeratam ianuam regni cæleſtis. Et quid dicam? in verbo hoc quieſcam. *Surrexit*. Satis mihi eſt, quòd dominus meus Ieſus ſurrexit à mortuis. Pro eo quod laborauit anima eius, videbit & ſaturabitur, (iuſte quidē, quia & ſaturata fuit opprobrijs) & in ſciētia ſua iuſtificabit ipſe iuſtus nō aliena iuſtitia vel merito, ſed proprio) ſeruos meos multos, & iniquitates ipſorum ipſe portabit, ideò diſpertiam ei plurimos, & fortium diuidet ſpolia, pro eo quod tradidit in mortem animam ſuam. Crucifixum quæritis: ſurrexit, propria quidem virtute: non vt olim pueri illi ſub Elia & Eliſæo, clamoribus & precibus: non vt cadauer illud, quod tetigit corpus Eliſæi. Non adeſt orans Elias, & ſuſpirans: longè abeſt Eliſæus. Nullum corpus eſt intra ſepulchrum, in cuius contactu exciteturcorpus domini. Nihil horum in reſurrectione domini mei Ieſu inuenitur: ſed adeſt corpori quam ab exordio habuit diuinitas, adeſt & animæ, cuius potentia reuniantur, & reſurgat Chriſtus. Sed & meritum ſacræ obedientiæ reſplendet in reſurrectione eius, ſicut ſupra diximus. *Surrexit*. Crucifixus quidem eſt in infirmitate veſtra, id eſt, carnis veſtræ: viuit autem ex virtute Dei, & per ipſum omnibus vobis ecce in ianuis reſurrectio. *Non eſt hic.* Vbi tunc aderas domine Ieſu? Non quidem cum diſcipulis, nec cum ſacris fœminis, non cum Petro, aut dilecto Ioanne. Vbi ergo domine tunc aderas ab hora tuæ reſurrectionis? Et quando reſurrexiſti? Et nox illuminatio mea in delitijs meis. Mane quidem ſurrexi ante auroram. Sed vbi vſque ad ad ſanctarum mulierum, & præcipue Mariæ viſitationem adfuiſti? Ex hac abſentia Chriſti ab hora ſuæ reſurrectionis, quo tempore nullum ex diſcipulis viſitauit, neq; Magdalenā comproba primam apparitionem ad matrem, quam nullus euangeliſtarum ſcripſit, quia opus nō erat. Vnde Euſebius Emiſſenus: Sed vbi tunc eum fuiſſe putamus? Ego quidem dicere timeo, quod Euangeliſtæ non dicunt. Et fortaſſe ad matrem iuerat, quæ eius amoris deſiderio plus omnibus afficiebatur. Poſuit dominus Ieſus Hieruſalem cæleſtem, id eſt, benedictā matrem ſuam, in principio ſuæ lætitiæ. Et placidiſsimo vultu & habitu fulgenti incomitatu omnium patrum, & frequentia angelorum clamanti adfuit & dixit: Reſurrexi, & adhuc tecum ſum: & corā ſe aſtantem & loquentem filium agnouit, claritate magna radiantem. Quem mox vt vidit humi proſtrata, venerabiliter adorauit, veſtigia tenuit

Angeli in reſurrectio ne aſpectus terribilis, & veſtitus candidus, quid ſignificent.

Cap. 28.

Reſurrectio Chriſti quanto rum myſteriorum vatur.

Eſa. 53.

Eſa. 53.

Eſa. 53.

3. Re. 17.

4. Reg. 4.

Chriſti apparitio matriſuæ poſt reſurrectionem deſcribitur.

Pſal. 138.

Euſebius Emiſſenus.

Terremotus tempore mortis Christi & reſurrectionis.

mini. In cuius aſpectu cuſtodes facti ſunt velut mortui. Erat enim ſpecies eius ſicut fulgur: vt ab eo loco, toto orbe venerando, impij arcerentur, & timere diſcerent, qui cuſtodes acceſſerant. Factuſque fuit terremotus magnus. Terra, moriente domino, tremuit præ triſtitia & mœrore, iam nũc præ gaudio, & in ſui conditoris glorificationem tremet, & omnes mõtes plaudunt manibus: & ſacræ fœminæ confirmãtur in blãda voce angeli: Nolite timere vos: & citò eũtes dicite diſcipulis eius & Petro, quia ſurrexit: & ecce præcedet vos in Galilæã, ibi eum videbitis. Et exierunt citò de monumento cũ timore & gaudio magno currentes ad annũciandũ diſcipulis magnum & lætiſsimũ reſurrectionis euangeliũ. Et ecce Ieſus occurrit illis, & dixit: Auete. Illæ autẽ acceſſerũt & tenuerũt pedes eius, & adorauerũt eum. Tunc ait illis Ieſus: Nolite timere, ite nunciate fratribus meis, vt eant in Galilæam, ibi me videbunt. Cuſtodes verò viſis tot mirabilibus venerũt in Hieruſalẽ, & corrupti magna pecunia falſum teſtimoniũ contra dñm dixerunt: & mentita eſt iniquitas ſibi, dum dormientes teſtes adducit aduerſus diſcipulos de ſublato corpore dñi. Quod prædictũ fuerat in pſalmo: Inſurrexerunt in me teſtes iniqui, & mentita eſt iniquitas ſibi. Obſerua quàm ſuauiter diſponat omnia manus altiſsimi. In magno iubilo angelorum & animarũm ſanctarũ, aſcẽdit ab inferis magnificus diaboli, mortis & inferni triumphator: ſepulchrum ingreditur ſacra & benedicta anima domini Ieſu, iterum viuificatura ſacroſanctum illud corpus, quod manus Iudaica diſſoluit, & exanime iacebat, mille modis dehoneſtatum. Et dũ rex ingreditur cubiculũ ſuum ad celebrandũ connubium & nuptias gaudij, & exultationis æternæ, omnes cubicularij regis foris ſtabant, & aliqui & certè plures illorũ ad antiqua monumẽta conuolantes, propter regis ſummi gloriã & honorem, propria corpora iterũ aſſumunt: & egreditur rex cœlorũ in ſtolla candida immortalitatis & gloriæ, neque diſcipulis aut mulieribus videntibus. Mittitur tamen angelus, omnia ſuauiter Deo diſponente, vt mos erat apud curiam cœleſtem, nẽpè quòd angelus nuntiet & reuelet hominibus gaudium magnũ, quale non fuit ab initio creaturæ, quòd ſcilicet ſurrexit dominus. Quę enim à Deo ſunt, ordinata ſunt. Hic autem ordo præfixus eſt, vt ea quæ ſupra homines ſunt, hominibus per angelum reuelẽtur. Chriſtus namque reſurgens, non redijt ad vitam communiter hominibus notam: ſed ad vitam quandam immortalẽ, & Deo conſortem, ſicut docet apoſtolus. Quod autem viuit, viuit Deo. Et ideò ipſa reſurrectio Chriſti, non debuit immediatè ab hominibus videri, ſed eis ab angelis nunciari. Et ideo beatus Hilarius inquit. Quòd ideò Angelus prior eſt reſurrectionis iudex, vt quodam famulatu paternæ voluntatis reſurrectio nunciaretur. *Et introeuntes in monumentũ viderũt iuuenẽ ſedentẽ in dextris, coopertũ ſtolla candida: & obſtupuerunt.* Omnia in eundẽ finẽ ordinantur. Auguſtinus comprobat tres angelos apparuiſſe. Vnum extra monumẽtum: de quo Marcus: intra tamen clauſuram prædictã, ſedentẽ ſuper lapidẽ reuolutũ: ſed intra monumentum apparuerunt duo: vnus ad caput, & vnus ad pedes, vbi poſitum fuerat corpus Ieſu, ſicut dicit Ioannes. Omnia in eundem finem ordinantur, vt ſcilicet glorioſam reſurrectionẽ dñi Ieſu clarificẽt, & conteſtentur. Iuuenilis ætatis ac florentis vultus angelus demõſtratur, & in ſtolla cãdida, & ſedens in dextris. Nonne videntur tibi omnia hæc ad teſtimonium dominicę reſurrectionis conducere? Nonne gloriam & quietem, & candorem ſtollæ corporalis Chriſti, tibi annuntiant? Reſurrexit quidẽ in virtute, qui ex humilitate iacuerat: reſurrexit in glorioſa immortalitatis ſtolla, qui in mortis ſomno ceciderat: ſedens Angelus quietem ſtatus glorioſi domini ſaluatoris proteſtatur. Et in veſtibus albis apparuerũt duo angeli poſt admirabilem aſcenſionem ſuam. Et candorẽ nimium veſtimenta domini mutuata ſunt ex ſplendore vultus eius in transfiguratione. Vnde venerabilis Beda dixit: Neque prætereundum quare teſtis dominicæ reſurrectionis angelus ſedens apparuerit, cum is qui natiuitatis eius gaudium mundo annunciabat, iuxta paſtores ſtetiſſe legatur: ſtare quippe pugnantis eſt, ſedere regnantis. Et rectè ſtans apparuit Angelus, qui aduentum domini in mundum prędicabat, vt etiam ſtando ſignificaret, quia is quem prædicabat ad bellandũ mundi principem veniret. Rectè præco reſurrectionis eius ſediſſe memoratur, vt etiam ſedendo figuraret eum ſuperato mortis auctore, ſedem regni conſcendiſſe perpetui: de quo ipſe apparens diſcipulis paulo poſt ait: Data eſt mihi omnis poteſtas. Marcus autem

à veſte

Marginal notes: *Matt. 28.* — *Pſal. 26.* — *Pſal. 26.* — *Reſurrectio Chriſti.* — *Dionyſ. ca. 4. de cœleſ. Hierar.* — *Rom. 3.* — *Rom. 6.* — *Canone in Matt.* — *Lib. 3. de conſenſu euang.* — *Cap. 20.* — *Reſurrectionem domini teſtificantur mille circunſtantiæ.* — *Act. 1.* — *Matt. 17.* — *Luc. 2.* — *Matt. 28.*

Angeli in reſurrectione aſpectus terribilis, & veſtitus candidus, quid ſignificent.

à veſte candida deſcribit angelum, & prætermittit, quàm terribilis erat aſpectus vultus eius. Vt ipſo quoque habitu & vultu ſignificaret vterque Euangeliſta, quia is, cuius gloriam reſurrectionis nunciabant, & terribilis ad damnandos reprobos, & benignus eſſet ac blandus ad conſolandum electos. In fulgure enim terror timoris, in niue autem blandimentum candoris exprimitur. In cuius indicium diuinæ diſcretionis ipſe angelus qui apparet & impios cuſtodes deterret, & ſupini iacent vt mortui, ſacras autem fœminas blandè alloquitur. *Nolite expauſcere: Ieſum quæritis Nazarenum, crucifixum: ſurrexit, non eſt hic Ecce locus vbi poſuerũt eum.* Matthæus dicit: Ecce locus vbi poſitus erat dominus. Neuter dicit: vbi poſuiſtis eum: ſed aſpiciebant vbi corpus ſacroſanctũ recondebant Nicodemus & Ioſeph Nolite expaueſcere vos, qui adhoc magiſtrum veſtrum regem gloriæ pio amore proſequimini, ac ſi diceret: paueant illi & terreantur: qui vſque huc illum perſequuntur: vos autẽ non ſic: & comprobate quàm verus ſit ſermo meus ex demonſtratione tacentis cordis veſtri. Ieſum quæritis Nazarenum, crucifixum. Nulla ex vobis hoc mihi indicauit: & tamen illud vobis annũcio. Intelligite ergo quòd de cælo miſſus ſim nũtius à Deo in honorem reſurrectionis propter gaudiũ veſtrum. Ex nomine proprio loquitur de domino, vt audito Ieſu, ſtupor omnis fugiat ab earum cordibus. A patria Nazarenum inquit, vt comprobet abundãtius omnia cognoſcere, & crucifixum addidit. *Surrexit*, à mortuis quidem. Ecce myſterium ſacratiſsimi huius diei. Ecce cælorum gaudium, ecce immortalitatis noſtræ ſpem: ecce noſtræ reſurrectionis magnificum exemplar. Ecce fidei catholicæ robur inexpugnabile. Ecce diuinitatis Chriſti immaculatum teſtimonium. Ecce innocentis mortis præconium altiſonum. Ecce crucis quondã turpiſsimæ præclarum præmium. Ecce mundi honorem & gloriam. Ecce ſcripturarũ euẽtum apertiſsimum. Ecce antiqua ænigmata reſerata. Ecce prophetias vſque ad apicem completas. Ecce figuras veteris inſtrumenti, veritate pleniſsimas. Ecce Adæ peccatũ morte & ſanguine Chriſti deletum. Ecce mortis aculeum ablatum. Ecce expoliatum infernum: & homini reſeratam ianuam regni cæleſtis. Et quid dicam? in verbo hoc quieſcam. *Surrexit.* Satis mihi eſt, quòd do-

Cap.28.

Reſurrectio Christi quantorum myſteriorum ſit.

Eſa.53.

A minus meus Ieſus ſurrexit à mortuis. Pro eo quod laborauit anima eius, videbit & ſaturabitur, (iuſte quidẽ, quia & ſaturata fuit opprobrijs) & in ſciẽtia ſua iuſtificabit ipſe iuſtus (nõ aliena iuſtitia vel merito, ſed proprio) ſeruos meos multos, & iniquitates ipſorum ipſe portabit, ideò diſpertiam ei pluimos, & fortium diuidet ſpolia, pro eo quod tradidit in mortem animam ſuam. Crucifixum quæritis: ſurrexit. propria quidem virtute: non vt olim pueri illi ſub Elia & Eliſæo, clamoribus & precibus: non vt cadauer illud, quod tetigit corpus Eliſæi. Non adeſt orans Elias, & ſuſpirans: longè abeſt Eliſæus. Nullum corpus eſt intra ſepulchrum, in cuius contactu excitetur corpus domini. Nihil horum in reſurrectione domini mei Ieſu inuenitur: ſed adeſt corpori quam ab exordio habuit diuinitas, adeſt & animæ, cuius potentia reuniantur, & reſurgat Chriſtus. Sed & meritum ſacræ obedientiæ reſplendet in reſorrectione eius, ſicut ſupra diximus. *Surrexit.* Crucifixus quidem eſt in infirmitate veſtra, id eſt, carnis veſtræ: viuit autem ex virtute Dei, & per ipſum omnibus vobis ecce in ianuis reſurrectio. *Non eſt hic.* Vbi tunc aderas domine Ieſu? Non
B quidem cum diſcipulis, nec cum ſacris fœminis, non cum Petro, aut dilecto Ibanne. Vbi ergo domine tunc aderas ab hora tuæ reſurrectionis? Et quando reſurrexiſti? Et nox illuminatio mea in delitijs meis. Mane quidem ſurrexi ante auroram. Sed vbi vſque ad ad ſanctarum mulierum; & præcipue Mariæ viſitationem adfuiſti? Ex hac abſentia Chriſti ab hora ſuæ reſurrectionis, quo tempore nullum ex diſcipulis viſitauit, neq; Magdalenã comproba primam apparitionem ad matrem, quam nullus euangeliſtarum ſcripſit, quia opus nõ erat. Vnde Euſebius Emiſſenus: Sed vbi tunc eum fuiſſe putamus? Ego quidem dicere timeo, quod Euangeliſtæ non dicunt. Et fortaſſe ad matrem iuerat, quæ eius amoris deſiderio plus omnibus afficiebatur. Poſuit dominus Ieſus Hieruſalem cæleſtem, id eſt, benedictã matrem ſuam, in principio ſuæ lætitiæ. Et placidiſsimo vultu & habitu fulgenti incomitatu omnium patrum, & frequentia angelorum clamanti adfuit & dixit: Reſurrexi, & adhuc tecum ſum: & corã ſe aſtantem & loquentem filium agnouit, claritate magna radiantem. Quem mox vt vidit humi proſtrata, venerabiliter adorauit, veſtigia tenuit

Eſa.53.

Eſa.53.

3.Re.17.

4.Reg.4.

Chriſti apparitio matri ſuæ poſt reſurrectionem deſcribitur.

Pſal.138.

Euſebius Emiſſenus.

C tenuit, & pedum cicatrices vbertim lachrymis irrorauit: & audire promeruit: Surge amica mea, formoſa mea, & veni columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ.

Cant. 1.

Dum igitur blandis amoris colloquijs filius cor virginis penetraret, & mater ſuauiter vnigeniti amplexaretur plantas, vltra quàm dici poſsit dulcedine complebatur. Liqueſiebat prorſus cor illius, & veluti fragrantiſsimus liquor à pedum vulneribus emanabat. Tota transformabatur in ipſum dilectione perfuſa. Ingeminabat plane oſcula, veſtigia pertractabat, lachrymiſque liniendo tergebat. Ardebat deſiderio, ſaturabatur ſine faſtidio, & iucundabatur ſine interuallo. Veraciter tunc propheticum illud dicere poterat: ſecundùm multitudinem dolorum meorum in corde meo, conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam.

Pſal. 93.

At vbi ſanctiſsima diutiùs ſic eſt commorata, poſtquàm manibus filij erecta ſurrexit, pleniſsimè ab eodem de ſacramentis fidei, de reſurrectionis gloria, & de ſtatu eccleſiæ, &c. meritò fuit imbuta: vt eius vita vniuerſis fidelibus fieret diſciplina. Imminente itaque hora, qua ſe manifeſtaret hominibus, virgini vale dicens, ab eius oculis mox lætus euanuit. Hæc piè & ſuauiter Laurentius Iuſtinianus. Sequentia lege in auctore.

In de triũphali Chriſti agone. Cap. 23.

D *Ecce locus vbi poſuerunt eum.* Ecce locus vbi à ſuis poſitus erat dominus, iam haud illum cuſtodit, ſed ſpolia accepit in teſtimonium cuſtodiæ, & ſtipendium oblati hoſpitij. Quæ ſunt illa ſpolia, quæ accepit ſepulchrum domini? ſindon & linteamina, quibus obuolutum fuerat ſacrum corpus domini. De quibus Ioannes: Venit ergo Simon Petrus ſequens eum, & introiuit in monumentum, & vidit linteamina poſita, & ſudariũ quod fuerat ſuper caput eius, non cum linteaminibus poſitum, ſed ſeparatim inuolutum in vnum locum.

Ioan. 20.

Quæ omnia deſcripſit Euangeliſta, vt omnis ſuſpicio aſportati corporis tolleretur. Si enim fuiſſet aſportatum, haud relinquerentur linteamina. Mixtione enim myrrhæ & aloes viſcata erant cũ corpore, nec ſudarium ſeparatim poneretur & inuolueretur, ſi fur tuliſſet corpus domini de ſepulchro. Non mihi pigrum aut lectori otioſum, ſed ſuaue multum valdeque neceſſarium, aliquot ex magnificis teſtimonijs & argumentis, quibus beatiſsimus Athanaſius veritatem dominicæ reſurrectionis cõprobat, proponere.

Reſurrectionis teſtimonium ex inuenta ſindone & ſudario in ſepulchro.

Porrò morte ab illo truci-

C data (de Chriſto eſt ſermo) quid reliquum erat, niſi corpus reſurrexiſſet? Sed ne ita quidem ſatis plana eſt reſurrectionis comprobatio, ex his quæ ante oculos in conſpectu ſunt: ſi deſpectatur. Nam ſi nihil ab eo agitur, qui vita defunctus eſt, eiuſque gratia & mentio vſque ad ſepulchrum tantummodo porrigitur, poſtea deſinat, & conquieſcat, & viuentium duntaxat ſunt actiones, vireſq; aliquid efficiendi: videat (quæſo) quicunque velit, ſeque iudicem faciat, & ex rebus viſu perceptis veritatem agnoſcat: cùm res tantas, in hominibus agat ſaluator, & quotidie vndecunque ex incolis Græciæ, & externarum regionum tantæ hominum multitudini inuiſibiliter perſuadeat, vt ſeſe in illius fidem dedant, eiuſque diſciplinæ obtemperent: an is mentem amplius in ambiguo habere poſsit, num vel reſurrectio non ſit, vel Chriſtus non viuat, qui ipſa vita eſt? An ſcilicet mortui hominis eſt hominum mentes ſtimulare, vt repudiatis patriæ ritibus, ſaluatoris Chriſti diſciplinam adorent? Aut quomodo ſi nihil agit (id enim propriũ eſt mortuo) ipſe agentes viuoſq; ab actionibus ſuis compeſcit, vt adulter adulteria omittat, homicida à cædibus abſtineat, iniurias defraudandi cupiditatem relinquat, impius impietatem abijciat?

Reſurrectiõis Chriſti teſtimonium ex effectibus mirificis in mundo vniuerſo.

NOTA valde.

Quî quæſo ſi ſaluator noſter

D Ieſus Chriſtus non ſurrexit, ſed mortuus perſeuerat, falſa incredulorum numina, dæmoneſque quos adorant, extrudit, perſequitur, & profligat? Vbi enim nominatur vel Chriſtus, vel fides eius, inde omnis idolatria depellitur, & dæmonum inſidiæ patefiunt, ac quotquot ſunt dæmones, nec nomẽ quidem eius tollatur, ſed vbi vel ſolum id audierint in fugam auertuntur. Atqui iſtud officium eſt non mortui, ſed viui, ac potiſsimũ Dei. Alioquin ridiculum eſſet profligatos ab eo dæmones, idolaque abrogata viua haberi, ipſum eorum inſectatorem profligatoremque, qui viribus ſuis id efficeret, ne numina appareant, qui numinum omnium luce prædicatur Dei filius, eum mortuum eſſe, contendere.

Reſurrectionis firmiſsimum argumẽtũ.

Magno argumento reſurrectionem aduerſum ſe præmuniunt infideles, ſi Chriſtum, quem (vt ipſi volunt) mortuũ ne omnes quidem dæmones, dijque ab ipſis adorati, in fugam propellũt, ſed potius mortui per illum, inertes, inefficaceſque demonſtrantur. Si enim verum eſt mortuum nihil facere, & tanta quotidie facere ſaluatorem, dum trahit ad pietatem, virtutem perſuadet,

det, immortalitatem perdocet, ad cæleſtia deſideria excitat, patris notitiã reuelat, vim contra mortem inſpirat, ſingulis ſeſe exhibet, idolorum vanam religionẽ egerit, quorum nil tale de ſe exhibent infidelium dij ac dæmones: quin potiùs præſertim Chriſti mortui docentur, nihilque ſui præter inanẽ ocioſam imaginationem, apparitionemque habere: Signo autem crucis omnia magica compeſcuntur, beneficia ineſſicacia fiunt, idola vniuerſa deſerta delinquuntur, omnis irrationabilis voluptas conquieſcit, quilibet à terra ad cælos ſuſpicit. Qui (quæſo) mortuum dixeris, qui res tantas agat? At qui agere non eſt proprium mortui, ſed potius ſine actu, prorſus exanimem iacere: quod peculiariter quadrat in dæmones & idola, vtpote in res morticinas. Filius Dei contrà viuus & efficax quotidie operatur, omniumque ſalutem conficit, mors quoque & quàm ſit debilis quotidie commonſtratur. Et paucis interpoſitis: vt enim cæco ſolem non videnti, ſolis tamen calore tepeſcẽti, certum habetur, illum ſupra terram iam verſari: ita quoque par erat, vt obtrectatores iſti, etiam ſi non credant: eo quod in cognoſcenda veritate planè cæcutiant, viribus tamen credentium admoniti, non inficiarẽtur Chriſti diuinitatem aut reſurrectionẽ. Certum eſt enim Chriſtum, ſi expers eſt vitæ, nec dæmones perſequi poſſe, neque idola expoliare, cùm mortuo non obediant dæmones. Iam ſi manifeſtò ipſius nomenclatura in fugam aguntur, certo certius conſtat eum vita deſtitutum non eſſe, maximè vel ob id, quod quæ aliorum oculos ſubterfugiunt, ea dæmones conſpicere queant, ac proinde facilius ab ipſis intelligatur, num Chriſtus ſit cadauer mortuum, neque omnino ei poſtea obedituri fuiſſent ampliùs. Nunc contrà, quod non eſt perſuaſum hominibus iniquis, id dæmones ſuis oculis cõtuentur. Deumque illum eſſe, & ſentiunt, & credunt, ideoque & fugitiui & adorabundi in has voces erumpunt, quæ tunc loquebantur, cùm adhuc ille in carne verſaretur. Nouimus quis ſis. Tu es ille ſanctus Dei, &c. Deinde aduerſus Iudæos agit in fide ſcripturarum, & rationibus contra gentiles. Lege auctorem. *Non eſt hic, ſurrexit*; ecce locus vbi poſuerunt eum. Videte vacantẽ locum, nec fur potuit accedere aliqua ex parte ad tantum nefas & crimen. Sepulchrum in petra exciſum eſt, non compactum, vel

Crucis efficacia.

Argumentũ magnũ. Similitudo

NOTA *ualde.*

In de incarnatione domini.

Reſurrectio ex ſe-

A quadris lapidibus: non ſubterraneum eſt: ſed in petra exciſum: ne aliunde cuniculorum foſſor vſque ad ſepulchrum deueniens, illud furaretur. Intemeratum eſt intus ſepulchrũ, foris lapis ſignatus, adeſt & in militum cuſtodia munitus: non igitur furto ſublatum eſt corpus ſacroſanctum, ſed certè ſurrexit: *Sed ite dicite diſcipulis eius et Petro, quòd praecedet uos in Galilaeam: ibi eum uidebitis ſicut dixit uobis*. Non propter vos tantum magnum reſurrectionis Chriſti reſeraui ſacramentum, vt apud vos ipſas illud contineatis: quin potiùs honoratæ eſtis euangelio magno, vt à vobis egrediatur præconium eius, ſicut à muliere egreſſum eſt peccati & mortis initium. Ite igitur, dicite diſcipulis omnibus, & præcipue vertici apoſtolorum Petro, ꝙ ſurrexit magiſter veſter, & dominus omniũ, & præcedet vos in Galilæam. O ſaluatoris clementia ne abſorberetur præ triſtitia charus ille diſcipulus, ei ſingulariter ſub proprio nomine dicitur, quod dominus ſurrexit: & quia præcedet eum in Galilæã. Vbi beatus Gregorius: Si hunc angelus nominatim non exprimeret, qui magiſtrum negauerat, venire inter diſcipulos non auderet.

B Vocatur ergo ex nomine, ne deſperet ex negatione. Permiſſumque eſt eum negare, vt is qui futurus erat paſtor eccleſiæ in ſua culpa diſceret, qualiter alijs miſereri debuiſſet. Prius itaque eum oſtendit ſibi, & tũc cæteris præpoſuit. vt ex ſua infirmitate cognoſceret, quàm miſericorditer aliena infirma toleraret. Obſerua quòd nulli ex diſcipulis apparuit ſaluator ſingulariter, quod probari poſsit ex ſacris euangelijs, niſi Petro, & Mariæ Magdalenę, mulieri quondam peccatrici: de qua ſtatim Marcus: & beato Iacobo dicẽdũ eſt apparuiſſe, ſicut docet ca. 15. 1. ad Corinthios. A. Cæteris apparuit, cùm multi eſſent ſimul. Præterita quidem peccata, ſi non placent, non nocent: ſicut inquit Hieronymus. Sed quomodo angelus mulieribus inquit: Dicite quia præcedet vos in Galilæam? Cùm neque Marcus deſcribat hanc apparitionem, neque prima fuerit? Beda: Quia verò hæc vox non ſpecialiter euãgeliſtæ narrantis, ſed angeli ex mandato domini, & ipſius domini eſt, propheticè dictũ intelligendum eſt. Taceo quòd beatus Matthæus cap. 28. deſcribit diſcipulos abeuntes in Galilæam in montem, ibique vidiſſe & adoraſſe dominum. Galilæa namque tranſmigratio facta interpretatur. Iam quippe

pulchro cõprobatur adhuc.

Geneſ. 3:

Petro quare permittitur caſus in negationem.

Repromiſſa erat apoſtolis à Chriſto hæc ap paritio in Galilæa: poſtquã autem reſurrexe-

redem-

ro præcedam vos in Galileam. Et respondens angelus verbo huic promiſsionis dixit: Præcedet vos in Galileam: Principalis ergo eſt hæc apparitio, quia promiſſa à Chriſto non prima.

redemptor noſter à paſsione ad reſurrectionem, à morte ad vitam, à pœna ad gloriam, à corruptione ad incorruptionem tranſmigrauerat. Et bene poſt reſurrectionem à diſcipulis in Galilæa videtur: quia reſurrectionis eius gloriã pòſt læti videbimus: ſi modo à vitijs ad vitæ celſitudinem tranſmigremus. Habes ergo & literalẽ expoſitionẽ ſecundùm Matth. & myſticã ad ædificationem. *Ibi eum videbitis, ſicut dixit vobis.* Verbũ promiſsionis hoc eſt: Poſtquã autem reſurrexero, præcedam vos in Galilæam. Omnia prædixit: omnia re impleuit: vt expectata & credita, fides augeretur, & perſeueraret. At *illæ exeuntes fugerunt de monumento, inuaſerat enim eos timor & pauor, & nemini quicquã dixerunt, timebant enim.* Prætermittit ſanctus Euangeliſta apparitionem ſanctis mulieribus factã, quomodo etiã tenuerunt pedes dñi, & adorauerũt: quæ omnia enarrat

Cap. 28.

Amb. lib. 10. in cap. 24. Lucæ.

S. Matthæus, & ego taceo graues rationes, quas B. Ambroſius ſubſcribens Hieronymo & Chryſoſtomo adducit pro Maria ſorore Lazari, contendens ꝙ non ſit mulier illa peccatrix, de qua nunc dicitur, ꝙ ab ea eiecit dominus ſeptẽ dæmonia. *Surgens autẽ Ieſus mane prima ſabbathi, apparuit primò Mariæ Magdalenæ, de qua eiecerat ſeptẽ dæmonia. Illa vadens nunciauit ijs qui cum illo fuerant lugentibus & flentibus. Et illi audientes, quia viueret, & viſus eſſet ab ea, non crediderunt.* De his omnibus iam dictum eſt in hoc cap. & Ioãnes apparitionem hanc factam Mariæ omnibus ſuis numeris abſoluit, & Ambroſius exponit, vbi ſupra ad concordiam Euangeliſtarum, cui ego ſubſcriberem cum Hieronymo, & Chryſoſtomo, & alijs, ſi eccleſiæ placeret.

Cap. 20.

Maria Magdalena bis venit ad ſepulchrum.

Nota quòd bis venit ad monumẽtum Maria hæc, & ſemel atque iterum nunciauit apoſtolis, quod agnouerat circa negotium ſepulchri. Primò quidem tantùm vidit lapidem ſublatum ab oſtio monumenti. Cucurritque & venit ad Simonem & Ioannem. Ipſa iterùm veniens, ſtabat foris plorans: & viſo domino acceptoque ab eo mãdato, abijt iterum ad apoſtolos, & nunciauit ſacram reſurrectionem.

Apoſtolorum lachrymæ & luctus pro Chriſti morte.

Nota etiam verbum illud de apoſtolis dictum. *Lugentibus & flentibus.* Nullibi legis apoſtolorum lachrymas, niſi tantùm Petri, ſed præſenti loco prædicantur: quæ vſque in diem tertiam illis aderant: flebant quidem & lugebant ex crudeli morte magiſtri confecti, ac conſternati: quod dominus prædixerat. Plorabitis & flebitis vos. *Poſt hæc autem duobus ex his ambulantibus oſtenſus eſt in alia effigie euntibus in villam, & illi euntes nunciauerunt cæteris: nec illis crediderunt.* Beatus Lucas plenius hanc hyſtoriam deſcribit. Tantùm dicendum nobis eſt, quomodo in alia effigie oſtẽſus ſit dominus his duobus diſcipulis: quomodo etiam verum ſit, quod noſter Euangeliſta inquit: neque illis crediderunt, cùm beatus Lucas dicat: Et inuenerunt vndecim congregatos, & illos, qui cum illis erant dicentes: quia ſurrexit dominus verè, & apparuit Simoni. Ab hoc ſecundo incipe. Gloſſa interlinealis facilè quæſtionem diſſoluit. Neque illis crediderunt, aliqui eorum, ſic & Beda ſuper hũc locum. Sed demonſtrandum hoc eſt ex ipſo Luca, vt vltimò comprobemus nihil dixiſſe alijs euangeliſtis contrarium Beatum Marcum. Manifeſtum habes ex beato Luca inuentos fuiſſe vndecim apoſtolos, ab illis duobus diſcipulis, quibus quæ in via geſta erant, narrantibus, inquit Marcus: aliqui non crediderunt. Qui ſunt iſti qui non crediderunt teſtimonio duorum diſcipulorum? Ex Euangelio conſtat non credidiſſe Thomam, qui vnus de vndecim erat. Qui enim decem apoſtolorum teſtimonium dudum non recepit, ſed firmiter aſſeuerauit ſe non crediturum, niſi videret fixuram clauorum in manibus domini Ieſu, &c. Quomodo crediidiſſet teſtimonio duorum iſtorum diſcipulorum? Comprobatur ergo optimè aliquos, id eſt, Thomam non credidiſſe, etiam ſi alium non demus, qui ſpecialiter non crediderit: familiaris quidem eſt pluralis numeri vſurpatio pro ſingulari, & econtrà. Iuxta Ioannem ergo, locutus eſt Marcus, qui deſcribens apparitionem, quæ ſtatim luxit diſcipulis poſt aduentum duorum diſcipulorũ de Emaus, cùm iam diſceſsiſſet Thomas, teſtatur Thomam, neque tantorum apoſtolorum recepiſſe teſtimonium. Bene ergo inquit Marcus: neque illis crediderunt, aliquis ex communioribus diſcipulis, & ex apoſtolis, Thomas. Videamus iam quomodo in alia effigie duobus diſcipulis apparuit in via dominus Ieſus. *Oſtenſus eſt in alia effigie.* De hac effigie inquit Sanctus Lucas. Oculi eorum tenebantur, ne eum agnoſcerent: apparuit quidem in habitu & forma peregrini, quomodo ergo effigies deſcribitur altera: nam ſpecies peregrini parũ

Cap. 24.

condu-

Effigies domini altera poſt reſurrectionem qualiter facta.

conducit ad alteram effigiem, quæ maximè in facie conſiſtit. Dicunt aliqui quòd hoc factum eſt per aliquam mutationem factā in facie Chriſti, ſicut in transfiguratione per claritatem gloriæ. Alij dicũt quòd hæc mutatio fuit tantùm in oculis videntium. Et huic ſententiæ fauet beatus Lucas cùm dicit: Oculi eorum tenebantur ne eum agnoſcerent. Hoc ab alio ſic exponitur. Nõ fuerunt mutata lineamenta faciei domini Ieſu; neque mutatus fuit color, ſed in proprio colore, & natiuis lineis facies & manuum, totiuſque corporis erat, ſed in apparentia tantùm erat illa forma, propter quod ſignificãter inquit Marcus: oſtēſus eſt in alia forma. Modus autem qui apparebat forma ex parte immutationis erat. Lineamenta enim & colores Chriſti ſecundùm aliquid ſui immutabant viſum diſcipulorum, & ſecundũ aliquid non immutabant: & ſic ſpecies in ſenſu non repreſentabant faciem Ieſu qualis erat: ſed qualē ſpeciem præſeferebat. Et ſic oſtenſus eſt in alia effigie. At ſi miraris talē immutandi modum, recole quòd corpus Chriſti erat lucidum in ſe ipſo, & tamē non immutabat ſecundùm quòd erat lucidum viſum diſcipulorum. Sicut itaque in poteſtate eius erat non immutare ſecundùm quòd erat lucidum, ita in poteſtate eius erat immutare ſecundùm aliquid ſic, & ſecundũ aliquid non. Neq; in hoc aliqua falſitas inuenitur, quia ſicut aliquid poteſt fingi verbis, ita & factis. Primum autem fit ſine falſitate, vt patet in parabolis noui ac veteris teſtamenti, quibus aliquid fingitur, verbis ad veritatem aliquam cõuenientibus deſignandam: eo modo Chriſtus apparuit in effigie

Luca.24.

alia, & fingit ſe longiùs ire. Vt per hæc deſignaret, quod erat quodammodo alienus & longinquus ab eorum cordibus, quibus apparebat propter dubium in fide. Vnde beatus Gregorius. Quia adhuc in eorum cordibus peregrinus erat eis à fide, ire ſe longiùs finxit. Hæc omnia in ſacra die reſurrectionis facta ſunt. De qua meritò ꝓpheta exultans & laudans canebat: Hæc dies quam fecit dominus, exultemus & lætemur in ea. In hac die clangor buccinæ, cæleſtiſque tubæ auditur, annuncians annum acceptabilē domino iubilei: quem Eſaias prædixit prædicaturum dominum Ieſum, Spiritus dñi ſuper me, &c. Vt prædicarem annũ placabilem domino, & diem retributionis Deo noſtro. Annus hic placabilis domino eſt ille annus Iubilei, de quo dominus ad Moyſem: Clanges buccina in vniuerſa terra veſtra, ſanctificabiſque annum quinquageſimum, & vocabis remiſsionem cunctis habitatoribus terræ tuæ: Ipſe eſt iubileus. Reuertetur homo ad poſſeſsionem ſuam, & vnuſquiſque rediet ad familiam priſtinam, quia iubileus eſt. O quis ſciret quàm congruenter ſacramento reſurrectionis, in qua deuicta morte æternitatis nobis aditum Chriſtus reſerauit, illā Moyſis literam aptemus. O beatam noctem, quæ diem reſurrectionis peperit, in quo iubileus prædicatur, & annus placabilis domino. Nox hæc cælum luminaribus imitatur; imò verò hac ipſa nocte cælum terraque collectantur. Lætatur terra, quia vidit lucem magnam. Lætantur angeli, quia donauit dominus peccatoribus claritatem. Contremuerunt inferi inſolitũ ſuſtinendo ſplendorem: ſicque incuruatum eſt omne genu Chriſto domino, cæleſtium terreſtrium & infernorum. Omnia igitur in anno iubilei nobis contriumphant. Angelorum apparitio nobiſcum ſolennia concelebrat. Archangeli, throni, virtutes, dominationes, Cherubin & Seraphin lætitię choros ducunt, dum nos tractamus paſchæ myſterium. Ideo & nos cantemus cantilenã, cantantes cantica cæleſtia, & narrantes omnia opera quæ nobiſcum dominus Ieſus egit ab exordio ſuæ natiuitatis vſq; ad diem hanc, de quo docemur ab apoſtolo Petro. Vos autem genus electum, regale ſacerdotium, &c. vt virtutes eius annuntietis, qui vos vocauit in admirabile lumen ſuum. In verbo hoc thema ſit laudis: Populus acquiſitionis. Populus ſanguine Chriſti acquiſitus & redemptus. In verbo hoc ſit thema laudis & gratitudinis, millieſque eructet illud cor ſaginatum tam pinguibus myſterijs, Videtur mihi quòd quomodo ſacra domina noſtra inter omnes fœminas principatum tenet, ita inter cæteros dies, dies glorioſæ reſurrectionis principatum tenet. De qua ſit ſatis, & de omnibus quæ ad ſacram reſurrectionem ſpectant. Iam de vltima apparitione domini agendum eſt, & de admirabili eius aſcenſione ſuper omnes cælos. Igitur ſi conſurrexiſti cum Chriſto per pœnitentiam, vel in ſacra vnda baptiſmatis, quæ ſurſum ſunt quære omnia ſtudio & immobili animo: inquire pacem & perſequere eam. Pacem inquam ad Deum per Ieſum Chriſtum qui eſt pax noſtra. Pacem perſequere

Hom. 13. ſupereuāg. — *Pſal.117.* — *Reſurrectionis dies annus iubilei.* — *Cap.61.* — *Leuit.25.* — *1.cap.2.* — *Aug. ſer. de reſurr. Tom.10. 897.* — *Dies reſurrectionis primatum tenet.* — *Col.3.* — *Concluſio ex conſideratione reſurrectiõis dominicæ.*

Pacem

ad proximum, quem ſicut te ipſum teneris diligere. Quæ ſurſum ſunt quære, non quę ſuper terram. Quæ ab Adam maledicta eſt, cuius diuitiæ intra horam teneſcunt, & vt fęnum & flos eius citò decidunt. Quære ergo quę ſurſum ſunt. Quale dic nobis eſt hoc ſurſum ô ſacer Paule? Quouſque aſcendendum nobis eſt? Nunquid ſatis eſt ad aſtra conſcendere, & motus eorum & influxus contēplari? Nunquid ſatis eſt vſque ad beata Seraphin? Altiùs tibi eundum eſt. Vbi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens, inquit. Vſque huc aſcende humili corde & mente. Tua conuerſatio in cælis ſit. Fides tua aſcendat ad dexteram patris. Ibi quære ſaluatorē Ieſum. In ſinu patris inueniet illum fides C tua, in dextera patris inueniet illum deuota & ardens confeſsio tua. Quæ ſurſum ſunt quære, vbi ciuitas tua & patria conſtituitur. Nec tibi & deſiderijs tuis carnalibus putes deſeruiendum: quibus minimè debitor es, ſi enim ſecundùm carnem vixeris, morieris. Non tibi viuas, ſed ei, qui pro te mortuus eſt, nec ſic ſatis reddes & vicem, viue ei, id eſt, ad gloriam & honorem eius qui pro te mortuus eſt: viue ei, dimiſſo in Aegypto fermento veteris malitiæ & nequitiæ, & ſit cibus tuus per integram ſeptimanam curſus vitæ tuæ; panis ſynceritatis & veritatis, & quomodo Chriſtus ſurrexit per gloriam patris, ita & tu in nouitate vitæ ambules.

Concl. 2.

Rom. 8.

2. Cor. 5.

Concl. 3.

Rom. 6.

SEQVITVR HISTORIA ADMIRABILIS Aſcenſionis Domini Ieſu, ex cap. 16. Marci.

NOVISSIME *autem recumbentibus illis undecim, apparuit, & exprobrauit incredulitatem eorum, & duritiam cordis. quia his qui viderant eum reſurrexiſſe non crediderunt.* Tempus huius apparitionis deſcribēs beatus Lucas quadrageſimum diem à ſancta reſurrectione commemorat, cap. 1. Actum Apoſtolicorum. Præbuit ſe ipſum viuum poſt poſsionem ſuam per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno Dei. Vide & comproba dilectionē Chriſti ad ſuos, imò & erga vniuerſam eccleſiam vſque ad finem ſeculi. Non ſatis illi fuit triginta & tribus annis in terra eſſe, & cum hominibus conuerſari, niſi etiam glorioſus & victor diaboli, & triumphator mortis & inferni, etiam quadraginta dies in mundo permaneret, loquens & docens de regno Dei. Vide quomodo totum erat noſtrum quicquid agebat, quicquid patiebatur. Si enim res ſuas ageret, ſtatim aſcenderet vſque in ſedem maieſtatis in excelſis, imò non inde deſcendiſſet. Sed qui propter nos & noſtram ſalutē deſcendit de cælis, etiam poſt beatam reſurrectionem per quadraginta dies manens in terris, apparet diſcipulis, & in multis argumentis confirmat fidē ſuæ reſurrectionis. Nota quàm propriè locutus eſt beatus Lucas cum inquit: In multis argumentis apparens eis: Argumentum enim eſt ratio rei dubiæ præſtans fidem: quæ nobis ſummè neceſſaria erat. Adde quòd his diebus, qui inter D reſurrectionem & aſcenſionem fluxerūt magna ſacramenta confirmata ſunt, præclara ſunt reſerata myſteria. In ijs metus diræ mortis aufertur, & non ſolùm animæ, ſed etiam carnis immortalitas declaratur. In ijs per inſufflationē oris Chriſti omnibus apoſtolis infunditur ſpiritus ſanctus, & beato apoſtolo Petro ſupra cæteros poſt regni claues, ouilis dominici cura demandatur. In his diebus flammam fidei corda illuminata concipiunt, & quæ erant tepida, reſerante ſcripturas domino efficiuntur ardentia. Datur mandatum de prædicando cunctis gentibus Euangelio, & de ſacro baptiſmate in remiſsionem peccatorum, &c. Bonus eſt dominus, & profundæ, mirabileſque cogitationes cordis ſui erga nos, qui nō ſtatim vt reſurrexit, ad cælos aſcendit, ac per angelos, quæ adhuc docenda erant, edocuit, ſicut olim loquens ſanctis Patriarchis & Prophetis. Nihil tale excógitauit, ſed per ſe ipſum filius Dei dominus Ieſus Chriſtus, docuit eccleſiam ſuam, confortauit ſuos prædicatores, repromiſit inuiſibilem ſuam præſentiam. Nouiſsima ergo hæc apparitio in quadrageſimo die conſtituitur, & menſę tempus ab eo eligitur, vt ſimul vltima conuiuia celebrarent: de quo beatus Marcus. *Recumbentibus undecim apparuit.* Et Lucas: Conueſcens præcepit eis. Recumbentibus igitur apoſtolicis vndecim apparuit eis dominus, & multa cum humanitate, ſicut heri & nudius tertius tempore ſuæ mortalitatis

ſedens

Chriſti dilectio ad eccleſiam.

Argumenti diffinitio.

Ioan. 21.

Chriſti conuiuia cum diſcipulis poſt reſurrectionem.

A ſedens inter eos conueſcebatur haud indi-
gens cibo & potu, ſicut olim mortalis: ſed
comprobaturus veritatem ſuæ reſurrectio-
nis, & demonſtraturus quàm apud ſe in cor
de ſuo ſuos diſcipulos haberet, quibus cùm
menſam & calicem haberet communẽ. Pa
rauerat illis antea conuiuium, quãuis non
omnibus: iuxta mare Tyberiadis, & dice-
Ioan. 21. bat: Venite & prandete. Præparauit ipſe
dominus menſam & cibum, cùm eſſent pi-
ſcaturæ intenti, cõceſſa multitudine piſciũ:
deſcendenteſque in terram viderunt pru-
nas & piſcem ſuperpoſitum & panem, &
Luce. 24. dixit eis: Venite & prandete. Iterũ petiuit
ab eis cibum: Habetis hic aliquid quod mã
ducetur? At illi obtulerunt ei partem piſcis
Luce. 24. aſſi, & fauum mellis: & cum manducaſſet
coram eis, ſumens reliquias dedit eis. Haud
magnificentior reſplendet ſupellex & appa
ratus, vel menſa, imò neque piſcis integer
eſt: & manducans dedit reliquias charis di-
Reſurre- ſcipulis. Obſerua quanta humanitate Rex
ctionis tem gloriæ etiam poſt ſuam reſurrectionem cõ-
pore Chri uerſabatur cum ſuis diſcipulis. Nõ ſemel aut
ſtus cũ ſuis bis conuiuia exercet cum apoſtolis, ſed ter-
quã huma tiò in quadrageſimo hoc die. Verè clemens,
nus. verè pius erga ſuos, à quibus vix diſcedere
B poteſt. Nec mirũ cùm genus iam hominũ ſi
bi vendicaſſet, particepſq; eſſet naturæ hu-
manæ. Conſiderat quòd relinquebat in mũ
do ſacram matrem. Apparuit itaque nouiſ-
ſimè diſcipulis ſuis recumbentibus iam in
menſa, & conueſcens cum eis increpationẽ
ingeſsit pro condimento ciborum, dedit &
Religioſo- mandata. O beatã menſam religioſorũ vi-
rum menſa rorũ, qui in gratiarũ actione, cum parcitate
beata. ad reparandum ruptũ vitæ iter ſumunt ci-
bos, intenti lectioni ſacrarũ ſcripturarum &
geſtorum ſanctorũ, quibus non ſemel adeſt
Chriſtus in mira ſpiritus dulcedine & ebrie
tate diuinæ refectionis. Vnde quod pro-
prijs oculis vidi, fideli ſermone narrabo, cũ
in refectorio ſancti Franciſci apud nobilem
villam de Torrijos legeretur mirabilis illius
viri vita & ſacra mors, ſacratiſsimi inquam
Pauli eremitæ in fletũ, altũ & publicũ oẽs
fratres proruperunt, nec quiſquam à publi-
cis ſingultibus & lachrymis ſe tẽperare po-
tuit: & de communi conſenſu præ gaudio
ſuperioris dulcedinis, iterùm lecta fuit fide-
lis illa hiſtoria. Non ſic impij, non ſic, qui-
bus crapula & ebrietas, & denigratio famæ
& honoris proximorum præſto adſunt:
Cùm buccella ingreditur ſathanas in corda

eorum. *Et exprobrauit incredulitatem eorum
& duritiam cordis. Quia ijs qui viderant eum re-
ſurrexiſſe à mortuis non crediderunt.* Non ſa-
tis mirari poſſum vnde induxerunt animos Ioan. 20.
aliqui ad dicendum hanc apparitionem ac-
cidiſſe in die octauo reſurrectionis domini-
cæ, quando Thomas blandè eſt admonitus,
& argutus pro ſuperiori incredulitate: cùm
beatus Marcus manifeſtè dicat: Nouiſsimè
recumbentibus vndecim diſcipulis, &c.
Poſt nouiſsimam quidem apparitionem nõ
ſupereſt alia: Non igitur dabunt apparuiſ-
ſe in die aſcenſionis, ſi hæc apparitio facta
fuit die octauo reſurrectionis. Nec obſtat,
quòd iam reſipuerant apoſtoli, & fideles in
ueniebantur in hoc quadrageſimo die, quã-
do & exprobrantur. Imò congruenter val-
de, cùm ab eis diſcedebat ſacer magiſter, du
ritiam, quam iam depoſuerant, arguit, & ex Exprobra
probrat incredulitatem. çaherir o dar en de re.
nueſto. Vnde Terentius in Audria: Nam
iſthæc commemoratio quaſi exprobratio
eſt immemoris beneficij. Et Cicero de ami
citia: Odioſum ſanè genus hominũ officia
exprobrantiũ: quæ meminiſſe debet is, in
quẽ collata ſunt non cõmemorare, qui cõtu
lit. Aliquãdo eſt exprobrare, obijcere cul-
B pã nõ verbis, ſed opere & aliquo facto. Vn
de Plinius in epiſtol. Nã mala emptio ſem
per ingrata, eo quod exprobrare ſtultitiam
dño videtur. Põdus ergo habet verbũ, ex-
probrare, nõ quale demõſtratur in die octa NOTA
uo reſurrectionis. Quid igitur cauſæ fuit, vt ualde.
viros in bonũ & optimũ ſenſum conuerſos Reprehen
adhuc reprehẽdat mitis ſaluator? Ad humili ſio etiã cor
tatẽ corda eorũ inuitabat, quæ quidẽ virtus recto crimi
ſummè neceſſaria illis erat, quibus Spiritus ne.
ſancti aduentũ & baptiſma in gratiæ pleni-
tudine præparauerat. In humili ſiquidẽ ſui
ipſius agnitione, in acri reprehẽſione etiam
emendati criminis aduentui Spiritus ſancti
præparatur gratũ hoſpitiũ, imò habitaculũ.
De quo propheta Dauid: Pluuiam volunta Pſal. 67.
riam ſegregabis Deus hæreditati tuæ, id eſt,
plenitudinẽ ſpiritus tui & gratiæ, per quam
voluntarij, & ſummè prompti fiunt homi-
nes. Tua autem hæreditas infirmata eſt. In
fide quidem & in acri exprobratione, ad-
uerſus incredulitatẽ diſcipulorũ: ſed perfe-
ciſti eã in multis argumẽtis, cõprobãs tuã
reſurrectionem, & in plenitudine gratiæ: Reprehen
antequàm exprobres corda eorũ. Hoc tibi ſio propria
faciendũ eſt ante aduentum domini per gra aſsidua.
tiam in cor tuũ. Pone coram domino Deo Iob. 23.

tuo iudicium tuum, imple os tuum increpationibus. Tunc ſanè etiam dimiſſa peccata & emendata crimina arguuntur vehementiùs. De bono reprehenſionis ſæpè in hoc opere diſputatum eſt, in ſanctarum ſcripturarum & ſacrorum doctorum ſententijs. Nota iterum quomodo in reprehēſione & exprobratione ſemper continet os ſuum apoſtolica lingua. *Et dixit eis: Euntes in mundum vniuerſum, prædicate euangelium omni creaturæ.* Quaſi dicat: Pro vniuerſo hominum genere mortuus fui, & reſurrexi, ad totū orbem ſaluandum ſufficiens eſt ſanguis meus in remiſſionem peccatorum effuſus, ad cunctorum hominum ſalutem inſtitui præclara valdeque magnifica ſacramenta. Ad omnium ergo hominum ſalutem ſunt oculi mei: vobis arduum hoc opus commendo, in ſinu veſtro & ore veſtro verbum reconciliationis eorum repono: In me poſuit pater meus opus reconciliationis humanæ, opus conſummaui, quod dedit mihi, opus conſummate vos, quod do vobis. Sicut miſit me pater, ego mitto vos, ad deferendam orbi ſalutem & pacem in verbo euangelij: reconciliationem ergo annunciate omnibus, quam ego in cruce feci, vt effectum habeat in cunctis filijs hominum: quos, vos minus diligētes, ac vobis ignotos, magna hac dilectione proſequi debetis, ſi diligitis me, quia in ſingulis eorum, qui receperint prædicationem veſtram, redemptionem, quam ego coram vobis feci in ſummis opprobrijs, & dehoneſtatione vſque ad patibulum crucis, glorificabitis & nomen meum. Videte & intelligite, quoniam ſi diligitis me nulli labori à vobis parcendum eſt propter opus hoc, in quo & glorificatio mea repoſita eſt, & hominum æterna ſaluatio.

Prędicatio unde firmiter perſuadetur.

Actor. 1.

Obſerua quomodo ſecundùm Lucam tempus congruum ſignificat Chriſtus ſuis apoſtolis pro maximo hoc opere: nimirum poſt aduentum ſpiritus S. in cuius virtute induēdi erāt ex alto. Et cōueſcens præcepit eis ab Hieroſolymis, ne diſcederēt, ſed expectarēt promiſſionē patris, &c. Oportebat nimirùm vt duces militiæ cæleſtis, armaturam ex alto acciperent, & gladium ſpiritus ab ore Chriſti ad debellandū fortiſſimos hoſtes. Dedit quondam Hieremias propheta Iudæ nobiliſſimo Iudæorum duci gladiū ſanctū in hæc verba: Accipe gladiū ſanctū munus à Deo, in quo deijcies aduerſarios populi mei Iſrael. Et gladiū ſpiritus, quod eſt verbū Dei, acceperūt

2 Mac 15

Eph. 9.

NOTA *quòd antiquiſſimi gladiū dixerunt in neutro genere. Quod probat Varro ex Lucilii auctoritate: Hærebat gladiū Mucrone in pectore totū.*

C apoſtoli ab ore Chriſti. Virtute igitur induti ex alto, exierunt in mundū vniuerſum ad prædicadū euangeliū. Tunc adimpletū eſt quod in Abacuc prædictū erat. Qui aſcendis ſuper equos tuos, & quadrigæ tuæ ſaluatio: Viam feciſti in mari equis tuis in luto aquarū multarum: ac ſi dicat: Tu Deus aſcēdēs ſuper equos tuos, id eſt, ſactos apoſtolos tuos, per quos veheris ſuper omnia flumina, qui te prædicabunt per vniuerſum orbem terrarū: itaq; te, quaſi ſeſſorē, illi quaſi equi candidi & veloces portabunt ſuper mare præſentis ſæculi, & ſuper omnia flumina gētiū, ipſęq; quadrigæ tuę, quibus veheris, nihil aliud quàm ſaluatio ſunt, eorum qui verbum receperint: de quo Euangeliſta: *Et qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit: qui verò non crediderit, cōdemnabitur.* Diſtingue perſonas & tēpora, & tunc facilis tibi erit ſentētia ſaluatoris. Quædā enim ſunt iam adultæ perſonæ, & qui proprio arbitrio vtuntur: quædam verò non. Illis neceſſarius eſt actus proprius fidei & perſonalis, & confeſſio ad iuſtificationē: iſtis verò, id eſt, paruulis iam in lucem æditis, nō. ita: ſatis eſt aliena fides, quibus fuit ſatis aliena voluntas Adæ ad ſuā perditionē. Clementior eſt Deus ad veniā, quàm rigidior ad flagellū. Et quibus aliena

D voluntas fuit ſatis ad culpam originalem tātùm, aliena eiſdem occurrere poteſt voluntas & fides ad ſalutem in ſacro baptiſmate. Diſtingue ſecundò tempora: quia vel adeſt baptiſmi copia, vel non. Si adeſt baptiſmi copia & tempus, tunc quidem in re eſt neceſſarius ad ſalutem, ſicut docet ſaluator: Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit: vbi copulatiua vtitur oratione, ad cuius veritatē nō ſatis eſt alterius partis veritas. Et Nichodemo dixit: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, non poteſt introire in regnū Dei. Si verò nō adeſt ſacramēti baptiſmi copia, vel tēpus, ſufficit eius deſiderium & votū: & ſaluabitur ſic iuſtificatus homo. De inſtitutione ſacramentorū & maximè in creaturis humilibus, & ſingulariter de baptiſmate, rationes in ſuperioribus deſcripſi cum antiquis magiſtris & oraculis ſcripturarum ſanctarum. *Et qui non crediderit, condemnabitur.* Etiam diſtinctionē deſiderat litera. Qui non crediderit, id eſt, qui auditum ſermonem fidei, abiecerit, & noluerit accipere, certè condēnabitur, vel ex hoc ſolo crimine: de quo ſaluator: Si nō veniſſem & locutus eis fuiſſem, peccatū nō habe-

Peccatū tamē hoc originale unicuique eſt propriū, et uoluntariū diciturſcilicet uoluntate Adæ, ſicut ſupra diximus cū Aug. & cōcil. Trid.

Ioan. 3.

Ioan. 15.

habcrent, &c. Nunc autem excuſatiouem non habent de peccato ſuo. Et qui non crediderit, id eſt, qui non audiuit verbũ euangelij & fidei in Chriſtum, non condemnabitur, quia non credidit. Quomodo enim audient ſine prædicante? Fides ex auditu: auditus autem per verbum Chriſti. Non igitur imputabitur illi ad peccatum non credere in Chriſtum, de quo nil audiuit, nec accepit per reuelationem. Vnde Auguſtinus: Si non fuit à quo quis diſceret, neq; ad eum aliquo modo rumor doctrinæ peruenit, tũc non aliquo vitio ignorat, & immunis eſt à condemnatione. Damnabuntur tamen illi qui Chriſti euangelio non ſunt delibuti, ob alia delicta, quæ contra legem naturæ aliquando patrarunt, non tamen propter infidelitatis peccatum, quod nunquàm admiſerunt. Inuincibilis tunc eſt talis ignorãtia, neque obijci illis poteſt ꝙ nõ crediderũt: neq; de illis dictum eſt. Et qui nõ crediderit, cõdẽnabitur, quia in hac ſententia de poſitiua infidelitate agit ſaluator, non de illis qui nũquã de ipſo quicquã audierũt. Vnde ſi ſeruaſſent legis naturalis mandata, atq; vnius Dei cognitionẽ habuiſſent, forſan quæres, quid de illis fieret? Nõ eſt præſentis loci hęc difficilis grauiſq; quæſtio, quã nõ vno aut duobus ſermonibus abſoluunt noſtri Theologi: nec vna eſt eorũ ſentẽtia: ſi tamẽ reſolutionẽ deſideras extra omnẽ diſputationẽ, ſicut vſq; in præſentẽ locũ fecimus, accipe illã ex ſacro concilio Florẽtino: cuius hæc ſunt verba: Sacroſancta ſynodus firmiter credit nullos extra catholicã eccleſiã exiſtentes, neq; paganos, neq; Iudæos, neq; hæreticos, neq; ſchiſmaticos æternæ vitæ fieri participes, ſed in ignẽ æternũ ituros, niſi ante finẽ vitæ eidẽ fuerint aggregati: tantũq; valere Eccleſiaſtici corporis vnitatem, vt nemo quantaſcunq; eleemoſynas fecerit, poſſit ſaluari, niſi in catholicæ eccleſię gremio & vnitate permãſerit: Hæc conciliũ. Idemq; habes apud Innocentiũ tertiũ in Lateranenſi cõcilio. Vna eſt fideliũ vniuerſalis eccleſia, extra quã nullus omninò ſaluatur. Vt autẽ nihil deſideres in hac materia, mihi probatur ſententia illorũ magiſtrorũ, qui ſine fide explicita Chriſti aſſerunt poſſe hominẽ iuſtificari, ſed eſſe ſubinde neceſſariã fidẽ explicitã ad conſequendã vitam ęternã. Lege omnia quæ ſcripſimus de magno hoc dono fidei, in verbo, Fides, in indice huius operis. *Signa autem eos, qui crediderint, hæc ſequentur.*

Rom. 10.

Quæſtio. noui teſtamenti.

Lege fratrẽ Andreã à Vega li. 6. cap. 20. Domi. Soto li. 2. de natura & gratia. c. a Cano. relectione de ſacra. Michaelẽ Medina in de recta in deũ fide. li. 4. c. 9. et 10. Alphõſ. à Caſtro lib. 2. de poteſtate legis pœnal. lib. 2. cap. 14. Cap. firmiter de ſum. Trin. & fi de catholica.

Altioris ordinis cùm eſſet doctrina quam vt humano ſenſu percipi poſſet, tũ ipſius prædicatoribus, tum ipſis credentibus conceſsit ſaluator auctoritatẽ faciendorũ miraculorũ: vt ſuauiter præceptum ſupremũ in noua lege demandaretur: de quo iam ſupra, cũ de miſsione apoſtolorũ ad prædicandũ diſputauimus, & de tradita ipſis poteſtate faciendi miracula. *Signa autem, &c.* Certè de credentibus euangelio, non tantũ de ipſius nobilibus prædicatoribus interpretãda eſt litera. Et ſic factum eſt in primitiua eccleſia: quando non tantùm nobiles illi prædicatores euangelij hæc mirabilia faciebant, & plura alia, verùm etiam & qui per verbum illorum credebant: ſicut docet cap. 14. primæ ad Corinthios, & liber Actorum Apoſtolorum, & hiſtoria Eccleſiaſtica. Neque eccleſiæ aũt euangelico prædicatori opus iam illis eſt, poſtquã fides ſacratiſsima conualuit, & radices egit firmiſsimè. Vetus obiectio infideliũ eſt, quare modò cũ tot ſint cohibendæ hæreſes, & corrigenda ingẽtia crimina, nõ fiunt antiqua miracula: quæ hiſce rebus valde proficerent, vt deſideratum haberent euentum? Habes apud D. Auguſ. hanc impiorum querellam, non tantũ propter vani ingenij iactantiam, quantum pro labefactatione fidei euangelicæ. Cur ſi Deo auctore facta ſunt hæc modò, cùm idem ſit Deus, eademq; ratio faciendi, nõ fiunt? Cui quæſtioni Auguſtinus: neceſſaria quidem fuiſſe miracula priuſquàm crederet mundus, ad hoc quòd crederet mũdus, eum qui adhuc prodigia inquirit, vt credat, magnum eſſe ipſum prodigium, qui mundo credente non credat. Verum hoc ideò dicunt, vt nec tunc illa miracula facta fuiſſe credantur. Quos ibi reuincit ipſe Auguſtinus. Sed expende miraculorum rationem, & alto mentis receſſu eam libra & vniuerſas quidem tentationum procellas, in hac parte ſedabis. Fuerunt in eccleſiæ ædificio miracula fulcra quædam ſeu fulcimenta firmiſsima, quæ dum eccleſia ſtruebatur, molli ac tenero operi erigendo neceſſaria erant. Poſtea autem ædificio confirmato, ſunt diruta, quoniam nulla eorum neceſsitas ſuberat: quemadmodum perfecto & conſummato ædificio materiali, ligna & trabes, quæ operi extruendo ſupponebantur, quoniam potiùs impediunt, quàm proſunt, è medio tolluntur. Qui verò ſcripturæ, quam didicit

Miracula quare non fiant modo in eccleſia.

Lib. 22. de ciuitate dei cap. 8.

Similitudo Cimbras.

tot miraculis olim cælitus rob:ur accepiſſe, commonitione non credit, aut à peccatis non abſtinet ex eius imperio, neque ſi coram illo magna miracula fierent, eſt crediturus. De quo in euãgelio diues ille auarus accepit ab Abraham reſponſum. Et ſub Chriſti prædicatione Iudæi auguſtiſsima viderunt miracula, & quàm pauci illorũ crediderunt. Vt quid commemorabo tempora Pharaonis in Aegypto, ſub quo Moyſes & Aaron tot prodigia oſtenderunt, nec tamen crediderunt. Taceo quanta fecit Eliſeus ſub Achab & Ioram regibus Iſrael, & tunc maximè idolatria deſæuijt: nimirùm quia peruerſi difficilè corriguntur. Viro religioſo ſatis eſt animo fideli antiqua miracula reuoluere, quæ fideliſsimo ſcripturarum canonicarum teſtimonio confirmata ſunt, nec noua miracula tantam auctoritatẽ ſibi conciliarent: etiam ſi coram mille teſtibus fierent: non ergo noua miracula curioſe requirant. Prætermitto quàm magna & vera miracula aſsiduè in eccleſia faciat Deus, vel per manus ſeruorum ſuorum fidelium, vel ad monumenta ſanctorum martyrum & confeſſorũ, quæ multa commemorat beatus Auguſtinus, vbi ſupra. Obſerua quod octauo loco cõmemorat & reponit orthodoxus vir Scotus miraculorũ claritatẽ ad confirmandam veritatem ſacratiſsimæ fidei. Firmiſsimè namque & Iudæos & Paganos omnes conuinces in expoſitione propheticæ prenuntiationis, in concordia ſcripturarum, in auctoritate ſcribentium, in diligentia recipientiũ ſcripturas: in irrationabilitate ſingulorum errorum: in eccleſiæ ſtabilitate: denique in miraculorum claritate. Quas octo vias elegãter doctor ſubtilis illucidat & amplіat luculẽter vir doctiſsimus frater Michaël de Medina ex noſtra familia. Hanc vltimã viam cõprobandi ſacrũ euangelij myſterium præſenti loco demonſtrat Chriſtus: ſigna autem eos qui crediderint hæc ſequentur. *Et dñs quidem Ieſus, poſtquàm locutus eſt eis, aſſumptus eſt in cælum: & ſedet à dextris* Dei. B. Lucas dixit: Et eduxit eos foras in Bethaniam, & eleuatis manibus ſuis, benedixit eis. Et factũ eſt dũ benediceret illis, receſsit ab eis, & ferebatur in cælum. Et ipſi adorãtes regreſsi ſunt in Hieruſalẽ cum gaudio magno. Obſerua primò, quæ ad moralem doctrinã deſeruiunt, & ſecundò quæ ad triumphalem Chriſti aſcenſionẽ. Bene deſcripturus B. Marcus diuiniſsimum opus

Luc. 16.

Eccli. 1.

NOTA *valde.*

Quæſ. 2. in prologo ſent.

Lib. 2. de recta in Deum fide

C aſcenſionis Chriſti, dominum eum compellat. Illum ſcilicet qui natura ſua vniuerſorum eſt creator & principium: propterea & dominus. Illum item qui hiſce diebus dicebat: Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo, & in terra. Bene quidem a nomine vniuerſalis dominij ſacram, admirabilemq́; aſcenſionem auſpicatur. *Et dominus quidem Ieſus aſſumptus eſt in cælum.* Quàm breuis ſententia, quanta redundans gratia & gloria. Quã breuis ſermo de aſcenſione domini, quàm prolixus & multus de paſsione & opprobrijs ei⁹. Diſce gloriari in infirmitatib⁹ tuis, vt inhabitet in te virtus Chriſti. Diſce ſentire in temetipſo, quod & in Chriſto Ieſu, qui cùm in forma Dei eſſet, &c. Eduxit eos foras in Bethaniam ad montem Oliueti, inde decet aſcendere in cælum, vnde deſcendit vſque ad crucem. Ex obedientia aſcendit in crucem, propter quod & Deus exaltauit illum, vſque ad dexteram ſuam: nec aliter negocium peragi potuit: cùm humanitas beata vnita eſſet verbo in vnitate perſonæ. Hæc eſt via ad exaltationem & triumphum: humiliatio cordis, volũtaria obediẽtia. Duos gradus habet tanta exaltatio, humilitatem & obedientiam: & ſi placet adde

D tertium: pinguedinem ſcilicet miſericordiæ, quæ in monte oliuarum vnde aſcendit, deſignatur. In his tribus aſcendes vſque ad angelorum conſortium. Foras igitur eduxit eos: habens illos in comitatu, quamuis alijs hominibus inuiſibili: & ſic habes hanc fuiſſe vltimam apparitionem Chriſti ad diſcipulos. Non ergo diſparuit & aſſumptus eſt, inſalutatis diſcipulis, ſed & ſacra beatiſsimaque mater in comitatu ſanctarũ fœminarum aderat. Vltimo itaque vale dicto, benedixit eis eleuatis manibus ſuis. Fortè hanc benedictionem in ſigno viſibili crucis exhibuit: in quo omnia conſecrantur in eccleſia, quia fõs inexhauſtus eſt omnis ſanctificationis. Nec ſatis dicere poſſumus quale fuit bonum, quod in hac benedictione cõceſſum eſt apoſtolis. Recogita & expende vim & efficaciam benedictionis magni illius Patriarchæ Iſaac erga dilectum Iacob: & huius Iacobi in filios Ioſeph in Aegypto. Inſpice fructum earum & euentum: vt ex parte præclariſsimum & pingue bonum benedictionis Ieſu Chriſti dñi noſtri deprehendas. Et nota quòd benedictiones illæ, precationes erant in conſpectu domini & ſuffragia: pro quibus deſiderata concederet ma-

Matt. 28.

2. Cor. 12.
Philip. 2.

NOTA *valde.*

Gen. 27.
Ibi. c. 48.
Benedictio Chriſti ad apoſtolos in ſua aſcẽſione.

A ret manus altiſsimi,accepta habens pia vo-
ta benedicentium & benedictorum. Qui au
tem nunc benedicit, vniuerſorum eſt rex &
dominus:cui preſto ſunt,imò ſimul ſunt vel
le & operari. In hac benedictione conforta
ta fuit ſacra & piiſsima mater ad ſequẽs exi
lium & abſentiam corporalem chariſsimi fi
lij Chriſti. Ingrediente mundum, replet
eam donis & gratia ſpiritus ſanctus,& egre
diens de mundo filius, benedictionem im-
Fol. 131. C.D. partitur. Vidiſti in ſuperioribus Eliſæum
adhærentem magiſtro, quem nec ad pun-
ctum dereliquit:& factus fuit hæres dupli-
cis ſpiritus eius:dum raperetur in igneo cur
4.Reg.2. ru ad æthera:quia aſtitit ei aſcendenti ſecun-
dùm verbum eius. Vmbra fuit quod in Elia
& Eliſæo actum eſt. Lux gratiæ & conſum
mata virtus, quod à Chriſto conceſſum eſt
apoſtolis aſtantibus coram illo in hac ſacra
die, & aſpicientibus in cælum, dum eleua-
retur. *Ferebatur in cælum,* inquit Marcus. Nũ
quid celerrimo volatu cùm ſuper pennas
ventorum peruolare poſſet? Minimè. Sed
ferebatur in cælum inquit:lento quidẽ gra-
du & ipſis cernentibus, in comitatu ſancto-
rum patrum, cum quo ferebantur exultan-
tia corda diſcipulorum. Vide illum qui di-
B *Chriſti dilectio in ſua aſcẽſione ad diſcipulos.* ligentiſsimè venit ad nos, quomodo quaſi
ad peregrina aſcendens, pedetentim rece-
dit. Saliens in montibus, tranſilienſque col-
Can.2. les venit de ſinu patris in vterum virginis,
& cùm diſcedit, & ad ſummum honoris fa
ſtigium aſſumitur, ad occaſum diei, & preſ
ſis greſsibus aſcendit. Satis eſt ad hæc om-
nia quòd relinquebat in terris chariſsimam
genitricem. Dumque in terris hæc fiunt, in
cælis in tubis & voce præconis diuinũ man
Pſal.103. datum auditur, & adorent eum omnes an-
geli Dei. Audiuit & lætata eſt Sion. Egre-
Heb.1. diunturque exercitus & caſtra angelorum:
venientes obuiam, aëra replent hymnis &
canticis: & in ſono tubæ exultant & plau-
dunt manibus omnia ligna ſyluarum. Sol-
uitur itaque confeſtim cæleſtis ſenatus, &
deſcẽdunt exercitus in veſtibus albis, & oc-
Pſal.67. currit ei currus ille prædictus in propheta;
Currus Dei decẽ millibus, multiplex mil-
Eſai.63. lia lætantiũ, dicebantq; ad inuicẽ: Quis eſt
iſte qui venit de Edon:aſcẽdebat enim cruo
ris rubore perfuſus, & tropheis victricibus
laureatus. Viderunt cæleſtes cuncti ſpecio-
ſum vulneribus Chriſtũ, ſpolia caſtris tyrã-
nicis reportata, & admirantes fulgentia diui
næ virtutis vexilla tales concrepãt hymnos,

A deducuntq; lętantes: Quis eſt (inquiunt) iſte Pſal.23.
rex gloriæ? Et aiunt: Dñs virtutum ipſe eſt
rex gloriæ. Hic eſt ille candidus & roſeus,
cõpunctus à multitudine. Hic eſt ille qui nõ Eſa.53.
habuit ſpeciẽ neq; decorẽ, infirmus in cru-
ce, fortis in ſpolio, vilis in corpuſculo, arma
tus in pręlio: fœdus in morte, pulcher in re-
ſurrectione: cãdidus ex virgine, rubicũdus
in cruce: fuſcus in opprobrio, clarus in cęlo.
Et in curru, qui pro magnificẽtia tãti trium-
phi ex miriadibus multis angelorũ orna-
batur, nõ defuit nomẽ triũphatoris: imò cla
riſsimis vocibus hominũ & angelorũ audie
batur, quod in propheta prædictũ erat: Dñs Pſal.67.
nomẽ illi. Iter facite ei qui aſcẽdit ſuper oc
caſum: dñs nomẽ illi. Similitudo deſũpta eſt Similitudo
ex ingẽti & importuna multitudine, quæ
præ cõgratulatione egreditur de oppulẽtiſ-
ſima ciuitate ad ſuſcipiendũ cum honore &
gaudio venientẽ triumphatorẽ: propter quã
multitudinẽ vix patet via ad ingreſſum ci-
uitatis. Tunc quidẽ expedit in equorũ forti
tudine agmina populorũ & cuneos virorũ
penetrare & diuidere, vt pateat inceſſus &
plana via triũpho, & triũphatori. Iter facite
ei, inquiunt: Dominus nomẽ illi. Bene Mar
cus: Dominus quidẽ Ieſus. Ferebatur itaq;
B in cælum, quem nubes ſuſcepit ab oculis di
ſcipulorum, cùm iam obtutus eorum infir
mi & attenuati eſſent ad intuendum. Quos Act.1.
cùm valde diligeret ſaluator inter tot gau-
dia & honores, viſitauit per duos angelos:
qui aſtiterũt iuxta illos in veſtibus albis, an
tequã dñs alta cælorum penetrauit. Tunc
quod in Luca ſcriptum eſt, impletũ fuit. Et
adorantes, ſicut Tobias cùm diſparuit ab
oculis eorum Raphael angelus, cum gaudio
magno reuerſi ſunt in Hieruſalem. Tunc
quidem filius hominis, Dei filius excellen
tiùs, ſacratiuſq; innotuit, cùm in paternę ma
ieſtatis gloriam ſe recepit: & ineffabili mo-
do diuinitate cœpit eſſe præſentior, qui fa-
ctus eſt humanitate longinquior. Tunc ad
æqualem patri filium eruditior fides greſſu
cœpit mentis accedere, & contrectatione
in Chriſto corporeæ ſubſtantiæ, qua patre
minor eſt, non egere: quoniam glorificati
corporis manente natura, eò fides apoſtolo
rũ vocabatur, vbi nõ carnali manu, ſed ſpi-
rituali intellectu, par genitori genitus tãge- *Sermõe.2. in aſcenſione domini.*
retur. Nota diuina hæc verba B. Leonis Pa
pæ. Bene ergo adorant iam, procidentes ſu-
per terram, quem dudum ad menſam, ad
conuiuia habebant humanum. Beatiſsimi

itaq; apoſtoli, omneſq; diſcipuli, qui de exitu crucis fuerant trepidi, & de fide reſurrectionis ambigui. ita ſunt veritate conſpicua roborati, vt domino in cælos eunte, non ſolùm nulla afficerentur triſtitia, ſed etiã gaudio magno replerentur. Et reuera magna erat, & ineffabilis cauſa gaudẽdi, cùm in conſpectu tantę multitudinis ſuper omniũ creaturarũ cæleſtium dignitatẽ, humani generis naturã cõſcẽdere viderẽt, ſupergreſſurã angelicos ordines, & vltra archangelorũ altitudines eleuandam, neque vllis ſublimitatibus modum ſuę prouectionis habituram, niſi æterni patris recepta conſeſſu, illius gloriæ ſociaretur in throno, cuius naturę copulabatur in filio. Iam diligebant Ieſum, propter quod, gaudentes adorant, quia ibat ad patrẽ. Neq; vacat myſterio, ꝙ in die aſcenſionis, in qua ſaluator aduocatus ibat ad patrem, vt interpellaret pro nobis, de aduentu eius ad iudiciũ admonẽtur ab angelis. Sic veniet in nubibus cæli, ne tranſeat in licentiam, quod ad ſpei cumulũ & confidentiam actum eſt. Ac ſi dicerent: Ecce ille qui modo ad dexteram patris aſſumitur aduocatus iuſtus pro vobis: ipſe veniet ad iudiciũ. Sic Paulus cùm ſacroſanctũ myſteriũ calicis & corporis dñi deſcribit: vbi immenſæ largitatis & amoris pignus habet eccleſia, & dona gratiæ cumulatiſsimæ: addidit: donec veniat. Annunciabitis mortẽ domini, donec veniat, ac ſi dicat: Heus tu, qui corpus domini manducas, & bibis eius ſanguinẽ, attende & conſidera quòd hunc ipſum dominũ habebis citò iudicẽ in magno illo die. Firmiſſimam ergo cuſtodiã præclaris theſauris, & ſuperbis diuitijs adhibuit: ne fierent in prędam, & diſpergerentur: timorẽ inquàm domini. *Et ſedet à dextris Dei.* Benedictus dominus Deus meus, qui docuit manũ meam vſque ad interpretationem verbi huius. In quo gaudium meum, honor & gloria generis noſtri, ſpes mundi, peccatorum venia, Domini mei exaltatio & ſublimitas repoſita ſunt. A dextris Dei ſedet: qui proximè elapſis diebus inter duos latrones fuerat crucifixus. Videamus quantus honor in verbo eccleſiæ commendetur: impletæ ſunt prophetiæ omnes de Chriſto: præter illas quæ de ſecundo aduentu ſcriptæ ſunt. Ecce completa ſunt omnia quæ ſcripta erant per prophetas de filio hominis. *Sedet à dextris Dei.* Vbi, dicito nobis, & hoc verbum ſcriptum erat? Quis prophetarum illud decantauit?

Seſsio ad dextram patris demõſtratur & ratio.

NOTA *valde.*

1. Cor. 15

C

David rex inclytus, illuminatiſsimuſque vates in pſalmo centeſimo nono. Dixit dominus domino meo: ſede à dextris meis. Quem pſalmum cap. 12. demonſtrauimus, nullo modo alij quàm Chriſto poſſe conuenire. Vides quanta cum concordia & vultu amicabili duo Seraphin intra ſacrum propitiatorium ſe reſpiciant? id eſt, quanta inueniatur germanitas inter duo teſtamenta? Dauid dixit: Sede à dextris meis: Marcus euangeliſta demonſtrat diem, quando ſublimis illa prophetia impleta fuerit. Et ſedet à dextris Dei inquit. Et Paulus in epiſtola ad Hebræos, non ſemel de re hac inculcat ſermonem magnifico ſuo ſenſu digniſſimum. Primo inquit: Sedet ad dexteram maieſtatis in excelſis, ac deinde cum propheta: ſede à dextris meis. Denique tertiò apertiùs exaltationis huius celſitudinem exponit. Atque in dextera ſedis Dei ſedet. Quid inquis ô Paule? In dextera ſedis Dei ſedet? & verus eſt tuus ſermo. In eadem ſede, non in alia: in quo vnum imperium filij & patris declaratur. Non enim duæ ſedes, ſed vna, quæ vtrumque capit: quia æqualis patri eſt filius ſecundum diuinitatem. Vnum ſunt pater & filius: ideò vna ſedes, vnum imperium & indiſcreta potentia. Quod & in eodem pſalmo declaratur: Sede inquit pater filio, à dextris meis: non tanquàm inferior & minor: quia & ego ſtatim in eodem pſalmo à dextris tuis deſcribar. Dominus à dextris tuis confregit in die iræ ſuæ reges. Vbi ſi alius inferior habendus eſt, & minor altero, dñs eſt. De illo enim dicit propheta: Dñs à dextris tuis confregit: non inquit: Dominus ſtãs à dextris tuis, vt maior & fortior, tu confregiſti in die iræ ſuæ reges. Non ſic, ſed dominus à dextris tuis confregit reges. Sed nullus hæreticorum adeò inſaniuit, vt diceret quòd pater ſit minor filio, ergo vterque æqualis. Adde quòd alter deſcribitur ad dexteram alterius & econtra, quod omnibus modis impoſsibile eſt, niſi inter eos æqualitas ſit perfecta. Hanc expoſitionẽ vel propter hoc ſuſcipe, quãuis à nobis excogitatã in Chriſti gloriã & honorẽ, quia in grauiſsimorũ patrũ auctoritate confirmatur. Vnde beatiſsimus Athanaſius acerrimus defenſor æqualitatis filij & patris, inquit: Et ad dexteram ſedens, non ad ſiniſtram ſedentem patrem habet. Sed ideò hoc dictum, quia quòd dextrum ac magnificũ eſt, ac

Exo. 25.

Pſal. 109.

Cap. 1.

Cap. 12.

Patris & filij æqualitas.

D

NOTA *valde.*

Athanaſ. 2. oratione. contra Arianos.

ac patri aſcribitur, hoc ipſum quoque filius habeat, atque inde eſt quod dicit Ioannes: Omnia quæ habet pater, mea ſunt, &c. Ideoque ad dexteram reſidens, & homo factus de ſe loquitur. Prouidebam dominum, quoniam à dextris eſt mihi, ne cõmouear. Iam rurſus eo dicto palam fit, patrẽ eſſe in filio, & filium in patre: Dextrę ſiquidem patre in dextera eſt filius, ac ſedente ad dexteram filio, pater quoque dexter eſt, quod in pſalmo vtrunque dicitur: Sede à dextris meis: Dominus à dextris tuis. Quod æqualitatem comprobat taliter impoſsibile omninò eſſet. Quod Ambroſius confirmat: Sedet ad dexteram maieſtatis in excelſis. Per dexteram non Deum corporaliter deformauit: ſed magnitudinem demonſtrauit honoris. Dñ dixit: In excelſis, oſtendit eum omnibus altiorẽ, & ſupereminentẽ eſſe, qui etiã vſq; ad ipſum venit ſolium paternæ claritatis. Sicut enim Pater in excelſis eſt, ſic & filius. Conſeſſus nihil monſtrat aliud, niſi honoris æqualitatem. Si enim minorationem vellet oſtendere, nunquã diceret à dextris: ſed potiùs à ſiniſtris eum ſedere. Lege Origenẽ tractatu. 23. in Matth, & libro Peri Archon. 1. cap. 2. de quo iam ſupra. Habes ergo ex pſalmo & interpretatione tantorum patrum, & ex teſtimonio beati Marci, quomodo Chriſto conueniat illud Dauidis prophetæ: Sede à dextris meis. Et ſupra in vno verbo rationẽ aſsignaui huius honoris, qui humanitati Chriſti domini mei fuit in hac die exhibitus. Quia nimirum res aliter fieri nec debuit, nec potuit. Cùm enim humanitas illa beatiſsima, quæ ab eodẽ propheta dicta eſt magnificentia Dei, vnita fuerit diuinæ perſonæ in verbo, vbi dic mihi alibi ſedere potuit, quam in dextera ſedis Dei in excelſis? In eodem throno ſedet Salomon, & regia purpura veſtimenti eius. Aſcendit ergo vſque ad dexteram maieſtatis in excelſis illa humanitas Chriſti, quæ in ſua ſacra conceptione vnita fuit verbo, & magnificata ſupra cuncta Dei opera, & noſtræ naturæ primitias obtulit Deo patri; & oblatum donum miratus eſt pater; quod & tanta dignitas offerebat, & quod offerebatur nulla macula fœdebatur. Nam & ſuis manibus ſuſcepit oblatum, & ſuæ ſedis fecit eſſe participem: & quod plus eſt; ad ſuæ dexteræ partem collocauit. Cognoſcamus quis eſt ille qui audiuit: ſede ad dexteram meã, quæ natura eſt, cui Deus dixit: eſto meæ parti-

Cap. 14. *Pſal. 6.* *Ambroſ. ſuper. 1. c. ad Hebreos.* **NOTA valde.** *Pſal. 8.* *Similitudo* *Chryſoſt. homil. de aſcenſ. domini. to. 3. fol. 783.*

A ceps ſedis? Illa natura eſt quæ audiuit: Terra es & in terram ibis. Non enim ad omnem gloriam cælos tranſiſſe ſuffecerat, non cum archangelis aſtare: ſed cælos tranſiuit, ſupra Cherubim aſcendit, vltra Seraphin eleuatur, neque ante ſtetit, niſi ſedem dominicã meruiſſet. Seraphin ſtant, & ſubter thronũ maieſtatis, filius verò ſedet ad dexterã maieſtatis in excelſis. Ecce quomodo impletum eſt præclariſsimum vaticinium patriarchæ Dauidis: Dixit dominus domino meo: ſede à dextris meis. Et illud: A ſummo cælo egreſsio eius, & vſque ad ſummum occurſus eius. Et illud: Aſcendens in altum captiuam duxit captiuitatem, & manſiones ſplendidas ac præclaras ſingulis animabus iuſtis cõceſsit. Et illud: Aſcendit Deus in iubilatione, & dominus in voce tubæ, & multa alia, quæ enarrare longum eſſet. Deniq; Paulus dicit: Propter quod Deus exaltauit illum, &c. & ad labores & humilitatem nos inuitat. Videamus tandem quas concluſiones inferat apoſtolus ex aſcenſione glorioſa ſaluatoris omnium, ſicut in materia iudicij & reſurrectionis alias non vulgaris vtilitatis notauimus. Habentes ergo pontificẽ magnum, qui penetrauit cælos Ieſum filiũ B Dei. Teneamus ſpei noſtræ confeſsionem. Ecce primam concluſionẽ. Quid eſt teneamus ſpei noſtræ confeſsionẽ. Ipſe ſe exponit in epiſtola eadẽ cùm inquit: Fortiſsimũ ſolatiũ habeamus, qui confugimus ad tenendam propoſitã ſpẽ: quam, ſicut ancoram habemus animæ tutam ac firmã, & incedentẽ vſque ad interiora velaminis: vbi pro nobis præcurſor introiuit Ieſus, ſecundũ ordinem Melchiſedec, pontifex factus in æternum. Et cap. 3. conferens Moſem cum domino Ieſu, de illo inquit: ille fidelis erat in tota domo eius, tanquàm famulus, in teſtimoniũ eorum quæ dicenda erant: Chriſtus verò tã quã filius in domo ſua: quæ domus nos ſumus, ſi fiduciam & gloriam ſpei vſque ad finem firmã teneamus. Vbi inuſitato loquendi genere vſus fuit, cùm dicit: gloriam ſpei: cùm dicere ſoleret: ſpem gloriæ. Quam tanti faciebat, quòd ſcribens Epheſijs dicebat: Memoriam veſtri faciens in orationibus meis, vt Deus (Domini noſtri Ieſu Chriſti pater) gloriæ, det vobis ſpiritum ſapientiæ & reuelationis in agnitionem eius, illuminatos oculos cordis veſtri, vt ſciatis, quæ ſit ſpes vocationis veſtræ, & quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in ſanctis.

Gen. 3. *Pſal. 109.* *Pſal. 18.* *Pſal. 67.* *Pſal. 46.* *Philip. 2.* *Aſcenſio dñi quas inferat concluſiones.* *Heb.* *Cap. 6.* *Cap. 1.*

Teneamus ergo ſpei noſtræ confeſsionem, quia pontificem habemus, qui didicit ex illis quæ paſſus fuit compati infirmitatibus fratrum ſuorum, & ſupra modum noſtri eſt amator. Quam ſpem tanti facere debetis, vt iam in illa gloriemini, ſicut in regno, ſicut in patria. Gloriam ſpei eam appello: eam agnoſco: & gloriamur in ſpe gloriæ filiorũ Dei. Bone Deus: Gloriam ſpei dicit apoſtolus tuus: & ipſe: ſpem gloriæ: ſatis ſit ergo filijs Dei, qui omnem mundi lætitiam vt fœnum aridum deſpiciunt, & conculcant vt puluerem, quod gloriam ſpei habent, &

Spes gloriæ ſalutis efficax. ſpem gloriæ. O vtinam Deus (domini noſtri Ieſu Chriſti pater) illuminet oculos mẽtis noſtræ ad agnoſcendum quæ ſint diuitię hæreditatis regni, conſeruatæ in cæleſtibus, filijs Dei: In agnitione hac dicet iuſtus:

Pſal. 72. Quid mihi eſt in cælo? Et à te quid volui ſuper terram? Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum. Tene ergo ô homo confeſsionis tuæ ſpem, in qua & per quam inter procellas ſalſuginis & inſtabilis maris huius peregrinationis, ſecurus & immobilis

Spes anchora. conſiſtas. Eſt enim anchora tuta & fida, ne anima naufragium, vel immodica aqua vel accedens iam iam ad portum patiatur. Mirabilis eſt huius anchoræ effectus. Incedit ipſa, & manu ducit animam vſque ad interiora velaminis. In anchoris nauis materialibus contrarius apparet effectus: nimirùm quòd immobilis figitur in mari: nòn incedit nauis iactis anchoris, fixiſque in profundo. In hac vera anchora ſpei gloriæ, anima incedit vſque ad interiora velaminis, per quod verbum ſignificat apoſtolus supernũ ſoliũ & cæleſtem beatitudinem. In quam introiuit præcurſor pro nobis Ieſus Chriſtus dominus noſter. Quid eſt pro nobis? Si diceres ô ſacer Paule, quòd propter nos & propter noſtram ſalutẽ deſcendit de cælis Ieſus dominus noſter, cum gratiarũ actione verbum omni acceptione digniſsimum exciperemus: At verò cùm dicis: introiuit vſq; ad interiora velaminis præcurſor pro nobis: expone obſecro cordis tui ſacri arcanum, magnumque myſterium. Audi. Nõ in manu facta ſancta Ieſus introiuit, exemplaria verorum, ſed in ipſum cælum, vt ap-

Heb. 9. pareat nunc vultui Dei pro nobis. Quanta verò cum fiducia apparere potuit demonſtro. Per hoſtiam ſuam apparuit, id eſt, ſui corporis. No in ſanguine alieno, ſicut olim pontifex Aaron, ſed in ſanguine proprio.

C Præcurſor ergo ingreditur pro nobis vſque ad interiora velaminis & ſancta ſanctorũ, id eſt, vſque ad dexteram patris: & vultui eius apparet & aſtat pro nobis. Pro nobis deſcendit de cælis, & pro nobis aſcendit in cęlos, quia nunc, id eſt, per vniuerſum tempus vitæ noſtræ, aſtat vultui Dei, vt mediator, vt aduocatus iuſtus, humanę redemptionis exigens precium, & obedientiæ donatiuum requirens, & eum qui obliuiſci non poteſt ineffabiliter admonẽs, quàm deceat noſtri miſereri, pro quibus ſemetipſum obtulit in ara crucis hoſtiam ſanctam & immaculatam Deo patri. O ſi ſcires quale eſt verbum illud, gloriæ ſpem, & illud ſpem gloriæ, & illud, quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in ſanctis. Neque oculus vidit, neq; *Eſai. 64.* auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus ſperantibus in eum. Tene ergo ſpei tuæ confeſsionem: nec aliquando dimittas etiam propoſita è regione vniuerſa mundi gloria, etiam propoſita fallaci ſpecie lucri, auri, & mulieris. Ecce ſe- *Heb. 4.* cundam concluſionem eiuſdẽ apoſtoli elicitam ex conſideratione ſacratiſsimi articuli aſcenſionis domini. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ eius, vt miſericor- *2. concluſio elicita ex conſideratione aſcenſionis.*

D diam conſequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno. Quantò ſublimiùs ille aſcendit ſaluator, nimirùm vſque ad dexteram patris, tantò & tibi aſcendendum eſt in orationibus: neque horrorẽ ingerat throni nomen, quia certè thronus eſt gratiæ. Quære ergo in auxilio opportuno, id eſt, in illo nunc, quod deſcribit ipſe apoſtolus, per quod omne tempus deſignatur, quære in quã gratiæ auxiliũ & miſericordiã. Ipſe quidem aſcendit, vt appareat vultui Dei *1. Ioan. 2.* pro nobis: id eſt, vt agat aduocatum iuſtum *Ambroſ. lib. 10. in Lucam. cap. 24.* ad patrem pro nobis. Nam talẽ ſibi ad dexteram pater locauit, trophæum noſtræ ſalutis amplectens, cùm ſaluator vulnera ſuſcepta pro nobis cælo inferre maluit, abolere noluit: vt Deo patri precia noſtræ ſalutis oſtenderet. Vnde ſaluare in perpetuum po- *Heb. 7.* teſt, accedens per ſemetipſum ad Deũ, ſemper viuens ad interpellandum pro nobis. Verbũ illud Ioannis Ieſum Chriſtum iuſtũ, & illud, per ſemetipſum: ſatis expoſitũ eſt homilia. 20. in pſalmo. 50. Deniq; ipſe *Cap. 8.* apoſtolus ad Romanos inquit: Quis accuſabit aduerſus electos Dei? Deus qui iuſtificat: Quis eſt qui cõdẽnet? Chriſtus Ieſus qui mortuus eſt? Imò qui & reſurrexit, qui &

eſt ad

eſt ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis. Bone Deus quã firmiter ſpẽ ſanctorum firmauit apoſtolus: quàm congruè dixit: Teneamus ſpei noſtræ confeſsionem. Quis (inquit) accuſabit aduerſus electos Dei? Non quidem Adæ delictum, nõ mors, infernus non, non certe diabolus. Quia Deo iuſtificante, nullus eſt qui condemnare poſſit. At dices: Dominus Ieſus: Audi. Mortuꝰ eſt pro electis, imò & reſurrexit propter iuſtificationem illorum: tantum abeſt, quòd accuſet illos: & certe interpellat pro nobis ad dexterã Patris. Accede ergo quia & vox tua exaudietur cum interpellatione filij ad patrem: & quære auxilium in tempore opportuno. Opportunum ſatis tempus eſt ad

De quibus omnibus, ſuo quoque loco ſuper epiſto. ad Hebræ. diximus.

A inueniendum gratiam & miſericordiam, cũ filius interpellat pro nobis. Illi *autem profecti prædicauerunt ubique: domino cooperante, & ſermonem confirmante, ſequentibus ſignis.* Profecti ſunt non ſtatim poſt Aſcenſionem: neq; ſtatim poſt aduentum ſpiritus ſancti. Facti ſunt omnium primò teſtes in Iudæa & Hieruſalem: & repulſi à Iudæis, abierunt ad gentes, ſicut docet liber Actorum Apoſtolorũ beati Lucæ, quas conuertit dominus ſicut in ore omnium prophetarum prædictum fuerat, & ipſe dominus Ieſus non ſemel prædocuit: Alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili: & illas oportet me adducere, & vocem meam audient: & erit vnum ouile & vnus paſtor.

Ioan. 10.

CONCLVSIO TOTIVS OPERIS EX BEATO LEONE PAPA.

SACRAMENTVM (dilectiſsimi) ſalutis noſtræ, precio ſanguinis ſui Saluator æſtimauit à die corporalis ortus, vſque ad exitum paſsionis, per diſpenſationẽ humilitatis cõpletum eſt. Quia igitur Chriſti Aſcenſio noſtra eſt prouectio, & quò præceſsit gloria capitis eò ſpes vocatur & corporis, dignis dilectiſsimi exultemus gaudijs, & pia gratiarum actione lætemur. Hodie enim non ſolum paradiſi poſſeſſores firmati ſumus: ſed etiam cælorum in Chriſto ſuperna penetrauimus: ampliora adepti per ineffabilem Chriſti gratiam, quàm per diaboli amiſeramus inuidiam. Nã quos virulẽtus inimicus primi habitaculi fœlicitate deiecit, eos ſibi concorporatos Dei filius ad dexterã patris collocauit. Ipſi gloria & imperiũ. Amen.

ATTENDE prudens lector quod licèt rarò in officio miſſæ legatur lectio Euangelii ſub nomine & tiulo beati Marci. habet tamen concurrentiam ferè ſemper cum lectionibus Euang. Beati Matthei & Lucæ. Vnde facili negotio inuenta concordantia vnius ad alterum, inuenies in diuo Marco, quæ apud ſanctum Matthęum vel Lucam: Noli ergo exiſtimare quod parum conducat tibi expoſitio Beati Marci, & Commentaria ſuper eius Euangelium, ſicut in capite omnium dominicarum, & cæterorum Euangeliorum cõprobabis, vbi hoc verbum inuenies, Habes totum hoc Euang. apud diuum Marcum, cap. hoc, vel illo.

ELENCHVS AVCTORIS
IN EVANGELIA, QVAE DOMINICIS DIEBVS, & ferijs Quadrageſimę & feſtiuitatibus ſanctorum per anni circulum decantat Eccleſia, ſecũdum formam noui Miſſalis: vbi digito demonſtratur via, qua quæ diffuſa iacent in Commentarijs, illis omnibus Euangelijs conueniant.

Dominica Prima Aduentus Domini.

ERVNT ſigna in ſole & ſtellis, &c. Euang. eſt Lucæ cap. 21. Vniuerſam materiã & conſiderationem iudicij ſcribit B. Marcus cap. 13. & ſumma cum diligentia in Cõmentarijs traditur de re hac doctrina: eductis aliquot concluſionibus pro fine cuiuſque ſermonis: Concluſiones eliciuntur ex conſideratione iudicij à Chriſto domino, ab apoſtolis & ſanctis prophetis, à fol. 280. A. vſque ad fol. 302. col. 2. B.

Dominica. 2. Aduentus Domini.

CVM audiſſet Ioannes in vinculis opera Chriſti, &c. Euãg. eſt Matthæ. cap. 11. *Pauperes Euangelizantur.* Potentes enim duræ ceruicis ſunt, & renuũt accipere diſciplinam. Aduerſus eos eſt ſermo. fol. 135. col. 4. D. Docet Saluator ſuos prædicatores quomodo propter prędicationem relinquere debeant contemplationis quietem, cõparaturi ex hoc diuitias multas. fol. 139. col. 1. B. col. 2. A. *Pauperes euãgelizãtur:* & inſtruuntur, vt ſequentes magiſtri doctrinam verbum pœnitentię familiarę ori eorũ ſit. fol. 139. B. C. D. fo. 140. col. 1. A. B. col. 3. C. *Beatus qui non fuerint ſcandalizatus in me.* Expoſitionem huius ſententiæ habes. fol. 133. col. 4. C. D. fol. 134. col. 1. A. B. Hic *eſt de quo ſcriptũ eſt.* Sũmę auctoritatis eſt verbũ hoc. Per quod Saluator ſæpenumero ſuam comprobauit innocentiam, & reuinxit calumniã inimicorum, & oſtendit ſe eſſe Meſsiam in lege promiſſum. Vnde valde honorauit ſcripturas in exemplum noſtrum. fo. 18. C. D. fol. 19. col. 3. C. D. fo. 58. col. 1. A. B. col. 2. A. *Ecce ego mitto angelum meum. &c.* Exponitur hæc prophetia cum ingenti vtilitate. a fol. 17. col. 1. A. vſque ad fol. 21. col. 2. B. & perſequentia fol.

Dominica. 3. Aduentus Domini.

MISERVNT Iudæi ab Hieroſolymis, &c. Euang. eſt Ioan. cap. 1. *Elias es tu?* Veritatẽ dixit; non erat Elias in perſona, ſed in ſpiritu. fo. 204. col. 3. A. *Ego uox clamantis in deſerto,* Habes præter rationem propter quam Ioannes dicitur vox, ſatis vtilem annotationem, cum in Malachia ad Ioannem fiat ſermo domini, vt paret viam eius, & in Eſaia nobis præcipitur.

ciपitur.fol.20.col.2.B.& col.3.C.D.& col.4.habes rationem clamoroſæ vocis cũm ignẽti vtilitate doctrinæ moralis. *Dirigite uiam domini.* Parate. Magnũ conſurgit argumentũ pro diuinitate Meſsiæ Ieſu Chriſti D.N. Cũ parãs viã domini Ioã. verbo & exemplo docebat pœnitentiã:neceſſaria ſiquidẽ eſt peccatori, vt adipſum veniat Deꝰ.fo.18.col.2.B.col.3. C. Pœnitentiaq; demõſtratur quomodo dirigat viã dño, per quã cor hominis fit rectũ, vt veniat & inhabitet in illo Deus.fo.21.col.1.B.col.2.A.B. *In deſerto.* De multiplici vtilitate deſerti habes præclaram reſolutionẽ multiplici etiam hiſtoria refertam.fol.21.col.4.D.fol.22.col.1. A.B. *Cuius ego nõ ſum dignus*, magnificè de Chriſto loquitur:mira docet, humilitatẽ præcipuè, reuerentiam ad Chriſtum & maximè in ſacra cõmunione fol.26.col.2. A.B.C.D. *Fortior me.* Fortitudo Chriſti in multis comprobatur.fol.27.A.B.C.D. *Ipſe eſt, qui poſt me uenturus eſt.* Valde magnificatur Ioannes, qui electus eſt ad teſtimonium Chriſti. Demonſtratur quale fuit eius teſtimonium & apoſtolorum poſt Pentecoſtem & magnificatur Chriſti humilitas & exinanitio, qui factus fuit, cum ſit ſplendor patris, indigens teſtimonio Ioannis: adducitur eleganter hiſtoria Samuelis & Saulis. fo.17.A.B.C.D.

Dominica.4.Aduentus Domini.

ANNO *quinto decimo. &c.* Euang. eſt Lucæ cap.3. *Prædicans baptiſmum pœnitentiæ.* Et hæc prædicanda eſt ſæpenumero ad populum, & præcipuè ſub his feſtiuitatibus, vt dignè fructuoſeq; celebrentur. Pœnitentia enim ſatis vtiliter prædicatur cũ nobili promiſsione regni cælorum.fol.22.col.3.D.col.4.C.D.23.A.B.fol.56.col.3.C.D.col.4.C.D.fo.57.col.1. A.B.col.2.A. Docturuſq; pœnitentiam cum Ioanne & Ioele. Lege fol.59.col.3. in fine, & col.4.C.D. *Vox clamantis in deſerto.* Elige aliquot conſiderationes ex Dominica.3.fol.20. col.2.B.col.3.C.D.& perſequentia.

In die Natalis Domini.

EXIIT edictum à Cæſare Auguſto. Euang. eſt. Lucæ.cap.2. *Peperit filium ſuum.* Integritas matris declaratur, cum de ſpiritu ſancto comprobetur conceptus Chriſtus in verbo illo *ſuum* notanda eſt litera.fo.278.col.1.B.2.C. *Reclinauit eum in præſepio.* Via vndiq; vtilis demonſtratur ad conſiderã dum præſepium dñi:& cætera eius humilia fol. 20a. col.1. A. B. Exinatio Chriſti in præſepio demonſtratur, & in clamore angelorum: qui eſt Chriſtꝰ D. & ad imitationem proponitur, fo.17.col.4.C.D. Et propter pullũ ramorum in præſepio reclinatur dñs ſecundũ Athanaſi.fol.247.col.2.B. *Natus eſt uobis hodie Saluator.* Vt Saluator expectabatur Chriſtus & vt redẽptor à ſanctis prophetis & patriarchis. De quo exponitur prophetia Iacob: Salutare tuũ expectabo dñe:& Zachariæ eduxit vinctos tuos. fol.189. col.3. D.col.4.C.D.190.A.B.C.D.191.col.1.A.B. *Qui eſt Chriſtus.* Do. Magnũ argumentum cõſurgit ex hoc loco pro diuinitate Meſsiæ cũ præclara ac morali doctrina.fol.19.col.2. A.B. Et nota quod in verbo ſubſtãtiuo. EST. Traditur hæc propoſitio à B. Luca: vt in illo interpreteris B. Matthæũ, qui vocatur Chriſtus. *Gloria in altiſsimis Deo.* Et in die ramorum turba diſcipulorũ hymnũ iſtũ decãtauerũt.fo.248.col.4.C. *Qui eſt Chriſtus dñs.* Chriſtus diuinũ ſuppoſitum aut perſonã dicit in duabus naturis, diuina, ſcilicet, & humana. Vide condeſcenſionem ſummam domini Dri noſtri: qui cunctis gentibus errãtibus in hac propoſitione, diuinitas & numem eſt in corpore (Cum Deus ſit ſpiritus) ipſam fecit veram, factus homo: vt ſtãte eadẽ ſententia apud homines vera eſſet fides in Chriſtũ.cap.13.fol.283.col.4.C.D.284. A.B. Exhortatio ad caſtitatẽ elegãter ꝓponitur.fo.265.col.2.B.fo.275.col.2.B.col.3.C.

Pro Ioanne Euangeliſta.

DIXIT Ieſus Petro: ſequere me. Euangel. eſt Ioann.cap,21. Iure & B. Stephani ex terna die feſtum celebrauimus, & hodierna ſacrum ſanctũ Euang. colimus, non quidẽ quia horruimus præſepe, aut erubeſcimus in vilibus pannis pueri Ieſu: ſed quia ſacri iſti viri magiſterium habent philoſophiæ cæleſtis: docentes quomodo quo ſpiritu & qua reuerentia infantiam Saluatoris debemus ſuſcipere & infirma eius. Ac ſi apertè Stephanus voce magniloca nos admoneret & diceret: videte quomodo conſiderare debeatis Dei filium, qui in ſtabulo reponitur, & in ſinu ſuo, & ad dexteram maieſtatis ſuæ habet in excelſis & propter vos exinaniuit ipſe ſemetipſũ quã ego video cælis apertis, ſimiliter & Ioan. in principio erat verbũ, &c. *Sequere me.* Immobili animo vſq; ad crucẽ. Sic ſequẽdus eſt dñs Ieſus, vt pueniamus ad regnũ: haud lẽto gradu.fol.131.col.1.A.B. ſequaturq; quocunq; ierit, contẽpta requie temporali:

poralis:fol.131. C. D. nihilque de temporalibus gaudijs quærat, quod eleganter deſcribitur
fol.151.col.4.C.D.fol.152.col.1.A. *Hic eſt diſcipulus ille qui teſtimonium perbibet de his.* Nobili
tas huius teſtimonij & firmitas fortiter comprobatur.fo.73.C.D.& elegẽtur applicatur Ioã
ni dictũ prophetæ Eſaiæ.43. Vos teſtes mei,&c.& hiſtoria Ioſeph. Geneſ.45. in verbo ad
Beniamin: & fol.74.col.3.D.col.4.C.Obſtupendum exemplum habes charitatis Ioannis
ad proximum. *Teſtimoniũ perbibet.* Virginalis caſtitas in Ioanne inuenit ampliſsimam reuela
tionem.fo.114.col.3.C.Aduerſus omnes hæreſes eſt teſtimonium eius vnde congruenter
verbum prophetæ, Ego creaui fabrum ſufflantem in igne prunas & interfectorem eius, &c.
de Ioãne interprætatur.fo.285.col.1.in fine.B.col.2.A.B.

In Epiphania.

CVM NATVS eſſet Ieſus Euang.eſt Matth.cap.2. *In Bethelem Iudæ.* error Iudæo-
rum contra Chriſtum: vnde ortus? fol,151.col.2.B.col.3.C. *Procidentes adorauerunt.* Mul
tiplex ſignificatum cum habeat verbum adorare, proculdubio in nobiliori accipi debet in
præſentiarum Concil.Nicen.2.fol.176.col.2.B.col.3.C.Adoratio ergo in hoc loco religio
eſt, quæ ſoli Deo defertur, deſcribitur elegãter fol.315.col.1.A.B. *Procidentes adorauerũt.* Re
gulã docent in diuina reuerentia obſeruandam in cæremonijs, & habitu exteriori: & ſuper
omnes dominus Ieſus.fol.124.col.1.B.col.2.A.fol.323.col.1.B. *Apertis theſauris.* Pro loco
& tempore diſputaturus de officio regis, & quomodo theſauros habere debet ad bonum ſuæ
reip.& ciuium vtilitates.Lege fol.159.col.4.C.D. fol.160.A.B.C.D. finis theſaurorũ de-
ſcribitur.fol.270.col.3.D.& col.2.B.deſcribitur etiam vnde ruat regnum.

Dominica infra octauam Epiphaniæ.

CVM *factus eſſet Ieſus annorum duodecim.* Euang.eſt Lucæ.cap.2. *Secundum conſuetudinẽ diei
feſti.* Docet ſacra mater obſeruantiam feſtorum, & quæ exercicia in illis collere debea-
mus,fol.64.colum.4.C.D.fol.65.A.B.Caſtigat etiam dominus feſtorum violatores. fol.
257.colum.4.D.288.A.B.Lege fol.309.col.2.B. *Tertia die.* Hic dierum numerus conſecra
tus eſt pœnitentibus ad inueniendum Chriſtum. fol.181.col.1.A.B. *Dolentes quærebamus te.*
Dolor in amore fundatur: qui cum in ſacra matre fuerit maximus, dolor etiam tantus compro
batur, præcipue in cruce. fol. 333. colũ.1. B. C. *Neſcitis quia in iis quæ patris mei ſunt oportet.*
Magnam conſiderationem texit auctor ab hoc verbo *Oportet*, fo.155.C.D.&c. *Erat ſubdi-
tus illis.* Docet parẽtibus exhibendum honorem. fol.170.col 2.A.B.C.D. Ibi deſcribuntur
ferè omnia quæ filij tenentur exhibere parentibus.

In Octaua Epiphanię.

Totũ. euã gelium. VIdit *Ioannes Ieſum uenientem ad ſe & ait.* Euang.eſt Ioan.cap,1. Vniuerſam hiſtoriam Euã
gelij diei huius habes à fol.28.pag.2.A.vſq; ad fol.35.pag.2.B. De mirabilibus quę dñs
oſtendit in Iordane, vſq; ad baptiſma Chriſti diſputatur.fo.24.col.4.D.fo.25.col.1.A.B.

Dominica.2.poſt Epiphaniam.

NVPTIAE *factæ ſunt Canæ in Galileæ.* Euangel.eſt Ioan.cap.2. *Vocatus eſt & Ieſus:* Ele
gantiſsimè coniunguntur figura & figuratum: nuptiæ & Chriſtus. Iã ad coniugatos fiat
ſermo longior: & omnia quæ eorum ſtatui conueniunt, demonſtrantur adductis hiſtorijs ſa-
cræ ſcripturæ & gentium, à fol.97.col.2. B.vſque ad fol.99.col.2.A. *Vocatus eſt Ieſus:* deco
rauit nuptias Ioſeph in Aegypto & Babyloniæ Suſana, & Ioan. Baptiſta, & ſũmopere domi
nus Ieſus præſentia ſua, & ſacratiſsimæ matris.fol.153.col.1.A.B. *Quid mihi & tibi eſt mulier?*
Euidenti ſcriptura demonſtratur mulierem aliquando virginẽ ſignificare. fol. 22. col.2.B.
Nondum uenit hora mea. Dominus Ieſus omnia opera peregit ſecundum tempus prærordinatũ
à patre.fol.58.col.2.B. *Implete hidrias aqua.* Miris modis parauit fidem ſequenti miraculo, ne
calumniari poſſent.fo.113.col.4.C.D.Locus cõmunis pro omnibus miraculis Chriſti.Erat

enim

enim ſacra humanitas,&c.fol.126.col.2.B.Miracula faciebat auctoritatiuè nō ſicut prophetæ exorans ſuffragium. fol. 53. col.1.B. col.2.A .fol.54.col. 4.C.D.fo.55.col.1.A fol.44.A.B.fo.45.co.4.D.fo.46,co.1.A.fo.53.col.1.B. col.2.A. *Aquā uinum factam*,Eleganter traditur ratio quare dominus tam multa fecit miracula,& Ioannes nullū,fol. 142.colū.2 A.B. colum.3.C.

Dominica.3.poſt Epiphaniam.

Totū Euāgelium.

CVM deſcendiſſet Ieſus de monte.&c.Euangel.eſt Matth.cap.8.Habes expoſitionem prioris miraculi,hoc eſt mundationis leproſi apud diuum Marcum:cap.1.à fol.47.col.3.D.vſque in finem capituli. Si placet de Centurione diſputare, quære aliquorum locorum expoſitionem,feria quinta poſt cineres.

Dominica.4. poſt Epiphaniam.

Totū Euāgelium.

ASCENDENTE Ieſu in nauiculā,&c.Euangel. eſt Matthæ. cap.8. Habes illud cum ſua expoſitione apud D.Marcum cap.4.à fol.106.col.2.B.vſque in finem cap. *Tace obmuteſce*.prudentiſsima taciturnitas inter furorem & rabiem inimicorū.fo.330.col.1.B.

Dominica.5.poſt Epiphaniam.

SIMILE eſt regnum cælorum homini qui ſeminauit.&c.Euang.eſt Matth.cap.13.Locus communis ſcribitur pro omnibus Euangelijs,in quibus hæc forma loquendi traditur à Saluatore.*Simile eſt regnum cælorum*:&c.Deſcribūtur.12.rationes ad demonſtrandum nobilitatem regni Eccleſiæ. Vnde ſi diſtribuantur binæ & binæ ad plures contiones deſeruient. Traditur in primis multiplex lex ſignificatio regn.cæl.fol.101.col.4.D.vſque ad.103.col.2.A.*Venit inimicus eius,& ſuper ſeminauit zizania*.Nihil tamen profuerunt contra catholicam fidem:neque Arius:imò clarior facta eſt,& euaginauerunt gladios ſuos.70.viri qui cuſtodiūt lectum Salomonis, &c.fo.194.col.2.B.& quia Eccleſia & fides eius eſt rubus Moyſi. fol.194.col.1.A.in fine.&. B.*Et abijt*. Abijt,vt ei qui ſeminauit aſcribatur tantum malū,& perſuadeat homines haud propitium & beneuolum illis eſſe Deum:quod abinitio fecit aduerſus primos parentes:ſcit Deus,&c.& aduerſus Iob: Ignis Dei de cælo. Cum reuera omnis mali auctor & inuentor ſit ipſe.fol.208.col.1.A.B.col.2.A. *Inimicus eius*. Aduerſus Deum primo & principaliter gerit inimicitias. Contra Deum eſt odium primo,& ſecundo loco aſſumit hominem in inſtrumentum ad diuinam iniuriam, eo vtitur, cum perſuadet peccata.Primo ergo omnium de honore diuino agitur in tentationibus, ſicut ſæpenumero dixi,& aperte Chryſoſtomus homil.47.in Matthæ.Cauſa vero atq; origo vt nos inpugnet ab odio quo in maieſtatem diuinam fertur profecta eſt.Seruus ergo Dei in exordio tētationis accēdatur zelo pro diuino honore,de quo res primo eſt,& cum Dauide dicat: Ipſius bellum eſt.fol.36.col.2.in fine.fol. 37.col.1.A. *Vis imus & colligimus*. Vide fidei feruorem & animi prōptitudinē ad defenſionē eius,ſeruata dilectione animæ propriæ. fol. 121.col.3.D.4.C.D. Cùm certè oporteat ſicut lectio hodierna docet ſuper omnia charitatē habere:quia licet tradat quis corpus ſuum,&c. *Vis imus colligimus*, Maturitas iudicij & præuia deliberatio requiritur in diffinitione omnium cauſarum, ſed maximè in cauſis fidei aduerſus hæreticos. fol.121.col.4.C.Deſideratque hoc iudiciū teſtes oculatos.fol.155.col.4.D.fol.156.col.4.A *Non*,quia verba præſentis temporis haud conueniunt vobis:mea ſunt,ſed futuri,vt iuſtè,& iuridice exequamini, ſcrutantes attentiſsimè, quam ignoratis cauſam. *Ad comburendum*.igne nimirum æterno, quod autem aliqua ſit pœna æterna & iuſta lege homiliam noſtram ſuper Pſalm.50.fol.25.B. C.D.fol.26.A.B.

Dominica.6.poſt Epiphaniam.

Totū Euāgelium.

SIMILE eſt regnum cælorum grano ſinapis.Euangel.eſt.Matthæ.cap.13.Habes expoſitionē eius apud D.Marcum:cap.4.à fol.104.col.1.B.vſque fol.105.col.4.C.

Dominica in Septuageſima.

SIMILE eſt regnũ cælorũ homini patrifamilias, &c. Euãg. eſt Matthæ. cap. 20. Locus cõmunis pro omnibus euangelijs, vbi proponitur ſub parabola doctrina ſcribitur. fol. 90. col. 2. A. B. col. 3. C. & demonſtratur quid ſit parabola, & quãtum decoret ſermonem, & eius vtilitas. *Exijt primo manè.* Vide ſolicitudinem patrisfamilias. Ac ſi res ſuas ageret deſcribitur ſolicitus: cum reuera in omnibus ſiue quæ præcipit, ſiue quæ agit, noſtræ conſulat vtilitati. fol. 91. col. 2. B. fol. 266. col. 1. A. B. *Multi ſunt uocati, pauci uerò electi.* Haud ſequuntur otium ex hac ſententia, qui ſuæ ſalutis ſtudioſi ſunt. Fol. 91. col. 1. B. col. 3. C. fol. 332. C. D.

Dominica in Sexageſima.

Totũ. euãgelium.

CVM turba multa conuenirent, &c. Euangel. eſt. Lucæ cap. 8. Habes illud apud diuum Marcum. cap. 4. à fol. 89. col. 1. A. vſque ad fol. 99. C. D. *Cum turba multa conuenirẽt.* Si ita res acciderit, habes accommodam ſcripturam Ezechielis ad arguendũ, & docẽdum vtiliter. fol. 50. col. 4. D. *Dixit per ſimilitudinem*, parabolicus ſermo vtilis & non arguit metũ in imagiſtro. fo. 161. col. 4. C. D. *Interrogabant quæ eſſet hæc parabola?* Dubiorum interrogationes valde vtiles ſunt. fo. 207. col. 2. B. col. 3. C. fo. 217. col. 3. C. D. fo. 226. col. 4. C. Ibi principũ interrogationes deſcribuntur. D. & qui ſint conſulẽdi in dubijs. col. 4. C. D. *Afferunt fructũ*, quo modo afferant fructũ demonſtratur in Marco cap. 4. fol. 103. col. 2. B. C. D. *In patientia.* Aduerſa ſcilicet humiliter ferẽdo, tentationes fortiter expugnando. fo. 118. col. 2. B. col. 3. C. D.

Dominica in Quinquageſima.

Totũ Euãgelium.

ASSVMPSIT Ieſus duodecim diſcipulos ſuos. Euang. eſt Lucæ cap. 18. Habes illud apud diuum Marcum, primam. p. fol. 236. col. 2. B. fol. 257. col. 3. C. Alteram à fol. 242 col. 2. B. vſque in finem cap. Præter illa, aliquot Loca diffuſe exponuntur. *Filius hominis tradetur.* A patre certè & ipſe ponet animam ſuã. fol. 324. col. 2. B. col. 3. C. D. fol. 320, col. 2. A. B col. 3. C. fol. 190. col. 2. B. *Flagellabitur*, fol. 334. col. 4. C. D. *Conſpuetur.* fol. 331. col. 3. D. fol. 332. A. B. *Crucifigatur.* fol. 340. col. 2. B. *Occident eum.* Ad mundi redemptionem. Intellige ergo quo tẽpore cũ effectu incepit noſtra redemptio. fol. 29. col. 2. A. B. Iam col. 3. C. Sequitur exhortatio ad virtutem ab infantia. Et cõmendat dominus in multiplici inculcatione paſsionis ſuæ quàm vellet noſtram redemptionem. fol. 72. col. 3. C. D. 4. C. D. Et cùm conſideratio crucis auctrix ſit omnis boni, ſæpius de ipſa diſputat. fol. 197. col. 1. B. Et quia eſt ſcientia Dei. fo. 198. A. B. Multum enim fructũ affert conſideratio crucis. fol. 205. col. 4 C. D. fol. 206. A. B. fol. 211. col. 4. D. fol. 212. A. B. col. 3. C. *Fili Dauid.* Meſsias eſt proculdubio: aliter non eſſet titulus magnificus. fol. 177. col. 2. B. Communis locus pro mille locis, *Quæ ſcripta ſunt de filio hominis.* Verbum hoc familiare erat ori Chriſti quod ſumma cum diligentia ſcrutatur & exponitur. fo. 195. col. 4. D. fo. 196. A. B. C. D. fo. 299. col. 2. A. Si placet Sibyllinos verſus de re hac proponere, habes illos. fol. 331. C. & auctoritatem Sibyllarum. fol. 271. col. 2. B. col. 3. C.

Feria quarta Cinerum.

CVM ieiunatis, &c. Euang. eſt Matthæi cap. 7. *Cum ieiunatis.* Ieiunij vis & energia adiunctis ſanctæ ſcripturæ hiſtorijs demonſtratur: & quàm ſalubriter inſtitutum ſit in quadrageſima: & in primis declaratur neceſsitas ieiunij. fol. 35. col. 4, C. D. fol. 36. A. B. C. D. Ibiq; & pauor inſipiens imperfectorum in ieiunio ſcribitur, & dulcedo perfectè ieiunantium. Refectionem vero præparatam ieiunantibus oſtenditur. fol. 37. col. 4. C. D. Et quod honore ſit proſequendum quadrageſimale ieiunium & quotuplex ſit ieiunium demõſtratur. fol. 61. col. 1. A. B. col. 2. A. *Cum ieiunatis.* Iterum declaratur neceſsitas ieiunij. Marci. 9. Vbi dominus dicit: Hoc genus dæmoniorum, &c. fol. 211. col. 2. B. col. 3. C. Ne *uidearis hominibus ieiunans.* Et dominus mundatum à ſe, & ſanatum leproſum, reiecit: ne videretur humanam gloriã quærere. fol. 50. col. 2. Non debemus quærere gloriam propriam. fol. 186. col. 2. A. B.

Super lectionem Ioelis in eadem Fer.

C*Onuertimini ad me in toto corde ueſtro*. Hunc locum ſatis vtiliter prædicabis in hac die. Exponitur. fol. 56. col. 3. C. D. col. 4. C. D. fol. 57. col. 1. A. B. col. 2. A. Et docturus pœnitentiã, ſicut oportet in hoc tẽpore ſuper illud verbũ: ſcindite corda vſa. Lege fo. 59. col. 3. in fine. col. 4. C. D. Et eleganter deſcribitur ordo noſtræ iuſtificationis tum ex parte Dei: tum etiam ex parte noſtra. fol. 210. col. 4. D. fol. 211. col. 1. A. B. *Inter ueſtibulum & altare*. Veri prędicatoris, & integerrimi paſtoris: denique omnium ſacerdotum officiũ deſcribit hic ſanctus Ioel. fol. 161. C. D. In officio miſſæ. *Quæramus locum pœnitentiæ*, & deſiderabitis vnum diem filij hominis. fol. 292. col. 1. A.

Feria quinta poſt Cineres.

CV M *introiſſet* Ieſus in Capharnaum. Euange. eſt Matthęi cap. 8. *Domine puer meus*. Reuerentiam docet Centurio in verbis ad dominũ vniuerſorum, vt inde ſibi creatura cõciliet beniuolentiam, fol. 163. col. 4. D. *Dic uerbo*. Omnipotẽtiam Saluatoris profitetur hic Centurio: cuius conſideratio magnas parit vtilitates. fol. 48. col. 2. B. fol. 157. C. D. Ibi ad principes doctrina ſatis vtilis. fol. 158. col. 1. A. B. *Puer meus iacet paralyticus*. Varię & diuerſis de cauſis Deus optimus maximus infert dolores & infirmitates. fol. 51. col. 2. B colũ. 3. C. D. Et expedit valde ſcire quòd à Deo immittuntur flagella. fo. 257. col. 4. D. fol. 258. col. 1. A. B. *Domine puer meus*. Affectus orationis locũ magnũ habet coram domino: & tunc excitatur in corde, cùm conſideramus periculum animæ noſtræ. fol. 124. col. 2. B. col. 3. A. *Miratus eſt*: Et tu forſan miraberis, quomodo cum Chriſto nihil noui acciderit, miratus fuit. Cum Platone & Auguſtino abſoluitur difficultas cũ ingẽti fructu. fol. 134. col. 4. D. fo. 135. col. 1. A. B.

Feria ſexta poſt Cineres.

AV D I S T I S quia dictum eſt antiquis. Euang. eſt Matthæi cap. 5. & 6. Ego *autem dico uobis*. Tanquam poteſtatẽ habens loquitur dominus nr̃us Ieſus: Exponitur eleganter Marci. 1. fol. 42. pag. 2. A. B. & fol. 68. col. 1. A. B. omnia quæ huic cõſiderationi conueniunt inuenies. Ego *autem dico uobis*. Et cæleſtis pater dixit & præcepit. Ipſum audite: quod exponitur fol. 203. col. 4. D. fol. 204. col. 1. A. Præcepta omnia quomodo conſideranda & hoc ſpecialiter. fol. 104. col. 4. D. *Diligite inimicos ueſtros*. Diligendi quidem ſunt: quia & ſi inimici, proximi tamen ſunt: de qua re habes multas rationes. fol. 165. col. 2. A. B. col. 3. C. fol. 167. col. 3 C. D. *Diligite inimicos ueſtros*. Signũ præ deſtinationis eſt inimicorũ dilectio, quod eleganter demonſtratur in dicto Saulis ad Dauidem. 1. Reg. cap. 24. fol. 235. col. 3. D. Labor huius mãdati ſuauis efficitur in verbo Chriſti: propter me. fol. 282. col. 3. D. col. 4. C. D. fol. 327. col. 4. D. *Eſtote ergo uos perfecti*. Paulatim, imitatione, & participatione, virtutibus procedẽtibus, & aſpirate ad perfectionem, quæ principaliter conſiſtit in charitate. Vel tantum impendite laboris & vigiliarum in colenda hac virtute, quantum detuliſtis crimini & odio inimicorũ. fol. 56. col. 2. A. B. col. 3. C. fol. 115. col. 1. B. col. 2. A. B. *Pater ueſter*. Lege fol. 259. col. 1. B. col. 2. A. B C. D. fol. 260. col. 1. A. Et mirifica argumenta formabis pro dilectione inimicorũ, & aliud elegans conſurgit ex eo quod Chriſtus eſt vitis. &c. fol. 205. col. 2. B. *Sicut* exponitur fo. 276. col. 3. C. D. *Attendite ne iuſtitiam ueſtram*. In exordio noſtræ conuerſionis occultanda eſt virtus, ne aura vanæ gloriæ exæſtuet illam. fol. 57. col. 3. C. D. *Cum facis eleemoſynã*. Præſupponit Saluator futuros eſſe miſericordes filios Eccleſiæ: imitatores facti patris cæleſtis, qui ſolem ſuum, &c. Exercitia Chriſtiani viri deſcribuntur. fol. 161. col. 1. A. B. col. 2. A. Quo autem ſpiritu & deuotione exhibendum ſit opus miſericordiæ in pauperes docet, illud Abraham: fol. 181. col. 3. C. D. fol. 216. col. 3. C. D. Pauperes autẽ quomodo ſint Chriſti imagines declaratur, & in eodem Abraham & Dauide conſecratur forma exhibendæ miſericordiæ, ſed & dilectionis inimicorum in Dauide. fol. 118. A. B. Ego *autem dico uobis*. Communis locus pro materia omnium præceptorum: quorum in obedientia demonſtrat graue malum hominis. cap. 13. fo. 292. col. 3. in fine. C. D.

Sabba-

Sabbatho poſt cineres.

Totũ Euãgelium. CVm ſero eſſet factum. Euangelium eſt Marci cap. 6. Habes illud & ſuam expoſitionem à fol. 161. col. 3. D. vſque ad fol. 165. D.

Dominica prima in Quadrag.

Totũ Euãgelium. DVctus eſt Ieſus à ſpiritu in deſertum, &c. Euangelium eſt Matthæi cap. 4. Habes illud cum ſua expoſitione apud diuum Marcum cap. 1. à fol. 35. col. 3. D. vſque ad fol. 38. col. 1. A. *Si filius Dei es.* In pondere & menſura diſponũtur à domino tentationes, vt ſuſtinere poſſimus. fol. 118. col. 2. B. col. 3. C. D. *Mitte te deorſum.* Hoc in omnibus intẽdit diabolus, vt decipiat. vt noceat, & diſperdat: & Deum minus noſtri amatorem oſtendat. fol. 208. col. 1. A. B. *Vade Sathana.* In hoc verbo ad Petrũ apertius claruit ſtudium domini noſtri ergà noſtram ſalutem. fol. 72. col. 3. C. D. col. 4. C. D. fol. 209. col. 4. C. *Angeli miniſtrabant ei.* Quomodo ſeipſum exinaniuit dominus in exemplum præclariſsimum humilitatis, lege. fol. 33. colum. 4. D. Quomodo ſit obſeruanda Quadrageſi. lege fol. 172. C. D. Quanta obſeruantia ſit digna. fol. 305. col. 4. D.

Feria. 2. poſt. 1. Dom. in Quadrag.

Totũ Euãgelium. CVm venerit filius hominis in maieſtate ſua, &c. Euangelium eſt Matthæi cap. 25. Habes vniuerſam materiam iudicij apud D. Marcũ cap. 13. & cum ſumma diligentia ſcribitur à fol. 280. A. vſq; ad fol. 302. B. Diuide materiam prout in Dominica. 1. aduentus Dñi.

Eeria. 3. poſt. 1. Dom. in quadrag.

Totũ euangelium. CVm intraſſet Ieſus Hieroſolymam, &c. Euangelium eſt Matthæi cap. 21. Habes materiam huius Euangelij apud diuum Marcum cap. 11. à fol 252 col. 4. D. vſque ad fol. 256. col. 2 A. *Eyciebat omnes uẽdẽtes.* Nec ſine ira tantũ opus perfecit. Quomodo autem ira erat in Chriſto ſine turbatione & zelus, lege fol. 66. col. 4. C. D, fol. 67. col. 1. B.

Feria. 4. poſt Dom. 1. Quadrag.

Totũ euangelium. ACceſſerunt ad Ieſum Scribæ & Phariſæi, &c, Euangelium eſt Matthæi cap. 12. Habes illud cum ſua expoſitione apud D. Marcum cap. 8. fol. 182. col. 3. D. 183. A. B. C. D. *Ecce pluſquam Ionas hic.* Qui prædico diuinæ vltionis iram vt Ionas: & repromitto per pœnitentiam veniam, quod Ionas non fecit. Vnde ſi ex alijs non comprobaretur dominus Ieſus pluſquam Ionas, ex hoc apertè demonſtratur quòd præter iram prædicat indulgẽtiã. Doce ergo tu pœnitentiam in die hac. fol. 181. col. 1. A. B. col. 2. A. fol. 207. col. 2. A. B. C. D. *Ecce mater tua, & fratres tui.* fol. 84. col. 4. C. D. Lege cum ſumma attẽtione ab illo, fol. vſque in finẽ cap. *Fratres tui.* Conſanguinei. fol. 133. col. 3. C. D.

Feria. 5. poſt. 1. Dom. Quadrag.

Totũ euangelium. SEceſsit Ieſus in partes Tyri Sydonis. Euang. eſt Mat. cap. 15. Habes illud cum ſua expoſitione apud D. Marc. cap. 7. fo. 175. col 3. D. & deinceps. Præter illa. & diffuſè exponuntur alia loca. *Dimitte eam, quia clamat poſt nos.* Officiũ eorũ qui regibus ſunt chari & priuati, deſcribitur, fol. 45. col. 2. A. & incipit à fine columnæ primæ. *Domine adiuua me.* Comes orationis ſit ſibi affectus & intenta ſupplicatio, vt exaudiatur à dño, fo. 124. co. 2. B. Et ille affectus tunc excitabitur in corde tuo, cũ conſyderaueris ꝙ certè eſt anima tua in extremis per peccatum, à fo. eod. col. 2. B. col. 3. A. Quod in multa perſeuerantia & humilitate pro noſtra anima rogare debemus, eſt quod Iairus rogabat pro filia. fol. 124. col. 3. D. col. 4. C. *Domine adiuua me.* Non vnius generis eſt oratio: pro liberatione à malis quæ patimur offertur, vt auertat illa à nobis dominus: ſed prudentiſsima eſt oratio, quæ ante tentationem offertur, vt ab illa liberemur, vel vt victoriam reportemus. fol. 164. col. 3. C. D. col. 4. C. D.

Feria.6.poſt.I.Dom.in Quadrag.

ERat dies feſtus Iudæorum & aſcendit Ieſus Hieroſolymam. Euange. eſt Ioann.capit.5. *Aſcendit Ieſus Hieroſolymam.* Certè ad celebrãdum feſtum. Docet in primis obſeruantiam feſtorum,& quæ exercitia in illis colere debeamus.fol.64.col.4.C.D.fol.65.A.B.Et certè in verborum pondere prædicandã eſt multoties feſtorum obſeruantia. *Erat autem ibi quidam homo triginta & octo annos habens in infirm.* Vide clementiam domini:caſtigauit hominem hunc,vt ſpiritus ſaluus fieret:variè & multis de cauſis Deus Optimus Max.infert dolores.fo.51.col.2.B.co.3.C.D. *Surge,tolle grabatũ tuũ & ambula.* Non tibi opus eſt angelus aut miniſter qui deferat te ad aquã:Neq; Elias aut Eliſæus in orationibus & deprecationibus multis inuenientes ſuffragium:adeſt hic tibi qui auctoritatiuè operatur quæcunque vult. Vide omnipotentiam.fol.53.col.1.B.col.2.A.fol.54.col.4.C.D.fol.55.colũ.1.A.fol 44.A.B.fol.45.col.4.D.fol.46.col.1.A.fol.53.col.1.B.col.2.A. *Iam amplius noli peccare.* Secundum animã & corpus curauit.fol.66.colum.3.C. Nota valde. Sine pœnitentia ſunt dona Dei:vnde ex natura ſua gratia & iuſtificatio eſt perpetua.fo.110.col.1.B.col.2.A.B. *Sabbathum eſt:non licet tibi tollere grabatum tuum.* Ecce zelum diuini honoris,& charitatis fraternæ inſigne. Neſciebãt quod dñs legis tollere grabatum imperaſſet,qui zelus & iuſtos prælatos comedere debet, ſed & reipub.principes pro obſeruantia feſtorum.fol.253.colũ.1.B.colũ.2.A.B. Caſtigat dominus in eis de bonis temporalibus violatores feſtorum.fol.257.col.4.D.fol.258.colum.1.A.B.

Sabbatho poſt primam Dom.in Quadrag.

Totũ euangelium. ASſumpſit Ieſus Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem eius.Euangelium eſt Matthæi cap.17.Habes illud cum ſua expoſitione apud Marcum cap.9.à fol.201.A.vſque ad fol.204.A.B.

Dominica ſecunda in Quadrag.

Totũ euangelium. ASſumpſit Ieſus Petrum & Iacobum,&c.Habes illud vbi ſupra.Sabbatho ſuperiori.Diſpone materiam illius ſcripturæ pro vtroq; ſermone acceptis illis quæ cap.1.ſcribuntur ſuper verbum illud.Hic eſt filius meus dilectus.fol 32.vſque.34 D.

Feria tertia poſt Dom.ſecundam in Quadrag.

Totũ.euãgelium. SVper cathedram Moyſi.Euangelium eſt Matthæi cap,23. *Super cathedram Moyſi.* Moyſes & prophetæ cæteri cum ingenti obuoluantur obſcuritate,& ſenſus eorum cum profundꝰ ſit,neceſſaria tunc fuit doctrina magiſtrorum.& nunc ſimiliter,& Eccleſiæ,fol.295.col.1.B.col.2.A.B.col.3.C.D. In præfatione huius operis hæc eadem res eleganter demonſtratur & neceſsitas conſcribendi ſacram ſcripturã,fol.10pag.2. *Omnia quecunq; dixerint uobis facite.* Demonſtrat honorabiles eſſe miniſtros Eccleſiæ,etiã ſi obſcura ſit eorum vita.fol.30.col.2.A.B. *Magnificant fimbrias.* Omnia quæ dici debent de fimbrijs habes,fol.75.col.3.D.col.4.C.& cætera quæ in Euang.ſequũtur. *Cauete a ſcribis,* vſque in finem habes cap.12.apud Marcum.fol.278.col.3.D.4.C.D. Si placet diſputare de ambitione in hoc Euangelio, accipe aliquot conſiderationes ex.4.fer.Dom.2.in Quadrag.vnus ad dexteram,&c.

Feria.4.poſt Dom,2.in Quadrag.

Totũ euangelium. AScendens Ieſus Hieroſolymam,&c.Euangeliũ eſt Matthæi cap.16. Habes illud apud diuum Marcum cap.10.à fol.237.B.vſque ad fol.241.D.Habes quaſdam ſpeciales concluſiones in Dominica Quinquageſima. *Tradetur*, quomodo Chriſti mors fuerit à patre & ipſe obtulit,exponitur eleganter cap.14.fol.319.col.2.B.col.3.C.fo.320.col.1.A. *Tertia die*

reſurge-

reſurget. Ecce rubum quem viderat Moyſes igne a radicibus correptum, nec combuſtum. fol. 267. colum. 4. C.D. Si placet diſputare quomodo facta ſit redemptio, Thema paſsionis illud demonſtrat. fol. 303. C. &c. *Adorans*. Multiplex ſignificatum habet ſecundùm Synodum Nicenam. fol. 176. col. 2. B. col. 3. C. *Petens aliquid ab eo*. Carnales patres valde ſoliciti ſunt de honore & de ſalute corporali filiorum, cum certe qui filios ſuos diligunt ſpiritualiter ſpiritali eorum intendant ſaluti & inuigilent. folio. 123. colum. 4. D. fol. 124. colū. 1. A. *Ad dexteram & ſiniſtram*. Ecce ambitionis ſcopum: huc tēdit, vt omnibus præponatur. Omnia quæ de ambitione deſiderantur habes. fol. 213. A.B.C.D. fol. 214. A.B. col. 3. C.

Feria quinta poſt Dom. ſecundá in Quadrag.

HOmo quidam erat diues, qui induebatur purpura & byſſo. Lucæ. 16. *Diues*. Auarus certe erga proximū & crudelis contra miſerum. Intra arcē auaritiæ omnia vitia tutiſsima conſiſtunt. fol. 170. col. 4. D. in fine. fol. 171. col. 1. A. *Epulabatur ſplendide & induebatur byſſo & purpura*, fallacia diuitiarum & laqueus, variæq; tentationes demonſtrātur, fol. 96. C.D. *Epulabatur ſplendide*. Nec vocabat ad menſam pauperē, qui ipſum haud reinuitare poterat. fo. 144. C. D. fol. 145. col. 1. A.B. Nec ſuſpiciebat in cælū in gratiarū actionē. fol. 157. col. 1. B.C.D. Aut mortis habebat memoriā: quod ſuo nos docuit Chriſtus exēplo, fo. 308. co. 2. B. fo. 203. co. 1. A. *Vlceribus plenus*. Variè & diuerſis de cauſis Deus Opt. M. infert dolores & infirmitates, fo. 51. col. 2. B C.D. *Nemo illi dabat*. Propter quod adhuc in infirmitate peccatorum diues auarus permanebat: curatur enim auarus extendens manum ſuam pauperi. fo. 168. col. 3. C. *Crucior in hac flamma*. Quam dignæ ſint pœnæ damnatorum, vel ex magno illo principio quod Deus Optim. Max. neque per potentiam abſolutam poteſt diſpenſare in præceptis iuris naturalis, comprobatur. fol. 64. C.D. Quod autem aliqua ſit pœna æterna & iuſta demōſtratur firmiſsimè hom. noſtra. 3. ſuper pſalm. 50. fol. 25. & 26. *Crucior in hac flamma*. De conditione & qualitatibus ignis infernalis diſputatur, fol. 220. colum. 3. D. col. 4 C.D. *Fili recordare*. Filius appellatur, qui addictus erat ſupplicijs æternis: quanto magis ſine ira iudex reum hominem debet iudicare? fol. 67. colū. 3. C.D. & inquirere veritatem? fol. 77. col. 4. C. Concluſio huius Euang. Ego oſtendam vobis, quem timeatis, &c. exponitur eleganter in Themate paſsionis domini. fol.

Feria ſexta poſt Dom. ſecundá in Quadrag.

Totū Euāgelium.

HOmo quidam erat paterfamilias, &c. Euāgelium eſt Matthæi cap. 21. Habes illud apud diuum Marcum cap. 12. à fol. 261. col. 3. C. vſque 268. C. *Vt acciperet fructus eius*. Cùm reuera res noſtras agat in omnibus, nec intendat ſe augere. fol. 91. col. 1. B. col. 2. A.B. col. 3. C. *Miſit filium ſuum*. Iuſtificat ſuum iudicium. fol. 89. col. 3. A.B. *Timuerunt turbas*, elegāter exponitur cap. 11. Marci. Timebant enim eum. fol. 256. col. 2. A.B.

Sabbatho poſt ſecundá Dom. in quadrag.

HOmo quidam habuit duos filios. Euangelium eſt Lucæ capti. 15. *Da mihi partem*. Deus neminē perdit, homo ſibi ipſi malum culpæ infert. fol. 251. col. 4. C. D. fol. 252. col. 1. A. *Congregatis omnibus*: ac ſi nunquam reuerſurus eſſet fugit à domo patris ſui, id eſt, ſanctam dñi, legē deſerit. fo. 95. col. 4. D. fol. 96. col. 1. A.B. col. 2. A. *Abijt in regionē longinquam*. In hoc demonſtratur quod peccator longe ſit à Deo, qualiter hoc contingat declaratur fol. 20. col. 4. D. fol. 21. col. 1. A. *In regionem longinquam*. Propter multa peccata dicitur abijſſe in regionē longinquam. De longe ergo venit, cùm cōuerſus fuit ſed certe qui de longe veniunt magnā habent repromiſsionem à domino. fol. 187. col. 1. B. col. 2. A. *Viuendo luxurioſè*. Graue malū illi fuit, & nō vulgare auxiliū ſpūs S. infirmitas hæc requirit. fol. 45. col. 2. B.C.D. *Viuendo luxurioſè*. Fornicatio demōſtratur, vt ſit peccatū mortale, & quantū polluat animā: & remediū eius. fo. 174. co. 1. B. co. 2. A.B. co. 3. C. Et vñ reſidere debeat amor caſtitatis. fo. 275. col. 2. B.

YY 2 col. 3. C.

col.3.C.*Paſcere porcos*.Cõueniẽter quidẽ porcorũ paſtor inſtituitur luxurioſus,vt in illis ſeipſum agnoſcat.fol.119.col.2.A B.col.3.C.fol.172.col.2 A.B.*In ſe reuerſus dixit*. Ferè omnia quæ ab hoc loco ſequuntur, diſtribuntur.fol.120. col.4.C.D.fol.121.col.1.A. B. col.2.A. Mirabilis Dei virtus,qui hunc hominem conuertit: cùm iam ex conſuetudine peccandi,difficile valde eſſet.fol.145.col.2.A.B.*Peccaui coram te* dicit, qui abijt in regionem longinquã docens quòd omnia opera noſtra ſtant ſub oculis domini,fol.269. col.2.B.

Dominica tertia in Quadrageſima.

Totũ Euãgelium. ERat Ieſus eijciens dæmonium & illud erat mutum. Euangelium eſt Lucæ capit.11.Habes illud cum ſua expoſitione apud diuum Marcum cap.3.à fol.79.B.vſque ad fol.84. col.1.A.B.præter illa nota .*Eijciens dæmonium*.Procax valde eſt diabolus contra nos & infeſtiſsimus hominis,fol.113.col.1.A.B multaque ab ipſo patiuntur peccatores.ibi.B.col.2.A. B.De pœna dæmoniorum agitur,fol.113.col.4.C.D.fol.114.A.B.ſi placet reſolutoriè docere cuncta quæ ad dæmones ſpectant, lege fol. 115. colũ.3. C. D. fol.116.A.B.C.D.*Eijciẽs dæmon*.Paſsim inueniebantur dæmoniaci ante mundi redemptionẽ.Rationem reddit beatiſſimus Petrus.fol.72.col.1.B.col. 2.A. *In Beelzebub eijcit dæmonia*. Scribarum blaſphemia vel à diabolo conuincitur,fol.113.col.3.D. *Fortior illo*.Fortitudo Chriſti demonſtratur cum ſatis vtili doctrina morali,fol.26.col.4.D. fol.27. A.B. C.D.*Beati qui audiunt*.Exponitur,fol.26.col.4.D.fol.27.A.B.C.D.fol.90.col.1.A.B.fol.90.col.3.C.D.col.4.C fol.93.col.3.C. fol.95.col.2.B.fol.101.col.3.C.fol.203. col.1.A.

Feria ſecunda poſt tertiã Dom.in Quadrag.

Totũ Euãgelium. QVanta audiuimus facta in Capharnaum. Euangelium eſt Lucæ cap.4.Habes illud cum ſua expoſitione apud Diuum Marcum.cap. 4.à fol.131. col.4. D. vſque ad fol.155. col.2.A.

Feria quarta poſt tertiã Dom.in Quadrag.

Totũ euangelium. ACceſſerunt ad Ieſum ab Hieroſolymis.Euangelium eſt Matthæi cap.15.Habes illud cũ ſua expoſitione apud diuum Marcum cap.7.à fol. 166.A.vſque ad fol.175.colũ.1.A.B. Præter hæc nota.*Quare diſcipuli tui*.fol.57.col.3.D.col.4. C.D.*Honora patrem tuum*.fol. 122. col.4.C.*Falſa teſtimonia*:magiſter eſt diabolus. fol.57.col.4 C.D.*Blaſphemiæ*.fol.83.A.B.C. D.*Sinite illos* Quaſi dicat inutiles facti ſunt ad omne opus bonum reprobi,quod demonſtratur in cinctorio lineo apud Hierem.fo.268.col.1.A.B.col.2.A.B.ibi de cuſtodia angelorũ

Feria quinta poſt tertiã Dom.in Quadrag.

Totũ euangelium. SVrgens Ieſus de Synagoga.Euãgelium eſt Lucæ cap.4.Habes illud cum ſua expoſitione apud diuum Marcum cap.1.à fol.44.col.4.D.vſque ad fol.46.col.3.C.*Quia & alijs ciuitatibus oportet me euangelizare*. In expoſitione præſentis ſententiæ adduc illud beati Lucæ cap.4.Marci.1.Quoniam impletum eſt tempus,& appropinquauit regnum Dei:pœnitemini & credite Euãgelio.Hoc fuit thema prædicationis Saluatoris:in quo multa reſplendent ſatis ſubtilia,nec minus vtilia.fol.38.col.3.D.& col.4.C.D.fol.39.A.B.

Feria ſexta poſt tertiã Dominicam in Quadrag.

VENIT Ieſus in ciuitatem.Euangelium eſt Ioan.cap.4.*Fatigatus ex itinere ſedebat ſic ſupra fontem*.Multa ſcitu neceſſaria nos docent labores domini Ieſu.fol.178.col.1.B.col. 2.A.*Omnis qui biberit ex hac aqua*. Sitiet quidem: & laborabit fodiens ciſternas diſſipatas.fol. 95.col.4.D.fol.96.A.B.*Nos adoramus quod ſcimus*:ſi placet diſputare de ſtultitia gẽtiũ & dijs eorum,lege fol.273.&c.& condeſcenſionem mirabilem Dei in myſterio incarnationis qua

factum

ſactum eſt vt gentes quæ errabant in numine, iam adorent quod ſciunt, lege fol. 283. col. 4. C.D. fol. 284. A.B. *Scimus quia Meßias uenit.* Habes prudentiſsimã reſponſionẽ Samaritanæ ad Chriſtum: Vnde in ſæculis ſuperuenientibus magnam ſapientiam docuit Eccleſiam pro fidei conſeruatione. fol. 19. col. 3. D. Et audiens nouas voces prudens mulier conuolauit ad Meſsiam: vt doceat examinare nouas voces in eccleſia. fol. 44. col. 3. C.D. *Scimus quia Meßias uenit.* Habes regulam obſeruatione omni digniſsimam, quam in dubijs ac difficilibus quæſtionibus debes obſeruare & confirmata fuit deinde in Apoſtolis. fol. 204. col. 4. D. fol. 205. col. 1. A. *Scimus quia Meßias uenit.* Cum nouam doctrinam doceret Saluator, in Meſsiæ magiſterium reſignat aſſenſum Samaritana. fol. 19. col. 3. D. Ego *ſum, qui loquor tecum.* Vide quàm facile & aperte ſe confidit iuſtis, & econtra dificile valde calumniatoribus. fol. 330. col. 2. B. col. 3. C. *Venite & uidete, &c.* fol. 44. col. 4.

Sabbatho poſt. 3. Dom. in Quadrag.

PERREXIT Ieſus in montem Oliueti. Euangelium eſt Ioan. cap. 8. *In adulterio deprehenſam.* Adulteriũ multorũ malorũ radix eſt, & adulteri hoſtes humani generis: & graue crimen habitũ etiã apud gentes. fol. 173. col. 4. C.D. fol. 174. A.B. col. 3. C. Lege in indice verbum Adulterium. *Neque ego te condemnabo.* Vide clementiam Saluatoris & manſuetudinem in arguendo peccatores. fo. 256. col. 3. C.D.

Dominica. 4. in Quadrag.

Totũ Euãgelium. ABIIT Ieſus trans mare Tyberiadis. &c. Euangelium eſt. Ioan. cap. 6. Habes illud cum ſua expoſitione apud diuum Marcum cap. 6. à fol. 153. col. 4. D. vſque ad fol. 159. C.D. Præter illa, *Quia uidebant ſigna quæ faciebat.* Cum verò abſcondit maieſtatis ſuæ radios, etiam diſcipuli relicto eo fugerunt. fol. 120. col. 3. C.D. *Fugit in montem ipſe ſolus.* Multa docet Saluator in fuga hac fol. 120. A.B. Fugit honorem regium qui pondus immẽſum habet, fol. 270. col. 1. in fine. B. col. 2. A.B. col. 3. C.D. Cætera prout in Epiphania.

Feria. 2. poſt. 4. Dom. in Quadrag.

Totũ euãgelium. PROPE erat Paſcha Iudæorum. Euangelium eſt Ioan. cap. 2. Habes illud cum ſua expoſitione apud diuum Marcum cap. 11. à fol. 252. col. 4. D. vſq; ad fol. 256. col. 2. A.

Feria. 4. poſt. 4. Dom. in Quadrag.

PRæteriens Ieſus vidit hominem cæcum à natiuitate. Euangelium eſt Ioan. cap. 9. *Cæcum à natiuitate.* Satis vtiliter cum illo actum eſt: ſiquidem in eo iam parabatur Chriſti glorificatio, & magnum argumentum fidei: fol. 119. in fine. fol. 120. col. 1. A. *Neq; hic peccauit neque parẽtes eius.* Habes duo loca præcipua quæ huic cõſiderationi conueniũt: alterũ fo. 51. col. 2. B.C.D. alterum fol. 118. A.B. *Fecit lutum ex ſputo.* Mirabilis quidem curatio cæci iſtius, & illius certè qui Marci cap. 8. deſcribitur, in cuius oculos ſputum ſuum immiſit dominus. Ex illo loco multa huic adducci poſſunt. fol. 185. col. 3. C.D. L*iniuit ſuper oculos eius.* Vide omnipotentiam Saluatoris: in luto illuminat cæcũ. fol. 327. col. 2. B. C. Magnas vtilitates generat conſideratio omnipotentiæ Dei. fol. 157. col. 4. C.D. fol. 327. colum. 2. B. ibi ad Principes doctrina ſatis vtilis. fo. 158. col. 1. A.B. *Credis in filium* Dei: Suaue præceptum fidei: ſiquidem huic homini mirabiliter comprobatum in magno miraculo: & deinde ſub Apoſtolis. fol. 76. A.B. libera oſtenditur fides. & eleganter cõprobatur. fol. 208, col. 2. B.C.D. *Ipſe eſt.* Facile ſe credit pijs dominus, & humiliter dona ſuſcipiunt, fol. 330. col. 2. in fine. col. 3. C.

Feria. 5. poſt. 4, Dom. in Quadrag,

IBAT *Ieſus in ciuitatem, quæ uocatur* Nain. Euangelium eſt Lucæ cap. 7. *Ecce defunctus efferebatur* Conſidera obſecro quot & quàm præclara ſint noſtræ ſalutis ſpiritualis auxilia, pro

 tempo-

tempore mortis corporalis: vbi de æterna ſaluatione, aut perditione res agitur, & negotium: nec ſic antiquus populus magnificatus eſt. fol. 140. col. 4 D. 141. A. B. col. 3. C. *Efferebatur defunctus.* Mortis conſiderationem docet dominus Ieſus in media fœlicitate. fol. 203. col. 1. A. *Miſericordia motus ſuper illam.* Quomodo Deus ſit miſericors exponitur eleganter. fol. 154. col. 2. B. col. 3. C. D. Et docet nos Saluator eſſe miſericordes, adducto in exemplar patre ſuo, & ſeipſum hodie exhibet. fol. 161. col. 1. A. B. col. 2. A. Quo autem ſpiritu & deuotione ſit exhibendum opus miſericordiæ in calamitoſos homines docet illud Abraham. fol. 181. col. 3. C. D. fol. 216. colum. 3. C. D. & Dauid idipſum docet. fol. 118. A. B. *Miſericordia motus ſuper illam.* Lege fol. 58. col. 2. &. 3. B. C. D. Et inuenies gratũ valde eſſe ſacrificiũ Deo miſericordiã, &c. *Tibi dico ſurge.* Vide omnipotentiam Saluatoris, & tu aſsiduè illam recogita. fol. 157. col. 4. C. D. *Propheta magnus.* quomodo dominus Ieſus fuit propheta demonſtratur, fol. 280. col. 1. B. col. 2 A.

Feria. 6. Poſt. 4. Dominicã.

ERAT quidam languens Lazarus. Euangel. Ioann. cap. 11. *Languens.* Communem locũ habes pro materia omnium infirmitatum, vel diuinæ flagellationis. fol. 51. col. 2. B. col. 3 C. D. *Lazarus amicus noſter dormit.* Eleganter exponitur hic locus. fol. 128. col. 4. C. D. *Quaſi ſtadijs quindecim.* Demonſtratur quantum diſtabat Bethania ab Hieruſalem. fol. 245. col. 3. D. *Multi autem ex Iudæis. &c.* Si placet diſputare de operibus miſericordiæ in ſuperiori feria, ſecunda & tertia annotatione hæc materia abſoluitur. *Nonne dixi tibi?* Longè à Chriſtianis deſperatio diuini auxilij. & comprimenda eſt tentatio in fide, fol. 128. col. 1. B. *Reſurrectio.* fol. 315. col. 1. A. col. 2. A. B. *Ego ſum reſurrectio, & uita.* Omnium bonorum genitrix conſideratio reſurrectionis aſsidua & omnium malorum parens ignoratio illius, aut obliuio. fol. 272. col. 1. B. col. 2. A. B. col. 3. C. Animæ immortalitas, fol. 271. col. A. & corporum qualis ſit futura reſurrectio demonſtratur. fol. 271. col. 4. C. D. *Reſurrectio.* Niſi enim reſurrectio eſſet anima non eſſet perfectè beata propter appetitum quem habet ad corpus etiam videns nunc Deum. fol. 272. col. 1 A. B. Reſurrectio cõprobatur ex mandato magno dilectionis Dei fol. 275. col. 4. D. fol. 276. col. 1. A. & de ea fit ſermo nõ vulgaris. fol. 296. A B. col. 3. C. *Eleuatis oculis ſurſum* Magnas ſignificationes rei huius docet Irenæus, fol. 156. col. 4 D. fol. 157. col. 1. A. *Pater gratias ago tibi.* Miſticæ ſunt rationes propter quas dominus publicè orauit. fol. 73. col. 1. B. col. 2. A. & Chriſtus & Eccleſia quare ad patrem dirigit ſermonem. fol. 304. col. 1. A. *Vt credant quia tu me miſiſti* Agnoſce tempus gratiæ in Chriſto Moyſes elegit mittere viuos in infernũ ſeditioſos, illos homines. Chriſtus verò vocauit mortuos ab inferis & ſuſcitabat illos. fol. 257. col. 1, B col. 2. A B. *Lazare ueni foras.* Vide auctoritatis imperium, vide omnipotentiæ inſigne mirificum. fol. 129. col. 4. D. nõ ſicut prophetæ exorat ſuffragium. fol. 53. col. 4. D. fol. 54. col. 4. C. D. fol. 55. col. 1. A. *Et ſtatim prodijt.* Acta Chriſti acta tẽpus ſuæ mortis clariora & ſublimiora, ad propagandam fidem. fol. 247. col. 3. D. col. 4. C. fol. 248. col. 1. A. Pro fine ſermonis exhortatio ad præparationem mortis. Cum non ſit qui reuocet iterum ad communem vitam. fol. 251. col. 2. B. fol. 257. col. 1. A.

Dominica Paſsionis.

QVIS ex *uobis arguet me de peccato?* Euang. eſt Ioan. cap. 9. *Quis ex uobis arguet me de peccato?* Elegantiſsime demonſtratur cum Origene Chriſtum nullum habuiſſe peccatum, neq; habere potuiſſe. fo. 132. col. 1. in fine. B. col. 2, A. B. col. 3. C. D. *Quare non creditis mihi?* Meritò arguuntur, cum fides ſit voluntaria: & nolle credere veritati agnitæ, & eidem aſſentiri crimen ſit, fol. 208. col. 2. B. C. D. Moyſes vtiliter ſatis docuit eos fidẽ. fol. 273. col. 2. B. C. col. 3. C. *Qui ex Deo eſt uerba Dei audit.* Effectus eſt prædeſtinationis auditio verbi Dei & obedientia, fol. 93 col. 3. B. C. D. *Audit.* cum attentione & timore. fol. 90. col. 3, C. D. col. 4. C. *Audit* qui ex Deo eſt, qui ex electione eſt, & ad diuinam prædeſtinationem pertinet accingiturq; ad opera mandatorum. Sigillum prædeſtinatorum. fol. 91. col. 1. A. B. *Propterea uos nõ auditis, quia ex Deo non eſtis.* Non ſit vltima reſolutio non audire verbum Dei, quia neque effectus reprobationis eſt. Longe enim diſtant effectus prædeſtinationis, & reprobationis. fol, 93. C. D. 94. A. B. C. D. *Nonne benedicimus nos, &c.* Mirabilis ſanctitas Saluatoris, quam

neque

ad horam, nequam lingua phariſæorum obſcurauit. fol. 89. col. 3. C. D. *Abraham pater veſter, & c.* omnia quæ huic conſiderationi debentur, exponuntur ad longum in Themate paſsionis. fol. 304. col. 3. D. & perſequenti ac deinceps cap. 35. ſuper verbum illud plectentes coronam, & in verbo baiulans crucem. fol. 334. col. 4. C. D. fol. 335. col. 3. C. D. Exponitur ſatis vtiliter ignis & gladius Abrahæ. fol. 336. col. 4. D. fol. 337. col. 1. A. *Tulerunt lapides.* Inexcuſabiles fuerunt Iudæi in perſecutione Chriſti. fol. 79. col. 3. D. col. 4. C. *Abſcondit ſe.* Docuit fugam in perſecutionibus & ira inimicorum, & eam honorauit aduerſus iniquos homines, qui niſi vindictã quærant, obſcuri habentur, fol. 120. col. 1. A. B. col. 2. A. & cap. 1. & 3. *Abſcondit ſe.* Non erat hoc mortis genus, quod ſubire diſpoſuit dñs pro noſtra redemptione: ideo aliquando fugit, aliquando ſe abſcondit: neq; per hæc retrorſum abijt, ſicut exponitur eleganter, cap. 54. fol. 319. col. 4. D. fol. 320. col. 1. A.

Feria. 4. poſt Dominic. paſsionis.

FACTA ſunt Encœnia Hieroſolimis. &c. Euãg. eſt Ioannis cap. 10. *Facta ſunt encœnia.* Si placet diſputare de honore & reuerentia. quæ ſacris templis debetur: lege fol. 253. col. 4. C. D. fo. 254. A. B. C. D. fo. 255. A. B. col. 3. C. D. *Facta ſunt encœnia.* Dies encœniorũ celebrãdus à Chriſtianis ſpũaliter, demõſtratur fol. 544. col. 2. A. B. col. 3. C. D. *Si tu es Chriſtus dic nobis palam.* Videte calũniatores ſtultiſsimos: cum apertè dixit. Ego ſum in conſilio eorũ, blaſphemiæ reũ iudicarunt & conuitia multa ei intulerũt. fol. 330. C. col. 2. B. 3. C. *Sed vos nõ creditis quia.* Locus accommodus valde ad diſputandum de prædeſtinatione & reprobatione: abſoluitur hæc materia à fol. 99. col. 3. D. vſq; ad fol. 94. D. *Oues meæ vocem meam audiunt:* ibi exponitur. *Et ſequuntur me.* Sicut Eliſæus, fol. 531. col. 1. A. B. Eleganterq; hæc ſequella demonſtratur in Gedæon in ſuis militibus. fo. 199. A. B. non peribunt in æternum. Nemo rapi & lege fol. 352. C. D. *Ego & pater vnum ſumus.* Conſubſtãtialitas filij & patris firmiſsimis argumẽtis ex B. Gregor. Athanaſio & Auguſt. deſumptis, demonſtratur. fol. 32. col. 4. C. D. fol. 33. col. 1. A. B. & cum B. Hierony. Nihil calumniæ habere, Ariũ ex verbo Dixit dominus dño meo. fol. 277. in fine. D. fol. 278. col. 1. A. *Quem pater ſanctificauit.* Præter illa quæ ſuperius diximus primo notabili Domi. paſsio. Lege fol. 34. col. 1. A B. col. 2. A. *Multa bona opera oſtendi vobis à P. M.* Præter animi ingratitudinem quam docet, taxat eorum malitiam. fol. 49. col. 2. vſque in finem cap. *Quia ego in patre, & pater in me eſt,* in Themathe paſsionis. fol. 303. col. 4. C. D.

Feria. 5. poſt Dominic. Paſsionis.

ROGABAT Ieſum quidã Phariſęus. Euag. eſt Lucæ. cap. 7. *In ciuitate peccatrix.* Immũda quidẽ ex multis peccatis: nec ſe ferre iã poterat. De immũditia ergo peccati diſputabis, fol. 173. col. 1. A. B. col. 2. C. *Vt cognouit,* id eſt: ſtatimq; agnouit vbi accũberet medicus, ſuæ ſalutis quæſiuit antidotum. fol. 30. col. 1. B. col. 2. A. Nõ ergo differẽda ſalus animæ. fol. 576. col. 1. A. *Vt cognouit.* Quantum decoret animum prompta obedientia, cũ ſtatim accingitur ad opus, lege fol. 41. col. 1. A. B. Magna gr̃a inuenitur in obedientia ſanctarũ inſpirationum fol. 45. col. 2. A. fol. 52. col. 3. C. *Stans retro.* Vide pœnitentis animi humilitatem cordis & corporis. fol. 120. col. 4. C. D. fol. 521. col. 1. A. B. col. 2. A. *Stans retro.* Humilitas hoſtiaria palatij cæleſtis eſt. fol. 125. col. 2. A. B. *Ait intra ſe.* Et dominus qui quidẽ cognouit cordis eius ſecretum. Quomodo autem hoc ſit ſolius Dei, exponitur. fo. 52. colum 3. in fine. colum. 4. C. *Simon habeo tibi aliquid dicere.* Cum intenderet arguere hunc Phariſæũ. parabola vtitur aduerſus eum: alibi aperto Marte inſurrexit contra eos etiam ſi corde reuoluerent blaſphemiam. fol. 53. col. 4. C. D. & parabolicus ſermo non arguit me tum doctoris. fol. 261. col. 4. in fine. *Remittũtur tibi peccata tua.* Sũmis votis hoc deſiderabat dñs Ieſus: vnde ſpes refũditur peccatoribus. fol. 53. col. 3. C. D. *Dimittũtur tibi peccata tua,* & magnũ hoc bonũ accepit à Chriſto qđ certificata fuit de remiſsione peccatorũ, quod citra reuelationẽ ſciri non poteſt. & quos latet ꝓpria iuſtificatio, magnũ bonũ inuenire poſsũt. fo. 125. co. 4. D. fo, 526. col. 1. A. B. col. 2. A. *Quoniã dilexit multũ.* In magna hac cõmẽdatione valde neceſſaria eſt humilitas. fo. 523. col. 1. A. B. *Vade in pace.* Iã ſequitur luctus diabolo, quia ſeruus Dei liberatur à dura ipſius ſeruitute. Scribitur elegãter, fo. 117. col. 1. B. col. 2. A. B. *Fides tua te ſaluã fecit.* Initiatiue, cõſummatiuè charitas de qua valde cõmendatur. fo. 54. col. 1. A. B. *Vade in pace.* Humilitas huius mulie-

ris demonſtratur & pax conſcientiæ.fol.120.col.4.C.D.fo.221.col.1.A B.col.2.A. Si placet magnifica de hac peccatrice dicere, lege quæ deſcribuntur pro feria.2. Hebdomadæ ſanctæ à fol.307.A. fol.308.col.3.C. *Vade in pace*.fol.210.col.2.B.col.3.C.

Dominica in Ramis palmarum.

Totũ Euãgelium.

CVM appropinquaſſet Ieſus Hieroſolymis. Euange.eſt Matthæ.cap.21. Habes illud cũ ſua expoſitione apud Diuum Marcum.cap.11.à fol.245.ad fol.249.D.

Feria.2.poſt Dominicam Palmarum.

Totũ Euãgelium.

ANTE ſex dies Paſchæ venit Ieſus Bethaniam. Euangel.eſt Ioannis cap.12. Habes illud cum ſua expoſitione apud D.Marcum,cap.14.à fol.307.A.308.C. *In uniuerſo mundo*. exponitur eleganter.fol Ferè vniuerſa lectio Eſaiæ,quæ in miſſa legitur exponitur cap.14.Marci:fol.331.col.4.D.& 332.A.B.

Feria.5.in cœna Domini.

ANTE diem feſtum Paſchæ.Euang: eſt Ioan.cap.13. *Paſchæ*.quam celebrabant in gratiarum actionem & memoriam exitus Iſrael de Aegypto. fol.306.colũ.1.A.B.Nota quod nõ licebat extra Hieruſalem immolare agnũ,fol.310.col.4.D.Nota quoties ante Hieroſolymã fecerũt Phaſe.fol.311.col.1.A. *Sciẽs Ieſus quia uenit hora eius*. Ab æterno prærordinatã & electa.fol.325.col.1.A.B. *Vt tranſeat ex hoc*. Voluntariè ponẽs animam ſuã & traditus quidem à patre.fol.320.col.2.A.B.3.C.fol.290.col.2.B.Et ingruẽte tranſitu & hora eius, retrorſum nõ abijt.fol.319.col.4.D.fol.320.A.B. *Dilexit eos*. Amore nimirum amicitiæ.fol.319.col.4.A.Vnde magnifica dona exhibuit ſuis: Seipſum in ſacramẽto, in cruce ad redemptionem.Magnifica.fol.88.col.3.C.D.col.4.C.fol.91.col.2.A.B.col.3.C.Hæc omnia congruũt etiam verbi illo.*Exiuit à Deo*.Iam ſequitur vt hodie de cœna ſacratiſſima agã, cum præcipuum inſigne dilectionis ſuæ fuerit. Habes omnia quæ ad illam pertinent à fol.309.col.4.D.vſque ad.319.A.B.Si placet diſputare de nobilitate cœnaculi pro ratione Euchariſtiæ.fol.309.col.4.D.310.A.B. *In finem dilexit eos*. Eleganter exponitur in verbo illo: Hoc eſt corpus meum,fol.318.D. *Dilexit in finem*. Quia non ſolum ſub ratione ſacramenti ſuum corpus Eccleſiæ conceſſit in perpetuum & per ſingulos dies,ſed quia illud inſtituit ſub ratione ſacrificij,fol.317.col.1.A.Euchariſtia enim arx eſt Eccleſiæ. *Et cœna facta*. Cum omnibus cæremonijs quæ in lege demandatæ erant, quæ omnes elegantiſſimè exponuntur fol.310.col.2.B.C.D.fol.311.A.B. *Cum iam diabolus miſiſſet in cor Iudæ*. Quis fuerit Iudas & quo modo non obſcurauerit gloriam Euangelij & fratrũ ſuorum,& quàm habeat timere homo in eius conſideratione: Lege fol.77.col.3.C.fol.78.A.B.C.D. fol.325.col.4.D.in fine.fo.326.col.1.A.Pro fine Mandati conuerte ſermonem ad virginem cum Heli ſummo ſacerdote.fol.325.col.2.B.col.3.C.

Paſsio Domini noſtri Ieſu Chriſti ſecundum Marcum.

Totũ Euãgelium.

A CAP.14.vſque ad cap.15. Vniuerſa hiſtoria ſacratiſsimæ paſsionis deſcribitur.

Sabbatho ſancto.

AB eo loco Centurionis: Verè hic homo filius Dei erat,vſque ad hiſtoriã deſcenſus Chriſti ad inferos prædicabitur,fol.344.col.1.B.col.2.A.B.fo.345.col.3.&.4.D.fol.346.A.B.C.D.

Sacratiſsima Reſurrectio Domini.

Totũ Euãgelium.

MARIA Magdalene, & Maria Iacobi.Euang.eſt Marci cap.16.à fo.347.vſq.350.C. *Ite dicite diſcipulis, &c.* Mulieres iſtæ generale aut cõmune habuerunt mandatum, Maria vero Magdalene ſpeciale: *Dic fratribus meis*.Fol.85.C.D.

Dominica

Dominica ſecunda poſt Paſcha.

EGO ſum paſtor bonus. Euangelium eſt Ioannis, cap. 10. *Paſtor* ouium, ſcilicet, propter fœcunditatem: & agnorum propter innocentiam. fol. 28. col. 4. C. *Paſtor bonus*. Quia docet oues ſibi commiſſas: & in quibus verbis eas habet ducere demonſtratur. fol. 184. C. D. Curam habet bonus paſtor ouium quæ errauerũt, & earum quæ pingues ſunt. fol. 186. col. 3. D. 187. col. 2. A. col. 3. C. D. *Ego ſum paſtor bonus*. Eleganter exponitur officium boni paſtoris in verbo illo Marci: Circunſpectis omnibus. fol. 250. col. 2. B. col. 5. C. D. *Bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus ſuis*, & negotiat dum venit dominus ſuus, ſicut demandatum eſt illi. fol. 55. col. 1. B. col. 2. A. Vt autem ſpem bonam concipiat populus de Epiſcopo ſuo, ille certè eſt eligendus, qui diu cum domino fuit, qui diligit ipſum. fol. 74. col. 1. B. col. 2. A. B. C. D. Sed & cibos concedit ouibus: quum abundat auro & argento. Debet enim illos ſuis ouibus. fol. 158. col. 2. B. C. D. Nec ſibi supereſt tempus ad manducandum præ doctrinæ deſiderio: ſicut neque Chriſto aliquando & ſuis diſcipulis. fol. 152. col. 3. D. in exemplo eius accinguntur ſubditi ad ardua virtutum. fol. 321. col. 4. in fine.

Dominica quinta poſt paſcha.

SI quid petieritis patrem in nomine meo. Euang. eſt Ioan. cap. 16. Magnum locum habent apud Deum ſanctorum orationes, quod ſcripturis & exemplis cum beato Athanaſio demonſtratur. fol. 52. A. B. Lege à fol. 258. colu. 1. B. vſque in finem cap. *Petite & accipietis*. Oratione humili petite & perſeueranti. fol. 48. col. 1. A. *Accipietis*. Argumentum colligitur ab indigniſsimo ad dignum, vel minus indignũ, vt ſpem in oratione habeamus. 119. col. 3. C. *Si quid petieritis*. Affectuoſè aſtrictus in oratione magnum locum habet apud Deum: demonſtraturque via qua accenditur in corde. 124. col. 2. B. col. 3. C. Oratio ſanctorum qui ſunt in cælo & terra valde vtiles pro peccatoribus. 185. col. 2. B. *Si quid petieritis*. Saluator docuit quid agere debeamus, cùm ab eo aliquod donum per orationem rogamus. fol. 259. A. B. C. D. Locus exauditionis templum domini, tempus, cùm miſſa celebratur. 254. col. 5. D. 255. col. 3. D. col. 4. C. D.

De Rogationibus.

In Aſcenſione Domini.

Totũ euãgelium.

REcumbentibus diſcipulis, &c. Euangelium eſt Marci, cap. 16. Habes illud cum ſua expoſitione à fol. 352. D. vſque in finem cap. Præter illa. *Prædicate euangelium*. Et exultabitis in fide gentium & deuotione. 47. col. 2. A. B. Et ipſæ gẽtes exultabundæ in noua luce diem feſtum agent domino, ſicut olim Iudæi ſub Heſter. 100. col. 2. B. 3. C. *Qui crediderit, &c.* Nõ dum verbum proponite, ſed in multis miraculis confirmate, vt ſuauitas præcepti fidei reueletur. fo. 76. A. B. *Baptizantes eos*. Vide quomodo magnifica euangelij myſteria ſignificata fuerũt ſub patribus, antequàm exhibita. 24. col. 4. D. 27. A. B. vt differentiam baptiſmi Ioannis & Chriſti intelligas, lege fol. 31. B. C. D. *Baptizantes*. Cum cæremonijs à me vobis demonſtratis, & deinde ab ſpiritu ſancto per manus veſtras inſtituendis. fol. 179. A. B. *Aſcendit in cælum*. Vſque ad horam hanc ſequuti ſunt diſcipuli magiſtrum permanentes cum illo in tentationibus ſuis, vnde hæredes facti ſunt ſpiritus ſancti, in die Penthecoſtes. fol. 131. C. D. *Domino meo*. fol. 277. col. 4. D. 278. col. 1. A.

Dominica infra octauam Aſcenſionis.

CVM venerit paraclytus, &c. Euangelium eſt Ioannis, cap. 15. Valde magnificantur apoſtoli in ſublimi hoc officio, & demonſtratur quale fuit eorũ teſtimonium poſt Penthecoſten, & Chriſti humilitas. fol. 17. A. B. C. D. *Teſtimonium perhibebitis*, Quia ab initio mecum fuiſtis, ac proinde digniſsimi fide: conſtantiamque veſtram admirabuntur omnes. fol. 284. col. 4. D. 290. col. 2. B. Apoſtoli ancillæ Chriſti. fol. 156. col. 3. D. col. 4. C. *Interficiat nos*: Nec ſic marceſcet robur teſtimonij veſtri de me. Sed confirmabitur & eccleſia. fol. 194. col. 2. B. fol. 75. col. 3. C. D.

In feſto corporis Chriſti.

CAro mea verè eſt cibus.Euang.eſt Ioan. cap. 6 Nobile exordium fiet huic ſermoni propoſita viſione Ezechielis & expoſitione eius,fol.312.col.3.c.co.4.c.d.313.a.b.*Caro mea* In hoc verbo *Mea* demonſtratur dignitas huius ſacramenti,quia certe caro filij Dei ibi datur & docet nos reuerentiam & timorem erga ipſum,ſicut Ioan.Baptiſt.illud demonſtrat.fol.26 col.3.C.D.col.4.C.Et mulier ſanguinaria ſimiliter.71.col,1.B.col.2.A. & ipſa mulier remedium demonſtrat his,qui indignè contrectarunt corpus domini,fol.127.col.3.C.*Caro mea uere*. Verè exponitur eleganter,fol.313.col.2.A.B.*Cibus*.quomodo.314.C.4.D.*Cibus*. Poſt poenitentiam communio altaris ſatis vtiliter deſcribitur. fol.130.col.2.A.*Caro mea uerè eſt cibus*. Cuſtodia firma opus eſt ad tantum myſterium.250.co.2.B.col.3.C.D.*Caro mea*.Probet ergo ſeipſum homo cum ad ſacroſanctum altare accedit. 250. col.3.D.4.C. ¶Fiat hac die ſermo ad principes.fol.315.col.1.B.2.A.B. *Caro mea uerè eſt cibus*. & certè ſacrificium altiſsimum,fol.253.col.4.D.254.col.1.A.& ſacerdotes ſacrificantes munditia pollere debẽt. 250 col.3.D.col.4.C.309.C.3.C.& arx eccleſiæ eſt hoc ſacramentum.316.col.4. D. *Qui manducat meam carnem*, Sub ſpecie quidem panis, vide quomodo domat ſuperbiam noſtram: ſub his creaturis abſcondit noſtræ ſalutis antidotum.fol.134.col.2.A.B.*Et bibit meum ſanguinem*. Ecce memoriale ſacroſanct.paſsio.domini,quam in hoc myſterio recolimus,& vberes fructus inde capimus.fol.197.col.1.B.205.col.4.C.D.206.A,B.col. 1. C. *Non ſicut manducauerunt. &c.* Sublimior cibus hic eſt,quam manna illud quia hic præſtat vitam æternam:ſed in hoc ſimilis, quia in vtroq; memoriale diuinorum operum inuenitur,quod in magnam vtilitatem cedit credentium.fol.158.col.4.C.D.159.col.1.A.Omniaq; huic ſacramento conueniunt:ſcribũtur à fol.310.col. 3.D.vſque ad fol.318 D.

Dominica decima poſt Penthecoſten.

DIxit Ieſus ad quoſdam qui in ſe confidebant tanquam iuſti. Euangel. eſt Lucæ capit. 18. *Tanquam iuſti* Non eſt vnde de ſua iuſtitia præſumat homo cum miſerentis Dei ſit eius bonum.fol.176.col.4.D.*Vt orarent*. Locus exauditionis templum eſt: & humilitas initium firmum.fol.177.col.1.A.*Ieiuno bis in ſabbatho*. Vanè ſe iactat aduerſus publicanum: ſicut & diſcipuli Ioãnis & Phariſæi aduerſus apoſt.fol.60.col. 1.in fine.col.2.A.B.3.C.Nemo ſe extollat propter chariſmata.fol. *Non audebat neq; oculos*. & ſic pulſabat oſtium cæleſtis palatii,& ianua aperta eſt ei,fol.125.col.2.A.B.*Percutiebat pectus ſuum*. De poenitentia ergo diſputabit prædicator hac die.fol.22.col.3.D.col.4.C.D.23.A.B.fol.59.colu.3.in fine.colum.4.C.D. *Percutiebat*. Neceſsitas & vtilitas & fructus pænitentiæ,fol.139.col.2.B.C.D.140.colum.1.C. *Deſcendit hic iuſtificatus*. Iã luctus diabolo ſequitur,quia liberatur de manu eius ſeruus Dei,fol. 117.col.1.B.col,2.A.*Omnis qui ſe exaltat*. Exponitur fol.62.col.1.A.co,2.A.B.Ratio aſsiduę humiliationis demonſtratur,fol.121.col.1.B.col.2.A.B. *Humiliabitur*, Demoſtratur eleganter in Pharaone,in Goliath,& Nabuchodonoſor, 210.col.4.C.D.

Dominica decima tertia poſt Penthecoſt.

DVm iret Ieſus in Hieruſalem.Euang.eſt Lucæ cap. 12. *Oſtendite uos ſacerdotibus*. Honorẽ docet deferendum ſacerdotibus:& non vulgaris erat,quem lex detulit eis in ſuſtentatione eorum,fol.170.col. .B. *Non eſt inuentus*.Magnitudinem ingenitatis grati animi in his verbis demõſtratur,& quod oporteat gratos nos eſſe beneficijs,fol.49.B.C.D.fol.50.col.1 A.B In gratitudinem & gratiarum actionem inducit nos exacta cognitio & memoria quam habet Deus de impenſis nobis beneficiis,fol.126.col.3.in fine.D.col.4.C.D.lege à fol.47.col.3.D. vſque in finem capit.

Dominica decima quarta poſt penthecoſt.

NEmo poteſt duobus dominis ſeruire,Euang.eſt Matth.cap.6. *Nolite ſoliciti eſſe*: Peregrini enim eſtis,& patriam cæleſtem inquiritis. Tranſite ergo ſicut dicebant filij Iſrael regi Edon,fol.151.col.4.C.D.152,col.1.A.*Nonne anima plus eſt quã eſca?* fol.51.col. 2. A. ſub cura & prouidentia altiſsimi demonſtratur eſſe qui regnum Dei in primis quærit, fo.157.col,4.D 158.A.B.*Querite ergo primum regnum* Dei.Spiritualis vir primo loco reponit hanc doctrinam, carnalis vero vltimo.fol.184.col.2.A.B.

Dominica decima quinta poſt Penthecoſt.

IBat Ieſus in ciuitatem quæ vocatur Nain, Euang. eſt Lucæ cap. 7. Omnia prout feria. 5. poſt dominicam quartam in quadrageſima.

Dominica decima ſeptima poſt Penthecoſt.

Totũ Euãgelium. ACceſſerunt ad Ieſum Phariſæi. &c. Euang. eſt Matthæ. cap. Habes illud cum ſua expoſitione, cap. 12. à fol. 272. col. 3. D. vſque ad fol. 278. col. 2. B.

Dominica. 18. poſt Pent.

ASCENDENS Ieſus nauiculam. Euange. eſt Matthæi Cap. 9. Habes illud cum ſua expoſitione apud diuum Marcum cap. 1. à fol. 50. col. 3. vſque ad fol. 55.

Feria. 4. quatuor temporum.

RESPONDENS vnus de turba. Euangel. eſt Marci cap. 9. à fol. 206. col. 2. B. vſque 211. col. 1. A.

Feria. 6. quatuor temporum.

ROGABAT Ieſum quidam Pha. prout in feria. 5. Dominicæ paſsionis.

Dominica. 19. poſt Pent.

LOQVEBATVR Ieſus Principibus Sacerdotum. Euang. eſt Matthæi cap. 22. *Fecit nuptias filio ſuo*. Cum aſſumpſit humanam naturam: quam immenſis monilibus ornauit. Vnctus quippe fuit plenitudine ſpiritus ſancti Chriſt. fo. 132. col. 1. in fine. B. colũn. 2. A. B. col. 3. C. D. *Nuptias*. Lege fol. 61. col. 2. B. col. 3. C. D. & magnas cõſiderationes inuenies ſpõſo & ſponſæ, & filijs nuptiarum congruẽtes. *Miſit ſeruos ſuos*. Quia omniũ ſitiebat ſalutem & omnibus eam impertiri deſiderabat: ipſe venit & vocauit primo filios Iſrael: deinde gẽtes & venerunt & ſuſceperunt fidem cum gratiarum actione. In quo cõprobatur prophetiæ altitudo. fol. 18. col. 4. C. *Illi autem neglexerunt*, & præter crimen magnum, amiſerunt diuitias multas, quæ latent in vocatione Dei, fol. 41. col. 2. A. B. *Amice quomodo huc intraſti?* Conuictus peccator ſicut Latro in furto comprehenſus, conuincitur. fol. 66. col. 2. B. fol. 127. colũ. 1. B. col. 2. A. B. fo. 292. col. 1. B. col. 2. A. B. *Miſsis exercitibus*, à fol. 288. A. B. C. D. vſq; fol. 290. col. 2. A.

Dominica. 22. poſt Pent.

Totũ Euãgelium. ABEVNTES Phariſæi, conſilium inierunt, &c. Euangel. eſt Matthæ. cap. 22. Habes illud cum ſua expoſitione apud diuum Marcum cap. 12. à fol. 268. col. 4. D. vſque ad fol. 270. col. 4. D. lege aduerſus adulationem. fol. 146. col. 1. A. B. col. 2. A.

Dominica. 23. poſt Pent.

Totũ Euãgelium. LOQVENTE Ieſu ad turbas ecce Princeps vnus acceſsit. Euang. eſt Matthæ. cap. 9. Habes illud cum ſua expoſitione apud diuum Marcum cap. 5. à fol. 124. col. 1. A. vſque in finem cap.

Dominica. 24. poſt Pent.

Totũ Euãgelium. CVM videritis abominationem deſolationis; quæ dicta eſt à Daniele. Euangel. eſt Matthæi cap. 24. Habes illud cum ſua expoſitione apud diuum Marcum, cap. 13. à fol. 287. col. 1. B. vſque ad fol. 302.

Proprium Sanctorum.

IANVARIVS.

18 Cathedra ſancti Petri.

Totũ Euãgelium. VENIT Ieſus in partes Cæſareæ. Euangelium eſt Matthæ. cap. 16. Habes illud cum ſua expoſitione apud diuum Marcum cap. 8. à fol. 186. col. 2. in fine, vſq; ad fo. 195. col. 2. B

25 Conuerſio Sancti Pauli.

Totũ Euãgelium. ECCE nos reliquimus. Euangelium eſt Matthæi cap. 19. Habes illud cum ſua expoſitione apud diuum Marcum cap. 10. à fol. 233. col. 3. D. vſque ad fol. 236. col. 2. A. Quid me

uis facere?fol.55.col.4.C.D.fol.56.A.B.Amor Pauli ad omnes homines. fol.180.col. 4.D. Quid me vis facere?& quid tibi vis faciam Chriſti ad cæcum,certāt.fo.244.col.2.A.B.Paulus.fol.248.col.1.B.col.2.A.B.

FEBRVARIVS.

2 Purificatio Virginis.

POSTQVAM impleti ſunt dies purgationis Mariæ.Euangelium eſt Lucæ cap.2.*Secundū legem Moyſi*.Cui haud erat obnoxia.quia de ſpiritu ſancto Dei filium concepit:quod eleganter demonſtratur in verbo illo,peperit filium ſuū.fol.278.col.1.B.col.2.C.& in tunica inconſutili. fol.331.colum.1.A. *Sanctum domino uocabitur*. Quod propriſsime Chriſto conuenit:dicente angelo ad Virginem,quod naſcetut ex te ſanctum: de ſanctitate & vnctione Chriſti: lege fol.132.col.2.A.B.col.3.C.D.V*t ſiſterent eum domino.*Nimirum in templo ſicut demā datum erat.Iam cōpletur prophetia Malachiæ,quæ in lectione miſſæ legitur.Statim veniet ad templum ſuum.In quibus verbis dininitas Meſsię firmiſsimè demonſtratur,ſiquidem templum ſuum eſſe dicitur,quod ſoli Deo vero conſecratum erat,fo.18.A.B.Gloria eius cōprobatur maior cum alio propheta. fol.189.col.1.C. *Salutare tuum*. Illum certè quem Iacob moriens aſpiciebat & à longe ſalutabat:in quo ſuæ ſalutis ſpem reponebat.In quo & Deum eſſe Meſsiam & peccati redemptorem iam docebat.fol.189.col.3.D. col.4.C.D.fol.190.A.B.C.D.fol.191.col.3.C.*Et tuā ipſius animam pertranſibit*.Dolor in amore fundatur, vtrūq; comprobatur maximus in virgine.fol.333.col.2.A.

5 Agatha virgo & martyr.

Totū Euāgelium.

ACceſſerūt ad Ieſum Phariſæi. Euangelium eſt Matthæi cap.19.Habes illud cum ſua expoſitione apud D.Marcum cap.10.à fol.222.in fine.D.vſque.225.col.4.D.*Qui poteſt capere capiat*.Propter ſtatus ſublimitatē ſub conſilio relinquitur virginitas.fol.99.col.2.A.B.C.D.Omnia quæ ſtatui virgininum conueniunt deſcribuntur.fol.92.col.3.C.D.

24 Sancti Matthiæ.

COnfiteor tibi pater.Euangeliū eſt Matthæi cap.11.*Abſcondiſti à ſapientibus*.Abſcondiſti myſteria fidei,& mei nominis inuocationem à ſapientibus: cum phyſicam demonſtrationem quærant,contra rationem formalem fidei:quæ eorum eſt quæ non videntur: nec argumentis apparēt,fol.59.col.2.A. Et adhuc demonſtratur qui ſint iſti ſapientes & paruuli. fol.40.col.2.A.B.& ibi elegāter ſcribitur quomodo à Chriſto humilitatem diſcere debeamus.*Abſcondiſti à ſapiētibus*. à Iudæis ſicut exponit Petrus,fol.70.C.D.& prædictum erat in prophetis: in quo excellentia prophetiæ comprobatur.fol.18.col.4.C.R*euelaſti ea paruulis*. Mirabilis eſt doctrina quæ à Clemente Alexandrino de hoc nomine paruulus ſcribitur.fo.215.A.B.C.D.V*enite ad me*.Vocat nō indigens aliquo noſtrū,& aliquādo ſuadet à ſe emere fo.59.co.2.B.col.3.C.*Diſcite à me*:humilitatē:quia mitis ſum & humilis corde. Ab exordio magiſter eſt excellētiſsimę huius viæ,vſq; ad crucē.fo.17.C.D.fo.30.col.1.A. Adhuc inter magnas virtutes docet conſeruare humilitatem. fol.20.col.3.C.D.fol.29.col.3.D.col.4 C.D.fol.160.col.4.C.D.

MARTIVS.

25 Annunciatio Virginis.

MISSVS eſt angelus Gabriel.Euangelium Lucæ cap.1.*Ecce concipies in utero & paries filium*,ſit exordium nobiliſsimum huius ſermonis viſio Ezechielis de torrēte qui tranſuadari non poterat,cum ſua expoſitione,quæ habetur,fol.312.col.3.col.4.C.D. *Paries filium*. ad cuius imaginem conditus fuit homo & ipſum venit reformare.Conſideratio eſt B. Athanaſij.fol.216.col.4.D.fo.217.col 1.A. *Regnabit in domo Iacob in æternum*,Id eſt, in eccleſia, quæ domus eſt Iacob ſpiritualis.fol.249.col.2.B. *Concipies filium*. Chriſtum certe,qui diuinam perſonam in duabus naturis diuina ſ.& humana ſignificat. In quo ſacratiſsimo myſterio ſummam condeſcenſionem domini ad homines recognoſce,quippe cum vniuerſæ per orbem gentes in hac propoſitione errarent,diuinitas & numen eſt in corpore,ipſam propoſitionem veram fecit:vt ſtans eadem ſententia apud homines vera eſſet in fide in Chriſtum

Deum

Deum & hominem. fol. 283. colum. 4. C. D. fol. 284. A. B. *Quomodo fiet iſtud.* Ex hoc colligitur virginem habuiſſe votum caſtitatis. fol. 99. col. 4. C. D. *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te.* Cũ omnibus ſuis dotibus eſſentialibus, &c, cum Athanaſio. fol. 88. col. 2. A B. Superueniet in te & ſuper prolem à te cõcipiendam: vtrunq; implebit: ſed aliter & aliter: te vt matrem Dei, illũ, ſecundum humanitatem, vt filium Dei, fol. 132. col. 1. B. col. 3. C. *Obumbrabit tibi.* Ad vtrunq; refertur vmbra ſimiliter & ad matrem & ad filiũ. fol. 327. col. 1. A. fo. 201. col. 4. D. fol. 202. col. 1. A. *Ecce ancilla domini.* Ex obedientia facta eſt ſacra virgo mater Dei in quo ſummam Dei voluntatem perfecit, propter quod & beatior fuit. fol. 87. col. 1. B. vſque in finem cap. exceptis quæ de Aſſumptione in fine dicuntur.

APRILIS.

25 Marcus Euangeliſta.

Totũ euangelium. DEſignauit dominus & alios ſeptuaginta duos. Euangelium eſt Lucæ cap. 10. Habes ferè omnia apud diuum Marcum cap. 6. à fol. 137. col. 2. A. vſque ad fol. 141. col. 2. D. Et in titulo huius euangelij de beatiſsimo Marco multa traduntur.

MAIVS.

6 Ioannes ante portam Latinam.

Totũ euangelium. ACceſsit ad Ieſum mater filiorum Zebedæi. Euãgelium eſt Matthæi cap. 20. Habes illud cum ſua expoſitione cap. 10. à fol. 237. B. vſque ad fol. 241. D.

7. Apparitio ſancti Michaelis.

Totũ euangelium. ACceſſerũt diſcipuli ad Ieſum. Euangelium eſt Matthæi cap. 18. Habes illud cum ſua expoſitione apud diuum Marcum cap. 9. à fol. 212. col. 4. C. vſque in finem cap. *Si oculus tuus ſcandalizat te.* Etiam Petrum proijce abs te: vel à ſententia ſua illũ. fol. 72. C. D. Lege fol. 89. col. 4. D. fol. 117. col. 2. B. col. 3. C. D. *Angeli eorum.* Materia angelorum reſolutoriè ſcribitur fol. 115. C. D. fol. 116. A. B. C. D.

IVNIVS.

25 NAtiuitas Beati Ioannis Baptiſtæ. Lege verbum, Ioannes Baptiſta, & elige aliquot loca pro hac feſtiuitate.

29 Feſtum Apoſtolorum Petri & Pauli.

VEnit Ieſus in partes Cæſareæ Philippi. Euangelium eſt Matthæi cap. 16. Habes illud cũ ſua expoſitione apud diuum Marcum, cap. 8. à fol. 186. col. 2. vſque ad fol. 195. colũ. 2. B. Lege verbum Petrus in indice, & Paulus.

IVLIVS.

6 Octaua Apoſtolorum.

Totũ euangelium. IVſſit Ieſus, &c. Euangelium eſt Matthæi cap. 14. Habes illud cum ſua expoſitione apud diuum Marcum cap. 7. à fol. 159. col. 1. B. vſque ad fol. 165. col. 1. B.

22 Maria Magdalena.

ROgabat Ieſum quidam Phariſæus. Euangelium eſt Lucæ cap. 7. Habes multas & graues annotationes feria quinta Dominicæ paſsionis, & in feria ſecunda hebdomadæ ſanctæ

Magnifica de ſanctiſsima Magdalena ſcribuntur a fol.307.col.1.B. vſq; ad fol.308.col.2.A.

25 Sanctus Iacobus.

Totū Euā gelium. ACceſsit ad Ieſum mater filiorum Zebedæi. Euangel. eſt Matthæ. cap.20. Habes illud cum ſua expoſitione apud D.Marcum,cap.10.a fol.237.B.vſque.241.D.

AVGVSTVS.

6 Transfiguratio Domini.

Totū Euā gelium. ASSumpſit Ieſus Petrum, & Iacobum,& Ioannem. Euangelium eſt Matthæi cap.17. Habes illud cum ſua expoſitione apud diuum Marcum cap.9.à fol.201.A.vſq;.204.B.

10 Laurentius martyr.

NISI granum frumenti cadens in terram.Euangelium eſt Ioannis cap.12.*Qui odit animã ſuam*.fol. 243.col.2.B.3.C.Mirificum exemplum proponit apoſtolus in Chriſto tanquam clariſsimum exemplar in quod aſpiciamus ad perficiendum arduum hoc opus.fol.33. col.4.D.Mūdus vero ſeruata fide Chriſti,animam ſuam amat.121.col.3.C.D.*Me ſequatur*. Quocunque iero contempta requie temporali;quod eleganter exponitur in Eliſeo & Elia, fol.131.col.1.A.B.*Sequatur*: non lento gradu ſed expedite & accinctus.fol.131.A.B.De ſequella Chriſti etiam ſi iuſtus eum non videat,habes grauem doctrinam.fol.153.col.1.B.col. 2.A.B.*Sequatur me*.fo.176.col.3.C.D.Quod ſi receſſerit,multa mala apprehendēt illum.fo. 161.col.4.C.D.Neque deerunt labores,ſed ſatis vtiles erunt.fol.162.colū.1.A.B.col.3.C. *Qui amat animam ſuam*.fol.243.col.2.B.col.3.C. Vaccæ quæ lactabant vitulos ſuos.fol.248. col.2.B.*Honorificabit eum pater meus*.Qui Deo miniſtrat & filium eius clarificat,honoratur à patre ſicut in Mardocheo apparet etiam ſæuiente diabolo & lugente.fol.117.col.1.B.col. 2.A.B.fol.210.col.2.B.col.3.C. Et reges terreni (pro loco & auditorio ſequentia dicatur), qui per Deum regnant,ſimiles debent honorare,quia pro rep.certant vſque ad ſanguinē:non eos qui eis ſunt à delitijs.fol.146.col.2.B.C.D.Nota valde hunc locum,lege fol.275.col.1. A.B.

15 Aſſumptio Virginis Mariæ.

INtrauit Ieſus in quoddam caſtellum.Euangelium eſt Lucæ cap.10.*Intrauit*;haud petita licentia & venia à ſeniori domina domus: ipſæ tamen exceperunt illum multa cum reuerētia & humanitate:& magna obſequia impenderunt. Ingreſſurus tamen regium & puriſsimū caſtellum ventris virginalis,Fiat virginis, poſtulauit in ore Gabrielis:& quouſque,Fiat,dicit virgo,haud ingreditur. Propter hoc procuIdubio vt ſummæ rei materiam ad obedientiam virgini præſtaret,& in re maxima faceret voluntatem patris:& deinde fœlicior & fœliciſsima comprobetur:& quæ futura mox erat mater ſecūdum carnem,prius ſit mater fide & obedientia.Iam firmum fundamētum proponebat domin⁹ coronæ & triumpho virginis, quod hodie celebratur, cum offerebat in altiſsimis rebus,id eſt, in incarnatione & morte Chriſti, ſummam materiam obedientiæ & faciendi voluntatem patris:& nulli hominum aut angelorum conceſſum fuit circa illas,exercitium & obedientia,niſi ſoli excellentiſsimæ virgini.Iã ſequitur corona,triumphus, & regium diadema Dei matri:quæ decantabat regius propheta cum dicebat:Aſtitit regina à dexteris tuis.Palm.44.Habes hæc omnia & facili negotio diſpones ea,à fol.87.co.1.B.vſque in finem cap.

24 Bartholomeus Apoſtolus.

Totū Euā gelium. EXijt Ieſus in montem orare.Euangelium eſt Lucæ cap.6.Habes illud cū ſua expoſitione apud diuum Marcum à fol.73.colū.1.B.vſque ad fol.75.col.4.D.lege penultimam annotationem Dominicæ.2.poſt Epiphaniam.

29 Decollatio ſancti Ioan. Baptiſtę.

Totū Euāgelium. MIſit Herodes ac tenuit Ioannem. Euang. eſt D. Marci, cap. 6. Habes illud cum ſua expoſitione ſumma diligentia ſcriptum, à fol. 142. col. 3. D. vſque ad fol. 150. col. 2. B.

SEPTEMBER.

21 Matthęus Apoſtolus & Euang.

Totū Euāgelium. VIdit Ieſus hominem ſedentem in theloneo. Euangelium eſt Matthæi cap. 9. Habes illud cum ſua expoſitione apud diuum Marcum, cap. 2. a fol. 55. col. 1. B. vſq; ad fol. 59. D.

OCTOBER.

4 Sanctus Franciſcus.

COnfiteor tibi pater domini cæli & terræ, omnia prout ſupra in. 24. die Februarij, lege in indice, verbum Franciſcus.

18 Lucas Euangeliſt.

DEſignauit dominus & alios ſeptuaginta duos. Omnia prout ſupra die. 25. Aprilis.

NOVEMBER.

1 Feſtum omnium ſanctorum.

VIdens Ieſus turbas aſcendit in montem. Euangelium eſt Matthæi cap. 5. *Aperiens os ſuū.* Vide ſancta lex gratiæ qua verborum ſuauitate datur a Chriſto, cum certè lex ſub Moſe data fuerit in ſonitu buccinæ horribili & alijs atq; alijs portētis, & vox loquentis cum Moſe erat terribilis. fol. 273. col. 1. A. B. *Beati, quoniā ipſorum eſt regnum cælorū.* Sapiēter allicit ad labores in promiſsionibus ſpiritualibus: deſcribunturq; eleganter in Dauide. fol. 200. col. 2. A. B. *Qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam.* Magnū bonū deſideriū iuſtitiæ. fol. 123. col. 2. B. col. 3. C. Bona quæ viris deſideriorum accidunt deſcribūtur. fol. 164. col. 1. A. B. *Beati miſericordes.* Ad miſericordiam multa nos vocāt. fol. 46. col. 2. A. B. lege fol. 58. col. 2. B. C. D. Opera miſericordię relata in Chriſtum magnam induunt circunſtantiam ad meritū. fol. 217. col. 4. D. fol. 218. A. B. Genus optimum miſericordiæ deſcribitur, fol. 154. col. 1. B. col. 2. A. B. C. D. quomodo Deus ſit miſericors declaratur. fol. 158. *Deum uidebunt.* Perpetuò ſemper æternaliter. fol. 220. col, 1. A. B. col. 2. C. Perſecutionem patiuntur. fol. 282. col. 3. D. col. 4. C. D.

Andræas Apoſtolus.

Totū euāgelium. AMbulans Ieſus iuxta mare Galileæ. &c. Euangel. eſt Matthæi cap. 4. Habes illud cū ſua expoſitione apud diuum Marcum, cap. 1. a fol. 39. col. 3. D. vſq; ad fol. 41. D. *Venite poſt me.* Eleganter defenditur Apoſtol. contra Iulianum & Celſum. fol. 136. colū. 2. A. B. C. D. fol. 137. col. 1. A. B.

Folio.2.coluna.1.linea.40.necdum dic nedum.f.7.co.1.li:15.Cylla dic ſcylla fo:
7.co.2.li.12.dimiſſo dic demiſſo f.9,col.1.li.34.exparſerentur dic ſpargerentur
fo.9,co.2.li.3.coniugantur dic coniungantur fo.9.col:2.li:5.manifeſtiſsime ſime
demonſtrata dic manifeſtiſsime demonſtrata f.9.co.2.li.7.ſuggeſtioni dic ſugge-
ſtione linea.19.epiſcopum dic epiſcoporum fo.9.co.2.lin.35.diſsimina dic diſſemi
na li.43. conteſtantur dic contrectantur fo.10.co.1.lin:10.lapidicijs dic lapideis
li.29. addicendæ dic addiſcendę fo.49.ſit dic ſint fol.10.col.2.li.1.cyta dic ſcytha
lin.4.ſchimata dic,ſchiſmata fol.10.co.2.li.32.difficile dic difficiles fo:11.co.1.li.
2.Simone dic,Symeone li.5.Simon dic,Symon f.11.co.1.li.12.appatentis dic,appa
rentis fol.11.co,1.li.33.panes dic,penes li.34.diſcreptio dic,diſcretio ibid.Aliquin
dic,Alioquin f.11.co.1.li.pen.ciuitatis dic,ciuitas f.11.co.2.li.18.aut dic,haud li.
51.egeſti dic,egiſti f.12.co.1.li.19.cōpararetur dic,cōparetur li.37.fabos dic fauos
li.48.pias lo dic,pias lu fol.12.col.2.li.25.faciltiate dic,facilitate f.12.col.2.li.26.
animus artificioſius influnt dic animos artificioſius influunt fol.12.col.2.lin.29.
VIDEBANT dic,VIDEVAM li.35.beatiſmum dic,beatiſsimum fol.12.
co.2.li.51.Quanto dic,Quarto fo.12.co.2.li.vlt.ſuper cæleſtem,glorioſusq́, dic.
ſuper cæleſtem accepit,glorioſusq; fol.13.co.1.li.3.maleus dic,malleus.

Obra.

f.12.co.1.li.39.reuelatio nes dic,reuelatione f.12.co.3.li.41.numinus dic numinis
fo.12.co.4.lin.19.ſalſitas dic,falſitas li:42.numeros dic,numerus f.13.co.3.li.14
docetquebo dic,docetque fo.13.co.4.li.4.ſecrorū dic,ſacrorum li.7.ega dic,ergo
fo.14.co.2.li.15.inquete dic,in quiete f.14.co.3.li.26.interpretada dic interpretata
di f.15.col.1.li.31.Ioannes dic,Ioannis li.46.diſcipulorum dic,diſcipulum fo.18.
co.4.li.25.Quōd au dic,Quōd f.19.co.1.li.15.quæren- dic,qua- li.18.ritatis illius
dic,nitatis illius,fo.20.co.3.li.18.demādatur dic,demandantur fo.21.co.2.li.5.
ſingulum dic,cingulū fo.21.co,3.li.12.Zacharia dic,Zachariæ fo.21.co.3.li.34.ſu
per dic,ſupra fo.22.co.1.li.12.vxor dic,vxoris li.30.iniuſſu dic iuſſu f.22.co.3.li.
20.ſomnibus dic,omnibus li.23.fide Ieſu Ieſu dic,fide Ieſu f.23.co.2.li.40.viue
rarum dic,viperarū li.47.compellebat dic. compellabat fo.23.co.3.li.6.quæ ante
dic.ante li.24.priā dic.pria fo.23.co.4.li.20.refęrant dic.referant f.24.co.1.li.47.
Ioanne in dic,Ioanne fo.24.co.2.li.13.vteram dic.vt eram ibid.prę dic.per fo.24.
co.4.li.pen.puli dic.populi fo.28.co.4.li.42.excelſum dic.exceſſum fo.29.co.1.
li.17.deuia dic.de via fol.30.co.2.li.25.ſcurator dic. ſcuratur ibid: conſummatum
dic.conſummatus fo.30.co.2.li.26.tuarlū dic.tuarius li.39.vtere dic.vtero f.31.co.
2.li.1.potens dic.patens fo.34.co.1.li.10.cōſ- dic.con- f.35.co.1.li.4.teſtator dic.te
ſtatur fo.36.co.1.li.50.exhibite dic. ex hibite fo.45.co.2.li.1.á Pharo- dic.ad Pha
rao- o.50.co.1.li.6.humani dic.humanæ fo.55.co.4.li.23. præperabat dic præpara
bat fo.65.co.4.li.3.cimen- dic.cæmen- fo.67.co.1.li.7.impededicbat dic.impedie
bat fo.67.co.4.li.6.dimittimus di.immittimus fol.68.col.4.lin.26. reſilcant dic.reſi
liant fo.69.co.2.li.9.incrudeli- dic.increduli- fo.69.co.3.li.36.demōſtrabit dic. de
monſtrauit fo.74.co.2.li.6.rubrodic.rubo li.26.duriſsime dic.duriſsime fo.77.co.
2.li.38.Dauid dic.Daniel f.77.co.3.li.11.pręmediate dic.præmeditate fo.78.co.3.
li.26.ego dic.ergo f.80.co.2.li.13.necdum dic.nedū li.29.ſcitat dic.citat fo.80.co.
2.li.42.nū con dic.non li.46.originedic.origene f.84.co.3.li.19.exulerit dic.exul
erit fo.85.co.2.li.48.inſignitignatiq; fue dic.inſigniti fue- fol.88.co.3.li.19.libera
biliter dic.liberaliter f.88.co.4.li.36.37.deaureatus dic.deauratus f.91.co.4.li.26.
apra dic.apta fol.94.co.4.li.33.mal dic.malū fol.96.co.3.lin.45.hians dic.inhians
fo.98.co.2.li.18.inducere,qui dic.inducere:quod f.110.col.1.lin.22.hoſtium dic.
oſtium fo.111.co.4.li.11.egrediebantur dic.ingrediebantur fo.115.co.1.li.18.quię
dic.quitię fo.119.co.2.li.28.ſui les dic.ſui illas fo.121.co.4.li.14.præſenti præſen
tis f.122.co.2.li.16.Phatereus dic.Phalæreus f.125.co.1.li.4.duodenis dic.duoden
nis fo.125.co.2.li.22.reconciliationu dic.reconciliacionem li.40.quadraginti dic.
quadringentis fo.125.co.3.li.36.mūdum dic.modum fo.127.co.3.li.20.crepat dic.
crepet f.133.co.1.li.45.expectabilę dic.ſpectabilę fo.134.co.2.li.3.erubiginoſum

dic.æru-

dic.æruginoſum li.vlt.ſubiniunctis di.ſubiunctis f.136.co.4.li.48.vltrã dic. vlrã fol.137.co.4.li.e4.coro dic.corio f.144.co.3.li.46.opulari dic.epulari fo.145.co.1.li.50.leuitate dic.lenitate fo.145.co.2.li.10.expectabilis dic.ſpectabilis fo.145.co.3.li.39.tradere dic.trahere fo.147.co.3.li.58. principium dic. principum f.149.co.2.li.36.vaſſes dic. baſes fo.151.co.4.li.39.ſtitim dic. ſtatim f.155.co.4.li.36. in dic.ſi fo.156.col.3.li.31.conuiuiũ dic.conuiuium f.157.co.3.li.15.quo dic quot fo.157.co.4.li.50.incanationis dic incarnationis f.159.co.2.li.48.hoſtiatim dic oſtiatim f.160.co.2.li.13.detrioribus dic.deterioribus li.38.aſpernantur dic.aſpernẽtur f.161.co.4.li.15.cum ceditur dic .conceditur .f.165.co.1.li.1.reſpiecerent dic reſipiſcerent fol.165.co.3.li.15.Filij dic Fili fo.165.co.4.li.22.angeles dic.angelos f.165.co.4.li.32.35.exijt dic.exit f.166.co.3.li.37.libra dic.libri f.167.co.1.li.48. calidi dic.callidi fo.167.co.2.li.4.Habes dic.Habes f.197.co.4. li.33.introibit dic.introiuit fo.168.co.1.li.20.theatrices dic.theatricis f.168.co.2.li.11.ex terno dic.externo fo.168.co.3.li.2.afucret dic.auferet f.168.co.4.li.9.tioni dic.tione. f.170.co.4.li.14.ſicurari dic.cicurari li.46.linealis dic.linearis li.47.in ve- dic.inue- f.172.co.2.li.5.vt dic.aut li.14.deterret dic. deterreret f.172.co.3.lin.1. Iudæi muri- dic Iudæi immuri- fo.173.co.1.li.31.homines dic.hominis f. 173.co.4. li. 48. quatuordecim dic.quatuordecimum f.174.co.4.li.34.inclubilis dic.ineluibiles f.177.co.3.li.26. nos debes dic.non debes fo.178.co.4.li.32.protoplauſto dic.protoplaſto fo.279.co.1.li.32.opera di.operam f.179.co.2.li.22.obganies dic obgannias li.23.in verecunda dic.inuerecunda f. 180.co.1.li.36.velas dic vela fo.181.co.3.li.38 ſedaptæ dic.ſareptæ f.181.co.4.li.28.Philometoca dic Philometora li.45.inuictur dic inueuictur fo.182.co.2.li.44.Aegæus dic Aggæus fo.182.co.3.li.3.Aegæa dic Aggæo fo.182.co.4.li.39.animos,dic animo fo.183.co.1.li.38.loco,dic locum.li.49.nobis pu- dic nobis pa- fo.184.co.3.li.8.Præciebat,dic Præcipiebat fo.184.co.4.li.30.regiminẽ,dic regimen fo.184.co.4.li.44.ed nona,dic ad noua.li.49.factũ,dic fatum li.51.vna cõ,dic vna cum,fo.185.co.3.li.40.ſpuo,dic ſpuro fo.186.co.4.li.ant.ep.ori,dic ore fo.186.co.4.li.3.aut,dic.vt fo.187.col.2.lin.19.conſilia,dic cõcilia f.187.co.4.li.17.oſtcudat,dic oſtentat fo.188.col.4.li.22.ſit,dic ſic fo.191.co.1.li.43.obſer- dic obſerua- fo.193.co.23.conſtirum,dic conſtitutũ fo. 194. co.3.li.29.non vide,dic non vi- fo.196.co.2.l.32.rentis , dic rentes fo.198.co.3.li.8.ex,dic eſt.li.29.ſcelorum,dic ſceleſtum fo.201.col.2.li.2.oſtenditus,dic oſtenditur f. 202.co.1.li.51.agilatis,dic agilitatis f.202.co.4.li.27.quadragentos,dic quadriſgentos.li.28.iuſta,dic iuſta fo.203.co.4.li.pen.qui,dic quæ fo.204.co.1.lin.42.grauari,dic grauati fo.107.co.2.li.1.Ieſu,dic Ieſus fo.208.co.1.li.37.ſeruirit,dic ſeruierit fo.209.co.1.li.4.ſcire,dic ſciri fo.211.co.2.li.51,ſit,dic ſis fo.211.col.4.li.7.orat,dic erat li.38.refere,dic referre.fo.212.co.4.li.16.amaritudinis,dic amaritudines fo.213.co.1.li.9.ipſum,dic poſſum fo.35.ſperare,dic ſperari fo.213.col.2.li.11.quis,dic qui li.43.Quantõ,dic Quantum fo.213.col.4.efferre,dic offerre li.24.cupio,dic cupido fo.213.co.4.li.50.aliquod,dic aliquot fo.214.co.3.lin.15.expectiuiſſe,dic expetiuiſſet.li.43.accenditur,dic aſcenditur fo.215.col.1.lin.25.pucrum,dic puerorum fo.215.co.1.li.50.puerum,dic puerorũ fo.215.co.1.lin. 50.in hiunt, dic hinniunt fo.216.col.3.li.15.flexu,dic flexo f.236.co.4.li.22. nudis,dic nudus.li.51.eſt,&,dic eſt,et li.52.ſimulare,dic ſimilari fo.218.col.2.lin.51.eſſe,dic eſſet fo,219.co.3.li.3.ſpes,dic pes fo.219.co.4.li.51.iſto,dic iſta fo.220.co. 1.li.38.regno,dic regni li.40.fatigite,dic fatagite fo.220.col.2.li.47.intendi,dic intendit fo.220.co.3.li.25.lib.congreſſu,dic lib.de congreſſu fo.221.co.1.li.6.obijciunt,dic abijciunt fo.225.col.3.li.44.ſequens,dic præcedens fo.228. co.2.lin.5.effectũ,dic affectum fo.229.col.51.cuſtodire, dic cuſtodiri,fo.229.co.4. li.6.illa,dic ille fo.230.co.2.li.10.accipit,dic accepit li.16.locus:ſed in,dic locus in fo.230 co.2.li.40.ni charite,dic incharitate f.230.co.4.li.6.ſiue,dic ſine.lin.7.quidã, dic quidẽ fo.231.co.1.li.36.totũ,dic tuum li.antep.& in, dic & fo.231.co.2.li.36.pœnas,dic pennas fo.231.co.4.lin.35.ablactionem,dic ablactationem li.36.da optatus,dic ad optatus.fo.232.col.4.li.16.gantium,dic gantiam li.20.illuc in inuc,dic illuc inuc fo.233.col.2.li.27.ſi diues,dic ſic diues.li.48.ſalus,dic ſaluus fo.234.co.4.li.21.

4.li.21.quam, dic quem li.26.ob, dic ô.fo.239.co.1.lin.33.tâquâ:ſed, dic tanquâm ex nobis:ſed fo.240.co.4.li.6.nutriet, dic nutriret fo.242.co.4.lin.35.qui ſa}, dic qui fo.245.co.3,li.47.miſi, dic miſit fo.246.co.4.li.34.incenſo.Rex, dic inſcenſo Rex fo.247.co.2.li.24.hinniabant, dic inhiabant fo.249.co.1.li.31.ſit, dic ſic. li. antep.correptio- dic correctio- li.vlt.confert, di confer fo.246.co.2.li.3.eſt, dic es fo.249.co.4.li.27.Non, dic Nam.fo.250.co.1.li.35.patri, dic patris fo.250.col.2. li.40.vacaſſet, dic vocaſſet fo.250.co.4.li.16.Oc, dic &c.ibid. demõdrata. dic demonſtrata.fo.251.co.1.li.8.orationi, dic oratione.li.30.tuo ſu- dic tuo ſuper fol. 251.co.1.l.33.caui, dic catiui.li.43.verſus, dic verſu f.251.co.3.li.14.amaritiſsima, dic amariſsima li.15.Achan, dic Achaz fo.251.co.3.li.46.excecabat, dic exiecabat fol.251.co.4.li.46.indicium, dic iudicium, fo.252.co.3.lin.15.cap.Palmes, dic cap.15.Palmes fo.253.col.3.li.23.mentis do- dic mentis domi- fo.254.co.2.li.43. in, dic ad fo.255.co.1.li.3.quod, dic quot fo.258.co.3.li.29.exorauit, dic exorabit. fo.262.co.3.li.6.admones, dic admonens li.47.quadã, dic quodã f.264.co.3.li.antep.ſtrent, dic ſtret fo.265.co.2.li.37.ſtis, dic ſtus fo.266.co.2.li.9.inflexu, dic influxu.fo.266.col.3.li.23.ex colore, dic excolere li.26.laboris, dic labores.f.267.co.1.li.45.coniungen, dic coniungens, li.48.ſnauis, dic in anis fo.267.col.3.li.51. lauabit, dic leuauit fo.267.co.4.li.16.correctus, dic correptus fo.268.co.1.li.26. permittitur, dic permittuntur, li.34.lumbrare, dic lumbare fo.268.co.1.li.vltim.268. co.2.lin.6.plectitur, dic pectitur fo.268.co.2.li.17.diuiſio, dic diuiſo, li.18.cancidum, dic candidum fo.268.co.2.li.28.cinctorum, dic cintorium, li.pen.quod. dic quid.f.269.co.4.li.17.Reddi, dic Reddite fol.271.li.ant.præſcientię, dic præſciæ fo.272.co.3.li.21.ab eo, dic alueo fo.276.co.2.lin.15.poſſimus, dic poſſumus fol. 277.co.3.li.24.iudæi ha- dic iudæi habe- fol.278.co.1.li.20.vis efficatia, dic vis, & efficacia fo.278.co.4.li.7. calidiſsimos, dic callidiſsimos fo.279.co.2.li.vltim. afferebãt, dic offerebant fo.279.co.4.li.29.meritorium, dic meritorum fo.280.co. 4.li.17.verſum, dic verum, li.34.calidusq́; dic callidusq́; fo.281.col.1.lin.28.pertranſibit, dic pertranſiuit fo.281.col.1.li.31.uit. De, dic uit, interfecerunt. De fol. 281.co.1.li.pen.ſe ducerentur, dic ſeducerentur f.281.co.3.li.23. Samaritanus, dic Samaritanos fo.282.co.1.li.38.iuxta, dic iuſta fo.283.co.3.li.15. delecti.dic delecti li.43.crfcite, dic creſcite fo.283.co.4.li.49.præſtat, dic præſtas fo.284.co.1.li.35. pertuaſum, dic perſuaſum f.284.co.1.li.36.quæ, dic quo fo.284.co.1.li.ant.quia in actis verbis, dic quale in actis verbi fo.284.co.2.li.4.animos, dic animis lin.9. confeſſurus, dic confeſſuros fo.284.co.4.li.44.perſecutorem, dic perſecutorum fo.285.co.4.li.42.temetipſum, dic temetipſam fo.286. co.3.li.1.me cum ſenſi; dic ſenſi me cum fo.287.co.4.li.vlt.eſt, dic eſſet fo.290.co.2.li.49.id, dic in f.291.co. 3.li.27.in teſtimonium, dic teſtimoniũ li.pen.ab Enoch, dic ab vno Enoch f.291. co.4.li.2.cathachyſmus.dic catachyſmus li.41.hypocratis, dic hypocritis fo.293. co.1.li.40.orto, dic ortu fo.293.co.3.li.pen.imbellicis, dic imbecillis fol. 293. co. 4.li.4.diſſecat, dic deſiccat f.283.co.4.li. 45. ſanguinis, dic ſanguis ibid.tunc ta dic tunc non ta- fol.294.co.1.li.antep.ſtodiræ, dic ſtodiæ fo.294.co.2.li.vlti. terram, dic terra f.295.co.1.li.26.æquabantur, dic æquabuntur li.27. vnaque, dic vnaque fo.295.co.3.li.4.exitum, dic exitium li.12.litera, dic littora fo. 295.co.4.li. 24.id, dic it fo.297.co.3.li.37.contigit, dic contingit fo.298.co.4. li.14. pateſiciunt, dic pateſiunt fo.299.co.4.li.47.ignes, dic igneæ fo.300.co.2.li.45. intereant, dic intereunt fo.301.co.3.li.33.mandatum, dic mandatur fo.301.co.4.li.28.præmededitatione, dic præmeditatione fo.305.co.4.li47.ſuper, dic ſubter fo.307.col.2.li.9. capitis, dic pedum fo.307.co.4.li.31.lutuoſos, dic lutoſos fo.308.co.1.li. 47. obgarrit, dic obgannit fo.309.co.1.li.7.minus, dic mus fo. 309.col.4.li. 14.defecit, dic deficit fo.310.co.2.li.39.quartus, dic quartuſdecimus f.310.c.3. li. 19.die, dic dies fo.310.co.4.li.47.habeat, dic habent fo.311.co.1.l.12.veſter, dic veſtrum fo. 311.co.3.li.48.immenſa, dic in menſa fo.311.co.4.li.38. propriæ, dic propriè fo. 312.co.3.li.51.f.312.co.4.li.23.ſuper, dic ſubter fo.313.co.1.li.37.viſcunt, dic vincunt fo.313.co. 1.li.43.tranſuadit per vadum adulterio, dic tranſuadat per vadum ad vlterio fo.313.co.1.li.49.audi, dic audit fo.313.co.2.li.3.naſa, dic nata fo. 313. co.2.li.pen.

co.2.lin.pen.iſpa,dic ipſa fo.314.co.1.li.5,laiçus,dic laiçis fo.314.co.1.li.23.tempora.Caſtro,dic tempora.Lege Caſtro fo.314.co.3.li,15.eſt, dic eſſe li. 28. pata, dic pate fo.314.co.3.li.46.es,dic eſt fo.314.co.4.li.1.ab ea, dic abeat li. 13. raculum,dic raculorum fo.315.co.4.li.40.illi,dic ille fo.316.co.2.li.1.acceſſus, dic acceſſeris li,47.triticus,diç triticeus f.316.co.4.li.39.nes armatara , diç nis armatura fo.319.co,2.li.6.ex altabuntur,dic exultabunt fo.321.co.1.li.32.negarei, dic negans fo.321,co.2.li.45.Ad fui,dic Adfuii fo.321.co.4.li.11.concutiatur,dic concutitur fo,322.co.1.lin.32.ſtragulantur,dic ſtrangulantur li.33.nonnullas,dic nõnullos li.34.dimitti,dic demitti fo.322,co.2.li.37.auio,dic audeo f. 322,co.3. li.7. noſtram gra- dic noſtram ingra- li,18.cupabis,dic cupabit fo.323.co.1.li.11. lapis dic lapidis fo.323.co.3.li.28.fideles in,dic fideles fo.323.co.3.li.27.in pœ- dic,im pœ- fo.327.co.4.li.31.conuertire,dic conuertere fo.328.co.2.li.2. Pſalmo. Alio dic Pſalmo alio li.7.adiudicandam,dic ad iudicandam fo.328.co.3.li, 24. voluit, dic volui li.34.audiuit,dic audiui fo.329.co.3.li.41.pro- dic per- li.42.barbarum, dic barbararum fo.330.co.1.li.7.Poſſunt,dic Poſſum fo.330.co.2.li.3.da,dic ad fo.330.co.3.li.1.reuelabit, die reuelauit fo.330.co.4. li.16, profundo,dic profundum f.331.co.1.li.31.ireſerata, dic reſerata in fo.331.co.2.li.42. Et duc, dic Educ fo.332.co.2.li.14.nũ,dic non fo.332.co.4.li.ante.quorumq;,dic quorum fo.334.co.3.li.6.ſeparat,dic ſe parat fo,334.co.3.li.17.eſt,dic eſſe fo.336,co.1.lin.3.rufa vitucula,dic ruffa vitula fo.340.co,1.li.45.infectus,dic infeſtus fo.341.co.3.li.31 ſermo Chriſti eſt,dic ſermo eſt f.342.co.4.li.47.impoſito,dic impoſitum fo.343.co.2.li.50.fabricies,dic vafricies fo.343.co.4.li.5.texebat, diç tegebat fo.344.co.1.li.pen.in ſolitis,diç inſolitis fo.344.co.3.li.pen. in compoſitis, dic incompoſitis fo.344.co.4,li.23.Amarimathæa,dic Arimathæa fo.345.co.1.li.16.futurati,dic futurati fo.345.co.3,li.24.protoplauſtai,dic protoplaſti fo.346.co.1.lin.33. Ipſemet, dic Ipſumet fo.347.co.4.li.7.concedit,dic conſcendit fo.348.co.4.li.4.veſter,dic veſper fo.352.co.4.li.antep.apoſtolicis,dic apoſtolis fo.358.co.2.li.1.ignenti, dic ingenti fo.359.co.1.li.3.elegentur,dic eleganter fo.359.co. 2.li.20.multiplex lex dic multiplex fo.360.co.1.li.18.fortitur,dic fortiter fo.361.co.2.li.9.de fera teead dic deferat te ad fo.363.co. 1.li.3.ſuperueninetibus,dic ſuperuenientibus fo. 363.co.2.li.3.modia,dic media li.36.açta,dic circa fo.364.co.1.li.1. ad horam, dic neque ad horam li.3.perſequenti,dic per ſequentia fo.365. co.2.li.21. Omniaq;, dic Omnia,quæ fo.365.co.2.li.40.ingenitatis grati,dic iniquitatis ingrati fo.365. co.2,li.41.demonſtratur,dic demonſtrat fo.366.co.2,li.24.virgininum, dic virginũ.

IHS

INDEX RERVM ET VERBORVM MEMORABILIVM QVAE HIS COMMENTARIJS CONTINENTUR COPIOſIſSIMUS.

Aronis vnctio ſignificabat vnctionē Christi,fo.188.col.2.a
Aarō excuſauit delictum ſuum, corā Moyſe.fol.110.col.2.a
Abelcur dicatur principium eccleſiæ,fol. 102.col.3.d
Abrahā magnificat⁹ fuit valde à die qua nomen eius extenſum fuit,fo.28.col.1.b
Abraham habuit Agar in vxorem,retento antiquo nomine ancillæ,fo.175.col.3.d
Abraham adorās filios Heth,quid fecit,fol. 176.col.3.c
Abraham credidit in ſpem contra ſpem,fo. 177.col.3.d.col.4.c
Abrahæ filius fuit dńs Ieſus.f.188.col.3.d
Abrahā exultauit vt videret diē Christi,fo. 304.col.4.d.quid agnouit leuās oculos & vidēs arietē hærentem cornibus.336. col.1.b.
Abraham non fuit mentitus loquens pueris ſuis,fol.304.col.3.d.305.col.1.a.
Abraham magnifecet intelligētiam myſterij Christi,fo.305.col.4.c
Abrahā portās gladiū & ignē quid ſignificet.f.305.co.2.b.336.co.4.d.337.co.1.b
Abrahā doctor miæ,f.218.co.1.a.b
Abrahę pietas,obediētia in Deū.f.304.col. 4.d
Accuſatio Iudæorum aduerſus Christū, fo. 333.col.3.c.4.d
Accuſatores fratrum ſuorum, Phariſæorū diſcipuli.fol.63.col.1.b.c
Adā quare dictus terrenus,fo.31.col.4.d
Adam ſpecialiter redemptus & ſaluus,fo.
Adam & Eua pœnituerunt.fo. 22.col.4.c. 249.col.4.d.
Adam ex verecundia peccati ſe abſcondit non negās diuinā ꝓuidentiā.f.110.c.2.b
Adā excuſauit peccatū ſuū.fo.110.col.2.a.
Adæ caluaria nūquid in Golgotha.fol.337 col.3.c
Adam ſepultus in Ebron, fol.305.col.2.a. 337.col.3.c
Admiratio, aut coronæ amplitudinem,aut ſupplicij acerbitatem prædocet. fol.135. col.2.b.
Admiratio in Christo quomodo locum habuit,folio.134.col.4.d
Adoratio multa ſignificat,fol.176. col.2.b. in fine,col.3.c.
Adulatio vitium familiare.fo.122.col.1.a
Adulatio ligat mentē adulati,ibi.col.1.b.
Adulatio capitali ſupplicio puniebatur ab Athenienſibus,fo.122. col.2.b
Adulatio ſeruilis & mendacis animi eſt.fol. 122.col.2.a
Adulatio peſtis periculo plena,fo.146.col. 1.b.269.col.2.b
Adulatio de cultu diuino multa vſurpat, quæ honori defert humāo,fo.310.co.1.b
Adulterium radix multorum malorum.fo. 174.col.1.a
Adulterium violatio thori alieni eſt,fo.173 col.4.c
Adulterium homicidium machinatur, fol. 143.col.3.c
Adulteri hoſtes humani generis,folio.174. col.1.b
Adulterium fornicationis nomine aliquando ſignificatum,fol.174.col.2.a
Adulterium etiam apud barbaros graue crimen iudicatum.fo.97.col.4. in fine.c.d.
Adulterij lingua homicidiū.fo.143.co.3.c
Adulterium quam graue crimen, fol.150. col.1.a.b
Agnus Dei immolationi deſtinatus.fol.28. col.2.a.
Agnus dominator terræ deſcribitur,fol.28. col.2.b
Agnus paſchalis extra Hieruſalem non immolobatur.fol.309.col.2.b
Agni paſchalis feſtum quoties celebratum ante Hieruſalem,fo.310.col.4.d. 311.col. 1.a.
Agni paſchalis irritus & cæremoniæ ſpiritualem intelligentiā ſignificabat,fo.310. col.2.a.b.c.d.
Agni paſchalis eſus in menſe primo ſignificatio,fol.310.col.2.b
Agni paſchalis eſus ad veſperam diei ſignificatio,fol.310.col.3.d.
Agni paſchalis carnes aſſæ non coctæ quid ſignificabāt.fol.310.col.3.d

ZZ Agni

Agni paſchalis eſus cum lactucis agreſtibus significatio, fol. 310. col. 4. c. 311. col. 1. b.
Agni paſchalis eſus feſtinanter, ſignificatio, fo. 310. col. 4. d. Baculos tenentes. ibi. & fo. 311. col. 1. a. Oſſa non contracta quid ſignificabãt. fo. 311. col. 1. in fin. b, col. 2. a
Aeditio vulgata latina, canonica ſecũdum oẽs ſuas partes. fol. 266. col. 2. b
Ambitio etiam in pauperum ſtatu locum inuenit. fo. 213. col. 1. a
Ambitio in prælatis nimis pernicioſa ibi. medicus eius humilitas Chriſti, ibidem.
Ambitioſi valde laborant pro inueniendis dignitatibus, fo. 215. col. 2. b
Ambitioſi pulchra ſimilitudo, ibidem. colum. 3. c
Ambitioſi tyranni confeſsio mirabilis, fol. 213. col. 3. d
Ambitio impatiens æqualitatis, folio. 214. col. 1. b.
Ambitio officialiũ principum egregiè deſcribitur, fo. 214. col. 2. in fine. b. col. 3. a
Ambitio multorum malorum origo. folio 240. col. 1. a
Ambitio vitium crudele, ibi. col. 2. b
Ambitionem dedocet & exemplum Auguſti Cæſaris. fol. 213. col. 4. c. d
Ambitione capiuntur filij exemplo parentum, fol. 240. col. 1. b. col. 2. a
Ambitioſorũ ſors miſerrima. fo. 240. col. 2 in fine. col. 3. c
Amor pudicus violentus, folio. 98. col. 2. a.
Amoris defectio, fol. 336. colũ. 4. d. Timoris. 336. col. 4. d
Angelorum cuſtodia quando & quomodo amittitur, fol. 268. col. 1. a.
Angeli non habent corpora, fol. 115. col. 3. d. In cælo Impyreo creati, ibi. col. 3. d. Creati in gratia, col. 4. c. Viatores fuerũt col. 4. d.
Angelus confortans Chriſt. quomodo, fol. 324. col. 2. b
Angelus in vultu terribili & veſtitu albo quid ſignificabat, fol. 550. col. 1. a
Dęmon, Angelus malus id eſt, dæmõ. Opinio Philoſophorũ de angelis malis, fo. 115. col. 3. c
Angelus malus quomodo agnoſcat cogitationes. fol. 173. col. 3. d. Non talis creatus a Deo. fo. 115. col. 3. d. col. 4. c. peccatum eius fol. 116. col. 1. a. in fine, & b, col. 2. a, b Dux omnium angelorum malorum ſupremus angelus, fo. 116. col. 3, c, d. Peccatum irremiſsibile vnde, fol. 116. col. 4. c, Carcer eorum, ibi. ſæuitia angelorũ malorum cõtra nos, fo. 117, col. 1. b. Habitãt inter homines, fo. 117. col. 4. d. Concordia eorũ aduerſum nos, fol. 81. col. 2. b. 3. c. Aliquãdo erunt in monumẽtis, fo. 112 col. 3. d. an cognouerunt Chriſti diuinitatem. fol. 42. col. 4. d. 43, a, b, c, d. Paſſim erant in hominibus ante Chriſti aduentum. 42. col. 4. d. eis impoſuit ſilentium Chriſtus grauibus de cauſis, fo. 43. col. 3, d. multis etiam de cauſis ſe immergunt corporibus hominum. fol. 72. col 1. b. col. 2. a. eis imperare ſolius Dei eſt, fo. 111. col. 4. d. Quomodo homicida ab initio malus angelus. fo, 174. co. 3. d. & a, b. & 81. colũ. 2. b. Poteſtas eorum à Deo impedita. fol. 118. col. 2. b. vel rebus noſtris nocere deſiderat, ibi. quomodo ſufflat in igne prunas, fol. 285. col. 1. b. col. 2 a. nunquid torqueãtur modo, fol. 113. co. 2, c, d, 114. a, b, Angor quid ſit, folio. 322. col. 1. b
Anima qualiter ſit pręparanda ad tentationem, folio. 107. colũ. 4, c. Salus eius in primis quærenda, fo. 51. col. 2. a, animę iuſtorum ab angelis ſanctis deducuntur in cælum, fo. 220. col. 1. b. animę immortalitas fo. 271 col, 1. a. Quomodo tota in dilectione Dei, fol. 274. col. 4. d. per eandem dilectionẽ exornatur, fol. 275. col, 3. in fin. d. col. 4. c. Anima animæ mens. fol. 275. col. 1. b. aduerſus eam quale odium, folio 275. col. 2. b
Animalia à cõditione ſua nulla immũda, f. 171. co. 4. in fine. d, 172. col. 1. a. quædã tñ interdicta & immunda ex mãdato & ratio eius, fo, 272, col, 1. b. col. 2, a. b.
Antichriſtus prim⁹: Simõ Magus. f. 281. co. 3. Antichriſti omnes hæreſiarchæ, ibi.
Antichriſti tribulatio nõ diuturna, fo. 291. col. 2. b
Antipodas eſſe demonſtratur, fo, 283. col, 2 a, b, col. 3. c. d,
Animus religioſus, fo. 31. col. 1. a. carnalis inordinate diligit, fol, 197. col. 4. d
Anni hebdomadarũ Danielis. f. 287. col. 2. b. 3. c. Anni mundi vix ſcire poſſunt, fol. 201. col. 1. a
Anni mille poſt reſurrectionẽ fabella Iudaica, fol. 234. col. 3. c
Apoſtoli ſal erãt, f. 221. co. 4. eorũ impfectio prior, & ſequẽs pfectio. f. 241. col. 3. d
Apoſtoli vindicantur à calumnia inimicorum, fo. 258. col. 2. b. Coram Chriſto nec prædicauẽt, nec fecerũt miracula, fol. 155 col. 3.

col.3.a.Habuerunt impulſum S.S. admiraculа.258.col.3.d. Reprehēſi à Chriſto haud aliquando reſponderunt. 110.col.1.a.b.Magnū habebāt deſideriū glorificādi Chriſtū.fol.156.col.1.b.Salutatio eorum:Pax vobis.138. col.4.d.Pecuniam habuerūt. 138.col.2.b. Portæ & fundamēta Eccleſiæ.fo.75.col.3.c. Votū caſtitatis habuerūt. 44.col.4.c.& fidē antequā vocaretur Matthæus.fol.61.col.3.c eorū humiliatio à Chriſto.fo.61.col.4.c Inſtituti à Chriſto Epiſcopi.fo.76.co.4 c.Eorū celſitudo.fo.85.col.2.b.Cādclabrū aureū fuerūt.fo.100.co.4.c.Cōgruo tempore miſsi ad prædicādū.fo.136.col.1.b.Poteſtas cōceſſa eis aduerſus dæmones,nō quōad omnia.fo.136.col.2.a.Ancillę Chriſti quare ſint dicti.f.136.co.3.c. Poteſtas eorum contra dæmones hodie in ſepulchris eorum perſeuerat ibi.co.4.c.Cūctis ſanctis ſublimiores.fol. 156.co.4.d.Aliquādo ambitioſi.fo.240.col.1.a. Conſtantia eorū.fo.290.col.2.b.col.3.c Aliqui bis fratres dicūtur.fo.40.col.4.c Leuitatis argui haud poſsūt in ſequēdo Chriſtū.fo.40.col.4.d.41.col.1.a.Vocationes aliquorū & obedietia, fol.39.c.d. Nomina eorū.fo.76.col.2.b. Aliquorū mutata à Chriſto.fo.77.co.1.b.2.a.b.

Apoſt.figurati in.12.tribubus Iſrael. In.12 fontibus Helin. In.12.lapidibus ſublatis de Iordane. In.12.bobus ſuſtentantibus Mare ęneū. In.12.prophetis.In.12. ſtellis in corona ſponſæ,fo.75.col.3.in fine.d.col.4.c.d. Teſtimoniū eorū firmiſſimū,fo.73.col.3.d.col.4.c.d. Doctrina firma & vera.fo.225.col.2.a. Qū inſtituti ſacerdotes. fol.314.col. 1.a. Principes fortiſsimi.fo.316.col.4.c.Ordinati Epiſcopi à Chriſto,fo.76.col.4.c.

Apoſtolorum ſedes omnes perierunt: niſi quæ fuit Petri.fo.187.col.2.a.

Apoſtolorum lachrymæ poſt Chriſti mortē.fol.351.col.3.d

Appetitus naturalis in damnatis cruciat eos fol.251.col.3. c.

Appetitus ad corpus animā retardat à perfecta inſtructione,fol,272,col,1.a

Aquæ populos ſignificant,fo.55.col.2.a.& gratiā.fo.309.col.4.c.huius elementi excellentia.Ibi. Mirabilia multa & magna facta à dño in hoc elemēto.Super aquas ferebatur ſpiritus dñi & exponitur,fo.31.col.2.b. Purgauit mundū à criminibus ibi.col.3.c.Pharaonē puniuit.ibi. Maraæ aquę conuerſæ ſunt in dulcedinē ibi. In eis magnificauit Ioſuæ & Chriſtum ibidem. In ipſis ſacramentum baptiſmi inſtituit ſpiritus domini ferebatur ſuper eas,fo.31.col.2.b

Arca fœderis capta à Philiſtæis,figura Chriſti. fo.325.col.2.b.col.3.c

Argumēti definitio, fo.352.col.3.d.in fine.

Aries hæreus vepribus viſus Abrahæ quid ſignificat,fol.336.col.1,a, b

Arius valde turbauit Eccleſiam,fo.105.co.3.c.Confortatur.folio.161. col.2.d.227.col.2.b.263.col. 3.c

Arrogantia valde deteſtabilis in magiſtris, fol. 40.col.2.b

Arundinem quaſſatam, quando confregit dominus,fo.71. col.4.c.d

Ariditas fici, quid ſignificet.257.col.3.c

Aſcenſio Chriſti, à fol.352.col.3.d. vſq; in finem libri.

Aſſueri conuiuium,quibus & quomodo parabatur,fol.144.col.4.c.

Attentio quæ debetur legi & mādatis Dei fol.90.col.3.d.101.col.3

Autoritas prima ſimpliciter eſt ſolius Dei, fol.194.col.4.d

Auctoritas excellentiæ Chriſti propria,fo. 195.col,1.a

Auctor iurat in verbis ſcripturæ & Eccleſiæ,fol,320.col.4. c. & alias in epiſtola dedicatoria,&c.

Aures quas requirit Chriſtus quales,fol.101 col.2.a

Auaritia,ars vitiorū,fo.170.col.4.d.in fin. 171.col.1.a.curatur in extenſione manus fo. 68.col.3. c. Magna fuit ſacerdotū Iſrael,fol. 253.col.1.a. quouſque aſcendat deſcribitur,fo.264.col.1.b.cius filiæ,fo. 308.col.3.d.

Auxilium gratiæ & vſus liberi arbitrij,fol, 20.col.3. c. Duplex eſt,fol.185.col.4.c. efficax quantæ virtutis ſit,ibi, quām neceſſarium,fol.352.col.2.b.

B

BAlthaſar pœnas dedit ſicut pater eius, fo.254.col.4.d.

Baptiſmatis Chriſti & Ioannis differentia, fol.27,col.3.c.cunctis ſacramentis potentior regulariter,fol.27.col.4. d. Chriſtus aquas ſanctificauit, fol,31.col.1.b

Baptizatus armaturam Dei accipit,fol.55 col.1.b.Celebrare habet diem ſui baptiſmi fol.144.col.1.a

Barbę Chriſti euulſio dedecus magnum, fo. 332.col.1.a.b
Bariona quid ſignificet, fol.191.col.3.c
Benedictiones à Chriſto factæ haud fiebāt ſigno crucis, fol.157.col.2.b
Benedictio menſę valde laudabilis, fol.157. col.1.b
Benedictio Chriſti ad paruulos, fo.226.co. 1.b. Valde deſideranda. Ibidem.col.2.b.
Bellum iuſtum vnde. fol.282. col.1.b. Quis illud indicere poſsit.282.co.2.a.b. Vnde in illo noſtri cadant.258.col.1.a. Vniuerſa materia belli reſolutoriè deſcribitur. fol.282.
Beelzebub interpretatio & hiſtoria. fo.79. col.2.b
Belial interpretatio. fol.306.col.3.c.
Beneficiorum conſideratio neceſſaria. fol. 49.col.2.a. In mēte habet illa Deus quæ contulit nobis. fol. 126.col.3.c
Bethania quot paſſus diſtet à Hieruſalē, fo. 245.col.3.c
Bethphage viculus ſacerdotum prope Hieruſalem. ibi.
Binarij dignitas, fol.247.col.2.a
Blaſphemia. Blaſphemia quid ſit. fol.83. col. 1. a. de qua agat Chriſtus. fol.83.col.1. in fine.a.b.
Blaſphemia in ſpiritū ſanctū nō eſt irremiſſibilis. fo.83.col.1.b.col.2.a.b.c.d. Apertius. fol. 83. col. 1.a.b. Ad hanc blaſphemiā haud ſtrictè & propriè pertinent oēs illæ ſpecies peccati in ſpiritum ſanctum. fol.83. col. 4. d. Blaſphemiæ pœna. fol. 330.co.3.d. Scribarū vel à diabolo cōuincutur. fo.113.col.3.d. in humanitatē Chriſti, qualis. 83.col.1.a. Quomodo inueniatur in maledictione creaturarū. fol.115. col 2 Blaſphemi pœna. fo.331.col.1.b
Bonitas haud eſt propria alicuius creaturæ fol.228.col.1.a. Duplex tñ reperitur in eis. ibi.
Bonitas Dei vbiq; diffuſa. 228.col.2.b. & ſolius ipſius eſt naturalis, ſubſtantialis & infinita. ibi. Reperitur etiā in reprobis, fo.92.co.4.d. Propriiſsime cōuenit Chriſto, quia verus Deus, fo.227.col.2.b.c.d.
Bonorum Eccleſiæ diuiſio, quando facta, propter quid, fol.158.col.3.d
Bonum totum Chriſtiani, fol.219.col.4.d

C

CAuere magnum verbū in ſcriptura. fo. 184.col.3.c.
Capharnaū qualis ciuitas, fol. 41.col. 4.d. Nūquā dicta patria CH. fo.131.col.2.a.
Calix apoſtolorū quomodo dicatur Chriſti. fol.239.col.3.c
Cælorum apertio, fol.31.col.4.c
Chananea magiſtra humilis orationis. fol. 177.col.1.a. & reuerentiæ. ibi.b. & perſeuerantiæ, ibidem.col.2.b. In ſpem credidit contra ſpem. col.3.d.col. 4.c
Carnalia deſideria. fol.107.col.3.c
Carnis noſtræ deſideria etiā cū de paſsione dñi fit ſermo. fo.238.col.1.a. Cōminatur ſpiritui, fol.243.col.2.b. fingit multas amaritudines. ibi. Vnde mortificationem amat. fo.327.co.4.d. Eius infirmitas etiā in hoie iuſto, fol.332.co.2.b.323.co.4.d
Caſtitatis amor vñ incipere debet, fo.275. col.2.b. Donum prophetiæ inuenit, fol. 114.col.3.c.d. tres gradus habet, fol.97. col.2. in fine.a.b. coniugalis caſtitas, quāta debeat habere ad ferēdum fructum trigeſimum, ibi. in fine.b.c.d
Cæci illuminatio haud inſtantanea quid ſignificet. fol.185.col.3.c
Celſitudo ex humilitate cōparata fixa. fol. 241.col.4.c
Cœna Iudæorum ante paſcha vnde traxit originem. fol.306.col. 4.d. quæ celebrata fuit Bethaniæ quanta pulcritudine ornata. fol.307.col.1. b. Cœna Chriſti celebrata in ornatu pulcherrimo in Hieruſalem. fol.309.col.4.d.310. col.1.a. diu deſiderata à Chriſto, & cum gaudio ſuſcepta. fol. 311.col.3.d *Cœna.*
Cephas quid ſignificet, fol.186.col.3.d
Cæremoniæ in ſacramentis ſunt à Chriſto & apoſtolis. fol.179. col.2.a. Multi fructus earum. fol.179.col.2.a
Chriſtus dotes haud habuit ante reſurrectionem. fol.202.col.1.a *Chriſtus.*
Chriſtus dilectus dicitur ab vniuerſa ſcriptura, fol.263.col.3.c
Chriſtus oſtendit puniendi virtutem ſuam in ficu. fol.257.col.1.b
Chriſtus per vniuerſam ſuam vitam bibit calicem paſsionis ſuæ, fol.238.col.3.c,
Chriſtus apertè dixit Deum eſſe patrē ſuū fol.191.col.1.b.
Chriſtus habuit præceptum moriendi. fol. 195.col.3.d.
Chriſti deſiderium circa redemptionem noſtram, fol.256.col.3.d
Chriſtus fuit rubus ardens & non combuſtus, fol.267.col. 4.c
Chriſtus omnibus factus eſt exemplum. fo. 250.col.2.b.

Chri-

Chriſti triũph⁹ in die palmarũ, fo.248.col.3.c. Triumphus eius apud infero .352.
Chriſtum firmare faciem ſuam quid ſignificet.fol.236.col.3.c.
Chriſti & Eliæ duplex aduentus. fol. 204. col.3.d.
Chriſti humanitas fons gratiarum eſt.folio.126.col.2.b. Chriſti typus Ioſeph.folio.331.col.3.c.
Chriſtus fundamentum Eccleſiæ & fundator.fol.192. col. 2.b. Rubus ardens nec combuſtus.267.col.4.d.
Chriſtus etiam promiſsis allicit nos ad mandata.fol.231.col.4.c.
Chriſtus quantum ſitiebat noſtram ſalutem fol.72.col.3,c
Chriſtus authoritatiuè dimittebat peccata. fol.52.col.3.d
Chriſti doctrina quomodo in poteſtate. fo. 42.col.2.a
Chriſti ſapientia in medicamento Euchariſtiæ.fol.313.col.2.a.
Chriſtus redemptor ſecundus futurus erat Placentula tritici.folio. 318. columna.3. in fine.c
Chriſti facies in hebdomada ſancta.fol.307 col.3.c.d
Chriſti facies euntis in Hieruſalē, qualis.fo.
Chriſti feruor in prædicãdo.fol.89.col.1.b
Chriſtus quomodo nos dilexit amore amicitiæ.fol.319.col.2.a
Chriſtus etiam captus legem condebat. fol. 327.col.3.c
Chriſtus quomodo & quando habuit ius ad vitam.fo.219.col.3.d.4.c
Chriſtus creditus à iudæis purus homo. fol. 189.colu.3.c.d
Chriſtus verus Deus comprobatur multis argumentis.fol.18.co.1.b.co.2.b.19. co. 2.a.188.col.3.c.190.co.2.a.3.d.249.co. 3.c.191.col.1.a
Chriſtus expectandus erat futurus redemptor.fo.189.col.3.d.4.c.d
Chriſti potentia quomodo abſcondita. fol. 322.col. 4.d
Chriſti exceſſus qualis.fol.203.col.1.a
Chriſtus quomodo ſacerdos ſecũdũ ordinē Melchiſedech.fol.317.co.3.d.co.4.c.d
Chriſti conceptio quomodo de S.S. folio. 278.col.1.b.
Chriſti iuſtitia ad Patrē.fo.319.col.1.b.2.a
Chriſti omnipotentia.folio. 48.col.1.b.68 col.2.b.244.col.2.b.247.col.4.d.
Chriſti humilitas.fo.17.co.4.c.33.col. 4.d, 34.col.1.a.29.col.4.c.30.col.3.d
Chriſtus quantum magnificatus in verbo Ego ſum.fol.326.col.a.b.3.c.
Chriſtus voluntariè mortuus.folio.190.co. 2.b.
Chriſti expectati à Iudæis propria adiectiua.fol.330.col.2.b.
Chriſti corpus vnde aptum ad ſacrificium. fol 19.col.2.b.
Chriſti clementia.fol.27.col.3.d.
Chriſti amor ad nos vicit amor propriæ vitæ.fol 324.col.2.b.
Chriſti honores inter contumelias paſsionis.fol.308.col.3.d.
Chriſtus quãdo vnctus.fo.32.col.2.b. 3.c.
Chriſti conſolatio in cruce qualis & vnde. fol.341.col.3.d.
Chriſtus filius Dei naturalis.fol. 32. colum. 3.d,
Chriſti humanitas potens ad ſalutem.fo.45. col.4.d.
Chriſtus dominus legis.fol.48.col.2,b,
Chriſtus cum magnificis titulis aſcendit in crucem.fol. 299. col.1.a.
Chriſtus quomodo dominus legis Moyſis. fol.64.col.2.b.
Chriſtus credi potuit aliquando filius Ioſeph ſine peccato.fol.84.col.4.c.
Chriſtus quos defectus accepit.fol.107.co. 1.b.
Chriſtus quare tã multa miracula fecit.fol. 142.col.2.b.
Chriſtus cum auctoritate, & imperio miracula faciebat.fol.53.col.1.b.
Chriſtus non habuit caruem omnipotentē. fol.157.col. 3.d.
Chriſti corpus ante reſurrectionē, quale.fo. 162.col. 3.d.
Chriſti myſterium quanti factum ab Abraham,fol 304.col 4.d.
Chriſtus venditus triginta argēteis.fol.308 col.4.d.
Chriſti paſsiones & glorię qualiter ordinatæ.fol.237.col.2.b.
Chriſtus apertè ſe dixit eſſe Meſsiam.folio 330.col.2.b.c.
Chriſti dogma apud Iudæos quod non eſſet moriturus.fol.189. col.2.b.
Chriſtus quomodo triſtitiam & cęteros defectus aſſumpſit.fol.322.col.3.c.d.
Chriſti magnanimitas in paſsione. fol. 325. col.4.c.
Chriſti aduerſos Iudæos. folio. 280. colũ. 4.d.

Chriſti caro quomodo mãducatur.fol.314 col.4.d.

Chriſti conſtans animus.fol. 319.col.4.d.

Chriſti pauptates in cruce.fo.338.co.3.c.d

Chriſti taciturnitas.fo.334.col.1.a.

Chriſti lachrymæ in cruce.fo.333.col.1.b.

Chriſti dilectio ad Eccleſiam poſt reſurrectionem.fol.352.col.3.d.

Chriſti reſurrectio: à fol.347.col. 1.a.vſq; ad fol.352.c.

Chriſti Aſcenſio in cælos, à fol.352.col.3.d.vſq; in finem operis.

Chriſtianiſmi definitio. fol. 19. col. 2.b

Chriſtiani in Alexãdria quales.fol.23.col.3.d.Agni ſunt.fol.28.co.4.c. Eorũ exercitia. fo.161.col.1.b. Tẽpore pacis quid agere debeant, quid vero tempore perſecutionis,fol.199.col.3.c. eorum fructus & dignitas.fo.265.col.2.b. Vnde trahũt originem. 19.col.2.a.

Chriſtianæ vitę perfectio in charitate.folio. 230.col.2.b.

Ciborum interdictio,populũ Iudaicũ à gẽtibus diſcernebat.fo.172.col.1.a.

Cibi aliqui ſunt interdicti ab apoſtolis.ibi. col.4.d.

Ciborum inopia ex noſtra ingratitudine dimanat.fol.182.col.2.a.

Cinctorium lineum Hieremiæ quid ſignificet fol.268.col.1.b.

Circuncifionem acceperunt Aegytij ab Hebræis.fol.180.col.2.b.

Clamor prædicatoris qualis.fo.20.col.4.d

Clamor Chriſti prædicantis quid ſignificet.fo.92.col.4.d. Clamor ſurdis & longe errãtibus.fol.20.col. 4.c.d.

Columba ſignum filij & ſanctorum. fol.32 col.3.d. Vbi & ex qua materia formata. fol.31.col.4.c.

Columna veritatis aduerſus omnes hæreſes. fol.32.col.2.b.

Cõminationes argumentũ diuini amoris ad nos.fol.268.col.3.d. Ad Euange. pertinẽt. 67.c.2.b. Eas deſpicit peccator.fol. 312.col.2.in fine.b. col. 3.c.

Confortatio angeli ad Chriſtum quomodo. 324.col.2. b.

Complacere in aliquo dupliciter.fo.34.col. 1.a.

Confidentia multa diligentibus virtutem. fol.216.col.2. b.

Concluſiones multę ex dilectione patris ad filium.fol.34.col.2,b.Multæ ex conſideratione iudicij.fol.302.col.1.b.col.2. a. b. 302.colum.1.a.b. colum.2.a.b.c.d.292. col.2.in fine. a. Aliæ concluſiones eliciũtur ex conſideratione reſurrectionis. fol. 348.col.1.b.& in fine.a.col.2.a. b. Aliæ ex cõſideratione aſcenſionis Chriſti.fol. 356.a.b.

Concordia in doctrina magnum bonũ . fol. 139.col.3. c.

Concilijs generalibus qui debeant intereſſe fol.187.col.2.a.& forma diſputandi. fol. 205. col.1.b.

Conſuetudo in peccatis.fol.145.col. 2. a. b.

Conſuetudo optimus legis interpres.fol.11. pag.1.in fine & pag. 2.

Conſilium non eſt deſpiciendum. fol. 180. colum.3. c. Res ſacra eſt ſecundum Plat. ibi. & ſalus inuenitur. vbi multa cõſilia. ibidem.

Conſcientia vbi mundatur. fol.221.col.1.a.

Copula coniugatorum quantum ſacramentum repreſentet.fol.97.col.3.d.

Creatura à prauitate cordis dicitur mala.fo. 228.col.2.a.

Correctio proximi modeſta.fo.168.co.3.d

Crucis doctrina aſsiduè eſt prædicanda. fol. 205.col.4. d.

Crucis ſignũ in veſtib9 Iudęorũ apparuerũt in magno miraculo.fol.180.col.4.c

Crucis propriæ vnde perſuadetur doctrina. fol.206.col.2.a

Crucis ſermo quare toties repetatur à Chriſto.fol.205.col.4.c.

Crucis Chriſti quales fructus. fol. 104. colum.3.d

Crucis ſermo granum ſinapis. fol.ibidem.

Crucis Chriſti conſideratio valde efficax. fol.197.col.1.b.206.col.1.a.

Crux Chriſti ſuauis vnde.fol. 198. col.3.d.

Crux ſpiritualis Chriſti quàm dura.fol.198. col.3.c.fol.138.col.3.d.4.c.322.col.2.b quo tempore eam baiulauit. fo.238.columna.3.d.

Crucis ſignum in iudicio quam horribile peccatoribus.fol.296.col.3.d.

Crucis figura in lignis quæ portabat ſibi Iſaac.fol.305.col.2.b.

Crux Chriſti quomodo conſideranda.fol. 305.col.2.b.

Crucis adoratio in ſexta feria,quomodo.fo. 124.col.2.a

Crucis myſterium ſuper humerum Chriſti fol.337.col. 2.a.b.

Crucifixio domini, folio.338.columna.1. a,b.

Crucis

Crucis paupertas ad Christum fol.338.col. 2.b.
Crucis titulus incorruptus. fol.339. columna.3.c.
Crux christi arbor magna & granum ſinapis.fo.104.c ol.5.c.d.
Curati à Christo miraculoſè, ſanati etiã ſpiritualiter.fol.66.col.3.c
Currere apud apoſtolum exponitur.fo,153 col.4.d.

D

Dauid. Dauidis miſericordia, Dei miſericordia vnde dicitur.fol.218.col.2.b
Dauidi quid acciderit in perſecutionibus, & in pace.fol.107.col.4.c.
Dauid non excuſauit delictum ſuum.folio 110. col. 1.b.
Dauid exemplum patientiæ.fol.118.colũna.3.c.
Dauid humilitas.fol.123.col.1.b.
Dauidis regnũ quale erat futurum.fo.249. col.2.b.
Dauid deuotus valde pro ædificatione templi.fol.254.col.1.a.
Dauid accepit à Deo exemplar templi ædificandi.fol.254.col.2.a.
Dauid quas impenſas præparauit pro templo.fol.161.col. 1.b
Dauidis dominus vnde Meſsias. fol. 277. col.3.c.d.
Dauidis filius, quantum nomen.folio.177. col.2.a.
Derelectio Christi à Deo, qualis. fol.320. col. 1.a.b.col.2.a.in principio.
Derelictio Christi à Deo, quomodo. folio 320.col.1.a. b.fol.322.col.4.d.
Derelictio Christi quã dura.fol.324. col.2 a.b.fol.342.col. 2.b. in fine. colum. 3.c. col.4.c.d.
Derelictio Christi vnde. fol.342.colũ.3.d. col.4.c.
Deſcenſus Christi ad inferos.fol.345. c. d. 346.a.b.c.d.
Deſcenſus animæ Christi ſecundum ſubſtãtiam demonſtratur.fo.346.col.1.b.2 a.
Decapolis regio decem ciuitatum. fol.123. col.1.b.
Defectio præ amoris magnitudine. fo.335. col.4.d. Defectio præ conſideratione iuſtitiæ Dei.fol.336. col. 4.d.
Denariũ cuius materiæ & valoris.fol.269 col.3.c.
Derelictio Dei quomodo intelligatur fol. 175.col.3.c

Declinare à lege domini, quàm graue.folio 21.col3.a
Deſolatio Danielis.folio.287.col.1.b.col. 2.a.b.c.d.
Deſertum quam vtile. fol. 21. col. 4. d.fol. 22.col.1.a.b.c.
Dij alieni pro multis vſurpatur in ſcriptura,fol.272.col.4.d. Deus.
Dei propriũ cognitio cordis.fo.52.col.3.d
Dei cognitio ex auditu doctrinæ. fol. 24. col.1.a.
Deus omnia clare cognoſcit.fo.269.co.2.b
Dei vox quomodo fiebat ad populum. fol. 273.col.1.a.
Dei vni' fides quomodo docebatur à Moyſe.fol.273.col.2.b.col.3.c.
Dij gentium qui & quales. fo.273.col.3.d. col.4.c.d.274.a.b.c.d.
Deus ex toto corde quomodo diligendus fol.274,col.4.d.275.col.3.c.d.
Dei dilectione totus homo ornatur.fo.275 colũ.3. d.4.c. reſurrectio repromittitur ibi.d.
Deus ſæpenumero apparuit patribus in forma hominis.fol.191.col.1.a.
Deorũ cultoribus minatur terribiliter Moyſes.fol.273col.2.b.col.3.c.
Deo cultus latriç debetur & religio.fol.313 col.1.a.b.
Deus quomodo erat in Christo mundum ſibi reconcilians.fol.303.col.4.c.d.
Diuinæ perſonæ coeſſentiales.fo.32.col.4 c.227.col.2.b.221.col. 1.a.
Deus quomodo dereliquit humanitatem Christi in paſsione.fol.342.col.2.b.3.c.
Dei ſolius eſt dæmonibus imperare. fo.111. col.4. d
Deus mirabilis in duritia peccatorum. fol 53.col.2.b
Dei bonitas vbi demonſtratur mirificè, fo 281.col. 1.a.b.col.3.c.
Deus ſolus fortior Sathana, folio.82. colũ. 2.b.
Deus quomodo glorificetur in ſuperbis. fol.112.col.4. d.
Deus quomodo iudicat præſentia, non futura.fol.78.col.1.b.col.2.a.

Dęmõ, lege verbum angelus malus.

Dies quomodo breuiabuntur ſub Antichriſto.fol.290.col.2.a.
Dies dominicus præſtat Sabbatho. fol. 64. col. 4.d. Dignitas eius.fol. 349. colũ.1.b
Dies Christi tempus iudicij.folio. 112.colum.1.b

Dies iudicij agnitus à Chriſto, fol.300.col. 3.d.4.c.d.
Dies agni paſchalis in cœna domini fuit Iouis ad veſperam. fol.309.col.1.b.
Dies reſurrectionis annus iubilei.fol.352. col.2.b.col.3.c.
Dilectus vnigenitum ſignificat.fol.33.colum.2.b.
Dilectio. Dilectio Dei requirẽda in epiſcopo.fo.74. col.2.b.
Dilectio inimicorũ vnde ſuadetur. fol.104 col.4.d.78.col.1.a.
Dilectionis proximi multæ aſsignantur rationes.fol.165.col.3. d.fol.54.col.3.d.
Dilectio proximi, via ad dilectionẽ Dei. fol.165.col.3.d.
Dilectionis fraternæ multi fructus.fol.167. col.3.c.
Dilectio operibus ꝓbatur. fol.168.col.4.d quomodo fortis ſicut mors.194. col.2.a.
Dilectio proximi quam vtilis & neceſſaria fol.259.col.3.c.276.a.
Dilectio Dei quomodo ex toto corde.fol, 274.col.4.c.d. & perſequentia.
Dilectionis Dei ſententia auctoris notanda .fo.ibi.
Dilectionis Dei reſolutio demõſtratur.fol. 275.col.4.d.276.col.1.a.
Dilectionis Dei præceptũ quid formaliter importet,fo.275.col. 3.c. exemplar Iacob.282.col.4.c.d
Dilectionis Dei præceptũ ex parte affirmatiuum & ex parte negatiuum, fol.ibi.
Dilectionis Dei precepto totus homo exornatur,ibidem & reſurrectio demonſtratur.fol.275.col.4.c.d.fol.276.col.1.a.
Dilectionis præceptum primum & maximum.fol.274.col.4.c.d.
Dilectionis proximi neceſsitas. fo.276.co, 2.a.b.c.d.ordo,fol.281.col.4.d.
Dilectionis proximi modus ex charitate. fol.276.col.3.d.col.4.c. fo.277.col.1.a.
Dilectio proximi quomodo prior & poſterior dilectione Dei.fol.276. col.4.d.
Diſpoſitio ſuauis Dei,fol.78.col.a.b.
Diſpenſatio magiſtratuum ſine acceptione perſonarum. fol.239.col.4.c.
Diſcordia quale crimen, fol. 259.col.4.c.
Diſtinctio in fidem implicitam & explicitam.fol.17.col,3.d.
Diſtinctio ſenſus compoſiti & diuiſi,folio. 290.col.4.d.
Diſtinctio prophetiȩ & linguarum.fo.75. col.4.d.
Diſtinct. veri & falſi miraculi. f.76.co.2.b
Diuites quomodo ſaluãdi. fo.253.col.2.b.
Diuites confidentes in pecunijs.fo.ibi.
Diuitiæ haud malæ ſunt,ſed erga eas auaritia.fol.232.col.2.b.
Diuitiȩ proprio labore acquiſitȩ quales,fo. 232.col.2.in fine, b, col.3.c.
Diuitiarum poſſeſsio inuidiȩ expoſita.fol. 231.col.1.b.
Diuitiæ fallaces & periculoſȩ.fo.96.co.3.d
Diuitiarum vſus.fo.232.col. 3.d.
Diuortium quãdo fieri poſsit & debeat. fo. 225.col.2.in fine.b.col.3.d,
Diuortium pari iure facere poteſt fœmina ſicut & vir, ibi.
Diuortium propria auctoritate non fit.225 col.3.d.
Dolores cauſa ſitis, fo.342.col.1.b.
Dominus idiomate Hebræo Deum ſignificat.fol. 122.col. 4.d.
Doctrina Euãgelica in quam Iudæi lignum miſerunt. fol. 327.col. 4.c.
Doctrina parentum ad filios in teſtamẽto. fo.98.col.3.d.& in vita.ibi.col.4.c.d
Doctrina noua examinanda.fo.184.col.4 d.44.col.3.c.in fine &,d,fo.19.col.3.d. & fol.204.col.4.d.fol.205.col.1.a.
Doctrina Chriſti in poteſtate,f.42.col.2.a.
Doctrina apoſtolorum firmiſsima & vera. fol.225.col.2.b.73.col.3.d. col.4.c.d.
Doctrina Eccleſiȩ Romanȩ fideliſsima,fo. 100.col.4.c.d
Doctrina aſsidua in ore paſtoris.folio.222. col.4.c.
Doctorum ſanctorũ dicta quomodo interpretãda,fo.83.co.4.c.magna veneratiõe digna,fol. 191.col.2.B. & propter lapſus aliquot aut ex incõſideratione, aut quia tunc non manifeſtabatur res & negotiũ. pulcherrimũ corp⁹ ſuarũ ſcripturarũ nõ contẽnendũ.fol.166.col.3.c.d.cuſtodes ſunt incorrupti lect.Salomonis.fol.194. col.2.b.
Doctorũ ſanctorum expoſitiones in ſacra ſcriptura quàm neceſſariæ & honorabiles.fol.10.pag.2.
Dubiorum inquiſitio neceſſaria.folio.217. col.3.c.d.
Dubia grauia quomodo abſoluẽda.fo. 204 col.4.d.205.a.b.col.3.c.d.

E

Eccleſia ſpõſa Chriſt,fo.65.co.3.c.Quare dicatur regnũ cælorũ,& vñ habet ſummã nobilitatẽ, fol.102. col. 2.b.c.d.

103.a.b.col.1.& col.2.a. Eius maledictiones in quem finē tradantur.f.115.co.2.a. Eius laudes.fo.186.co.3.e. Eſt Arca Noe & Rubus Moyſi.fol.194.colum.2.b. Eius claues.fol.ibid.col.3. forus eius duplex ibidem. Sine ſacramēto Euchariſtię vidua videretur.fol.314.col.5.c.
Ecclesia quāta accepit in Apoſtolis.fol.320 co.4.d. Plantata fuit ſicut Synagoga.fol. 263.co.3.c. Eius perſecutores omnes perierunt.fol.185.col.2.b.c.d.
Eccleſiæ Romanæ fides.fol.100.col.4.d. Sedes Petri ibi, non tamen de iure diuino. fol.193.col.4.in gloſſa.
Electiones vix liberę inueniuntur. fol. 531. col.2.a.
Elias & Eliſeus inuento ſuffragio de cœlo ſuſcitabāt mortuos ſuos. fo.53.colū.1.b. col.2.a.54.co.4.c.d.55.col.1.a.44.a.b
Elias & Moyſes viſi in maieſtate corā Chriſto.fol.203. col.2.b.
Eliæ orationes pro ſanāda terræ ſterilitate. fol. 161.col.3.c.
Elias bis comedit ſubcineritium panem & & eius ſignificatio.fol. 130.col.2.a.
Eliſeus ſequellæ Chriſti exemplar præclarum.fol.131.c.d.
Eliſeus quomodo habuit duplicem ſpiritū Eliæ.fol.131.col.3.d.25.col.1.b.
Epiſcop⁹, uel paſtor. Epiſcopus reſidere tenetur in ſua diœceſi.fo. 55.col.2.a.
Epiſcopale munus valde tremendum. fol. 74.col.2.a.
Epiſcopis in Apoſtolis doctrina præſcribitur.fol.155.col.3.e.
Epiſcopi admonentur de ſalute ouium. fol. 187.col.2.b. Superintendentes enim dicuntur.col.3.d.
Epiſcopi tenentur pręcepto iuſtitiæ ad eleemoſynam.fol.138.col.2.b.c.d.
Epiſcoporū cura aduerſus Antichriſtos.fol. 281.col.4.c.
Epiſcopus bonus docet oues ſuas, & in quibus verbis.fol.184.c.d. Eius officium elegāter exponitur in illo verbo: circunſpectis omnibus.fol.250.col.2.b.col.3.c.d.
Epiſcopus negociator eſt talentorū domini ſui.fol.55.col.1.b.col.2.a. Quis ſit eligendus in Epiſcopum.fol. 74.col.1.b.
Epiſcoporū exēplar Iacob.fo. 241.col.1.b.
Epiſcopus vix habet tempus ad manducandum præ occupatione doctrinæ.fol.152. co.3.d.
Epiſcopi vigiliæ aduerſus hæreticos. fo.41. col.3.d.
Epiſcopi ſucceſſores Apoſtolorum, non tamen in plenitudine poteſtatis quam illi habuerunt.fol.
Epiſcopi exemplum res magna.fol.321.co. 4.d.in fine.
Eraſmus meritò reprehenditur.fol. 225.co. 2.b.314.co.3.d.172.co.3.d.co.4.c.224. col.2.b.225.col.2.b.
Euchariſtia ſub fideli cuſtodia ſeruanda. fo. 250.col.5.c. *Euchariſtia.*
Euchariſtiæ conſecrationem amphora aquę præcedit.fol.309.co.3.d.co.4.c.
Euchariſtiæ ad conſecrationem omnia eliguntur nobilia. fol. 309. colu.4. d. 310. col.1.b.
Euchariſtiæ exhibendus magnus honor à principibus.fol.310.col.1.a. b.
Euchariſtiæ conſideratio magiſtram habet fidem.fol.313.col.1. in fine.b.
Euchariſtia dicitur vere cibus meritiſsimè fol.313.col.2.a.b.
Euchariſtia cōſecrata haud manet panis nec vini ſubſtantia.fol.313. col.3.c.d.
Euchariſtia ieiunis datur. fol. 313. col.4.d.
Euchariſtiā ſuſcepit Chriſtus.fo.314.co.2.a
Euchariſtia in donū mittebatur olim orthodoxis epiſcop. à Rom: Pōt.f.314.c.2.b.
Euchariſtiæ debetur cultus latriæ. fol. 315. col.1.a. b.
Euchariſtiæ cōmunio digna & indigna.fo. 315.col.2.b.col.3.c.
Euchariſtiæ tempore facienda memoria iudicij.fo.316.col.1.a.& paſsionis.ibi.
Euchariſtia non tātū pro ſacerdotibus, ſed & pro vniuerſo populo. fol.316.c.d.
Euchariſtia arx Eccleſiæ.316.col.4.d.317. col.1.a.
Euchariſtiæ fructus.fol.317. col.1.a. b. col. 2.a.b.
Euchariſtia oblatio munda.fol.317.col.3.d. quibus verbis cōſecrata.fol.314. co.3.d.
Euchariſtia in miſſa vere ſacrificiū. fol.317. col.3.c.col.4.c.d.
Euchariſtiæ ratione quam præclarus ſtatus Eccleſiæ. fol.318.a.b.
Euchriſtiæ cōſecratione & oblatione Chriſtus ſacerdos ſecundum ordinem Melch. 317.co.4.c.d.
Euchariſtiæ Iudæorum ſapientiſsimi Rabini detulerunt magnifica & veridica teſtimonia exponentes veteris teſtamēti ſcripturas.fol.318.col.2.in fine. b.c.d.
Euchariſtiæ dono accepto gratiarum actio

exhibenda Deo optimo.M.fol.318. co. 4.d.319.col.1.a.b.
Euchariſtię ſacrificio exauditur deprecatio. fol.318.col.3.d.
Eua mentita fuit.f.9.pag.1.
Euangelium quid ſit.fol.13.col.2.a.b.quantæ virtutis.13.co.3.c.d.quanta polleat authoritate cum dictatum ſit ab. SS. fol.13. col.4.c.d. Haud prædicatum vbiq; ante euerſionẽ Hieroſolimorũ. fol.283.col.1. b.Euangelij prædicatio non ſolam famã ſignificat.ibi.col.2.a.Clarificatum inter minas tyranorum.fo.284. col.4.d. Euangelij prædicatio magna conſolatio. 283.c.4.c.d.
Euangelium eſt lucerna ardens & candelabrum aureum.fo.100.col.2.a.
Euangelium vnde dulciſsimum.fo.327. co. 4.c.d.
Euangelium qualiter audiendum.fo.eodem col.3.
Euangelij mirabilis efficacia.fo.105.colum. 2.a.
Euangelium honorabile,quia repromiſſum in prophetis.fol.262.col.1,a.
Euangelium fluuius lucidus.fol.104.col.4. c.& arbor in medio plateæ. ibi.
Euangeliſtæ quomodo ſcripſerunt Euang. fol.12.col.2.a.b.c.d.Euang.Marci defenditur cõtra Annabatiſtas & Porphyriũ.f. 14.Euangeliſtarũ diaphonia in rebus nullius momenti quam vtilis. folio. 242.colu.1.a.
Euangeliorum authoritas.fol. 15.col.2.b.

F

Fides. Fides manſura non eſt vna & eadem. fol. 208.col.4.d.
Fidei propriæ infuſæ non habetur certitudo citra reuelationem.fol.208.col.4.d.
Fides integra & ſcripturæ eodex incorruptus cõnexa in Eccleſia.fol,266.co.2.b.
Fides vnius Dei quomodo docetur à Moſe in timore domini,fol.273.col. 2.b.
Fides charitate informata & viua neceſſaria ad ſalutem.fol.208.col.4.d. Et opera mãdatorum.fo.229.col.2.b.c.
Fides magiſtra ad Euchariſtiam. fol. 313. col.1.b.
Fidei vna eſt ſententia Apoſtolorum , opinionis verò multiplex apud homines. f. 186. col.4.d.
Fides certitudinem habet infallibilem folio 187.col.1.b.
Fidei confeſsio quando eſt neceſſaria. fol. 200.col.1.b.
Fides libera eſt.fol.208.col.2.b.
Fidei aliquando pro fiducia accipitur.fol. 208.col.3.d.
Fides nemini debita.fol.176.col.4.c.
Fidei myſteria antiquitus figurata.fol.184. col.1.a.
Fides nemini debita.fol.176.col.4.c.
Fides gentium in prædicatione Apoſtolica fol.47.col.2.a.70.co. 3.c.
Fidei præceptum ſuauiter diſpoſitum.folio. 76.colu.1.a.
Fides quomodo vita æterna fol.191.col.2.b.
Fidem nec negauit,nec amiſit Petrus.folio. 329.co.3.d.col.4.c.d.320.a.b.c.d.
Fides requiritur in adultis ad ſacrum baptiſma.fol. 354. col. 1.a
Filius hominis,idem quod ſemen mulieris. fol.196.col.2.a. Filius hominis.
Filius hominis pro filio Adam. folio. 195. col.4.d.
Filius hominis paſsim dictus Chriſtus propter quid. folio.196.colum.4.d.197.col. 1.a.
Filius Hominis,filius terræ,obſcurus & cõtemptibilis.fol.198.col.4.d.in marginali nota.196.a.
Filius hominis prout inuenitur & dicitur de Chriſto,ſummum & ſupra cunctam excellentiam aliquid ſignificat. folio.198. col.1.a.b
Filius hominis,non incongruè filium virginis ſignificat.fol.198.co.2.a.b.
Filij nobiles ex ignobilibus parentibus.fo. 133.col.4.d.
Filij quomodo ſint educandi.folio,98.colu. 3.c.145.col.1.b.
Flagella intereſt noſtra ſcire quod à Deo mittantur.fol.257.col.4. c.
Fimbria quid ſit,& qualis figuræ & coloris, & propter quid demandata Iudæis. fol. 125.col.3.d
Fornicatio longe debet eſſe à Chriſtianis. fol.174.col.2.b
Fornicatio probatur eſſe peccatum mortale.fol. 174. colu. 1. b. Et inde colligitur fornicatorem hoſtem eſſe humani generis ſuo modo,ſicut adulterũ.ibi.
Fornicatio adulterium ſignificat aliquando. fol.174.col.2. a.
Fortitudo Chriſti quomodo abſcõdita. fol. 322.col.4.d.

Fran-

Franciſcus leproſorum amator. fol. 64.col. 2.a.
Franciſcus à gratitudine ad perfectionem aſ pirauit.fol.49.col.4.d.
Fratres domini,quomodo intelligendũ ſit. fol.84.col.4.c.
Fraternitas charitatis quem locum habeat apud Deum.fol.40.col.4.d.
Fuga Ioſeph valde exemplaris.fol.120.col. 1.a.Fuga Apoſtolorũ capto Chriſto quid ſign.fol.328.col.3.c.329.col.1.a.
Fuga Moyſi,Dauidis, Eliæ & Pauli, & Iacob ſimiliter.fol.70.col.1.a.
Fuga remedium aduerſus luxuriam.fol.174 col.3.c.
Fugienda adulatio.fol.69. col.2.b.
Futura contingẽtia prædicere, quid doceat fol.18.col.4.c.264. col.2.a.

G

GAlliarum conſuetudo circa cuſtodiam Euchariſtiæ,corrigẽda.fol.250.co.3.c.
Gaudium impiorum horæ vnius.fo.325. col.1.b.
Gazophilatium locus diuitiarum, & oblatorum arca.fol.279.col. 2.a.
Gedeonis victoria docet noſtram mortificationem.fol. 199.col.2.a.
Gedeonis bellum docet ſequellam Chriſti. ibid.b.
Gentes prærordinatæ à Deo ad fidem. fol. 190.col.3.d.
Gentium dij qui & quales.274.col.3.c.&.d.
Germania ex parte perdita propter ceremoniarum contemptum.fol.179.col.2.a.
Geraſa vrbs inſignis Arabiæ trans Iordanẽ. fol.112.col.1.a.
Gehenna quid ſit,& vnde dicta.fol.117.col. 2.b.
Gehenna vbi.fol.220.col.2.b.
Gloria templi ſecũdi vnde maior quam primi.fol.189.col.3.c.
Gloria humana deuincit imbecilles animos. fol.
Gloriam dare Deo,quid ſit.fol.302.colu.3. c.d.col.4.c.
Glorificare Deum in corpore, quid ſit. fol. 29.col.1.a.
Gradus in Dei Eccleſia.fol.106. col. 1.b.
Gradus in meritis & coronis.fol.92.col.3.c. 153.col.4.c.
Gradus in virtutibus.fol.97.col.2.a.
Gradus fortitudinis tres.fol.97.col.1.b.caſtitatis.ibi.
Gratitudo magnum bonum.fol. 49. col. 4. d.Ingratitudo peſsima ſpecies iniuſtitiæ 50.col. 1. a.
Gratitudo ad Deum in magnificis gratiarũ actionibus.fol.49.col.3.c.d.
Gratitudo pro redemptione noſtra.fol.345 col.2.b.
Gratitudo ad viuum amicum, quam maximè.fol.50.col.1.a.in fine.b.
Gratitudinem non colentes à Perſis puniebantur.fol.50 col. 1.a.
Grato diſcipulo domini,quæ ſunt deſideranda.238.col.1.b.
Gratias agere poſt communionem ſacram quàm oporteat.fo.319.col. 1.b.col.2.a.
Gratiarum verba ſatis ſpiritalia.fol. 319.co. 1.b.col.2.a.
Gratiã capitis habuit Chriſtus.f.33.col.3.d.
Gratia labiorum Chriſti in quo.fol.251.co. 1.b.2. c.
Gratia in omni ſtatu neceſſaria. fol.74.co. 1.a.
Gratiæ certitudo cui non poteſt ſubeſſe falſum,haud haberi poteſt ſine reuelatione. fol.125.col.4.d.

H

HAereſes vnde ortę.f.271.c.2.a.co.3.d. Hæretici & tyrani portæ inferi.fol.194 col.1.b.
Hæreſes omnes quæ pugnant cum Euangelio Marci ſuis locis reuincuntur.
Hæreditas cœleſtis quibus conditionibus exornatur.fol.220.col.2.a.232. col.1.a.
Hæreditas cœleſtis,quibus præparata. fol. 244.col.1.a.
Herodes celebrat diem natalis ſui,vt habeat occaſionem occidẽdi Ioan.fo.144.c.1.b. col.2.a.
Herodes vulpes.fol.145.col.3. d.
Herodis iuramẽtum in principio incautum. 145.col.4.c.Deinde iniuſtũ.ibi.reſtrictũ. fol.147.col.1.a.Neque erat ſeruandũ.148. col.2.a.b.
Herodis electio ſtultiſsima & carnalis. fol. 148.col.4. c. vehementer arguitur. 148. colu.4.c.d.349.col.1.a. in fine. d.
Herodis triſtitia exterior.148.col.1. b. eius ſupplicium à Deo.
Herodias deſcribitur ſuis coloribus.fol.143. col.3.d.col.4.c.145. col.4.c.147.col.1.b. col.2.b.col.3.c.col.4.c.150.col.2.a.
Homo carnalis de tẽporalibus eſt ante omnia ſolicitus.fol.162.col. 1. a.

Homo luxurioſus à dæmone poſſeſſus.fol. 44.col. 1.a. Febrim patitur grauem,fo. 45.col.2.b,c,& eſt leproſus,fol.48. col. 3.c.eius remedium,fol.174. col. 3.c

Homo inobediens valde deteſtabilis, folio 109.col.2.b.peccãs ex conſuetudine.difficile ſurgit,fol. 145.col.2.b

Homo morti proximus quid agere debet, 251.co.2.b.

Hominis tria bona. fol.174.col.3.d

Humana celſitudo ex virtute humilitatis comparata,fixa,fol.141.col.4.c

Homicidium quid ſit,quàm graue crimen. fol.174.col.3.d

Homicidium Ioannis,lingua adulterij Herodis,fol.143. col.3.c.

Honor debitus parentibus in quibus conſiſtat.fol.170,col.2.b

Hoſpes electus ad ſacram cœnam nobilis. fol.309.col. 4.d

Hoſpitalitas ad Epiſcopos pertinet,fol.138 col.3.d

Humilitas multo ſtudio cõmẽdata à Chriſto,fol.226.col.2,b

Exinanitio. Humilitas Chriſti qualis,fol.33.col.4.d.34 col.1,a,29.co.4.c.30.col.4.d.17.col.4.c

Humilitatis cauſæ multæ, fol.26.col.4.c.

Humilitas orationis comes.fo.124.co.2.b,

Humilitas hoſtiaria cæleſtis palatij.fol.125 col.2.a,

Humilitas quàm neceſſaria,fo.260. col.1.a

Humiles Deus exaltat. fol.241.col.4.d

Hymnus laus Dei cum cantico.fol.319.columna.1.a.

Hymnum cantauit Chriſtus cum apoſtolis poſt ſacram cœnam.fol.319. col.1.a,

Hymnus Eccleſiæ in receſſu ad cælos poſt iudicium,Deo & virgini,fo.300,colum. 4.c.

Hyperbolem, ſicut alias figuras admittit ſancta ſcriptura.fol.23.col.2.b

Hypocrita,ſimulator,fol.168.col.1.a. Durum iudicium accipiet,fo.278.col.4.d

Hiſtoria lapidis angularis non integræ fidei.fol.266. col.4.c

I

IDolatriæ ſtoliditas, fol. 273. colum.3.c,

Imagines ſunt ad doctrinam populorum ſatis vtiles,fol.175.col.4.d

Iacob ſpeculũ Epiſcoporũ,fo.241. col.1.b

Iacob exemplum dilectionis ad oues Chriſti,fol.282,col.4.d

Iacob cognouit Meſsiam futurum mundi redemptorem,fol. 189.col.3.d

Iacob vir ſanctiſsimus,fol.189.col.4.c

Iacob manifeſtè docet deſcenſum patrũ ad limbum,fol.eodem.col.4.d

Iacobus qui affuit transfigurationi quis de duobus,fol.201.col.3.c

Iacobi & Ioannis oratio ad Chriſtum vnde ortum habuit.fol.237.col.3.d

Iacobo & Ioanni haud abſolutè negantur ſedes primæ ſecundum Auguſt.fol. 239. col.2.b

Ignis inferni deuorans,fol.114.col.4.c.vrit prout quiſque meretur,fol.220.col.4.c. nec conſumit.fol. 220.col.4.d

Ignis inferni an ſit corporeus, fol.220.col. 3,d,Lucet ad tormẽti cumulum,fol.220 col.4.c

Igneus globus Hieroſolymis abſumpſit Iudæos non ſemel propter ædificationem templi,fol. 280.col.4.c

Ieiunij vis & energia.fol. 36.col. 1.a,b

Ieiunium pauor imperfectis, fol.36.col.2. b.Vnde vincitur ibi,col.3.c

Ieiunij dulcedo,fol. 36.col.3.c

Ieiunium quadrageſimale quàm efficax,fo. 36.col.2.b

Ieiunium quadrageſimale quanta obſeruãtia dignum:fol.172.col.4.d.in medio,folio 173.col.1.a

Ieiunij Chriſti deſertum quale,fol.35.colũna.3.d

Ieiunantibus refectio præparata,folio 37. col.2.c.in fine

Ieiunij capite communio ſacra,fol.37.colum.4.d

Ieiunium triplex,fol.61. col.1.a

Ieiunium Eccleſiæ congruè ad celebrandã paſsionẽ Chriſti,fo.61.col.1.b.col.2.a

Ieiunium ad Eccleſiam ſpectat , quia non habet ſecum ſponſum viſibilem, fol.61. col.1.b.2.a

Ieiunij mandatum ad apoſtolos, fol.61.colum.2.b

Ieiunium quadrageſimale , quatuor temp. vigiliarum,&c. Iure & iuſtè inſtitutũ ab Eccleſia,fol.172.col.3.d.4.c

Imagines ſunt ſatis vtiles ad doctrinam,fol. 175.col.4.d.valde venerãdæ:fol.9.pag.2.

Imago Dei vix agnoſcitur in hominibus propter peccata.fol.217. col.1.a

Increpatio vtilis & neceſſaria, fol.109.colum.3.d

Incarnatiõis vmbra,qualis.fo.14.col.1.a.b.

Incarnatio ſola reuelatione agnita. fol. 13. col.4.d.14.col.1.a.b
Incarnationem haud meruit Abraham. fo. 345.col.2.b
Incarnatio verbi Dei miro modo traxit idolatras ad fidem.284.a.b.c.d
Incarnatio verbi Dei reformatio hominis eſt.fo.216.co.4.d.217.co.1.a
Incarnatio verbi Dei quomodo celebrata in vmbra.fol.201.col.4.d.202.colũ.1.a. fo.12.col.4.d.327.co.1.a
Incarnatio quomodo conſideranda.fol.13. col.4. d.
Incarnatio verbi Dei mirifice exponitur in viſione Ezechielis.fol.312.col. 4. c. d. 313.co.1.a.b
Indulgentiæ virtute clauium Petro conceſſarum conceduntur iure.fol.195.col.1.b.
Indulgentiæ ex meritis etiam ſanctorum cõceduntur.fol.75.col.2.b
Infideles qui ſaluandi non ſunt, quare generantur.fol.101.col.1.b.Eadem eſt ratio fidelium, qui non ſaluantur.
Infidelitatis peccatum.fo.267.col.2.a
Inferni locus dicitur gehenna, & quare. fol. 220.col.5.c
Infernus ſubtus terram eſt.220.co.3.c
Inferni vermis.fol.220.col.4.d
Infirmi curati à Domino & corpore & mẽte.fol.51.col.3.d
Ingratitudo, peſſima iniuſtitiæ ſpecies. fol. 50.col.1.a
Interdictum ad claues ſummi Pontificis ſpectat.fol.195.col.1.b
Interpres latinus honorabilis valde.fo.266. col.2.c.ſpiritum Dei habuit.ibi.
Interrogationes haud ignorantiam arguunt in interrogante fol.169.col.3.d
Interrogatio aſſidua de his quæ ad conſcientiam pertinent.227.col.1.b
Interrogatio Dei conuincit peccatorem. fo.127.col.1.b
Introitus in regnum cœlorum, vitam æternam ſignificat.fol.220.co.1.a
Inuidia depingitur & arguitur in epiſtola dedicatoria.fol.7.
Inuidia ciuium contra conciuem. foli.135. col.4.c.
Inuidia comes honoris.fol.60. col.3.d
Inuidia peccatum Diaboli, non primum, quia certè ſuperbia.fol.79. col. 4.d.
Inuidia filia ſuperbiæ.fol.127. colum.2.b,
Inuidiæ medicina charitas,fol.128.col.3.c.
Inuidus vel ignem ardentem non timet.fo. 223.col.1.a
Ioannes Baptiſta multos habet titulos.foli. 249.col.1.b
Ioãnes Baptiſta quam magnus.fol. 17. col. 1.b.col.2.a
Ioannes Baptiſta fideliter glorificauit Chriſtum.fo.17.co.4.d
Ioannes Baptiſta Angelus.fo.19.colum.4. c.Et vnde.d.
Ioannes Baptiſta pluſquã propheta.19.co. 4.in fine. d
Ioannes Baptiſta quomodo præparauit viã ante dominũ.fo.20.co.1.a.b
Ioannes Baptiſta quare dictus vox.fol. 20. col.2.b,
Ioannes Baptiſta habuit ſecum manum domini.fo.21.co.3.c.d.col.4.c
Ioannis gratia qualis.fo.21.co.4.c.d
Ioannes Baptiſta à pueritia coluit deſertum fol.21.col.3.d,
Ioannes Baptiſta primus poſt ſacram virginem agnouit incarnationem, folio. 22. colum.3.c.
Ioannes Baptiſta ad teſtimonium de Chriſto eligitur.fo.22.col.3.d
Ioannis Baptiſtę vita quam potens ad exemplum.fol.24.col.2.b,
Ioannes Baptiſta vita à cunabilis.folio.25. col.2.a.b.col.3.c.d,
Ioanne Baptiſta prædicante odore bono perfunditur vniuerſa regio Iudææ.foli. 26.col.1.a,
Ioannis Baptiſtę humilitas.fol.26. col. 2.a. & teſtimonium de Chriſto.ibi. b,
Ioannes Baptiſta docet reuerentiam erga Chriſtum.26.col.3.c.Et ad Euchariſti. d.col.4.c,
Ioannis Baptiſtę prudentia in teſtimonio Chriſti.26.col.4.d,
Ioannis Baptiſtę ſecundum teſtimonium de Chriſto.fol.17.col.3.c.d. teſtimoniũ. 5.fol.58.col.2.a.b
Ioãnis B.humilitas.f.30.c.3.admiratio eius vnde.fol.30.co.4.d.Humilitatis & obedietię exẽplũ.31.col.1.b.Ipſe ſolus vidit cœlos apertos.f.31.col.3.d.Omniaq; de ipſo habemus ex ſacris Euang. canonica. 142.col.3.d.Matrimonij incorruptus patronus.fol.142.col.4.d.Conſtantia & fortitudo eius in arguendo Herodem. 142. col.4.d.Nullum fecit miraculum.fol.142 col.2.a.b, Quare nõ eſt mortuus propter confeſſionem Chriſti.fol.149.colũ. 3. c.
Ioannes mortuus propter teſtimonium

Ioannes Baptiſta.

vir-

virtualiter indiuiſibilis vnionis verbi ad humanam naturam.fol.150.co.1.a.Dux fuit prædicatorum.fol.149.col.3.d.Quo modo fuit martyr.col.4.c
Ipſum colere debent virgines & coniugati. col.4.d.Exemplum iuſtorum ad patientiam.fol.150.col.2.in fine.b,
Ioannis mors & conſtantia elegãter deſcribitur.149.col.2.b.co.3.c.Epilogus.omnium quę de Ioanne dicta ſunt.foli.150.co.2.b.col.3.c.Carcer eius & ſepulchrũ.fo.142.col.4.d,
Ioanne mortuo quaſi luctum pro principe fecit dominus.fol.152.col.4.d.ſepulchri eius violatio.fol.15c.col.3.c
Ioannes Euangel. Ioannes Euangeliſta Propheta noui teſtamenti.fol.75.col.2.b,
Ioannis Euang.obſtupendum exemplũ dilectionis proximi.fol.74.col.3.d.colũ.4.c.
Ioannes Euang.non fuit perfectè martyr.f.239.col.4.c,
Ioannis Euang.teſtis Chriſti præclariſsimus inter omnes Apoſtolos.fol.73.c.d.
Ioannis Euang.teſtimonium aduerſus omnes hæreſes firmiſsimum.fol.285.co.1.b.col.2.a.b,
Ioannis Euang. virginalis caſtitas magnum locum inuenit apud Deum.314.co.3.c.
Ioannes.Euang.candelabrum aureum. foli.300.col.4.c.
Ioannes Euangeliſta filius tonitrui vocatus à Chriſto.fol.77.col.1.b.co.2.a.b.
Ioannes Euang.haud fuit ille adoleſcens euãgel.in paſsione.fol.328.co.4.d,
Ioannes Euang.filius adoptiuus virginis. f.341.col.4.d,
Ioannes Euangeliſta quã dilectus à Chriſto fol.341.col.4.d,
Ionas dormiens,Chriſtum ſignificabat.fol.108.col.2.a.b,
Ionas in ventre ceti ſepulchrũ Chriſti referebat.fo.183.col.3.d,
Ionæ hiſtoria deſcribitur diligenter.fo.183.col.2.a.b.c.d,
Iordanis ſacramentum.fol,25.colũ.1.b.312.col.1.a.b,
Ioſeph nimis anguſtiatus.folio.106.colum.3.d.
Ioſeph Matrimonij cultu præclarus.f.143.col.1.a,
Ioſeph ab Arimat.fol.
Iræ diffinitio.fol.69.col.4.d.
Ira & triſtitia omnibus inſunt.f.66.col.3.d.
Ira aliquando ſine imperfectione.folio.66.col.4.d,
Ira aduerſus nos valde vtilis.fol.67.colum.1.b.
Ira Chriſti in iudicio.fo.67.col.2.B.
Ira pertinax mala multa excitauit.69.colũ.4.d. *Lege verbum iudicium.*
Ira puerorum corrigenda à parẽtibus.foli.eodem.col.3.d,
Iratus a dæmone vexatur.fo.176.colũ.1.b.colum.2.a.
Iratus ludibrium diaboli.fol. ibid.
Ira in Chriſto quomodo ſine imperfectione,fol.66.col.4.d,67.co.1,a
Iudas Iſcariothes vnde oriundus.fo.77.co.3.c.Non à natura vel à Deo traditor magiſtri.fol.78.co.3.c.d.Miris modis inuitatus ad veniam.fo.351.col.2.b.fo.3.c.d.Auaritię cultor.308.col.3.d.Verba eius ad ſummos ſacerdotes.308.col.4,c.
Iudas infidelis.fol.326.co.2.b.col.1.a,
Iſaac annicũ immolabatur à patre.f.305.a.b
Iſaac ligna fert in holocauſtum,vt Chriſtus crucem.ibid.col.2.a.b.
Iſaac & aries immolatus ſacramentum magnum referebant.f.305.co.3.c,
Iudicij prophetia à mundi exordio.f.291.col.3.c.& doctrina.d, *Iudicium.*
Iudicium non tardat.f.291.co.4.c.
Iudicij obliuio multorum malorum origo.291.col.4.d,
Iudicij argumenta contra peccatores inſolubilia.fo.292.col.1.b
Iudicii tempore deſiderabũt.homines vnũ diem filii hominis.fol.292.col.1.a
Iudicium vt primam concluſionem docet poenitentiam.fo.292.co.2.b,
Iudicij comminatio ad emendationem ordinatur.fol.292.co.4.c,
Iudicij tenebræ quales.fo.293.col.2.a.b
Iudicii tempore preſſura gentium vnde.fo.293.col.3.d,
Iudicii tempore nullus locus miſericordiæ.fo.293.col.4.d,
Iudicii tempore armabit creaturam Deus ad bellum.fo.294.col.2.b.
Iudicii tẽpore terror vehementiſsimus.ibi.
Iudicii tẽpore oẽs moriẽtur.f.296.co.1.a.b
Iudicii tempore crucis ſignum apparebit ad quid.fo.296.co.3.d,co.4.c,
Iudicii tempore redemptio corporum ſanctorum.ibid,d.297.co.1.a.col.2.a,b
Iudicii tẽpore reprobi quomodo agnoſcẽt Ieſum eſſe Dei filium.297.col.2.b.

Iudicij memoria in communione. fol. 516. col.1.a.359.col.3.d
Iudicij memoria in aſcenſione domini.fol. 355.col.3.c.d.
Iudicium vnde deſiderabile ſanctis fol.297. col.2.b.Vnde terribile malis.ibi.colum. 3. c.
Iudicium quomodo manifeſtabit omnia peccata.fo.298.col.3.d.col.4.c
Iudicij tempore confuſio peccatorum. fol. 298.col.4.c
Iudicij conſideratio vt primam concluſionem docet pœnitentiam.fol.292.col.2.b
Iudicij conſideratio multas alias infert concluſiones.fol 300.co.2.b.301.a.b.co.3.c 302.a.b
Iudicis thorax iuſtitia.f.294.col.1.b.Scutũ æquitas.ibi.lancea ira dura.294.col.2.a,
Iudicis facies tremenda.fo.1.13.col.2.b.297 col.3.d.col.4.c.d.298.co.1.a,b.
Iudicium vltimum terribile.fo.89.col.2.b.
Iudicij diem quomodo ſciat Chriſtus vt homo.fol.300.colũ.3.d.colũ.4.c.d.301. colum.1.a,
Iudices & prælati miſericordes. folio. 171. col.2.b,
Iudicij temerarij fugam docent Apoſtoli in cœna.fol.312.col.3.c,
Iudęi obdurati in peccato.fol.277.col. 4.c,
Iudæi vnde errarunt in Chriſto.folio .131. colum.2.b.
Iudeorum tribulatio in euerſione Hieruſalē 287.col.4.c.d.288.a.b.c.d.289.a.b.c.d, 290.a.b,
Iudæi ſacrificium offerebant pro totius mũdi ſalute teſte Philone.316.co.4.d
Iudęorum maiores cognouerunt Ieſum eſſe Meſsiam,fo.263.co.4.d
Iudæorum errores circa Meſsiam.fol. 264. co.1.a.189.col.2. b.
Iudæi Chriſtum crucifixerunt linguis,ideo Marcus hora.3.dicit Crucifixum.fo.339 col.1.a. b,
Iudæi intentarunt ædificare templum ſub Iuliano.fo.280.co.3.d.co,4,c,
Iudæi inexcuſabiles nõn credentes Chriſto. fol.72.co.2.b,
Iudæi filij vocati in ſacra ſcriptura.fol.177, col.2.b,
Iulianus Apoſtata auarus.fo.230. col.1.a
Iuppiter turpiſsimus hominum.fo.273. co. 3. d.
Iuſti multis de cauſis afflicti. fol. 106. colũ. 3. c.
Iuſti ſaliendi igne.fol.221.col.2.b. Aliquando dignitate mutati.fo.159.col.4.d
Iuſtitia quomodo impletur.fo.51.colũ.1.b.
Iuſtitia Dei in vltionem peccatorum.fo. 89 col.2.a,
Iuſtificatio impij quantum opus.fol. 53.co. 3.c,
Iuſtificatio impij ex quibus conſtet.fo. 54 col.1.a,
Iuſtificationis proprię ignorantia in vtilitatem cedit.126.co.1.b,
Iuſtificationis ignorantia vnde habetur. fo. 229.col.1.b.125.col.4.d.126.col.1.a
Iuramenti comites.fol.146.co.4.c.
Iuramentum quando ſit ſeruandum.fo.148 col.1.a,
Iuramentum Herodis,lege verbũ Herodes.
Iuuenis Euangelij an fuerit mentitus.f. 229, col.4.d.

L

Labores huius vitæ reſpectu gloriæ exigui.fol.153. a.b,
Labores ſanctorum inenarrabiles.f.162.col. 2.a.106.co.3.c.d,
Labores ſanctorum magnas pariunt vtilitatis.ibid.
Labores iuſtorum quare.fol.106.colũ. 3. c. Impios docent timorem.fol.106.col. 4.d 107.col.1.a
Labores ſanctorum vnde faciles. fol. 28. col.1.b.col.2.a,
Lapis monumenti quando & quibus de cauſis reuolutus.fol.349.co.2.b,
Lapis angularis Chriſtus.fol.266. col. 4.c.
Lapidis angularis laudes.fol.267.col.2.b.
Lapidis angularis hiſtoria non integræ fidei fol.216.col.4.c.in fine.d,
Latria ſoli deo debitus &c,fol.176.col.3.c.
Latria quid ſit.fo.315.co.1.a,
Latria debetur humanitati Chriſti.fol.315
Latria debetur Euchariſtiæ.fol.315.colũ.1.a
Latro prius blaſphemus,deinde magnificus confeſſor.fol.340.col.1.a.b.folio.340. col.4.d.
Legio nomen militare.fol.115.col.1.a.quid inde ſequatur doctrinæ.
Legio multitudinem magnam cõtinet.114. linea penultima.115.col.1.a
Legionem integram dæmonũ habuit vnus homo.ibi.
Leo veſtigia propria obſcurat.fo.231.co. 3. c.Rugitus eius terribilis.fol.334.co.3.c

Lætitia quærendum dominū multa.f.244. col.1. b,
Lex Perſarum aduerſus ingratum. foli.50. col.1. a,
Legem diſpēſare,irritari,abrogare &c. foli. 64.col.3.c,
Leges eccleſiaſticæ & humanæ obligant in conſcientia.fo.169.col.3.d,
Legibus parendum.fo.169.col.4.c,
Lex Moyſi qualiter miniſtratio mortis.fol. 202.co.3.c,
Lex Moyſi quando mortua,& quādo mortifera.fo.252.co.2.b.
Legem Moyſi impleuit Chriſtus. fol. 252. col.3.c.
Lex æterna quid ſit.fo.274.co.3.d,Contra legem quando & quomodo licet agere.f. 63.col.4.d,
Lex eò tendit vt amicitiam conſtituat. fol. 277.col.1.b,
Lex vniuerſa impletur in duobus mandatis.ibid.
Legi ſubditur libertas Chriſtiana.foli. 270. col.1.a,
Libertatis Chriſtianæ ſermo cautè eſt audiēdus.fo.171.col.3.c,
Liberatus à legione dæmonum quare nō admiſſus à Chriſto.fol.122.col.3.d,
Liberatio à peccatis quantum opus.fol.56. col.1. b,
Liberum arbitrium & gratia Dei ad ſalutē. fol.
Liberum arbitrium in illis qui non conuertuntur.fo.94.col.2.b,
Ligatio Chriſti in ſua paſsione quam inhonorabilis.fo.326.co.4.d,
Lingua nequam parum nocuit Chriſto. fol. 89.col.3.c,
Lingua nequam comminuit oſſa.folio.256. col.3.d,
Linguam ſoluit diabolus.fol.210.col.1.a
Locus ſalutis patet cuique ante mortem.fo. 29.col.2.b,
Luxuria eſt domicilium Diaboli. fol. 114. col.3.d,
Luxuria polluit totum hominem.folio.114 col.2.b,
Luxurioſus in porco ſignificatur.f.119. col. 2.a.b.co.3.c.72.co.2.a. b,
Luxurioſi pœna ſpecialis in inferno.fo. 134 col.2.b.in fine.
Luxurioſus vnde amore debet affici ad caſtitatem.fo.275.col.2.b.col.3.c.
Luxuria demonſtratur vnde ſit peccatum mortale,ideſt,ſimplex fornicatio.f. 174. col.1.b.col.2.a.b.

M

Maria virgo non reiecta à Chriſto,ſed magnificata. fol. 88.col.2.b
Maria vmbrā habuit à virtute altiſsimi. fol. 14.col.1.a.b,
Mariæ aſſumptio in corpore & anima.folio 88.col.3.d.
Maria aſtat vultui Dei pro nobis.f.88.col. 3.c.in fine,&.d
Mariæ amor ad Chriſtum.fo.333.colu.2.a
Maria ſummam voluntatem Dei perfecit.f. 87.col.1.b.col.2.a.87.col.3.d.col. 4.c.d, 88.col.1.b.
Maria ab exordio habuit reuelationē mortis filij ſui.fo.87.co.4.d.88.co.1.a,
Mariæ vita plena dolorum.fol.87.col. 3. d. col.4.c.d.fol.341.col.3.c.
Maria habuit votum caſtitatis.fol.99.colū. 3.in fine.col.4.c.d,
Maria ex obedientia facta mater Dei.fol.87 col.2.b.co.3.c.d
Mariæ integritas.fol .278. col. 1.b.2,c.331. col.1.a.342.col.1,a,
Maria pluſquam martyr.fo.335.col.2.a.88 col.1.a.
Mariæ laudes ſanctorum in iudicio.fol.299. col.4.d.
Mariæ virginis cor patiens pro filio.fo.325. col.2.b.co.3.c
Mariæ dolor in paſsione Chriſti.fo.333.co. 2.a.336.col.3.d.quomodo ſtabat iuxta crucem,341.col.2. b,
Mariæ gratia qualis & quanta.fol.88.col. 2. a. b.
Maria mulier dicta à Chriſto,quomodo.fo. 22.col.2.b.
Maria quomodo ſtabat iuxta crucem. foli. 54.col.3.d
Mariæ magnificentia.fo.88.col.3.d.
Maria habuit dignitatem infinitam.fol.87. col.2.b.
Mariæ humilitas.fo.87.col.2.b.
Maria corona regni, & diadema gloriæ in manu domini.fol.88.col.1.b.
Mariæ nomen.fo.88.col.2.a.
Mariæ integritas ſolatium filij in cruce.fol. 88.col.3.c,
Maria quomodo ſtabat iuxta crucem.folio. 341.col.2.b.col.3.c.
Maria quare appellata mulier de cruce à Chriſto

Chriſto,fol.341.col.3.c.d.col. 4.c.d
Maria prima omnium vidit filium reſurrexiſſe à mortuis,fol.350.col.2.b.3. c.
Mariæ gaudium in reſurrectione Chriſti fol.350.col.3.c.d.
Marcus Euangeliſta quomodo ſcripſit Euāgeliū, & quis fuerit,& ſanctimonia eius, fol.14.& 15.
Maria Magdalena natu maior quā Martha. fo.307.col.1.b.
Maria Magdalena vnxit,caput & pedes domini Bethaniæ.307.co.2.a.
Mariȩ Magdalenæ pietas erga dominū,fol. 307.col.2.b,
Mariȩ Magdalenæ fides altiſsima in Chriſtum.fol.307.col.3.d,
Maria Magdalena quam religioſa.fol.307. col.4.d,
Mariȩ Magdalenæ vnctio ex multis circūſtantijs pia. fol. 303.col.2.a.in fine.
Mariȩ Magdalenæ repromiſſa à Chriſt. æterna memoria.fol.307.col.2.a
Maria Magdalena feruentior cunctis.f.344 co.3.c.Deuotio eius erga Ch. mortuum. fo.348.col.4.d.
Mulier virginem ſignificat aliquando,f.25. col.2.b
Mulieris meritricis lingua quam potens.fo. 143.co.3.c
Mulieris preces violentæ.fol.148.colū.1.a
Mulier amarior morte.fo.148.co.1.b.
Muri Hieruſalem.fo.205.co.2.a
Magiſter & pater dupliciter accipiuntur. f. 279.co.1.a
Magnificentia prophetiæ vnde intelligitur fol.18.col.4. d,
Mala multa non audientibus verbum Dei aſsiduè.fo.23.col.4.d.
Manna ſine reuerentia inſuaue fol.71,col. 3. c.
Mandata perfectionis non ſtatim ponenda. fol.61.col.4.d,
Mandatorum obſeruātia neceſſaria.13,col. 2.b.3.c,
Mandatum dilectionis Dei ſuper omnia vnde maximum.fo.274.col.3.c.d,
Mādata legis naturalis generaliſsima indiſpēſabilia etiam per potentiam Dei abſolutā fo.274.col.3.c.d,
Mandatum dilectionis dei, eſt mandatum primum in lege.fo.274.col.4.c,d,
Mandato dilectionis Dei exornatur totus homo.fo.275.col.3.d.col.4. c,
Mandato dilectionis Dei ſuper omnia demonſtratur reſurrectio mortuorum; fol. 275.col.4.d.276.col.1.a
Mandatum dilectionis Dei partim affirmatiuum & partim negatiuum.fol.275.co. 3. d.
Matryrum ſolatium.fo.323.col.3. d.
Martyres latores immortalitatis. foli. ibid.
Martyrium triplex.239.col.3. d.
Maranatha apud Paul.quid ſignificet,f.169 col.1.b.
Mathatias figura Petri Apoſt..f.188.co.1.b
Mathæus Apoſtolus multa docet in ſua cōuerſione.fo.56 col.3.d, Docet ſpem veniæ & perfectionis.fo.56.col.2. a. b. docet redimere peccata eleemoſynis.folio. 56.co.3,d,docet facere certam noſtram vocationem ex bonis operibus. ibi. col. 4.c.Docet gaudium pro noſtra conuerſione.fol.96.col. 4.d.97.col.1.a
Matrimonium valde cōmendatur,fo.224. col.4.d.
Matrimonium venerandum propter ſimilitudinem quam habet.fo.97.co.3.d
Matrimonium triplex bonum habet.f.224 col. 1.b
Matrimonium natura ſua indiuiſibile .223. col.4.224.col.1.a
Matrimoniū Iudaorum non diſſoluebatur per repudium.fol.223.col.4.c.d
Matrimonium non diſſoluitur per fornicationem viri,aut vxoris.fo.224.co.1. a b
Matrimonij caſtitas multa debet habere ad fructū trigeſimū.f.97.co.2.b.c.d.98. a.b
Matrimonij conuiuium quale debet eſſe. f. 97.col.3.d.
Matrimonij exemplum Rebecca & Suſana. 97.col.4.c.d
Matrimonij amor pudicus violentus. f.98. col.2.a.
Matrimonij ornatus.fo.98.col.2. a.b
Matrimonium liberum multiplicato genere humano.fo.293.co.1.a
Matrimonij mirabilis doctrina Apoſt. ibi.
Media ordinata à Deo ſeruāda.f.179.c.3.c
Memoria mirabilium Dei valde vtilis.f.158 col.4.c.306.co.1.a.b
Memoriale diuinorū operum.fo.25.co. 1.a
Medici facile indulgent in eſu carnium in quadrageſima.fo.172.col.4.d
Mens anima animæ.f.225.co.1.a.275.co.1 a.Quam potens ſit.244.co.3.d
Meſsias,lege verbum Chriſtus.
Miniſtri ſacramentorum honorabiles.f.50. col.2.a.Puri.305.co.2.b.250.co.3.d

Miracula quare aliquando non fiebant.fol.207.col.1.a
Miraculorum finis intentus à Chriſto. foli.186.col.1.b.44.co.1.b
Miracula quàm vtilia.fo.76.co.1.a
Miracula hoc tempore in fidei prædicatione.fol.76.col.2.a
Miracula comprobanda ex omnibus circũſtantijs.fol.150.col.2.b.186. col.1.a
Miracula infantiæ ſaluatoris ſunt apochrypha.fo.153.col.1.b
Miraculum curationis paralytici ſummi m. fol.51.col.1.b
Miraculorum poteſtas in Chriſto. fol. 44. col.1.b
Miracula ſigillum Chriſti.f.55. col.1.b.68. col.1.b
Miracula prædeſtinata erant. fol. 177.colũ. 2.b.
Miraculum grande in incarnatione Chriſti. fol.201.col.4.d.In Eclipſi ſolis. 341.col. 2.b.1.a
Miraculum Chriſtianorum coram Marco Aurelio imperatore.fol.286.colum.1. b, c.d,
Miſericordię diffinitio.fol.58.co.3.d
Miſericordia Dei melior quam vita.fo.322 col.4.d
Miſericordiæ genus optimum.fol.154.co. 1.b
Miſericordia propriè Deo conuenit, & quo modo.fo.154.co.2,b.
Miſericordia quomodo prædicanda.fo.135 col.3.d
Miſericordia ditat in hoc ſæculo cultores ſuos fo.158,col.1.b.
Miſericordia præparat ſolium Chriſti.f.20. col.2.a
Miſericordia in die, & hymnus in nocte Chriſtianis.fol.161.col.1.b
Miſericordiæ fructus.f.51.col.4.c
Miſericordia à natura cunctis indita.fol.58. col.4.c.
Miſericordia eſt pars triſtitiæ.f.154.co.2.b,
Myſterium quid ſit.fo.95.co.1.a
Myſteria Chriſti figurata antequàm exhibita.fo.24.col.4.d
Miſſa & eleemoſynæ collatio,fol.279.col. 3.c,
Miſſa ſacrificium eſt.fol.317.col.3.c.d. col. 4.c.
Miſſa ſacrificium quàm decoret Eccleſiam fol.318,col.1.a
Miſſa quam præclarum ſacrificium.fo.318. col.1.b.col.2.a.col. 3.d
Meritum duplex.fol.279.col. 4 .d
Meritum ſanctorum vnde principaliter.fol. 324.col.4.d

N

NEgotiatio quando bona,aut mala. foli. 256.col.1.a
Neptunus deſcribitur.f.273.col. 4.c
Nobilitas regni, ex quibus conſtet. fo. 102. col.3. & deinde
Nobilitas regni vnde ruat.fo.146.co.2.b.c, d.275.col.1.2.b
Nobilitas hoſpitis in cœna oſtenditur. foli. 309.col.4.d
Nobilia omnia in cœna ſacroſancta.fo.310 col.4.d.310.col.1.b
Nomen Ieſus interpretatur.fo.242.col.4.d fol.30.co.2.b
Nomen Ieſus ſuper infirmos inuocabant Apoſtoli,f.140.col.4.d
Nomen detrimentum,multa ſignificat. fol. 199.col.3.d
Nomen Domini magnæ dignitatis.fol.246 col.3.d
Nouitiorũ doctrina.f.50.co.2.b
Nox diuidebatur in quatuor vigilias. f.162. col.2.b
Nubes in transfiguratione.f.206.col. 3.c
Numerus ſex dierum myſterium ſignificat. fo.200.co.2.b
Numero ſingulari vſus fuit Dominus in lege,quare.fo.273.co.2.b
Nuptiæ Chriſti & Eccleſiæ intra talamũ virginis.fo.61.co.3.c

O

OBedientia vnde decoratur.fo.41.co.1.a
Obedientia mandatorum magnam fiduciam confert.fol.108.col.3.d
Obedientia virginis matris.folio.87.colum 3.d.
Obedientia Chriſti. folio. 319.colum. 3.c. fol.323.colum 3.c.d. in ſententia Pilati. folio.
Obedientia Abrahæ.folio. 304. columna. 4.d,
Oblationes Eccleſiæ iã dimiſſæ ſunt à Chriſtianis,fo.279.co.2.b
Oblatiarum templi ab antiquis principibus ſuperbæ.folio.279.columna.2.b.colum. 3.c.
Oblationes pro templo Salomonis etiam

à gentibus.fol.254.columna.2.b.colum. 3.c.4.d
Oculi vtiles quomodo.fo.244.co.3.c
Odium animæ quale.fo.275.co.2.b
Odium animæ propriæ vnde perſuadetur. 243.col.3.c.d.272.col.1.b.153.col.2.b. 121.c.d.151.co.3.d.col.4.c.
Odiũ animæ propriȩ vnde ſuaue.fo.33.col. 4.d
Omnipotentia creatoris in verbo dicere.f. 109.col.1.b
Omnipotentia Chriſti declaratur.folio.111 a.b.
Opus bonum vnde magis meritorium. fol. 279.col.4.c
Opus quod fit per fidem formatam idẽ fieri poteſt per fidem informem.fo.229.co. 2.b.
Opera neceſſaria ſunt ad ſalutem, nec ſufficit fides.fo.229.col.1.b.
Opera miſericordiæ relata in Chriſtum magni valoris.fol.217.col. 4.d
Opera referenda in Chriſtum. fol.234. col. 2.b
Opera ſine charitate inutilia ad regnum cœlorum.fol.264.col. 4.c
Opera Chriſti quomodo imitanda.fol.119. col.1.b
Opera ciuilis gubernationis.fol. 270. colũ. 3.c.
Oportet, exponitur diligenter.fol.199. col. 3. c
Ordinationis diuinæ ratio de Chriſti paſsione.fol.196.col.3.c.&c.
Orationes Chriſti quomodo interpretãdæ fo.73.col.1.b
Orationes Chriſti in horto deſcribuntur.fo. 323.col.2.a.b.3.c.d
Orationes ſanctorum quantum valeãt apud Deum.fol.52.col.1.a
Orationes proſunt defunctis.f.52.co.1.b
Orationes ante prouiſiones epiſcopatuum. fol.73.col.2.b
Oratio permanentis in peccato, qualis.f.223 col.2.a
Oratio ſolitaria à nullo perturbatur. f. 160. col. 4.d
Orationes Chriſti non pro ſe, ſed pro nobis. fol.161.co.2.b
Oratio ante tentationem valde vtilis.f.164. col.3.c
Oratio ad Dominũ etiam in profundo malorum.fo.164.col.3.
Orationis perſeuerantia.f.177.col.a.b
Oratio humilis.fol.177.col.1.a
Oratio pro intelligentia verbi Dei.fol.185. col.2.a
Oratio pro peccatoribus qui ſunt in cœlo, & ab eis qui ſunt in Eccleſia.f.185.co.2.b
Oratio continua.fol.206.col. 3.d
Oratio cęci valde ſublimis.fol.242.col.4.d
Oratio pro donis ſpiritualibus qualis.fo.243 col.1.a
Orationis comites & conditiones. fo. 258. col.3.c
Oratio pro perſeuerantia.fo.258. col. 4.d
Orationis præceptum quale.fol.259. colũ. 1.a,
Oratio dominica quotidiana.ibi.

P

PAſchæ ſignificatio fol.306.col.1.a.
Paſcha noſtrum.ibid.b
Paſsio per calicem & baptiſmum ſignificata.238.col.3.c
Paſsionis Chriſti memoria quot bona generet.fo.212.col.2.a
Paſsionis memoria demandata ſacerdotibus fol.212.col.2.a
Paſsionis Chriſti verbum in corde reponendum.fo.211.co. 4.d
Paſsio & mors Chriſt.quare publica.f.340. col.3.c.d
Paſsio Chr.quomodo neceſſaria.fo.196.co. 2.b.
Paſsionis Chriſti ſermo, quomodo vtilis. f. 345.col.1.b
Paſsionis Chr.ſermo aſsiduus in ore prędicatoris.f.212.co.1.a
Paſsio Ch.vnde indecora.328.col.1.a
Paſsionis Ch.opprobria. ibi.b
Paſsio Chriſt. quomodo conſideranda. folio.328.colum.2.b.3.c. fol, 336. colũ. 1.a
Paſsionis Chriſti dolores.fo.329. a.b
Paſsionis Chriſt.dedecus magnum. fo.332. col.1.a.b
Paſsionis Ch.magna iniuria.fo.334. co.2.b
Paſsionis Ch.caput.fo.332.col.2.b
Paſsio Chriſti quàm grauis ex corona ſpinarum.fo.335.co.3.c.d
Patrum deſcenſus ad inferos probatur. fol. 189.co.4.d
Pater ad filios quomodo ſe debeat habere. fo.145.col.1.b
Pater præponendus in lætis nuntijs.fo.122. col.4.c

Parabola in factis.fo.2; 2.col.1.a
Parabola doctrinę, genus optimum.fol. 81. col.1.a
Parabola quid ſit.fol.90:col.2.b
Paulus quantas ſit paſſus anguſtias.fol. 106. col.3.d
Pauli humilitas.fol.121.col.1.b
Pauli ſudarium ad ſalutem.foli.125.co.3.c,
Paulus nihil dubij habuit in euangelio ſuo. fo.159.co.3.d
Paulus explorator terræ promiſsionis. fol. 200.col. 4.e.
Paulus magnificabat Chriſtum in corpore ſuo.fo.217,co.2.a
Pauli pleniſsima obedientia.folio.244. co. 2.b.
Paulus pullus domitus ſtatim fol.248.colū. 1.b.
Pax conditionaliter docetur à Paulo.folio. 222.col.1.a
Pax cordis in quo conſiſtat fol.269.colum. 4.d,
Pax Reip.in quo conſiſtat.fol.
Pax domeſtica, in quo.fol.
Pax Dei immortalis & hominis mortalis: fol.
Peccator cæcus fit.f.242.col.2.b
Peccator quàm longe à Deo fo.20,col. 4.d
Peccator contra omnipotentem ſe rebellat. fol.27.col.2.b
Peccator conuictus, qualis.fol.66.col.2.b
Peccator multa patitur à dabolo. folio.113 col. 1.a
Peccator quomodo eſt in extremis.fo.124. col.3.c
Peccator ſola Dei interrogatione conuincitur.fo.127.co.1.b
Peccatoris ſpes.f. 242.col.3.d
Peccati labor & malitia.folio. 292. colum. 3.d.4.c
Peccatum voluntarium.f.210.col.1.b
Peccati ſtipendia.fo.242.co.3.c
Peccati effectus.fo.267.col.1.a
Peccatum vnde habet malitiam infinitam.f. 196.col.3.d.
Peccata fauctorum quomodo conſideranda fol.213.col.1.b
Peccatum opere completum magis polluit. fo.173.col. 3.d
Peccatum diaboli irreparabile.f.113.co.2.b
Peccatum nullum irremiſsibile in hac vita. fo.83.col.1.b
Peccata omnia in iudicio manifeſtanda.127 col.2.a
Peccatum veniale multis modis dicitur.fol. 84.col.2.a
Peccatum populorum graue.f.95. col. 2.b
Peccati lætitia nimis breuis.fo.96.colū.1.b.
Peccatoris labor.fo.96.col.1.a
Peccatorum remiſsio ſtatim quærenda. fol. 176.col.1.a
Pecunia armis potentior.fol.235.col. 3.c
Perſeuerantia.fol.286.col.3.d.4.c.d
Perſeuerantia quibus exercitijs inueniatur. fol.112.col.2.b
Petrus cæteris Apoſtolis prælatus. fol. 218. col.4. d. **Petrus.**
Petrus alter Phinees.fo.267.col 2.a
Petrus alter Mathias.fo.188.col.1.b
Petri primatus.fol.188.col.1.a.67. col. 4. d. 187.col.2.a, Cum omnes ſedes aliorum Apoſt. perierint.
Petri reuelatio de Chriſt. immediatè à Patri.fol.191.co.4.c
Petri cófeſsio ſummè cōmendanda. fol.ibi.
Petrus crucifixus verſo capite, quare.f. 192. col.4.d
Petrus non abiectus à Chriſt.ſed ſententia eius inordinata.fol.197.col. 4.d
Petrus nomine omnium Apoſtolorum reſpondit.fol.187.col.4.d
Petri amor erga Chriſtum.fo.163.col.2.b
Petrus ambulauit ſuper aquas. f.162. co. 4.c
Petrus anno.18.ab aſcenſione Domini Hieroſolymā. fol.150.col.4
Petrus & Diabolus Satanas appellati à Chriſto fol.72.col.3.d
Petri negationes cuius generis fuerūt.f. 320 col. 4.d.321.a.b.c.d
Petrus exemplum pœnitentiæ.folio.144. col.3.d.caſus eius quare permiſſus.fo.351 col.2.b
Petrus conſilium habuit cum aquila & Niceta.fol.186.col.2.b
Petrus vidit Chriſtrum poſt reſurrectionem ſigillatim.fol.
Philoſophorum & Apoſtolorum collatio. fol. 81.col,4.d
Philoſophorum deliramenta.folio.91.co.4 d.& infra.
Phariſæorum hypocreſis,fol.157.2.b
Phariſæi teſtes innocentiæ Apoſtolorum. fo.167.col.1.a
Phariſæi iactantia fugienda.fol.177.colum. 1.b,
Phariſæorum calumnia contra Chriſt.249. col.3.c
Philonis error. 220.col.2.b

Pilatus

Pilatus vnde oriundus.fo.333.co.3.c Vxor eius vnde habuit viſiones.fol.333.col. 3.d.Egregia prudentia pro Chriſt. in principio.fol.334.col.2.a.Eius peccatū.334 col.3.d
Potentia Dei per minas ſignificatur. 209. col.4.c
Potentia Chriſti in ſua captione.fo.326.co.2.b.328.co.4.d.329.col.1.a
Poteſtas dæmonis à Deo impeditur.fo.118 col.2.b
Poteſtas dæmonis Deo permittente quanta fol.209.col.4.d
Pœna ignis diaboli.f.113.co.3.d
Pœnitentia nunquam ſera. folio. 326. col. 4. c.d
Pœnitentia rectum cor facit. folio. 59.col. 4. d,
Pœnitentia vnde ſuauis.fo.ibi.
Pœnitentia via ad regnum.folio.139.colū. 2. b.
Pœnitentia & regnum cœlorum dextras tenent.fol.139.col.4.d
Pœnitentia dolorem habet.fo.140.co. 2.a
Pœnitens vnde perſeuerat.fo.45.co.4.c
Præceptorum notitia neceſſaria. foli. 229. col.1.a
Præceptorum qualis notitia.fo.229.co. 2.b
Prædeſtinationis nulla cauſa.foli.94. colū. 2. a,
Prædeſtinatio infallibilis,& non ponens,neceſsitatem.fo.290.col.4.d
Prædeſtinationis materia & effectus & differētia ipſius, & reprobationis.f.93.co.3 d.4.c.d.94.a.b. c.d
Prædeſtinationis ſignum dilectio inimicorum.fo.235.col.3.d
Prædeſtinatorum ſigillum.fo.332.c.d.
Prædeſtinati ſaliendi igne.fol.221.col.3. c. In pectore Chr.in cruce.fo.339.col.2.b.
Prædeſtinatis non licet ociari & vanè confidere.fol.352.c.d
Prædicatio qualis pro magnatibus.f.155.c. 2.a.Ad epiſcopos ſpectat.fo. 106.co. 2.a
Prædicationis Ioannis principalis materia. fo. 26.co.1.a
Prædicatores mater Chriſti dicuntur.folio. 85.col.3.c
Prædicatoris facies ad doctrinam conducit. fo.89.col. 4.d
Prædicatoris officium.fo.294.col.3.d
Prædicatorum & magiſtrorum regula. fol. 151.col.1.a
Prædicatoribus licet aliquando ceſſare, fol. 151.col.3.c
Prædicatores oportet eſſe doctos. fol. 187. col.4.c
Prædictio futurorum mirificè Dei bonitatē demonſtrat.f.281.col.2.a. b.co.3.c
Præmium promiſſum conſiderādum & per ſeipſum Deo ſeruiendum principaliter. fo.200.co.2.b
Præſepe domini altè eſt conſiderandum. f. 202.col.1.b
Prioritas & poſterioritas duplex in Euangelio.fol.235.col.4.d
Principes ſæculi quomodo infœlices.f.197. col.3.d
Principū interrogationes.fo.217.co.3.d
Principes,parentes ciuitatis.f.169.co. 4.d
Promiſsiones valde vtiles,fo.200. col.2.a
Prophetarum oracula pro Chriſto argumētum firmum.fol.18.co.3.d
Prophetæ verbis & factis demonſtrabant. fo. 63 col.1.a
Prophetiam inuenit caſtitas.fo.114.co.3.c
Prophetiæ imago in qua agnoſcitur Chriſtus.fol.184.co.1.a
Prophetiæ excellentia.fo.18.co.4.d.
Prophetæ iudices futurorum. fo. 312.colū. 4.c.d.
Prouidentia propria eſt Dei.fo. 180. colū. 3.d
Proximi dilectio quàm neceſſaria.fol. 276 col.2.a
Proximus quid ſit.fo.eodem.b
Puer multa ſignificat.fo.215.col.2.a
Puerorum mens deſcribitur.ibid.b
Pueros & pullos nos vocat ſcriptura per allegoriam.fol.215.col.1.a
Pullus ligatus deſcribitur.folio.246. colū. 2.a,
Pullus quomdo Chriſto neceſſarius. f. 246 col. 4.c
Pullus hic,plures habebat cuſtodes. f.247. col.2.b
Pullus qualia deferebat veſtimenta.f.248, col.1.a

Q

QVadrageſimale tempus quanta obſeruantia dignum.folio.172.c.d.305. col.4.d.
Quadrageſimale ieiunium 172.col.4.d.valde efficax.fo.36.col.2.a
Quadrageſimæ tempore de quibus eſt docēdus populus.fol.35.colū. 4.d

R

RAdices quomodo mittit verbum Dei in cordibus audientium.fo.96.colū. 2.b.
Ad redemptionis opus quando egreſſus eſt Pater cū Chriſt.ſuo.fo.303.c.d.304.a.b
Redemptio noſtra quàm precioſa Chriſto. fo.118 col.4.c
Redemptionis fœdus.fo.206.col.1.b
Refectio præparata ieiunantibus.fo.37.co. 4.d
Regeneratio noſtra in ſimilitudinem Chriſti.fol.31.col.4.d
Regula ſeruanda in diuina reuerentia.f.124. col.1.b
Regula pro iuſtis dicata in Apoſtolis.f.159 colum.2.b,
Regula iuris,quod ſemel &c.fol.225.colū. 4.c
Regula ſeruanda in grauibus quæſtionibus fol.204.co.4.d
Religio quid ſit,vnde dicta.fo.315.a
Reſurrectionis conſideratio valde efficax. f.272.co.2.b.179.co.2.a
Reſurrectionis obliuio in quanta mala inducat.fo.371.col.1.a
Reſurrectio neceſſaria ad perfectā beatitudinem animæ.fo.272.co.1.a,b
Reſurrectionis ſpes omnis boni genitrix.f. 272.co.1.b
Reſurrectio mortuorum ſola fide tenetur.f. 128.col.4.c
Reſurrectio comprobatur.fo.275.colum.4 276.col.1.a
Reſurrectio corporum, qualis. folio. 271. col.4.c
Reſurrectionis Chriſti hiſtoria. folio. 349. col.3.d
Reſurrectioni Chriſti parabatur magnum argumentum in morte publica eius.fo.350 co.3.d
Reſurrectioni Chriſti parabat magnum argumentum monumentum nouum & exciſum in petra.fo.345.co.1.a. Et ſindon inuenta in ſepulchro.fo.350.col.3.d
Reſurrectio Chriſti quot modis tradita in ſacra ſcriptura.fo.347.co.1,a
Reſurrectionis Chriſti prophetiæ fol.347, co.1,b.2.c.
Reſurrectionis Chriſti figuræ Sāſon & Ionas.ibid.b.col.3.c
Reſurrectio Chriſti fidem clarificat, ſpem coronat.fo.347.col.3.d
Reſurrectio Chriſti præmium ſuæ obedientiæ.ibi.d
Reſurrectio Chriſti exemplar reſurrectionis iuſtorum.fo.348.co.1.a
Reſurrectionem domini teſtificantur mille circunſtantiæ.fo.349.col.4.c.d
Reſurrectio Chriſti quantorum myſteriorū robur.folio.350.colum.1.b. Reſurrexit Chriſt. propria virtute.fol.350.col.2.a. Reſurrectionis Chriſti teſtimonium ex mirabilibus effectibus.fo.350.col.4.c.d 351.co.1.a.b.col.2.a.
Reſurrectionis dies annus Iubilei.foli.352. columna.1.b.in fine.2.a,
Reſurrectio domini quas inferat concluſiones.f.352.col.2.b.in fine.3.& 4.c
Reuelationes nouæ examinanda.fol.204. col.2.a
Rex ſubditorū vtilitatibus reſpicere debet fo.160.col.2.a
Regis officium quale.fo.160.col.1.b,
Rex paſtor eſt populi.fo.160.co.3.c
Regis proprium opus,quale.fo.270.co.3.c
Regi qui debent eſſe à conſilijs.folio.270. col.2.b
Rex quos debet honorare.folio.146.col.2. b.c.d.275
Rex eſt etiam arguendus.folio.143.co.2.a; col.1.a.b
Regnum vnde ruit.fol.270.col.2.b
Roma an ſit iure diuino locus ſedis beati Petri.fo.193.co.4.d.& in annotatione marginali.
Romanus Pontifex iuriſdictionem pleniſſimam habet à Chriſto.fo.195.co.1.b.2.a
Romanus Pontifex conſulendus in grauioribus quæſtionibus.fol.205.col.2.in fine.3.c.d
Romanus Pontifex quomodo vicarius Petri à Conſtantino dictus.fo.193.in annotatione marginali.
Romanorū repudia & libellus,fo.223.c.colum.3.c.
Rubigo peccatorū vnde execrabilis.fo.324 col.3.d

S

SAbbatū ad quid inſtitutum.f.66.co.1.b,
Sacrificia veteris legis quare data illi populo.fo.34.col.2.a
Sacrificium apud Iudæos pro totius mundi ſalute.fo.253.d
Sacrificium Miſſæ.fol.317.co.3.c.d.4.c,
Sacrificium Miſſæ quàm decorat Eccleſiam

fol.318.col.1.a
Sacrificium miſſæ quàm præclarũ. fol.318. col.1.b.2.a.3.d
Sacrificiorum cauſæ tres.fol.317.co.4.d.in fine.318.col.1.a
Sacerdotes ſummi plures,quomodo ſimul. fol.329.col.1.b.
Sacerdotis & populi in miſſa mendacium timendum.fo.212.col.1.b.
Sacramenta nouæ legis ex ſcriptura & traditione conſtant.fol.9.pag.2.
Sacramentorum doctrina non ſtatim inducebat obligatiorem.fo.171.col.4.d
Sacramenta, vt quid in creaturis humilibus inſtituta.fol.134.col.2.a
Sal quando infatuatur.folio.221.colũ. 4. d. 228.col.1.a
Sal ignis tribulationis.f.221.col.2.a
Saliendus omnis iuſtus,vt ſit victima munda.fo.221.co.2.b.col.3.c.d.col. 4.d
Sal antiquorum ſacrificiorum myſticè declaratur a Chriſto.fol.221. col.3.d
Sal Apoſtoli.fol.221.co.4.c.
Samaritanæ prudentia.fol.19.colũ.3.d.44. col.4.c.
Samaritanæ apertè ſe reuelauit Chriſtus.fo. 333.col.2.b.co.3.c
Sancti omnes pro Chriſto paſsi ſunt. f. 238. co.2.b
Sancti magna gaudent dulcedine, foli. 105. col.2.a
Sanctorum requies breuis.fo.151.co.3.d
Sancti peregrini ſunt in hoc mundo.fol.151 col.4.d
Sancti recreati in ſuis tribulationibus.f.163 col.3.d
Sancti ſub cura & ſub fide Chriſti.fol. 108. col.3.d.col.4.c.
Sandaliæ Apoſtolorum. foli.137.col. 4. d.
Sãſon captus & irriſus figura paſsionis Chriſti.fo.327.col.2.a
Sapientia,quàm deſiderabilis.f.11.pag.2.
Sapientia fœlices fecit.folio.11.pagin.2.fol. 12.pag.1
Sapientię gratia omnibus ſeruiendum.fo.11. pag.2
Sapientia quanti facta ab Alexandro Magno.fo.11.pag.2
Sanſon liberatus de ciuitate & ducẽs portas ſuper humeros, reſurrection Chriſti prædemonſtrabat..347.col.2.b
Saturatio in ſcriptura haud dicit ſemper intemperantiam,fol.182.col.3.c
Scriptura ſancta quàm neceſſaria.fo.9.pag. 1.& .2. Quam profundi ſermonis.fol.10. pag.2.fo.11.
Scriptura ſancta difficilis intellectu multis de cauſis.fo.10.pag.2.neceſsitas interpretationis.fol.10.pag.2.fol.11.
Scripturæ ſanctæ interpres,qualis. folio, 11. pag.1.
Scripturæ ſanctæ optimum genus interpretandi.fol.303.col.3.c.d
Scripturæ ſanctæ ſenſus latentes. folio. 271. col.3,d
Scriptura ſancta quo ſpiritu ſcripta.f.12.co.2 b.col.3.c.col.3.c.d.4.c.d
Scripturæ ſanctæ manſuetudo in arguendis delictis.fo,256.col. 3.c
Scriptura ſancta aliquando reuelatione,ſemper directione Spiritus ſancti ſcripta. fol. 12.co.1.b.2.a.b
Scriptura ſancta haud ſemper vtitur determinato ſermone.folio.12.colu.4.d.13.co.1. a.b.col.2.c
Scribæ & Phariſæi filij Diaboli. foli. 57. col.4.d.
Scribi in terra quid ſignificet.fo.159, co.2.a
Scandalum quid ſit.f. 218.col.3.d
Scandalum quando ſit peccatum mortale.f. 218.col.4.c
Scandalum quantùm ſit fugiendum.fol.219 col.1.a
Scandalum, offendiculum interpretatur.fol 219.col.3.c.
Scandali materia,fol.221.col.1.a.
Spes venię vbi inuenitur.fol..335.col.4.d.
Sermo in ore paſtoris pcioſior. folio.222 col.4.d
Sermo parabolicus.fol.261.col.4. d. non arguit metum in magiſtro.fo.261. colũ.4.d
Sepulchrum Chriſti vnde glorioſum. f.345 col.2.a
Seruire Deo & nos & noſtra debent.f. 118. col.4.d
Seruiendum Deo à pueritia.238.col.4.d
Sigillum prædeſtinatiõis.f.91.col.1.a.332. c.d
Sigillum doctrinæ Euangelicę.f.44.co.2.b
Signũ Ionę prophetę bis datum Iudæis.fo. 183.col.2.b.
Silentium Ieſu in ſua paſsione. foli. 344.
Silentium amicorum Ieſu cùm pateretur quam vtile.fo.344.col.4.c
Similitudines vtiles in concionibus. fol.90. col.2.b.
Sinapis granum prędicationem Euangelicã ſignificat.f.104.co.2.b.in fine.

Sinapis granum crux Chriſti.fo. 104.col. 3.c.
Sinapis grani potentia.folio. 105.col.2. in fine.col.2.b,
Synagoga quando aruit à radicibus.fol.252 col. 2.b,
Sitis Chriſti vnde.fol.342.col.1.b,
Sol.fol.340.co.4.d.341.col.1.b,
Spes veniæ vbi inuenitur.folio.335.colum. 4.d.
Spes quæ Chriſto innititur efficax.fo.243. col.4.c.
Spes ſolatium in tribulationibus.f.162.col. 3.c.163.col.1.b.272.col.1.b.
Spes reſurrectionis reponenda in ſinu.f.197 col.3.d,
Spes regni efficax ad operationem.fo. 239. col. 1.d,
Spiritus conceſſus Eliſeo quomodo duplex. fol.25.col.1.b,
Spiritus Domini quomodo ferebatur ſuper aquas. fo. 31.col.2.b,
Spiritus ſanctus à filio.fo.259.col,4.d,
Sponſalia multis de cauſis rumpuntur. foli. 227.col.3 c.
Sudor ſanguineus vnde.f.324.co.2.a.b.3.c.d col.4. c.
Studium diaboli cōtra Deum in noſtra perditione.fo.81.co.2.a,
Superbia cordis humani,quanta.folio. 241. col.2.a,
Superbia peccatorum.fol.30.col. 4.c,
Superbi quomodo docendi.fol.20.col.2.a,
Superborum doctrinā.fo 210.col. 4.c,
Suſanna exemplum coniugatarum mulierū fol.97.col.4.c,
Sybillæ authoritatis magnę.folio.294.col. 4.d.
Sybillarum prophetię de iudicio.folio.295 .3.a.b,
Sybillæ prophetia de paſsione Chriſti. foli. 331.c,
Symbolum condiderunt Apoſtoli.fo.187. col.1.a,
Symbolum collatio dicitur & indicium ibidem.

T

TAciturnitas in confeſsione fidei quādo neceſſaria.fo.200.col.1.b.
Taciturnitas inter conuitia inimicorum quā prudens.fo.330.col.1.a,
Talaris tunica gratia ſignificat.f.121.co.1.a,
Templum Hieruſalē attentauerūt ædificare Iudæi ſub Iuliano.f.280.co.3.d,
Templi Hieruſalem prophanatores Antiochus,& Heliodorus.255.colu.1.a.b,
Templi Hieruſalē violatores puniti.fo.254. col,4.d,
Templi Salomonis dedicatio. folio. 254. col.3.c,
Templum ſoli diuinitati cōſecratum primo & directè.fo. 18.co.1. b.
Templis reuerentia exhibenda. folio. 255. col.1.b.
Templum Neptuni quàm ſuperbum. f.154. col.1.a.
Templi ædificandi Hieroſolymis præparauit impenſas Dauid.fo.254.col.1.b,
Templi ędificādi accepit exemplar à Deo Dauid.ibid.col.2.a
Templi Salomonis honoratores gentium reges.fol.254.co.2.b.co.3.c.
Tempus acceptabile quale.f.242.co.4.c
Tempus acceptabile cum nulla celebratur fol.255.co.3.d.
Tempore mortis quid agendum ſit.fol.257. col.1.a,
Tentatio humana qualis.f.268.co.4.d.
Tentationes fidei quomodo curandæ, f.128 col.2.a.
Tentatio proxima pœnitentia .f.128.co.2.a
Tentationes quomodo ſuperandæ .fol. 37. col.1.a,
Tentationes Chriſti.fol.3 .co.1.a
Tentationes Chriſti quam vtiles, quomodo factæ.f.36.col.3.d.118.co.3
Tentationes quanta nos doceā .f.36.co.4.d
Teſtes Dei contra nos.f.24.co.2.b
Teſtes ex viſu deſiderandi à Iudicibus. foli. 155.col.4.c
Teſtamentum quid & quid conferat hæredibus.fo.315.co. 4 d
Teſtamenti veteris & noui differentia. ibi. in annotatione marginali.
Thabita nomen.fo.129.col.4.c
Timor iuſtis & ſpes peccatoribus congruūt fol.236.co.1.b
Timor filiorum Eccleſiæ.f.268.co.2. b.
Timor vbi conciliatur.fol.342.col.3,c
Timor erga Chriſtum.f.26.col. 3. c,90,col 3.d,
Timor erga ſacramentū altaris.f.26. co. 3.d
Timor ſeruilis eſt contra Lutherum.fol.54, col. 1.b
Timor domini qualis eſſe debeat.f. 108.a.b, 116.col.4.d.117.col.4.fol.204.colū.1.a

210.col.2.d.263.col.3.c.265.col.3.d
Timor gentium vocatarum,fo.125.col.1.b
Timor domini in laboribus Chriſti conciliatur,fol.178.col.2.a
Timor diuinæ iuſtitiæ in Chriſti paſsione intelligitur, fol.196.col,3.d
Timor in miſerationibus,fol.157.col.2
Timor filiorum Eccleſiæ,qualis.folio.268.col.2.b
Timor de futuro caſu,vnde colligitur,folio 287.col.1.a.
Timor ſanctorum.fol.321.col.4.c.fol.125.col.4.d.326.col.1.a.
Timoris defectio, fol. 336.col.4.d.& effectus eius. ibi. Amoris defectio.folio.335.col.4.d.
Titulus crucis.fol.339.col,1.b
Titulus crucis inuiolatus.fol.339. col.3,c.d
Tobias iunior magiſter ſub hora tentationis.fol.107.col.4.d.
Torrens Ezechielis, qui non tranſuadatur, fol.312.col.3.d.4.c.d.313. col.1.a.b
Traditiones Eccleſiaſticæ quantę auctoritatis,fol.9.pag.2.
Traditiones aliquę deſcribũtur, fo.9.pag.2
Traditiones contra mandata abrogandæ, fol. 170.col.2.a.
Transfiguratio Chriſti in quo conſiſtat,fol. 201.col.4.c
Triſtitia de his quæ nobis nolentibus accidunt,fol,146.col.1.b
Triſtitia quomodo in Chriſto, folio.324.col.2.a
Triumphus Chriſti,fol.27.col.1.b
Triumphum pompa præcedens, fol.359.col.2.a.b.3.c
Triumphus Chriſti ad inferos,fo.345.col.3.& per ſequentia.
Turba mobilis animi.fol.272.col.3.d
Tunica inconſutilis non diuiſa,magnum ſacramentum. fol. 330. col. 4.c.d. fol.331.col.1.a

V

VEctigal,tributum,cenſus, quid ſint,fol. 270.col.1.b
Velum templi ſciſſum quid ſignificet,folio 343.col.3.d. 4.d
Veſtis ſacerdotalis Iudæorum ſciſſio,magnum ſacramentum,fol.330.col.4.c.d.fo.331.col.1.a
Veritatis occultatio aliquando opus miſericordiæ,fol.94.col.2.b
Veritas magno ſtudio inquirenda, fol. 225.col.1.à
Verbum Dei comedendum,fol.20.colum.4.d
Verbum Dei adulterare,quid ſit.fol,23,colum.1.a.
Verbum Dei quam vtilitatem conferat,fo.21.col.4.c
Vigilare in ſcriptura quid ſignificet,fol.301 col.2.a. Dormire, col.3.d
Videre Dei quid ſignificet,fol.41.col.3.c
Vigilia Epiſcoporum aduerſus hæreticos, fol.41.col.3.d
Via ad ſedes regni cęlorum pati cum Chriſto.fo. 238.col.2.b
Via trium dierum pœnitentibus congruit, fos.181.col.1.b
Via recta mandatorum,fol.21,col.1.b
Via pœnitentiæ arcta & amplisſima.fo.21.col.2.b
Virginitas eſt in conſilio,fol 99.col.2.a
Virginitatis diffinitio,fol.99.col.2.b
Virginitatis materiale & formale, fol.99.col.3.c
Virginitas ſemel amiſſa irrecuperabilis.fo. ibidem.
Virgines aliquæ voluntariè ſe perimentes, quomodo excuſantur, fol.284.col.3.c.285.col.1.a
Virtus inuicta,fol.143.col.4.d
Virtus aliquãdo etiam temporali gloria coronatur,fol.266.col.4.d
Virtus, non perſonæ apud Deum.fol.239.col.2.b
Viuere ſibi quid ſit,fol.32.col.1.a
Vocare ad ſe Chriſt.quid ſit,fol.73, col.3.c
Vocationes Apoſtolorum plures.folio.44 col.4.c
Vocationis noſtræ finis.fol.35. col.2.a
Voces nouæ in Eccleſia examinandæ, fol. 19.col.3.d
Voluntas maligna facilè ſocios habet.folio 60.col,1,b.
Voluntas duplex,fo.303.col.1.a
Voluntaria paupertas ſtatiui perfectionis, fol.230.col.2.b
Vox in Iordane immediate à Patre,fol.32, col.3.d
Vox Dei ad populum quomodo fiebat in Syna.fol.273.col.1.a
Vnctio olei facta à diſcipulis ex ordinatione Chriſti.fol.140.col.4.d
Vnctio extrema ſacramẽtũ.fo.141.co.1.b.

Vnctionis materia & forma & effectus, fol. 141.
Vniuerſitates valde neceſſariæ, fol. 205. colum. 1. b
Vulnus inuidiæ, fol. 66. col. 2. a

Z

ZAcharias demonſtrauit redemptorem, in ſanguine ſuo. fol. 190. col. 1. a
Zelus domini fortiſsimus, fo. 253. col. 1. b.
Zelus in Chriſto, ſine imperfectione, fo. 66 col. 4. d
Zelus domini Ieſu multus, fol. 67. col. 1. b. 253. col. 1. b
Zelus quomodo comedit viros iuſtos, folio 253. col, 2, b.

IHS

INDEX AVCTORITATVM

SACRAE SCRIPTVRAE, QVAE AB AVCTORE IN HIS Commētarijs accuratiùs exponūtur, prætermiſsis alijs innumeris, quas in oblatæ materiæ comprobationem paſſim reperies.

GENESIS.

CAP.1. Dixit Deus, &c. fo. 109 col.1.b

Ibid. Spiritus domini ferebatur ſuper aquas, fol. 31. col.2.b

Cap.2. Vt videret quid vocaret ea. fol.76. col.4.d

Ibid. Ex omni ligno paradiſi comede; de ligno autem, fol 3:3. col.1.a

Ibi. In quacunq; nota comederis, morte, fol.319. col.1.b

Cap.3. Cur præcepit vobis Deus, fo.57. co. 3.d

Ibid. Præcepit nobis Deus ne comederemus & ne tangeremus illud. fol.9. pag.1. in principio.

Ibid. Eritis ſicut dij, ſcіente bonũ & malũ, fo.208. col.1.a

Ibid. Ecce Adam quaſi vnus ex nobis, fol. 59. col.1.b

Ibid. Mulier quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi, fol.110. col. 2.a.b

Cap.5. Iſte conſolabitur nos ab operibus & laboribus man. noſtra ũ. fo. 292. col.3.c.

Cap.6. Eruntq; dies illius centum viginti annorum, fol. ibid. col.4.c

Cap.7. Ingreſſa ſunt ad Noe in arcam, bina & bina, fol. 152. col.3.c

Cap.8. Attulit ramum oliuæ, fo.32. col.2.a

Cap.9. Sanguinē animarum veſtrarum requiram, fol. 296. col.2.b

Cap.15. Credidit in ſpe cõtra ſpem, fo.177. col.3.d

Ibid. Cumq; ſol occumberet, vſque, inuaſit eum. fol.304. col.3.d

Cap.18. Deſcendam & videbo, fol.77. colum.4.c

Ibid. Domine ſi inueni gratiam, vſque, bucella panis, fol.181. col.3.c

Cap.20. Induxiſti ſuper me, & ſuper rēgnũ meum peccatum grande, fol.97. col.4.c

Cap.22. Tolle filium tuũ quē diligis Iſaac, atque ibi offeres eum, fol.87. col.4.d

Ibid. De nocte conſurgens ſtrauit aſinum ſuum, fol.304. col.4.d. & deinceps

Ibid. poſtquam adorauerimus, reuertemur ad vos. fol. ibidem.

Ibid. Leuauit Abraham oculos ſuos, & vidit poſt tergum, fol.336. col.1.a.b

Ibid. Dominus videbit, fol.336. col.1.b

Cap.28. Per ſcalam aſcendebant & deſcendebant angeli. fol. 165. col.4.c

Cap.32. In baculo meo tranſiui Iordanem iſtum, fol.62. col.1.b

Cap.39. Relicto in manu eius pallio, fugit, & egreſſus eſt foras, fol. 120. col. 1.a. fol. 329. co.1.a

Cap.44. Ego propriè ſeruus tuus ſim, qui in meã hunc ſuſcepi fidē. fo. 108. col.4.c

Cap.45. En oculi veſtri, & oculi fratris mei Beniamin vident, quòd os meum loquatur ad vos, fol.73, col.4.c,

Ibi. Ego ſum frater veſter, fo. 8-. col.4.c

Cap.49. Salutare tuũ expectabo domine, fol.189. col.3.d. & deinceps

Ibid. Ligans ad vineam pullum ſuum & ad vitem ô fili mi aſinã ſuã, fo. 247. col.3.c

EXODO.

CAP.3. Qui eſt miſit me ad vos. fol.21. col.4.c

Ibid. Ego ero tecum. fol.74. col.2.a

Cap.4. Quid tenes in manu tua? folio. 119. col.4.d. fol.137. col. 2.a

Cap.12. Et occidēt illum omne vulgus Synagogæ filiorum Iſrael ad veſperam. fo. 310. col.3.c.d

Ibid, Erit vobis ſanguis in ſignũ in ædibus, fol. ibid: m.d

Ibid. Renes veſtros accingetis, vſque feſtinantes, fol. ibidem. col. 4. c.d

Ibid. Os non comminuetis ex eo, fol. 311. col.1.b

Ibid. Et ſpoliauerunt Aegyptios, folio.119. colum.3.d

Cap.15.Glorioſè enim magnificatus eſt, fo. 53. col.2.b. fol.112. col. 4.d

Ibid.

Ibid. Conuerſæ ſunt in dulcedinem, fo. 104 col. 4. d. fol. 327. col. 4. c. d
Cap. 32. Receſſerunt cito de via, quam oſtẽdiſti eis, fol. 168. col. 3. c. fol. 258. colum. 3. d
Cap. 33. Miſerebor cui voluero, fol. 176. colum. 4. c. d

LEVIT.

CAP. 25. Ipſe eſt iubileus. fol. 352. col. 2. a

NVMER.

CAP. 20. Hæc mandat frater tuus Iſrael. fol. 151. col. 4. d
Ibid. Tãtùm velociter tranſeamus, &c. Ibidem, & deinceps.
Cap. 32. Caulas ouiũ fabricabim' &c. Nos autem ipſi armati & accincti pergemus ad prælium, fol. 121. col. 3. d. & deinceps. folio. 122. col. 1. a. b

DEVTERON.

CAP. 13. Si ſurrexerit in medio tui prophetes, &c. vſq; Somniatoris. fo. 44 col. 3. d
Cap. 18. Suſcitabit vobis dominus prophetã. &c. Sicut me, fol. 42. col. 2. b. fol. 203. col. 4. d. & deinceps.
Cap. 28. Erit vita tua ante te, fo, 183. col. 1. a
Cap. 32. Pars domini populus eius. fo. 184. col. 2. a
Ibid. Vtinam ſaperent atque intelligerent, ac. &c. fol. 298. col. 4. d

IOSVE.

CAP. 3. Steterunt nanque aquæ deſcendentes, fo. 312. col. 4. d. fo. 113. col. 1. a. b
Ibid. Et non poterant tranſuadari, fol. 313. col. 1. b
Cap. 7. Anathema eſt in medio tui Iſrael, non poteris ſtare, fol. 208. col. 1. a
Ibid. Fili mi, da gloriã domino Deo Iſrael fol. 302. col. 3. d. & deinceps.

PRIMVS LIB. REG.

CAP. 1. Anna loquebatur in corde ſuo, fol. 124. col. 2. b
Cap. 2. ſuper ipſos in cælis tonabit, fo. 294. col. 2. b.
Ibid. Quicunque honorificauerit me, fol. 318. col. 1, b
Cap. 3. Ecce ego faciã verbũ in Iſrael, &c. vſque tinient ambæ. Aures eius, fol. 325. colum. 2. b
Cap. 6. Et non declinabant, neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram, fol. 248. colum. 2. b.
Cap. 7. Si in toto corde veſtro reuertimini ad dominum, auferte Deos alienos.
Cap. 17. Ipſius bellum eſt, fol. 53. colũ. 2. b. col. 3. c. & fol. 200. col. 2. b
Cap. 18. Num parum videtur vobis generum eſſe Regis. Ego autem pauper, fol. 282. col. 4. d. & deinceps.
Cap. 24. Et nunc quia certiſſimè ſcio, quòd regeneraturus es in Iſrael. fol. 235. colũ. 3. d

2. REGVM.

CAP. 1. Vnde ſcis ꝙ mortuus eſt Saul? fol. 156. col. 1. a.
Cap. 9. Nunquid ſupereſt aliquis de domo Saul: vt faciã eum eo miſericordiã Dei. fol. 144. col. 4. d. & folio. 218. col. 2. a. & deinceps.
Cap. 11. Accidit vt ſurgeret Dauid de ſtratu ſuo, fol. 107. col. 4. d.
Cap. 12. Dominus quoque tranſtulit peccatum tuum, fol. 110. col. 1. b
Cap. 15. Præſto ſum, faciat quod bonũ eſt coram ſe, fol. 148. col. 3. d
Capit. 16. Dominus præcepit, vt maledicat Dauid, fol. 118. col. 3. d

3. REGVM.

CAP. 17. Quid mihi & tibi vir Dei? Ingreſſus es ad me, vt rememorarentur iniquitates meæ, fol. 24. col. 4. a

4. REGVM.

CAP. 2. Viuit dominus & viuit anima tua, fol. 131. col. 3. c
Capit. 18. Egredimini ad me, & comedet vnuſquiſq; de vinea ſua. fol. 80. col. 3. d
Cap. 25. In incertum ſagittam mittens, caſu accidit, fol. 227. col. 1. b

SECVNDVS LIB. PARALIP.

CAP. 5. Intulerunt ſacerdotes arcam domini, fol. 20. col. 1. b
Cap. 21. Conſurrexit autem Satham contra Iſrael, fol. 81. col. 2. b.

TOBIAS.

CAp.6.Domine iuuadit me.fol.107.colum.4.d

Ibid. Apprehende brachium eius,& trahe, fol.186.col.1.a

IVDITH.

CApit.13.Reuocauit me vobis gaudentem in victoria ſua.fol.321. col.4.c

HESTER.

CApit.1.Aſſuerus Rex.3. anno imperij ſui fecit grande conuiuium.fo.144. colum.4.c.fol.116.col.4.c

Capit.8.Noua lux oriri viſa eſt,fol.100.colum.2.b

IOB.

CAP.1.Ignis Dei de cælo cecidit.folio 208.col.1.b

Ibid. Nunquid fruſtra Iob timet Deũ,fol. 51.col.2.b.&.57.col.4.d

Cap.7.& ſubitò probas illum,fo.36.col.4 c.fol.127.col.1.à fol.164. col.2.a

Cap.10. Inſtauras teſtes tuos contra me,fo. 24.colum.2.b.

Capit.33.Reſpiciet homines,& dicet,Peccaui,vſque,non recepi.fol.24.col.2.a

Cap.36.In manibus abſcondit lucem.folio 94.col.1.b

Capit.41.corpus eius quaſi ſcuta fuſilia,fol. 81.col.1.a

Ibid. Nũquid pones circulũ,fol.136.co.3.c

Ibid.Non eſt poteſtas ſuper terram,quæ.folio.82.col.2.b.fol.136.col.3.c

PSALM.

PSalm.2. Seruite domino in timore.fol. 71.col.2.a

Ibid. Ego autem conſtitutus ſum rex,&c. Prædicans præceptum eius, fol.102.col. 3.c.d.fol.250.col.2.a

Pſalm.3.Tu autem domine ſuſceptor meus es.fol.89.col.4.c

Pſalm.4.Filij hominũ vſquequo graui corde.fol.105.col.1.b.fol.207.col.2.a

Pſalm.6.Conturbata ſunt omnia oſſa mea, fol.267.col.2.a

Ibid.Turbatus eſt præ ira oculus meus,fo. 253col.2.b

Pſalm.7. Sagittas ſuas ardentibus effecit,folio.268.col.3.c

Pſalm.9.Præparationem cordis eorum audiuit auris tua.fol.161. col.1.b

Pſalm.15.Bonorum noſtrorum non eges. fol.266.col.1.a.

Ibid.Propter hoc lætatum eſt cor meũ,inſuper & caro mea.fol.197.col.2.b.fol. 346.col.1.b

Ibid. Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis ſanctum tuũ vid.corrupt.&c.fol.264.col.1.b.fo.347 colum.1.b

Pſal.18.Exultauit vt gigas ad currend. viã. fol.131.col.1.a.& deinceps.

Ibid. Deſyderabilia ſuper aurum & lapidẽ &c. vſque, Retributio multa.fo.101.colum.2.a.

Pſalm.21.Deus Deus meus,vt quid dereliquiſti me?fo.320.col.1.a, & deinceps,fo. 342.col.2.b.& deinceps.

Ibid.Tu es qui extraxiſti me de ventre. fo. 88.col.5.c.fol.541.col.3.d

Ibid. Circundederunt me vituli multi tauri pingues, fol.333. col.1.a. fol.345.col.4. d.& deinceps.

Ibid.Aruit tanquam teſta virtus mea,folio 310.col.4.c

Ibid.Clamaui per diem & nõ exaudies,fo. 324.col.1.a.

Ibid. Tu autem in ſancto habitas, fol.ibi.b

Ibid.Edent pauperes & ſatur.&c.vſque in ſæculum ſæculi.fol.182.col.3.c.& folio. 319.col.1.a

Ibid.Narrabo nomen tuum fratribus meis, fol.85.col.3.c.

Pſalm.23.Dominus potens in prælio,fol. 26.colum.4.d

Pſalm.26.Inſurrexerunt in me teſtes iniqui,& mentita eſt iniquitas ſibi,fol.349. col.3.c

Pſalm.29.Quæ vtilitas in ſanguine meo,cũ deſcẽdo in corruptionẽ?fo.343. col.2.b

Pſalm.30.Viriliter agite & confortetur cor veſtrum, omnes qui ſperatis in domino, fol.103.col.4.d

Pſalm.31.Beati quorum remiſ.&c.& quorum tecta ſunt peccata,fol.127.col.2.b

Pſalm.43.Diuerte à malo & fac bonum,fo. 120.col.2.a

Pſalm.34.Tota die meditabitur iuſtitiam tuam,fol.318.col.1.b

Ibidem.Euge, euge viderunt oculi noſtri, fol.83.col.2.a

Pſalm.35.Inebriabuntur ab vbertate dom9 tuæ.fol.203.col.3.d.& deinceps.

Pſalm.39.Expectans expectaui dominum, fol.123.col.2.b

Ibid. Sacrificium & oblationem noluiſti, aures autem. fol. 34. co. 2. a. b
Ibid. Ecce venio. fol. 72, col. 4. c. d. fol. 108. col. 2. a
Pſalm. 40. Beatus qui intelligit ſuper egen. & pauperem, fol. 154. col. 1. b. & latiſſimè. fol. 312. col. 1. b
Ibid. Vniuerſum ſtratum eius verſaſti in infirm. fo. 141. col. 2. b
Pſalm. 41. In die mandauit dominus miſericordiam ſuam, & nocte cant. fol. 46. co. 4 c. fol. 161. col. 1. a. b
Ibid. Quare oblitus es mei, & quare, fo. 162 col. 3. c. d
Pſal. 43. Propter te mortificamur tota diē. fol. 282. col. 3. c
Pſalm. 44. Lingua meā calamus ſcribæ velociter ſcribentis, fo. 12. col. 3. c
Ibidē. Accingere gladio tuo ſuper fœmur tuum potentiſsime, fo. 27. col. 1. a. fo. 251 col. 1. b. & deinceps.
Ibid. Propter veritatem & manſuetudinem & iuſtitiā, fo. 27. col. 1. b
Ibid. Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ prę. fol. 19. col. 1. b. fo. 132. col. 1. b
Ibid. Audi filia & vide, fo, 20. col. 4. d
Ibidem. Aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato. fol. 88. col. 4. d
Pſalm. 48. vocauerūt nomina ſua in terris, fol. 159. col. 2. a
Pſal. 49. Si videbas furē; &c. vſq;, Qui obliuiſcimini Deum, fol. 292. col. 3. a. & deinceps.
Pſal. 62. Melior eſt miſericordia tua ſuper vitas, &c. Sic benedicam te in vita meā, fol. 322. col. 4. c. d.
Ibidem. Introibunt in inferiora terræ, tradentur in man. glad. partes vulp. &c. fol. 240. col. 3. c
Pſal. 64. Te decet hymnus Deus in Syon, fo. 78. col. 1. b
Pſalm. 65. Venite & audite & narrabo, fol. 123. col. 1. b. & deinceps.
Pſalm. 66. Cōfiteantur tibi pop. omnes, terra dedit fructum ſuum, fo. 113. co. 1. a. fol. 283. col. 4. c. & deinceps.
Ibid. Metuant eum omnes fines terræ, fol. 111. col. 2. b
Pſalm. 67. Præuenerunt principes coniuncti pſallentibus, fol. 346. col. 2. b
Ibid. Iter facite ei. Dominus nomen illi. fo. 355. col. 2. a
Ibid. Pluuiam voluntariā ſegregabis Deus fol. 356. col. 2. b
Ibid. Benedictūs dominus die quotidie, fo. 314. col. 2. a
Pſalm. 68. Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ, fo. 312. col. 4. d
Ibid. Infixus ſum in limo profundi, fo. 354 col. 4 d
Ibid. Defecerunt oculi mei, dum ſpero. foli. 320. col. 3. d
Ibid. Non confundantur ſuper me qui quærunt te Deus Iſrael, quoniam propter te ſubſtinui. fo. 328. col. 1 a. b
Ibidē. Zelus domus tuæ comedit me, &c. vſque ceciderunt ſuper me. fol. 66. col. 4 d. fo. 67. col. 1. b. fo. 253. col. 1. b
Ibid. Oderunt me gratis, fo. 256. col. 3. c
Pſal. 70. Erit firmamētū in terra, in ſummis montiū, fo. 318. col. 2. b. & deinceps.
Pſalm. 72. Pars mea Deus in æternum, fol. 152. col. 2. a. fol. 184. col. 2. a
Pſalm. 73. Exurge Deus, & iudica cauſam meā, fo. 328. col. 2. a. b. & deinceps.
Pſal. 76. Meditatus ſum in nocte cū corde meo, & exercit. & ſcopebā, f. 302. co. 1. a
Pſalm. 80. Dimiſi eos ſecund. deſyderia cordis eorum, fo. 268. col. 1. b. & deinceps.
Pſal. 84. Miſericordia & veritas obuiauerūt ſibi, ſol. 196. col. 4. d
Pſal. 87. Exaltatus autē humiliatus ſum & conturbatus, fol. 17. col. 4. d
Ibi. Omnes fluctus tuos induxiſti ſuper me fol. 108. col. 2. a. fol. 312. col. 4. d
Pſal. 88. Quis in nubibus æquabitur Deo? fol. 111. col. 4. a
Pſal. 94. Venite adoremus & procidamus, fol. 26. col. 4. c. fo. 104. col. 2. a
Pſal. 96. Adorent eum oēs angeli Dei, fol. 33. col. 4. c. d. fo. 315. col. 1. a. b
Pſal. 102. Benedic anima mea dūm; qui coronat te in miſericordia. fo. 49. col. 3. c
Pſal. 104. Lætetur cor quærentium dominum. fol. 244. col. 1. b
Pſalm. 109. Dixit dominus domino meo, fol. 277. col. 4. d
Ibidē. Sede à dextris meis, & infra. Dn̄s à dextris tuis, fo. 353. col. 4. c. d
Ibidem. Donec ponam inimicos tuos ſcabel. &c. fo. 278. col. 1. a
Ibid. Dominare in medio inimicorum tuorum, fol. 247. col. 4. d
Ibid. Ex vtero ante luciferum genui te. fol. 32. col. 3. c. d. fol. 116. col. 3. a.
Ibidē. Tu es ſacerdos in æternum, fol. 317. col. 3. d. & deinceps.
Pſalm. 110. Memoriam fecit mirabiliū ſuorum

rum misericors & miſ.&c.fol.159.col.1.a
Ibid. Non cõmouebitur donec deſpi.inimi. ſuos,fol.278.col.1.b
Pſal.112. Quis ſicut dñs Deus noſter,qui in altis.fol. 210.col.4.d. foli.211,colum.1.a
Ibid. Suſcitans à terra inopẽ.fo.39. col.4.d & deinceps.fo.210. col.4.d.&deinceps.
Pſalm.114. Cuſtodiens paruulos dominus. fol.226.col.3.d
Pſalm.115.Ego dixi in exceſſu meo, omnis homo,fol.191.col.3.d
Ibid. Quid retribuam domino,pro.fol.24. col.4.d
Pſal.118.Viã mandatorũ tuorũ cucurri,cũ dila.&c.fol.21.col.2.b.fol.153.col.4.c
Ibid. Legem pone mihi domine viam, fol. 21.col.1.b.
Ibid.Ordinatione tua perſeuerat dies,quoniam omnia ſeru. fol.68. col.3.c.fol.86. col.3.b
Ibid.Amandatis tuis intellexi.fol.2 . colũ. 2.b
Ibid. Longe à peccatoribus ſalus, fol, 139. col.4.c.
Ibid.Paratus ſum & non ſum turb.&c.fol. 57.col.1.a.fol.243.col.3.c
Ibid. Odiui omnem viam iniquitatis,fo.21 col.2.b
Ibid. Super inimicos meos prudentem me feciſti mandato tuo,fol.330.col.1.b
Ibid. Defecit in ſalutare tuum anima mea, & in verbum tuũ ſuper. fol.335.col.4.c.
Pſalm.123.Benedictus Deus, qui nõ dedit nos in captionem dent. fol.56.col.1.b
Pſalm.124.Domin⁹ in circuitu populi ſui. fol.135.col.3.c
Pſalm.129. De profundis clamaui ad te domine,fol.21.col.1.a
Ibid. Apud dominum miſericordia,& copioſa apud.fol. 29.col.2.b. fol.154.col. 3.c
Pſalm.131.de fructu ventris tui ponam.fo. 17.col.3.c
Ibid.Ecce audiuimus eũ in Ephrata.Ibid.
Pſalm.132.Sicut vnguentum quod deſcendit in barb. barb. Aaron,fol.33.col.3.d.
Pſalm.138. Non eſt ſermo in lingua mea,fo 78. col.1.b
Pſalm.139. Habitabũt recti cum vultu tuo fol.59.col.2.b
Pſalm. 140. Pone domine cuſtodiam ori meo,fol.110.col.1.& deinceps.
Pſalm. 142. Doce me facere voluntatẽ tuã fo.186.col.2.a
Ibid.Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam.fo.227.col.4.d
Pſalm.144.Non intrent in iuſtitiam tuam, fol.319.col.2.b.& deinceps.
Ibid. Oculi omnium in te ſperant domine, vſq; in tẽpore oportuno. fol.157.col.1.b
Pſalm.148. Ipſe dixit & facta ſunt,fol.109. col.1.b.
Pſalm. 150. Laudate eum ſecund.multitudinem magnitudinis eius.fo.318.col.2.b

PROVERB.

CAP.1.Ego quoque ſubſanabo vos,fol. 95.col.3.c.fol.109.col.4.c.
Cap.4.Omni cuſtodia ſerua cor tuum,fol. 175.col.1.b
Capi.9. Miſit ancillas ſuas, vt vocarent ad arcem.fol.136.col.3.c.d,fol.316.col.4.d

ECCLES.

CAP.1.Quid eſt quod fuit?ipſum quod erit,fol.318. col.3.c. & deinceps.

CANT. CANT.

CAP.1.Anima mea liquefacta ẽſt,vt di lectus loquutus eſt.fol.47.col.1.a
Cap.2.ſub vmbra illius quẽ deſyd.ſedi.fol. 13.col.4.d.fol.164.col.4.d.& deinceps. fol.327. colũ.1.a.
Cap.3. Cuſtodiebãt lectum Salomonis,ſexaginta ſenes.&c.fol.175.col.1.b
Cap.18.Fortis eſt vt mors dilectio,dura.fo. 194.col.2.a

SAPIENTIA.

CAp.1. Sentite de domino in bonitate, fol.94.col.4.c.
Cap.2. Quoniam hæc eſt pars noſtra.folio 184.col.2.a
Cap.5.Accipiet armaturam zelus illius,fe. 89.col.2.a.fol.293.col.4.c. & deinceps.
Cap.6.Potentes potenter tormenta patien tur,fol.270.col.2.a
Cap.7.Candor lucis æternæ.fo.33.col.1.a.
Cap.8. Attingit à fine vſque ad finẽ,& diſponit,&c.fol.76.col.1.b.fol.78. col.1.b & deinceps.&.f.101.col.1.b.& deinceps.
Ibid. In certamine loquellæ illius Sapientia,&c.fol.205.col.1.a

ECCLESIASTICVS.

CAP.2. Sta in timore dñi ,& præpara animam tuã ad ten.fol.107.col. 3.d.

Ibid. Qui timetis dominum, ſperate in illũ, fol.53.col.4.d
Ibid. Qui timent Deum, præparabunt corda ſua. fol.20.col.1.b
Cap.5. Peccaui, & quid mihi accidit triſte? fol.124.col.3.d
Cap.15. Viri mendaces non erunt illius memores, viri veraces, fol.231.col.3.c
Cap.21. Fili peccaſti? Ne adijcias iterũ, fol.30.col.1.b
Cap.24. In electis meis mitte radices. fol.96.col.2.b
Capit.28. Plaga autem linguæ comminuet oſſa, fol.276.col.3.d
Capit.30. Fili miſerere animæ tuæ placens Deo, fol.71.col.1.a.fo.154.col.4.d
Cap.33. Multa mala docuit ocioſitas, folio 35.col.2.a
Capi,34, Qui baptizatur à mortuo, fo.124 col.3.d
Cap,37, Da mercedem ſubſtinentibus te, vt prophetæ tui fideles inueniantur, fol.18.col.4.d
Cap,48, Et in Eliſæo completus eſt ſpiritus eius.fo.231.col.3.c.d

ESAY.

CAP.1. Heu conſolabor ſuper hoſt. fol.92.col.4.c
Ibidem, Filios enutriui & exaltaui, fol.57.col.1.b
Cap,2. Venite aſcendamus ad montem domini, fol.227.col.2.a
Ibidẽ, Quieſcite ab homine, cuius ſpiritus in naribus eius, fol.157. col.4.c
Cap,3. Agnitio vultus eorum reſpondebit eis, fol.145.col,2.b
Ibidem, Dicite iuſto quoniam bene, folio 105.col.4.d
Cap,5, Quid debui facere vineæ meæ, folio 89.col.2.a
Cap,6, In anno quo mortuus eſt rex Ozias vidi dominum. fol.214.col.3.c. & deinceps.
Cap,9, Factus eſt principatus eius ſuper humerum eius. fol.357.col.1.b
Cap, 11, Erit ſepulchrũ eius glorioſum, fol.345.col.1.a
Cap, 16, Emitte agnum dominatorẽ terræ, fol.28.col.2.a.b
Cap,20, Clama ne ceſſes, fol.20. col.4.d
Cap,21, Ad me clamat ex Seyr, fol,70.col.3.c
Cap,26, Omnia opera noſtra operatus es in nobis domine, fol.40.col.1.a
Ibidem. Sic facti ſumus à facie tua domine, fol.68.col.4.d
Ibidem, Domine in anguſtia requiſierunt te. fol.20.col.2.a.fol.54.col.2.a
Cap,28, Quem docebit ſcientiam? Ablactatos à lacte, auulſos, fol.91.col.4.d
Ibi. Qui credit non feſtinet, fo.134.col.1.b,
Ibid. In fundamento fundatum, folio.192.col,3.c
Cap.29. Cor autem eorum longè eſt à me fol.167.col.4.c
Cap.30, Propterea expectat vos domin⁹, vt miſereatur veſtri, fol.113.col.1.a
Ibid, Ingreſſus ſcribe ei ſuper buxum, fol.90.col.1.b
Capit,32, Beati qui ſeminatis ſuper omnes aquas, fol.55.col.2.a
Capit 33. Locus fluuiorum riui latiſſimi & patentes. fol.277.col.3.d
Ibid. Quis ex vobis poterit habitare cũ igni deuorante? fol.114.col.2.d. fol.117.col.3.d. 4.c
Cap.38. Recogitabo tibi oẽs annos meos, in amarit.&c.fol.59.col.1.a
Cap.40. Volabunt & non deficient, fo.154 col,4.c
Capit.41. Confortauit faber ærarius, vſque glutino, fol.167.col.3.c
Cap,42, Gloriam meam alteri non dabo, fol,273,col.2.b
Ibid. Ecce puer meus electus, fol.71.co.3.d
Cap.43. Vos teſtes mei, fol.73.col.3.d
Ibid. Seruire me feciſti in peccatis tuis, fol.241.col.2.a.b
Capit.45. Labor Aegypti, & negotiatio Aethiopiæ, & Sabaim viri ſublimis, folio, 190.col.4.c.& deinceps, fo.148.col.1.b
Cap.49. Ecce Leuabo ad gẽtes manũ meã, & ad populum exaltabo ſignum meum. fol.286.col.3.c
Ibid. Tẽpore accepto exaudiui te, fol.242.col.4.c
Ibidem. In vacuum laboraui ſine cauſa, & vanè, fol.210.col.2.a
Cap.50. Deus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico, fol.319.col.3.c
Cap.53. Sicut agnus coram tondente ſe, fol.28.col.4.a
Ibi. Liuore eius ſanati ſumus, fol.59.col.1.b
Ibid. Non eſt ei ſpecies neque decor. Ibid, col.2.a
Ibi. Si poſuerit pro peccato animam ſuam, vide-

videbit, fo.163.col.3.d. fol.190.col.2.b. fol.320.col.2.a.b
Ibi. Pro eo quod laborauit anima eius, uidebit & ſaturabitur, fol.350.col.2.a
Capit.55. Omnes ſitientes venite ad aquas. fol.59.col.4.b
Ibid. Audite audientes me, & comedite bonum. fol.206.col.1.b
Cap.58. Frange eſurienti panem tuum. fol.158.col.3.c
Cap. 61. Spiritus dñi ſuper me, eò quòd, folio.32.col.1.b.fol.38.col.3.c.fol.131.co.4.d.fol.132.col.1.a.b
Cap.62. Propter Syon nõ tacebo, &c. Eris corona gloriæ in manu eius. f. 88.co.1.b
Cap. 63. Torcular calcaui ſolus, &c. vſque, Dies enim vltionis in corde meo, fol.301 col.1.a.& deinceps.
Cap.65. Tota die expandi manus meas, fol. 89.col.1.b
Cap.66. Nunquid parturiet terra in die vna fol.103.col.3.d

HIEREM.

CAP.2. Audite verbum domini domus Iacob. fol.95.col.4.c
Ibidẽ. Duo mala fecit populus meus, folio ibid.& deinceps.
Cap.3. Dabo vobis paſtores iuxta cor meũ fol.79. col.1.a
Cap.4. Nouate vobis nouale, & nolite ſerere ſuper ſpinas, fol.23. col. 2.c. fol.95. col.1.a
Ibid. Iurabis, viuit dominus in veritate & iudicio & iuſtitia. fol.146. col.4.d
Cap.6. State ſuper vias, & videte, & interrogate de ſemitis antiquis. fol.23.col.1.d fol.93.col.2.b.fol.226.col.4.c.d.fo.227.col.1.a.b
Cap.7. Templũ dñi, templum dñi, templũ dñi. fol.254.col.4.c.fo.255.col.1.a
Ibid. Vocabis eos, & non reſpondebũt tibi, fol.41.col.2.b
Cap. 11. Mittamus lignum in panem eius, fol.71.col.4.c.fo.327.col.4.c
Cap.12. Facta eſt mihi hæreditas mea quaſi leo in Sylua, dedit contra me vocem. fol.334.col.2.b
Capit.13. Vade & poſside tibi lumbare lineum, fol.268.col.1.b
Ibid. Date gloriã domino Deo veſtro, vſq; expectabitis lucem, fol.251.col. 2.b. fol. 302.col.3.d.& deinceps.
Ibid. Conuertimini filij reuertẽtes, fo.227.col.3.d
Cap. 14. Expectatio Iſrael Saluator noſter in tempore, quare quaſi colonus futurus es, fol.14.col.2.a.fol.57.col.2.a, fol. 107.col.2.a
Capit.17. Omnes qui te derelinquunt confundentur, fol.159.col.2.a
Cap. 21. Facta eſt mihi hæreditas mea quaſi leo in Sylua, fo.291.col.3.c.fo.317.
Cap.31. Conuerte nos domine ad te, & conuertemur, fo.40.col.1.a
Ibi. Nõ docebit vltra vir proximum ſuum fol.10.pag.1.in medio.

TRENORVM.

CAP.3. Bonus eſt dominus ſperantibus in eum, fol.123.col.2.b. & deinceps.
Ibid. Pars mea dominus, dixit anima mea. fol.184.col.2.a
Cap.4. In vmbra eius viuemus in gẽtibus, fol.326.col.4.d.& deinceps.

BARVCH.

CAP.2. Aperi oculos tuos & vide, quia non mortui qui ſunt in inferno, fol. 302.col.2.c
Cap.3. Poſt hæc in terris viſus eſt, fol.191.col.1.a
Ibid. Magnus eſt, & non habet finem, folio 190.col.4.c
Cap.4. Beati ſumus ô Iſrael, quia quæ placita ſunt Deo, fol. 86.col.1.b. 2.a.fol.142.col.1.b
Ibi. Sicut enim fuit ſenſus veſter, vt erraretis à Deo, fol.126.col.1.b

EZECHIEL.

CAP.2. Aperi os tuum, &c. vſque, Carmen & væ. fol.155.col.1.b
Cap.3. Si iuſtus auerteret ſe à iuſtitia ſua, & fecerint iniq. fo. 51.co.3.d
Ibid. Speculatorem dedite domui Iſrael, fol.187.col.2.b. & deinceps
Cap.13. Væ qui conſuunt puluillos, &c. ſub capite vniuerſæ ætatis, fol.122.colũ.1.b. fol.197.col.3.d
Cap.16. Requieſcet indignatio mea à te, auferetur zelus meus, fol.109.col.4.c
Cap. 24. Immunditia tua execrabilis, fol. 173.col.1.b
Ibid. Neque exijt ab ea nimia rubigo, fol. 178.col.1.b.& deinceps.
Cap. 47. Conuertit me ad portam domus, &c. vſque, Qui non poterat tranſuadari. 312.col.3.d

DANIEL

CAP.3. Non eſt in tempore hoc princeps, &c. vſque, Miſericordiam, fol. 317. col. 2. b. & deinceps.

Cap. 9. Et erit in templo abominatio deſolationis. fol. 287. col. 1. b

Ibid. Stillauit ſuper nos maledictio & deteſtatio. fol. 298. col. 1. b

Cap. 12. Melius eſt mihi abſque opere incidere in manus veſtras, fol. 292. col. 3. d

Ibid. Et à tempore cum oblatum fuerit iuge ſacrificium, fol. 317. col. 3. c

OSEAS.

CAPIT. 2. Populus hic nõ cognouit, &c. vſque Ignominiam eius, fo. 182 col. 2. a

Ibid. Sumam frumentum, &c. vſque, Ignominiam eius, fo. 257. col. 4. d

Ibid. Deſponſabo te mihi in fide, folio. 61, col. 2. b

Cap. 6. Miſericordiam volo & non ſacrificiũ, fol. 58. col. 1. a

Cap. 10. Seminate vobis in iuſtitia, fol. 23. col. 2. c

Cap. 13. Perditio tua ex te Iſrael. folio. 94. col. 4. d

Ibi. O mors, ero mors tua, & morſus tuus, ô inferne. folio. 340. co. 2. b. fol. 346. colum. 4. c

IOEL.

CAP. 2. Quis ſcit ſi conuertatur? fo. 126. col. 1. a. fol. 292. col. 2. b

Ibidem. Dominus dedit vocem ſuam ante faciem exercitus ſui. &c. cum ſequẽtibus fol. 291. col. 4. d. & deinceps.

AMOS

CAP. 2. Ego ſtridebo ſubter vos, fo. 294 col. 2. b

Cap. 5. Væ deſiderantibus diem domini, folio 297. col. 3. c

Cap. 8. In illa die occidet ſol in meridie, & obtenebrabitur, fo. 341. col. 2. a

IONAS

CAP. 1. Dormiebat in profundo maris: fo. 108. col. 2. a

Cap. 4. Et præparauit dominus hederam, fol. 105. col. 4. c

MICHEAS.

CAP. 6. Menſura minor iræ plena, &c. vſque, Loquebãtur mendacium, fo. 96. col. 4. c

ABACVCH.

CAP. 2. Spera in Deo, quoniã adhuc in medijs doloribus, fol. 162. col. 3. c. d

Cap. 3. Ingrediatur putredo, fol. 235. col. 1. b. & deinceps. fol. 306. col. 4. d

Ibid. Abyſſus dedit vocem ſuam, fol. 105. col. 2. b

Ibid. Qui aſcendis ſuper equos tuos, & quadrigæ tuæ ſalu. fol. 283. col. 4. d. fol. 353 col. 4. c

Ibid. Egreſſus es in ſalutem populi tui, fol. 303. col. 3. c. & deinceps latiſsimè, & fol. 345. col. 3. c. & deinceps, vſque in finem capitis.

Ibid. Ibi abſcondita eſt fortitudo, fol. 522. col. 4. d

Ibid. Cornua in manibus eius, fol. 346. colum. 1. a

AGGAEAS.

CAP. 1. Vocaui ſiccitatem, fol. 182. colum. 2. b

Cap. 2. Magna erit gloria domus iſtius nouiſsimæ. fol. 280. col. 3. c

ZACHAR.

CAP. 2. Ego ero eis murus igneus, folio. 267. col. 3. d

Ibid. Qui vos tetigerit, tãgit popul. fol. 168 col. 3. d

Cap. 4. Cõuertimini ad me, & ego con. fol. 40. col. 1. a

Cap. 9. Tu quoque in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti vinctos tuos, fol. 189. col. 4. d & deincep.

Cap. 11. Appenderunt mercedem, &c, vſq; Appretiatus ſum ab eis, fol. 309. col. 1. a

Cap. 13. Diſperdam nomina idolorum, fol. 311. col. 2. a

MALACH.

CAP. 1. In omni loco offertur nomini meo oblatio mũda, fol. 314. col. 1. b

Ibid. Non eſt mihi voluntas in vobis, folio 317. col. 3. c

2. MACHAB.

CAPIT. 9. Orabat autem hic ſceleſtus dominum, à quo non erat miſericordiã conſequuturus, fo. 235. col. 2. a

Matth.

MATTH.

CAP.1.Non cognouit eam, donec pepe rit.fol.278 col.1.b
Cap.2.Ipſe enim ſaluum faciet populū ſuū à peccatis eorum.fol.339.col.4.d
Cap.3.Paleas autem cōburet igni inextinguibili.fo.103.col.4.c
Cap.4.Vade ſathana.fo.72.col.3.d
Capit.5.Non veni ſoluere legem,ſed adimplere.fo.252.col.3.c
Ibid.Eſtote vos perfecti, ſicut pater veſter fol.276.col.3.d
Ibid.Ego autem dico vobis,fol.68.col.1.a. fo.109.col.1.b.fol.157.col.4.c
Cap.6. Receperunt mercedem ſuam.folio 278.col.4.c
Ibid.Adueniat regnū tuū, fol. 297.col.3.c.
Ibid. Fiat voluntas tua. fol.86.col.2.b.& deinceps, fol.323.col.3.d.fol.324.columna.4.c
Cap.7.Arbor bona bonos fructus facit.fol. 227.col.4.d
Cap.8.Dic verbo & ſanabitur puer meus. fol.48.col.2.b.fol.135.col.1.a
Cap.9. Quid cogitatis mala.fo.119.col.2.à
Capit.10.Multis paſſeribus meliores eſtis vos.fol.296.col.2.b
Cap.11.Confiteor tibi pater. fol.49.col.3 d,& fo.70.col.4.c
Ibid.Reuelaſti ea paruulis,fo.39.col.2.a.b fol.1:2.colum.4.c.fol.166.col.2.a.fol. 226.col.1.d
Ibidem.Diſcite à me,quia mitis ſum,fo.67. col.1.a.fol.80.col.1.a.fo.134.col.3.d.fo 157.col.4.d.fo.240.col.4.d
Ibidē.Tollite iugum meum ſuper vos,fol 226.col.4.c
Ibid.Beatus qui non fuerit ſcandalizatus in me,fol.134.col.1.a
Cap.12.Ex abundantia cordis os loquitur. fol.313.col.3.c
Cap.16.Beatus eſt Symon Barjona quia caro & ſanguis,fo.13.col.4.d.f.14.col.1.b.
Ibid.Vade poſt me Sath.ſcandalum mihi es.fol.72.col.3.d.
Ibid. Et portæ inferi non præual. fol.103. col.1.b.fol.186.col.1.a
Capit.17.Ipſum audite,fol.90.col 3.d.& deinceps.
Ibid.Nubes lucida obūbrauit eos,fol.297. col.2.a.& deinceps.
Cap.18.Si oculus tuus ſcandalizat te,erue eum.fol.73.col.1.a.fo.197.col.4.d
Ibid.Serue nequam omne debitum,fo.259 col.2.a.
Cap.19.Si vis ad vitam ingredi,ſerua,fol.13 col.3.c.fol.49.col.1.b
Cap.20.An non licet mihi quod volo facere.fol.95.col.4.d
Ibid.Voca operarios,& da illis,fol.235.columm.4.d
Ibid. Dic vt hi duo filij mei ſedeant,folio. 237.col.3.d
Cap.21.Vtiq; nūquam legiſtis,quia ex ore infantium,fol.167.col.4.d
Cap.22. Amice quomodo huc intraſti,&c. vſque Obmutuit. fol.66.colū.2.b.fol. 261.col.2.a.fol.292.col.1.b
Cap.24.Vbicunque fuerit corpus,ibi congregabuntur & aquilæ,fol.296.col.2.a
Ibidem.Qui perſeuerauerit vſque in finem, fol.105.col.1.b.fol.124.col.4.c
Cap.25.Ecce ſponſus venit,exite,fol.296. col.1
Ibidem. Domine domine aperi nobis. folio.251. columna.3.c. folio.303. columna.1.a
Cap.26.Si poſsibile eſt,tranſeat, folio.323. col.1.b.2.a.b
Ibid. Triſtis eſt anima mea vſque ad mortē fol.320.col.1.a.b
Capit.27.Vt adimpleretur quod ſcript. eſt per Hierem.Prophet. Et acceperunt. 30.argent.fol.291.col.3.c
Capit.28, Data eſt mihi omnis poteſtas,fo. 28.col.3.a.b.fol.102.col.4.c
Ibid. Docete omnes gentes,folio.101.col. 1.a

LVCAS.

CAP.1.Manus domini erat cum illo,fo. 21.col.3.c
Ibidē.Per viſcera miſericordiæ Dei noſtri. fol.20.col.2.a
Ibidem. Spiritus ſanctus ſuperu.fo.88.col. 2.a.b
Ibid. Virtus altiſsimi obumbrauit tibi,fol. 13.colum.3.c.colum.4.d.folio.14.columm.1.a.
Ibidem. Quomodo fiet iſtud, folio.99.colum.4.c
Ibid.Fiat mihi ſecundum verbum tuū. fol. 88.col.2.a.b.& deinceps.
Ibid. Et regni eius non erit finis,fol.103.columm.2.a
Cap.2.Quia non erat ei locus in diuerſorio, fo.107.col.2.a.fo.230.col.2.a

Ibid. Gloria in altiſsimis Deo, & in terra, folio. 248. col. 4. c
Ibid. Et peperit filium ſuum, fol. 278. colūna. 1. b
Ibid. Angelus Dei ſtetit iuxta illos, fo. 349 col. 4. d
Ibidem. Et tuam ipſius animam doloris gladius pertranſibit. fol. 106. col. 4. c. folio. 333. col. 2. a
Ibid. Neſciebatis quia in iis quæ patris mei ſunt, oportet me. fol. 195. col. 3. c
Cap. 3. Qui fuit Adam, qui fuit Dei, fo. 313. col. 1. a. b
Cap. 5. Irruebant in eum, fol. 70. col. 4. d
Ibid. Exi à me domine, fol. 24. col. 2. a
Cap. 6. Virtus de illo exibat. fol. 68. col. 1. b fol. 165. col. 4. c
Capit. 7. Non ſum dignus vt intres, &c. dic verbo & ſanabitur fol. 48. col. 2. b
Ibid. Secus pedes eius, fo. 121. col. 1. a
Cap. 11. Quinimò beati qui audiũt verbum Dei, fol. 87. col. 1. & 2. a. b. vſque in finē capitis.
Cap. 12. Morā facit dominus meus, fo. 251. col. 4. d
Cap, 14. Adhuc autem & animam ſuam. fo. 199. col. 1. a. fo. 275. col. 2. a
Ibid. Qui nō baiulat crucem ſuam, fol. 337. col. 2. a.
Capit. 15. Abiit in regionem longinquam. fol. 21. col. 1. a
Ibid. Proferte citò ſtollam, fo. 120. col. 4. d fol. 129. col. 3. d
Capit. 17. Veniet dies quando deſyderetis diem vnam filii hominis, fo. 292. col. 1. a fol. 302. col. 4. d. & deinceps.
Ibid. Attendite vobis ne grauentur corda veſtra in crapula, fol. 302. col. 3. d
Ibid. Dicite, ſerui inutiles ſumus, fol. 20. colum. 3. d
Cap. 19. Hodie in domo tua oportet me manere, fol. 195. col. 3. c. & deinceps.
Ibid. Eo quòd non cognoueris tempus viſit. tuæ. fol. 207, col. 3. d
Cap. 22. Et tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. fol. 76. col. 4. d
Ibid. Factus eſt ſudor eius ſicut guttæ ſanguinis, fol. 324. col. 3. d
Ibidem. Deſiderio deſideraui. fo. 311. colū. 3. c.
Capit. 24. Qui fuit vir propheta, potens in opere & ſermone, fol. 44. col. 4. c
Ibid. Oportebat pati Chriſtum, folio. 195. col. 3. c
Ibid. Finxit ſe longius ire, fol. 352. col. 1. b

IOAN.

CAP. 1. Verbum erat apud Deum, fol. 29. col. 4. d. fol. 62. col. 3. d
Ibid. in ipſo vita erat, fol. 327. col. 1. a
Ibid. Ecce agnus Dei. fol. 28. col. 4. a
Ibid. Ieſus intuitus eſt eum, fol. 76. col. 4. c
Cap. 2. Nondum venit hora mea, fol. 38. colum. 2. b. fol. 46. col. 1. a. fol. 128. col. 3. d
Ibid. Implete hydrias aqua, fo. 119. col. 4. c
Cap. 3. Et hoc eſt iudicium quòd venit lux in mundum, fol. 65. col. 3. d
Ibid. Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeāt, fol. 124. col. 4. c
Ibid. Sic Deus dilexit mundum, vt fil. &c. fol. 263. col. 4. c. fol. 336. col. 4. d. & deinceps.
Cap. 4. Sedebat ſic, fol. 91. col. 2. a
Ibid. Venite & videte hominem, qui dixit mihi, fol. 44. col. 4. c
Ibid. Scio quia Meſsias venit, fo. 19. col. 3. d
Ibid. Domine puer meus iacet. &c. Deſcende, fol. 178. col. 3. d
Ibid. Videte quoniam albæ ſunt regiones ad meſſem. fo. 104. col. 1. a
Cap. 5. Vos amici mei eſtis, fo. 48. col. 4. d
Ibid. Quia filius hominis eſt. fol. 299. colū. 2. a
Cap. 6. Verba vitæ æternæ habes. folio. 152 col. 1. b
Ibid. Fugit iterum in montem ſolus. folio. 160. col. 4. d
Ibid. Caro mea verè eſt cibus, fo. 313. col. 2. b. fol. 314. colu. 4. c. d. fol. 317. col. 1. a
Cap. 8. Abraham exultauit, &c. Vidit & gauiſus eſt, fol. 304. col. 4. c. fol. 305. colū. 3. d
Ibid. Quis ex vobis arguet me de peccato. fol. 342. col. 4. c
Cap. 9. Hic homo non eſt à Deo, folio. 64. col. 4. c
Ibid. Me oportet operari opera eius qui miſit me, fol. 195. col. 3. c
Ibid. Operamini dum dies eſt. Veniet nox fol. 302. col. 4. d
Cap. 10. Propterea diligit me pater, quia pono animam meam, vt iterum ſumam, fol. 347. col. 4. c
Ibid. Nec rapiet eos quiſquā de manu mea. fol. 312. col. 4. c
Cap. 11. Infremuit &c. fo. 179. col. 1. a
Ibidem. Lazare veni foras, fol. 68. colū. 1. a. b.

a.b.fol.257.col.2.a
Ibid.Propter populum qui circunſt.dixi.f.73.col.2.a
Capi.12.Qui ambulat in tenebris,neſcit quo vadat,f.100.co.2.a
Ibid.Multa ſigna facit.f.167.co.1.b
Ibid.Qui amat animam ſuam,perdet eam.f.199.col.1.a.f.275.col.2.a.b
Ibid.Omnia traham ad me ipſum.foli.344 col.1.a
Ibid.Niſi granum frumenti cadens in terrã.fo.199.col,3.c
Ibid.Scio quia mandatum eius vita æterna eſt.f.13.col.3.c
Capit.13.Sciens Ieſus quia venit hora eius.f.325.col.1.b
Ibid.In finem dilexit eos.f.319.col.2.a
Ibid.Domine tu mihi lauas pedes?folio.30 col.4,d
Ibid.Quod facis,fac citius.fo.312 col.1.b.f.319.col.4.c
Capitul.14.Maiora horum faciet.folio.54 col.4.
Ibid.Ego in patre,& pater in me eſt.fo.305 col.4.d
Cap.15.Vos amici mei eſtis. fol.13.colum.2.b
Ibid.Cùm venerit paraclitus.fo.17.co.2.
Ibid.De meo accipiet.folio.227. columna.4.d,
Ca.17.Sint vnum, ſicut & nos vnum ſumus f.276.co.3.c
Capitul.19.Stabat autem iuxta crucem Ieſu mater eius.folio.341.colum.1.b.& deinceps latè.
Ibid.Ecce homo.f.336.col.3.c.& deinceps
Ibid.Conſummatum eſt.f.345.co.2.a
Capit.21.Symõ diligis me plus his? paſce.f.74.col.2.b.f.78.col.4.d.& deinceps.f.108.col.1.a.f.139.co.2.a

ACT. APOST.

CAp.1.Nubes ſuſcepit illũ ab oculis eorum.f.297.co.2.a
Ibid.Sic veniet,quemadmodum.fo.355.co.3.c.
Capit.3.Oportet ex his viris qui.fol.73.col.4.c.
Capit.5.Obedire Deo oportet magis quam hominibus.f.169.co.4.c
Cap.8.Ille homicida erat ab initio.fol.174 col.3.d
Capit.9.Domine quid me vis facere? fo.55.col.4.d.Et longè deinceps.f.244.col.2.a Et deinceps.fo.248.col.1.b
Cap.19.Ieſum noui & Paulum ſcio:vos aũt qui eſtis?f.30.col.2,b
Capit.20.Quam acquiſiuit ſanguine ſuo.f.120.col.2.b
Ibid.Mundus ſum à ſanguine omnium.fo.74.col.2.c.Et deinceps.
Ibid.Ecce ego alligatus ſpiritu.&c.vſq; vincula & tribulationes Ieroſolimis me manent.f.284.co.3.d

AD ROMAN.

CApit.1.Quod ante promiſerat.f.19.co.3.c.
Ibid.Non erubeſco Euãgelium, virtus enim Dei eſt.f.13.co.3.c
Ibid.Græcis & Barbaris debitor ſum.Ibid.col.4.c
Ibi.Deſidero videre vos,vt aliquem fructũ.f.100.co.1.b
Ibid.Super quos reuelabitur ira Dei.f.135 col.2.b
Cap.2.Iuſto non eſt lex poſita.fo.48.colũ.4.b
Capit.3.Quem poſuit Deus propitiatorem ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ.fol.196.col.4.c.
Ibid.Obſtruatur omne os.fo.28.col.3.c
Capit.4.Credidit in ſpem contra ſpem.fol.177.co.3.d,
Capit.5.Si enim cum inimici eſſemus, recõciliati ſumus Deo.f.348.co.1.a
Cap.6.In morte eius baptizati ſumus.f.27.col.4.c.d
Ibid.Non exhibeatis corpora veſtra arma iniquitatis peccato.f.36.co.1.b
Ibid.Sicut exhibuiſtis membra veſtra ſeruire.f.56.col.2.c.d
Ibid.Gratia Dei vita æterna.fol.74.colum.1.a,
Capit.7.Video aliam legem.&c.vſque, mẽtis meæ.fol.198.col.4.d.folio.275.colũ.1.b.
Ibid.Velle adiacet mihi,perficere non inuenio.f.301.col.2.a
Cap.8.In ſimilitudinẽ carnis peccati.f.14.co.1.a.fo.30.col.3.d.fo.160.col.4.c
Ibid.Qui proprio filio ſuo non pepercit.f.263.co.4.c
Ibid.nos ipſi primitias ſpiritus habentes.fo.296.col.4.d.Et deinceps.
Cap.9.Permittit in multa pacientia vaſa iræ.

fol.93.col.4.d
Ibid. Optabam anathema eſſe. fol.180.col. 4.d.
Cap.10. Corde creditur ad iuſtitiam.f.200. col.1.b
Cap.11. Si permanſerit & in bonitate. folio. 252.col.2.a
Cap.12. Miſit Deus ſpiritum filij ſui in corda noſtra.f.259.co.4.d
Ibid. Vt probetis quæ ſit voluntas Dei, bona, beneplacens, & perfecta.f.86. colum. 4.c
Ibid. Si fieri poteſt quod in nobis eſt, cum omnibus hominibus pacem habētes.fol. 222.col.1.b
Ibid. vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem.f.238.col.4.d
Cap.14. Noli cibo tuo illū perdere, pro quo Chriſtus mortuus eſt.f.219.co.1.a
Capi.15. Non audeo aliquid loqui eorū.f.75 col.2.a. Et deinceps.
Ibid. Si quod eſt aliud mandatum in hoc verbo inſtauratur.f.276.col.4.c

1. COR.

Capit.1. Vt non glorietur omnis caro.f. 76.col.3.c
Ibid. Iam factus eſt Chriſtus Dei virtus & Dei ſapientia.f.13.col.3.d.
Cap.2. In oſtenſione ſpiritus & virtutis.fol. 18.col.3.c
Ibid. Si enim cognouiſſent, nūquam Dominum gloriæ crucifi.f.43.co.2.a
Capi.3. Fundamentū aliud nemo poteſt ponere.f.192.col.1.b
Ibid. Si cuius opus exarſerit, detrimentum patietur.f.199.co.3.c. Et deinceps
Capit.5. Qui viuunt, iam non ſibi viuant. f. 32.col.1.a
Cap.6. Empti eſtis pretio magno, glorificate & portate.f.29.co.1.a.f.113.c.1.a.f.118 co.4.d.&.f.248.co.1.a.b
Capit.7. Reliquum eſt vt qui habent vxores, tanquam non habentes.fo.293.col.1. a. Et deinceps.
Capi.8. Peribit infirmus in tua, &c. propter quem Chriſtus mortuus eſt.fol.74. col.3 c.fo.165.col.2.a
Capit.9. Sic currite vt comprehendatis.fol. 153.co.4.c
Ibid. Væ mihi ſi non euangelizauero.folio. 78.co.4.d
Cap.10. Fidelis Deus. &c. vt poſsitis ſuſtinere.f.36.co.4.d.f.81.co.3.d. & deinceps.
Ibid. Et faciet cum tentatione prouentum. fol.291.col.2.a
Cap.11. Mortem Domini annuntiabitis, donec veniat. f.316.col.1.a,f.355.co.3.c
Ibid. Probet autem ſeipſum homo, &c. vſq; iudicium ſibi manducat & bibit.fol.127. co.3.c.f.306.co.2.a.fo.315.co.2.a.b
Ibid. Multi infirmi & imbecilles. folio.257, col.4.d
Capit.12. Si noſmetipſos diiudicaremus.fo. 302.col.2.b
Capit.15. Primus homo de terra terrenus.f. 31.col.4.c
Ibidem. Ecce myſterium vobis dico.fo.95. col.1.b
Ibidem. Omnes quidem reſurgemus, &c. f.296.co.1.a. Et deinceps
Ibid. Mortui reſurgent incorrupti.fol.258. col.2.b
Ibid. In momento in ictu oculi in. fol.299. col.1.a
Ibid. Si Chriſtus non ſurrexit, inanis eſt prædicatio noſtra, & fides noſtra.folio.347. col.3.c
Cap.16. Si quis non amat Dominum Ieſum Chriſtum, ſit anathema maranatha.fol. 169.col.1.a

2. COR.

CAPI.1. Quotquot promiſsiones ſunt in illo eſt.f.59.col.1.a.b
Ibid. Vt non ſimus fidentes in nobis.f.106. col.3.d
Ibid. Sicut abundant paſsiones Chriſti in nobis ita.f.255.col.3.c
Cap.2. Non ſumus adulterantes verbū Dei. fol.23.col.1,a
Cap.3. Qui idoneos nos fecit.fo.74,col.1.b. Et deinceps.
Ibid. Quod ſi miniſtratio mortis literis deformata in lapidibus.f.202.co.3.c
Cap.4. Neque adulterantes verbum Dei.fo. 23.col.1.a
Ibi Momentaneum & breue tribulationis noſtræ.fo.151.co.3.d
Cap.5 Siue mente excedimus, Deo: ſiue ſobrij ſumus, vobis. folio,275. columna, 1.a.
Ibid. Erat Deus in Chriſto, mundum ſibi reconcilians.fo.73.co.4.d.fol.303.col.4.c & deinceps.
Capit.7. Contriſtati eſtis ſecundum Deum, vt in ipſo detrimentum patiamini.fo.199 col.4.c
Cap.8. Quia cūm eſſet diues, egenus factus eſt.fo.62.col.3.d

Capit.

Cap.10.In captiuitatem redigentes omnem intellectum.folio.209.column.1.b.& deinceps.
Capit.12.Impendam & ſuper impendar ipſe.f.119.co.1.b
Ibid.Siue intra corpus, ſiue extra, neſcio, Deus ſcit.f.12.col.4.c

GALAT.

CApit.1.Continuo nõ acquieui carni & ſanguini.folio.104.colum.3.c.foli.159.col.3.c
Capit.3.Omnes qui in Chriſto baptizati eſtis,Chriſtum induiſtis.fo.31.col.4.d.fo.131.col.1.a
Capit.4 Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis.fol.85 col.3.c
Capi.5.Ne libertatem in occaſionem carnis detis.f.166.col.1.a
Cap.6.In Chriſto Ieſu neq; circuncißio aliquid valet.f.208.co.4.d
Ibid.Si preoccupatus fuerit homo.f.168.co.3.d.
Ibid.Mihi autem abſit gloriari,niſi.fo.205.col.4.d

EPHES.

CAp.1.Vt ſcitis, quæ ſit ſpes vocationis veſtræ,& quæ diuitiæ gloriæ eius in ſanctis.f.243.co.4.d.f.356.co.2,b
Capit.2.Iam non eſtis hoſpites, &c. ſupra fundamentum Apoſtolorum & prophetarum,folio.197.columna.3.c.& deinceps.
Ibid. Ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu.f.167.col.1.a
Capi.3.Ei autem qui potens eſt omnia facere ſuperabundanter quam petimus.f.244 col.2.b
Capi.4.Vt iam non ſimus paruuli fluctuantes,folio.225.co.1.a.Et deinceps.
Cap.5.Chriſtus dilexit Eccleſiam, & tradidit ſemetipſum.f.27.co.4.c
Ibidem.Hi ſunt in omni bonitate & iuſtitia & veritate.f.100.col.3.d
Ibid.Dies mali ſunt.f.290.col.4.a
Ibi.Nolite inebriari vino in quo eſt luxuria fol.301.co.3.d
Cap.6.Gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei aſſumite.f.57.col.1.b

PHILIP.

CApitu.1. Qui prædeſtinauit nos,&c.in laudem gloriæ ſuæ.folio.126.colũ.4.c.d
Capit.2.Cùm in forma Dei eſſet.folio.14.colum.1.a
Ibid.Exinaniuit ſemetipſum. fol.17.col.4 c,d,fo.37.col.4.c.fo.202.co.3.d.f.240.col.4.c.f.322.co.4.d
Ibid.Formam ſerui accipiens.folio.165.col.col.4.c
Ibid.Humiliauit ſemetipſum.folio.35.col.4.c.d
Ibid.Propter quod Deus exaltauit illum.f.201.col.4.c
Ibi.Deus eſt qui operatur in nobis velle & perficere.f.112.col.2.b
Cap.3. Verumtamen exiſtimo omnia detrimentum eſſe propter eminentem ſciẽtiã Ieſu Chriſti.folio.198.colum.1.b.fo.199 col.4.c
Ibid. Omnia arbitratus ſum vt ſtercora,vt Chriſtum lucrif.fol.112.col.1.a.fol.234.col.4.d.
Ibid.Noſtra conuerſatio in cælis eſt.fo.101.col.3.d

COLOS.

CApit.1.Tranſtulit nos in regnum filij dilectionis.f.33.col.3.c
Ibid.In quo inhabitat omnis plenitudo diuinitus corporaliter.fo,34.col.1.a. folio.304.col 1.a
Cap.2.Vos cum eſſetis mortui in delictis & preputio &c.vſq; in ſemetipſo.f.27.co.1.b.f.346.col.3.c
Ibi.Induite vos ſicut ſancti & electi viſcera miſericordiæ.f.20.col.2.a
Ibid.Delens quod aduerſus nos erat chyrographum decreti.fo.385.co.4.c
Capitul.3.Expoliantes veterem hominem cum actibus ſuis.folio.216. colum. 4.c Et deinceps.
Ibid.Si conſurrexiſtis cum Chriſto.fo.352.co.2.b

PRIM. TESSALON.

CApit.4.Non enim vocauit nos Deus in immunditiam,&c.ſed in ſanctificationem.f.56.co.3.d

1. TIMOTH.

CApit.1.Quorum primus ego ſum.f.121 col.1.a
Capit.6.Qui volunt diuites fieri.f.96.col.3.c.Et deinceps.f.171.co.1.a
Ibidem. Tu autem ò homo Dei, hæc fuge ſectare verò iuſtitiam. folio.120. colum.2.a,

2. TIMOTH.

CAp.1.Certus ſum quod potens eſt depoſitū meū.f.315.c.4.d.& deinceps

Cap.2.Nouit Dominus,&c.diſcedat ab iniquitate.f.332.col.4.c.d

Ca.4.Opportunè & importunè.f.42.co.3.b

Ib.Repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ,&c.nō ſolū aūt mihi.f.297.co.2.b.Et deinceps.

HEBR.

Cap.1.Ne fortè pereffluamus.fo.42.co.3.d

Ca.2.Nō cōfūditur vocare fratres.f.85.c.3.c

Cap.3.Donec hodie cognominatur.fo.167 col.3.d

Ib.Videte fratres ne quando ſit in aliquo veſtro cor malum.f.82.col.2.a

Cap.4.Tentatum per omnia.f.37.col.1.a

Ibid.Pertingens vſq; ad diuiſionem animæ & ſpiritus.f.275.col.2.a

Cap.5.Factus eſt omnibus obtemperātibus ſibi cauſa.f.13.col.3.c

Ib.Cū clamore valido & lachrymis offerēs exauditus eſt pro ſua reuerētia.f.343.co.1.a

Cap.6.Maledictioni proxima eſt.f.93.col.1.a.fo.103.col.4.d

Ib.Habētes ergo Pōtif.Max.teneamus ſpei noſtræ confeſsionem.f.356.col.2.b

Ca.7.Accedēs per ſemetipſum.f.40.co.2.b

Ib.Saluare in perpetuū poteſt.f.356.co.4.d

Ca.9.Vt appareat nunc vultui Dei pro nobis.f.356.col.3.d

Cap.10.Corpus aptaſti mihi.fo.19.col.1.b.

Ibid.Adhuc modicum,&c.vſque,non tardabit.f.291.col.4.c

Ca.11.Sine fide impoſsibile eſt placere Deo f.39.col.2.a

Ib.Maiores diuitias æſtimās theſauro ægyptiorū improperiū Chri.f.328.co.2.b

Cap.12.Propoſito ſibi gaudio.f.33.col.4.c.d.f.198.col.3.d

Ib.Confuſione contempta.f.328.col.1.a

Ib.Recogitate eum qui talem.f.80.co.4.d.f.198.col.3.d

Ibid.Non inuenit locum pœnitentiæ,quam quā cum lachrymis.f.235.co.1.a

Ib.Atq; in dextera dei ſedet.f.355.co.4.c,d

Ca.13.Exeamus igitur ad eum extra caſtra.f.120.co.3.d

PRIM. PETRI.

CA.1.Benedictus Deus vſq; in hæreditatē incorruptibile in vobis.f.231.co.1.a

Ibid.In vobis qui in virtute Dei cuſtodimini.fo.153 col.3.c.f.244.col.1.a

Ib Regenerauit nos in ſpē viuā.243.co.4.d

Ibi.Probatio veſtræ fidei multo pretioſior auro.f.47.col.2.a.b

Ib.Succincti lūbos mētis veſtræ.f.278.c.3.b

Ca.2.Vos autē genus electū.f.49.co.3.a.fo.120.col.2.b

Ibid.Vt ſequamini veſtigia eius.fo.80.co.4 d.Et deinceps.f.231.co.2.a

2. PETR.

Ca.1.Magis ſatagite vt per bona opera certā veſtrā vocationē faciatis.f.320.co.1.b

Ib.Hæc enim facientes,non peccabitis aliquando.f.290.col.4.d.Et deinceps.

Ca.3.Propter quod chariſsimi hæc expectātes,ſatagite.f.301.co.1.b.Et deinceps.

PRIM. IOAN.

CAp.4.Si fratrem quem vides nōn diligis.f.276.col.2.a.col.4.d

EPIS. CANO. IVDAE.

Ecce veniet Dominus cum ſanctis millibus ſuis.f.291.col.3.Et deinceps.

Imperet tibi Deus.f.111.col.4.b.

APOCAL.

CAP.1.Viſio Draconis,qui ſeptē capita habebat,cuius cauda.f.40.co.4.d

Ib.Oculi faciei filij hominis erant tanquā flamma ignis,&c.vſque,Tanquam mortuus.f.297.col 3.d.Et deinceps.

Ib.Qui erat,& qui eſt,& qui venturus eſt omnipotē.f.297.co.1.b.Et deinceps.

Cap.3.Suadeo tibi emere à me aurum ignitum.f.55.col.4.b

Cap.7.Et dealbauerūt eas in ſanguine agni fo.324.col.4.d

Cap.14.Vt requieſcant à laboribus ſuis.fo.129.col.1.a.f.347.col.3.d

Cap.21.Vidi ſanctam Hieruſalem deſcendētem de cœlo.fo.71.col.2.b.Et deinceps.

Cap.22.Oſtendit mihi fluuium aquæ viuæ.f.104.col.3.d

Ibid.Qui ſordidus eſt,ſordeſcat adhuc.fol.256.col.4.c

FINIS.

1-6-3